Fragmenta historicorum graecorum ...

Digitized by Google

FRAGMENTA
HISTORICORUM GRÆCORUM.

VOLUMEN TERTIUM.

Digitized by Google

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT ET SOCII, VIA JACOB, 56.

Digitized by Google

FRAGMENTA
HISTORICORUM GRÆCORUM

COLLEGIT, DISPOSUIT, NOTIS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT,

INDICIBUS INSTRUXIT

CAROLUS MÜLLERUS.

Karl Müller, ed.

VOLUMEN TERTIUM.

INSUNT FRAGMENTA :

NEANTHIS CYZICENI.
LYSIMACHI.
NYMPHIDIS HERACLEOTÆ.
PHILINI AGRIGENTINI.
EUPHANTI OLYNTHII.
SPHÆRI BOSPORANI.
ARATI SICYONII.
DINIÆ ARGIVI.
PHILOSTEPHANI CYRENÆI.
HERMIPPI CALLIMACHII.
CALLIXENI RHODII.
PTOLEMÆI MEGALOPOLITANI.
HEGESIANACTIS ALEXANDRINI.
MNESIPTOLEMI.
EUPHORIONIS CHALCIDENSIS.
DIOCLIS PEPARETHII.
Q. FABII PICTORIS.
L. CINCII ALIMENTI.
P. CORNELII SCIPIONIS.
C. ACILII GLABRIONIS.
HANNIBALIS CARTHAGINIENSIS.
SOSILI LACEDÆMONII.
CHÆREÆ.
SILENI CALACTINI.
XENOPHONTIS.
EUMACHI NEAPOLITANI.
MENODOTI PERINTHII.
ALEXANDRIDIS DELPHI.
POLEMONIS ILIENSIS.
SATYRI.
HERACLIDIS LEMBI.
POSIDONII OLBIOPOLITÆ.
A. POSTUMII ALBINI.
ZENONIS RHODII.
ANTISTHENIS RHODII.
SCYLACIS CARYANDENSIS.
PTOLEMÆI EVERGETÆ II.
DIONYSII THRACIS.
AGATHARCHIDIS CNIDII.
PSAONIS PLATÆENSIS.
CN. AUFIDII.
P. RUTILII RUFI.
PROMATHIDÆ HERACLEOTÆ.
METRODORI SCEPSII.
C. ALEXANDRI POLYHISTORIS.
ALEXANDRI EPHESII.
POSIDONII RHODII.
L. LUCULLI.
M. T. CICERONIS.
M. POMPONII ATTICI.
ASCLEPIADIS MYRLEANI.
ARISTODEMI NYSÆENSIS.
THEOPHANIS MYTILENÆI.
TIMAGENIS ALEXANDRINI.
ARISTONIS ALEXANDRINI.
SOCRATIS RHODII.
OLYMPI.
EMPYLI.
CÆCILII CALACTINI.
LYSIMACHI ALEXANDRINI.
NICOLAI DAMASCENI.
JUBÆ MAURITANI.
ATHENODORI TARSENSIS.
DIONYSII PERGAMENI.
DIODORI GADARENI.
THEODORI GADARENI.
STRABONIS AMASENSIS.
CHÆREMONIS STOICI.
SELEUCI ALEXANDRINI.
THRASYLLI MENDESII.
POTAMONIS MYTILENÆI.
APIONIS OASITÆ.
PAMPHILÆ EPIDAURIÆ.
CLAUDII CÆSARIS.
POLYÆNI SARDIANI.
JUSTI TIBERIENSIS.
HERMOGENIS TARSENSIS.
THALLI.
MEMNONIS.
PHILONIS BYBLII.
ASPASII BYBLII.
FAVORINI ARELATENSIS.
HADRIANI CÆSARIS.
ARRIANI NICOMEDENSIS.
PHLEGONTIS TRALLIANI.
CEPHALIONIS.
NICANORIS ALEXANDRINI.
TELEPHI PERGAMENI.
CHARACIS PERGAMENI.
CREPEREII CALPURNIANI.
CALLIMORPHI.
ANTIOCHIANI.
DEMETRII SAGALASSENSIS.
DAMOPHILI BITHYNI.
CHRYSEROTIS.
ATHENÆI NAUCRATITÆ.
SEVERI IMPERATORIS.
ASINII QUADRATI.
NICAGORÆ ATHENIENSIS.
LUPERCI BERYTII.
CALLINICI.
EPHORI CUMANI.
NICOSTRATI TRAPEZUNTII.
NICOMACHI.
CALLIGRATIS TYRII.
THEOCLIS.
ZENOBIÆ.
PORPHYRII TYRII.
DEXIPPI ATHENIENSIS.
EUSEBII.
ONESIMI.

PARISIIS,

EDITORIBUS FIRMIN-DIDOT ET SOCIIS,

INSTITUTI FRANCICI TYPOGRAPHIS,

VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXXIII.

Digitized by Google

880.8
N914f
1878
v. 3

Digitized by Google

LIBER QUINTUS.

A PTOLEMÆO III EVERGETE USQUE AD FINEM PTOLEMÆI VI PHILOMETORIS, SIVE USQUE AD EVERSIONEM CORINTHI.

247-146 a. C.

NOMINA AUCTORUM.

Neanthes Cyzicenus.
Lysimachus.
Nymphis Heracleota.
Philinus Agrigentinus.
Euphantus Olynthius.
Sphærus Bosporanus.
Aratus Sicyonius.
[Phylarchus.]
Dinias Argivus.
[Eratosthenes Cyrenæus.]
Philostephanus Cyrenæus.
Hermippus Callimachius.
[Ister Callimachius.]
Callixenus Rhodius.
Ptolemæus Megalopolitanus.
Hegesianax Alexandrinus.
Mnesiptolemus.
Euphorio Chalcidensis.
Diocles Peparethius.
Q. Fabius Pictor.
L. Cincius Alimentus.
P. Cornelius Scipio.
C. Acilius Glabrio.
Hannibal Carthaginiensis.
Sosilus Lacedæmonius.
Chæreas.
Silenus Calactinus.
Xenophon.
Eumachus Neapolitanus.
Menodotus Perinthius.
Alexandrides Delphus.
Polemo Iliensis.
Satyrus.
Heraclides Lembus.
Posidonius Olbiopolita.
A. Postumius Albinus.
Zeno Rhodius.
Antisthenes Rhodius.
Scylax Caryandensis.

416610

Digitized by Google

NEANTHES CYZICENUS.

LYSIMACHUS.

Suidas : Νεάνθης (*), Κυζικηνός, ῥήτωρ, μαθητὴς Φιλίσκου τοῦ Μιλησίου· ἔγραψε Περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς καὶ λόγους πολλοὺς πανηγυρικούς. Cf. Eudoc. p. 309.

Philiscus, Isocratis discipulus (v. Suidas v. Φιλίσκος), non solum Neanthis, sed etiam Timæi magister fuisse perhibetur. Verum, quamvis eodem magistro usi sint, æquales tamen Timæum et Neanthem dicere vix licebit. Etenim Timæus circa an. 315 a. C. Athenas profectus paullo post an. 264 diem obiisse debet. Neanthes vero scripsisse dicitur De rebus Attali, qui regnavit inde ab anno 241 usque ad an. 198 a. C. Neanthes igitur juvenis ad Philiscum senem circa an. 280 a. C. accesserit, quum Timæus triginta quinque annis antea eundem sophistam audiisset. Verum vel sic Neanthes, quo tempore Attalus regnum suscepit, fere senex esse debuit : adeo ut valde dubium sit, num αἱ περὶ Ἄτταλον ἱστορίαι usque ad mortem regis deductæ fuerint, an nonnisi partem rerum ab Attalo gestarum comprehenderint.

Ceterum Cyzicenus noster vitæ partem haud dubie degebat in aula principis, cujus res gestas posteritati mandare decreverat, quique Cyzicenam mulierem, celeberrimam istam Apolloniadem, duxerat uxorem (v. Polyb. XXII, 18). Fortasse Neanthes inter magistros regis fuit sicuti *Lysimachus* ille, cujus Athenæus meminit VI, p. 252, C : Ἀττάλου δὲ τοῦ βασιλέως ἐγένετο κόλαξ καὶ διδάσκαλος Λυσίμαχος, ὃν Καλλίμαχος μὲν Θεοδώρειον ἀναγράφει, Ἕρμιππος δ' ἐν τοῖς Θεοφράστου μαθηταῖς καταλέγει. Οὗτος δὲ ὁ ἀνὴρ καὶ Περὶ τῆς Ἀττάλου παιδείας συγγέγραφε βίβλους πᾶσαν κολακείαν ἐμφαινούσας. Aliunde de hoc viro non constat.

Scripta Neanthis :

1. Ἑλληνικά, libris minimum VI, fr. 1—4.
2. Ὧροι Κυζικηνῶν, libris min. II, fr. 5.
3. Αἱ περὶ Ἄτταλον ἱστορίαι, fr. 7.
4. Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, fr. 8—16.
5. Περὶ Πυθαγορικῶν, fr. 17—21. Fortasse pars operis antecedentis.
6. Περὶ τελετῶν, libris min. II, fr. 23—27.
7. Τὰ κατὰ πόλιν μυθικά, libris min. V, fr. 28—35.
8. Περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς. Suid. Eudoc.
9. Λόγοι πολλοὶ πανηγυρικοί. (Cf. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* § 50, 10).

In *Hellenicis* a mythica ætate exorsus ad sua usque tempora narrationem de rebus Græcorum ratione compendiaria deduxisse videtur; nam libro tertio jam egit de Themistocle. Quæ ex opere *De viris illustribus* supersunt, omnia spectant ad poetas et philosophos, quibus accensendi septem, quos vocant, sapientes (fr. 10). Ab hoc opere Jonsius p. 157, et Menagius ad Diog. L. VIII, 72, distinguendum esse putant librum de Pythagoreis (N. ὁ καὶ περὶ τῶν Πυθαγορικῶν εἰπών, fr. 22 et fr. 19). Nescio an recte. In libris Περὶ τελετῶν (fr. 23. 24; περὶ τελετῆς fr. 25) λόγους μυστικοὺς enarravit, nominaque mystica vel mythice vel allegorice exposuit (fr. 23 et 27). Periegetam egit, locorumque fabulas cum urbium originibus, cum deorum cultu aliisque civitatum institutis conjunctas in opere Κατὰ πόλιν μυθικά inscripto congessit. Deprehendimus fabulas Lydias (fr. 26), Syrias (fr. 30), Atticas (fr. 32), Arcadicas (fr. 33).

Fides Neanthi haud ita magni facienda. Falso multa ab eo tradita esse de rebus antiquariis, vel inde colligas, quod contra eum librum conscripsit Polemo (Πολ. ἐν ταῖς πρὸς Νεάνθην ἀντιγραφαῖς, fr. 24). Plutarchus quoque notat τὴν Νεάνθους ἐν

(*) Νεάνθης corruptum in Νέανθος fr. 28; in Κλεάνθης fr. 30 (uti patet ex collato fr. 17), fr. 3 ap. schol. Arist. Eq. 84 (uti patet ex Plut. Them. c. 29); fr. 35, ubi de fabula Abydenorum laudatur Κλεάνθης ἐν Μυθικοῖς; in Εὐάνθης fr. 16, ubi v. not.; fr. 31 ex Jovin., ubi Euanthes ἐν Μυθικοῖς laudatur de fabula Cyzicena, quæ Neanthi vindicare non dubitavi. Eidem tribui locum Plinii (fr. 34), ubi de fabula Arcadica laudatur *Euanthes, inter auctores Græciæ non spretus.* Ceterum *Euanthes Cyzicenus Olympionica* memoratur ap. Pausan. VI, 13, 7. — *Euanthes Milesius* ap. Diogen. L. I, 29 : Εὔδοξος ὁ Κνίδιος καὶ Εὐάνθης ὁ Μιλήσιος φασὶ τῶν Κροίσου τινὰ φίλων λαβεῖν παρὰ τοῦ βασιλέως ποτήριον χρυσοῦν, ὅπως δῷ τῷ σοφωτάτῳ τῶν Ἑλλήνων. Τὸν δὲ δοῦναι Θαλῆ κτλ. Fortasse Milesius qui de septem sapientibus egit, non diversus ab *Euanthe Samio*, quem de Solone laudat Hermippus ap. Plutarch. Solon. c. 1 : Οὐ μέντοι στρατηγὸς ἐπὶ τοῦτον ἐπεδείχθη τὸν πόλεμον (ad bellum Cyrrhæum), ὡς λέγειν φησὶν Ἕρμιππος Εὐάνθη τὸν Σάμιον. — *Euanthis* ἐποποιοῦ hymnum in Glaucum commemorat Athen. VII, p. 296, C.—Quod deinde *Cleanthem* attinet, scripsit quidem Assius stoicus nonnulla argumenti mythici, ut ἀρχαιολογίαν περὶ θεῶν, Περὶ γιγάντων (Diogen. L.) s. Θεομαχίαν, cujus tertium librum laudat Plut. De fluv. c. 17, sed opus Μυθικὰ inscriptum Diogenes non affert, neque ex iis, quæ affert, fragmentum 35 peti potuit. Præterea *Cleanthes* ἐν α' Περὶ ὀρῶν laudatur Plut. De fl. c. 5.

Digitized by Google

ἐνίοις εὐχέρειαν (fr. 32). Quod quidem vituperium haud redimi dixerim verbis Plinii, cui *Neanthes* est *inter auctores Græciæ non spretus* (fr. 33). Quæ haud absque ironia dicta esse ex iis, quæ Neanthe duce narrat incredibilia, facile patet. Verum ne opus quidem est hisce testimoniis, quum levitatem auctoris ex ipsis fragmentis affatim cognoscere possis. Legas, quæso, fragm. 36 de nomine Capherei promontorii, fr. 11 de Heraclito κυνοβρώτῳ, fr. 9 de morte Sophoclis, fr. 17 de Pythagora Syro, fr. 20 de Empedoclis λογοκλοπείᾳ, et si quæ his similia.

ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

1.

E LIBRO SECUNDO.

Athenæus III, p. 111, D : Θρόνος ἄρτου ὄνομα. Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς, ἐν δευτέρῳ Ἑλληνικῶν γράφων οὕτως· « Ὁ δὲ Κόδρος τόμον ἄρτου τὸν καλούμενον θρόνον (τοῦ καλουμένου θρόνου Casaub.) λαμβάνει, καὶ κρέας, καὶ τῷ πρεσβυτάτῳ νέμουσι (νέμει em. Casaub.). Res obscura.

E LIBRIS TERTIO ET QUARTO.

2.

Idem XIII, p. 576, D : Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνὸς ἐν τῇ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν Εὐτέρπης αὐτὸν (sc. τὸν Θεμιστοκλέα) εἶναί φησιν υἱόν.

Plutarch. Themist. c. 1 : Φανίας... τὴν μητέρα Θεμιστοκλέους... Εὐτέρπην ἀναγράφει. Νεάνθης δὲ καὶ πόλιν αὐτῇ τῆς Καρίας Ἁλικαρνασσὸν προστίθησι.

3.

Plutarch. Themist. c. 29, 10 : Πόλεις δ' αὐτῷ τρεῖς μὲν οἱ πλεῖστοι δοθῆναι λέγουσιν, εἰς ἄρτον καὶ οἶνον καὶ ὄψον, Μαγνησίαν καὶ Λάμψακον καὶ Μυοῦντα· δύο δ' ἄλλας προστίθησιν ὁ Κυζικηνὸς Νεάνθης καὶ Φανίας (fr. 10), Περκώτην καὶ Παλαίσκηψιν εἰς στρωμνὴν καὶ ἀμπεχόνην.

Schol. Aristoph. Equit. 84 : Ὁ βασιλεὺς δωρεῖται αὐτῷ (Θεμιστοκλεῖ) τρεῖς πόλεις, Μαγνησίαν εἰς σῖτον, Λάμψακον εἰς οἶνον, Μυοῦντα εἰς ὄψα, ὡς δὲ Κλεάνθης (scr. Νεάνθης) καὶ Περκώτην εἰς στρωμνὴν καὶ Παλαίσκηψιν εἰς στολήν.

E LIBRO SEXTO.

4.

Athenæus VII, p. 311, E : Ὁ δὲ Γαίσων, οὗ Ἀρχέστρατος μνημονεύει, ἡ Γαισωνὶς λίμνη ἐστὶ, μεταξὺ Πριήνης καὶ Μιλήτου ἡνωμένη τῇ θαλάττῃ, ὡς Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἱστορεῖ ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἑλληνικῶν. Cf. Ephorus fr. 91 (qui Gæsonem fluvium dicit in lacum influentem); Herodot. IX, 97; *Gessus* ap. Plinium V, 29, 31, *Gæsus* ap. Melam I, 17, ubi cf. Tzschucke.

ΩΡΟΙ [ΚΥΞΙΚΗΝΩΝ].

E LIBRO PRIMO.

5.

Athenæus p. IV, 175, D : Τοῦτο δὲ τὸ ὄργανον (sc. τὸ τρίγωνον) Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν πρώτῳ Ὡρων εὕρημα εἶναι λέγει Ἴβύκου, τοῦ Ῥηγίνου ποιητοῦ, ὡς καὶ Ἀνακρέοντος τὸ βάρβιτον. Cf. Jubæ fragm. h. l. laudatum.

6.

Strabo I, p. 45 : Οὐδ' ὁ Σκήψιος δὲ Δημήτριος εὖ, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἀπολλοδώρῳ τῶν ἁμαρτιῶν ἐνίων αἴτιος ἐκεῖνος κατέστη. Πρὸς γὰρ Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν φιλοτιμοτέρως ἀντιλέγων, εἰπόντα ὅτι οἱ Ἀργοναῦται πλέοντες εἰς Φᾶσιν τὸν ὑφ' Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ὁμολογούμενον πλοῦν, ἱδρύσαντο τὰ τῆς Ἰδαίας μητρὸς ἱερὰ περὶ Κύζικον, ἀρχὴν φησι μηδ' εἰδέναι τὴν εἰς Φᾶσιν ἀποδημίαν τοῦ Ἰάσονος Ὅμηρον. De tem-

---

HELLENICA.

1.

Thronus, panis nomen, commemorat Neanthes Cyzicenus secundo libro Rerum Græcarum sic scribens : « Et Codrus frustum panis, quem *thronum* vocant, sumit, atque carnem, et natu maximo distribuit. »

2.

Neanthes Cyzicenus Historiarum Græcarum libro tertio et quarto matrem Themistoclis Euterpen (Halicarnassensem ex Caria) fuisse tradit.

3.

Plerique auctores tradunt datas Themistocli fuisse tres civitates, quarum e reditibus panem, vinum et obsonia pararet, Magnesiam, Lampsacum et Myuntem : duas addunt ad vestem stragulam et amictum ei concessas Neanthes Cyzicenus et Phanias, nimirum Percoten et Palæscepsin.

4.

Gæson, cujus meminit Archestratus, Gæsonis palus est inter Prienen et Miletum mari conjuncta, ut tradit Neanthes libro sexto Hellenicorum.

ANNALES CYZICENORUM.

5.

Triangulum instrumentum Neanthes Annalium libro primo inventum esse ait Ibyci Rhegini poetæ, quemadmodum Anacreontis sit barbiton.

6.

Non recte etiam Demetrius Scepsius, sed et errorum quorundam causam Apollodoro is præbuit. Nam contra Neanthem Cyzicenum majore contentione disputans, qui dixerat Argonautas, quum navigarent ad Phasin (quæ sit ab Homero et aliis testibus confirmata navigatio) Idææ matris templa, quæ sunt circa Cyzicum, fundavisse :

1.

Digitized by Google

plo Matris Idææ in Dindymo monte, quod Zenonem imperatorem cultui Christiano dedicasse opinatur Cedrenus p. 119, B, v. Marquardt, *Cyzicus u. sein Gebiet*, p. 148 et p. 95 sqq.

ΑΙ ΠΕΡΙ ΑΤΤΑΛΟΝ ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

E LIBRO PRIMO.

7.

Athenæus XV, p. 699, D : Ὁ δέ τις ἑλάνας (sc. ἔλεγε), τὰς λαμπάδας οὕτω φάσκων καλεῖσθαι παρὰ τὴν ἕλην· οὕτω δ' εἰπεῖν Νεάνθην ἐν πρώτῃ Τῶν περὶ Ἄτταλον ἱστοριῶν. Eadem Eustathius ad Homer. Od. p. 1571 ed. Rom.

ΠΕΡΙ ΕΝΔΟΞΩΝ ΑΝΔΡΩΝ.

8.

ΕΠΙΧΑΡΜΟΣ.

Stephan. Byz. : Κραστός.. ἐκ ταύτης (Κραστοῦ) ἦν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς καὶ Λαΐς ἡ ἑταίρα, ὡς Νεάνθης ἐν τῷ Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. De Laidis patria cf. Polemonis et aliorum sententias ap. Athen. p. 588, C. — Ex eodem De viris illustribus petita esse quæ de Periandro, Heraclito, Sophocle, Platone, Antisthene, Timone traduntur, recte statuit Marquardt. l. l. p. 166.

9.

ΣΟΦΟΚΛΗΣ.

Vita Sophoclis p. 130 Westerm. : Τελευτῆσαι δὲ αὐτὸν Ἴστρος (fr. 51) καὶ Νεάνθης φασὶ τοῦτον τὸν τρόπον. Καλλιππίδην ὑποκριτὴν ἀπ' ἐργασίας ἐξ Ὀποῦντος ἥκοντα παρὰ τοὺς Χόας, πέμψαι αὐτῷ σταφυλήν· τὸν δὲ Σοφοκλέα λαβόντα εἰς τὸ στόμα ῥᾶγα ἔτι ὁμφακίζουσαν ὑπὸ τοῦ ἄγαν γήρως ἀποπνιγέντα τελευτῆσαι.

10.

ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ.

Diogenes L. I, 99 : Σωτίων δὲ καὶ Ἡρακλείδης καὶ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Ὑπομνημάτων δύο φασὶ Περιάνδρους γεγονέναι, τὸν μὲν τύραννον, τὸν δὲ σοφὸν καὶ Ἀμβρακιώτην· τοῦτο καὶ Νεάνθης φησὶν ὁ Κυζικηνὸς ἀνεψίους τε εἶναι ἀλλήλοις. Cf. Aristot. fr. 136; Schneider. ad Aristot. Polit. p. 301; Müller. *Dor.* II, p. 155.

11.

ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ.

Idem IX, 4 : Ἕρμιππος δέ φησι λέγειν αὐτὸν (Heraclitum aqua intercute laborantem) τοῖς ἰατροῖς, εἴ τις δύναται τὰ ἔντερα πιέσας ὑγρὸν ἐξεράσαι; ἀπειπόντων δὲ, θεῖναι αὑτὸν εἰς τὸν ἥλιον καὶ κελεύειν τοὺς παῖδας βολβίτοις καταπλάττειν· οὕτω δὴ κατατεινόμενον δευτεραῖον τελευτῆσαι καὶ ταρῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ. Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνός φησι μὴ δυνηθέντ' αὐτὸν ἀποσπάσαι τὰ βόλβιτα μεῖναι καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν ἀγνοηθέντα κυνόβρωτον γενέσθαι.

12.

ΠΛΑΤΩΝ.

Diogenes L. III, 3 : Νεάνθης δέ φησιν αὐτὸν τεττάρων καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἐτῶν. Ex his Plato natus foret Ol. 87, 1. Rectius Hermippus l. l. et Apollodorus natum Ol. 88, 1, vixisse dicunt annis 81. Cf. Clinton. ad an. 429.

---

omnino de Iasonis peregrinatione ad Phasin Homero nihil quicquam fuisse cognitum ait.

DE REBUS ATTALI.

7.

Hic (unus e dipnosophistis) *helanas* dixit, lampades aiens sic vocari a splendore (παρὰ τὴν ἕλην), usum autem esse eo vocabulo Neanthem libro primo Historiarum de rebus Attali.

DE VIRIS ILLUSTRIBUS.

8.

EPICHARMUS.

E Crasto urbe oriundus Epicharmus comicus et Lais meretrix, teste Neanthe in libro De viris illustribus.

9.

SOPHOCLES.

Obiisse Sophoclem Ister et Neanthes tradunt hoc modo : Callippidem histrionem, quum Opunte venisset ad Choes celebrandos, misisse ei uvam, cujus acinum adhuc immaturum in os injicientem Sophoclem propter summam senectutem suffocatum fuisse ideoque vitam finiisse.

10.

PERIANDER.

Sotion et Heraclides et Pamphila in quinto Commentariorum duos aiunt fuisse Periandros, tyrannum alterum, alterum vero sapientem eumque Ambracioten. Idem Neanthes quoque Cyzicenus dicit, addens patrueles sibi invicem fuisse.

11.

HERACLITUS.

Hermippus refert Heraclitum medicis dixisse, num posset quisquam pressis intestinis humorem exhaurire; negantibus autem, se ipsum solis objecisse radiis ac jussisse pueris boûm fimo se oblinere; ita vero distentum altero die obiisse sepultumque in foro esse. Neanthes vero Cyzicenus ait illum, fimo bubulo quum se eximere non posset, ita perstitisse atque ob eam mutationem ignotum a canibus discerptum esse.

12.

PLATO.

Neanthes tradit Platonem obiisse annos natum octoginta quattuor.

13.

Idem III, 4 : Ἔνιοι δὲ διὰ τὴν πλατύτητα τῆς ἑρμηνείας οὕτως ὀνομασθῆναι (φασὶ τὸν Πλάτωνα). ἢ ὅτι πλατὺς ἦν τὸ μέτωπον, ὡς φησιν Νεάνθης.

14.

Idem III, 25 : Τούτου, φησὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνός, εἰς Ὀλύμπια ἀνιόντος, τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἐπιστραφῆναι πρὸς αὐτόν· ὅτε καὶ Δίωνι συνέμιξε μέλλοντι στρατεύειν ἐπὶ Διονύσιον.

15.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Idem VI, 13 : Καὶ πρῶτος ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα (καθά φησι Διοκλῆς) καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρῆτο· βάκτρον τε ἀνέλαβε καὶ πήραν· πρῶτον δὲ καὶ Νεάνθης φησὶ διπλῶσαι θοιμάτιον.

16.

ΤΙΜΩΝ.

Schol. Arist. Lys. 808 : Τίμων οὗτος ἦν ὁ λεγόμενος μισάνθρωπος, ὃν φησι Νεάνθης ἀπὸ ἀχράδος πεσόντα χωλὸν γενέσθαι, μὴ προσιέμενον δὲ ἰατροὺς ἀποθανεῖν σαπέντα. Καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ τὸν τάφον ἄβατον γενέσθαι ὑπὸ θαλάσσης περιρραγέντα, ἐν ὁδῷ τῇ ἐκ Πειραιῶς εἰς Ζωστῆρα καὶ Σούνιον φερούσῃ.

Eadem Suidas v. Ἀπορρῶγας (cl. Τίμων), ubi Νεάνθης in duobus codd. Par., Εὐάνθης in reliq.— ἀχράδος] ita Suidas; schol. χαράδρας corrupte.

ΠΕΡΙ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΚΑΙ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΩΝ.

17.

Clem. Alex. Strom. I, p. 129, 42 Sylb. (p. 352 Pott.) : Pythagoras sec. Aristarchum et Theopompum Tyrrhenus fuit, ὡς δὲ Νεάνθης Σύριος ἢ Τύριος.

Eadem Theodoret. Therap. I, p. 468, et Porphyr. V. Pyth. init. (v. fr. 30), ubi laudatur Κλεάνθης ἐν πέμπτῳ Μυθικῶν. Eodem etiam Noster locus relegandus erat; sed h. l. posui, quia Neanthes in libris de Pythagoricis mentionem hujus rei omittere vix potuit. Contra Menagius ad Diog. L. VIII, 72, p. 383 pro Μυθικῶν legi vult Πυθαγορικῶν. At nonne mirum foret quinto demum libro lectorem de patria Pythagoræ doceri? Cf. not. ad fr. 30.

18

Porphyr. V. Pyth. §. 55 p. 90 ed. Kiessl., postquam de causis seditionis Cyloniæ dixerat, pergit. Τοὐντεῦθεν δ' οἱ μέν φασιν ὅτι τῶν ἑταίρων τοῦ Πυθαγόρου συνηγμένων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλητοῦ παρὰ τὴν Πυθαγόρου ἀποδημίαν (ὡς γὰρ Φερεκύδην τὸν Σύριον αὐτοῦ διδάσκαλον γενόμενον εἰς Δῆλον ἐπεπόρευτο νοσοκομήσων αὐτὸν περιπετῆ γενόμενον τῷ ἱστορουμένῳ φθειριάσεως πάθει καὶ κηδεύσων), πάντας πανταχῇ ἐνέπρησαν αὐτοῦ τε καὶ κατέλευσαν, δύο ἐκφυγόντων ἐκ τῆς πυρᾶς, Ἀρχίππου τε καὶ Λύσιδος, ὥς φησι Νεάνθης, ὧν ὁ Λύσις ἐν Ἑλλάδι ᾤκησεν, Ἐπαμινώνδᾳ τε συγγέγονεν, οὗ καὶ διδάσκαλος γέγονε. Διαιαίαρχος δὲ καὶ οἱ ἀκριβέστεροι καὶ τὸν Πυθαγόραν φασὶ παρεῖναι τῇ ἐπιβουλῇ.

13.

Sunt qui Platonem ob orationis ubertatem et miram latitudinem sic appellatum putent; sive quod ampla fuerit fronte, ut Neanthes scribit.

14.

Refert Neanthes Cyzicenus Platonem, quum ad Olympia aliquando ascendisset, Græcorum in se omnium ora convertisse, eodemque tempore Dionem convenisse, bellum adversus Dionysium parantem.

15.

ANTISTHENES.

Antisthenes primus pallium, ut ait Diocles, duplicavit, ipsoque solo utebatur vestimento; baculumque sumpsit ac peram. Hunc etiam Neanthes primum refert duplicasse pallium.

16.

TIMON.

Intelligendus est μισάνθρωπος, quem dicunt. Hunc Neanthes tradit, quum de piro silvestri cecidisset, claudum factum esse, et quum medicos admittere nollet, putredine consumptum obiisse; porro sepulcrum ejus ad viam, quæ ex Piræeo ad Zosterem et Sunium ducit, inaccessum factum esse mari undique circumfuso.

DE PYTHAGORA ET DE PYTHAGOREIS.

17.

Pythagoras secundum Neanthem Syrus vel Tyrius fuit.

18.

Proinde, ut nonnulli referunt, Pythagoræ familiares in Milonis athletæ ædibus congregatos, absente tum Pythagorâ (nam ad Pherecydem Syrium, quo præceptore olim fuerat usus, in Delum discesserat, ut famoso illo pediculari morbo correpto adesset curamque ejus gereret), omnes igne immisso exusserunt et lapidibus obruerunt; duobus tantum ex incendio elapsis, Archippo et Lyside, ut Neanthes prodidit. Ex hisce Lysis in Græcia habitavit, et ad Epaminondam se contulit, cujus etiam præceptor fuit. Sed Dicæarchus et accuratiores auctores ipsum quoque Pythagoram adfuisse aiunt, quum insidiæ struerentur.

19.

Theolog. arithm. p. 40, 10 Ast. : Ἐπεὶ δὲ ὁ ἀπὸ τοῦ ς′ κύβος σις′ γίνεται, ὁ ἐπὶ ἑπταμήνων γονίμων χρόνος, συναριθμουμένων τοῖς ἑπτὰ τῶν ἓξ ἡμερῶν, ἐν αἷς ἀφροῦται καὶ διαχύσεις σπέρματος λαμβάνει τὸ σπέρμα, Ἀνδροκύδης δὲ ὁ Πυθαγορικὸς ὁ περὶ τῶν συμβόλων γράψας καὶ Εὐβουλίδης καὶ Νεάνθης, οἱ τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα ἀναγράψαντες, σις′ ἔτεσι τὰς μετεμψυχώσεις τὰς αὐτῷ συμβεβηκυίας ἔφασαν γεγονέναι. Sequentia lege in fragm. Aristoxeni 23.

20.

ΕΜΠΕΔΟΚΛΗΣ.

Diogen. L. VIII, 54 : Ἀκοῦσαι δ' αὐτὸν (τὸν Ἐμπεδοκλέα) Πυθαγόρου Τιμαῖος (fr. 81) διὰ τῆς ἑνάτης ἱστορεῖ, λέγων ὅτι καταγνωσθεὶς ἐπὶ λογοκλοπείᾳ τότε (καθὰ καὶ Πλάτων) τῶν λόγων ἐκωλύθη μετέχειν... Φησὶ δὲ Νεάνθης ὅτι μέχρι Φιλολάου καὶ Ἐμπεδοκλέους ἐκοινώνουν οἱ Πυθαγορικοὶ τῶν λόγων· ἐπεὶ δ' αὐτὸς διὰ τῆς ποιήσεως ἐδημοσίωσεν αὐτά, νόμον ἔθεντο μηδενὶ μεταδώσειν ἑποποιῷ. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Πλάτωνά φασι παθεῖν· καὶ γὰρ τοῦτον κωλυθῆναι. Τίνος μέντοι γ' αὐτῶν ἤκουσεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς οὐκ εἶπε· τὴν γὰρ περιφερομένην πρὸς Τηλαυγοῦς ἐπιστολήν, ὅτι μετέσχεν Ἱππάσου καὶ Βροντίνου, μὴ εἶναι ἀξιόπιστον. Vix dubium est Timæum et Neanthem Philisci discipulos vel alterum ex altero, vel utrumque ex eodem fonte hausisse. Quare pro Πυθαγόρου Τιμαῖος reponendum puto Πυθαγορικῶν τινὸς Τιμ. Contra ipsum Pythagoram Emp. magistrum dixerat Alcidamas ap. Diog. VIII, 56; ad hunc respicit Diog. VIII, 50. Ceterum cf. Karsten. Empedoclis Reliq. p. 4; de λογοκλοπείας fabula idem p. 51.

21.

Idem VIII, 58, de tragœdiis Empedoclis : Ἡρακλείδης δὲ ὁ τοῦ Σεραπίωνος, ἑτέρου φησὶν εἶναι τὰς τραγῳδίας, Ἱερώνυμος δὲ τρισὶ καὶ τετταράκοντά φησιν ἐντετυχηκέναι. Νεάνθης δὲ νέον ὄντα γεγραφέναι τὰς τραγῳδίας καὶ αὐτὸς ἔπειτα αὐταῖς ἐντετυχηκέναι. Heraclidem veriora tradere non dubium. V. Karsten. l. l. p. 64.

22.

Idem VIII, 72 : Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνὸς ὁ καὶ περὶ τῶν Πυθαγορικῶν εἰπὼν φησὶ Μέτωνος τελευτήσαντος τυραννίδος ἀρχὴν ὑποφύεσθαι· εἶτα τὸν Ἐμπεδοκλέα πεῖσαι τοὺς Ἀκραγαντίνους παύσασθαι μὲν τῶν στάσεων, ἰσότητα δὲ πολιτικὴν ἀσκεῖν. Ἔτι δὲ πολλὰς τῶν πολιτίδων ἀπροίκους ὑπαρχούσας αὐτὸν προικίσαι διὰ τὸν παρόντα πλοῦτον, καὶ στρόφιον ἐπιθέσθαι χρυσοῦν, ὡς Φαβωρῖνος ἐν Ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ· ἔτι τ' ἐμβάδας χαλκᾶς καὶ στέμμα Δελφικόν. Κόμη τ' ἦν αὐτῷ βαθεῖα καὶ παῖδες ἀκόλουθοι, καὶ αὐτὸς ἀεὶ σκυθρωπὸς ἐφ' ἑνὸς ἦν σχήματος. Τοιοῦτος δὲ προῆει, τῶν πολιτῶν ἐντυχόντων, καὶ τοῦτο ἀξιωσάντων οἱονεὶ βασιλείας τινὸς παράσημον. Ὕστερον δὲ διά τινα πανήγυριν πορευόμενον ἐφ' ἁμάξης ὡς εἰς Μεσσήνην, πεσεῖν, καὶ τὸν μηρὸν κλᾶσαι· νοσήσαντα δ' ἐκ τούτου, τελευτῆσαι ἐτῶν ζ′ καὶ ο′ [ὥς φησι Νεάνθης ὁ Κυζικηνός].

Postrema addit Hesychius Miles. (v. Ἐμπεδοκλῆς p. 24 ed. Orelli), qui eadem ad verbum exhibet, nisi quod Neanthis mentionem ab initio articuli ad finem relegavit. Ceterum de re cf. Karsten. l. l. p. 15 sqq.

19.

Androcydes Pythagoreus, qui de symbolis Pythagoreorum scripsit, et Eubulides et Neanthes, qui vitam Pythagoræ conscripserunt, ducentesimo quoque et decimo sexto anno metempsychoses Pythagoræ fuisse tradunt.

20.

Empedoclem audiisse Pythagoram Timæus auctor est in nono Historiarum, dicens improbatum, quod doctrinam evulgasset, consortio exclusum fuisse, quemadmodum etiam Platonem... Refert vero Neanthes usque ad Philolaum et Empedoclem ad sermonum communionem admittere omnes solitos, ubi vero ipse poemate disciplinam divulgavit, legum tulerunt, uti nullo cum epico poeta communicare disciplinam liceret. Idem Platoni quoque accidisse narrat ille : quippe et hunc fuisse prohibitum. Quem tamen illorum audiverit Empedocles, non dixit : eam enim quæ Telaugis fertur epistolam, in qua Hippasum et Brontinum audiisse dicitur, non esse fide dignam.

21.

Heraclides Serapionis filius tragœdias alterius fuisse memorat. Hieronymus vero quadraginta tres se vidisse asserit, Neanthes autem hunc juvenem scripsisse tragœdias, quas ipse quoque postea viderit.

22.

Neanthes Cyzicenus, qui etiam de Pythagoreis scripsit, refert Metone vita functo tyrannidis pullulare exordia cœpisse; tum vero Empedoclem Agrigentinos induxisse uti seditionibus omissis æqualitatem civilem amplecterentur. Multis itidem civium, quæ sine dote erant, dotem dedisse de copia divitiarum : ideo et purpuram eum induisse et strophium aureum circumdedisse Favorinus in primo Commentariorum auctor est; crepidas item æreas et Delphicam sumpsisse coronam. Coma item illi prolixa fuit et pueri pedissequi : et ipse gravis semper atque in uno severitatis habitu perstitit. Eo habitu igitur prodibat, ut civibus ipsi occursantibus ac pro magno id munere habentibus, specimen quoddam et insigne regium præ se ferre videretur. Postremo vero quum celebritatis cujusdam causa Messanam curru invectus pergeret, cecidisse coxamque fregisse : quo etiam ex morbo defunctum esse ætatis anno septuagesimo septimo [ut Neanthes Cyzicenus tradit].

22 a.

Iamblich. V. Pyth. c. 31, § 189: Καὶ ἐξ ὧν Ἱππόβοτος καὶ Νεάνθης περὶ Μυλλίου καὶ Τιμύχας τῶν Πυθαγορείων ἱστοροῦσι μαθεῖν ἔνεστι τὴν ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν σωφροσύνην, καὶ ὅπως αὐτὴν Πυθαγόρας παρέδωκε. Τὸν γὰρ Διονύσιον τὸν τύραννόν φασιν, ὡς πάντα ποιῶν οὐδενὸς αὐτῶν ἐπετύγχανε τῆς φιλίας, φυλαττομένων τὸ μοναρχικὸν αὐτοῦ καὶ παράνομον, λόγον τινὰ τριάκοντα ἀνδρῶν, ἡγουμένου Εὐρυμένους Συρακουσίου, Δίωνος ἀδελφοῦ, ἐπιπέμψαι τοῖς ἀνδράσι λογήσοντα τὴν μετάβασιν αὐτῶν ἀπὸ Τάραντος εἰς Μεταπόντιον εἰωθυῖαν κατὰ καιρὸν γίνεσθαι· ἠρμόζοντο γὰρ πρὸς τὰς τῶν ὡρῶν μεταβολὰς, καὶ τόπους εἰς τὰ τοιάδε ἐπελέγοντο ἐπιτηδείους. Ἐν δὴ Φάλαις (Φάναις Scalig.), χωρίῳ τῆς Τάραντος φαραγγώδει, καθ' ὃ συνέβαινεν αὐτοῖς ἀναγκαίως τὴν δδοιπορίαν γενήσεσθαι, εἶδόν τε καταχρύψας τὸ πλῆθος ὁ Εὐρυμένης. Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν προειδόμενοι ἀφίκοντο οἱ ἄνδρες περὶ μέσον ἡμέρας εἰς τὸν τόπον, λῃστρικῶς αὐτοῖς ἐπαλαλάξαντες ἐπέθεντο οἱ στρατιῶται. Οἱ δὲ ἐκταραχθέντες μετ' εὐλαβείας ἅμα τε διὰ τὸ αἰφνίδιον καὶ αὐτὸ τὸ πλῆθος (ἦσαν γὰρ αὐτοὶ σύμπαντες δέκα που τὸν ἀριθμόν), καὶ ὅτι ἄνοπλοι πρὸς ποικίλως ὡπλισμένους διαγωνιστόμενοι ἔμελλον ἁλίσκεσθαι, ὁρόμῳ καὶ φυγῇ διασώζειν αὑτοὺς διέγνωσαν, οὐδὲ τοῦτο ἀλλότριον ἀρετῆς τιθέμενοι· τὴν γὰρ ἀνδρείαν ἤδεσαν ψευκτέων καὶ ὑπομενετέων ἐπιστήμην, ὡς ἂν ὁ ὀρθὸς ὑπαγορεύῃ λόγος· καὶ ἐπετύγχανον δὲ ἤδη τούτου· βαρυνόμενοι γὰρ τοῖς ὅπλοις ἀπελείποντο οἱ σὺν Εὐρυμένει τοῦ διωγμοῦ· εἰ μὴ περιφεύγοντες ἐνέτυχον πεδίῳ τινὶ χυάμοις ἐσπαρμένῳ καὶ τεθηλότι ἱκανῶς· καὶ μὴ βουλόμενοι ὄγμα παραβαίνειν τὸ κελεῦον χυάμων μὴ θιγγάνειν, ἔστησαν, καὶ ὑπ' ἀνάγκης λίθοις καὶ ξύλοις καὶ τοῖς προστυχοῦσιν ἕκαστος μέχρι τοσοῦτον ἠμύνοντο τοὺς διώκοντας, μέχρι τινὰς αὐτῶν μὲν ἀνῃρηκέναι, πολλοὺς δὲ τετραυματικέναι, πάντας μὲν ὑπὸ τῶν δορυφόρων ἀναιρεθῆναι, καὶ μηδένα τοπαράπαν ζωγρηθῆναι, ἀλλὰ πρὸ τούτων θάνατον ἀσμενίσαι κατὰ τὰς τῆς αἱρέσεως ἐντολάς. Ἐν συγχύσει δὲ πολλῇ τὸν μὲν Εὐρυμένην καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ καὶ οὐ τῇ τυχούσῃ γενέσθαι, εἰ μηδὲ ἕνα ζῶντα ἀγάγοιεν τῷ πέμψαντι Διονυσίῳ, εἰς αὐτὸ μόνον ταῦτο προτρεψαμένῳ αὐτούς. Τῆς οὖν ἐπαμήσαντες τοῖς πεσοῦσι, καὶ ἡρῷον πολυάνδριον ἐπιχώσαντες αὐτόθι, ὑπέστρεφον. Εἶτα αὐτοῖς ἀπήντησε Μυλλίας Κροτωνιάτης καὶ Τιμύχα Λακεδαιμονία, γυνὴ αὐτοῦ, ἀπολειπομένη τοῦ πλήθους, ὅτι ἔγκυος οὖσα ἡ Τιμύχα τὸν δέκατον ἤδη μῆνα εἶχε καὶ σχολαίως διὰ τοῦτο ἐβάδιζε. Τούτους δὲ ζωγρήσαντες ἄσμενοι πρὸς τὸν τύραννον ἤγαγον, μετὰ πάσης κομιδῆς καὶ ἐπιμελείας διασώσαντες. Ὁ δὲ περὶ τῶν γεγονότων διαπυθόμενος καὶ ἀθυμήσας ἔφαινεν (ὡς ἐνέφαινεν conj. Kiessl.), Ἀλλ' ὑμεῖς γε, εἶπεν, ὑπὲρ πάντων τῆς ἀξίας τεύξεσθε παρ' ἐμοῦ τιμῆς, εἴ μοι συμβουλεῦσαι (cod. Ciz. συμβασιλεῦσαι vgo) θελήσετε. Τοῦ δὲ Μυλλίου καὶ τῆς Τιμύχας πρὸς πάντα ἃ ἐπηγγέλλετο ἀνανευόντων, Ἀλλὰ ἕν γέ με, ἔφη, διδάξαντες μετὰ τῆς ἐπιβαλλούσης προποιμπῆς διασώζεσθε. Πυθομένου δὲ τοῦ Μυλλίου, καὶ τί ποτ' ἐστὶν ὃ μαθεῖν προθυμεῖται· Ἐκεῖνο, εἶπεν ὁ Διονύσιος, τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν

22 a.

Licebit præterea virorum illorum continentiam, et quomodo illam Pythagoras docuerit, ex illis etiam cognoscere, quæ Hippobotus et Neanthes de Myllia et Timycha Pythagoreis memoriæ prodiderunt. Referunt enim Dionysium tyrannum, quum nihil inexpertum omitteret, non potuisse tamen ullius Pythagorei amicitiam sibi conciliare, utpote qui ingenium ejus imperiosum et a legum observatione abhorrens caute declinabant. Turmam itaque triginta militum, duce Eurymene Syracusano, Dionis fratre, viris immisisse, ut, quum pro more et temporis ratione Metapontum Tarento commigrarent, iis insidias tenderet: in usu quippe habebant, ut pro diversis anni tempestatibus domicilium mutarent, et loca huic rei apta seligerent. Itaque in agro Tarentino, regione convallibus obsita, quam Phalas nominabant, qua illis necessario transeundum erat, copias suas Eurymenes in insidiis collocaverat: quumque Pythagorei nihil tale metuentes circa meridiem eo pervenissent, milites, clamore edito, latronum more in eos irruerunt. Illi vero re improvisa numeroque insidiantium (nam ipsi non amplius decem erant) in metum terroremque conjecti, ac se facile captum iri rati, quod inermes adversus bene armatos pugnaturi essent, cursu fugaque sibi consulere decreverunt, minime id a virtute alienum existimantes; quippe qui probe noverant fortitudinem fugiendorum et sustinendorum, prout recta ratio dictaverit, scientiam esse. Nec cesserat infeliciter consilium; siquidem Eurymenis milites armis graves fugientibus segnius instabant; nisi ad campum fabis consitum affatimque jam florentem pervenissent. Tum enim placitum illud, quod fabas attingere vetabat, violare abnuentes pedem fixerunt, et necessitate compulsi lapidibus, fustibus et aliis, quæcunque præ manibus erant, tamdiu se contra hostes defenderunt, donec quidam ex ipsis cæsi, plures vulnerati, denique omnes a satellitibus interfecti sunt: neque enim ullus eorum vivus capi sustinuit, sed omnes secundum sectæ suæ regulas perire maluerunt. At Eurymenes ejusque satellites valde conturbati erant, quod ne unum quidem ad Dionysium adducere possent, quum tamen in hunc unice finem a tyranno missi essent. Terra itaque cæsis injecta, communique tumulo iis ibidem constructo, domum ire parabant, quum iis forte obviam facti sunt Myllias Crotoniates et Timycha Lacedæmonia, uxor ejus, quos reliqua multitudo a tergo reliquerat, quum Timycha jam decem mensibus gravida tardius incederet. Hos igitur vivos in potestatem redactos ad tyrannum læti deduxerunt, nullo studio curaque omissa, quo illos incolumes conservarent. Dionysius autem cognito quod acciderat mœrore affectus, ubi apparuit, Vos vero, ait, dignos a me honores consequimini, si consiliis vestris præsto adesse mihi volueritis. Quæ promissa quum illi respuissent, At unum saltem si me docueritis, inquit Dionysius, incolumes dato sufficienti præsidio dimittam: interroganteque Myllia, quid tandem esset, quod tantopere

οἱ ἑταιροί σου ἀποθανεῖν μᾶλλον εἵλοντο ἢ κυάμους πατῆσαι. Καὶ ὁ Μυλλίας εὐθύς, Ἀλλ' ἐκεῖνοι μέν, εἶπεν, ὑπέμειναν, ἵνα μὴ κυάμους πατήσωσιν, ἀποθανεῖν, ἐγὼ δὲ αἱροῦμαι, ἵνα τούτου σοι τὴν αἰτίαν μὴ ἐξείπω, κυάμους μᾶλλον πατῆσαι. Καταπλαγέντος δὲ τοῦ Διονυσίου καὶ μεταστῆσαι κελεύσαντος αὐτὸν σὺν βίᾳ, βασάνους δὲ ἐπιφέρειν τῇ Τιμύχᾳ προστάττοντος· ἐνόμιζε γὰρ, ἅτε γυναῖκά τε οὖσαν καὶ ἔπογκον (ἔτι ἔγκυον Schæfer.), ἐρήμην δὲ τοῦ ἀνδρὸς, ῥᾳδίως τοῦτο ἐκλαλήσειν φόβῳ τῶν βασάνων· ἡ γενναία δὲ συμβρύξασα ἐπὶ τῆς γλώσσης τοὺς ὀδόντας καὶ ἀποκόψασα αὐτὴν προσέπτυσε τῷ τυράννῳ, ἐμφαίνουσα ὅτι, εἰ καὶ ὑπὸ τῶν βασάνων τὸ θῆλυ αὐτῆς νικηθὲν συναναγκασθείη τῶν ἐχεμυθουμένων τι ἀναλαλύψαι, τὸ μὴν ὑπηρετῆσον ἐκποδὼν ὑπ' αὐτῆς περικέκοπται. Οὕτως δυσκατάθετοι πρὸς τὰς ἐξωτερικὰς φιλίας ἦσαν, εἰ καὶ βασιλικαὶ τυγχάνοιεν.

Eandem historiam respexit S. Ambrosius De Virginit. II, c. 4. Ceterum de Tymicha v. Menagius in Historia mulier. philosopharum. — Prima verba Ἱππόβοτος... ἱστοροῦσι habes etiam ap. Porphyr. V. Pyth. extrem.; cetera ibi perierunt.

ΠΕΡΙ ΤΕΛΕΤΩΝ.

E LIBRO PRIMO.

23.

Favorin. v. Βριτόμαρτις p. 391, 7 Bas.: Νεάνθης ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ τελετῶν φησι χρησμὸν Διὶ δοθῆναι, ὅτι ὁ ἐκ τῆς μήτρας τῆς Ἑκάτης γενησόμενος μεταστήσει τῆς βασιλείας αὐτόν· γεννώσης δὲ τῆς Ἑκάτης, τὰς συμπαρούσας κόρας τῇ λεχοῖ ἀναθοῆσαι βρίτον, τοῦτ' ἔστιν ἀγαθόν· παρὰ τοῦτο δὲ ἐπίθεγμα ὠνομάσθαι τὴν θεόν.

Eadem Etym. M. p. 214, 25. « De voce βρίτον v. Bekk. An. p. 567, Müller. *Æginet.* p. 164, *Prolegom.* p. 244, Welcker. *zu Schwenks Andeut.* p. 343. » Marquardt. *Cyz.* p. 169.

E LIBRO SECUNDO.

24.

Athenæus XIII, p. 602, B: Διαβόητα δ' ἐστὶ καὶ τὰ ἐπὶ Κρατίνῳ τῷ Ἀθηναίῳ γενόμενα· ὃς μειράκιον [ὢν] εὔμορφον, Ἐπιμενίδου καθαίροντος τὴν Ἀττικὴν ἀνθρωπείῳ αἵματι διά τινα μύσῃ παλαιὰ, ὡς ἱστορεῖ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν δευτέρῳ Περὶ τελετῶν, ἑκὼν αὐτὸν ἐπέδωκεν ὁ Κρατῖνος ὑπὲρ τῆς θρεψαμένης· ᾧ καὶ ἐπαπέθανεν ὁ ἐραστὴς Ἀριστόδημος, λύσιν τ' ἔλαβε τὸ δεινόν.

[ὤν] adjecit Dindorf. De re confer Diogen. L. I, 110, qui Aristodemi loco Ctesibium ponit; Heinrich. *Epimenid.* p. 94. Bœckh. C. I. I, p. 445. Ceterum addit Athenæus hæc: Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι τὰ παρὰ Κρατίνου καὶ Ἀριστοδήμου πεπλάσθαι φησὶ Πολέμων (fr. 53) ἐν ταῖς Πρὸς Νεάνθην ἀντιγραφαῖς.

25.

Athenæus IX, p. 375, F, ex Agathoclis Περὶ Κυζικοῦ opere fabulam Cretensem narrat de sue Jovis nutrice, suisque apud Præsios sanctitate; τὰ παραπλήσια, pergit, ἱστορεῖ καὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν δευτέρῳ Περὶ τελετῆς (scr. τελετῶν).

26.

Harpocratio v. Ἄττης: Ὁ Ἄττης παρὰ Φρυξὶ μάλιστα τιμᾶται ὡς πρόσπολος τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. Τὰ δὲ περὶ αὐτὸν δεδήλωκε Νεάνθης· μυστικὸς δὲ ὁ λόγος. « Dymæorum ἀπόρρητον λόγον de Cybelæ et At-

---

discere averet; Hoc, subjecit tyrannus, cur socii tui mori maluerint quam fabas calcare? Illi quidem, Myllias statim respondet, ne fabas calcarent, mori sustinuerunt: at ego malim fabas calcare quam causam hujus rei tibi prodere. Quo responso perculsus Dionysius Mylliam e conspectu abripi, Timychæ vero tormenta admoveri jussit, ratus eam, utpote mulierem et gravidam et a marito destitutam, facilius illud metu tormentorum indicaturam esse: sed mulier generosa dentibus linguam mordicus correptam abscidit, et in tyrannum exspuit; eoque illi demonstravit, licet sexus ejus muliebris tormentis succumbens tacendum aliquid evulgare adigeretur, ministram tamen loquendi a se e medio sublatam præcisamque esse. Adeo difficulter ad admittendas extraneas, imo regias etiam amicitias adduci se passi sunt.

DE INITIIS.

23.

Neanthes libro primo De initiis ait accepisse Jovem oraculum, fore, ut si masculum partum Hecate eleret, ab eo ipse regno pelleretur. Quum vero *puellam* Hecate ederet, puellas lecto ejus adstantes exclamasse βρίτον, id est *bonum*, atque ab acclamatione hac deam Britomartim esse vocatam.

24.

Celebratum etiam est Cratini factum Atheniensis; qui quum formosus esset adolescentulus, quo tempore Epimenides Atticam humano sanguine lustravit ob vetusta quædam piacula, ut tradit Neanthes Cyzicenus secundo libro De initiis, ultro se ipsum pro patria obtulit: cujus post mortem Aristodemus etiam, amator ejus, sponte vitam finivit, et cessavit malum.

25.

Similia illis, quæ Agathocles de sue Jovis nutrice tradit, leguntur apud Neanthem in libro secundo De initiis.

26.

Attes apud Phryges maxime honoratur utpote minister

tis commerciis et luctuoso pueri a sue interempti casu (Pausan. VII, 17, 5) sine dubio enarravit Neanthes eo loco, quo suum facinora memorabilia collegit (Athen. p. 375, F) » Lobeck. Aglaoph. I, p. 151, citante Marquardt. l. l.

27.

Clem. Al. Strom. V, p. 243, 20 Sylb. (p. 673 Pott.) : Συνομόλογος τῆς τοιαύσδε δόξης καὶ ὁ Κυζικηνὸς Νεάνθης, γράφων τοὺς Μακεδόνων ἱερεῖς ἐν ταῖς κατευχαῖς βέδυ καταλεῖν ἴλεω αὐτοῖς τε καὶ τοῖς τέκνοις, ὅπερ ἑρμηνεύουσιν ἀέρα.

Antecedit locus Philyllii comici, quo βέδυ vocem ἀέρα significare probatur. Secundum alios, eodem Clemente testante, βέδυ non ἀὴρ sed ὕδωρ Phrygum sermone dicitur. Aliud aquæ nomen sacerdotale vide ap Ephorum fr. 27. Cf. Lobeck. Aglaoph. p. 883, Müller. *Dor.* I, 8. — Præter allata ad librum Περὶ τελετῶν referre licet fr. 36.

ΤΑ ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ ΜΥΘΙΚΑ.

E LIBRO SECUNDO.

28.

Parthenius Erot. c. 33, p. 179 Westerm. : Περὶ Ἀσσάονος. (Ἱστορεῖ Ξάνθος Λυδιακοῖς καὶ Νεάνθης (Νίανθος cod.) β' καὶ Σιμμίας ὁ Ῥόδιος.) Διαφόρως δὲ καὶ τοῖς πολλοῖς ἱστορεῖται καὶ τὰ τῆς Νιόβης· οὐ γὰρ Ταντάλου φασὶν αὐτὴν γενέσθαι, ἀλλ' Ἀσσάονος μὲν θυγατέρα, Φιλόττου δὲ γυναῖκα· εἰς ἔριν δὲ ἀφικομένην Λητοῖ περὶ καλλιτεχνίας, ὑποσχεῖν τίσιν τοιάνδε· τὸν μὲν Φίλοττον ἐν κυνηγίᾳ διαφθαρῆναι, τὸν δὲ Ἀσσάονα τῆς θυγατρὸς πόθῳ σχόμενον αὐτὴν αὑτῷ γήμασθαι· μὴ ἐνδιδούσης δὲ τῆς Νιόβης, τοὺς παῖδας αὐτῆς εἰς εὐωχίαν καλέσαντα καταπρῆσαι· καὶ τὴν μὲν διὰ ταύτην τὴν συμφορὰν ἀπὸ πέτρας ὑψηλοτάτης αὐτὴν ῥῖψαι· ἔννοιαν δὲ λαβόντα τῶν σφετέρων ἁμαρτημάτων διαχρήσασθαι τὸν Ἀσσάονα ἑαυτόν.

E LIBRO TERTIO.

29.

Ammonius p. 33. Valcken. : Ἰδίως δὲ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν τρίτῳ τῶν Κατὰ πόλιν βωμοὺς θεῶν φησιν, ἐσχάρας δ' ἡρώων.

Valckenarius p. 49, loci Plutarchei (fr. 32) immemor, scribi voluit ἐν τρίτῳ Τελετῶν καταπολὺ βωμοὺς κτλ. — « De differentia vocum ἐσχάρα et βωμός cf. Eustath. ad Od. ζ', 305, p. 1564, 28 Rom. [ubi eadem ex Neanthe affert] et 1575, 5; Bekk. An. Gr. p. 256, 32; Vales. ad Harpocr. p. 468; Pausan. V, 13, 8. Bergl. ad Alciphr. p. 239. » Marquardt.

E LIBRO QUINTO.

30.

Porphyrius Vit. Pyth., init. : Οἱ μὲν γὰρ Σάμιον αὐτὸν (Πυθαγόραν) εἶναι φασί· Κλεάνθης (scr. Νεάνθης vid. fr. 17) δὲ ἐν πέμπτῳ τῶν Μυθικῶν, Σύρον ἐκ Τύρου τῆς Συρίας. Σιτοδείας δὲ καταλαβούσης τοὺς Σαμίους, προσπλεύσαντα τὸν Μνήσαρχον κατ' ἐμπορίαν μετὰ σίτου τῇ νήσῳ, καὶ ἀποδόμενον, τιμηθῆναι πολιτείᾳ. Πυθαγόρου δ' ἐκ παίδων εἰς πᾶσαν μάθησιν ὄντος εὐφυοῦς, τὸν Μνήσαρχον ἀπαγαγεῖν αὐτὸν εἰς Τύρον, ἐκεῖ δὲ τοῖς Χαλδαίοις συστάντα μετασχεῖν τούτων ἐπιπλεῖον ποιῆσαι. Ἐπανελθόντα δ' εἰς τὴν Ἰωνίαν ἐντεῦθεν τὸν Πυθαγόραν πρῶτον μὲν Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ ὁμιλῆσαι· δεύτερον δ' Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφυλίῳ, ἐν Σάμῳ ἤδη γηράσκοντι. Λέγει δὲ ὁ Κλεάνθης

Matris deorum. Exponit de eo Neanthes. Mystica narratio est.

27.

Congruunt cum hac opinione quæ Neanthes Cyzicenus scribit, Macedonum sacerdotes in precibus βέδυ invocare, ut propitium sit ipsisque et liberis suis, eamque vocem interpretari *aerem*.

DE SINGULARUM CIVITATUM NARRATIONIBUS FABULOSIS.

28.

De Assaone. (Narrat Xanthus in libro De rebus Lydorum, Neanthes libro secundo, et Simmias Rhodius.) Diverse multis narratur etiam Niobæ historia. Non enim Tantali dicunt sed Assaonis fuisse filiam, uxorem vero Philotti; quæ quia cum Latona de prolis pulchritudine contendere ausa esset, hanc subiisset pœnam. Nempe Philottum in venatione dilaceratum esse, Assaonem vero, filiæ amore captum, connubio voluisse eam sibi jungere, et non obtemperante Nioba, filios ejus in convivium convocasse atque concremasse. Hanc ob calamitatem Niobam de rupe altissima præcipitem se dedisse, Assaonem vero, scelere suo cognito, manum sibi intulisse.

29.

Peculiari modo Neanthes Cyzicenus libro tertio Narrationum fabulosarum, quæ in singulis civitatibus obtinent, βωμοὺς ait deorum, ἐσχάρας vero heroum esse.

30.

Neanthes libro quinto Rerum fabulosarum Pythagoram Syrum fuisse prodit ex Tyro Syriæ urbe. Sed fame magna exorta in Samo, Mnesarchum mercaturæ causa appulisse in insulam et præmii loco civitate donatum esse. Pythagoram autem, cui a pueris ingenium ad omnes disciplinas aptissimum inerat, Tyrum postea fuisse abductum et Chaldæis ibidem commendatum, quorum doctrina imbui inprimis cupiebat. Reversum autem inde in Ioniam Pythagoram primum Pherecydi Syrio se adjunxisse, deinceps

ἄλλους εἶναι, οἳ τὸν πατέρα αὐτοῦ Τυρρηνὸν ἀποφαίνονται, τῶν τὴν Λῆμνον ἀποικησάντων (v. Aristot. fr. 1). Ἐντεῦθεν δὲ κατὰ πρᾶξιν εἰς Σάμον ἐλθόντα καταμεῖναι καὶ ἀστὸν γενέσθαι. Πλέοντος δὲ τοῦ Μνησάρχου εἰς τὴν Ἰταλίαν, συμπλεύσαντα Πυθαγόραν νέον ὄντα κομιδῇ, σφόδρα οὖσαν εὐδαίμονα· καὶ τόθ' ὕστερον εἰς αὐτὴν ἀποπλεῦσαι. Καταλέγει δ' αὐτοῦ καὶ ἀδελφοὺς δύο, Εὔνοστον καὶ Τυρρηνὸν πρεσβυτέρους.

Πέμπτῳ μυθικῶν] π. Πυθαγορικῶν Menag. (vide not. ad fr. 17); qua conjectura facile caremus. Syrorum fabulas a Neanthe collectas ipse Porphyrius nos docet fragm. 31, ubi de Syris agitur ab esu carnium olim abstinentibus. Vel hoc occasionem dare poterat ut de Pythagoræ super hanc rem placitis, deque Pythagora Tyrio Chaldæorumque alumno verba faceret. Ceterum num omnia, quæ ex Neanthe h. l. Porph. affert, ex iisdem Mythicis fluxerint, neque nego neque affirmo.

31.

Porphyrius De abstin. IV, 15, p. 345 ed. Rœhr.: Καὶ μὴν καὶ τοὺς Σύρους ἱστοροῦσι τὸ παλαιὸν ἀπέχεσθαι τῶν ζώων, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τοῖς θεοῖς θύειν· ὕστερον δὲ θῦσαι μὲν εἰς ἀποτροπήν τινων κακῶν, αὐτοὺς δὲ μηδὲ ὅλως προσίεσθαι τὴν σαρκοφαγίαν. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὥς φησι Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Κύπριος, κατὰ Πυγμαλίωνα, τὸν γένει μὲν Φοίνικα βασιλεύσαντα δὲ Κυπρίων, τὴν σαρκοφαγίαν παραδεχθῆναι ἐκ τῆς τοιαύτης παρανομίας. Λέγει δὲ ὁ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ Περὶ Κύπρου καὶ Φοινίκης ταῦτα· « Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον οὐκ ἐθύετο τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἔμψυχον, ἀλλ' οὐδὲ νόμος ἦν περὶ τούτου διὰ τὸ νόμῳ φυσικῷ κεκωλῦσθαι· ὑπὸ δέ τινας καιροὺς πρῶτον ἱερεῖον θῦσαι μυθεύονται ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς αἰτουμένους, εἶτα τούτου γενομένου ὁλοκαυτίζειν τὸ τυθέν. Ὕστερον δέ ποτε φλεγομένου τοῦ ἱερείου πεσεῖν σάρκα εἰς γῆν, ἣν ἀνελόντα τὸν ἱερέα καὶ καταιόμενον, ἀβουλήτως προσαγαγεῖν τῷ στόματι τοὺς δακτύλους ἀκούμενον τὴν κατάκαυσιν· γευσάμενον δὲ τῆς κνίσσης, ἐπιθυμῆσαι καὶ μὴ ἀποσχέσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ γυναικὶ μεταδοῦναι. Γνόντα δὲ τοῦτο τὸν Πυγμαλίωνα αὐτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα κατὰ χρημνῶν ἀφεῖναι, ἑτέρῳ δὲ τὴν ἱερωσύνην παραδοῦναι· ὃς οὐ πολλοῦ χρόνου διαλείποντος τὴν μὲν αὐτὴν θυσίαν ἔτυχεν ποιούμενος, ἐπεὶ δὲ τῶν αὐτῶν κρεῶν ἔφαγε, ταῖς αὐταῖς ἐκείνῳ συμφοραῖς περιέπιπτεν. Ἐπὶ πλέον δὲ τοῦ πράγματος προβαίνοντος, καὶ τῶν ἀνθρώπων τῇ θυσίᾳ χρωμένων καὶ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἀπεχομένων, ἀλλὰ τῆς σαρκὸς ἁπτομένων, οὐκ (scr. οὕτω δὴ vel tale quid) ἀποστῆναι τοῦ κολάζειν. Τὸ μέντοι τῶν ἰχθύων ἀπέχεσθαι ἄχρι τῶν Μενάνδρου χρόνων τοῦ κωμικοῦ διέμεινε. »

Hieronym. Adv. Jovin. II, c. 14: *Euanthes* (scr. *Neanthes*) *Cyzicenus et Asclepiades Cyprius, ætate qua Pygmalion in Oriente regnabat, scribunt esum carnium non fuisse.*

E LIBRIS INCERTIS.

32.

Plutarch. Qu. Symp. I, 10, p. 761 ed. Didot: Προεβλήθη δέ τι τοιοῦτον ὑπὸ Μάρκου τοῦ γραμματικοῦ. Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν ἔφη λέγειν ἐν τοῖς Κατὰ πόλιν μυθικοῖς, ὅτι τῇ Αἰαντίδι φυλῇ γέρας ὑπῆρχε τὸ μὴ κρίνεσθαι τὸν [αὐτῆς] χορὸν ἔσχατον. [Ὁ] μὲν οὖν

Hermodamanti Creophylio, qui senex in Samo tum degebat. Nec tamen deesse scribit Neanthes, qui patrem ejus Tyrrhenum affirment, ex illorum genere, qui Lemnum incolebant: quumque negotiorum causa inde in Samum venisset, permansisse istic, civemque factum fuisse. Mnesarcho autem in Italiam navigante, Pythagoram admodum adolescentulum una cum ipso eodem profectum: quumque opibus ea terra maxime floreret, ipsum deinceps navi eam repetiisse. Recenset præterea duos ipsius fratres, Eunostum et Tyrrhenum natu majores.

31.

Syros quoque antiquitus ab animalibus abstinuisse atque ideo neque diis ea mactare consuevisse memoriæ proditum est. Postea vero licet ad quorundam malorum aversionem procurandam ea sacrificaverint, numquam tamen eo adductos, ut carnium esum admiserint. Processu autem temporis, Neanthes Cyzicenus et Asclepiades Cyprius inquiunt, tempore Pygmalionis, qui quum genere esset Phœnix Cypriorum etiam imperium obtinebat, ex hujuscemodi piaculo carnium esum fuisse introductum. Asclepiades enim in libro De Cypro et Phœnice hunc in modum narrat: « Principio sane nullum animatum diis sacrificari consueverat, quin neque ulla de hoc lex erat, propterea quod naturali lege esset prohibitum. Quibusdam autem calamitosis temporibus quum anima pro anima repeteretur, primam fabulantur victimam sacrificatam et deinceps totam flammis consumendam traditam esse. Quod quidem sacrificium quum postea fieret ac victima concremaretur, carnis frustulum in terram decidisse, sacerdotem vero id sustulisse, quumque ignita carne digitos adussisset, eos forte ori admovisse, ut adustioni remedium quodammodo ferret; atque ita quum ex assa carne degustasset, edere ex ea mirum in modum appetivisse, neque ea abstinuisse, sed eandem etiam cum uxore communicasse. Pygmalionem autem, re comperta, ipsum una cum uxore e rupe præcipitem dandum jussisse, atque alium præfecisse sacerdotio, qui quum non multo post idem sacrificium faceret, eo quod ex iisdem carnibus comedisset, eodem etiam quo ille supplicio affectus sit. At quum ulterius res progrederetur, cupiditateque inducti a carnibus non abstinerent, sed vescerentur iis, pœnam tandem inferri desiisse. Abstinentia tamen a piscibus usque ad Menandri comici tempora apud Syros permansit.

32.

Proposuit Marcus grammaticus tale quidpiam de quo disputaretur. Neanthem Cyzicenum in Urbium fabulis narrare dixit hunc Æantidi tribui honorem eximium habitum

ἴ]η * πρὸ[ς ἀπόδει]ξιν ἱστορίας ὁ ἀνα * * *. εἰ δὲ τοῦτό γ' οὐ νοθεύετε, προκείσθω τῆς αἰτίας ἐν κοινῷ πᾶσιν ἡ ζήτησις... μηδὲ ἡμεῖς τὴν Νεάνθους ἐν ἐνίοις εὐχέρειαν ἀποδράσεως ποιησόμεθα πρόφασιν. Locum lacunosum dedi ex recensione Dübneri. Scripserim: οὐδὲν μὲν οὖν ἔφη πρὸς ἀπόδειξιν ἱστ. ὁ ἀναγράψας αὐτήν, id quod in latinis expressi.

33.

Plinius H. N. VIII, 34 : *Euanthes* (*Neanthes*), *inter auctores Græciæ non spretus, tradit Arcades scribere, ex gente Anthi cujusdam, sorte familiæ lectum, ad stagnum quoddam regionis ejus duci, vestituque in quercu saspenso transnatare, atque abire in deserta, transfigurarique in lupum, et cum ceteris ejusdem generis congregari per annos novem. Quo in tempore si hominese abstinuerit, reverti ad idem stagnum, et quum transnataverit effigiem recipere, ad pristinum habitum addito novem annorum senio. Id quoque Fabius, eandem recipere vestem. Mirum est quo procedat Græca credulitas. Nullum tam impudens mendacium est, ut teste careat.* Conf. Pausan. VIII, 2 sqq. ibique interpr.

(34.)

Schol. Apoll. Rh. I, 1063 : Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος νεόγαμον τὸν Κύζικον [καὶ ἄπαιδα] ἱστορεῖ, Εὐφορίων δὲ ἐν Ἀπολλοδώρῳ μελλόγαμον, τὴν δὲ Κλείτην (τὴν δὲ γαμετὴν coni. Mein.) οὐ Μέροπος λέγει θυγατέρα, Θρῆσσαν (Λάρισσαν ex Parthenio Erot. c. 64 scrib. Meinek. ad Euphor. p. 60) δὲ τὴν Πιάσου... Εὐάνθης (Νεάνθης?) δὲ ἐν τοῖς Μυθικοῖς συμφωνεῖ τῷ Ἀπολλωνίῳ.

Verba καὶ ἄπαιδα omittit cod. Parisinus. Neque de hac re Noster cum Apollonio consentit : nam paullo post scholiasta hæc : Ἱστορεῖ δὲ Ἀπολλώνιος ἄτεκνον τὸν Κύζικον ἀνῃρῆσθαι, Εὐάνθης (Νεάνθης?) δὲ ἐσχηκέναι φησὶ παῖδα ὁμώνυμον ἑαυτῷ.

Idem, I, 1065 : Εὐάνθης (Νεάνθης) δὲ καὶ Δηίλοχος ἱστοροῦσιν, ὅτι ἀπήγξατο ἡ Κλείτη, καὶ ὅτι ἡ ταύτης κρήνη ἐν Κυζίκῳ. Cf. Deiochi fragm. 4 et 7. Meinek. ad Euphor. p. 61 Euanthem scholiastæ poetam epicum esse suspicatur quem laudat Athenæus VII, p. 296. Neanthem agnoscit Marquardt. Quanquam offendere potest fabulas Cyzicenas, quas in Annalibus omittere vix poterat, iterum in hoc libro expositas esse.

35.

Athenæus XIII, p. 572, E : Πόρνης δὲ Ἀφροδίτης ἱερόν ἐστι παρὰ Ἀβυδηνοῖς, ὡς φησι Παμφιλος. Κατεχομένης γὰρ τῆς πόλεως δουλείᾳ, τοὺς φρουροὺς τοὺς ἐν αὐτῇ ποτε θύσαντας, ὡς ἱστορεῖ Κλεάνθης (l. Νεάνθης) ἐν τοῖς Μυθικοῖς, καὶ μεθυσθέντας ἑταίρας πλείονας προσλαβεῖν, ὧν μίαν, κατακοιμηθέντας αὐτοὺς ἰδοῦσαν, ἀνελομένην τὰς κλεῖς καὶ τὸ τεῖχος ὑπερβᾶσαν, ἀπαγγεῖλαι τοῖς Ἀβυδηνοῖς. Τοὺς δ' αὐτίκα μεθ' ὅπλων ἀφικομένους ἀνελεῖν μὲν τοὺς φύλακας, κρατήσαντας δὲ τῶν τειχῶν καὶ γενομένους ἐγκρατεῖς, τῆς ἐλευθερίας χαριστήρια τῇ πόρνῃ ἀποδιδόντας, Ἀφροδίτης Πόρνης ναὸν ἱδρύσασθαι.

36.

Schol. Vat. et Neapol. in Eurip. Troad. 89 : Καφηρεὺς δὲ ἀκρωτήριον Εὐβοίας, μεταξὺ (ἀντικρὺ? Kampmann.) Σκύρου. Νεάνθης δὲ ὁ Κυζικηνὸς Καθηρέα αὐτόν φησι πρότερον κεκλῆσθαι· εἶναι γὰρ ἐκεῖ βωμὸν εἰς ὃν Εὐβοεῖς καθαιρόμενοι ἔθυον. Χρόνου δὲ προϊόντος Καφηρεὺς ἐκλήθη παραφθειράντων τῶν ἐνοικούντων τὴν λέξιν. Περὶ τοῦτο δὲ οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὸν ἀπόπλουν διεφθάρησαν. Quodsi hæc ad libros Περὶ τελετῶν referri mavelis, nihil refragor.

---

fuisse, ut nunquam choro ipsius ultimus locus assignaretur. [Nihil quidem ad confirmationem historiæ auctor attulit;] sin vero hoc certe, quod posuit, non ut falsum repudiatis, proposita sit in medium omnibus causæ indagatio... neque nos Neanthis in nonnullis rebus levitatem usurpemus pro subterfugiendi disputationem occasione.

34.

Apollonius Cyzicum brevi post nuptias, Euphorion vero in Apollodoro mox celebraturum nuptias occubuisse dicit. Idem Euphorion desponsam puellam non Cliten neque Meropis filiam, sed Larissam, Piasi filiam dicit... Euanthes (*Neanthes*) in Mythicis cum Apollodoro facit.

Apollonius ait Cyzicum improlem cecidisse, Euanthes (*Neanthes*) vero filium ipsi cognominem habuisse narrat.

Euanthes (*Neanthes*) et Deilochus narrant Cliten suspendio vitam finiisse, atque fontem Clites Cyzici esse.

35.

Veneris Meretricis templum est apud Abydenos, ut Pamphilus ait. « Quum enim servitute, inquit, premeretur Abydus, custodes urbis aliquando, ut narrat Cleanthes (*Neanthes*) in Mythicis, peracto sacrificio vino madidos, meretrices adscivisse. Earum unam, somno sopitos conspicatam, raptis clavibus murum transcendisse et Abydenis rem renuntiasse. Illos igitur protinus advenisssse armatos, et occisis custodibus muro potitos, restaurata patriæ libertate, gratias ut meretrici redderent, Veneri Meretrici templum statuisse. »

36.

Caphareus, Eubœæ promontorium e regione Scyri ins. situm, Neanthes Cyzicenus prius *Cathareum* dicit vocatum esse: videlicet aram ibi exstare, in qua Eubœenses lustrantes se (καθαιρόμενοι) sacra facere solerent. Progrediente autem tempore vocabulum ab incolis corruptum abiisse in *Caphareum*. Circa hoc promontorium plurimi Græcorum Troja domum redeuntium, naufragio periérunt.

NYMPHIS HERACLEOTA.

Suidas : Νύμφις, [Νύμφιδος] Ξεναγόρου, Ἡρακλεώτης ἐκ Πόντου, ἱστορικός. Περὶ Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν Διαδόχων καὶ Ἐπιγόνων βιβλία κδ', Περὶ Ἡρακλείας βιβλία ιγ'· ἔχει δὲ μέχρι τῆς καθαιρέσεως τῶν τυράννων; τὰ μετὰ [κατὰ Clinton. (fortasse fuit καὶ τὰ μετὰ ταῦτα κατὰ τ. ἐ.] τοὺς Ἐπιγόνους [καὶ] μέχρι τοῦ τρίτου Πτολεμαίου (247 a. C.).

Vox Νύμφιδος ab Eudocia p. 309 omittitur, neque patris nomen, sed genitivi formam, uti sæpius fit in verbis, quæ in ις desinunt, denotare videtur.

Nymphis quidam, Clearchi tyranni (365—354) consanguineus, sed animo ab eo alienatus, iisque favens, qui cum Chione evertendæ tyrannidis consilia agitabant (ἡμῖν μὲν φίλος, ἐκείνῳ δὲ καὶ συγγενής ἐστι), memoratur in Chionis Epist. 13, p. 176 ed. Orelli. Is quin avus vel certe ex familia Nostri fuerit, nihil obstat. Caute tamen agendum est, quum fides Epistolarum, quas homo ineptus temporaque temere miscens (vide v. c. Ep. 3) fabricavit, pæne nulla sit.

Annis septuaginta tribus post mortem Clearchi, devicto per Seleucum Lysimacho (281), libertatem tandem Heracleotæ recuperarunt. Tum etiam οἱ περιλειπόμενοι τῶν φυγάδων, Νύμφιδος καὶ αὐτοῦ ἑνὸς ὑπάρχοντος τούτων κάθοδον βουλεύσαντος αὐτοῖς, καὶ ῥᾳδίαν εἶναι ταύτην ἐπιδεικνύντος, εἰ μηδὲν ὧν οἱ πρόγονοι ἀπεστέρηντο αὐτοὶ φανεῖεν διοχλοῦντες ἀναλήψεσθαι, ἔπεισέ τε σὺν τῷ ῥᾴστῳ, καὶ τῆς καθόδου ὃν ἐβούλευσε τρόπον γεγενημένης, οἵ τε καταχθέντες καὶ ἡ δεξαμένη πόλις ἐν ὁμοίαις ἡδοναῖς καὶ εὐφροσύναις ἀνεστρέφοντο. (Memnon. c. 11, 3). Hinc igitur colligimus Nymphidem ex numero fuisse optimatium, quibus, quum a tyrannis exilio muletati essent, summopere tamen curandum erat ut a populo suspicioso in patriam reciperentur. Eo autem tempore Nymphis, qui quin noster fuerit historicus non est cur dubitemus, trigesimum ætatis annum vix egressus esse potuit (*).

Quadraginta circiter ablinc annis elapsis (240 a. C. vide Clinton ad h. a.), Mithridatem IV, Ariobarzanis patris in regno Pontico successorem, quum Gallorum bello pressus annonæ penuria summopere laboraret, Heracleotæ advecto Amisum frumento sustentarunt. Qua re acerbati Galli εἰς τὴν Ἡρακλεῶτιν ἔπεμψαν στράτευμα, καὶ ταύτην κατέτρεχον, μέχρις ἂν οἱ Ἡρακλεῶται διεπρεσβεύσαντο πρὸς αὐτούς. Νύμφις δὲ ἦν ὁ ἱστορικὸς, ὁ κορυφαῖος τῶν πρέσβεων· ὃς τὸν μὲν στρατὸν ἐν τῷ κοινῷ χρυσοῖς πεντακισχιλίοις, τοὺς δὲ ἡγεμόνας ἰδίᾳ διακοσίοις ὑποθεραπεύσας τῆς χώρας ἀπαναστῆναι παρεσκεύασεν (Memnon. c. 24). Tum igitur Nymphis ex nostro computo septuagenarius fere esse debuit; ac provectum ætate fuisse vel inde colligas, quod Historias suas non ultra initium regni Ptolemæi Euergetæ (247 a. C.) deduxisse dicitur (*).

E libris viginti quattuor, quos *de Alexandro ejusque successoribus successorumque posteris* Nymphis composuit, nihil ad nos pervenit præter unum locum (fr. 20), ubi Nymphis laudatur ἐν δ' περὶ Πτολεμαίων. Quæ verba ex citandi ratione sæpius illa obvia ita sunt intelligenda, ut totum opus in duas divisum fuisse statuamus partes, quarum altera Alexandri historiam complexa sit, altera fuerit de rebus Diadochorum quos dicunt Epigonorumque. Hujus libro nono enarraverit gesta Ptolemæi Philadelphi. Nam præter successorum Alexandri historiam peculiare de Ptolemæis opus ab eodem Nymphide scriptum esse a vero prorsus abhorrere videtur.

Altero opere auctor res patriæ narravit inde ab antiquissimis temporibus usque ad sublatam tyrannidem (281) atque quæ deinceps secuta sunt usque ad tempora regni Ptolemæi III (247). Libro sexto pervenerat ad tempora Pausaniæ (fr. 15), libro duodecimo (v. fr. 16) exposuit de Dionysio tyranno, cujus filios Clearchum II et Oxathrem

(*) Apud Stob. Eclog. Phys. I, 52, 48, p. 1016 ed. Heeren. laudatur Φίλων ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ πρὸς Νύμφιν Περὶ θαυμασίων, ubi Nymphis ille a nostro fortasse non diversus est. Cf. Westermann. Paradox. p. XXXVI et p. 179.

(*) Nymphidem de Heraclea historiam edidisse antequam Apollonius Rhodius scriberet Argonautica sua, statuit Weichert. *Leb. des Apoll. Rhod.* p. 255 sq. Scilicet schol. ad Apoll. Rh. II, 729 dicit (fr. 2) : Παρ' οὗ [sc. Νύμφιδος] Ἀπολλώνιος ἔοικε ταῦτα μεταφέρειν. Jam quum Apollonius juvenis extremis annis Ptolemæi II carmen elaborasset, sequi Heracleæ historiam jam antea in publicum prodiisse, neque usque ad regnum Ptolemæi III produci potuisse. Quare verba Suidæ μέχρι τοῦ τρίτου Πτολεμαίου perperam a Suida ad Heracleæ historiam referri, quum referenda sint ad alterum opus de Alexandro ejusque successoribus. Sed debilis hæc argumentatio, quum revera Apollonium Nymphidis opere usum esse minime liqueat, nec quidquam probatur eo, quod de nonnullis rebus Apollonius cum Nymphide consentit, quum verisimile sit Nymphidem in plerisque secutum esse Argonautica Herodori, quæ Apollonium ante oculos habuisse constat. Quare nihil video, cur ad eum quem dicit Suidas terminum Nymphidem Heracleæ historiam deduxisse negemus. Ac omnino non erat cur Suidas explicaret, quo usque pertinuisset opus De Alexandro, Diadochis et Epigonis, quum ipse titulus disertus rei index esset.

occidit Lysimachus (286). Reliqua paucis, ut videtur, uno libro absolvit. Nymphidem præ ceteris ducem secutus fuerit Memnon historiam Heracleæ usque ad finem tyrannidis duodecim item libris complexus.

Tertium opus Nymphidis uno loco laudatur Περίπλους Ἀσίας (vide fr. 17). — Ceterum copia rerum et varietate scripta insignia fuisse ex fragmentis licet cognoscere; de fide auctoris judicium ferre non ausim.

ΠΕΡΙ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ.

LIBER I.

1.

Stephan. Byz. : Φρίξος, πόλις Λυκίας· ἔστι καὶ Φρίξου λιμὴν παρὰ τῷ στόματι τοῦ Πόντου ἐν τῇ Χαλκηδονίᾳ παραίᾳ, περὶ οὗ Νύμφις ἐν α' περὶ Ἡρακλείας τάδε φησί ***. Cf. Müller. *Min.* p. 289.

2.

Schol. Apoll. Rh. II, 729 : Ὅτι ἡ περὶ Ἡράκλειαν Ἀχερουσιὰς (Ἀχερουσία ἄκρα cod. Paris.) καλουμένη πανταχόθεν ἐκ θαλάσσης ἐστὶν ὑψηλή τε καὶ ἀπόκρημνος, καὶ ἀπονένευκεν εἰς δυσμὰς εἰς τὸ πρὸ τῆς Βιθυνίας πέλαγος· καὶ ὅτι προσπίπτον αὐτῇ τὸ κῦμα σφοδροὺς ἀποτελεῖ ἤχους· καὶ περὶ τῶν ἐπ' ἄκρας αὐτῆς περυκυιῶν πλατάνων, καὶ τοῦ ἐπ' αὐτῇ πεδίου, καὶ ὅτι δοκεῖ αὐτόθι κατάβασις εἰς ᾅδου ὑπάρχειν, Νύμφις ἐν τῷ Περὶ Ἡρακλείας α' φησί· παρ' οὗ Ἀπολλώνιος ἔοικε ταῦτα μεταφέρειν. Cf. Herodor. fr. 25.

Ex eodem fonte fluxerint sequentia : Οἱ (εἰς) τὴν Ἡράκλειαν κατοικίσαντες Μεγαρεῖς, ὅτε εἰς τὴν ἀποικίαν ἔπλεον, χειμασθέντες εἰς τὸν Ἀχέροντα ποταμὸν κατέφυγον, ὅθεν καὶ διασωθέντες οἱ ναῦται Σωναύτην ἐκάλεσαν αὐτόν. Οὗτοι δὲ οἱ Ἡρακλεῶται Μεγαρέων εἰσὶν ἄποικοι καὶ Βοιωτῶν, κατοικοῦσι δὲ ἐν τῇ Μαριανδυνῶν χώρᾳ.

3.

Idem II, 786 : Phryges et Mysi ab Hercule Dascylo, regi Mariandynorum, subjiciuntur. V. Herodor. fr. 16.

4.

Steph. Byz. : Ὕπιος, ποταμὸς καὶ πόλις ὑπὸ τὴν Ποντικὴν Ἡράκλειαν, ὡς Δομίτιος Καλλίστρατος ἐν ἕκτῳ τῶν Περὶ Ἡρακλείας... Ἔστι καὶ Ὕπια ὄρη αὐτόθι, ὡς Νύμφις ἐν πρώτῳ [Περὶ] Ἡρακλείας. Καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν τοῖς ὄρεσι τούτοις Μυσούς φασι (φησι?).

5.

Schol Apoll. Rh. II, 752, de Lyco rege Mariandynorum. V. Herodori fr. 49.

6.

Idem II, 650 : Κολώνη δὲ, οὕτως ἄκρα καλουμένη περὶ τὸν Λύκον ποταμόν. Μέμνηται αὐτῆς Νύμφις ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ Περὶ Ἡρακλείας.

7.

Idem II, 815, Idmon ab apro interfectus apud Mariandynos in Heracleotarum regione. Vide Herodori fragm. 56.

8.

Idem II, 854. Ibidem etiam Tiphys gubernator diem obiit. Vide Herodori fragm. 58.

9.

Athenæus XIV, p. 619, F : Νύμφις δ' ἐν πρώτῳ Περὶ Ἡρακλείας περὶ Μαριανδυνῶν διηγούμενος φησίν· « Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ᾠδῶν ἐνίας κατανοήσειεν ἄν τις, ἃς ἐκεῖνοι κατά τινα ἐπιχωριαζομένην παρ' αὐτοῖς συνήθειαν ᾄδοντες ἀνακαλοῦνταί τινα τῶν ἀρχαίων, προσαγορεύοντες Βῶρμον. Τοῦτον δὲ λέγουσιν υἱὸν γενέσθαι ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς καὶ πλουσίου, τῷ δὲ κάλλει καὶ τῇ κατὰ τὴν ἀκμὴν ὥρᾳ πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκεῖν· ὃν ἐρεστῶτα ἔργοις ἰδίοις, καὶ βουλόμενον τοῖς θερίζουσι δοῦναι πιεῖν, βαδίζοντα ἐφ' ὕδωρ, ἀφα-

HISTORIA HERACLEÆ.

1.

Phrixus, urbs Lyciæ. Est etiam Phrixi portus ad Ponti ostium in Chalcedonica ora, de quo Nymphis libro primo De Heraclea ita habet : ***

2.

Ad Heracleam Acherusium, quod vocant, promontorium altum et abruptum undique e mari prominere, et occasum versus spectare ad mare Bithynicum, magnosque undam illidentem edere strepitus, porro de platanis, quæ nascuntur in summo cacumine, et de planitie in eo, nec non de descensu, qui ibidem ad inferos esse creditur, Nymphis narrat libro primo De Heraclea. Hinc sua mutuatus esse videtur Apollonius.

4.

Hypius, fluvius et urbs Heracleotis subjectâ, ut Domitius Callistratus ait libro sexto De Heraclea... Sunt ibidem etiam montes Hypii, ut Nymphis refert libro primo De Heraclea, quorum incolas Mysos esse dicit.

6.

Colone : sic nominatur promontorium ad Lycum fluvium. Ejus meminit Nymphis Heracleota in Historia Heracleæ.

9.

Nymphis libro primo De Heraclea, de Mariandynis verba faciens ait : « Similiter vero animadvertat aliquis apud eos cantica quædam, quæ illi ex patrio instituto canentes invocant priscum aliquem Bormum, quem vocant. Hunc aiunt filium fuisse viri illustris et opulenti, forma et ætatis

νισθῆναι. Ζητεῖν οὖν αὐτὸν τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας μετά τινος μεμελωδημένου θρήνου καὶ ἀνακλήσεως, ᾧ καὶ νῦν ἔτι πάντες χρώμενοι διατελοῦσι. » Τοιοῦτος δ' ἐστὶ καὶ ὁ παρ' Αἰγυπτίοις καλούμενος Μάνερως.

Schol. Apoll. Rh. II, 780 : Ἰδίως τὸν θρηνούμενον Ἰριόλαόν φησι (sc. Ἀπολλώνιος)· τῶν ἄλλων Βάρυνον (l. Βῶρμον) λεγόντων τὸν Τιτίου υἱόν, ὡς Νύμφις καὶ Καλλίστρατος. Patris nomen fluxit e Callistrato (fr. 1, ubi vid. not.). De re cf. Müller. *Min.* p. 393; *Dor.* I, p. 346.

10.

Etym. Magn. p. 221, 23 : Γάργαρος, πόλις τῆς Ἴδης ἐν ὑψηλῷ τόπῳ κειμένη· ἣν κατῴκουν Λέλεγες. Ἐξ ἧς διὰ τὸ κρυῶδες ὑποκατέβησαν οἱ Γαργαρεῖς, καὶ ᾤκισαν αὐτὴν (l. ἄλλην) ὑπὸ πεδίον Γάργαρον. Ἐκείνη δὲ ἐρημωθεῖσα καλεῖται Παλαιὰ Γάργαρος, ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Γαργάρου τοῦ Διὸς, ὡς δηλοῖ Νυμφίος (l. Νύμφις) ὁ φιλόσοφος. Οὕτως Ἐπαφρόδιτος ἐν Ὑπομνήματι ϛ' Ἰλιάδος, παρατιθέμενος Κλείταρχον Αἰγινήτην λεξικογράφον. Cf. Steph. Byz. s. v. qui sua ex eodem Epaphrodito habet.

E LIBRO SECUNDO.

11.

Schol. Aristoph. Av. 874 : Οἱ Φρύγες τὸν Σαβάζιον τιμῶσι. Τίς δέ ἐστιν οὗτος ὁ θεὸς ὁ Ἡρακλεώτης Περὶ Ἡρακλείας ἐν τῷ β'-φησὶν οὕτως· « Φαίνεται γὰρ ἐξ ὧν εὑρίσκομεν συλλογιζόμενοι πολλαχόθεν, ὅτι Διόνυσος καὶ Σαβάζιος εἷς ἐστι θεὸς, τυχεῖν δὲ τῆς προσηγορίας ταύτης παρὰ τὸν γινόμενον περὶ αὐτὸν θειασμόν. Τὸ γὰρ εὐάζειν οἱ βάρβαροι σαβάζειν φασίν. Ὅθεν καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὲς ἀκολουθοῦντες τὸν εὐασμὸν σαβασμὸν λέγουσιν. » Nymphidis nomen excidit. — β' em. Dindorf. Libri ιϛ'.

Harpocratio v. Σαβοί : Τὸν δὲ αὐτὸν εἶναι Σαβάζιον καὶ Διόνυσόν φασιν ἄλλοι τε καὶ Ἀμφίθεος [l. Νύμφις] β' Περὶ Ἡρακλείας. Pro Ἀμφίθεος alii codd. ἀμφιέλεος, ἀμφιελέος, ἀμφιελέως. — περὶ Ἡρακλέους codd. tres.

12.

Lex. Rhetor. ad calc. Photii p. 674 ed. Gaisf. : Ὀροσάγγης καὶ σαγγάνδης καὶ παρασάγγης καὶ ἄγγαρος διαφέρει· ὀροσάγγαι μὲν οἱ σωματοφύλακες, ὡς (Σοφοκλῆς ἐν suppl. Meier.) Ἑλένης γάμῳ καὶ Τρωΐλῳ. Ἡρόδοτος δέ (VIII, 85)· « Οἱ εὐεργέται τοῦ βασιλέος ὀροσάγγαι καλέονται Περσιστί· » Νύμφις δὲ ὁ Ἡρακλεώτης ἐν δευτέρῳ Περὶ Ἡρακλείας λέγει παρὰ Πέρσαις τὴν μεγίστην ἔχειν προεδρίαν, καλεῖσθαι δὲ κατὰ γλῶτταν ξένους βασιλείους. » Σαγγάνδαι δὲ οἱ ἀποστελλόμενοι καλοῦνται. Σοφοκλῆς δὲ ἐν τοῖς Ποιμέσι καὶ Εὐριπίδης ἐν Σκυρίαις παρασάγγας αὐτοὺς κεκλήκασιν· ἐχρῆν δὲ εἰπεῖν σαγγάνδας· ὁ γὰρ παρασάγγης μέτρον ἐστίν. Ἄγγαροι δὲ οἱ πρεσβευταί, κτλ. — De re v. Brissonius De Reg. Pers. princ. I, 138; Hammer. in *Wiener Jahrb.* tom. LXV, p. 67, qui ὀροσάγγας interpretatur *thronum ornantes* (a vocibus *oreng, sib*). « De voce σαγγάνδης quum collegas conjunctissimos Pottium et Rœdigerum consulerem, hic conjecit inesse in ea Persicum *seng*, i. e. lapidem sive intervallum, quod lapidibus significatum sit. Parasangen igitur esse fere i. q. *ad lapidem*, sanganden vero tabellarium regium, qui eo in intervallo fuerit constitutus ad perferendas regis literas : Pottius autem suspicatur in ea latere fortasse Persicum *schahin*, i. e. regium, vel *schahán*, i. e. regnum; sic fieri ut σαγγάνδης nihil aliud sit quam *regius minister*. » Meier. in not. ad Fragm. Lexici Rhetorici (Hal. 1844) p. 28.

E LIBRO QUARTO.

13.

Plutarch. De virt. mul. c. 9, p. 248, C : Νύμφις ἐν τῷ τετάρτῳ Περὶ Ἡρακλείας... λέγει, ὅτι σῦν ἄγριον

---

flore insignem, et longe aliis omnibus præstantem. Eum rebus suis intentum et opus facientes inspicientem, quum vellet potum dare messoribus, ad aquam profectum evanuisse. Hunc igitur quæsivisse aiunt cunctos illius regionis cum lacrimatione et invocatione musicis modis comprehensa : qua etiam nunc frequenter uti consueverunt. » Ejusdem modi est Ægyptiorum illud canticum, quod Maneros nominatur.

Proprium est Apollonii, quod virum quem cantilenis Mariandyni lugent, Priolaum vocat, quum reliquis, uti Nymphidi et Callistrato, Bormus sit, Tiliæ filius.

10.

Gargarus, urbs in Idæ loco edito, quam incolebant Leleges. Postea ob nimium frigus descenderunt Gargarenses in planitiem, ibique alteram Gargarum condiderunt. Urbs deserta nominatur Vetus Gargarus. Nomen ei inditum a Gargaro filio Jovis, uti narrat Nymphis philosophus.

11.

Phryges Sabazium colunt. Qui sit ille deus *Nymphis* Heracleota libro De Heraclea secundo declarat his verbis : « Apparet ex multis, quæ invenimus colligentes, indiciis Sabazium deum eundem esse cum Dionyso, ac nomen ei inditum esse de vocibus quibus invocare deus solet : nam εὐάζειν (*evan clamare*) barbari dicunt σαβάζειν. Quod etiam Græcorum nonnulli imitantes pro εὐασμόν dicunt σαβασμόν.

12.

Nymphis Heracleota libro De Heraclea secundo Orosangas dicit apud Persas summum tenere locum, nomenque Persicum significare *hospites regios*.

13.

Nymphis quarto De Heraclea libro aprum dicit, qui in agro Xanthio animalia et fructus perderet, esse interemptum

ἐν τῇ Ξανθίων χώρᾳ καὶ ζῷα καὶ καρποὺς λυμαινόμενον ἀνελὼν ὁ Βελλεροφόντης, οὐδεμιᾶς ἐτύγχανεν ἀμοιβῆς· κατηρασαμένου δὲ τῶν Ξανθίων αὐτοῦ πρὸς τὸν Ποσειδῶνα, πᾶν τὸ πεδίον ἐξήνθησεν ἁλμυρίδα, καὶ διέφθαρτο παντάπασι, τῆς γῆς πικρᾶς γενομένης· μέχρις οὗ τὰς γυναῖκας αἰδεσθεὶς δεομένας, εὔξατο τῷ Ποσειδῶνι τὴν ὀργὴν ἀφεῖναι. Διὸ καὶ νόμος ἦν τοῖς Ξανθίοις, μὴ πατρόθεν, ἀλλ' ἀπὸ μητρῶν χρηματίζειν. De γυναικοκρατίᾳ apud Lycios cf. Herodot. I, 173, Nicolaus Damasc. fr. 129; Welcker. *Trilog* p. 387 sq. Quæ paullo post Plutarchus de castitate virginum *Cianarum* exponit, ex eodem Nymphide petita esse suspicor.

E LIBRO SEXTO.

14.

Schol. Apoll. Rh. IV, 247 : Νύμφις ἐν τῷ ἕκτῳ Περὶ Ἡρακλείας Ἑκάτης φησὶν ἱερὸν εἶναι ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ, Μηδείας ἱδρυσαμένης.

15.

Athenæus XII, p. 536, A : Νύμφις δὲ ὁ Ἡρακλεώτης ἐν ἕκτῳ τῶν Περὶ τῆς πατρίδος, « Παυσανίας (φησὶν) ὁ περὶ Πλαταιὰς νικήσας Μαρδόνιον, τὰ τῆς Σπάρτης ἐξελθὼν νόμιμα, καὶ εἰς ὑπερηφανίαν ἐπιδοὺς, περὶ Βυζάντιον διατρίβων, χαλκοῦν τὸν ἀνακείμενον κρατῆρα τοῖς θεοῖς τοῖς ἐπὶ τοῦ στόματος ἱδρυμένοις, ὃν ἔτι καὶ νῦν εἶναι συμβαίνει, ἐτόλμησεν ἐπιγράψαι, ὡς αὐτὸς ἀναθείς, ὑποθεὶς τόδε τὸ ἐπίγραμμα, διὰ τὴν τρυφὴν καὶ ὑπερηφανίαν ἐπιλαθόμενος αὐτοῦ·

Μνᾶμ' ἀρετᾶς ἀνέθηκε Ποσειδάωνι ἄνακτι
Παυσανίας, ἄρχων Ἑλλάδος εὐρυχόρου,
πόντου ἐπ' Εὐξείνου, Λακεδαιμόνιος γένος, υἱὸς
Κλεομβρότου, ἀρχαίας Ἡρακλέος γενεᾶς. »

E LIBRO DUODECIMO.

16.

Athenæus XII, p. 549, A : Νύμφις γοῦν ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ ιϐ' Περὶ Ἡρακλείας, « Διονύσιος (φησὶν) ὁ Κλεάρχου τοῦ πρώτου τυραννήσαντος ἐν Ἡρακλείᾳ υἱὸς, καὶ αὐτὸς τῆς πατρίδος τυραννήσας, ὑπὸ τρυφῆς καὶ τῆς καθ' ἡμέραν ἀδηφαγίας ἔλαθεν ὑπερσαρκήσας, ὥστε διὰ τὸ πάχος ἐν δυσπνοίᾳ αὐτὸν συσχεθῆναι καὶ πνιγμῷ. Διὸ συνέταξαν οἱ ἰατροὶ κατασκευάσαι βελόνας λεπτὰς, τῷ μήκει διαφερούσας, αἷς διὰ τῶν πλευρῶν καὶ τῆς κοιλίας διωθεῖν, ὅταν εἰς ὕπνον τύχῃ βαθύτερον ἐμπεσών. Μέχρι μὲν οὖν τινος ὑπὸ τῆς πεπωρωμένης ἐκ τοῦ στέατος σαρκὸς οὐκ ἐνεποίει τὴν αἴσθησιν· εἰ δὲ πρὸς καθαρὸν τόπον ἡ βελόνη διελθοῦσα ἔθιγε, τότε διεγείρετο. Τοὺς δὲ χρηματισμοὺς ἐποιεῖτο τοῖς βουλομένοις προτιθέμενος κιβωτὸν τοῦ σώματος, ἵνα τὰ μὲν λοιπὰ μέρη κρύπτῃ, τὸ δὲ πρόσωπον μόνον ὑπερέχων διαλέγοιτο τοῖς ἀπαντῶσι. » Μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Μένανδρος (v. fragm. Menandr. p. 3 ed. Dübner.)... Ἀπέθανε δὲ βιώσας ἔτη πέντε πρὸς τοῖς πεντήκοντα, ὧν ἐτυράννησε τρία καὶ τριάκοντα, ἁπάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ τυράννων πραότητι καὶ ἐπιεικείᾳ διενηνοχώς.

Pro ἐν τῷ β', quod libri exhibent, scripsi ἐν τῷ ιϐ', quod flagitat ordo temporum. De ætate Dionysii cf. Memnon c. 4, 9, qui de Dionysii historia Nymphidem ducem secutus est. Ceterum verba ὁ Κλεάρχου... τυραννήσας non sunt Nymphidis, sed ab Athenæo adjecta. — Eundem locum exscripsit Ælian. V. H. IX, 13 : Διονύσιον τὸν Ἡρακλεώτην, Κλεάρχου τοῦ τυράννου υἱὸν, ἀκούω ἐκ τῆς καθ' ἡμέραν ἀδηφαγίας καὶ τρυφῆς λαθεῖν αὐτὸν ὑπερσαρκήσαντα καὶ καταπιανθέντα. Τὰ ἐπίχειρα γοῦν τοῦ κατὰ τὸ σῶμα μεγέθους καὶ τοῦ περὶ τὰς σάρκας ὄγκου ἐκαρπώσατο

---

a Bellerophonte, neque ei ullam relatam gratiam. Itaque cum Xanthios esse exsecratum, et a Neptuno impetrasse ut totum solum salsuginem emitteret, terræque amarore indito omnes fruges corrumperentur : idque durasse, donec mulierum victus reverentia deprecantium, Neptunum exoraverit ut finem iræ faceret. Hinc legem esse apud Xanthios, ut non a patribus, sed a matribus nomina sumant.

14.

Nymphis sexto De Heraclea libro Hecates dicit fanum esse in Paphlagonia a Medea consecratum.

15.

Nymphis Heracleota, sexto libro Historiæ patriæ, scribit : « Pausanias, is qui ad Platæas Mardonium prælio superavit, missis factis Spartæ legibus et institutis, totum se insolentiæ tradens, quum circa Byzantium versaretur, æneum craterem diis consecratum, quorum templum ad freti est introitum, qui crater hodieque exstat, eum ausus est ita inscribere quasi ipse dedicasset, ob luxuriam insolentiamque sui prorsus oblitus, hac incisa scriptura :

Virtutis monumentum posuit regi Neptuno
Pausanias, Græciæ princeps late patentis,
Pontum ad Euxinum, Spartanus genere, filius
Cleombroti, antiqua de Herculis prosapia. »

16.

Nymphis Heracleota secundo De Heraclea libro hæc scribit : « Dionysius, Clearchi primi Heracleæ tyranni filius, qui et ipse tyrannidem patriæ occupavit, per luxuriam et quotidianam crapulam paulatim ita obesus evasit, ut propter crassitiem difficultate spiritus et suffocatione laboraret. Quare præceperunt medici, ut conficerentur acus tenues prælongæ, quæ per latera et ventrem adigerentur, quando ille in profundiorem somnum incidisset. Aliquantisper igitur propter callosam ex adipe carnem nullum sensum ei afferebat adacta acus : quando vero ad puram carnem perveniebat, illamque tangebat, tunc ille expergiscebatur. Responsa vero petentibus dabat prætendens arcam corpori, ut tecto reliquo corpore sola facie eminens cum his qui eum adirent loqueretur. »

δύσπνοιαν. Φάρμακον οὖν αὐτῷ τοῦδε τοῦ πάθους συνέταξαν οἱ ἰατροί, φασὶ, βελόνας λεπτὰς κατασκευάσαι μηκίστας· εἶτα ταύτας διὰ τῶν πλευρῶν καὶ τῆς κοιλίας διωθεῖν, ὅταν εἰς ὕπνον τύχῃ βαθύτερον ἐμπεσών. Ἦν δὲ ἄρα τοῦτο ἐπιμελὲς ἐκείνοις ὁρᾶν, ἔστ' ἂν ὅλη διὰ τῆς πεπωρωμένης καὶ τρόπον τινὰ ἀλλοτρίας αὐτοῦ σαρκὸς διεῖρεν ἡ βελόνη· ἀλλ' ἐκεῖνός γε ἔκειτο λίθου διαφέρων οὐδέν. Εἰ δὲ ἀφίκετο τὸ βέλος ἔνθα λοιπὸν ἦν αὐτῷ τὸ σῶμα ἐρρωμένον καὶ ἴδιον, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς ἄγαν πιμελῆς ἀλλότριον, τηνικαῦτα καὶ ἐκεῖνος ᾐσθάνετο καὶ ἠγείρετο ἐκ τοῦ ὕπνου. Τοὺς δὲ χρηματισμοὺς ἐποιεῖτο τοῖς βουλομένοις αὐτῷ προσιέναι κιβωτὸν τοῦ σώματος προβαλλόμενος. Οἱ δὲ οὐδὲ κιβωτόν φασιν, ἀλλὰ πυργίσκον, ἵνα τὰ μὲν λοιπὰ μέρη αὐτοῦ ἀποκρύπτοιτο, τὸ δὲ πρόσωπον μόνον ὑπερέχον διαλέγηται.

[ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΑΣΙΑΣ.]

17.

Athenæus XIII, p. 596, E : Καὶ ἡ ἐξ Ἐρέσου δὲ τῆς ἑτέρας * * Σαπφὼ τοῦ καλοῦ Φάωνος ἐρασθεῖσα περιβόητος ἦν, ὡς φησι Νύμφις ἐν Περίπλῳ Ἀσίας.

Τῆς ἑτέρας ὁμώνυμος Σ. Casaubonus; ἐξ Ἐρέσου δέ τις ἑταίρα Σ. Meursius, suffragante Wesselingio. — De altera hac Sappho ex commentis nata, quæ de antiqua poetria circumferebantur, vide Bode, Hist. Poes. gr. III p. 413, 419 et quos ille laudat. — Ceterum verba ἐν περίπλῳ ΑΣΙΑΣ corrupta esse ex ἐν (β'?) περὶ Ἡρακλείας suspicor. Sin genuinus est titulus libri, referre ad eum licet sequentia.

18.

Schol. Apoll. Rh. II, 168. Νύμφις (Νύμφαιος cod. Paris.) μὲν γάρ φησιν ἱστορεῖν Ἀχαρίωνα, ὡς ἄρα Φρύγες διαπλεῦσαι βουλόμενοι τὸν πορθμὸν, κατεσκεύασαν ναῦν ἔχουσαν ἐγκεχαραγμένην προτομὴν ταύρου· διαπλευσάντων δὲ αὐτῶν, ἀπὸ τοῦ εἴδους τοῦ περὶ τὸ σκάφος προσαγορευθῆναι τὸ πέλαγος Βόσπορον.

Cod. Parisin... ὅτι Φρύγες τὸ παλαιὸν βουληθέντες διαπερᾶσαι τὸν πορθμὸν, κατεσκεύασαν ναῦν ταύρου τύπον ἐπὶ τῆς πρώρας ἔχουσαν, καὶ ὡς εἰπεῖν ταυροπρόσωπον, καὶ ταύτῃ φησὶν αὐτοὺς διαπερᾶσαι, καὶ τὸν πορθμὸν ἀπὸ τῆς νεὼς Βόσπορον κληθῆναι· ὥσπερ καὶ Φρίξον φασὶν ἐπὶ νεὼς κριοπροσώπου εἰς τὴν Σκυθίαν πλεῦσαι.

Pro Ἀχ. Εὐφορίωνα scr. Reinesius Ep. ad Daumium 85, p. 255. Approbavit Meinek. Fragm. Euphor. p. 180. Tempora auctorum sententiæ huic non favent. Natus Euphorion an. 272 vel Nymphide junior est. Scribendum puto ΑΝΔΡΩΝΑ, quod ad ductus literarum propius accedit. Andronem vero intellige Tejum, Peripli auctorem, Alexandri M. æqualem, de quo v. tom. II, p. 348. De re cf. Ephorus fr. 79, Phylarchus fr. 70, Apollodor. II, 1, 3, 5, ibique interpp.

19.

Idem II, 672 : Θυνιάδος νήσου... μέμνηται Νύμφις ὁ Ἡρακλεώτης· φησὶ δὲ αὐτὴν ἑπτὰ σταδίους ἔχειν τὴν περίμετρον.

[ΤΑ ΤΩΝ ΔΙΑΔΟΧΩΝ ΚΑΙ ΕΠΙΓΟΝΩΝ.]

LIBER IX.

20.

Ælian. Hist. Anim. XVII, 3 : Ἐν τῷ ἑνάτῳ τῶν Περὶ Πτολεμαίων λόγων λέγει Νύμφις ἐν τῇ γῇ Τρωγλοδύτιδι γίνεσθαι ἔχεις ἄμαχόν τι μέγεθος, εἰ πρὸς τοὺς ἄλλους ἔχεις ἀντικρίνοιντο· εἶναι γὰρ πηχῶν καὶ πεντεκαίδεκα· τάς γε μὴν χελώνας εἶναι τοσαύτας τὸ χελώνειον, ὡς χωρεῖν μεδίμνους Ἀττικοὺς καὶ ἓξ αὐτό. Cf. Diodorus III, 21, 2, Phylarch. fr. 26. Locus petitus ex historia Ptolemæi Philadelphi, venationum studiosissimi. V. Diodor. III, 36 et 37.

[ASIÆ PERIPLUS.]

17.

Etiam ex Ereso oriunda altera quædam Sappho quæ pulcrum Phaonem amavit, celebris fuit, ut ait Nymphis in Asiæ Periplo.

18.

Nymphis ait narrare Andronem, quomodo Phryges olim fretum trajicere volentes, navem construxerint quæ bovis effigiem in prora habebat; eaque transvecti de insigni navigii mare illud appellarint Bosporum.

19.

Thyniadis insulæ mentionem facit Nymphis Heracleota, qui ambitum ejus esse septem stadiorum dicit.

DE SUCCESSORIBUS ALEXANDRI.

20.

Nymphis libro De Ptolemæis nono ait angues in Troglodytide, si cum aliis conferantur, ingenti nasci magnitudine ad cubita quindecim quandoque; porro testudinum tegmenta reperiri tanta, ut singula senos medimnos Atticos capiant.

PHILINUS AGRIGENTINUS.

EUPHANTUS OLYNTHIUS. SPHÆRUS BOSPORANUS.

PHILINUM (*) Agrigentinum (fr. 3) haud parvæ inter cives auctoritatis virum fuisse colligas ex verbis Polybii : ἐκόντας μὲν οὖν κτλ. (fr. 1, init.). Scripsit bellum Punicum primum ; certe ultra eum narrando descendisse probari nequit. Rebus quas exposuit ipse videtur interfuisse (cf. fr. 3 fin.). De Carthaginiensium studio quod Agrigentino homini exprobrat Polybius, vide fr. 1.

BELLUM PUNICUM PRIMUM.

1.

Polybius I, 14 (de bello Punico I) : Οὐχ ἧττον δὲ τῶν προειρημένων παρωξύνθην ἐπιστῆσαι τούτῳ τῷ πολέμῳ, καὶ διὰ τὸ τοὺς ἐμπειρότατα δοκοῦντας γράφειν ὑπὲρ αὐτοῦ, Φιλῖνον καὶ Φάβιον, μὴ δεόντως ἡμῖν ἀπηγγελκέναι τὴν ἀλήθειαν. Ἐκόντας μὲν οὖν ἐψεῦσθαι τοὺς ἄνδρας οὐχ ὑπολαμβάνω, στοχαζόμενος ἐκ τοῦ βίου καὶ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν· δοκοῦσι δέ μοι πεπονθέναι τι παραπλήσιον τοῖς ἐρῶσι. Διὰ γὰρ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν ὅλην εὔνοιαν, Φιλίνῳ μὲν πάντα δοκοῦσιν οἱ Καρχηδόνιοι πεπρᾶχθαι φρονίμως, καλῶς, ἀνδρωδῶς, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τἀναντία· Φαβίῳ δὲ τοὔμπαλιν τούτων.

(*) De *Philino rhetore* vide quos laudat Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* p. 99, n. 29 coll. p. 102, n. 12. Boeckh. *Urk. u. d. alt. Seewesen* p. 24. De *Philino Coo medico* v. Plinius H. N. XX, 22, 91 ; Athenæus p. 681, F. 682, B ; Galen. Εἰσαγωγὴ c. 4. Alium Philinum Coum ludis victorem memorat Pausanias VI, 17, 2. *Ph. Pythagoreus* ap. Plutarch. Symp. VIII, 7 (Plin. H. N. VIII, 17, 21). *Philinum Corinthium* a Diæo prætore Achæorum virgis cæsum habes ap. Polybium XL, 5, 6. Alii Philini in C. Inscr. N° 165. 199. 200. 303.

E LIBRO SECUNDO.

Idem I, 15 : Ὁ Φιλῖνος, ἀρχόμενος ἅμα τῶν πραγμάτων καὶ τῆς δευτέρας βίβλου, φησὶ προσκαθῆσθαι τῇ Μεσσήνῃ πολεμοῦντας τούς τε Καρχηδονίους καὶ τοὺς Συρακουσίους· παραγενομένους δὲ τοὺς Ῥωμαίους κατὰ θάλατταν εἰς τὴν πόλιν, εὐθὺς ἐξελθεῖν ἐπὶ τοὺς Συρακουσίους· λαβόντας δὲ πολλὰς πληγὰς ἐπανελθεῖν ἐς τὴν Μεσσήνην· αὖθις δὲ ἐπὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐκπορευθέντας, οὐ μόνον πληγὰς λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ ζωγρείᾳ τῶν στρατιωτῶν ἱκανοὺς ἀποβαλεῖν. Ταῦτα δ' εἰπὼν, τὸν μὲν Ἱέρωνά φησι μετὰ τὴν γενομένην συμπλοκὴν οὕτως ἔξω γενέσθαι τοῦ φρονεῖν, ὥστε μὴ μόνον παραχρῆμα τὸν χάρακα καὶ τὰς σκηνὰς ἐμπρήσαντα φυγεῖν νυκτὸς εἰς τὰς Συρακούσας, ἀλλὰ καὶ τὰ φρούρια πάντα καταλιπεῖν τὰ κείμενα κατὰ τῆς τῶν Μεσσηνίων χώρας· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς Καρχηδονίους μετὰ τὴν μάχην εὐθέως ἐκλιπόντας τὸν χάρακα, διελεῖν σφᾶς εἰς τὰς πόλεις, τῶν δ' ὑπαίθρων οὐδ' ἀντιποιεῖσθαι τολμᾶν ἔτι· διὸ καὶ συνθεωρήσαντας τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν ἀποδεδειλιακότας τοὺς ὄχλους, βουλεύσασθαι μὴ κρίνειν διὰ μάχης τὰ πράγματα· τοὺς δὲ Ῥωμαίους, ἑπομένους αὐτοῖς, οὐ μόνον τὴν χώραν πορθεῖν τῶν Καρχηδονίων καὶ Συρακουσίων, ἀλλὰ καὶ τὰς Συρακούσας αὐτὰς προσκαθίσαντας ἐπιβάλλεσθαι πολιορκεῖν. Ταῦτα δ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς πάσης ἐστὶν

BELLUM PUNICUM PRIMUM.

1.

Me vero, ut huic bello plusculum immorarer, id quoque non minus quam superiora movit, quod, qui plurimam rerum notitiam ad illud scribendum videntur attulisse, Philinus atque Fabius, veritatem qua fide oportuit nequaquam nobis retulerunt. Ac de industria quidem a vero aberrasse, quum vitam ipsorum et studia specto, non existimo : sed accidit illis quidpiam, opinor, quale amantibus solet. Nam ob studium partium et effusum in Carthaginienses favorem, Philino quidem omnia hi prudenter, recte, fortiter videntur fecisse ; Romani secus : Fabius vero contrarium pronuntiat.

Philinus, gestorum narrationem ac simul librum secundum exordiens, ait, Carthaginienses ac Syracusanos Messanam obsedisse : tum Romanos, postquam mari in urbem venissent, confestim adversus Syracusios prodiisse, et ab his graviter cæsos, Messanam se rursus recepisse. Dein iterum egressos adversus Carthaginienses, non solum fusos esse, sed magnam etiam militum partem vivos in hostium venisse potestatem. Hæc ubi dixit, narrat, Hieronem post pugnam hanc pugnatam adeo mente alienatum fuisse, ut protinus non tantum vallo tentoriisque incensis Syracusas noctu aufugerit, verum etiam castella omnia, quæ ditioni Messaniorum imminebant, deseruerit ; consimiliter et Carthaginienses statim ab hoc prœlio, relictis castris, per oppida se dispersisse, tueri amplius quidquid extra munitiones esset, non audentes ; ea de causa eorum duces, qui militum animos metu perculsos animadverterent, id cepisse consilii, ut de rerum summa prœlio non decernerent : Romanos autem insecutos, non agrum dumtaxat Pœnorum et Syracusiorum devastasse, verum etiam Syracusas ipsas obsidere et per vim oppugnare esse aggressos. Hæc autem adeo, ut mea fert sententia, omni absurditate plena sunt, ut ne explicatione quidem sit opus. Quos enim antea Mes-

ἀλογίας πλήρη, καὶ διαστολῆς οὐ προσδεῖται τὸ παράπαν. Οὓς μὲν γὰρ πολιορκοῦντας τὴν Μεσσήνην καὶ νικῶντας ἐν ταῖς συμπλοκαῖς ὑπέθετο, τούτους φεύγοντας καὶ τῶν ὑπαίθρων ἐκχωροῦντας καὶ τέλος πολιορκουμένους καὶ ταῖς ψυχαῖς ἀποδεδειλιακότας ἀπέρηνεν· οὓς δὲ ἡττωμένους καὶ πολιορκουμένους ὑπεστήσατο, τούτους διώκοντας καὶ παραχρῆμα κρατοῦντας τῶν ὑπαίθρων, καὶ τέλος πολιορκοῦντας τὰς Συρακούσας ἀπέδειξε. Ταῦτα δὲ συνᾴδειν ἀλλήλοις οὐδαμῶς δύναται. Πῶς γάρ; ἀλλ' ἀναγκαῖον, ἢ τὰς ὑποθέσεις εἶναι τὰς πρώτας ψευδεῖς, ἢ τὰς ὑπὲρ τῶν συμβαινόντων ἀποφάσεις. Εἰσὶ δ' αὗται μὲν ἀληθεῖς. Καὶ γὰρ ἐξεχώρησαν οἱ Καρχηδόνιοι καὶ Συρακούσιοι τῶν ὑπαίθρων καὶ τὰς Συρακούσας ἐπολέμουν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ πόδας· ὡς δ' οὗτος φησὶ, καὶ τὴν Ἐχέτλαν, ἐν μέσῃ κειμένην τῇ τῶν Συρακουσίων καὶ Καρχηδονίων ἐπαρχίᾳ. Λοιπὸν ἀνάγκη συγχωρεῖν, τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις εἶναι ψευδεῖς· καὶ, νικώντων εὐθέως τῶν Ῥωμαίων ἐν ταῖς περὶ τὴν Μεσσήνην συμπλοκαῖς, ἡττημένους αὐτοὺς ἡμῖν ὑπὸ τοῦ συγγραφέως ἀπηγγέλθαι. Φιλῖνον μὲν οὖν παρ' ὅλην ἄν τις τὴν πραγματείαν εὕροι τοιοῦτον ὄντα· παραπλησίως δὲ καὶ Φάβιον, ὡς ἐπ' αὐτῶν δειχθήσεται τῶν καιρῶν.

2.

Polybius III, 26 : Τούτων δὴ τοιούτων ὑπαρχόντων, καὶ τηρουμένων τῶν συνθηκῶν ἔτι νῦν ἐν χαλκώμασι παρὰ τὸν Δία τὸν Καπιτώλιον ἐν τῷ τῶν ἀγορανόμων ταμιείῳ· τίς οὐκ ἂν εἰκότως θαυμάσειε Φιλίνου τοῦ συγγραφέως, οὐ διότι ταῦτ' ἠγνόει (τοῦτο μὲν γὰρ οὐ θαυμαστόν· ἐπεὶ καὶ' ἡμᾶς ἔτι καὶ Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων οἱ πρεσβύτατοι καὶ μάλιστα δοκοῦντες περὶ τὰ κοινὰ σπουδάζειν ἠγνόουν)· ἀλλὰ, πόθεν ἢ πῶς ἐθάρρησε γράψαι τἀναντία τούτοις· διότι Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις ὑπάρχοιεν συνθῆκαι, καθ' ἃς ἔδει Ῥωμαίους μὲν ἀπέχεσθαι Σικελίας ἁπάσης, Καρχηδονίους δ' Ἰταλίας· καὶ διότι ὑπερέβαινον Ῥωμαῖοι τὰς συνθήκας καὶ τοὺς ὅρκους, ἐπεὶ ἐποιήσαντο τὴν πρώτην εἰς Σικελίαν διάβασιν· μήτε γεγονότος, μήθ' ὑπάρχοντος τὸ παράπαν ἐγγράφου τοιούτου μηδενός. Ταῦτα γὰρ ἐν τῇ δευτέρᾳ λέγει βίβλῳ διαρρήδην. Περὶ ὧν ἡμεῖς ἐν τῇ παρασκευῇ τῆς ἰδίας πραγματείας μνησθέντες, εἰς τοῦτον ὑπερεθέμεθα τὸν καιρὸν κατὰ μέρος περὶ αὐτῶν ἐξεργάσασθαι, διὰ τὸ καὶ πλείους διεψεῦσθαι τῆς ἀληθείας ἐν τούτοις, πιστεύσαντας τῇ Φιλίνου γραφῇ. Οὐ μὴν ἀλλ' εἴ κατὰ τοῦτό τις ἐπιλαμβάνεται Ῥωμαίων περὶ τῆς εἰς Σικελίαν διαβάσεως, ὅτι καθόλου Μαμερτίνους προσέλαβον εἰς τὴν φιλίαν, καὶ μετὰ ταῦτα δεομένοις ἐβοήθησαν, οἵτινες οὐ μόνον τὴν Μεσσηνίων πόλιν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ῥηγίνων παρεσπόνδησαν, εἰκότως ἂν δόξειε δυσαρεστεῖν. Εἰ δὲ παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας ὑπολαμβάνει τις αὐτοὺς πεποιῆσθαι τὴν διάβασιν, ἀγνοεῖ προφανῶς.

3.

Diodor. XXIII, 8 (Exc. Hœschel. p. 501) : Ὅτι Ἄννων ὁ πρεσβύτερος ἐκ τῆς Λιβύης κατὰ τὴν πολιορκίαν Ἀκράγαντος ἐπέρασε μεγάλην δύναμιν ἐν Σικελίᾳ, πεζῶν μυριάδας πέντε, ἱππεῖς δὲ ἑξακισχιλίους, ἐλέφαντας δὲ ἑξήκοντα. Φιλῖνος δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος ἱστορικὸς

---

sanam obsidentes et in acie vincentes fecerat, eosdem fugisse et planis camporum excessisse, ac tandem ex formidine dejectis animis obsidionem passos pronuntiat : quos autem victos et obsessos prius fecerat, eos inducit persequentes hostem, omnia, quæ sub dio sunt, subito obtinentes, ac tandem Syracusas ipsas premente obsidione. Enimvero convenire ista inter se qui possunt? Sane aut falsa sint, quæ prius posuit, oportet, aut quæ deinceps de postea insecutis dicuntur. Sunt autem hæc posteriora vera : nam Carthaginienses et Syracusani intra munitiones suas sunt compulsi : et Syracusas impetebant illico Romani, et Echetlam quoque, ut quidem iste ait, urbem in confinio sitam ditionis Syracusanorum et Carthaginiensium. Restat necessario concedendum, quas principio posuit assertiones esse falsas; et Romanos ab hoc scriptore victos fuisse proditos, qui jam inde a primis conflictibus ad Messanam habitis superiores exstiterint. Ac Philinum quidem in opere universo talem invenias : sed pariter talem Fabium quoque, ut suis locis ostendetur.

2.

Quum igitur hujusmodi exstent fœdera, serventurque etiam nunc, tabulis æneis inscripta, apud Jovem Capitolinum in Ædilium ærario; quis non jure merito Philinum historiæ scriptorem miretur? non quod hæc ignoraverit (nam id quidem mirum non est; quandoquidem memoria adhuc nostra et Romanorum et Carthaginiensium maximi quique natu, et eorum quæ ad remp. spectant omnium judicio callentissimi, hæc nesciebant) : sed quo auctore quave ratione sit ausus contraria istis scribere : inter Romanos et Carthaginienses fœdus intercessisse, ex cujus legibus tenerentur Romani universa Sicilia abstinere, Carthaginienses vero Italia : primosque Romanos fœdus illud et jusjurandum violasse, quando in Siciliam trajecerunt : quum neque factum unquam fuerit, neque hodie exstet monumentum ullum talis fœderis. Hoc tamen disertis verbis in secundo Historiarum libro scribit Philinus. Qua de re quum in præparatione operis nostri mentionem faciebamus, curatiorem hujus quæstionis tractationem in hunc locum rejecimus : quod multi, fidem illius scriptoris secuti, falsum pro vero sint amplexi. Enimvero, si quis Romanorum trajectionem in Siciliam eo nomine reprehendat, quod Mamertinos, quocumque tandem prætextu, in amicitiam suam acceperint; et mox petentibus opem tulerint; qui non solum Messaniorum urbem, sed etiam Rheginorum scelesta fraude intercepperant; merito fortasse factum hoc illorum improbaverit. Sin contra jusjurandum et leges fœderis in Siciliam eos transfretasse existimaverit, in manifesto errore versabitur.

3.

Hanno senior, quo tempore Agrigentum obsidione premebatur, magnum exercitum ex Africa in Siciliam traduxit, peditum quinquaginta, equitum sex millia, elephantes

ἀνεγράψατο. Ὁ δὲ οὖν Ἄννων ἀναζεύξας μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐκ τοῦ Λιλυβαίου, παρῆλθεν εἰς τὴν Ἡράκλειαν, καθ' ὃν καιρὸν ἦλθόν τινες ἀπαγγέλλοντες τὸν Ἔρβησον παραδώσειν. Ἄννων δὲ πολεμήσας ἐν δυσὶ μάχαις ἀπέβαλε στρατιώτας πεζοὺς μὲν τρισχιλίους, ἱππεῖς διακοσίους, ζωγρίας δὲ τετρακισχιλίους· ἐλέφαντας ὀκτὼ θανεῖν, τριάκοντα τρεῖς δὲ κατατραυματισθῆναι.

Idem XXIII, 17 (Exc. Hœschel. p. 505): Φίλιστος (scr. Φιλῖνος) δὲ ἱστορικὸς ἦν. Quæ antecedunt ad cladem Reguli ducem pertinent. In sequentibus narratur fœdum Romanorum ad Camarinam naufragium, et quomodo Agrigentum captum sit (255 a. C.).

4.

Diodor. XXIV, 11 (Exc. Hœschel. p. 509): Λυτάτιος δὲ ὁ ὕπατος ναυσὶ μακραῖς τριακοσίαις καὶ πλοίοις καὶ πορείοις ἑπτακοσίοις ὁμοῦ χιλίοις εἰς Σικελίαν ἔπλευσε, καὶ εἰς τὸ Ἐρυκίνων ἐμπόριον καθωρμίσθη. Ἄννων δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ Καρχηδόνος ναυσὶ διακοσίαις πεντήκοντα μακραῖς καὶ τοῖς φορτηγοῖς εἰς τὴν νῆσον τὴν Ἱέραν ἦλθεν. Εἶτα δὲ ἐξ αὐτῆς πρὸς τὸν Ἔρυκα ἐρχόμενος, καὶ τῶν Ῥωμαίων ὑπαντησάντων, παρ' ἀμφοτέρων πόλεμος ἐγένετο μέγας. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν πόλεμον ἀπέβαλον Καρχηδόνιοι ναῦς ἑκατὸν ἑπτακαίδεκα, αὐτάνδρους μὲν τούτων εἴκοσι, Ῥωμαῖοι δὲ ὀγδοήκοντα, τριάκοντα μὲν εἰς τέλος, πεντήκοντα δὲ εἰς ἐπιμερισμόν*, αἰχμαλώτους δὲ, ὡς Φιλῖνος ἀνέγραψε, Καρχηδονίων ἑξακισχιλίους, ὡς δὲ ἕτεροι, τετρακισχιλίους τεσσαράκοντα. Αἱ δὲ ἄλλαι νῆες, πνεύματος ἐπιπνεύσαντος οὐρίου, εἰς Καρχηδόνα ἔφυγον. Locus excerptoris culpa mancus. Wesselingius post Ῥωμαῖοι δὲ inseruit ἔλαβον; quæ deinde sibi velint v. εἰς τέλος, εἰς ἐπιμερισμὸν nescire se fatetur. Sec. Polybium una cum viris captæ sunt naves 70. Diodorus 80 captas ponit, ita, puto, ut triginta Romani ceperint integras et futuris usibus aptas, quinquaginta autem damno affectas, quas discinderent, lignisque earum ad novas construendas uterentur. Sin vero corrupta est vox, ἐπιμερισμὸν, scr. proponerem ἐμπορισμόν. Apud Cornel. Nepot. Hannibal. c. 13 non Philinus laudatur, ut Vossius autumabat, sed Silenus.

EUPHANTUS OLYNTHIUS.

Diogenes L. II, 110: Εὐβουλίδου δὲ καὶ Εὔφαντος γέγονε (γνώριμος) ὁ Ὀλύνθιος, ἱστορίας γεγραφὼς τὰς κατὰ τοὺς χρόνους τοὺς ἑαυτοῦ. Ἐποίησε δὲ καὶ τραγῳδίας πλείους, ἐν αἷς εὐδοκίμει κατὰ τοὺς ἀγῶνας. Γέγονε δὲ καὶ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως διδάσκαλος, πρὸς ὃν καὶ λόγον γέγραφε Περὶ βασιλείας, σφόδρα εὐδοκιμοῦντα. Τὸν βίον δὲ γήρᾳ κατέστρεφεν.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

1.

Diog. L. II, 141, de Menedemo Eretriense: Δοκεῖ δ' ἐμβριθέστατα πρεσβεῦσαι πρὸς Δημήτριον ὑπὲρ τοῦ Ὠρωποῦ, ὡς καὶ Εὔφαντος ἐν Ἱστορίαις μνημονεύει. Cassander Oropum occupaverat 313 a. C., sed mox præsidium ejus abegit dux Antigoni Ptolemæus (Diodor. XIX, 78, 2). Num ad hæc tempora pertineat vel ad posteriora Menedemi legatio, non liquet. Hoc tamen probabilius.

2.

E LIBRO QUARTO.

Athenæus VI, p. 251, D: Εὔφαντος δ' ἐν τετάρτῃ Ἱστοριῶν Πτολεμαίου φησὶ τοῦ τρίτου βασιλεύσαντος Αἰγύπτου κόλακα γενέσθαι Καλλικράτην, ὃς οὕτω δεινὸς ἦν, ὡς μὴ μόνον Ὀδυσσέως εἰκόνα ἐν τῇ σφραγῖδι περιφέρειν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τέκνοις ὀνόματα θέσθαι Τηλέγονον καὶ Ἀντίκλειαν. Quomodo allatis assentationis documentum insit, nos jam latet.

---

exaginta. Philinus, Agrigentinus historicus, scripsit. Hanno autem, cum omnibus copiis ex Lilybæo movens, Heracleam venit. Sub quod tempus affuere qui Herbessi deditionem offerrent. Hanno igitur, bellum persecutus, duobus proeliis amisit tria milia peditum, equites ducentos, et quattuor millia captivorum. Præterea evenit ut octo elephantes occiderent, ac triginta tres vulnerarentur.

4.

Lutatius autem consul longis navibus trecentis, aliisque navigiis et pontonibus septingentis, quæ simul juncta mille efficiebant, in Siciliam transmisit, et ad Erycinorum emporium naves applicavit. Hanno etiam ex Carthagine ducentis et quinquaginta longis navibus et onerariis in Hieram insulam trajecit. Inde ad Erycem defertur. Ibi occurrentibus Romanis, utrimque ingens exsistit prœlium; in quo Carthaginienses centum et septemdecim naves amiserunt, et inter has viginti cum ipsis viris; Romani vero ceperunt octoginta, ita quidem ut triginta ceperint integras, quinquaginta damno affectas, [*sec. Polyb. I*, 61, 6 *Carthaginienses amisere naves* 120, *quarum demersæ* 50, *cum viris captæ* 70]. Captivos autem Carthaginienses abduxerunt secundum Philinum sex millia, vel secundum alios, quattuor millia et quadraginta. Reliquæ naves secundo vento Carthaginem refugerunt.

EUPHANTI HISTORIÆ.

1.

Constat Menedemum Eretriensem ad Demetrium pro Oropo gravissime legatione functum, ut Euphantus quoque in Historiis meminit.

2.

Euphantus libro quarto Historiarum, Ptolemæi tertii Ægypti regis assentatorem fuisse ait Callicratem: qui tantus fuit in assentando artifex, ut non modo Ulyssis imaginem in sigillo secum ferret, sed et liberorum suorum alteri Telegoni, alteri Anticleæ nomen imponeret.

Ptolemæus Euergetes regnavit inde ab an. 247–222 (Ol. 133, 2–139, 3). Antigonus Doson, cujus præceptor Euphantus fuit, natus est a. 262. Itaque natales Euphanti referendæ sunt ad annum circiter 300 a. C., adeo ut Historias sub regno Ptolemæi Euergetæ percommode scribere potuerit. Tum vero patet verba Diogenis l. l. Εὐβουλίδου καὶ Εὔφαντος γέγονεν, non de Euphanto discipulo Eubulidis, sed de sectatore Eubulideæ doctrinæ intelligenda esse. Similiter Hieronymus Ἀριστοτέλους μαθητὴς dicitur Athenæo X, p. 424, F, uti monet Clintonus F. H. ad an. 250 et 246.

Laudatur præterea Euphantus apud Porphyrium De abstin. IV, p. 379; sed jam Fabricius pro Euphanto recte reposuit Ecphantum, Syracusanum, philosophum Pythagoreum, qui item librum Περὶ βασιλείας scripserat. Ex eo fragmenta uberrima exstant in Stobæi Florileg. p. 483 et 492 sqq. (vide Ebert Dissert. Sic., p. 119 sq.). Euphanti De regno opus nusquam memoratur.

SPHÆRUS BOSPORANUS.

Diogenes L. VII, 177 : Τούτου (τοῦ Κλεάνθου), καθάπερ προειρήκαμεν, ἤκουσε μετὰ Ζήνωνα καὶ Σφαῖρος ὁ Βοσποριανὸς, ὃς προκοπὴν ἱκανὴν περιποιησάμενος λόγων εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀπῆει πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φιλοπάτορα. Λόγου δέ ποτε γενομένου περὶ τοῦ δοξάσειν τὸν σοφὸν καὶ τοῦ Σφαίρου εἰπόντος ὡς οὐ δοξάσει, βουλόμενος ὁ βασιλεὺς ἐλέγξαι αὐτὸν, κηρίνας ῥόας ἐκέλευσε παρατεθῆναι· τοῦ δὲ Σφαίρου ἀπατηθέντος ἀνεβόησεν ὁ βασιλεὺς ψευδεῖ συγκατατεθεῖσθαι αὐτὸν φαντασίᾳ. Πρὸς ὃν ὁ Σφαῖρος εὐστόχως ἀπεκρίνατο, εἰπὼν οὕτως συγκατατεθεῖσθαι, οὐχ ὅτι ῥόαι εἰσὶν, ἀλλ' ὅτι εὔλογόν ἐστι ῥόας αὐτὰς εἶναι· διαφέρειν δὲ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν τοῦ εὐλόγου. Πρὸς δὲ Μνησίστρατον κατηγοροῦντα αὐτοῦ ὅτι Πτολεμαῖον οὐ φησι βασιλέα εἶναι, « τοιοῦτον δ' ὄντα τὸν Πτολεμαῖον καὶ βασιλέα εἶναι. »

De Sphæro tanquam Zenonis et Cleanthis discipulo cf. Diogen. VII, 37. Historiam de Sphæro et Ptolemæo Philopatore Athenæus quoque (VIII, p. 354, E) narrat. Antequam Alexandriam se conferret Sphærus, diutius Lacedæmone versatus est, ubi Cleomenes eo magistro et consiliario usus est.

Plutarch. Cleomen. c. 1 : Λέγεται δὲ καὶ λόγων φιλοσόφων τὸν Κλεομένην μετασχεῖν ἔτι μειράκιον ὄντα, Σφαίρου τοῦ Βορυσθενίτου παραβαλόντος εἰς τὴν Λακεδαίμονα καὶ περὶ τοὺς νέους καὶ τοὺς ἐφήβους οὐκ ἀμελῶς διατρίβοντος. Ὁ δὲ Σφαῖρος ἐν τοῖς πρώτοις ἐγεγόνει τῶν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως μαθητῶν καὶ τοῦ Κλεομένους ἔοικε τῆς φύσεως τὸ ἀνδρῶδες ἀγαπῆσαί τε καὶ προσεκκαῦσαι τὴν φιλοτιμίαν.

Idem ibid. c. 11 : Ἀναπληρώσας δὲ τὸ πολίτευμα τοῖς χαριεστάτοις τῶν περιοίκων ὁπλίτας τετρακισχιλίους ἐποίησε, καὶ διδάξας αὐτοὺς ἀντὶ δόρατος χρῆσθαι σαρίσσῃ δι' ἀμφοτέρων καὶ τὴν ἀσπίδα φορεῖν δι' ὀχάνης, μὴ διὰ πόρπακος, ἐπὶ τὴν παιδείαν τῶν νέων ἐτράπη καὶ τὴν λεγομένην ἀγωγὴν, ἧς τὰ πλεῖστα παρὼν ὁ Σφαῖρος αὐτῷ συγκαθίστη, ταχὺ τὸν προσήκοντα τῶν τε γυμνασίων καὶ τῶν συσσιτίων κόσμον ἀναλαμβανόντων καὶ συστελλομένων ὀλίγων μὲν ὑπ' ἀνάγκης, ἑκουσίως δὲ τῶν πλείστων εἰς τὴν εὐγενῆ καὶ Λακωνικὴν ἐκείνην δίαιταν.

Hæc apud Cleomenem commoratio etiam movisse Sphærum videtur ut Περὶ Λακωνικῆς πολιτείας opus componeret. Præterea scripsit Περὶ Λυκούργου καὶ Σωκράτους βιβλία τρία, aliaque multa argumenti philosophici, quorum indicem præbet Diogenes Laertius VII, 178.

ΛΑΚΩΝΙΚΗ ΠΟΛΙΤΕΙΑ.

1.

Plutarch. Lycurg. c. 28 : Τοσούτους (sc. ὀκτὼ καὶ εἴκοσι) δέ φησι κατασταθῆναι τοὺς γέροντας Ἀριστοτέλης (fr. 78), ὅτι τριάκοντα τῶν πρώτων μετὰ Λυκούργου γενομένων, δύο τὴν πρᾶξιν ἐγκατέλιπον ἀποδειλιάσαντες. Ὁ δὲ Σφαῖρος ἐξ ἀρχῆς φησὶ τοσούτους γενέσθαι τοὺς τῆς γνώμης μετασχόντας.

2.

E LIBRO TERTIO.

Athenæus IV, p 114, C : Σφαῖρος δ' ἐν τρίτῳ Λακωνικῆς πολιτείας γράφει· « Φέρουσι δὲ καὶ ἐπαΐκλα αὐτοῖς οἱ φειδῖται· καὶ τῶν μὲν ἀγρευομένων ὑφ' αὐτῶν ἐνίοτε οἱ πολλοὶ, οὐ μὴν ἀλλ' οἵ γε πλούσιοι καὶ ἄρτον, καὶ ὧν ἂν ὥρα ἐκ τῶν ἀγρῶν, ὅσον εἰς αὐτὴν τὴν συνουσίαν, νομίζοντες καὶ τὸ πλείονα τῶν ἱκανῶν παρασκευάζειν περιττὸν εἶναι, μὴ μέλλοντά γε προσφέρεσθαι. » Cf. Dicæarchi fr. 23; Persæi fr. 2.

LACEDÆMONIORUM RESPUBLICA.

1.

Duodetriginta gerontum senatus fuit, ut Aristoteles ait, quod Lycurgus quum triginta instruxisset, duo ex his præ metu rem deseruerant. At Sphærus ab initio octo tantum et viginti consilii participes fuisse ait.

2.

Sphærus tertio De Lacedæmoniorum republica scribit : « Afferunt vero Epaicla ipsi Phiditii sodales : et quidem major pars vulgo subinde afferunt, si quid fortasse venando ceperint; opulentiores autem insuper panem et ex agris quæcumque fert tempestas, quantum ad unum ipsum convivium satis est : nam plura parare quam quod satis sit, superfluum esse existimant, quippe quæ nemo ne comesturus sit quidem.

ARATUS SICYONIUS.

Anonymus in Vit. Arati poetæ : Καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ γεγόνασιν Ἄρατοι, ἄνδρες ἐλλόγιμοι ἱστοριογράφοι, ὥσπερ ὁ Κνίδιος, οὗ φέρονται Αἰγυπτιακὰ ἱστορικὰ συγγράμματα (aliunde non nota), καὶ τρίτος Σικυώνιος, οὗ ἐστιν ἡ πολύβιβλος ἱστορία ὑπὲρ τὰ λ' βιβλία ἔχουσα.

Commentarii Arati de fœdere Achaico deque iis maxime rebus quæ ipse gesserat, pertinuerunt usque ad Ol. 139, 4 vel 140, 1 (220 a. C.), quo anno prætor Achæorum ad Caphyas cladem passus est.

Polybius I, 3, 1 : Ἄρξει δὲ τῆς πραγματείας ἡμῖν, τῶν μὲν χρόνων Ὀλυμπιὰς ἑκατοστή τε καὶ τετταρακοστή· τῶν δὲ πράξεων, παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ὁ προσαγορευθεὶς Συμμαχικὸς πόλεμος, ὃν πρῶτον ἐξήνεγκε μετ' Ἀχαιῶν πρὸς Αἰτωλοὺς Φίλιππος, Δημητρίου μὲν υἱός, πατὴρ δὲ Περσέως· παρὰ δὲ τοῖς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦσιν, ὁ περὶ Κοίλης Συρίας, ὃν Ἀντίοχος καὶ Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους· ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Λιβύην τόποις, ὁ συστὰς Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις, ὃν οἱ πλεῖστοι προσαγορεύουσιν Ἀννιβαικόν. Ταῦτα δ' ἐστὶ συνεχῆ τοῖς τελευταίοις τῆς Ἀράτου τοῦ Σικυωνίου συντάξεως.

Idem II, 2, 1 : Καλλίστην ὑπόστασιν ὑπολαμβάνοντες εἶναι ταύτην διὰ τὸ, πρῶτον μὲν τὴν Ἀράτου σύνταξιν ἐπὶ τούτους καταστρέφειν τοὺς καιρούς (Ol. 139, 4), οἷς συνάπτοντες τὴν διήγησιν, τὸν ἀκόλουθον ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων ἀποδιδόναι προῃρήμεθα λόγον.

De indole commentariorum Plutarchus, Arat. c. 3 : Ἐνδεέστερον ἴσως ἢ πολιτικῷ προσῆκον ἦν ἀνδρὶ περὶ τὸν λόγον ἐσπούδασε (Ἄρατος)· καίτοι γεγονέναι κομψότερον εἰπεῖν ἢ δοκεῖ τισιν ἐκ τῶν Ὑπομνημάτων κρίνουσιν, ἃ παρέργως καὶ ὑπὸ χεῖρα διὰ τῶν ἐπιτυχόντων ὀνομάτων ἀμιλλησάμενος κατέλιπε.

Polyb. II, 40, 4 : Τῶν μέντοι γε Ἀράτῳ διωκημένων, καὶ νῦν, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν, ἐπικεφαλαιούμενοι μνησθησόμεθα, διὰ τὸ καὶ λίαν ἀληθινοὺς καὶ σαφεῖς ἐκεῖνον περὶ τῶν ἰδίων συντεταχέναι πράξεων ὑπομνηματισμούς.

Idem II, 47 : Οἱ δ' Ἀχαιοὶ τὸ μὲν πρῶτον διὰ τῆς ἰδίας δυνάμεως ὥρμησαν ἀντοφθαλμεῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις· ἅμα μὲν ὑπολαμβάνοντες, κάλλιστον εἶναι τὸ μὴ δι' ἑτέρων σῴσι πορίζεσθαι τὴν σωτηρίαν, ἀλλ' αὐτοὺς δι' αὐτῶν σώζειν τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν· ἅμα δὲ βουλόμενοι καὶ τὴν πρὸς Πτολεμαῖον τηρεῖν φιλίαν, διὰ τὰς προγεγενημένας εὐεργεσίας, καὶ μὴ φαίνεσθαι πρὸς ἕτερους ἐκτείνοντες τὰς χεῖρας. Ἤδη δ' ἐπὶ ποσὸν τοῦ πολέμου προβαίνοντος, καὶ τοῦ μὲν Κλεομένους τό τε πάτριον πολίτευμα καταλύσαντος, καὶ τὴν ἔννομον βασιλείαν εἰς τυραννίδα μεταστήσαντος, χρωμένου δὲ καὶ τῷ πολέμῳ πρακτικῶς καὶ παραβόλως· προορώμενος Ἄρατος τὸ μέλλον, καὶ δεδιὼς τήν τε τῶν Αἰτωλῶν ἐπίνοιαν καὶ τόλμαν, ἔκρινε πρὸ πολλοῦ λυμαίνεσθαι τὴν ἐπιβολὴν αὐτῶν. Κατανοῶν δὲ τὸν Ἀντίγονον καὶ πρᾶξιν ἔχοντα καὶ σύνεσιν, καὶ πίστεως ἀντιποιούμενον· τοὺς δὲ βασιλεῖς σαφῶς εἰδὼς, φύσει μὲν οὐδένα νομίζοντας οὔτε ἐχθρὸν οὔτε φίλον, ταῖς δὲ τοῦ συμφέροντος ψήφοις ἀεὶ μετροῦντας τὰς ἔχθρας καὶ τὰς φιλίας· ἐπεβάλετο λαλεῖν πρὸς τὸν εἰρημένον βασιλέα, καὶ συμπλέκειν τὰς χεῖρας, ὑποδεικνύων αὐτῷ τὸ συμβησόμενον ἐκ τῶν πραγμάτων. Προδήλως μὲν οὖν αὐτὸ πράττειν ἀσύμφορον ἡγεῖτο διὰ πλείους αἰτίας. Τόν τε γὰρ Κλεομένην καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἀνταγωνιστὰς παρασκευάζειν ἔμελλε πρὸς τὴν ἐπιβολήν· τούς τε πολλοὺς τῶν Ἀχαιῶν διατρέψειν, καταφεύγων ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς, καὶ δοκῶν ὁλοσχερῶς ἀπεγνωκέναι τὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας· ὅπερ ἥκιστα φαίνεσθαι πράττων ἐβούλετο. Διόπερ ἔχων τοιαύτην πρόθεσιν, ἀδήλως αὐτὰ διενοεῖτο χειρίζειν. Ἐξ οὗ πολλὰ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἠναγκάζετο καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν πρὸς τοὺς ἐκτὸς, δι' ὧν ἔμελλε τὴν ἐναντίαν ἔμφασιν ὑποδεικνύων, ταύτην ἐπικρύψεσθαι τὴν οἰκονομίαν. Ὧν χάριν ἕνια τούτων οὐδ' ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι κατέταξεν.

Hæc quum ipse Polybius fateri se coactum videat, facile apparet cum grano salis intelligenda esse, quæ de λίαν ἀληθινοῖς Arati commentariis idem Polybius in antecedentibus dixit. Ac vix dubium esse potest, quin historicus Aratus eundem se ostenderit virum, quem ex vita ejus rebusque gestis satis bene novimus. Quemadmodum vero prætor Achæorum in Polybio laudis potius præconem quam judicem ab omni studio vacuum nactus sit, sic etiam historici virtutes a Polybio eodem modo exaggeratæ videntur, quo injustis conviciis adversarium ejus persequitur Phylarchum (Cf. Vit. Phylarch. p. LXXX). Ceterum adeas qui ex professo hunc locum tractarunt, Lucas. *Ueber Polyb. Darstellung des ætolisch. Bundeskriegs. Kœnigsberg* 1827, *p.* 55 *sqq.* 74; Helwing. *Gesch. d. ach. Bundes. Lemgo* 1829; Merlecker. *Achaicorum libri tres. Darmsdt.* 1827, p. 475; Brandstætter *Gesch. d. ætol. Bundes*, etc. *Berlin*, 1844, qui p. 206 laudat Luchtii Programm. schol. *De Arati Sicyon. Commentariis* (Kiel. 1838), quo uti mihi non licuit.

Ap. Phot. Bibl. cod. 160, p. 104, 30 Bekk. Arati Sicyonii Historiæ inter fontes memorantur, quos Sopater ad consarcinandum Ἐκλογῶν librum undecimum adhibuerit.

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

1.

Plutarch. Agide c. 15, de Agide Arato Achæorum prætori contra Ætolos in Peloponnesum invasuros exercitum adducente:

Συμμίξας δὲ τῷ Ἀράτῳ περὶ Κόρινθον ὁ Ἄγις ἔτι βουλευομένῳ περὶ μάχης καὶ παρατάξεως πρὸς τοὺς πολεμίους ἐπεδείξατο καὶ προθυμίαν πολλὴν καὶ τόλμαν οὐ μανικὴν οὐδὲ ἀλόγιστον. Ἔρη γὰρ αὐτῷ μὲν δοκεῖν διαμάχεσθαι καὶ μὴ παριέναι τὸν πολεμον εἴσω τὰς πύλας τῆς Πελοποννήσου προεμένους, ποιήσειν δὲ τὸ δοκοῦν Ἀράτῳ· καὶ γὰρ πρεσβύτερόν τε εἶναι καὶ στρατηγεῖν Ἀχαιῶν, οἷς οὐχὶ προστάξων οὐδὲ ἡγησόμενος, ἀλλὰ συστρατευσόμενος ἥκοι καὶ βοηθήσων. Ὁ δὲ Σινωπεὺς Βάτων αὐτὸν οὐκ ἐθέλειν μάχεσθαί φησι τὸν Ἄγιν Ἀράτου κελεύοντος, οὐκ ἐντετυχηκὼς οἷς Ἄρατος γέγραφε περὶ τούτων, ἀπολογιζόμενος ὅτι βέλτιον ἡγεῖτο, τοὺς καρποὺς σχεδὸν ἅπαντας συγκεκομισμένων ἤδη τῶν γεωργῶν, παρελθεῖν τοὺς πολεμίους ἢ μάχῃ διακινδυνεῦσαι περὶ τῶν ὅλων. Ἐπεὶ δ' οὖν Ἄρατος ἀπέγνω μάχεσθαι καὶ τοὺς συμμάχους ἐπαινέσας διαφῆκε, θαυμασθεὶς ὁ Ἄγις ἀνεζεύγνυεν, ἤδη τῶν ἔνδον ἐν Σπάρτῃ θόρυβον πολὺν ἐχόντων καὶ μεταβολήν.

2.

Plutarch. Arat. c. 32, postquam fabulam quandam narravit de ratione, qua Ætoli, qui Pellenensium urbe potiti erant, dum Aratus contra eos proficiscitur, in summam consternationem essent conjecti, addit: Ὁ δ' Ἄρατος οὐδὲν ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν οἷς ἀπολέλοιπεν Ἐργῖνον αἰτιᾶται, μεθ' οὗ τὰ περὶ τὸν Ἀκροκόρινθον ἔπραξεν. Ἐκεῖνον γὰρ ἰδίᾳ τῷ Πειραιεῖ προσβαλόντα καὶ τῆς κλίμακος συντριβείσης διωκόμενον ὀνομάζειν καὶ καλεῖν συνεχῶς Ἄρατον ὥσπερ παρόντα, καὶ διαφυγεῖν οὕτως ἐξαπατήσαντα τοὺς πολεμίους. Οὐ μὴν δοκεῖ πιθανῶς ἀπολογεῖσθαι. Τὸν γὰρ Ἐργῖνον, ἄνθρωπον ἰδιώτην καὶ Σύρον, ἀπ' οὐδενὸς ἦν εἰκότος ἐπὶ νοῦν βαλέσθαι τὴν τηλικαύτην πρᾶξιν, εἰ μὴ τὸν Ἄρατον εἶχεν ἡγεμόνα καὶ παρ' ἐκείνου τὴν δύναμιν καὶ τὸν καιρὸν εἰλήφει πρὸς τὴν ἐπίθεσιν. Ἐδήλωσε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ἄρατος οὐ δὶς οὐδὲ τρὶς, ἀλλὰ πολλάκις, ὥσπερ οἱ δυσέρωτες, ἐπιχειρήσας τῷ Πειραιεῖ καὶ πρὸς τὰς διαμαρτίας οὐκ ἀποκαμών, ἀλλὰ τῷ παρὰ μικρὸν ἀεὶ καὶ σύνεγγυς ἀποσφάλλεσθαι τῶν ἐλπίδων πρὸς τὸ θαρρεῖν ἀνακαλούμενος. Ἅπαξ δὲ καὶ τὸ σκέλος ἔσπασε διὰ τοῦ Θριασίου φεύγων· καὶ τομὰς ἔλαβε πολλὰς θεραπευόμενος καὶ πολὺν χρόνον ἐν φορείῳ κομιζόμενος ἐποιεῖτο τὰς στρατείας.

4.

Plutarchus Cleomen. c. 16: (Ἄρατος) τρέπεται

COMMENTARII.

1.

Agis apud Corinthum cum Arato congressus, deliberante adhuc prælione cum hoste decerneret, magnam alacritatem audaciamque nequaquam immodicam aut consilii expertem ostendit. Dicebat enim, videri sibi decertandum pugna, neque hostem intra portas Peloponnesi admittendum, facturum tamen id, quod Arato placuisset, ætate majori et duci Achæorum, quibus non imperaturus aut dux futurus, sed commilitatum et opitulatum ipse advenisset. Bato autem Sinopensis Agidem pugnam detrectasse scribit, jubente pugnare Arato; non legerat nimirum ea, quæ ipse Aratus scripsit, quum omissam pugnam excusans ait, consultius sibi visum fuisse transitum hostibus concedere, fructibus jam prope omnibus ex agris collectis, quam summam rerum in discrimen Martis adducere. Postquam ergo Aratus consilio dimicandi improbato socios collaudatos dimisit, Agis sui excitata admiratione discessit, jam rebus Spartæ majorem in modum conturbatis atque immutatis.

2.

Nihil tale in suis Commentariis Aratus commemorat, sed ait se Ætolos in fugam conjectos in urbem ipsam Pellenen insecutum, cæsis septingentis ex ea profligasse.

3.

Athenienses Aratus liberare cupiens, male audivit apud suos, quod, quum ipsi inducias cum Macedonibus pacti essent, Piræeum occupare conatus esset. Id crimen ipse in Commentariis, quos reliquit, a se amolitur, et in Erginum, quo usus erat in Acrocorintho occupando, confert. Eum suo injussu perhibet Piræeum tentasse, scalisque attritis quum fugeret et ab hostibus urgeretur, continenter Aratum nominatim inclamasse, tanquam præsentem, atque ita deceptis hostibus effugisse. Verum hæc excusatio probabilis non videtur. Neque enim verisimilitudinem habet hoc, Erginum hominem Syrum atque privatum tantam rem conaturum fuisse, nisi Aratum ducem habuisset, ab eoque auxilium et occasionem rei tentatæ accepisset. Et ostendit hoc ipse Aratus, non bis aut ter, sed sæpius, perinde atque ii quibus res in amore minus secundæ sunt, Piræeum aggressus, neque ob infelicem successum defatigatus, sed eo ipso, quod non multum a potiundo eo abfuisset, animum confirmans, aliquando etiam per campum Triasium fugiens crus luxavit, ut multis sectionibus curatus, lectica aliquamdiu vectus expeditiones obiverit.

4.

Aratus rem aggressus est nemini Græcorum convenien-

πρὸς ἔργον οὐδενὶ μὲν τῶν Ἑλλήνων προσῆκον, αἴσχιστον δ' ἐκείνῳ καὶ τῶν πεπραγμένων ὑπ' αὐτοῦ καὶ πεπολιτευμένων ἀναξιώτατον, Ἀντίγονον ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καλεῖν, καὶ Μακεδόνων ἐμπιπλάναι τὴν Πελοπόννησον, οὓς αὐτὸς ἐκ Πελοποννήσου μειράκιον ὢν ἐξήλασεν, ἐλευθερώσας τὸν Ἀκροκόρινθον, καὶ πᾶσι μὲν τοῖς βασιλεῦσιν ὕποπτος καὶ διάφορος γενόμενος, τοῦτον δὲ αὐτὸν Ἀντίγονον εἰρηκὼς κακὰ μυρία, δι' ὧν ἀπολέλοιπεν Ὑπομνημάτων. Καίτοι πολλὰ παθεῖν καὶ παραβαλέσθαι φησὶν αὐτὸς ὑπὲρ Ἀθηναίων, ὅπως ἡ πόλις ἀπαλλαγείη φρουρᾶς καὶ Μακεδόνων· εἶτα τούτους ἐπὶ τὴν πατρίδα... εἰσήγαγεν κτλ.

Cf. Plutarch. Arat. c. 38, ubi vituperandum dicit Aratum, quod socios advocasset eos, οὓς αὐτοὺς ἐν ταῖς πράξεσι καταστρατηγῶν καὶ καταπολιτευόμενος, ἐν δὲ τοῖς Ὑπομνήμασι λοιδορῶν διετέλει... Καίτοι πᾶσαν ὁ Ἄρατος ἀφίησι φωνὴν ἀπολογιζόμενος τὴν ἀνάγκην.

5.

Plutarch. Cleom. c. 17 : Cleomenes quum solus absque exercitu in Argos urbem, ubi conventus erat Achæorum, venire ab Arato juberetur, injuria se affectum putans, ἀνέζευξε διὰ ταχέων, καὶ κήρυκα πόλεμον προερροῦντα τοῖς Ἀχαιοῖς ἔπεμψεν οὐκ εἰς Ἄργος, ἀλλ' εἰς Αἴγιον, ὥς φησιν Ἄρατος, ὅπως φθάσῃ τὴν παρασκευὴν αὐτῶν.

6.

Plutarch. Cleom. c. 19 : Ἑαλωκότος δὲ Ἄργους καὶ κατόπιν εὐθὺς προσθεμένων τῷ Κλεομένει Κλεωνῶν καὶ Φλιοῦντος, ἐτύγχανε μὲν ὁ Ἄρατος ἐν Κορίνθῳ ποιούμενός τινα τῶν λεγομένων λακωνίζειν ἐξέτασιν· ἀγγελίας δὲ περὶ τούτων προσπεσούσης διαταραχθεὶς καὶ τὴν πόλιν ἀποκλίνουσαν αἰσθόμενος πρὸς τὸν Κλεομένη καὶ τῶν Ἀχαιῶν ἀπαλλαγῆναι βουλομένην, ἐκάλει μὲν εἰς τὸ βουλευτήριον τοὺς πολίτας, ἔλαθε δὲ διολισθὼν ἄχρι τῆς πύλης. Ἐκεῖ δὲ, τοῦ ἵππου προσαχθέντος, ἀναβὰς ἔφυγεν εἰς Σικυῶνα. Τῶν δὲ Κορινθίων ἁμιλλωμένων εἰς Ἄργος πρὸς τὸν Κλεομένη φησὶν ὁ Ἄρατος τοὺς ἵππους πάντας βαγῆναι· τὸν δὲ Κλεομένη μέμφεσθαι τοὺς Κορινθίους μὴ συλλαβόντας αὐτὸν, ἀλλ' ἐάσαντας διαφυγεῖν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν Μεγιστόνουν παρὰ τοῦ Κλεομένους δεομένου παραλαβεῖν τὸν Ἀκροκόρινθον (εἶχε γὰρ φρουρὰν Ἀχαιῶν) καὶ πολλὰ χρήματα διδόντος· ἀποκρίνασθαι δὲ αὐτὸν, ὡς οὐκ ἔχει τὰ πράγματα, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τῶν πραγμάτων αὐτὸς ἔχεται. Ταῦτα μὲν ὁ Ἄρατος γέγραφεν. Cf. Plutarch. c. 40, 41.

---

tem, omnium autem maxime ipsi turpem et rebus ante actis indignissimam, nimirum ut Antigonum in Græciam vocaret, Macedonibusque impleret Peloponnesum, quos ipse adolescens liberato Acrocorintho ex Peloponneso ejecerat, et quidem omnibus regibus suspectus ac cum omnibus simultates exercens Aratus Antigono huic mille suorum Commentariorum locis obtrectat. Jam qui multa se passum, multa conatum propter Athenienses ait, dum urbem eorum præsidio Macedonico liberaret, is Macedones armatos in patriam adducit.

Aratus auxilio advocavit eos quos ipse artibus suis et consiliis oppugnaverat inque Commentariis conviciis laceravit crebris. Quamquam nihil non dicit ut excusationem necessitatis afferat.

5.

Cleomenes celeriter discessit, et præconem qui bellum Achæis indiceret, non Argos, sed Ægium, ut ait Aratus, præveniendi eorum apparatus causa misit.

6.

Argis captis quum statim etiam Cleonæ et Phlius Cleomeni se adjunxissent, Aratus, qui tum Corinthi in quosdam, qui ferebantur Laconum partibus studere, inquirebat, nuntio rei allato perturbatus, quum civitatem eam sentiret ad Cleomenem inclinare ac cupere Achæorum principatu liberari, civibus in concilium advocatis, ipse occulte ad portas elapsus est, ibique equum adductum conscendit ac Sicyonem confugit. Idem scribit, Corinthiorum certatim Argos ad Cleomenem contendentium tantam fuisse festinationem, ut equi eorum omnes rupti fuerint, increpatosque eos a Cleomene, quod se non comprehendissent, sed elfugere passi fuissent. Venisse tamen ad se Megistonum a Cleomene missum, orasseque ut accepta, quam promittebat ingentem, pecunia Acrocorinthum Achæorum præsidio deducto traderet, seque ei respondisse : non habere se res in sua potestate, sed ab iis haberi.

DINIAS ARGIVUS.

Dinias Argivus, Ἀργολικῶν auctor, Agatharchide antiquior (fr. 4), aut paullo post Aratum vixit aut iisdem quibus ille temporibus (fr. 9). Neque hoc adeo improbabile est. Certe facilis conjectura, Diniam, ex quo de morte Aristippi tyranni aliqua affert Plutarchus, eundem esse cum Dinia, quem idem Plutarchus in antecedentibus dixerat Abantidem Sicyoniorum tyrannum interficiendum curasse. Plutarch. Arat. c. 3 : Ἀβαντίδαν μὲν οἱ περὶ Δεινίαν καὶ Ἀριστοτέλη (Argivum, Arati amicum), τὸν διαλεκτικὸν, εἰωθότα τοῖς λόγοις αὐτῶν κατ' ἀγορὰν σχολαζόντων ἑκάστοτε παρεῖναι καὶ συμφιλονεικεῖν, ἐμβαλόντες εἰς τοιαύτην διατριβὴν καὶ παρασκευάσαντες ἐπιβουλὴν, ἀνεῖλον. Alios Dinias recenset Dindorfius in Steph. Thes. Gr. s. h. v.

Argolicorum opus peramplum in plures divisum erat partes sive Συντάξεις, duæque ejus exstitisse videntur recensiones. Etenim in fr. 3 citatur Dinias ἐν θ' τῆς πρώτης συντάξεως, ἐκδόσεως δὲ δευτέρας. Prima σύνταξις tempora mythica, altera historica fuerit complexa.

ΑΡΓΟΛΙΚΑ.

ΠΡΩΤΗ ΣΥΝΤΑΞΙΣ.

E LIBRO PRIMO.

Schol. Apoll. Rhod. II, 789 : Ὅτι δὲ τοὺς Παφλαγόνας ὑπέταξεν Ἡρακλῆς τοῖς περὶ Λύκον (Mariandynorum regem), ἱστορεῖ Δεινίας ἐν πρώτῳ Ἀργολικῶν καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς ἐν δεκάτῳ Βιθυνιακῶν. Alia quædam ex Herculis historia, quæ item ad primum librum pertinuisse videntur, vide in fr. 5 et 6.

E LIBRO SEPTIMO.

2.

Schol. Sophocl. Electr. 281, ad verba poetæ, Εὔρουσ' (Clytæmnestra) ἐκείνην ἡμέραν, ἐν ᾗ τότε Πατέρα τὸν ἀμὸν ἐκ δόλου κατέκτανεν, Ταύτῃ χορεύει ἵστησι καὶ μηλοσφαγεῖ Θεοῖσιν ἔμμην' ἱερὰ τοῖς σωτηρίοις] : Οἱ Ἀργολικοὶ συγγραφεῖς ιγ' εἶναί φασι μηνὸς Γαμηλιῶνος, ὡς Δεινίας ἐν ζ' Ἀργολικῶν. De die quo Troja capta sit, v. infra fr. 10.

E LIBRO NONO.

3.

Schol. Eur. Orest. 861 : Ἄκραν] τόπος οὕτω καλούμενος· λέγει δὲ τὸν Πρῶνα... ὅπου φασὶ πρῶτον τὸν Δαναὸν μετὰ θάνατον υἱῶν Αἰγύπτου δοῦναι δίκας. Αὐτὸς γὰρ ὁ Αἴγυπτος ἦκεν εἰς Ἄργος τιμωρήσων τῷ φόνῳ. Δαναὸς δὲ μαθὼν ἐξῆγεν εἰς ὅπλα τοὺς Ἀργείους, ἀλλὰ Λυγκεὺς πείθει λόγοις λῦσαι τὴν ἔχθραν. Καὶ καθιστῶσι δικαστὰς αὐτοῖς Αἰγυπτίων καὶ Ἀργείων τοὺς ἀρίστους. Ὁ δὲ τόπος ἔνθα ἡ δίκη συνήχθη, περὶ τὴν μεγίστην ἄκραν, ἔνθα καὶ Ἴναχος ἁλίσας τὸν λαὸν, συνεβούλευσεν οἰκίζειν τὸ πεδίον. Ὁ δὲ τόπος ἐξ ἐκείνου Ἁλιαία καλεῖται ἡ νῦν Ἡλιαία λεγομένη. Ἄλλως. Ἡ πολλὴ δόξα κατέχει μὴ ἐλθεῖν τὸν Αἴγυπτον εἰς Ἄργος, καθάπερ ἄλλοι τέ φασι καὶ Ἑκαταῖος γράφων οὕτως· « Ὁ δὲ Αἴγυπτος αὐτὸς μὲν οὐκ ἦλθεν εἰς Ἄργος. » [Φρύνιχος δὲ ὁ τραγικός φησι σὺν Αἰγυπτίοις τὸν Αἴγυπτον ἥκειν εἰς Ἄργος.] Λέγεται δέ τις ἐν Ἄργει Πρών, ὅπου δικάζουσιν Ἀργεῖοι. Ἱστορεῖ δὲ περὶ τοῦ χωρίου Δεινίας [ἐν θ' τῆς πρώτης συντάξεως, ἐκδόσεως δὲ δευτέρας,] γράφων οὕτως· « Ταχέως δὲ κυριεύσαντες τὸν

ARGOLICA.

1.

Paphlagones ab Hercule Lyco subjectos esse Dinias narrat libro primo Rerum Argolicarum, et Asclepiades Myrleanus libro decimo Rerum Bithynicarum.

2.

Agamemnonem a Clytæmnestra interfectum esse die decimo tertio Gamelionis mensis Argivi scriptores tradunt, inter eosque Dinias in Rerum Argolicarum libro septimo.

3.

Ἄκραν, *promontorium*, certum quendam locum ita dicit, quem *Pronem* (*promontorium*) Argivi vocant, ubi Danaus post interfectos Ægypti filios judicium subiit. Ipse enim Ægyptus Argos venit, ut cædis illius pœnas repeteret. Quo comperto Danaus armatum Argivorum exercitum educturus erat, sed Lyncei precibus adducitur ut verbis componere inimicitias malevit. Constituuntur itaque iis judices Ægyptiorum Argivorumque primores. Locus vero ubi in judicium convenerunt, circa summum erat promontorium, ubi Inachus olim populum congregans (ἁλίσας) auctor ei exstitit, ut per planitiem sedes sibi figerent. Atque hinc Haliæa nuncupatus, quam nos jam Heliæam vocare solemus. — *Aliter*. Vulgaris opinio est ipsum Ægyptum non venisse in Argolidem, ut præter alios etiam Hecatæus dicit; ita enim habet : « Ipse quidem Ægyptus non venit Argos. « Phrynichus vero tragicus Ægyptum cum Ægyptiis Argos venisse dicit. Ceterum celsus quidam in Argolide locus est, quem πρών, *promontorium*, vocant, ubi Argivi judicia habent. Ejus Dinias meminit in prima parte Argolicorum editionis secundæ ita scribens : « Mox vero potiti Melanchro et Cleometra, lapidibus obruentes eos necarunt.

Μέλαγχρον καὶ τὴν Κλεομήτραν βάλλοντες λίθοις ἀπέκτειναν. Καὶ τὸν τάφον αὐτοῦ δεικνύουσιν ἔτι καὶ νῦν ὑπεράνω τοῦ καλουμένου Πρῶνος, χῶμα παντελῶς, οὗ συμβαίνει τοὺς Ἀργείους δικάζειν. »

Uncinis inclusa addidi ex scholl. cod. Venet. et Vatican. a Cobeto editis. Omisi quæ ibidem post v. δικάζουσιν Ἀργεῖοι leguntur hæc : Ἀλλ' οὐ παρήκει (παρῆκεν correx. Cobet.) ὁ Δάναος Αἰγύπτῳ δικάσασθαι, qui cento est ejus narrationis, quam schol. vulgata indicant verbis : Δάναος δὲ μαθὼν κτλ. Phrynichi mentio pertinet ad fabulam ejus Δαναΐδας sive Αἰγυπτίους. — ἐν θ'] ἔνθα codd.; ἐν τῷ πρώτῳ scripsit Cobetus. — Deinde codex Venet. : ἐκδόσεως δεύτερον. — Μέλαγχρον], τὸν μὲν λαν, supra scriptis literis χρ, codex Vatican.; Μελάγχαριν cod. Ven.; Μελάχαριν schol. vg.; Μελάγχρουν dedit Cobet.; Argivum nomen esse Μέλαγχρον probat Mytilenarum in Lesbo tyrannus, quem Pittacus interfecit (Diogen. L. I, 74; Suidas v. Πιττακός; Alcæus ap. Hephæst. p. 80 ed. Gaisf.) De Melanchro et Cleometra, qui n. l. memorantur, aliunde nihil constat. Pro ταχέως κυριεύσαντες (κυριεύσαντα schol. vg.) nescio an fuerit τείχεος κυρ. Welckerus *Trilog.* judicio condemnatos esse, ut lapidibus obruerentur, censet. Quodsi recte scripsimus : ἐν θ', patet historiam nostram pertinere ad tempora Posttrojana. Fortasse igitur sermo est de Heraclidis Temenidis Argolidem occupantibus. De judiciorum loco illo cf. Pausanias II, 20, 5; 21, 6; 19, 6. Müller. *Dor.* II, p. 220.

E LIBRIS INCERTIS.

4.

Agatharchides De mari Rubr. ap. Phot. cod. 250, p. 443, a, 13 ed. Bekk. : Οἱ δὲ περὶ Κλεινίαν (Δεινίαν em. Reines.) ἱστορικοί φασιν, ἀπὸ τῆς ποιητικῆς ἐξουσίας καὶ αὐτοὶ ἄδειαν λαβόντες, ἐξ Ἄργους εἰς Αἰθιοπίαν (ἐκαλεῖτο δὲ τότε Κηφηνία) παραγεγονότα ἐπὶ λύσει τῆς Κηφέως θυγατρὸς τὸν Περσέα, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Πέρσας μεταστάντα, Πέρσαις μὲν ἀπό τινος τῶν ἐγγόνων τῆς κλήσεως μεταδοῦναι, Ἐρύθραν δὲ γεννῆσαι υἱὸν, καὶ ἐξ ἐκείνου τῇ θαλάσσῃ τὴν κλῆσιν παραστχεῖν. Τοιοῦτος μὲν καὶ ὁ Ἀργολικὸς περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης σχεδιασμός.

Clinias quidam laudatur apud schol. Apoll. Rh. II, 1085 : Ἐνναέται : Κατ' ἐξαίρεσιν τοῦ ι, ἵν' ᾖ ἐνναιέται. Κλεινίας δέ φησι καὶ τὸν ναόν ποτε οὕτως εἰρῆσθαι ἔνναιον, διὰ τὸ ἐνναίειν ἐν αὐτῷ τοὺς θεούς.

5.

Schol. Pind. Nem. III, 104 : Δεινίας δὲ ὁ Ἀργεῖος (Herculis e Megara filios esse dicit) Θηρίμαχον, Κρεοντιάδην, Δηϊκόωντα, Δηΐονα. — Δεινίας pro vulg. Αἰνείας reposuit Valcken. ad schol. Theocrit. p. 304.

6.

Idem Olymp. VII, 49 : Τὸν Ἀλκμήνης νόθον ἀδελφὸν Αἰκύμνιον ῥοπάλῳ ἐλαίας τύπτων ἀπέκτεινε ἐν τῇ Τίρυνθι παραγενόμενον ἐκ τῆς οἰκίας τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς Μιδέας ὁ Τληπόλεμος ὁ παλαιὸς οἰκιστὴς τῆς χώρας... Αἰτία δὲ τῆς ἀναιρέσεως ἐγένετο περί τινων τιμῶν. Οἱ δὲ περὶ Δεινίαν καὶ Δερκύλλον φασὶν ἀκούσιον τὸν φόνον γενέσθαι. Cf. Apollodorus II, 8, 2.

7.

Schol. Theocrit. XIV, 48 : Ἱστορεῖ γὰρ Δεινίας, ὅτι οἱ Μεγαρεῖς φρονηματισθέντες ποτὲ, ὅτι κράτιστοι τῶν Ἑλλήνων εἰσὶν, ἐπύθοντο τοῦ θεοῦ, τίνες κρείττονες τυγχάνοιεν. Ὁ δὲ ἔφη·

Γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον,
ἵπποι Θρηίκιαι, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες,
ἄνδρες δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.
Ἀλλ' ἔτι καὶ τῶνδ' εἰσὶν ἀμείνονες, οἵτε μεσηγὺ

Atque sepulcrum ejus monstrant etiam nunc supra Pronem sive promontorium, quod dicunt, tumulum aggestum, ubi judicia Argivi habere solent. »

4.

Dinias et qui eum sequuntur historici poetica licentia ipsi quoque fidenter utentes Perseum narrant Argis venisse in Æthiopiam (quæ tunc Cephenia nominabatur), ut Cephei filiam liberaret; hinc ad Persas transgressum, nomen hoc a filiorum quopiam cum Persis communicasse, et procreato Erythra filio, nomen hoc mari indidisse. Atque hæc quidem Argolicorum scriptorum de mari Rubro hariolatio est.

5.

Dinias Argivus Herculis e Megara filios esse dicit Therimachum, Creontiadem, Deicoontem, Deionem.

6.

Alcmenæ fratrem spurium Licymnium oleæ clavo perculiens Tirynthe occidit e matris suæ Mideæ domo progressum Tlepolemus, qui olim hanc regionem incolis frequentavit. Causa cædis fuerat de honoribus quibusdam jurgium. Dinias vero et Dercyllus Licymnium invitum cædem istam commisisse tradunt.

7.

Narrat Dinias Megarenses magnifice aliquando de se sentientes, quasi Græcorum præstantissimi ipsi essent, Apollinem interrogasse, quinam præstantiores essent. Respondit ille :

Inter terras omnes præstat Pelasgicum Argos,
Inter equas excellunt Thessalicæ, Lacedæmoniæ inter mu-
Inter viros ii qui aquam bibunt pulcræ Arethusæ; [lieres;
Sed præstantiores etiam hisce sunt qui inter

Τίρυνθος ναίουσι καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου,
Ἀργεῖοι λινοθώρηκες, κέντρα πτολέμοιο.
Ὑμεῖς δ', ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι,
οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Cf. de hoc oraculo Ionis fragm. 17, p. 49.

8.

Herodian. Περὶ μον. λεξ. p. 8 ed. Dindf.: Μοῖρα. Οὐδὲν εἰς ρα λῆγον συνεσταλμένον θηλυκὸν διαύλακον τῇ οι διφθόγγῳ παραλήγεται, ἀλλὰ μόνον τὸ μοῖρα ἀπηνέγκατο τήνδε παράληξιν. Τὸ γὰρ χοῖρα ἐκτείνεται κατὰ τὸ ἐπώνυμον, ὥσπερ καὶ παρὰ Δεινίᾳ·

« Λέγεται δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους, καθ' ὃν ἐν Τεγέᾳ χρόνον ἦσαν αἰχμάλωτοι, δεδεμένους ἐργάζεσθαι διὰ τοῦ πεδίου τὸν Ἀχᾶν ποταμόν, Περιμήδας ἐν Τεγέᾳ δυναστευούσης, ἣν οἱ πλεῖστοι καλοῦσι Χοίραν. »

Τεγέᾳ] cod. τῇ γαίᾳ et mox τῇ γέᾳ. In Crameri Anecd. Oxon. tom. III, p. 263, 17, ubi eadem leguntur, est: καθ' ὃν ἐντελέα χρόνον et mox Περιμηδέας ἐν Τεγαιᾷ. Correxit Dindorfius p. VII: « Frequentia, ait, fuisse constat inter Lacedæmonios et Tegeatas dissidia bellaque varia fortuna gesta. Quæ Dinias narrat, ab aliis tradita non vidi. » Ante τὸν Ἀχᾶν excidisse παρὰ suspicatur *Bloch.* Perperam. Ceterum cf. Müller. *Dor.* II, 418 not.; I, p. 73 sq.

9.

Plutarch. Arat. c. 29: Aristippus, Argivorum tyrannus, Cleonas, quæ urbs Achæorum fœderi se adjunxerat, occupare tentat; sed Arati strategemate circumventus, cum exercitu fugam capessit. Fugientes persequitur Aratus. Γενομένης δὲ τῆς διώξεως ἄχρι Μυκηνῶν, ὁ μὲν τύραννος ὑπὸ Κρητός τινος, ὡς Δεινίας ἱστορεῖ, τοὔνομα Τραγίσκου, καταληφθεὶς ἀποσφάττεται, τῶν δὲ ἄλλων ἔπεσον ὑπὲρ χιλίους πεντακοσίους.

Ex eodem Dinia fluxerit, quæ de vita Aristippi Plutarchus c. 26 exponit.

Diniæ fragmentis locos subjicio duos, quibus laudatur *Dionysius Argivus*. Nempe *Diniæ* nomen ibi reponendum esse censet Valckenarius ad Eurip. Phœn. p. 729, quamquam in tanta Dionysiorum copia nihil adeo video, cur a librorum scriptura discedamus. Argivum quendam Dionysium statuarium memorat Pausanias V, 26, 3; 27, 2.

DIONYSIUS ARGIVUS.

10.

Clemens Alex. Strom. I, 21, p. 139, 5 Sylb. (et Euseb. Præp. Ev. X, p. 498, B): Κατὰ δὲ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας Ἴλιον ἑάλω, Δημοφῶντος τοῦ Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. Eodem modo de excidii die statuit Hellanicus (fr. 143). Vide Bœckh. ad Marm. Par. ep. 25; Fischer. Tabb. chron. p. 17. In reliquo computo ceteri chronologi plurimi cum Dionysio consentiunt; neque erat cur Welckerus (*Cycl.* p. 361) increparet Dionysium, ut qui insigne mendacium chronologicum protulisset.

11.

Schol. Pind. Nem. II, 4: Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι] Οἱ δὲ (φασὶν) ὅτι κατὰ μέρη πρότερον τῆς ποιήσεως διαδιδομένης, τῶν ἀγωνιστῶν ἕκαστος ὅ τι βούλοιτο μέρος ᾖδε· τοῦ δὲ ἄθλου τοῖς νικῶσιν ἀρνὸς ἀποδεδειγμένου, προσαγορευθῆναι τότε μὲν ἀρνῳδούς, αὖθις δὲ ἑκατέρας τῆς ποιήσεως εἰσενεχθείσης, τοὺς ἀγωνιστὰς οἷον ἀκουμένους πρὸς ἄλληλα τὰ μέρη καὶ τὴν σύμπασαν ποίησιν ἐπιόντας ῥαψῳδοὺς προσαγορευθῆναι. Ταῦτά φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος.

Ἀκουμένους] « Vulgo ἀκουομένους. Male Salmasius ad Solin. p. 610 A, ἀκειομένους. » Bœckh. De re omnia quæ huc pertinent collecta habes ap. Welckerum *Cycl.* p. 361 sqq. 406, aliosque quam plurimos. — Quinam titulus fuerit operis unde hæc petita sint, haud liquet. Potuerunt illa de rhapsodis vel in Ἀργολικοῖς memorari, vel in libro Περὶ ποιητῶν inscripto, qualem Dionysium quendam,

---

Tirynthem habitant et Arcadiam ovibus divitem,
Argivi linteis tecti thoracibus, aculei bellorum.
At vos, Megarenses, neque tertii estis neque quarti
Neque duodecimi, nec omnino vestri numerus vel ratio est.

8.

Dinias: « Lacedæmonios aiunt, quo tempore captivi apud Tegeatas degebant, canale facto per planitiem deduxisse Lacham fluvium, regnante tum Tegeæ Perimede, quam plurimi Chœram appellant. »

9.

Hostis quum usque ad Mycenas fugientes persequeretur, Aristippus tyrannus a Cretense quodam, uti Dinias refert, cui Tragisci nomen erat, correptus jugulatur; ex reliquis ceciderunt supra mille et quingentos.

10.

Ilium captum est Agamemnonis regni anno duodevicesimo, Demophontis Thesei nati anno primo, Thargelionis mensis die duodecimo ut Dionysius Argivus refert.

11.

Nonnulli dicunt olim quum Homeri carmina per partes disseminata circumferrentur, cantores in ludis publicis quam quisque vellet partem eorum cecinisse; et ab agno (ἀρνός) quod præmium victoribus propositum esset, tum quidem ἀρνῳδοὺς fuisse appellatos. Postea vero ubi sparsæ Iliadis et Odysseæ partes in unum collectæ essent, certatores eas quasi consarcientes inter se, totamque Homeri poesin obeuntes, ῥαψῳδοὺς (a ῥάπτειν, *sarcire*) nominatos esse. Narrat hæc Dionysius Argivus.

non tamen Argivum illum, sed *Phaseliten* (*), et inter *Argivos* scriptores *Lobonem* (**) elaborasse scimus.

(*) Dionysius Phaselita laudatur in Vit. Nicandri p. 61, 1 ed. Westerm. : Νίκανδρον τὸν ποιητὴν Διονύσιος ὁ Φασηλίτης ἐν τῷ Περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως Αἰτωλὸν εἶναί φησι τὸ γένος· ἐν δὲ τῷ Περὶ ποιητῶν ἱερέα φησὶν αὐτὸν τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐκ προγόνων δεξάμενον τὴν ἱερωσύνην. Idem, ni fallor, signatur ab auct. Vit. Arati p. 39 ed. Westerm., ubi hæc : Τὴν δὲ τῶν Φαινομένων ὑπόθεσιν παρέλαβεν αὐτῷ (Arato) ὁ Ἀντίγονος δοὺς τὸ Εὐδόξου σύγγραμμα καὶ κελεύσας ἕπεσθαι αὐτῷ· ὅθεν τινὲς τῶν ἀπαλωτέρως προσερχομένων ταῖς ἐξηγήσεσιν ἔδοξαν μὴ μαθηματικὸν εἶναι τὸν Ἄρατον· ταύτης δὲ τῆς γνώμης ἔχεται καὶ Ἵππαρχος ὁ Βιθυνός... Συναγορεύει δ' αὐτῷ καὶ Διονύσιος ἐν τῷ περὶ συγκρίσεως Ἀράτου καὶ Ὁμήρου περὶ τῶν μαθηματικῶν, ὅσπερ γέφησιν· « Οὐ τίθεμεν αὐτὸν ἰατρὸν εἶναι γράψαντα τὰς ἰατρικὰς δυνάμεις, οὐδὲ μαθηματικὸν ἥτοιμεν οὐδὲν ξένον εἰπόντα τῶν Εὐδόξου. »

(**) Lobon Argivus laudatur ap. Diogenem L. I, 12 de Epimenide : Ἱδρύσατο δὲ καὶ παρ' Ἀθηναίοις τὸ ἱερὸν τῶν σεμνῶν θεῶν, ὡς φησι Λόβων ὁ Ἀργεῖος ἐν τῷ Περὶ ποιητῶν (V. Müller. *Eumenid.* p. 158, 8). — Idem I, 34 de Thalete : Τὰ δὲ γεγραμμένα ὑπ' αὐτοῦ φησὶ Λόβων ὁ Ἀργεῖος εἰς ἔπη τείνειν διακόσια. Ἐπιγεγράφθαι δ' αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰκόνος τάδε·

Τόνδε Θαλῆν Μίλητος Ἰὰς θρέψας' ἀνέδειξεν
ἀστρολόγον πάντων πρεσβύτατον σοφίη.

Similia epigrammata Diogenes affert I, 39. 62. 73. 79. 85. 93. 96. II, 15, quæ ex eodem Lobone deprompta esse videntur, uti percommode monet De Leutschius in *Philologo* fasc. I, p. 132. Denique Bergkius Lobonis nomen restituendum censet in Vita Sophocl. p. 130, 80 in Biogr. Westerm., ubi libri exhibent : Λαβὼν δέ φησιν ἐπέγραψε τῷ τάφῳ αὐτοῦ τάδε· « Κρύπτω τῷδε τάφῳ Σοφοκλῆν κτλ. » Scribendum aut cum Bergkio : Λόβων δέ φησιν ἐπιγεγράφθαι, aut cum Westermanno : Πολέμων δέ φησιν ἐπιγεγράφθαι, vel cum Leutschio Ἰοφῶν δέ, φασίν, ἐπέγραψε.

PHILOSTEPHANUS CYRENÆUS.

Philostephanus (corrupte Πολυστέφανος fr. 28; Στέφανος fr. 10 not.; Φιλόχορος fr. 9 *a*) Cyrenæus, discipulus fuit Callimachi (Καλλιμάχου γνώριμος fr. 20). Diem Callimachus obiit sub Ptolemæo Euergete (circa an. 240 sec. Ritschl. *Ueb. d. Chronol. d. Alex. Bibliothek*). Polystephanum librum suum Περὶ εὑρημάτων sub regno Philopatoris (222-206) vel etiam postea conscripsisse patet ex fragm. 29. Opus de urbibus sub initio regni Ptolemæi Philopatoris compositum esse nescio an recte collegerim ex fragm. 8. Opera Philostephani citantur :

1) Περὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ πόλεων (fr. 1).

His altera pars juncta fuerit : Περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ (vel certe τῶν ἐν Ἑλλάδι) πόλεων, cujus capita fuisse puto :

2) Περὶ Κυλλήνης (fr. 9).
3) Ἠπειρωτικά (fr. 9 *a*).

Tertia pars hujus periegetæos geographicæ et mythologicæ haberi potest opus :

4) Περὶ νήσων (fr. 11. et 16). Caput hujus libri laudatur :

Περὶ Κύπρου (fr. 10. 13). Alia sunt *de Sicilia* (fr. 15-17), *de Calauria* (fr. 18), *de Stryme* ins. (fr. 19).

5. Περὶ ποταμῶν παραδόξων (fr. 20).
[Περὶ λιμνῶν παραδόξων, fr. 17.]
6. Περὶ χρηνῶν (fr. 28).
[Αἴτια, fr. 14.]
7. Περὶ εὑρημάτων (fr. 29).
8. Ὑπομνήματα (fr. 33).

In libris geographicis De urbibus et de insulis Philostephanus præ ceteris secutus fuerit Heraclidem, quem item Περὶ νήσων et Περὶ τῶν ἐν Ἑλλάδι πόλεων scripsisse scimus, quemque Nostro jungit Harpocration fr. 19 (Ἡρακλείδης ἢ Φιλοστέφανος ἐν τῷ Περὶ νήσων φησίν κτλ.). V. Introduct. in Heracl. Pont. p. 198. Libros Περὶ παραδόξων et Περὶ χρηνῶν poeticos fuisse monet Westermannus (Paradoxogr. p. XXXII). Nam Tzetzes Hist. VII, 670 Philostephanum una cum Zenothemi et Pherenico inter eos recenset, qui γραφαῖς μετροσυνθέτοις fabulosa et mirabilia tradiderint; deinde vero duo disticha Philostephani (fr. 17) apponit de lacu quodam Siciliæ mirabili. Versus hi vel in libro Περὶ ποταμῶν παραδόξων legebantur, vel ex libro Περὶ λιμνῶν π. inscripto peti poterant. Præterea Westermannus, « Quid enim, inquit, si Philostephanum quoque unum τῶν ἐν ἐπιγράμμασι ἐξηγουμένων τὰ παράδοξα τῷ Πτολεμαίῳ fuisse credamus, qualem Archelaum (*) novimus ex Antigono (Mirab. v. 19). » Quæ quidem verisimillima sunt. Aliud opus poeticum, quod magistri Callimachi exemplum secutus Philostephanus composuisse videtur, Αἴτια vel Αἴτια ποιητικά inscriptum erat (V. not. ad fr. 14). Trimetros autem de coquo quodam ab Athenæo VII, p. 292, F e Philostephano ἐν Δηλίῳ allatos, a nostro scriptore alienos et comico ejus nominis poetæ vindicandos esse puto. Philostephanum quendam Mantinensem poetam, ὃς ἐκ γενετῆς ἱματίῳ οὐκ ἐχρήσατο, commemorat Ptolemæus Hephæst. Nov. Hist. III, p. 187 in Mythogrr. Westermanni. — De Cyrenæo nostro restat ut mentionem injiciam loci A. Gellii (N. A. IX, 4), ubi libri Philostephani, sicuti Aristeæ, Isigoni, Ctesiæ, Onesicriti, Hegesiæ miraculorum fabularumque pleni esse dicuntur.

(*) Quisnam Ptolemæus intelligendus sit, non satis constat inter viros doctos, quorum sententias exponit Westermannus in Præfat. p. XXII sq. Jacobsius propter epigramma in Alexandrum (Anthol. XIII, p. 857) floruisse Archelaum putat sub Ptolemæo I; Lobeckius (Aglaoph. p. 749) de Ptolemæo VII sive Euergeta II (147 sqq. a. Chr.), utpote rerum mirabilium curiosissimo investigatore, cogitari voluit. Westermannus denique Ptolemæum Philadelphum intelligit, propterea quod Archelaus laudatur ab Antigono Carystio. Sed quum Carystius ille Lyconis Vitam (qui mortuus est a. 226) scripsit, satis patet scribi eam non potuisse ante extremos annos Euergetæ, probabiliter vero scriptam esse sub regno Ptolemæi Philopatoris (222-206 a. C.). Fieri itaque potuit, ut Archelaus paradoxa sua metrica dedicaret Euergetæ vel Philopatro. Dedicasse vero Philopatro ex hoc conjicere licet indicio. Nempe Varro in R. R. III, 16, apes interdum nasci ex bubulo corpore putrefacto dicens, testem adducit Archelaum, qui in epigrammate dicat esse apes βοὸς φθιμένης πεποτημένα τέκνα; idemque : ἵππων μὲν σφῆκες γενεά, μόσχων δὲ μέλισσαι. Cur de his ad Ptolemæum scriberet Archelaus, optime intelligitur si memineris quæ primo Philopatoris regis anno acciderunt. Etenim rex Cleomenis corpus pelli bubulæ insutum cruci affigi jusserat. Paucis diebus post serpens circa caput cadaveris circumvolutus conspicitur. Ἐκ δὲ τούτου (Plutarchus Cleom. c. 39 ait) δεισιδαιμονία προσέπεσε τῷ βασιλεῖ καὶ φόβος... ὡς ἀνδρὸς ἀνηρημένου θεοφιλοῦς καὶ κρείττονος τὴν φύσιν... ἄχρις οὗ κατέπαυσαν αὐτοὺς οἱ σοφώτεροι διδόντες λόγον, ὡς μελίττας μὲν βόες, σφῆκας δ' ἵπποι κατασαπέντες ἐξανθοῦσι, κάνθαροι δ' ὄνων τὸ αὐτὸ παθόντων ζωογονοῦνται, τὰ δ' ἀνθρώπινα σώματα .. ὄφεις ἀναδίδωσι. Inter hosce σοφωτέρους igitur Archelaum fuisse puto, quem itaque æqualem habeo Philostephani nostri, qui ipse quoque, nisi conjectura fefellit, Philopatoris in Cleomenem sævitiam commento mythico excusare studuit. Vide not. ad fragm. 8.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΑΣΙΑ ΠΟΛΕΩΝ.

1.

E LIBRO PRIMO.

Athenæus VII, p. 297, F : Φιλοστέφανος δ' ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεων οὕτως γράφει· « Λάκιον τὸν Ἀργεῖον τῶν σὺν Μόψῳ ἀφικομένων, ὃν τινὲς μὲν Λίνδιον εἶναι λέγουσιν, ἀδελφὸν δὲ Ἀντιφήμου τοῦ Γέλαν οἰκίσαντος, εἰς τὴν Φασήλιδα ὑπὸ Μόψου μετ' ἀνδρῶν πεμφθέντα κατά τινα λόγον Μαντοῦς, τῆς Μόψου μητρὸς, ὅτε αἱ πρύμναι τῶν ἰδίων νηῶν συνέβαλον καὶ συνεθραύσθησαν κατὰ Χελιδονίας, τῶν μετὰ τοῦ Λακίου διὰ τὸ ὑστερεῖν αὐτῶν νυκτὸς προσβαλόντων· ἀγοράσαι δ' αὐτὸν τὴν γῆν λέγεται, οὗ ἡ πόλις νῦν ἐστι, καθὰ ἡ Μαντὼ προεῖπε, παρὰ Κυλάβρα τινός, ὄντα τάριχον· τοῦτον γὰρ ἐλέσθαι λαβεῖν αὐτὸν ἀφ' ὧν ἦγον. Ὅθεν κατ' ἐνιαυτὸν τοὺς Φασηλίτας τῷ Κυλάβρᾳ θύειν τάριχον, τιμῶντας ὡς ἥρωα. » Cf. fragm. 1 Heropythi; Müller. *Dor.* I, p. 113 sq.

2.

Schol. Apoll. Rh. I, 985 : Δίνδυμον δὲ, ὄρος Κυζίκου, ἱερὸν τῆς Ῥέας· διὰ τὸ διδύμους μαστοὺς ἐν αὐτῷ ἀνήκειν, ὡς φησι Φιλοστέφανος, οὕτω προσαγορευθέν. De hoc Dindymo monte Cyziceno v. Plinius V, 40; schol. Nicandri Alexiph. p. 51; Strabo XII, p. 575. Cf. Forbiger. *Geogr.* I, p. 128 et 340.

3.

Idem II, 946 : Πόλις τοῦ Πόντου ἡ Σινώπη, ὠνομασμένη ἀπὸ τῆς Ἀσωποῦ θυγατρὸς Σινώπης· ἣν ἁρπάσας ὁ Ἀπόλλων, κατὰ Φιλοστέφανον, ἀπὸ Βοιωτίας ἐκόμισεν εἰς τὸν Πόντον, καὶ μιγεὶς αὐτῇ, ἔσχε Σύρον, ἀφ' οὗ οἱ Σύροι. Eadem Etym. M. p. 736,1, ubi Συνώπη. Cf. Andronis Teji fr. 2 et Hecatæi fr. 351 ex h. l. Müller. *Min.* p. 294.

4.

Idem I, 1024, Μακριέων : Ἦσαν δὲ ἀστυγείτονες τῶν Δολιόνων οἱ Μάκρωνες. Οἱ δὲ ἔθνος Βεχείρων φασὶ τοὺς Μάκριας, οἵτινες ἀεὶ πολεμοῦσι τοῖς Κυζικηνοῖς· ἦσαν δὲ τὰ πολεμικὰ ἔργα ἠσκηκότες, ὡς ἱστοροῦσι Φιλοστέφανός τε καὶ Ἡρόδωρος (fr. 46), οἱ τὰ περὶ τῶν βίων αὐτῶν γεγραφότες.

5.

Stephan. Byz. : Ἄβιοι, ἔθνος Σκυθικὸν... Δίδυμος δὲ Θρᾴκιον ἔθνος φησίν· Αἰσχύλος τε Γαβίους διὰ τοῦ γ ἐν Λυομένῳ Προμηθεῖ. Ὁμοίως καὶ Φιλοστέφανός φησι καὶ ἄλλοι.

6.

Stephan. Byz. : Ἀτρήνη, πόλις. Φιλοστέφανός φησιν ἀπὸ Δεύσου καὶ Ἀτρῶνος καὶ Ἀτρήνης τῶν Ἄργητος τοῦ Κύκλωπος καὶ Φρυγίας νύμφης προσηγορεῖσθαι. Τὸ ἐθνικὸν Ἀτρηνεὺς καὶ Ἀτρηνίτης καὶ Ἀτρηναῖος.

Nomen provinciæ excidit. Berkelius de Volscorum urbe cogitari vult, quam Livius (IV, 61) transpositis literis *Artenam* vocarit. Quod propter conditorum genealogiam parum probabile est. Ego Phrygiæ vel Lydiæ urbem intelligo. — Δεύσου] Δέσου cod. Rhedig. Locus prope Sardes, Δευσίου γοναί nominatus memoratur ap. J. Laurent. De mensib. IV, 48. Quid nostro loco Deusi mentio sibi velit, in integriore Stephano legere erat. — Ἀτρήνης τῶν] Salmasius pro vulg. Ἀτρηνητῶν.

DE ASIÆ CIVITATIBUS.

1.

Philostephanus primo libro De Asiæ civitatibus ita scribit : Lacium Argivum ex eorum numero qui cum Mopso advenerant, quem nonnulli Lindium esse aiunt, fratrem vero Antiphemi ejus qui Gelam condidit, in Phaselidem a Mopso cum hominum manu missum esse ex oraculo quodam jussuque Mantûs matris Mopsi, puppibus navium ipsius collisis vulneratisque ad Chelidonias, quum Lacius cum suis, e longinquo tardius sequens, noctu ad eas fuisset appulsus. Hunc igitur emisse aiunt regionem, ubi nunc oppidum est, quemadmodum Manto prædixerat, a Cylabra quodam, datis salsamentis loco pretii : hæc enim ex omnibus quæ vehebant naves, ipse selegerat. Inde factum ut quotannis Phaselitæ salsamenta Cylabræ offerant, quippe quem ut heroem colunt.

2.

Dindymum, Cyzici mons Rheæ sacer, a gemellis (διδύμας) monticulis qui mammarum instar in eo prominent, Philostephano teste, nuncupatus est.

3.

Sinope, Ponti urbs, nomen habet a Sinope Asopi filia, quam Apollo, ut Philostephanus ait, e Bœotia raptam in Pontum transduxit, ibique cum ea Syrum filium genuit, a quo Syrorum populus nominatus est.

4.

Macrones Dolionum sedibus contermini erant. Sunt qui eosdem esse dicant cum Bechirorum populo, qui continuo Cyzicenos bello lacessunt. In rebus bellicis exercitatissimi erant, uti Philostephanus et Herodorus narrant, qui de vita eorum moribusque exponunt.

5.

Abii, gens Scythica; Didymus vero Thracicam dicit. Æschylus in Prometheo soluto pro Abios dicit Gabios, sicuti etiam Philostephanus et alii.

6.

Atrene, (*Lydiæ vel Phrygiæ?*) urbs. Philostephanus refert eam cognominatam esse a Deuso et Atrone et Atrene, Argetis Cyclopis et Phrygiæ nymphæ liberis.

Quemadmodum de *Asiæ* urbibus Philostephanus scripsit, sic etiam de *Europæ* regionibus composuisse libros videtur. Huc pertinent :

7.

Schol. Apoll. Rh. II, 704 : Βίστονες γὰρ ἔθνος Θρᾳκῶν. Ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Βίστονος, τοῦ Κίκονος, ὡς Φιλοστέφανος ἱστορεῖ. Βιστονὶς, λίμνη Θρᾳκική.

8.

Stephan. Byz. : Ἀνθάνα, πόλις Λακωνικὴ, μία τῶν ἑκατόν· κέκληται δὲ, ὡς Φιλοστέφανος, παρὰ Ἄνθην τὸν Ποσειδῶνος, ὃν Κλεομένης ὁ Λεωνίδου ἀδελφὸς ἀνελὼν καὶ ἐκδείρας ἔγραψεν ἐν τῷ δέρματι τοὺς χρησμοὺς ὥϛε τηρεῖσθαι. Χάραξ Ἀνθήνην αὐτήν φησιν.

Ἀνθήναν etiam Thucyd. V, c. 41, dicit. Præterea urbem memorat Plinius IV, c. 5. De Anthe ejusque genealogia varia cf. Aristoteles fr. 94. 95, et Pausanias II, 30, 7, ubi Anthiæ conditor fuisse dicitur, et IX, 22, 5; Hyginus fab. 157. Quam de Cleomede fabulam addit Philostephanus, alius nemo memorat. Recentissimam originem prodere mihi videntur nomina Cleomenis et Leonidæ, ac nescio an Cleomenes in hostem sæviens et oracula in pelle ejus consignans accommodatus sit ad ea quæ multis seculis post Cleomeni regi, Leonidæ filio, acciderunt. Etenim ὁ Πτολεμαῖος (Philopator) προσέταξε τὸ μὲν σῶμα τοῦ Κλεομένους κρεμάσαι καταβυρσώσαντας, ἀποκτεῖναι δὲ τὰ παιδία καὶ τὴν μητέρα κτλ. Sic Cleomenes pœnas dedit eorum, quæ majores ejus peccaverant. Quale commentum a scriptore in aula Ptolemæi IV degente proficisci facile potuit. Scripsisse vero Philostephanum Philopatoris temporibus etiam ex fr. 30 colligitur.

9.

ΠΕΡΙ ΚΥΛΛΗΝΗΣ.

Schol. Pind. Ol. VI, 144 : Φιλοστέφανος δὲ ἐν τῷ Περὶ Κυλλήνης φησὶ Κυλλήνην καὶ Ἑλίκην θρέψαι (sc. Mercurium).

ΗΠΕΙΡΩΤΙΚΑ.

9 a.

Harpocrat. : Βούχετα... πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου,.. ἣν Φιλοστέφανος ἐν τοῖς Ἠπειρωτικοῖς ὠνομάσθαι φησὶ διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐκεῖσε ἐλθεῖν κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν.

Φιλοστέφανος] Φιλόχωρος (sic) editt. Ald. — Suidas, qui hæc exscripsit, v. Βούχετα et Θέμις, item habet Φιλόχορος, nec non Etym. M. p. 210, 34. Favorinus s. v. Φιλοστέφανος ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς. Nobis in codicibus Harpocrat. acquiescendum est. Philochori fragmentum 186 delendum; neque inde, quod Philochorus de Jove Dodonæo aliqua narravit (fr. 187), sequitur eum Epirotica scripsisse.

ΠΕΡΙ ΝΗΣΩΝ.

ΠΕΡΙ ΚΥΠΡΟΥ.

10.

Tzetz. ad Lyc. 447 : Ἡ Κύπρος πρότερον Σφήκεια ἐκαλεῖτο, ὥς φησι Φιλοστέφανος ἐν τῷ Περὶ Κύπρου, ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἐνοικησάντων ἀνδρῶν, οἳ ἐκαλοῦντο Σφῆκες. Eadem Etym. Magn. v. Σφήκεια, ubi pro ὥς φησι Φιλοστ. corrupte legitur ὥς φησι Στέφανος.

11.

Constantin. Porphyr. Themat. I, p. 40, 1 ed. Bonn., de Cypro insula : Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Κύπρου τῆς θυγατρὸς Κινύρου, ἢ τῆς Βίβλου καὶ Ἀφροδίτης, ὡς Φιλοστέφανος ἐν τῷ Περὶ νήσων καὶ Ἴστρος (fr. 39.) ἐν Ἀποικίαις Αἰγυπτίων ἱστόρησαν.

7.

Bistones, gens Thracica, a Bistone, Ciconis filio, nuncupata, ut Philostephanus tradit.

8.

Anthena, una ex centum Laconiæ urbibus, nomen habet, ut Philostephanus ait, ab Anthe Neptuni filio, quem Cleomenes, Leonidæ frater, interfecit et in detracta ejus pelle oracula consignavit, ut hoc modo conservarentur.

9.

DE CYLLENE.

Philostephanus in libro De Cyllene ait Cyllenen et Helicen enutrivisse Mercurium.

EPIROTICA.

9. a.

Bucheta, Epiri urbs, quam Philostephanus in Epiroticis inde nominatam esse dicit, quod Themis in bove (ἐπὶ βοὸς) vehentem (ὀχουμένην) Deucalionei diluvii tempore illuc venisset.

DE INSULIS.

DE CYPRO.

10.

Cyprus olim Sphecia appellabatur, ut Philostephanus in libro De Cypro ait, a Sphecibus; sic enim prisci insulæ incolæ nominabantur.

11.

Cyprus insula nomen habet a Cypro filia Cinyræ, vel Bibli et Veneris, ut Philostephanus in libro De insulis et Ister in libro De Ægyptiorum coloniis narrant.

12.

Tzetzes ad Lycophr. 586 : Ὁ Κηφεὺς ἐξ Ἀχαΐας, ὁ δὲ Πράξανδρος ἐξ Λακεδαιμονίας παρεγένοντο εἰς Κύπρον, ὥς φησι Φιλοστέφανος.

13.

Clemens Al. Protr. p. 17, 31 : Ὁ Κύπριος ὁ Πυγμαλίων ἐκεῖνος ἐλεφαντίνου ἠράσθη ἀγάλματος... Τοὔγαλμα Ἀφροδίτης ἦν καὶ γυμνὴ ἦν... Νικᾶται ὁ Κύπριος Πυγμαλίων τῷ σχήματι καὶ συνέρχεται τῷ ἀγάλματι, καὶ τοῦτο Φιλοστέφανος ἱστορεῖ... ἐν τῷ Περὶ Κύπρῳ. Eadem Arnobius Adv. gent. VI, 12.

14.

Probus ad Virgil. Georg. X, 18 : *Adonis... regnavit in Cypro, ut Philostephanus libro quo quæstionis poeticæ causas reddidit, sine ullius feminæ accubitu procreatus. Hunc venandi studiosum fuisse et ab apro interiisse, atque ita plurimis cognitum.*

Cf. Antimachi fr. 114, Panyasis fr. 23 ed. Dübner. Res quum ad Cyprum pertineat, fragmentum hoc loco attulisse liceat. Pro *quæstionis poeticæ causas*, codex Paris. habet : *quæstiones poeticas*, monente Dübnero meo. Titulus græcus fuerit : Αἴτια ποιητικά, sicuti alii scripserunt Αἴτια φυσικά, ἀστρολογικά, etc. Philostephanus secutus est vestigia Callimachi magistri, notissimi Αἰτίων scriptoris. Fortasse ex Αἰτίοις Philostephani petitum est fragm. 36, ubi de Dædalo apud Cocalum in Sicilia versante laudantur Φιλοστέφανος καὶ Καλλίμαχος ἐν Αἰτίοις. Porro apud Plutarchum Moral. p. 315, C, ubi historiæ de tauro Phalaridis subjunguntur verba : ὡς ** ἐν δευτέρῳ Αἰτίων, non Callimachi nomen (ut Wyttenbachius et Ebertus in Στχ. p. 89 statuunt), sed Philostephani excidisse statui potest.

ΠΕΡΙ ΣΙΚΕΛΙΑΣ.

15.

Schol. Odyss. μ, 301, p. 413 Buttm. : Νυμφόδωρος ὁ τὴν Σικελίαν περιηγησάμενος καὶ Πολύαινος καὶ Πανύασις (fr. 9) φύλακα τῶν Ἡλίου βοῶν Φυλάκιόν (Φύλαιόν cod. Vindob.) φησι γενέσθαι, ὃν Φιλοστέφανος Αἰολιδοῦν εἶναί φησι, καὶ ἔχειν ἐν Μύλαις ἡρῷον. Cf. Müller *Dor.* p. 425. Forma Αἰολιδοῦν poetam prodere videtur.

16.

Servius ad Virgil. Æn. I, 196 : *Trinacria.*] *Græcum est propter* τρία ἄκρα, *i. e. promontoria, Lilybæum, Pachynum, Pelorum. Latine autem Triquetra dicitur. Sane Philostephanus* Περὶ τῶν νήσων *sine r litera Trinaciam appellat,* ὅτι Τρίνακος αὐτῆς πρῶτος ἐβασίλευσεν. In sequente tamen fragmento poeta habet Τριναχρίδι.

17.

Tzetz. Histor. VII, 670 :

Καὶ Φιλοστέφανός φησιν ἕτερα μὲν μυρία, Κὰ· Σικελῇ γῇ ῥίπτουσαν λίμνην τοὺς λουομένους·

« Γαίῃ δ' ἐν Σικελῶν Τριναχρίδι χεῦμα δέδεικται
αἰνότατον, λίμνη, καίπερ ἐοῦσ' ὀλίγη,
ἰσχυρὸν δίνῃσιν· ὃ πρὶν ποσὶ παῦρα τινάξῃς,
αἰφνιδίως ξηρὴν σ' ἤλασεν ἐς ψάμαθον. »

Libri : λέλειπται... εἰ καὶ οὐκ ὀλίγη.. ἕτερον δίνης τῆσιν.. ὁ πριν... τινάξας... ἡ δ' ἰδίως ξηρὴν ἤλασεν. Quas sordes omnes sustulit G. Hermannus ap. Westermann. Paradox. p. 180. Ceterum hæc argumenti causa h. l. adscripsimus, neque enim ex opere Περὶ νήσων petita sunt, quod prosa oratione scriptum erat, uti patet ex fr. 16 coll. fragm. 19.

[ΠΕΡΙ ΚΑΛΑΥΡΙΑΣ.]

18.

Schol. Apoll. Rh. III, 1243 : Καὶ ἡ Καλαύρεια δὲ, νῆσος οὖσα πρὸς τῇ Τροιζῆνι, ἱερά ἐστι Ποσειδῶνος, ὥς φησι Φιλοστέφανος. Ἦν δὲ πρότερον μὲν Ἀπόλλωνος, ἡ δὲ Πυθὼ Ποσειδῶνος· καὶ ἀντήμειψαν, ἦγουν κατήλλαξαν.

12.

Cepheus ex Achaia, Praxander ex Lacedæmonia in Cyprum insulam venerunt, uti Philostephanus ait.

13.

Pygmalion Cyprius statuæ eburneæ amore exarsit; erat signum Veneris nudæ, tantæque formositatis, ut haud compos sui Pygmalion cum ea congredi tentaret. Narrat hoc Philostephanus in libro De Cypro.

DE SICILIA.

15.

Nymphodorus, qui Siciliæ Periegesin scripsit, Polyænus et Panyasis custodem bovum Solis fuisse dicunt Phylacium, quem Philostephanus Æoli nepotem dicit.

17.

Philostephanus inter alia multa etiam hoc affert de Siculo lacu, qui lavantes se in terram ejiciat :

In Siculorum terra Trinacridi fluentum monstratur
Stupendum; lacus, qui quantumvis parvulus
Pollet vorticibus. Vix dum pede undam moveris,
Et repente aridam te rejicit in arenam.

[DE CALAURIA.]

18.

Calauria insula ad Trœzenem sita, Neptuno sacra est, ut Philostephanus ait. Olim Calauriam Apollo obtinuerat. Neptunus vero Pytho; deinde vero possessiones has permutarunt.

[ΠΕΡΙ ΣΤΡΥΜΗΣ.]

19.

Harpocratio v. Στρύμη : Ἡρακλείδης ἢ Φιλοστέφανος ἐν τῷ Περὶ νήσων φησίν· « Ἀποικίαι δέ εἰσι Θασίων τῆς Θράκης Γάληψος καὶ Στρύμη ἡ νῆσος. » Ἔστι δὲ ἐμπόριον Θασίων. Heraclides Ponticus ἐν τῷ Περὶ νήσων laudatur ap. Steph. Byz. v. Ὠλίαρος.

ΠΕΡΙ ΠΟΤΑΜΩΝ ΠΑΡΑΔΟΞΩΝ.

20.

Athenæus VIII, p. 331, D: Φιλοστέφανος δὲ ὁ Κυρηναῖος μὲν γένος, Καλλιμάχου δὲ γνώριμος, ἐν τῷ Περὶ τῶν παραδόξων ποταμῶν, ἐν Ἀροανίῳ (vgo Ἀόρνῳ) φησὶ τῷ ποταμῷ, διὰ Φενεοῦ ῥέοντι, ἰχθῦς εἶναι φθεγγομένους ὁμοίως κίχλαις· καλεῖσθαι δ' αὐτοὺς ποικιλίας. Cf. Clearchus ibid. p. 332, E.

21.

Herodian. Π. μον. λ. p. 42, 7 : Σῆθος, ποταμὸς Σκυθίας, ὡς Φιλοστέφανος. Num huncce fluvium inter παραδόξους recensuerit, in medio relinquo.

22.

Schol. Dionys. Per. 289 de Eridano : Φησὶ δὲ Φιλοστέφανος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων τοῦτον τὸν χρόνον Ῥοδανὸν ὠνομάσθαι.

23.

Tzetzes Lyc. 1276 : Τιτὼν ποταμὸς Ἰταλίας ἐγγὺς Κιρκαίου, ὃ Κίρκαιον ἀπὸ τῆς Κίρκης καλεῖται. Ὁ δὲ Τιτὼν οὗτος ποταμὸς οὐκ εἰς θάλασσαν ῥέει, ἀλλ' ὑπὸ γῆς καταπίνεται, ὡς φησι καὶ Φιλοστέφανος.

24.

Etym. M. p. 138, 24 : Ἀρετὰν (Ἀρήτην Sylb.) ποταμὸς Κροτωνιάδος χώρας, παρὰ τὴν Ἀρέταν τὴν γυναῖκα Ἀλκίμου (Ἀλκίνου Sylb.), ἧς περιῤῥεῖ τὸ μνῆμα, ὡς μαρτυρεῖ Φιλοστέφανος.

25.

Schol. Theocrit. V, 14 : Ἄκτιον... ὥς φησι Φιλοστέφανος, ἐστὶ Πανὸς ἱερὸν πλησίον Κράθιδος ποταμοῦ. De Crathidis fluvii virtute mirabili constat.

26.

Chœrob. ap. Bekker. Anecd. p. 1185 : Ἐλέας, Ἐλέαντος, παρὰ Φιλοστεφάνῳ· ἔστι δὲ ὄνομα κύριον. Fortasse fluvii nomen.

Philostephani mentio nescio an lateat ap. Solion. Π. ποταμ. κ. κρην. c. 34, ubi : Φαέθων φησὶ τὸν ἐν Βοσπόρῳ ποταμὸν οὕτως εἶναι ψυχρὸν, ὥστε μηδὲν τῶν ζώων ὑπομένειν αὐτοῦ τὴν ψυχρότητα.

ΠΕΡΙ ΚΡΗΝΩΝ ΠΑΡΑΔΟΞΩΝ.

27.

Harpocratio s. v. Λουτροφόρος καὶ λουτροφορεῖν. Ἔθος ἦν τοῖς γαμοῦσι λουτρὰ μεταπέμπεσθαι ἑαυτοῖς κατὰ τὴν τοῦ γάμου ἡμέραν· ἔπεμπον δὲ ἐπὶ ταῦτα τὸν ἐγγύτατα γένους παῖδα ἄῤῥενα, καὶ οὗτοι ἐλουτροφόρουν... Ὅτι δὲ τὰ λουτρὰ ἐκόμιζον ἐκ τῆς νῦν μὲν Ἐννεακρούνου καλουμένης κρήνης, πρότερον δὲ Καλλιῤῥόης, Πολυστέφανος (l. Φιλοστέφανος) ἐν τῷ Περὶ κρηνῶν φησί.

ΠΕΡΙ ΕΥΡΗΜΑΤΩΝ.

Inter eos qui Περὶ εὑρημάτων scripserint Philostephanus laudatur apud Clem. Al. Strom. I, p. 133.

28.

Servius, ad Virgil. Georg. I, 19 : *Unci pu monstrator aratri.*] *Alii Triptolemum, alii Osirim*

[DE STRYME.]

19.

Heraclides vel Philostephanus in libro De insulis ait : « Coloniæ Thasiorum sunt Galepsus Thracica et Strymon insula. »

DE FLUVIIS MIRABILIBUS.

20.

Philostephanus, genere Cyrenæus, Callimachi discipulus, in libro de Fluviis mirabilibus in Aroanio fluvio, qui Pheneum perfluit, pisces esse ait vocem edentes turdorum voci similem; vocari autem eas *pœcilias*.

21.

Sethus, Scythiæ fluvius, teste Philostephano.

22.

Eridanum Philostephanus ait ab indigenis nunc vocari Rhodanum.

23.

Titon Italiæ fluvius ad Circæum, quod a Circe vocatur. Hic vero Titon fluvius non in mare se exonerat, sed a terra absorbetur, ut Philostephanus ait.

24.

Arete, Crotoniatarum regionis fluvius, nomen habet ab Arete Alcimi (*Alcinoi?*) uxore, cujus monumentum sepulcrale circumfluit, teste Philostephano.

25.

Actium..., ut Philostephanus ait, Panis fanum est ad Crathidem fluvium.

DE FONTIBUS MIRABILIBUS.

27.

Mos erat ut nuptias celebraturi aquam sibi ad balneum apportari die nuptias antecedente curarent. Mittebant vero ad hoc puerum genere proximum, quem ideo λουτροφόρον vocabant. Aquam vero hauriebant ex fonte, qui nunc Enneacrunos appellatur, prius vocabatur Callirrhoe, uti ait Philostephanus.

volunt... Osiris significatur, ut Φιλοστέφανος Περὶ εὑρημάτων, *vel Epimenides, qui postea Buzyges dictus est sec. Aristotelem.*

29.

Plinius H. N. VII, 57 (p. 50 Tchn.) : *Longa nave Iasonem primum navigasse Philostephanus auctor est, Hegesias Paralum, Ctesias Semiramim, Archemachus Ægæonem, etc... ad duodecim ordines Philostephanus Ptolemæum Soterem, ad XXX Ptolemæum Philadelphum, ad quadraginta Ptolemæum Philopatorem, qui Tryphon cognominatus est.*

30.

Plutarchus Lycurg. c. 23 : Φιλοστέφανος δὲ καὶ τὴν κατ' οὐλαμοὺς τῶν ἱππέων διανομὴν Λυκούργῳ προστίθησιν.

31.

Hesychius v. Θριπόβρωτος : Οἱ Λάκωνες σφραγῖσιν ἐχρῶντο, ξύλοις ὑπὸ σητῶν βεβρωμένοις, κατασημαινομένοις ὁπότε βούλοιντο. Φιλοστέφανος δέ φησι πρῶτον Ἡρακλέα χρήσασθαι. Cf. Suidas et Etym. M. v. Θριπηδίστατον, Tzetzes ad Lyc. 508, Eustath. ad Odyss. p. 1403; Junius De pictur. vet. II, 8, p. 114.

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

32.

Schol. Apoll. Rhod. II, 124 : Τίμιον γὰρ τὸ ζῶον (sc. ὁ λύκος) παρ' Ἀθηναίοις· ὁ γὰρ ἀποκτείνας λύκον ἀγείρει αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν ταφήν· καὶ ἴσως ἐπεὶ ἡ Λητὼ ἔγκυος οὖσα διὰ δώδεκα ἡμερῶν εἰς Δῆλον ἦλθε μεταβαλοῦσα εἰς λύκον. Διόπερ κατά τινα ὡρισμένον χρόνον τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτει πᾶσα λύκαινα ἐν δώδεκα ἡμέραις, ὡς Φιλοστέφανος φησὶν ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν. Eadem narrat Aristot. VI, 35 (c. 29, p. 312 ed. Schneider.).

Sequuntur alia quæ certis libris assignari minus commode possint. Sunt autem mythologica, quæ in libris de urbibus deque insulis maximam partem locum habuisse videntur.

33.

Schol. Pind. Olymp. III, 28 : Ἐκλήθησαν Ὑπερβόρεοι ἀπὸ Ὑπερβορaίου τινὸς Ἀθηναίου, ὡς Φανόδημος (cod. Φιλόδημος). Φιλοστέφανος δὲ τὸν Ὑπερβόρεον Θεσσαλόν φησιν εἶναι.

34.

Herodian. p. 11, 25 : Γρύλλος· καθάρας τοὺς Διοσκούρους, ὡς Φιλοστέφανος.

35.

Schol. Il. β, 14 : Αἰακὸς ὁ Διὸς καὶ Αἰγίνης, γήμας Ἐνδηΐδα τὴν Χείρωνος θυγατέρα, ἔσχε δύο παῖδας, Πηλέα καὶ Τελαμῶνα· μιγεὶς δὲ καὶ Ψαμάθῃ τῇ Νηρηΐδι γεννᾷ Φῶκον. Τοῦτον Πηλεὺς ἀποκτείνας ἔφυγεν εἰς Μαγνησίαν τῆς Θεσσαλίας πρὸς Χείρωνα. Τελαμὼν δὲ ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Καλυδωνίου συὸς ἀνελὼν ἀκουσίως καὶ αὐτὸς ἕνα τῶν κυνηγούντων ἔφυγεν εἰς Σαλαμῖνα, καὶ γήμας Περίβοιαν (Ἐρίβοιαν D.) τὴν Ἀλκάθου ἐγέννησεν Αἴαντα. Μενοίτιος δὲ ἀποικήσας εἰς Ὀποῦντα Πάτροκλον ἐτέκνωσεν· ὁ δὲ ἀποκτείνας καὶ αὐτὸς Ἀμφιδάμαντος παῖδα Κλησώνυμον καὶ ἐπὶ τοῦτο φυγὼν εἰς Φθίαν πρὸς Πηλέα κατὰ συγγένειαν, ἐπέμφθη παρ' αὐτοῦ πρὸς Χείρωνα, ὃς αὐτὸν μετ' Ἀχιλλέως ἔθρεψεν. Ἡ ἱστορία παρὰ Φιλοστεφάνῳ.

Περίβοιαν] sic Apollodor. III, 12, 7; Ἐρίβοιαν habet Pindarus Isthm. VI, 65.

DE INVENTIS.

30.

Præterea Lycurgo equitatus in turmas divisionem tribuit Philostephanus.

31.

Lacones sigillorum loco utebantur lignis a vermibus corrosis, et insignitis, si lubebat. Tali sigillo primum usum fuisse Herculem ait Philostephanus.

COMMENTARII.

32.

Lupus apud Athenienses in honore est. Nam qui lupum occidit, sepulturæ ejus curam gerit; idque fortasse propterea quod Latona quando uterum gerebat, duodecim dierum itinere sub lupæ forma (*ex Hyperboreorum terra*) in Delum insulam pervenit. Quare certo quodam anni tempore omnis lupa intra duodecim dierum spatium parere solet; ut Philostephanus ait in Commentariis.

33.

Hyperborei nomen habent a Hyperboreo quodam Atheniensi, ut Phanodemus ait; Philostephanus vero Hyperboreum Thessalum fuisse dicit.

34.

Gryllus Dioscuros lustravit, ut Philostephanus refert.

35.

Æacus, Jovis et Æginæ filius, ex Endeide uxore, Chironis filia, duos suscepit liberos, Peleum et Telamonem. Præterea cum Psamathe Nereide Phocum genuit. Hunc quum Peleus occidisset, in Magnesiam Thessalicam aufugit; Telamon vero quum ipse quoque in venatione capri Calydonii invitus unum ex venatoribus occidisset, in Salaminem fugit, ibique uxore ducta Peribœa (*vel* Eribœa), Alcathoi filia, genuit Æantem. Menœtius (*frater Æaci*) Opuntem migrans Patroclum procreavit. Patroclus autem et ipse occidit Amphidamantis filium Clesonymum. Quam ob cædem Phthiam fugit ad Peleum cognatum, qui eum ad Chironem misit, a quo una cum Achille educatus est. Historiam apud Philostephanum legere est.

36.

Schol. Il. β, 145 : Μετὰ τὴν τῆς Πασιφάης πρὸς τὸν ταῦρον μίξιν Δαίδαλος εὐλαβούμενος τὴν Μίνωος ὀργήν, πτερωτὸς σὺν Ἰκάρῳ τῷ υἱεῖ ἐφέρετο· καταπεσόντος δὲ τοῦ παιδὸς τὸ ὑποκείμενον πέλαγος Ἰκάριον μετωνομάσθη. Ὁ μέντοι Δαίδαλος διαπτὰς εἰς Κάμικον τῆς Σικελίας καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκδεχόμενος ἔμεινε παρὰ ταῖς Κωκάλου θυγατράσιν, ὑφ' ὧν ὁ Μίνως, ἥκων ἐπ' ἀναζήτησιν τοῦ Δαιδάλου, ἀποθνήσκει καταχυθέντος αὐτοῦ ξεστῷ ὕδατος. Ἱστορεῖ Φιλοστέφανος καὶ Καλλίμαχος ἐν Αἰτίοις. Hæc Philostephanus quoque in Aitiois tradere potuit nisi in libro Περὶ νήσων rem narravit.

37.

Schol. Il. η, 86 : Ἀθάμας, Αἰόλου παῖς, βασιλεὺς δὲ Θηβῶν, γήμας τὴν Κάδμου παῖδα Ἰνὼ, παῖδας ἔσχε δύο, Κλέαρχον καὶ Μελικέρτην. Κατὰ Ἥρας δὲ πρόσταγμα ἀποπεμψάμενος τὴν Ἰνὼ καὶ ἐπιγήμας Νεφέλην, ἔσχεν ἐξ αὐτῆς δύο παῖδας, Ἕλλην τε καὶ Φρίξον. Μιγνύμενον δὲ αὐτὸν λάθρα τῇ Ἰνοῖ κατοπτεύσασα ἡ Νεφέλη ᾤχετο. Πάλιν δὲ τῆς οἰκίας ἐπικρατήσασα ἡ Ἰνὼ ἐπεβούλευσε τοῖς τῆς Νεφέλης παισίν. Εὑροῦσα δέ τινα μηχανὴν ἔφυγε τὰ σπέρματα. Καὶ δὴ πολλῆς οὔσης ἀκαρπίας ἐν τῇ χώρᾳ, ἔπεμπεν ὁ Ἀθάμας εἰς Πυθὼ θεοπρόπους. Ἡ δὲ Ἰνὼ συνέπεισε τούτους τεχνήσασά τινα χρησμὸν κατὰ τοῦ Φρίξου, ὡς θῦμα τῆς αὐτοῦ γονῆς προσενεγκὼν ἀπαλλαγήσεται τοῦ δεινοῦ. Πυθόμενος οὖν παρὰ τῶν θεοπρόπων ὁ Ἀθάμας τὸ λόγιον, μεταπέμπεται ἐκ τῶν ἀγρῶν τὸν Φρίξον. Πρόφασιν δὲ αὐτὸν ἐκέλευσεν ἄγειν ὅ τι κάλλιστον πρόβατον ἐν τοῖς θρέμμασιν εἰς ἱερουργίαν ὑπάρχει. Μυθολογεῖται δὲ παραγιγνομένῳ τῷ Φρίξῳ μετὰ τῆς ἀδελφῆς, κατά τινος δαίμονος ἐπιφάνειαν, ἀνθρωπίνῃ φωνῇ λαλῆσαι τὸν κριὸν, καὶ πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν ἀναγγεῖλαι, κελεῦσαί τε αὐτῷ, μετὰ τῆς ἀδελφῆς ἐπικαθίσαι τῷ νώτῳ, ὅπως τὸν ἐπικείμενον κίνδυνον ἐκφυγεῖν συνηθῶσιν. Οὗ καὶ γενομένου, λέγεται τὸν κριὸν μετὰ πολλῆς βίας διὰ μέσου τοῦ ἀέρος ποιήσασθαι τὴν πορείαν. Τὴν δὲ Ἕλλην μὴ δυναμένην ἀντέχειν, καταπεσεῖν εἰς τὸ ὑποκείμενον πέλαγος, προσαγορευθῆναι δὲ τοῦτο, διὰ τὴν προειρημένην, Ἑλλήσποντον. Τὸν δὲ κριὸν κομίσαντα εἰς Κόλχους ἐκ τοῦ Πόντου τὸν Φρίξον τελευτῆσαι. Ἐπὶ τοῦτο λέγεται τὸ δέρας καὶ τοὺς Ἀργοναύτας ἀποσταλῆναι μετὰ τοῦ Ἰάσονος. Τὸν δὲ Ἀθάμαντά φασι μαθόντα ἕκαστα τῶν συντεθέντων ὑπὸ τῆς Ἰνοῦς, μὴ φείσασθαι μηδὲ τῶν ἐξ αὐτοῦ γενομένων αὐτῇ παίδων, καὶ αὐτοχειρίᾳ μὲν ἀποκτεῖναι Κλέαρχον, ἐπιδιῶξαι δὲ μετὰ ξίφους καὶ τὴν Ἰνώ. Τὴν δὲ καταλαμβανομένην, σωτηρίαν ἐπισπάσασθαι ἑαυτῇ τε καὶ τῷ υἱεῖ, ῥίψασαν ἑαυτὴν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ τυχεῖν ἐκ τῶν θεῶν τῶν ἐναλίων τιμῶν· ὕστερον δὲ καὶ προσαγορευθῆναι αὐτὴν, διὰ τὸν ἐκ τῆς θαλάσσης ἀφρὸν Λευκοθέαν, τὸν δὲ Μελικέρτην Παλαίμονα· εἶναι δὲ αὐτὸν σωτῆρα τῶν τὸ πέλαγος πλεόντων ἀνθρώπων. Ἡ ἱστορία παρὰ τῷ Φιλοστεφάνῳ. Cf. Apollodor. I, 9, 1. Müller. *Min.* p. 169.

38.

Schol. Odyss. ο, 16, de Icarii uxore Dorodoche vel Asterodia, et de Penelope, quam Laertes Ulyssi uxorem conciliavit. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φιλοστεφάνῳ καὶ Φερεκύδῃ. Vide Pherecydis fragm. 90.

Philostephani comici poetæ ἐν Δηλίῳ fragmentum (Athen. VII, p. 292, F), vid. in Meinek. Com. IV, p. 589.

36.

Postquam Pasiphae Dædali arte cum tauro congressa erat, Minois iram metuens Dædalus, alis ad humeros adaptatis una cum Icaro filio per aerem auferebatur. Sed filius in mare cecidit, quod ab eo vocatur Icarium. Dædalus tamen volando pervenit in Camicum Siciliæ urbem, ubi filium suum exspectans apud Cocali filias degebat, a quibus Minos, quum Dædalum quærens eodem advenisset, infusa aqua fervente necatur. Narrat hæc Philostephanus et Callimachus in Ætiis.

37.

Athamas, Æoli filius, Thebarum rex, uxorem duxit Cadmi filiam Inonem, ex qua duos suscepit filios, Clearchum et Melicerten. Deinde quum Junonis jussu Inonem repudiasset, Nephelen superinduxit, quæ duos ei peperit liberos, Hellen et Phrixum. Verum consuescere Athamantem cum Inone clanculum Nephele suspicata decessit. Denuo igitur domus imperio potita Ino insidias struxit liberis e Nephele susceptis. Dolum vero excogitavit ejusmodi. Torrebat triticum in sementem destinatum. Quo facto quum sterilitate agri laborarent, Athamas Delphos misit qui deum consulerent. His vero luo persuasit, ut oraculum ab ipsa contra Phrixum fabricatum referrent, ex quo cessura foret calamitas, si suam ipsius prosapiam sacrificium deo rex offerret. Audito hoc ex nuntiis responso, Athamas ex agris Phrixum arcessit, præ specie imperans ei, ut e grege pulcherrimum arietem ad sacrificium adduceret. Jam fabulantur arietem, ex numinis cujusdam præsentia, ad accedentem cum sorore Phrixum humana voce locutum esse, eique totam insidiarum rationem exposuisse, atque imperasse, ut cum sorore tergo suo insideret, quo imminens periculum possent effugere. Quo facto aries magno impetu per medium aerem profectus esse dicitur. At Hellen, quum sustinere se non posset, in subjacens mare delapsam esse, cui inde sit Hellesponti nomen inditum. Ipsum autem arietem, postquam Colchos Phrixum transvexisset, vitam ibi finiisse. Ad vellus ejus reportandum deinde Argonautas sub Iasone duce missos esse. Athamantem vero, compertis singulis, quæ Ino insidiose struxisset, ne filiis quidem ex ea natis pepercisse, sed Clearchum sua ipsius manu occidisse; deinde stricto gladio persecutum esse Inonem. Hanc autem, quum jamjam comprehenderetur, salutem sibi cum altero filio quærentem in mare se præcipitem dedisse, ubi a diis marinis honoribus sit affecta. Postmodum eam etiam Leucotheam, ab spumæ marinæ colore, nuncupatam esse; similique modo Melicerten nominatum esse Palæmonem, cumque salutem præstare mortalibus qui maris subeant pericula. Historia hæc legitur apud Philostephanum.

HERMIPPUS CALLIMACHIUS.

Hermippus, qui de legumlatoribus, de septem sapientibus, vitasque philosophorum rhetorumque scripsit (*), apud Athenæum (fr. 18. 22 *a*. 42) appellatur ὁ Καλλιμάχειος. Hinc de ætate viri in universum satis constat. Nam Callimachus vita defunctus est haud ita multo post initium regni Ptolemæi III Euergetæ, circa Ol. 136. 240 (V. Ritschl. *Alex. Bibl.* p. 90). Hermippum igitur consentaneum est floruisse sub Ptolemæis III et IV (— 205 a. C). Sed ultra etiam vitam deduxisse videtur. Nam in scribendo adhuc post annum 203 occupatum fuisse fragmento 72 (modo recte ad nostrum H. referatur) docemur. Obitus Chrysippi (207 a. C.) memoratur fr. 51. De patria viri disertum antiquitatis testimonium non exstat. Lozynski (Hermippi Smyrnæi peripatetici fragm Bonn. 1832) *Smyrnæum* appellat. Nimirum apud Athenæum (fr. 74) laudatur Ἕρμιππος ὁ Σμυρναῖος ἐν τοῖς Περὶ Ἱππώνακτος. At Smyrnæum hunc eundem cum Callimachi discipulo esse haud liquet, quamvis sit probabile. Præterea de vita Hermippi nihil traditum accepimus, nisi quod *Peripateticus* dicitur ap. Hieronymum De scr. eccl. c. 1. Igitur præter Callimacheam disciplinam præ ceteris studia Peripateticorum coluisse videtur, quæ ipsa magnum illud quod condidit Vitarum opus coarguit. Ceterum verba Hieronymi l. l. hæc sunt : *Hortaris, Dexter, ut Tranquillum sequens, ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram, et quod ille in enumerandis gentilium literarum viris fecit illustribus, id ego in nostris faciam, id est, ut a passione Christi usque ad decimum quartum Theodosii imperatoris annum omnes qui de Scripturis sanctis memoriæ aliquid prodiderunt, tibi breviter exponam. Fecerunt quidem hoc apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus, doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus; apud Latinos autem Varro*, etc.

Totius operis titulus fuisse videtur Βίοι (fr. 12 de Thalete; fr. 27 de Anaxagora; fr. 41 de Aristotele). Partes majores Prellerus (in *Jahns J.* 1836, tom. XVII, 2, p. 169 sq.) distinguit tres : Περὶ νομοθετῶν, Περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν, Περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων. Prima pars, quæ de legumlatoribus est, in causa fuit, cur Hermippi fragmentis locum in hoc volumine concederemus. Ἕρμιππος Περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων nonnisi semel citatur apud Etym. M. (v. fr. 72). Suidas v. Ἴστρος laudat Hermippum libro secundo Περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων (v. fr. 73). At dubium vix est quin recte Küsterus (ed. Suid.) et Prellerus l. l. Suidianum istum Hermippum non Callimachi discipulum, sed Hermippum Berytium, Hadriani æqualem, esse censeant. Quæri igitur potest an non idem Berytii opus e titulo decurtato etiam apud Etym. M. l. l. allegetur, ita ut ab Etymologo titulus totius operis, a Suida partis inscriptio laudetur. Nihil enim verbis Etymologi inest, quod cogat ut antiquiorem nostrum scriptorem intelligamus. Si nihilominus Callimachi discipulum apud Etym. M. agnoscere sibi visi sunt, movit eos quod Callimachus ejusdem tituli opus,

(*) Inter reliquos Hermippos, quos Lozynski l. l. recensel, non est qui cum nostro confundi possit præter Hermippum Berytium, de quo ita Suidas : Ἕρμιππος Βηρύτιος, ἀπὸ κώμης μεσογαίου, μαθητὴς Φίλωνος τοῦ Βυβλίου, ὑφ' οὗ ὠκειώθη Ἑρεννίῳ Σευήρῳ ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως· ἐκδουλος ὢν γένος, λόγιος σφόδρα καὶ ἔγραψε πολλά. Idem : Νικάνωρ, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος, ὅτε καὶ Ἕρμιππος ὁ Βηρύτιος. Herennius Severus est patronus Romanus, a quo Philo nomen Herennii assumpsit. Prellerus in *Jahns J.* tom. XVII, 2, p. 177 (1836) (seductus iis quæ sub. v. Φίλων ap. Suidam leguntur) putavit Philonem Byblium et Herennium Severum unum esse eundemque. At quam mire tum Suidas s. v. Ἕρμιππος locutus foret! Idem Prellerus utroque Suidæ loco pro ἐπὶ Ἀδριανοῦ scribi voluit ἐπὶ Τραϊανοῦ, ut scilicet Hermippi De magis opus, quod jam Plinius laudat, ad Hermippum Berytium transferri posset. At Philo magister jam scripsit Περὶ τῆς Ἀδριανοῦ βασιλείας. Suidas v. Φίλων. Igitur hoc quoque loco mutandum foret. — Scripsit Philo Berytius Ὀνειροκριτικὰ libris quinque, teste Tertulliano De anima c. 46, et Περὶ ἑβδομάδος. Clemens Al. Strom. VI, p. 291 Sylb. : Καὶ μυρία τοιαῦτα ἀγιάζων τὸν ἀριθμὸν παρατίθεται Ἕρμιππος ὁ Βηρύτιος ἐν τῷ Περὶ ἑβδομάδος. Idem Clemens I, p. 132, 11 Sylb. affert hæc : Ὁ δὲ Βηρύτιος Ἕρμιππος Χείρωνα τὸν Κένταυρον σοφὸν καλεῖ. (Eadem leguntur apud Theodoret. Disput. XII, tom. IV, p. 1025 Schulz.) Hunc locum cum schol. ad Arat. 436 comparans Prellerus conjicit τὰ Φαινόμενα, quæ Hermippo cuidam attribuuntur, ad Hermippum Berytium pertinere (v. fragm. 82). Laudatur denique H. Berytius apud Stephan. Byz. : Ῥάδιννα, πόλις Ἰταλίας. Ἕρμιππος ὁ Βηρύτιος Ῥούιννων αὐτὴν καλεῖ. Etym. M. p. 283,3 et Zonaras p. 571 de orthographia et etymologia vocis ὄροφος. Eundem intellige ap. Moeridem Atticist. : Σωδάριον· Ἕρμιππος τὸ ὑφ' ὑμῶν σουδάριον. Porro ad Berytium Küsterus et Prellerus recte, ut videtur, retulerunt Hermippi opus Περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων, quod laudat Suidas. v. Ἴστρος, collat. v. Ἄδρων (v. Hermippi fr. 73). Eidem operi vindicaverim quæ leguntur ap. Suidam : Παρθένιος Ἡρακλείδου καὶ Εὐδώρας, Ἕρμιππος δὲ Τέμνας φησί· Νικαεὺς ἢ Μυρλεανός, ἐλεγειοποιὸς καὶ μέτρων διαφόρων ποιητής. Οὗτος ἐλήφθη ὑπὸ Κίννα λάφυρον... εἶτα ἠτιάθη διὰ τὴν παίδευσιν κτλ. — Deinde Berytium fortasse intellexit Suidas v. Σίβυλλα,... ὡς Ἕρμιππος, Θεοδώρου, Ἐφύρεια.

Πίνακας τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν ἐν βιβλ. ρκ', conscripsit, et quod consentaneum est Hermippum vestigia magistri pressisse. Ceterum Lozynski titulum Περὶ τῶν (vel Βίοι τῶν) ἐν π. διαλαμψάντων totius Vitarum operis fuisse putat; Prellerus contra nonnisi partem operis eam, quæ de philosophis, rhetoribus et fortasse etiam grammaticis erat, indicari censet, et vocem παιδείαν arctiore sensu de eruditione in iis artibus, quæ in scholis philosophorum, rhetorum, grammaticorum docentur, intelligendam esse censet laudato Gellio N. A. XIII, 16: *Humanitatem appellarunt id propemodum, quod Græci* παιδείαν *vocant, nos eruditionem, institutionemque in bonas artes.* Hæc illi. Neutrum mihi probandum esse videtur. Nam si in titulo libri Hermippei agnoscimus imitationem operis Callimachii, consentaneum est verba περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαπρεψάντων apud Hermippum eodem sensu dici atque apud Callimachum περὶ τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, quæ quidem nullo modo ad solos philosophos, rhetores et grammaticos, sed ad omnes illos, quorum opera in Alexandrina Bibliotheca asservabantur, spectasse putanda sunt. Deinde vero opus illud Hermippi, non ad Callimachi, sed, uti dixi, ad Herennii Philonis discipulum pertinere comprobatur fragmento, quod fugit et Lozynskium et Prellerum. Etenim in schol. Oribasii (Class. auctt. tom. IV, p. 11 ed. Maius) de Dionysio medico e Cyrto Ægypti urbe oriundo laudantur Herennius Philo ἐν τῷ θ' Περὶ βιβλιοθήκης κτίσεως et Hermippus ἐν τῷ ε' Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν ἰατρῶν. Libros Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν ἰατρῶν nihil nisi partem fuisse censeo operis Περὶ τῶν ἐν (πάσῃ) παιδείᾳ διαπρεψάντων, cui cum magistri opere *De comparanda bibliotheca* similis intercesserit ratio atque Callimachi Πίναξι intercedebat cum ordinanda bibliotheca Alexandrina. Inter reliqua Philonis scripta conferri etiam possunt libri Περὶ πόλεων καὶ οὓς ἑκάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκεν. Ac nescio an simile De urbibus opus Hermippi Stephanus Byz. v. Ῥάδεννα (v. not.) laudaverit.

Inter reliqua, quæ sub *Hermippi* nomine apud veteres passim afferuntur, nihil est quod certo judicio ad Callimachium nostrum referri possit. Libri Περὶ μάγων et Φαινόμενα dubium vix est quin ad alium quendam Hermippum, quem ἀστρολόγον Athenæus nominat, pertineant. Vide fragmenta.

Auctoritas Hermippi haud minima fuit apud seriores scriptores, qui sæpissime testimoniis ejus utuntur, uti Plutarchus, Diogenes et auctores Diogenis Sosicrates, Favorinus, Apollodorus ut videtur, et fortasse alii. Apud Josephum (fr. 21) Hermippus laudatur tamquam ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής. Τὴν ἀκρίβειαν ejus prædicat Dionysius Hal. (fr. 58). Ceterum fontes non ubique adhibuit optimos; multa enim in fragmentis occurrunt, quæ aperte falsa sunt.

BIOI.

ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΘΕΤΩΝ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Athenæus IV, p. 154, D: Ἑρμιππος δ' ἐν πρώτῳ Περὶ νομοθετῶν τῶν μονομαχούντων εὑρετὰς ἀποφαίνει Μαντινεῖς, Δημώνακτος ἑνὸς τῶν πολιτῶν συμβουλεύσαντος· καὶ ζηλωτὰς τούτου γενέσθαι Κυρηναίους. Ἔφορος δὲ κτλ. Cf. Ephori fr. 97.

2.

Origenes C. Cels. I, p. 13 ed. Spencer.: Λέγεται δὲ καὶ Ἑρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ νομοθετῶν ἱστορηκέναι, Πυθαγόραν τὴν ἑαυτοῦ φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν.

Idem Hermippi commentum ex libro primo De Pythagora (v. fr. 20) memorat Josephus C. Apion. I, 22. Hermippus postquam de antiquissimo vitæ Græcorum statu et progressu dixerat, cultiorem vivendi rationem ex Oriente derivaverit, eaque occasione etiam Pythagoræ Judæorum sectatoris mentionem injecisse videtur.

E LIBRO SECUNDO.

3.

Porphyrius De abstin. IV, 22, p. 378 R.: Τῶν τοίνυν Ἀθήνησι νομοθετῶν Τριπτόλεμον παλαιότατον παρειλήφαμεν· περὶ οὗ Ἑρμιππος ἐν δευτέρῳ Περὶ τῶν νομοθετῶν γράφει ταῦτα· « Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι. »

VITÆ.

DE LEGUMLATORIBUS.

1.

Hermippus libro primo De legumlatoribus singularium certaminum inventores tradit fuisse Mantinenses, suadente iis uno e civibus Demonacte; eumque morem deinde æmulatos esse Cyrenenses.

2.

Hermippus quoque libro De legumlatoribus primo narrasse dicitur Pythagoram philosophiam suam a Judæis ad Græcos transtulisse.

3.

Inter eos, qui Atheniensibus leges tulerunt antiquissimum fuisse accepimus Triptolemum, de quo Hermippus libro secundo De legumlatoribus ita scribit: « Ferunt etiam Triptolemum Atheniensibus leges tulisse. »

« Ex legibus Triptolemi tres Eleusine exstitisse refert apud Porphyr. l. l. Xenocrates, medicus Aphrodisiensis, scilicet γονεῖς τιμᾶν, θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, ζῶα μὴ σίνεσθαι. Cf. Brucker. Hist. crit. phil. I, p. 406. » Lozynski.

[E LIBRIS III—V.]

4.

Plutarch. Lycurg. c. 5, 5 : Lycurgus vitiosum reipublicæ statum mutaturus fausta accepit a deo Delphico, quem consuluerat, responsa. Ἐπαρθεὶς δὲ τούτοις προσῆγε τοὺς ἀρίστους καὶ συνεφάπτεσθαι παρεκάλει, κρύφα διαλεγόμενος τοῖς φίλοις πρῶτον, εἶτα οὕτως κατὰ μικρὸν ἁπτόμενος πλειόνων καὶ συνιστὰς ἐπὶ τὴν πρᾶξιν. Ὡς δ' ὁ καιρὸς ἦκε, τριάκοντα τοὺς πρώτους ἐκέλευσε μετὰ τῶν ὅπλων ἕωθεν εἰς ἀγορὰν προελθεῖν ἐκπλήξεως ἕνεκα καὶ φόβου πρὸς τοὺς ἀντιπράττοντας. Ὧν εἴκοσι τοὺς ἐπιφανεστάτους Ἕρμιππος ἀνέγραψε· τὸν δὲ μάλιστα τῶν Λυκούργου ἔργων κοινωνήσαντα πάντων καὶ συμπραγματευσάμενον τὰ περὶ τοὺς νόμους Ἀρθμιάδαν ὀνομάζουσιν.

Totam hanc de Lycurgo narrationem, quam ex Ephoro maxime et Hermippo Plutarchus conflasse videtur, non prisca niti traditione, sed pragmaticorum, quos dicunt, historicorum studiis deberi jure censet Müllerus *Dor.* I, p. 137.

5.

Idem ib. c. 23, 2 : Ἔοικε δὲ καὶ τῆς Ὀλυμπιακῆς ἐκεχειρίας ἡ ἐπίνοια πράου καὶ πρὸς εἰρήνην οἰκείως ἔχοντος ἀνδρὸς εἶναι. Καίτοι φασί τινες, ὡς Ἕρμιππος μνημονεύει, τὸν Λυκοῦργον οὐ προσέχειν οὐδὲ κοινωνεῖν ἐν ἀρχῇ τοῖς περὶ τὸν Ἶφιτον, ἀλλὰ τυγχάνειν ἄλλως ἐπιδημοῦντα καὶ θεώμενον· ἀκοῦσαι δὲ φωνὴν ὥσπερ ἀνθρώπου τινὸς ἐξόπισθεν ἐπιτιμῶντος αὐτῷ καὶ θαυμάζοντος, ὅτι τοὺς πολίτας οὐ προτρέπεται κοινωνεῖν τῆς πανηγύρεως· ὡς δὲ, μεταστραφέντος, οὐδαμοῦ φανερὸς ὁ φθεγξάμενος ἦν, θεῖον ἡγησάμενον, οὕτω πρὸς τὸν Ἶφιτον τραπέσθαι καὶ συνδιακοσμήσαντα τὴν ἑορτὴν ἐνδοξοτέραν καὶ βεβαιοτέραν καταστῆσαι.

6.

Athenæus XIII, p. 555, C : Καὶ γὰρ τὰς γαμετὰς ὁ καλὸς ἡμῶν ἑστιάτωρ ἐπαινῶν, Ἕρμιππον ἔφη ἐν τῷ (ἐν τοῖς cod. B) Περὶ νομοθετῶν ἱστορεῖν, ὅτι ἐν Λακεδαίμονι εἰς οἴκημά τι σκοτεινὸν πᾶσαι συνεκλείοντο αἱ κόραι, συγκλειομένων καὶ τῶν ἀγάμων νεανίσκων· καὶ ἕκαστος, ἧς ἐπιλάβοιτο, ταύτην ἀπῆγεν ἄπροικον. Διὸ καὶ Λύσανδρον ἐζημίωσαν, ὅτι καταλιπὼν τὴν προτέραν, ἑτέραν ἐβουλεύετο περικαλλεστέραν ἀγαγέσθαι.

Aliter de his exponit Plutarchus Lyc. c. 15. « Hermippos Bericht ist romanhaft entstellt. » Müller. *Dor.* II, p. 282, 5.

E LIBRO SEXTO.

7.

Idem XIV, p. 619, B : Ἥδοντο δὲ Ἀθήνησι καὶ οἱ Χαρώνδου νόμοι παρ' οἶνον, ὡς Ἕρμιππός φησιν ἐν ἕκτῳ Περὶ νομοθετῶν. V. Bentlej. De legg. Charondæ p. 360.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ.

8.

Diogenes I, 42 : Ἕρμιππος δ' ἐν τῷ Περὶ τῶν [ἑπτὰ] σοφῶν ἑπταικαίδεκά φησιν, ὧν τοὺς ἑπτὰ ἄλλους ἄλλως αἱρεῖσθαι· εἶναι δὲ Σόλωνα, Θαλῆν, Πιττακὸν, Βίαντα, Χείλωνα, [Μύσωνα,] Κλεόβουλον, Περίανδρον, Ἀνάχαρσιν, Ἀκουσίλαον, Ἐπιμενίδην, Λεώφαντον,

---

4.

Pythiæ verbis fretus Lycurgus optimates sibi conciliavit, clandestinoque colloquio primum amicos, deinde plures paulatim aggressus, ad rem suscipiendam auxiliumque ferendum sibi conciliavit. Quum dies negotio destinata venisset, summo mane triginta e primoribus jussit armatos in forum prodire, qui adversariis terrorem inciterent, quorum maxime illustres viginti Hermippus recenset : qui vero præ reliquis omnibus negotiis socius et in ferendis legibus adjutor fuerit, Arthmiadam nominant.

5.

Olympiacæ festivitatis excogitatio mansueti et pacis perquam studiosi hominis videtur fuisse. Quanquam est apud Hermippum, esse quosdam, qui Lycurgum tradant initio nullam in ea re cum Iphito societatem habuisse, neque ejus monitu advenisse, sed forte fortuna e peregrinatione ad id spectaculum divertisse : ibi eum audivisse vocem, quasi hominis cujusdam a tergo adsistentis, quæ increparet ipsum, mirarique diceret, quod civibus suis non esset auctor societatis harum feriarum ineundæ; ipsum, quum se convertisset ad vocem, neque usquam appareret qui erat loculus, ratum divinam eam vocem fuisse, ita demum se ad Iphitum adjunxisse, eique in exornanda stabilienda-que ista solennitate socium præbuisse.

6.

Legitimas uxores laudans præclarus noster convivator, Hermippum, ait, in libro De legumlatoribus tradere, Lacedæmone virgines omnes in obscuro quodam conclavi concludi solitas, unaque conclusos fuisse juvenes cœlibes; quorum quisque quamcumque prehendisset, illam domum uxorem abduceret indotatam. Itaque etiam Lysandrum mulctatum fuisse, quod relicta priore aliam formosiorem ducere constituisset.

7.

Charondæ quoque leges Athenis ad pocula canebantur, uti Hermippus ait libro sexto De legumlatoribus.

DE SEPTEM SAPIENTIBUS.

8.

Hermippus, in libro De sapientibus, decem et septem fuisse tradit, quorum ex numero septem illos ab aliis aliter eligi; esse autem hos : Solonem, Thaletem, Pittacum, Biantem, Chilonem, Mysonem, Cleobulum, Periandrum, Anachar-

Φερεκύδην, Ἀριστόδημον, Πυθαγόραν, Λᾶσον Χαρμαντίδου ἢ Σισυμβρίνου ἢ, ὡς Ἀριστόξενος, Χαβρίνου, Ἑρμιονέα, Ἀναξαγόραν.

Περὶ τῶν [ἑπτὰ] σοφῶν scripsit Lozynski.; ita enim Athenæus fr. 16. — Μύσωνα Casaubonus interposuit ut septemdecim sapientum numerus expleretur. Ceterum nominum hunc catologum quasi indicem esse Vitarum, quæ in opere De septem sapientibus ab Hermippo consignatæ sint, statuit Prellerus in *Jahns J.* 1836, tom. XVII, 2 p. 170. Idque confirmari ait simulque aliud doceri fragmento 25, ubi Hermippus ἐν τετάρτῃ Περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν de Eudoxo Pythagorco quædam tradidisse narratur. Inde enim colligi posse, in opere De VII sapientibus etiam de Pythagora ejusque sectatoribus fuisse sermonem, librumque quartum egisse de Pythagoreis. Porro ex fragmento 20 liquere complures fuisse Hermippi Περὶ Πυθαγόρου libros, e Diogene (fr. 24) autem intelligi, secundum Περὶ Πυθαγόρου librum de Pythagoreis egisse. Inde igitur probabile fieri librum quartum Περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν et librum secundum Περὶ Πυθαγόρου unum esse eundemque, ideoque tertium totius operis librum componendum cum primo libro Περὶ Πυθαγόρου; primum vero et secundum totius operis librum complexum esse eorum vitas virorum, qui ante Pythagoram in nominum laterculo recensentur; denique consentaneum esse librum quintum exstitisse de iis viris agentem, qui post Pythagoram nominantur. Hæc Prellerus. At nonne offendit Hermippum, qui peculiaribus libris Vitas philosophorum scripsit, Anaxagoræ et Pythagoræ nec non Pythagoreorum vitas in opere De septem sapientibus enarrasse, propterea quod nonnulli Pythagoram et Anaxagoram septem sapientium collegio adscripserunt? Quodsi Hermippus in libro quarto De VII sapp. narravit Eudoxum civibus suis leges scripsisse, nemo non largietur hæc perapte data occasione in Solonis vel in alius sapientis vita commemorari potuisse. Quare Pythagoræ et Pythagoreorum et Anaxagoræ vitæ non huic operi, sed sequenti, quod de philosophis est, attribui; Hermippumque statuo in libro De VII sapientibus nonnisi de iis viris disseruisse, qui apud antiquiores scriptores in collegium istud cooptantur.

9. ΣΟΛΩΝ.

Plutarch. Solon. 2, 1 : Ὁ δ' οὖν Σόλων, τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς ἐλαττώσαντος εἰς φιλανθρωπίας τινὰς, ὡς φησιν Ἕρμιππος, καὶ χάριτας οὐκ ἂν ἀπορήσας τῶν βουλομένων ἐπαρκεῖν, αἰδούμενος δὲ λαμβάνειν παρ' ἑτέρων ἐξ οἰκίας γεγονὼς εὐθισμένης ἑτέροις βοηθεῖν, ὥρμησε νέος ὢν ἔτι πρὸς ἐμπορίαν.

10.

Idem ib. 6 : Πρὸς Θαλῆν δ' εἰς Μίλητον ἐλθόντα τὸν Σόλωνα θαυμάζειν, ὅτι γάμου καὶ παιδοποιίας τὸ παράπαν ἠμέληκε. Καὶ τὸν Θαλῆν τότε μὲν σιωπῆσαι, διαλιπόντα δ' ὀλίγας ἡμέρας ἄνδρα παρασκευάσαι ξένον, ἀρτίως ἥκειν φάσκοντα δεκαταῖον ἐξ Ἀθηνῶν. Πυθομένου δὲ τοῦ Σόλωνος, εἰ δή τι καινὸν ἐν ταῖς Ἀθήναις, δεδιδαγμένον ἃ χρὴ λέγειν τὸν ἄνθρωπον, « Οὐδὲν, εἰπεῖν, ἕτερον, εἰ μὴ νὴ Δία νεανίσκου τινὸς ἦν ἐκφορὰ καὶ προὔπεμπεν ἡ πόλις· ἦν γὰρ υἱὸς, ὡς ἔφασαν, ἀνδρὸς ἐνδόξου καὶ πρωτεύοντος ἀρετῇ τῶν πολιτῶν· οὐ παρῆν δὲ, ἀλλ' ἀποδημεῖν ἔφασαν αὐτὸν ἤδη πολὺν χρόνον. » « Ὡς δυστυχὴς ἐκεῖνος, » φάναι τὸν Σόλωνα. « Τίνα δὲ ὠνόμαζον αὐτόν; » « Ἤκουσα, φάναι, τοὔνομα, τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐ μνημονεύω· πλὴν ὅτι πολὺς λόγος ἦν αὐτοῦ σοφίας καὶ δικαιοσύνης. » Οὕτω δὴ καθ' ἑκάστην ἀπόκρισιν τῷ φόβῳ προσαγόμενον τὸν Σόλωνα καὶ τέλος ἤδη συντεταραγμένον αὐτὸν ὑποβάλλειν τοὔνομα τῷ ξένῳ πυνθανόμενον, μὴ Σόλωνος ὁ τεθνηκὼς υἱὸς ὠνομάζετο. Φήσαντος δὲ τοῦ ἀνθρώ-

---

sim, Acusilaum, Epimenidem, Leophantum, Pherecydem, Aristodemum, Pythagoram, Lasum Charmantidæ seu Sisymbrini, sive, ut Aristoxenus tradit, Chabrini filium Hermionensem, Anaxagoram.

9.

Solon, quum pater ipsius, ut Hermippus narrat, aliis gratificando ac benefaciendo rem familiarem imminuisset, etsi non deerant qui eum suis fortunis sublevare vellent; quia tamen puderet ipsum ab aliis accipere, natum ea familia, quæ aliis opitulari consuevisset, juvenis admodum mercaturæ se dedit.

10.

Quum ad Thaletem Solon venisset Miletum, mirum sibi videri ostendit, quod is vir omnino conjugii procreationisque liberorum nullam rationem habuisset. Thales tum quidem tacuit; interjectis vero paucis diebus peregrinum subornavit, qui se proximis decem diebus venisse Athenis simularet. Is percontanti Soloni, ecquid novæ rei Athenis evenisset, nihil aliud, quemadmodum edoctus erat, respondit, quam « funus fuisse eo tempore adolescentis alicujus ductum a civitate : eum enim adolescentem filium fuisse viri illustris ac virtute inter cives primi, qui diu jam peregre abesse diceretur. » « Quam miser, inquit Solon, ille! sed quod ei nomen? » Ibi hospes : « Equidem audivi ex illis, sed memoria excidit : id unum memini de sapientia ejus atque justitia multum fuisse sermonem. » His singulis responsionibus majorem ad metum adductus Solon, jamque perturbatus plane, ipse nomen hospiti subjecit, interrogavitque : « Solonisne ille filius fuisset? » Affirmanteque illo, verbera capiti suo intentavit, statimque ad ea prolapsus est dicenda et facienda, quæ solent qui gravi aliquo dolore sunt perculsi. At Thales cum inhibuit ridensque, « Hæc, inquit, o Solon, nuptiis me et liberorum procreatione absterrent, quæ te quoque, etiam firmissimi hominem animi, dejiciunt. Ceterum hujus quidem sermonis causa bono sis animo; est enim conflictus. » Tota hæc narratio

που, τὸν μὲν ὁρμῆσαι παίειν τὴν κεφαλήν, καὶ τἆλλα ποιεῖν καὶ λέγειν, ἃ συμβαίνει τοῖς περιπαθοῦσι. Τὸν δὲ Θαλῆν ἐπιλαβόμενον αὐτοῦ καὶ γελάσαντα, « Ταῦτά τοι, φάναι, ὦ Σόλων, ἐμὲ γάμου καὶ παιδοποιίας ἀφίστησιν, ἃ καὶ σὲ κατερείπει τὸν ἐρρωμενέστατον. Ἀλλὰ θάρρει τῶν λόγων ἕνεκα τούτων· οὐ γάρ εἰσιν ἀληθεῖς. » Ταῦτα μὲν οὖν Ἕρμιππος ἱστορεῖν φησι Πάταικον, ὃς ἔφασκε τὴν Αἰσώπου ψυχὴν ἔχειν. Patæcum illum fortasse antiquiorem aliquem fabularum poetam fuisse, eumque forsan indicari Atheniensium traditione illa de Æsopo redivivo (v. Grauert. De Æsopo p. 38), quem pugnæ ad Thermopylas pugnatæ interfuisse ferebant, suspicatur Prellerus in Jahnii Ann. 1836. tom. XVII, fasc. II, p. 178.

11.

Plut. ib. c. 11, 2 : Πεισθέντες γὰρ ὑπ' ἐκείνου (Σόλωνος) πρὸς τὸν πόλεμον (contra Cirrhæos) ὥρμησαν οἱ Ἀμφικτύονες, ὡς ἄλλοι τε μαρτυροῦσι καὶ Ἀριστοτέλης (fr. 265) ἐν τῇ τῶν Πυθιονικῶν ἀναγραφῇ, Σόλωνι τὴν γνώμην ἀνατιθείς. Οὐ μέντοι στρατηγὸς ἐπὶ τοῦτον ἀπεδείχθη τὸν πόλεμον, ὡς λέγειν φησὶν Ἕρμιππος Εὐάνθη τὸν Σάμιον. Οὔτε γὰρ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ τοῦτ' εἴρηκεν, ἔν τε τοῖς Δελφῶν ὑπομνήμασιν Ἀλκμαίων, οὐ Σόλων, Ἀθηναίων στρατηγὸς ἀναγέγραπται.

Cf. Pausan. X, 37, 6; Suidas v. Σόλων; Polyæn. III, 5. Euanthes Samius idem, puto, est cum Euanthe Milesio, quem de re ad septem sapientum historiam pertinente laudat Diogenes L. I, 29. V. introduct. ad fragm. Neanthis.

12. ΘΑΛΗΣ.

Diogen. L. I, 33 : Ἕρμιππος δ' ἐν τοῖς Βίοις εἰς τοῦτον (τον Θάλητα) ἀναφέρει τὸ λεγόμενον ὑπό τινων περὶ Σωκράτους. Ἔφασκε γάρ, φησί, τριῶν τούτων ἕνεκα χάριν ἔχειν τῇ τύχῃ· πρῶτον μὲν ὅτι ἄνθρωπος ἐγενόμην καὶ οὐ θηρίον· εἶτα ὅτι ἀνὴρ καὶ οὐ γυνή· τρίτον ὅτι Ἕλλην καὶ οὐ βάρβαρος.

13. ΧΙΛΩΝ.

Bekker. Anecd. p. 233, 13 : Γνῶθι σεαυτόν, ἀπόφθεγμα. Οἱ δὲ Χείλωνός φασιν· Ἕρμιππος δὲ Δελφὸν εὐνοῦχόν φησιν εἰρηκέναι τὸ Γνῶθι σεαυτὸν καὶ ἐν τῷ ναῷ ἐπιγράψαι. « Aureis litteris consignata fuisse Chilonis dicta in foribus templi Delphici, refert Plinius Hist. Nat. VII. 32, Pausan. X, 24, 1. Unde autem sua derivaverit Hermippus, Delphicum eunuchum auctorem esse illius sententiæ, non exputo. Cf. Cic. De legib. I, 22 med. » Lozynski.

14.

Diogenes L. I, 72 de Chilone : Ἦν δὲ γέρων περὶ τὴν πεντηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα, ὅτε Αἴσωπος ὁ λογοποιὸς ἤκμαζεν· ἐτελεύτησε δ', ὡς φησιν Ἕρμιππος, ἐν Πίσῃ, τὸν υἱὸν Ὀλυμπιονίκην ἀσπασάμενος πυγμῆς. Ἔπαθε δὲ τοῦτο ὑπερβολῇ τε χαρᾶς καὶ ἀσθενείᾳ πολυετίας. Καὶ αὐτὸν πάντες οἱ κατὰ τὴν πανήγυριν ἐντιμότατα παρέπεμψαν.

Cf. Plinius H. N. VII, 32; Tertullian. De anima 52. « Odofred. Müller. (*Dor.* P. II. p. 307) Chilonis filium in cæstuum certamine prodiisse negat, propterea quod Spartiatæ nunquam cæstuum neque pancratii participes fuerint, et pueris in pancratio prodire temporibus demum longe citerioribus licitum fuerit; cf. Propert. III, 12, 8. Mülleri sententiam probat Seneca Benef. V, 2. » Lozynski.

15. ΜΥΣΩΝ.

Idem I, 106 : Μύσων Στρύμωνος, ὥς φησι Σωσικράτης Ἕρμιππον παρατιθέμενος, τὸ γένος Χηνεύς, ἀπὸ κώμης τινὸς Οἰταϊκῆς ἢ Λακωνικῆς, σὺν τοῖς ἑπτὰ καταριθμεῖται.

---

est, si Hermippo credimus, Patæci, qui animam Æsopi in se transisse dixit.

11.

Solonis auctoritate moti Amphictyones, bellum contra Cirrhæos susceperunt, quod et alii testantur, et Aristoteles in enumeratione eorum, qui Pythia vicerunt, Solonem auctorem hujus sententiæ facit. Non tamen, quod Euanthem scripsisse Samium Hermippus ait, dux huic bello praefectus est Solon : nam neque Æschines orator id dicit, et in Delphicis commentariis Alcmæon, non Solon, dux Atheniensium scriptus est.

12.

Hermippus in Vitis ad Thaletem refert quod a quibusdam de Socrate dicitur. Aiebat enim, inquit, trium maxime rerum causa gratias se fortunæ agere : primo quod homo, non bellua; deinde quod vir, non mulier; tertio quod Græcus esset natus, non barbarus.

13.

Nosce te ipsum, apophthegma, quod Chiloni tribuunt. Hermippus vero Delphum eunuchum id dixisse atque templo Delphico inscripsisse refert.

14.

Senuerat Chilon jam circa quinquagesimam secundam Olympiadem, quo tempore florebat Æsopus fabularum scriptor. Obiit autem, ut Hermippus ait, Pisæ, amplexus atque osculatus filium, quod in ludis Olympicis pugilatus palmam reportasset. Defunctum asserunt immodica lætitia et senili imbecillitate. Omnes autem qui ad celebritatem convenerant, honorificentissime exsequias ejus secuti sunt.

15.

Myson Strymonis filius, ut ait Sosicrates, qui Hermippum auctorem citat, Cheneus genere, ex vico quodam Œtæo sive Laconico, numeratur inter septem sapientes.

16. ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ.

Athenæus X, p. 443, A, apposito loco Theopompi (fr. 252), ubi Cleomenes, Methymnæorum tyrannus, lenas saccis insutas in mare demersisse narratur, subjicit Athenæus : Ἕρμιππος δὲ ἐν τοῖς Περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν Περίανδρον τὸ αὐτὸ ποιῆσαι (φησίν). Cf. Heraclid. Polit. fr. 5, 2.

17. ΑΝΑΧΑΡΣΙΣ.

Diogenes I, 101, de Anacharsi : Λέγει δὲ αὐτὸν Σωσικράτης ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκράτους. Ἕρμιππος δὲ πρὸς τὴν Σόλωνος οἰκίαν ἀφικόμενον τῶν θεραπόντων τινὶ κελεῦσαι μηνῦσαι ὅτι παρείη πρὸς αὐτὸν Ἀνάχαρσις, καὶ βούλοιτο αὐτὸν θεάσασθαι, ξένος τε, εἰ οἷόν τε, γενέσθαι. Καὶ ὁ θεράπων εἰσαγγείλας ἐκελεύσθη ὑπὸ τοῦ Σόλωνος εἰπεῖν αὐτῷ, ὅτιπερ ἐν ταῖς ἰδίαις πατρίσι ξένους ποιοῦνται. Ἔνθεν ὁ Ἀνάχαρσις ἐλὼν ἔφη νῦν αὐτὸν ἐν τῇ πατρίδι εἶναι καὶ προσήκειν αὐτῷ ξένους ποιεῖσθαι. Ὁ δὲ καταπλαγεὶς τὴν ἑτοιμότητα εἰσέφρησεν αὐτὸν καὶ μέγιστον φίλον ἐποιήσατο. Cf. Plutarch. Solon. c. 5, Tzetzes Hist. IV, 924 sqq.

18. ΕΠΙΜΕΝΙΔΗΣ.

Proclus in Hesiod. Op. et D. v. 41 : Ἕρμιππος ἐν τῷ τῶν ἑπτὰ σοφῶν περὶ τῆς ἁλίμου λέγει· (μέμνηται δὲ τῆς ἁλίμου καὶ Ἡρόδωρος ἐν τῷ πέμπτῳ τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου, καὶ Πλάτων ἐν γ' τῶν Νόμων·) Ἐπιμενίδην φησὶ μικρόν τι ἐδεσμάτιον προσφερόμενον ὥδε διὰ ὅλην τελεῖν τὴν ἡμέραν· ἦν δ' ἐξ ἀσφοδέλου καὶ μαλάχης, ὅπερ αὐτὸν ἅλιμον καὶ ἄδιψον ἐποίει.

Athenæus II, p. 58, F : Ἕρμιππος δ' ὁ Καλλιμάχειος καὶ εἰς τὴν καλουμένην φησὶν ἅλιμον, προσέτι τε ἄδιψον, ἐμβάλλεσθαι τὴν μαλάχην, οὖσαν χρησιμωτάτην. Cf. Herodori fr. 19 *a*.

19. ΦΕΡΕΚΥΔΗΣ.

Diogenes L. I, 117, de Pherecyde : Φησὶ δ' Ἕρμιππος, πολέμου ἐφεστῶτος Ἐφεσίοις καὶ Μάγνησι, βουλόμενον τοὺς Ἐφεσίους νικῆσαι πυθέσθαι τινὸς παριόντος πόθεν εἴη· τοῦ δ' εἰπόντος, Ἐξ Ἐφέσου, « Ἕλκυσόν με τοίνυν, ἔφη, τῶν σκελῶν καὶ θὲς εἰς τὴν τῶν Μαγνήτων χώραν, καὶ ἀπάγγειλόν σου τοῖς πολίταις μετὰ τὸ νικῆσαι αὐτόθι με θάψαι· ἐπεσκηρέναι τε ταῦτα Φερεκύδην. » Ὁ μὲν οὖν ἀπήγγειλεν· οἱ δὲ μετὰ μίαν ἐπελθόντες κρατοῦσι τῶν Μαγνήτων, καὶ τόν τε Φερεκύδην μεταλλάξαντα θάπτουσιν αὐτόθι καὶ μεγαλοπρεπῶς τιμῶσιν.

E LIBRO QUARTO.

20.

Idem VIII, 88 : Ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιφανέστατος ἐγένετο (Εὔδοξος ὁ Κνίδιος), γράψας τοῖς ἰδίοις πολίταις νόμους, ὥς φησιν Ἕρμιππος ἐν τετάρτῃ Περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν, καὶ ἀστρολογούμενα καὶ γεωμετρούμενα καὶ ἕτερ' ἄττα ἀξιόλογα. Cf. Plutarch. Adv. Colot. 32; Müller. *Dor.* II, 173. Hæc oblata occasione in vita sapientis nescio cujus Hermippus memorasse putandus est.

DE PHILOSOPHIS ET RHETORIBUS.

Epitome. I. philosophi. Βίβλ. α' Περὶ Πυθαγόρου fr. 21—23; β' Περὶ Πυθαγόρου, De Pythagoreis, Philolao, Diodoro, fr. 24 — 26. (De Eudoxo cf. fr. 20.)—*Alii philosophi Platone antiquiores* : Empedocles fr. 27; Heraclitus fr. 28; Democritus fr. 29; Zeno fr. 30; Anaxagoras fr. 31; Socrates fr. 32. — *Academia* : Plato fr. 33; Arcesilaus fr. 34.

16.

Idem etiam Periandrum fecisse Hermippus in opere De septem sapientibus narrat.

17.

Anacharsin Sosicrates Athenas concessisse quadragesima septima Olympiade, Eucrate archonte tradit. Porro Hermippus, Solonis ivisse domum, et cuidam ex familia jussisse nuntiaret ei Anacharsim adesse pro foribus, ut illius conspectu et hospitio, si fieri posset, frueretur : servulum intus hæc nuntiasse Soloni, ejusque jussu hoc illi renuntiasse, propriis in regionibus hospites fieri. Hæc Anacharsis statim sic retorsit ut diceret illum nunc esse in patria, atque adeo eum oportere hospites facere. Solon, promptum viri ingenium admiratus ad se continuo admisit et in amicissimis habuit.

18.

Hermippus in opere De septem sapientibus de *alimo* dicit. Epimenidem ait hujus cibarii paullulum quoddam assumentem, sic per totum diem perseverasse. Compositum vero erat ex asphodelo et malva, quo efficiebatur ut neque famem neque sitim sentiret.

Hermippus Callimachius ait etiam in *alimon*, quam vocant, et *adipson* (id est famis sitisque pellendæ remedium) malvam injici, utpote utilissimam.

19.

Tradit Hermippus Pherecydem, quum inter Ephesios atque Magnesios vigeret bellum, cupereteque Ephesios vincere, quendam ex prætereuntibus interrogasse unde esset, et quum se ille Ephesium dixisset, adjecisse, « Trahe me cruribus et in agro Magnesio pone, civibusque tuis annuntia, ut parta victoria me in eo loco sepeliant : Pherecydemque hæc mandasse adjicito. » Hæc ille civibus renuntiavit, qui postridie commisso prælio Magnesios fundunt, victoresque Pherecydem defunctum ibi sepelientes magnifice honorant.

20.

Apud Græcos quoque Eudoxus clarissimus fuit civibusque suis leges conscripsit, ut Hermippus in quarto De septem sapientibus libro refert : scripsit item De astronomia et De geometria et alia quædam digna memoratu opera.

— *Socratici minores* : Alexinus fr. 35; Menedemus fr. 36; Stilpo fr. 37; Antisthenes fr. 38; Menippus fr. 39. — Epicurus fr. 40. — *Aristoteles ejusque schola* : βιβλ. α' Περὶ Ἀριστοτέλους fr. 41. 42; βιβλ. β'. γ'. . Περὶ Ἀριστοτέλους (*quibus in libris de discipulis Ar. agebatur*) : Theophrastus fr. 43-46; Lycon fr. 47; Heraclides fr. 48; Callisthenes fr. 49; Demetrius Phal. fr. 50. — *Stoa* : Chrysippus fr. 51; Persæus fr. 52. — II. ῥητορικῆς. Gorgias fr. 53; Thucydides fr. 54. — α' Περὶ Ἰσοκράτους fr. 55. 56; β' Περὶ Ἰσοκράτους μαθητῶν : Isæus fr. 57. 58; Demosthenes fr. 59-62; Æsion fr. 63. — γ' Περὶ Ἰσοκρ. μαθητῶν : Hyperides fr. 64. 65; Euthias fr. 66-67; Theocritus fr. 68; Theodectes fr. 69; Lacritus fr. 70; Æschines fr. 72.

ΠΕΡΙ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΒΙΒΛ. Α'.

21.

Josephus C. Apion. I, 22 : Αὐτοῦ (τοῦ Πυθαγόρου) μὲν οὖν οὐδὲν ὁμολογεῖται σύγγραμμα, πολλοὶ δὲ τὰ περὶ αὐτὸν ἱστορήκασι, καὶ τούτων ἐπισημότατός ἐστιν Ἕρμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής. Λέγει τοίνυν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Περὶ Πυθαγόρου βιβλίων ὅτι « Πυθαγόρας, ἑνὸς αὐτοῦ τῶν συνουσιαστῶν τελευτήσαντος, τοὔνομα Καλλιφῶντος, τὸ γένος Κροτωνιάτου, τὴν ἐκείνου ψυχὴν ἔλεγε συνδιατρίβειν αὐτῷ καὶ νύκτωρ καὶ καθ' ἡμέραν· καὶ ὅτι παρεκελεύετο μὴ διέρχεσθαι τόπον ἐφ' ὃν ἂν ὄνος ὀκλάσῃ, καὶ τῶν διψίων ὑδάτων ἀπέχεσθαι, καὶ πάσης ἀπέχειν βλασφημίας. » Εἶτα προστίθησι μετὰ ταῦτα καὶ τάδε· « Ταῦτα δ' ἔπραττε καὶ ἔλεγε, τὰς Ἰουδαίων καὶ Θρᾳκῶν δόξας μιμούμενος καὶ μεταφέρων εἰς ἑαυτόν. » Λέγεται γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος πολλὰ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις νομίμων εἰς τὴν αὑτοῦ μετενεγκεῖν φιλοσοφίαν. Cf. fr. 2.

22.

Diogenes L. VIII, 1 : Πυθαγόρας Μνησάρχου δακτυλιογλύφου, ὥς φησιν Ἕρμιππος, Σάμιος ἦ, ὡς Ἀριστόξενος, Τυρρηνὸς ἀπὸ μιᾶς τῶν νήσων ἃς κατέσχον Ἀθηναῖοι Τυρρηνοὺς ἐκβαλόντες. Cf. Menagius ad h. l.

22 a.

Athenæus V, p. 213, F : Καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας τύραννον αὐτὸν ἀναδείξας ὁ φιλόσοφος (Athenio Peripateticus) καὶ τὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἀναδείξας δόγμα περὶ τῆς ἐπιβουλῆς καὶ τί ἠβούλετο αὐτοῖς ἡ φιλοσοφία, ἣν ὁ καλὸς Πυθαγόρας εἰσηγήσατο, καθάπερ ἱστόρησε Θεόπομπος ἐν ὀγδόῃ Φιλιππικῶν καὶ Ἕρμιππος ὁ Καλλιμάχειος.

« Sumpta hæc sunt, exceptis iis, quæ ex Theopompo et Hermippo interserta sunt, ex Posidonii Historiis, quem se deprompturum profitetur Athen. p. 211, E. » Lozinsk. — « Alluditur h. l. ad historiam relatam Diogeni L. in Pythagora VIII, 39. Tradiderunt quidam, affectasse eum philosophum per insidias tyrannidem; Athenionem (is alibi Aristion nominatur; Peripateticæ scholæ sectator et ex servulo Athenarum tyrannus;) illud exemplum Pythagoricorum renovasse atque etiam imitatum esse, haud dubie significare Athenæus voluit. » Casaub.

23.

Diog. VIII, 40 : Ἕρμιππος δέ φησι, πολεμούντων Ἀκραγαντίνων καὶ Συρακοσίων, ἐξελθεῖν τὸν Πυθαγόραν μετὰ τῶν συνήθων καὶ προστῆναι τῶν Ἀκραγαντίνων· τροπῆς δὲ γενομένης περικάμπτοντα αὐτὸν τὴν τῶν κυάμων χώραν ὑπὸ τῶν Συρακοσίων ἀναιρεθῆναι, τούς τε λοιποὺς, ὄντας πρὸς τοὺς πέντε καὶ τριάκοντα, ἐν Τάραντι κατακαυθῆναι, θέλοντας ἀντιπολιτεύεσθαι τοῖς προεστῶσι. Καὶ ἄλλο τι περὶ Πυθαγόρου φησὶν ὁ Ἕρμιππος· [λέγει γὰρ] ὡς γενόμενος ἐν Ἰταλίᾳ κατὰ

DE PYTHAGORA LIB. I.

21.

Ipsum quidem Pythagoram nihil scriptum reliquisse in confesso est, multi tamen de eo retulere, et ex illis celeberrimus est Hermippus, vir circa omnem historiam indagator diligens. Refert utique in primo De Pythagora libro, quod Pythagoras, uno familiarum suorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Crotoniata, illius animam dicebat secum degere die noctuque, et quod præciperet ut non transirent locum ubi asinus lapsus esset, et ab aqua fæculenta se averterent, et ab omni maledicto abstinerent. Deinde post hæc et ista adjicit : « Hæc autem faciebat dicebatque, Judæorum ac Thracum opiniones imitans et sibi vindicans. » Vere enim dicitur quod vir ille multa Judæorum instituta in suam philosophiam transtulit.

22.

Pythagoras Mnesarchi annulorum sculptoris filius, ut Hermippus ait, Samius, sive, ut Aristoxenus tradit, Tyrrhenus ex una insularum quas ejectis Tyrrhenis Athenienses possederunt.

22 a.

Diebus haud multis post tyrannum se ostendit Athenio philosophus et placitum Pythagoreorum de insidiis, quidque ipsis philosophia vellet, quam præclarus Pythagoras, teste Theopompo in Philippicorum libro octavo, et Hermippo Callimachio, introduxit, factis suis comprobavit.

23.

Hermippus ait bello inter Agrigentinos atque Syracusanos exorto Pythagoram exisse cum sociis, Agrigentinis opem laturum; quibus in fugam versis quum agrum fabis consitum vellet circuire, a Syracusanis occisum esse; reliquos vero ad triginta quinque Tarenti fuisse crematos, quum de administranda republica ab iis, penes quos erat summa rerum, dissentirent. Aliud item quiddam de Pythagora Hermippus refert hujusmodi. Ait enim illum, quum in Italiam venisset, subterraneam fecisse domum matrique mandasse quæ acciderent tabulis inscriberet tempusque adnotaret,

γῆς οἰκίσκον ποιήσαι καὶ τῇ μητρὶ ἐντείλαιτο τὰ γινόμενα εἰς δέλτον γράφειν σημειουμένην καὶ τὸν χρόνον, ἔπειτα καθιέναι αὐτῷ ἔστ' ἂν ἀνέλθῃ. Τοῦτο ποιῆσαι τὴν μητέρα. Τὸν δὲ Πυθαγόραν μετὰ χρόνον ἀνελθεῖν ἰσχνὸν καὶ κατεσκελετευμένον· εἰσελθόντα τ' εἰς τὴν ἐκκλησίαν φάσκειν ὡς ἀφῖκται ἐξ ᾅδου· καὶ ὃ δὴ καὶ ἀνεγίνωσκεν αὐτοῖς τὰ συμβεβηκότα. Οἱ δὲ σαινόμενοι τοῖς λεγομένοις ἐδάκρυόν τε καὶ ὤμωζον καὶ ἐπίστευον εἶναι τὸν Πυθαγόραν θεῖόν τινα, ὥστε καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῷ παραδοῦναι, ὡς καὶ μαθησομένας τι τῶν αὐτοῦ· ἃς καὶ Πυθαγορικὰς κληθῆναι. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἕρμιππος. V. Ritter. *Gesch. d. Pythag. Phil.* p. 55 sqq.

ΠΕΡΙ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΒΙΒΛ. Β'.

De Pythagoreis.

24.

Diog. VIII, 10 : Ἀπείχοντο δὲ (οἱ Πυθαγόρειοι) καὶ σοροῦ κυπαρισσίνης διὰ τὸ τοῦ Διὸς σκῆπτρον ἐντεῦθεν πεποιῆσθαι, ὡς φησιν Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ Περὶ Πυθαγόρου. Cf. Iamblich. Vit. Pyth. 155.

25. ΦΙΛΟΛΑΟΣ.

Idem. VIII, 85 : Γέγραφε δὲ (Φιλόλαος) βιβλίον ἕν, ὃ φησιν Ἕρμιππος λέγειν τινὰ τῶν συγγραφέων Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον παραγενόμενον εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον ὠνήσασθαι παρὰ τῶν συγγενῶν τοῦ Φιλολάου ἀργυρίου Ἀλεξανδρινῶν μνῶν τετταράκοντα καὶ ἐντεῦθεν μεταγεγραφέναι τὸν Τίμαιον. Cf. Satyrus ap. Diog. III, 19. VIII, 15; Tzetzes Hist. X, 797. XI, 42; Bœckh. in libro De Philolao; Ritter. l. l. p. 71.

26. ΔΙΟΔΩΡΟΣ.

Athenæus IV, p. 163, E : Ἦν δ' ὁ Διόδωρος οὗτος τὸ μὲν γένος Ἀσπένδιος· Πυθαγορικὸς δὲ δόξας εἶναι, ὑμῶν τῶν κυνικῶν τρόπον ἔζη, κομῶν καὶ ῥυπῶν καὶ ἀνυποδετῶν. Ὅθεν καὶ Πυθαγορικὸν τὸ τῆς κόμης ἔδοξαν εἶναί τινες, ἀπὸ τοῦ Διοδώρου προαχθὲν, ὥς φησιν Ἕρμιππος.

27. ΕΜΠΕΔΟΚΛΗΣ.

Diogenes VIII, 21 : Ἐμπεδοκλῆς, ὥς φησιν Ἱππόβοτος, Μέτωνος ἦν υἱὸς τοῦ Ἐμπεδοκλέους, Ἀκραγαντῖνος. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Τίμαιος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν, ἐπίσημον ἄνδρα γεγονέναι τὸν Ἐμπεδοκλέα τὸν πάππον τοῦ ποιητοῦ. Ἀλλὰ καὶ Ἕρμιππος τὰ αὐτὰ τούτῳ φησίν. « Similiter Eudocia in Violario p. 169 Villois.: Ὁμοίως δὲ Ἡρακλείδης καὶ Ἕρμιππος τὰ αὐτὰ τούτοις λέγουσι. Cf. Suidas v. Ἐμπεδ. et Hesych. » Lozynski.

Idem VIII, 56 : Ἕρμιππος δ' οὐ Παρμενίδου, Ξενοφάνους δὲ γεγονέναι ζηλωτὴν (sc. Ἐμπεδοκλέα), ᾧ καὶ συνδιατρῖψαι καὶ μιμήσασθαι τὴν ἐποποιίαν· ὕστερον δὲ τοῖς Πυθαγορικοῖς ἐντυχεῖν.

Idem VIII, 69 : Ἕρμιππος δέ φησι Πάνθειάν τινα Ἀκραγαντίνην ἀπηλπισμένην ὑπὸ τῶν ἰατρῶν θεραπεῦσαι αὐτὸν καὶ διὰ τοῦτο τὴν θυσίαν ἐπιτελεῖν· τοὺς δὲ κληθέντας εἶναι πρὸς τοὺς ὀγδοήκοντα. Cf. Heraclides ap. Diog. VIII, 67.

28. ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ.

Idem IX, 4, de Heraclito aqua intercute laborante : Ἕρμιππος δέ φησι λέγειν αὐτὸν τοῖς ἰατροῖς εἴ τις δύναται τὰ ἔντερα πιέσας τὸ ὑγρὸν ἐξεραῦσαι· ἀπει-

---

deinde sibi demitteret donec supra terram exiret : id matrem fecisse. Post aliquod tempus ascendisse Pythagoram exsiccatum ac macie confectum, advocataque concione dixisse ex inferis se ascendere; quin etiam recitasse quicquid evenisset. Eos vero iis quæ dicebantur affectos in lacrimas ejulatusque prorupisse, Pythagoramque jam divinum quendam existimantes uxores suas illi in disciplinam tradidisse, ut quippiam ex ejus doctrina addiscerent; easque Pythagoricas vocatas esse. Hæc Hermippus.

DE PYTHAGORA LIB. II.

24.

Abstinebant Pythagorei ab sandapila cupressina, quod inde sceptrum Jovis factum esset, ut Hermippus ait in secundo De Pythagora.

25.

Scripsit Philolaus librum unum, quem Hermippus scriptorem quendam dixisse refert Platonem philosophum, quum in Siciliam ad Dionysium profectus esset, emisse a Philolai consanguineis argenti minis Alexandrinis quadraginta, atque inde transcripsisse Timæum.

26.

Fuit Diodorus hic genere Aspendius, qui quum Pythagoreus vellet videri, Cynicorum more vixit, capillatus et sordidus et discalceatus : unde etiam ipsum hoc, comam alere, Pythagoricum esse nonnulli arbitrati sunt, quum quidem ab Diodoro illo sit introductum, ut ait Hermippus.

27.

Empedocles, ut ait Hippobotus, Metonis filii Empedoclis filius fuit, Agrigentinus. Idem et Timæus refert in decimo quinto Historiarum libro, insignem fuisse virum Empedoclem poetæ avum. Sed et Hermippus eadem cum illo ait.

Hermippus Empedoclem non Parmenidis, verum Xenophanis fuisse imitatorem tradidit, quocum diu versatus cujusque carmina imitatus esset; postmodum autem Pythagoreis congressum esse.

Hermippus Empedoclem, quum Pantheam quandam Agrigentinam desperatam a medicis curasset, hostias ob id litasse : qui vero invitati erant, ad octoginta ferme fuisse.

28.

Hermippus refert Heraclitum medicis dixisse, num posset quispiam pressis intestinis humorem exhaurire; negan-

πόντων δέ, ὑεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν ἥλιον καὶ κελεύειν τοὺς παῖδας βολίτοις καταπλάττειν· οὕτω δὴ κατατεινόμενον δευτεραῖον τελευτῆσαι καὶ ταφῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ. Cf. Dioscor. II, 185; schol. Aristoph. Vesp. 993; M. Antonin. III, 3; Tatian. Or. ad Gr. p. 245 ed. Paris. 1742; Neanthes fr. 11.

29. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.

Diog. IX, 43 : Τελευτῆσαι δὲ τὸν Δημόκριτόν φησιν Ἕρμιππος τοῦτον τὸν τρόπον. Ἤδη ὑπέργηρων ὄντα πρὸς τῷ καταστρέφειν εἶναι. Τὴν οὖν ἀδελφὴν λυπεῖσθαι ὅτι ἐν τῇ τῶν Θεσμοφορίων ἑορτῇ μέλλοι τεθνήξεσθαι καὶ τῇ θεῷ τὸ καθῆκον αὐτὴ οὐ ποιήσειν· τὸν δὲ θαρρεῖν εἰπεῖν καὶ κελεῦσαι αὐτῷ προσφέρειν ἄρτους θερμοὺς δσημέραι. Τούτους δὴ ταῖς ῥισὶ προσφέρων διεκράτησεν αὐτὸν τὴν ἑορτήν· ἐπεὶ δὲ παρῆλθον αἱ ἡμέραι, τρεῖς δ' ἦσαν, ἀλυπότατα τὸν βίον προήκατο, ὥς φησιν Ἵππαρχος, ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιούς. Eadem fere Suidas v. Δημοκρ., et Eudocia p. 135.

30. ΖΗΝΩΝ ΕΛΕΑΤΗΣ.

Idem IX, 27 : Ἕρμιππος δέ φησιν εἰς ὅλμον αὐτὸν βληθῆναι καὶ κατακοπῆναι.

31. ΑΝΑΞΑΓΟΡΑΣ.

Idem II, 13 : Ἕρμιππος δ' ἐν τοῖς Βίοις φησὶν ὅτι καθειρχθη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τεθνηξόμενος. Περικλῆς δὲ παρελθὼν εἶπεν εἴ τι ἔχουσιν ἐγκαλεῖν αὐτῷ κατὰ τὸν βίον· οὐδὲν δὲ εἰπόντων, « Καὶ μὴν ἐγώ, » ἔφη « τούτου μαθητής εἰμι· μὴ οὖν διαβολαῖς ἐπαρθέντες ἀποκτείνητε τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐμοὶ πεισθέντες ἄφετε. » Καὶ ἀφείθη· οὐκ ἐνεγκὼν δὲ τὴν ὕβριν ἑαυτὸν ἐξήγαγεν.

32. ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

Idem II, 38 : Ἀπηνέγκατο μὲν οὖν τὴν γραφὴν ὁ Μέλητος, εἶπε δὲ τὴν δίκην Πολύευκτος, ὡς φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ· συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυκράτης ὁ σοφιστής, ὡς φησιν Ἕρμιππος, ἢ Ἄνυτος, ὡς τινες· προητοίμασε δὲ πάντα Λύκων ὁ ῥήτωρ.

« Lapsum esse Hermippum ipse jam sensit Diogenes. Adstipulatur enim Favorino (ibid.), qui veram esse Polycratis orationem in Socratem negat, propterea quod in ea meminerit murorum, sexto post mortem Socratis anno a Conone instauratorum. — Observavit hoc primus Vales. De critic. lib. I, c. XI, et post hunc Bentl. Diss. de Epist. Socrat. p. 50. Fuit Polycratis oratio in Socratem nonnisi exercitatio sophistica, qualem scripsit pro Clytæmnestra et pro Busiride, uti novimus ex Isocratis oratione Βούσιρις inscripta p. 222 ed. Steph. Facile autem Hermippo evenire potuit, ut, quum illam Polycratis orationem fama tantum cognovisset, legissetve parum attente, dicam pro vera haberet. Quod vitium sagacior et cautior evitavit Favorinus. Ita facillime, et uti rei maxime est consentaneum, illud expedivit Bentleius. Verum Luzacius in Lect. Att. II, 6, p. 129 sqq. et p. 152 sqq. malevolum Peripatetici animum, negligentiam et stuporem in hoc errore castigavit; siquidem eo et Socrates et Polycrates infamati fuerint. — Eodem modo, quo Hermippus, ipsius forte auctoritatem secuti, in errorem inducti sunt Themistius Orat. XXIII, Suid. s. v. Πολυκράτης, Quintil. Inst. Orat. II, 17, 4, vol. I, p. 375 sq., et II, 1, 11, vol. I, p. 426 ed. Spalding. (quem consule), Ælian. Var. Hist. XI, 10 (cf. ibi Perizon.), allegati a Menagio ad h. l. Cf. Voss. De Hist. Gr. I. 15. » Lozynski.

33. ΠΛΑΤΩΝ.

Idem III, 2 : Τελευτᾷ δ', ὡς φησιν Ἕρμιππος, ἐν γάμοις δειπνῶν, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, βιοὺς ἔτος ἓν πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα.

---

tibus autem, se ipsum solis objecisse radiis ac jussisse pueris boum fimo se oblinere; ita vero distentum altero die obiisse sepultumque in foro esse.

29.

Mortuum esse Democritum tradit Hermippus in hunc modum. Quum jam ex senio deficeret et propinquus videretur morti esse, mœrentem sororem, quod in celebritate Thesmophoriorum esset moriturus ipsaque deæ (*Cereri*) vota exsolvere nequiret, bono animo esse jussit, panesque calidos sibi quotidie afferre. Eos igitur naribus quum admovisset, vivum se, dum ea celebritas transiret, servavit: ubi vero dies illi transierunt (tres autem erant) quietissime ac minimo dolore conclusit vitam, ut Hipparchus ait, centesimo et nono ætatis anno.

30.

Hermippus Zenonem Eleaten in mortarium injectum contusumque fuisse ait.

31.

Hermippus in Vitis Anaxagoram in carcerem conjectum ad supplicium tradit: quo facto Pericles prodiit ad populum quæsivitque ecquid haberent in ejus vita quod criminarentur; quum nihil illi respondissent, « Atqui ego, inquit, discipulus istius sum: nolite igitur iniquis calumniis inducti illum perdere, verum mihi illum condonate. » Et absolutus est. Hanc tamen ille injuriam ægre tulit, ac sponte decessit.

32.

Et Meletus quidem apud judices Socratem accusavit; peroravit vero accusationem Polyeuctus, ut ait Favorinus in Omnigena historia: orationem Polycrates sophista scripsit, ut Hermippus refert, sive, ut quidam volunt, Anytus; præparavit autem omnia Lycon orator.

33.

Moritur Plato, ut Hermippus tradit, primo anno centesimæ octavæ Olympiadis, in nuptiis discumbens, octogesimum et primum ætatis agens annum.

« Senio solo confectum obiisse, narrat Seneca Ep. 58; scribentem, Cicero De senect. V, quem sequitur Heinr. Ritter. *Gesch. der Philos.* P. II, p. 159. Sunt qui eum morbo pediculari, eodem quo Pherecydes, mortuum dicant. Diog. L. III, 40. Cf. Brucker. Hist. crit. Phil. vol. I. p. 653. Stanleius Hist. Ph. P. IV, cap. XII. Ex Senecæ supra laudati verbis « natali suo decessit, annum unum et octogesimum implevit sine ulla deductione, » suspicatur Clinton. in Fast. Hellen. anno 347, Hermippi verba aut corrupta aut male reddita esse a Diogene pro ἐν γενεθλίοις δειπνῶν. Sed nihil potest decerni. Simile fertur Theophrasti fatum; quum enim in nuptiis discipulorum cujusdam quandam sibi indulgeret otii veniam, ea mortis ipsius fuit occasio. Suid. s. v. Θεόφρ. Mortem oppetiit Plato Theophilo archonte, uti refert Apollodorus in Chronicis (ap. Diog. L. V, 9), cum Hermippo consentiens : τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ Θεοφίλου. Non alterius fide et opera, quam Hermippi Smyrnæi usum esse Apollodorum, contendit Menag. ad nostrum Laertii locum; sed fortasse uterque alius antiquioris scriptoris, nescio an non Demetrii Phal., nititur auctoritate. Quodsi Hermippum et Apollodorum sequamur, natus est Plato Ol. LXXXVIII, 1; a. C. 429. Sed refragantur aliorum testimonia, annum quidem, quo natus sit Plato, haud constituentium, sed variantium numerum, quot vixerit, annorum. Athenæus V, p. 217, eum duo et octoginta annos vixisse asserit; itidem Valer. Max. VIII, 7; secundum quos natus est Ol. LXXXVII, 4, et quidem 21 vel 22 Maii. Vid. Ideler *Handb. der Chronolog.* I, p. 336 sq.; Clinton. Fasti Hellen. s. a. 429. Restat denique Neanthes, qui unus dicit, Platonem τεττάρων καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἐτῶν : igitur natum Ol. LXXXVII, 1; 432 a. C., cujus auctoritati, observatione nisus Marquardi Gudii, tantum tribuit Menagius l. l., ut ejus testimonium unice verum existimet. » Lozynski.

34. ΑΡΚΕΣΙΛΑΣ.

Diog. IV, 44 : Ἐτελεύτησε δὲ (Ἀρκεσιλᾶς), ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἄκρατον ἐμφορηθεὶς πολὺν καὶ παροξύας, ἤδη γεγονὼς ἐτῶν πέμπτον καὶ ἑβδομηκοστόν, ἀποδεχθεὶς πρὸς Ἀθηναίων ὡς οὐδείς.

Ex Diogene sua Suidas v. Ἀρκεσιλ. — « Αἰσχρολογίας argumentum in hac Hermippi narratione invenisse sibi visus est Luzac. Lect. Att. II, 19, p. 207, et ab Hermippo æque profecta arbitratur, quæ apud Laertium l. l. de luxuria Arcesilai, de ejus consuetudine cum scortis Eliensibus reperiuntur, tum quod fuerit φιλομειράκιός τις καὶ καταφερής, ut eum ex Aristonis Chii schola Stoici dixerint φθορέα τῶν νέων καὶ κιναιδολόγον. Incidit Arcesilai mors in Ol. 84, 4. » Lozynski.

35. ΑΛΕΞΙΝΟΣ.

Idem II, 109 : Φησὶ δ' Ἕρμιππος περὶ αὐτοῦ (Ἀλεξίνου) ὡς ἄρα ἀπελθὼν ἐκ τῆς Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν αὐτόθι φιλοσοφοίη. Τῶν δὲ μαθητῶν αὐτοῦ πυνθανομένων διὰ τί τῇδε κατοικεῖ, φάναι βούλεσθαι αἵρεσιν συστήσασθαι ἣν Ὀλυμπικὴν κληθήσεσθαι. Τοὺς δὲ καὶ τοῖς ἐφοδίοις θλιβομένους καὶ τὸ χωρίον νοσερὸν καταγνόντας ἀπελθεῖν, καὶ τοῦ λοιποῦ διατρίβειν ἔρημον τὸν Ἀλεξῖνον σὺν οἰκέτῃ μόνῳ· ἔπειτα μέντοι νηχόμενον ἐν τῷ Ἀλφειῷ νυχθῆναι καλάμῳ καὶ οὕτω τελευτῆσαι.

36. ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ.

Idem II, 141 : Ἠγάπα δὲ αὐτὸν καὶ Ἀντίγονος καὶ μαθητὴν ἀνεκήρυττεν αὑτόν. Καὶ ἡνίκα ἐνίκα τοὺς βαρβάρους περὶ Λυσιμαχίαν, γράφει ψήφισμα αὐτῷ Μενέδημος ἁπλοῦν τε καὶ ἀκόλακον, οὗ ἡ ἀρχή· « Οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ πρόβουλοι εἶπον. Ἐπειδὴ βασιλεὺς Ἀντίγονος μάχῃ νικήσας τοὺς βαρβάρους παραγίνεται εἰς τὴν ἰδίαν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα πράσσει κατὰ γνώμην· ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. » Διὰ ταῦτα δὴ καὶ τὴν ἄλλην φιλίαν ὑποπτευθεὶς προδιδόναι τὴν πόλιν αὐτῷ, διαβάλλοντος Ἀριστοδήμου ὑπεξῆλθε· καὶ διέτριβεν ἐν Ὠρωπῷ ἐν τῷ τοῦ Ἀμφιάρεω ἱερῷ· ἔνθα χρυσῶν πο-

---

34.

Obiit Arcesilas, ut Hermippus ait, quum merum immodice hausisset ac delirasset, septuagesimo et quinto ætatis anno, acceptus Atheniensibus ut nemo alius.

35.

Alexinum ait Hermippus ex Elide Olympiam profectum ibique philosophatum. Discipulis autem rogantibus cur illic moraretur, dixisse velle se sectam instituere quam Olympicam vocaret. Illos vero, quum rerum necessariarum penuria et præterea insalubri loco affligerentur, ab eo recessisse, jamque Alexinum solum ac desertum uno tantum famulo comite ibi remoratum. Postea dum natare in Alpheo flumine arundinis cuspide læsum vita excessisse.

36.

Erat Menedemi in primis studiosus Antigonus, seque ipsius discipulum esse prædicabat. Et quum barbaros fudisset circa Lysimachiam, decretum ei scripsit simplex atque ab assentatione alienum, cujus initium est : « Prætores et probuli dixerunt : Quoniam Antigonus rex prælio domitis barbaris advenit in regnum, eique prospere cuncta succedunt, visum est senatui ac plebi. » Horum igitur gratia et præterea propter summam cum illo amicitiam, quod illi civitatem proderet suspectus habitus, insimulante Aristodemo, clam exiit atque Oropi moratus est in Amphiarai delubro. Ibi quum periissent aurei calices, ut Hermippus ait, communi Bœotorum decreto loco migrare jussus est.

τηρίων ἀπολομένων, καθά φησιν Ἕρμιππος, δόγματι κοινῷ τῶν Βοιωτῶν ἐκελεύσθη μετελθεῖν. Ἐντεῦθεν ἀθυμήσας λαθραίως παρεισδὺς εἰς τὴν πατρίδα καὶ τήν τε γυναῖκα καὶ τὰς θυγατέρας παραλαβών, πρὸς Ἀντίγονον ἐλθὼν ἀθυμίᾳ τὸν βίον κατέστρεψε. Aliter de his Heraclides Lembus ap. Diog. II, 143.

37. ΣΤΙΛΠΩΝ.

Diog. II, 120 : Γηραιὸν δὲ (Στίλπωνα) τελευτῆσαί φησιν Ἕρμιππος, οἶνον προσενεγκάμενον ὅπως θᾶττον ἀποθάνῃ. Cf. Cicero De fato c. 5.

Suidas : Φιλίσκος Αἰγινήτης, ὁ διδάξας γράμματα Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα· αὐτὸς δ' ἀκουστὴς ἦν τοῦ κυνὸς Διογένους, κατὰ δ' Ἕρμιππον, Στίλπωνος. Locum hunc omisit Lozynski.

38. ΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ.

Idem VI, 2 : Φησὶ δ' Ἕρμιππος ὅτι προείλετο (Ἀντισθένης) ἐν τῇ τῶν Ἰσθμίων πανηγύρει ψέξαι τε καὶ ἐπαινέσαι Ἀθηναίους, Θηβαίους, Λακεδαιμονίους· εἶτα μέντοι παραιτήσασθαι ἰδόντα πλείους ἐκ τῶν πόλεων ἀφιγμένους.

39. ΜΕΝΙΠΠΟΣ.

Idem VI, 99 : Φησὶ δ' Ἕρμιππος ἡμεροδανειστὴν αὐτὸν (τὸν Μένιππον) γεγονέναι καὶ καλεῖσθαι· καὶ γὰρ ναυτικῷ τόκῳ δανείζειν καὶ ἐξενεχυριάζειν, ὥστε πάμπλειστα χρήματα ἀθροίζειν· τέλος δ' ἐπιβουλευθέντα πάντων στερηθῆναι καὶ ὑπ' ἀθυμίας βρόχῳ τὸν βίον μεταλλάξαι.

40. ΕΠΙΚΟΥΡΟΣ.

Idem X, 2 : Φησὶ δ' Ἕρμιππος γραμματοδιδάσκαλον αὐτὸν (Epicurum) γεγενῆσθαι, ἔπειτα μέντοι περιτυχόντα τοῖς Δημοκρίτου βιβλίοις ἐπὶ φιλοσοφίαν ἆξαι· διὸ καὶ τὸν Τίμωνα φάσκειν περὶ αὐτοῦ·

Ὕστατος αὖ φυσικῶν καὶ κύντατος ἐκ Σάμου ἐλθὼν
γραμματοδιδασκαλίδης ἀναγωγότατος ζωόντων.

De Epicuro fontibus Democriti hortulos suos irrigante cf. Cicero De nat. deor. I, 43, et I, 26.

Idem X, 15 : Τελευτῆσαι δ' αὐτὸν λίθῳ τῶν οὔρων ἐπισχεθέντων, ὡς φησι καὶ Ἕρμαρχος ἐν Ἐπιστολαῖς, ἡμέρας νοσήσαντα τεσσαρεσκαίδεκα. Ὅτι καί φησιν Ἕρμιππος ἐμβάντα αὐτὸν εἰς πύελον χαλκῆν κεκραμένην ὕδατι θερμῷ καὶ αἰτήσαντα ἄκρατον ροφῆσαι· τοῖς τε φίλοις παραγγείλαντα τῶν δογμάτων μεμνῆσθαι, οὕτω τελευτῆσαι. Hunc locum a Lozynskio omissum indicavit Prellerus.

ΠΕΡΙ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΒΙΒΛ. Α'.

41.

Idem V, 1 : Ἀριστοτέλης Νικομάχου καὶ Φαιστιάδος Σταγειρίτης. Ὁ δὲ Νικόμαχος ἦν ἀπὸ Νικομάχου τοῦ Μαχάονος τοῦ Ἀσκληπιοῦ, καθά φησιν Ἕρμιππος ἐν τῷ Περὶ Ἀριστοτέλους.

Idem V, 2 : Φησὶ δὲ καὶ Ἕρμιππος ἐν τοῖς Βίοις ὅτι πρεσβεύοντος αὐτοῦ πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ Ἀθηναίων σχολάρχης ἐγένετο τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ σχολῆς Ξενοκράτης· ἐλθόντα δὴ αὐτὸν καὶ θεασάμενον ὑπ' ἄλλῳ τὴν σχολήν, ἐλέσθαι περίπατον τὸν ἐν Λυκείῳ καὶ μέχρι μὲν ἀλείμματος ἀνακάμπτοντα τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν· ὅθεν περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι.

Inde profectus mœrens et patriam clanculum ingressus, abductis secum uxore ac filiabus, se ad Antigonum contulit, ibique mœrore absumptus est.

37.

Stilponem senem obiisse Hermippus testis est, hausto prius vino, ut citius moreretur.

38.

Hermippus ait Antisthenem in celebritate Isthmiorum et vituperare et laudibus efferre voluisse Athenienses, Thebanos, Lacedæmonios; deinde id devitasse, conspecto plurimos ex istis civitatibus confluxisse.

39.

Refert Hermippus Menippum pecuniam in diem fœnerari solitum fuisse, atque hinc fœneratorem nominatum esse : etenim fœnus nauticum exercuisse et cepisse pignora, unde maximas opes coegisse : tandem dolo omnibus esse exspoliatum ac præ mœrore vitam laqueo finivisse.

40.

Grammaticam Epicurum docuisse primum ac demum lectis Democriti libris philosophiæ dedisse operam Hermippus auctor est; atque ob id Timonem de illo dicere :

Ultimus ex physicis et pessimu', cui Samus altrix,
grammaticæ doctor, hominumque rudissimu' longe.

Obiisse Epicurum calculo urinæ exitum impediente Hermarchus in Epistolis ait, morbo quattuordecim diebus fatigatum. Quo etiam tempore tradit Hermippus descendisse illum in pelvim æream aquis calentibus plenam petiisseque merum sibi ad sorbendum dari, atque hortatum amicos ut ipsius decretorum memores essent, ita defecisse.

DE ARISTOTELE, LIB. I.

41.

Aristoteles, Nicomachi Phæstiadisque filius, Stagirites fuit. Porro Nicomachus a Nicomacho Machaonis filio Æsculapiique nepote originem duxit, ut Hermippus in eo libro quem de Aristotele scripsit, tradit.

Refert Hermippus in Vitis, quum Atheniensium legatus ad Philippum proficisceretur Aristoteles, Academicæ scholæ præfectum fuisse Xenocratem : quum vero reversus esset scholamque sub alio vidisset, elegisse in Lyceo peripatum (*ambulacrum*), illicque usque ad unctionem deambulando cum discipulis philosophari solitum, atque inde Peripateticum appellatum esse.

42.

Athenæus XIII, p. 589, C : Ἀριστοτέλης δ' ὁ Σταγειρίτης οὐκ ἐξ Ἑρπυλλίδος τῆς ἑταίρας ἐπαιδοποίησε Νικόμαχον, καὶ συνῆν ταύτῃ μέχρι θανάτου; ὥς φησιν Ἕρμιππος ἐν τῷ Περὶ Ἀριστοτέλους πρώτῳ, ἐπιμελείας φάσκων τῆς θεούσης τετυχηκέναι ἐν ταῖς τοῦ φιλοσόφου διαθήκαις.

Idem XV, p. 696, F : Παιὰν δ' ἐστὶ καὶ ὁ εἰς Κράτερον τὸν Μακεδόνα γραφείς, ὃν ἐτεκτήνατο Ἀλεξῖνος ὁ διαλεκτικός, ὥς φησιν Ἕρμιππος ὁ Καλλιμάχειος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Ἀριστοτέλους· ᾄδεται δὲ καὶ οὗτος ἐν Δελφοῖς, λυρίζοντός γέ τινος παιδός. Ansam hujus rei memorandæ dedit Aristotelis in Hermiam pæan notissimus, monente Lozynskio. Cf. Athenæus XV, p. 701, C.

ΠΕΡΙ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΒΙΒΛ. Β'. (Γ'...)

(*De discipulis Aristotelis.*)

43. ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

Athenæus I, p. 21, A : Ἕρμιππος δέ φησι Θεόφραστον παραγίνεσθαι εἰς τὸν περίπατον καθ' ὥραν λαμπρὸν καὶ ἐξησκημένον, εἶτα καθίσαντα διατίθεσθαι τὸν λόγον, οὐδεμιᾶς ἀπεχόμενον κινήσεως οὐδὲ σχήματος ἑνός· καί ποτε, ὀψοφάγον μιμούμενον, ἐξείραντα τὴν γλῶσσαν περιλείχειν τὰ χείλη.

44.

Diogenes V, 41 : Φαβωρῖνος δέ φησι γηράσαντα αὐτὸν (τὸν Θεόφραστον) ἐν φορείῳ περιφέρεσθαι· καὶ τοῦτο λέγειν Ἕρμιππον, παρατιθέμενον ἱστορεῖν Ἀρκεσίλαον τὸν Πιταναῖον ἐν οἷς ἔφασκε πρὸς Λακύδην τὸν Κυρηναῖον.

45.

Idem II, 55 : Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ὅτι ἐγκώμια καὶ ἐπιτάφιον Γρύλλου μυρίοι ὅσοι συνέγραψαν, τὸ μέρος καὶ τῷ πατρὶ χαριζόμενοι· ἀλλὰ καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ Περὶ Θεοφράστου καὶ Ἰσοκράτην φησὶ Γρύλλου ἐγκώμιον γεγραφέναι.

46.

Athenæus VI, p. 252, C : Ἀττάλου δὲ τοῦ βασιλέως ἐγένετο κόλαξ καὶ διδάσκαλος Λυσίμαχος, ὃν Καλλίμαχος μὲν Θεοδώρειον ἀναγράφει, Ἕρμιππος δ' ἐν τοῖς Θεοφράστου μαθηταῖς καταλέγει. Callimachi mentio ex ipso fluxerit Hermippo. Nam dubium vix est quin recte statuat Prellerus, Hermippum hoc maxime egisse, ut ea quæ Callimachus magister in opere Περὶ τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν, paucis annotaverat, exponeret fusius, et quæ minus recte posita erant, definiret accuratius. Ceterum de Lysimacho cf. quæ monui in introduct. ad fragm. Neanthis.

47. ΛΥΚΩΝ.

Diogenes V, 67 : Ἦν δὲ καὶ καθαρώτατος τὴν στολὴν (ὁ Λύκων), ὡς ἀνυπερβλήτῳ χρῆσθαι μαλακότητι ἱματίων, καθά φησιν Ἕρμιππος. Cf. Antigonus Caryst. ap. Athen. XII, p. 547, A, D; 548, B; Cicero Tusc. III, 32; De fin. V, 5.

48. ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ Ο ΠΟΝΤΙΚΟΣ.

Idem V, 91 : Ἕρμιππος δὲ λιμοῦ κατασχόντος τὴν χώραν φησὶν αἰτεῖν τοὺς Ἡρακλεώτας τὴν Πυθίαν λύσιν· τὸν δὲ Ἡρακλείδην διαφθεῖραι χρήμασι τούς τε θεωροὺς καὶ τὴν προειρημένην, ὥστ' ἀνειπεῖν ἀπαλλαγήσεσθαι τοῦ κακοῦ, εἰ ζῶν μὲν Ἡρακλείδης ὁ Εὐθύ-

---

42.

Aristoteles Stagirita nonne ex Herpyllide meretrice genuit Nicomachum, cum eaque ad mortem usque cohabitavit? Ita enim Hermippus libro primo De Aristotele tradit, aiens philosophum in testamento suo curam, quam par erat, hujus mulieris habuisse.

Est etiam pæan carmen illud quod in Craterum Macedonem scriptum est, auctore Alexino dialectico, ut ait Hermippus Callimachius, primo libro De Aristotele.

DE ARISTOTELE, LIB. II. (III...)

43.

Hermippus ait Theophrastum in Peripato adesse ad horam solitum nitido et exquisito corporis cultu; quumque adsedisset, orationem ita peregisse, ut ne ullo quidem corporis motu, nec ulla gesticulatione abstineret. Itaque catillonem quum aliquando imitaretur, exserta lingua circumlinxisse labia.

44.

Refert Favorinus Theophrastum jam senem lectica circumferri solitum: idque dicere Hermippum, eumque id ex Arcesilai Pitanæi Historia sumpsisse inter ea verba quæ ad Lacydem Cyrenensem habuit.

45.

Refert Aristoteles Grylli encomia et epitaphia innumeros scripsisse, partem laudum patri gratificantes. Isocratem quoque Grylli encomium conscripsisse Hermippus testis est quo loco de Theophrasto dicit.

46.

Attali regis assentator et magister fuit Lysimachus, quem Callimachus Theodoreum in tabulis suis scribit, Hermippus vero inter Theophrasti discipulos recenset.

47.

Erat Lyco mundissimus cultu, adeo ut vestium incredibili mollitie ac nitore uteretur, ut Hermippus refert.

48.

Hermippus Heracleotas tradit, quum fames vastaret regionem, liberationem mali ex Pythia quæsisse. Porro Heraclidem et theoros et quam memoravimus Pythiam corrupisse pecuniis, ut dicerent tum demum eos levatum iri

ρῶνος χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθείη πρὸς αὐτῶν, ἀποθανὼν δὲ ὡς ἥρως τιμῷτο. Ἐκομίσθη ὁ ὄῆθεν χρησμὸς καὶ οὐδὲν ὤναντο οἱ πλάσαντες αὐτόν· αὐτίκα γὰρ ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανούμενος ὁ Ἡρακλείδης ἀπόπληκτος ἐγένετο, οἵ τε θεωροὶ καταλευσθέντες διεφθάρησαν· ἀλλὰ καὶ ἡ Πυθία τὴν αὐτὴν ὥραν κατιοῦσα ἐς τὸ ἄδυτον καὶ ἐπιστᾶσα ἑνὶ τῶν ὁρακόντων δηχθεῖσα παραχρῆμα ἀπέπνευσε. Καὶ τὰ μὲν περὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ τοσαῦτα.

49. ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΗΣ.

Plutarch. Alex. c. 53, 2 : Λέγεται δέ ποτε πολλῶν παρακεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐπαινέσαι κελευσθεὶς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου Μακεδόνας ὁ Καλλισθένης οὕτως εὐροῆσαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, ὥστε ἀνισταμένους χροτεῖν καὶ βάλλειν τοὺς στεφάνους ἐπ' αὐτόν· εἰπεῖν οὖν τὸν Ἀλέξανδρον, ὅτι, κατ' Εὐριπίδην, τὸν λαβόντα τῶν λόγων

καλὰς ἀφορμὰς οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν.

« Ἀλλ' ἔνδειξαι, φάναι, τὴν αὑτοῦ δύναμιν ἡμῖν κατηγορήσας Μακεδόνων, ἵνα καὶ βελτίους γένωνται μαθόντες ἃ πλημμελοῦσιν. » Οὕτω δὴ τὸν ἄνδρα πρὸς τὴν παλινῳδίαν τραπόμενον πολλὰ παρρησιάσασθαι κατὰ τῶν Μακεδόνων καὶ τὴν Ἑλληνικὴν στάσιν αἰτίαν ἀποφήναντα τῆς γενομένης περὶ Φίλιππον αὐξήσεως καὶ δυνάμεως εἰπεῖν·

Ἐν δὲ δισχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔλαχε τιμῆς·

ἐφ' ᾧ πικρὸν καὶ βαρὺ ἐγγενέσθαι μῖσος τοῖς Μακεδόσι, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἰπεῖν, ὡς οὐ τῆς δεινότητος ὁ Καλλισθένης, ἀλλὰ τῆς δυσμενείας Μακεδόσιν ἀπόδειξιν δέδωκε. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ἕρμιππός φησι τὸν ἀναγνώστην τοῦ Καλλισθένους Στρεβῶνον Ἀριστοτέλει διηγεῖσθαι, τὸν δὲ Καλλισθένην συνέντα τὴν ἀλλοτριότητα τοῦ βασιλέως δὶς ἢ τρὶς ἀπιόντα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν·

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

« Uti ex Luzacii disputatione colligere licet (Lect. Att. II, 14, p. 188 sq.), hoc ex Callisthenis Vita fragmentum jam inde a cap. 52 initium capit, siquidem verba : ἰδίαν τινὰ πορευόμενον ἐξ ἀρχῆς ὁδὸν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ δόξαν εἰληφότα ὑπεροψίας καὶ ὀλιγωρίας τῶν συνήθων, quæ sunt in init. capitis, allegata, ut livorem Callisthenis in Anaxarchum denotarent, ex Hermippi mente emanasse Luzacio videntur. Non nego, sed orationis habitu eos mihi tantum fines descriptos existimavi, quos secutus sum in delibandis ex Plutarcho verbis. » Lozynski. Plura dedimus in Introduct. ad fr. Callisth. p. 3 sqq.

50. ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ Ο ΦΑΛΗΡΕΥΣ.

Diogenes V, 78 : Φησὶ δ' αὐτὸν Ἕρμιππος μετὰ τὸν Κασάνδρου θάνατον φοβηθέντα Ἀντίγονον παρὰ Πτολεμαῖον ἐλθεῖν τὸν Σωτῆρα· κἀκεῖ χρόνον ἱκανὸν διατρίβοντα συμβουλεύειν τῷ Πτολεμαίῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὴν βασιλείαν τοῖς ἐξ Εὐρυδίκης περιθεῖναι παισί. Τοῦ δὲ οὐ πεισθέντος, ἀλλὰ παραδόντος τὸ διάδημα τῷ ἐκ Βερενίκης, μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἀξιωθῆναι πρὸς τούτου παραφυλάττεσθαι ἐν τῇ χώρᾳ μέχρι τι δόξει περὶ αὐτοῦ. Ἐνταῦθα ἀθυμότερον διῆγε· καί πως ὑπνώττων ὑπ' ἀσπίδος τὴν χεῖρα δηχθεὶς τὸν βίον μεθῆκε. Καὶ θάπτεται ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ πλησίον Διοσπόλεως.

---

incommodis, si et vivum Heraclidem Euthyphronis filium aurea corona honorarent et vita functum ut heroem venerarentur. At ubi istud scilicet oraculum allatum esset, nihil eos qui hanc scenam finxerant, inde esse lucratos. Continuo enim coronatum in theatro Heraclidem tactum apoplexia esse, theoros vero lapidibus obrutos interiisse, Pythiamque ea ipsa hora quum ascendisset in adytum, draconis morsu continuo efflasse animam. Atque ista quidem de ipsius morte.

49.

Traditum est literis, quondam frequenti in convivio jussum inter pocula Macedonum laudes dicere Callisthenem, tanta facundia de proposita re disseruisse, ut assurrexerint, plausumque dato serta in eum conjecerint. Alexandrum vero dixisse : Recte ab Euripide pronuntiatum,

Quum disserendi pulchra datur occasio,
non est magni laboris res, bene dicere :

quin potius ostentandæ facundiæ caussa vituperaret Macedones, ut, vitiorum suorum moniti, ea emendarent. Ibi eum retractantem, quæ prius dixisset, multa libere in Macedones locutum, Græcorumque dissidia caussam fuisse incrementorum et potentiæ Philippi pronuntiasset, addito carmine,

Pessimus ad summos etiam conscendit honores,
quum res dissidiis et seditione laborant.

Eo dicto ingentia Macedonum in se odia concitasse fertur, et Alexandrum dixisse : Non facundiæ Callisthenes, sed malevolentiæ suæ documentum Macedonibus præbuit. Hæc Strœbum Callisthenis anagnostam Aristoteli narrasse Hermippus ait, additque Callisthenem, quum animum regis a se abalienatum sentiret, discedentem ei bis terve dixisse,

Te quoque Patroclus præstantior occidit olim.

50.

Hermippus Demetrium Phalereum tradit post Casandri necem Antigoni metu se ad Ptolemæum Soterem contulisse, multumque illic temporis moratum inter cetera suasisse regi ut filiis quos ex Eurydice susceperat, impertiretur regnum. Illo non obtemperante, sed ei quem ex Berenice genuerat diadema tradente, ab hoc ipso post patris mortem fuisse asservatum in provincia, quoad aliquid de illo statuisset. Hic ille mœstior vixit : et dum dormit ab aspide manum morsus ex vita migravit : sepultusque est in Busirite nomo prope Diospolin.

« Examinarunt hæc Jul. Cæs. Scaliger ad Chron. Euseb. an. MDCCIX, Henr. Dodwell. Dissert. de Dicæarcho p. 51 sqq., Voss. De Histor. Gr. I, 12 (qui Hermippum Berytium hanc Demetrii scripsisse Vitam perversissime statuit); Humpredus Hodius Dissert. de LXX interprett. c. hist. Aristeæ, cap. 3. p. 46 sqq., Serarii, Gretseri, Usserii aliorumque sententias simul castigans; Wesseling. ad Diodor. Sicul. XX, 45, vol. II, p. 439 not. 96; Interpretes Diogenis Laertii et denique Ludov. Casp. Valckenarius in Diatribe de Aristobulo Judæo § XVIII, p. 52 sqq. ed. Luzac. — Plerique huic Hermippi narrationi errorem subesse arbitrati sunt. Scaliger plures adeo errores invenisse sibi visus est, quam quos in Hermippi verbis conspici liceat. Verum testem esse Hermippum integrum, utpote Demetrii Phalerei temporibus proximum, recte observavit Valckenarius l. l. Quæ enim de morte Demetrii deque mortis caussa et tempore tradidit, omnibus ejus temporis Alexandrinis nota fuisse suspicari licet; eadem autem, quæ sine dubio vera sunt, Hermippus tradidit. Sed falsus esse facile potuit in caussa aperiunda, propter quam Demetrius a regia remotus fuerit. Quia enim hac de re, aulicis tantum nota, nonnisi incerti rumores ferebantur, facile in errorem abduci potuit. Sed vide ipsum Valckenarium l. l., qui Scaligerum doctissime refutat. » Lozynski.

51. ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ.

Diog. VII, 184 : Τοῦτον ἐν τῷ Ὠδείῳ σχολάζοντά φησιν Ἕρμιππος ἐπὶ θυσίαν ὑπὸ τῶν μαθητῶν κληθῆναι· ἔνθα προσενεγκάμενον γλυκὺν ἄκρατον καὶ ἰλιγγιάσαντα πεμπταῖον ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων, τρία· καὶ ἑβδομήκοντα βιώσαντ' ἔτη, κατὰ τὴν τρίτην καὶ τεταρακοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς. Eadem Suidas v. Χρυσ. et Eudoc. p. 437.

52. ΠΕΡΣΑΙΟΣ.

Athenæus IV, p. 162, C, de Persæo Cittiensi : Φιλόσοφος, ὃς περὶ ταῦτα τὴν διάνοιαν ἀεὶ στρέφων, πιστευθείς, ὡς φησιν Ἕρμιππος, ὑπ' Ἀντιγόνου τὸν Ἀκροκόρινθον, κωθωνιζόμενος ἐξέπεσεν καὶ αὐτῆς τῆς Κορίνθου, καταστρατηγηθεὶς ὑπὸ τοῦ Σικυωνίου Ἀράτου.

Περὶ ταῦτα] sc. circa ea de quibus in Συμποτικοῖς διαλόγοις Persæi sermo erat.

RHETORES.

53. ΓΟΡΓΙΑΣ.

Athenæus XI, p. 505, D : Λέγεται δὲ ὡς καὶ ὁ Γοργίας αὐτὸς, ἀναγνοὺς τὸν ὁμώνυμον αὑτῷ διάλογον, πρὸς τοὺς συνήθεις ἔφη, Ὡς καλῶς οἶδε Πλάτων ἰαμβίζειν. Ἕρμιππος δὲ ἐν τῷ Περὶ Γοργίου· « Ὡς ἐπεδήμησε (φησὶ) ταῖς Ἀθήναις Γοργίας μετὰ τὸ ποιήσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς ἐν Δελφοῖς ἑαυτοῦ χρυσῆς εἰκόνος, εἰπόντος τοῦ Πλάτωνος, ὅτε εἶδεν αὐτὸν, Ἧκει ἡμῖν ὁ καλός τε καὶ χρυσοῦς Γοργίας· ἔφη ὁ Γοργίας, Ἢ καλόν γε αἱ Ἀθῆναι καὶ νέον τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐνηνόχασιν. »

54. ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ.

Marcellinus Vit. Thuc. § 29 : Ὁ δὲ Ἕρμιππος καὶ ἀπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν αὐτὸν λέγει τῶν τυράννων ἔλκειν τὸ γένος, διὸ καὶ διαφθονῶν αὐτόν φησιν ἐν τῇ συγγραφῇ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, λέγοντα ὡς οὐκ ἐγένοντο τυραννοφόνοι· οὐ γὰρ ἐφόνευσαν τὸν τύραννον, ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν τοῦ τυράννου Ἵππαρχον. Cum Hermippo facit schol. Thuc. I, 20. Cf. Krüger. *Lcb. d. Thuc.* p. 4. Apud eundem Marcellinum § 46 Ἕρμιππον pro Κράτιππον restituendum putat Meierus De Andoc. or. c. Alcib. VI, 13, p. 62. Vide not. ad fr. Cratippi tom. II, p. 78.

51.

Chrysippum in Odeo philosophantem Hermippus ait a discipulis ad sacrificium vocatum fuisse, ibique quum oblatum dulce merum hausisset, vertigine fatigari cœpisse atque ita quinto die defunctum esse, quum septuaginta et tres vixisset annos, Olympiade, ut ait Apollodorus in Chronicis, centesima quadragesima tertia.

52.

Persæus philosophus, qui hisce rebus unice animo occupabatur, quum ei ab Antigono, ut narrat Hermippus, credita esset arx Corinthi, compotationibus dans operam, et arce et urbe excidit, Arati Sicyonii artibus deceptus.

53.

Narrant ipsum etiam Gorgiam, postquam legisset cognominem sibi dialogum, dixisse ad familiares, *Quam pulchre iambis uti novit Plato!* Hermippus vero, in libro De Gorgia, scribit : « Quum Athenas reversus esset Gorgias, postquam auream suam statuam Delphis positam dedicasset, Platone ubi primum in conspectum venit dicente, *ecce nobis pulchrum aureumque Gorgiam!* Gorgias ait : *Profecto pulchrum hunc quoque novum Archilochum tulerunt Athenæ!* »

54.

Hermippus et ab ipsis tyrannis Pisistratidis genus Thucydidem trahere dicit; quare etiam illum in sua Historia de Harmodio et Aristogitone invidiose loqui, et tyrannum ab iis cæsum fuisse negare : nec enim, ut inquit ille, tyrannum, sed Hipparchum tyranni fratrem, interfecerunt.

ΒΙΒΛ. Α'. ΠΕΡΙ ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ.

55.

Athenæus XIII, p. 592, D : Γραπτέον Ναΐς, καὶ οὐ Λαΐς. Ἕρμιππος δ' ἐν τῷ Περὶ Ἰσοκράτους προβαίνοντά φησι τῇ ἡλικίᾳ τὸν Ἰσοκράτη ἀναλαβεῖν Λαγίσκαν τὴν ἑταίραν εἰς τὴν οἰκίαν, ἐξ ἧς καὶ γενέσθαι αὐτῷ θυγάτριον. Μνημονεύει δ' αὐτῆς Στράττις. Cf. Harpocrat. v. Λαγίσκα ; Vit. Isocr. p. 256 ed. Westerm.

56.

Argum. ad Isocrat. or. ad Philippum : Ἔγραψε δ' ὁ Ἰσοκράτης τὸν λόγον γέρων ὤν, μικρὸν πρὸ τῆς ἑαυτοῦ καὶ Φιλίππου τελευτῆς, ὥς φησιν Ἕρμιππος.

« Testatur idem etiam Cicero Orat. 52, 176 : *Quin etiam se ipse tantum, quantum ætate procedebat, ... relaxarat a nimia necessitudine numerorum; quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem scripsit, quum jam admodum esset senex.* Cf. Fabricius Bibl. Gr. vol. II, p. 785 Harl. — Scripta est oratio Πρὸς Φίλιππον ante belli Phocici finem Ol. 108, 3, a. C. 346. Vid. Clinton. Fasti Hellen. s. h. anno ibique Krüger. Mortem obiit Isocrates Ol. 110, 3, a. C. 338; cf. Dionys. Halic. p. 537; Plutarch. Vit. X oratt. p. 837; Cicero De sen. 5. Philippus autem, Macedoniæ rex, occiditur Ol. 111. 1, a. C. 336. » Lozynski.

ΒΙΒΛ. Β'. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΜΑΘΗΤΩΝ.

57. ΙΣΑΙΟΣ.

Harpocratio : Ἰσαῖος, εἷς μέν ἐστι τῶν ι' ῥητόρων οὗτος, μαθητὴς δὲ Ἰσοκράτους, διδάσκαλος δὲ Δημοσθένους, Ἀθηναῖος τὸ γένος, καθά φησιν Ἕρμιππος ἐν β' Περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν. Δημήτριος δ' ἐν τοῖς Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν Χαλκιδέα φησὶν αὐτὸν εἶναι. Verba ἐν β' Περὶ Ἰσοκράτους μαθ., ita intelligas : in secundo libro ejus operis quod est, de Isocrate ejusque discipulis. Liber primus erat de Isocrate; libri sequentes de ejus discipulis, quorum antiquissimus erat Isæus.

58.

Dionys. Halic. De Isæo c. 1 : Οὐδὲ γὰρ ὁ τοὺς μαθητὰς ἀναγράψας Ἕρμιππος, ἀκριβὴς ἐν τοῖς ἄλλοις γενόμενος, ὑπὲρ τοῦδε τοῦ ῥήτορος οὐδὲν εἴρηκεν, ἔξω δυοῖν τούτων, ὅτι διήκουσε μὲν Ἰσοκράτους, καθηγήσατο δὲ Δημοσθένους, συνεγένετο δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν φιλοσόφων.

59. ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ.

Suidas v. Δημοσθένης : Δημοσθένης ... ἐπιμελὴς μᾶλλον ἢ εὐφυής, ὡς Ἕρμιππος ἱστορεῖ, καὶ τὰς ἡδονὰς ἀκόλαστος, ὡς καὶ τοῦτό φησιν ὁ αὐτός. Cf. Idomeneus fr. 13, tom. II, p. 492 ; Æschines De f. leg. p. 260.

60.

Plutarch. Demosth. c. 5 : Ἕρμιππος δέ φησιν ἀδεσπότοις ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν, ἐν οἷς ἐγέγραπτο, τὸν Δημοσθένη συνεσχολακέναι Πλάτωνι καὶ πλεῖστον εἰς τοὺς λόγους ὠφελῆσθαι, Κτησιβίου δὲ μέμνηται λέγοντος παρὰ Καλλίου τοῦ Συρακουσίου καί τινων ἄλλων τὰς Ἰσοκράτους τέχνας καὶ τὰς Ἀλκιδάμαντος χρύφα λαβόντα τὸν Δημοσθένη καταμαθεῖν. Cf. not. ad Polemon. fr. 9.

61.

Gellius N. A. III, 13 : *Hermippus hoc scriptum reliquit, Demosthenem admodum adolescentem ventitare in Academiam Platonemque audire solitum. Atque is, inquit, Demosthenes domo egressus, uti ei mos erat, quum ad Platonem pergeret com-*

LIB. I. DE ISOCRATE.

55.

Hermippus in iis quæ de Isocrate scripsit ætate provectum Isocratem ait Lagiscam meretricem domum suam recepisse, ex eaque filiolam ei esse natam.

56.

Orationem ad Philippum Isocrates senex scripsit paullo ante suum ipsius et Philippi obitum, teste Hermippo.

LIB. II. DE ISOCRATIS DISCIPULIS.

57.

Isæus, unus ex decem oratoribus, discipulus Isocratis, magister Demosthenis, Atheniensis genere, uti Hermippus libro secundo De Isocratis discipulis.

58.

Nam qui discipulos Isocratis descripsit, Hermippus, diligens in aliis quum fuerit, de hoc oratore nihil dixit, præter hæc duo, audiisse Isocratem et docuisse Demosthenem, et familiariter usum præstantissimis philosophorum.

59.

Demosthenes diligens magis quam ingenio pollens, teste Hermippo, fuit, et circa voluptates intemperans, testante eodem.

60.

Hermippus scribit, incidisse se in auctoris incerti commentarios, in quibus scriptum sit Demosthenem Platonis fuisse auditorem, plurimumque inde ad eloquentiam adjumenti accepisse. Atque idem Ctesibium refert affirmare, Demosthenem artis præcepta, quibus Isocrates et Alcidamas utebantur, occulte a Callia Syracusano et aliis quibusdam accepisse atque perdidicisse.

pluresque populos concurrentes videret, percontatur ejus rei caussam, cognoscitque currere eos auditum Callistratum. Is Callistratus Athenis orator in re publica fuit; illi δημαγωγοὺς appellant. Visum est paullum desertare experirique, an ad digna auditu tanto properatum studio foret. Venit, inquit, atque audit Callistratum nobilem illam τὴν περὶ Ὠρωποῦ δίκην *dicentem : atque ita motus et demulctus et captus est, ut Callistratum jam inde sectari cœperit, Academiam cum Platone reliquerit.*

« Quæ Plutarchus Vit. Demosth. c. 5 narrat, tam sunt similia Gellianis, ut eum Hermippi Vitam Demosthenis hic ob oculos habuisse existimem. Cf. Hegesias Magnes [fr. 5] apud Pseudoplutarchum De X oratt. p. 844, B. » Lozynski.

62.

Plutarch. Demosth. c. 30 : Τὸ δὲ φάρμακον Ἀρίστων μὲν ἐκ τοῦ καλάμου λαβεῖν φησιν αὐτὸν, ὡς εἴρηται· Πάππος δέ τις, οὗ τὴν ἱστορίαν Ἕρμιππος ἀνείληφε, φησὶ, πεσόντος αὐτοῦ παρὰ τὸν βωμὸν, ἐν μὲν τῷ βιβλίῳ γεγραμμένην ἐπιστολῆς ἀρχὴν εὑρεθῆναι, « Δημοσθένης Ἀντιπάτρῳ, » καὶ μηδὲν ἄλλο. Θαυμαζομένης δὲ τῆς περὶ τὸν θάνατον ὀξύτητος, διηγεῖσθαι τοὺς παρὰ ταῖς θύραις Θρᾷκας, ὡς ἔκ τινος ῥάκους λαβὼν εἰς τὴν χεῖρα προσθοῖτο τῷ στόματι καὶ καταπίοι τὸ φάρμακον. Αὐτοὶ δ' ἄρα χρυσὸν ᾠήθησαν εἶναι τὸ καταπινόμενον, ἡ δ' ὑπηρετοῦσα παιδίσκη, πυνθανομένων τῶν περὶ Ἀρχίαν, φαίη πολὺν εἶναι χρόνον, ἐξ οὗ φοροίη τὸν ἀπόδεσμον ἐκεῖνον ὁ Δημοσθένης ὡς φυλακτήριον. « De Pappo, qui historicus videtur fuisse, nihil nisi nomen innotuit. » Lozynski.

63. ΑΙΣΙΩΝ.

Idem ib. c. 11 : Αἰσίωνα δέ φησιν Ἕρμιππος ἐρωτηθέντα περὶ τῶν πάλαι ῥητόρων καὶ τῶν καθ' αὑτὸν εἰπεῖν, ὡς ἀκούων μὲν ἄν τις ἐθαύμασεν ἐκείνους εὐκόσμως καὶ μεγαλοπρεπῶς τῷ δήμῳ διαλεγομένους, ἀναγινωσκόμενοι δ' οἱ Δημοσθένους λόγοι πολὺ τῇ κατασκευῇ καὶ δυνάμει διαφέρουσιν.

« Fuit Æsion condiscipulus Demosthenis, Atheniensis, teste Suida s. v. (... ᾧ συνεφιλολόγησε Δημοσθένης). Demosthenem ipsum de se et Callistrato eodem modo judicasse, tradit Ulpianus in Demosth. C. Timocr. p. 822. » Lozynski.

ΒΙΒΛ Γ'. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΜΑΘΗΤΩΝ.

64. ΥΠΕΡΕΙΔΗΣ.

Athenæus VIII, p. 342, C : Καὶ ὁ Ἕρμιππος δέ φησιν ἐν τρίτῳ Περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν, ἑωθινὸν τὸν Ὑπερείδην ποιεῖσθαι νῦν τοὺς περιπάτους ἐν τοῖς Ἰχθύσιν.

65.

Plutarch. Vit. X orator. p. 849, C : Ἕρμιππος δέ φησιν αὐτὸν (τὸν Ὑπερείδην) γλωττοτομηθῆναι εἰς Μακεδονίαν ἐλθόντα καὶ ῥιφῆναι ἄταφον, Ἀλφίνουν δ' ἀνεψιὸν ὄντα αὐτῷ, ἢ, ὥς τινες, Γλαυκίππου τινὸς τὸν υἱὸν διὰ Φιλοπείθους τινὸς ἰατροῦ λαβόντα ἐξουσίαν τοῦ σώματος καῦσαι αὐτὸν καὶ τὰ ὀστᾶ κομίσαι εἰς Ἀθήνας τοῖς προσήκουσι, παρὰ τὰ Ἀθηναίων καὶ Μακεδόνων δόγματα. Οὐ μόνον γὰρ κελεῦσαι αὐτοὺς φυγεῖν, ἀλλὰ μηδ' ἐν τῇ οἰκείᾳ ταφῆναι.

66. ΕΥΘΙΑΣ.

Athenæus XIII, p. 590, D : Ἦν δὲ ἡ Φρύνη ἐκ Θεσπιέων. Κρινομένη δὲ ὑπὸ Εὐθίου τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπέφυγε· διόπερ ὀργισθεὶς ὁ Εὐθίας οὐκ ἔτι εἶπε δίκην, ὥς φησιν Ἕρμιππος.

62.

Venenum Demosthenem ex calamo hausisse, ut diximus, Aristo narrat. Pappus autem quidam, cujus historiam Hermippus repetiit, tradit, eo apud aram collapso, in libello epistolæ scriptum initium inventum, « Demosthenes Antipatro »; neque præterea ullum verbum. Celeritatem vero mortis admirantibus, Thraces qui foribus astiterant narrasse, venenum eum ex quodam panniculo in manum sumpsisse, atque ita admotum ori deglutiisse; se putasse aurum esse id, quod deglutiret; ancillam vero, quæ ipsi ministrabat, interroganti Archiæ respondisse, multo jam tempore Demosthenem hoc alligatum vestimento amuleti loco circumtulisse.

63.

Æsionem refert Hermippus de suæ ætatis et antiquis oratoribus sententiam interrogatum, respondisse : admiraturum sane fuisse, qui hos audivisset, ita decore et magnifice ad populum loquentes, scriptas autem Demosthenis orationes longe plus apparatus habere atque virium.

LIB. III. DE ISOCRATIS DISCIPULIS.

64.

Hermippus in libro tertio De Isocratis discipulis ait, mane nunc Hyperidem scholas suas habere in foro piscario.

65.

Hermippus ait Hyperidem, quum in Macedoniam esset perlatus, lingua fuisse mutilatum, insepultumque abjectum : sed Alphinoum, consobrinum ejus, sive, ut alii, filium Glaucippi, opera Philopithis cujusdam medici, corpore oratoris potitum, id cremasse, ossaque Athenas ad cognatos pertulisse, contra et Atheniensium et Macedonum edicta : nam non exilium modo ei imperaverant, sed etiam vetabant ne in patria sepeliretur.

66.

Erat Phryne Thespiis oriunda : quæ quum ab Euthia capitis rea esset acta, absoluta a judicibus est; quare ita indignatus est Euthias, ut nullam post id tempus causam dixerit; quod tradit Hermippus.

67.

Harpocratio s. v. Εὐθίας· Ὑπερίδης ὑπὲρ Φρύνης. Τῶν ἐπὶ συκοφαντίᾳ διαβεβλημένων ἦν ὁ Εὐθίας. Τὸν μέντοι λόγον αὐτῷ τὸν κατὰ Φρύνης Ἀναξιμένην πεποιηκέναι αὐτῷ φησὶν Ἕρμιππος. Cf. Diodor. Perieg. fr. 5, tom. II, p. 354.

68. ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ.

Athenæus I, p. 21, C: Ἕρμιππος δέ φησι, Θεόκριτον τὸν Χῖον ὡς ἀπαίδευτον μέμφεσθαι τὴν Ἀναξιμένους περιβολήν.

69. ΘΕΟΔΕΚΤΗΣ.

Athenæus X p. 451, E: Θεοδέκτην δὲ τὸν Φασηλίτην φησὶν Ἕρμιππος ἐν τοῖς Περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν ἱκανώτατον γεγονέναι ἀνευρεῖν τὸν προβληθέντα γρῖφον, καὶ αὐτὸν προβαλεῖν ἑτέροις ἐπιδεξίως· οἷον τὸν περὶ τῆς σκιᾶς. Ἔφη γὰρ εἶναί τινα φύσιν, ἣ περὶ τὴν γένεσιν καὶ φθίσιν ἐστὶ μεγίστη, περὶ δὲ τὴν ἀκμὴν ἐλαχίστη. Λέγει δ' οὕτως·

Τίς φύσις, οὔθ' ὅσα γαῖα φέρει τροφός, οὔθ' ὅσα πόντος,
οὔτε βροτοῖσιν ἔχει γυίων αὔξησιν ὁμοίαν.
Ἀλλ' ἐν μὲν γενέσει πρωτοσπόρῳ ἐστὶ μεγίστη,
ἐν δὲ μέσαις ἀκμαῖς μικρὰ, γήρᾳ δὲ πρὸς αὐτῷ
μορφῇ καὶ μεγέθει μείζων πάλιν ἐστὶν ἁπάντων.

Κἀν τῷ Οἰδίποδι δὲ τῇ τραγῳδίᾳ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν εἰρηκεν αἰνιττόμενος·

Εἰσὶ κασίγνηται δίτται, ὧν ἡ μία τίκτει
τὴν ἑτέραν, αὐτὴ δὲ τεκοῦσ' ὑπὸ τῆσδε τεκνοῦται.

70. ΛΑΚΡΙΤΟΣ. ΑΡΧΙΑΣ.

Plutarch. Dem. c. 58: Ἕρμιππος δὲ τὸν Ἀρχίαν ἐν τοῖς Λακρίτου τοῦ ῥήτορος μαθηταῖς ἀναγράφει. — Lacritus Isocratis disc. fuit. V. Demosthen. In Lacrit. p. 928, § 15, et plura ap. Westermann. Eloq. Gr. p. 100, n. 36.

71. ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Schol. ad Æschin. De fals. leg. init., de Æschine oratore, vide in Idomenei fr. 15. Fragmentum hoc fugit Lozynskium.

[HERMIPPUS BERYTIUS.]

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΠΑΙΔΕΙΑ ΛΑΜΨΑΝΤΩΝ.

(72.)

Etym. M. p. 118, 11: Ἀπάμεια, πόλις Βιθυνίας, πρότερον Μυρλέα καλουμένη, ἣν λαβὼν δῶρα παρὰ Φιλίππου τοῦ Δημητρίου Προυσίας ὁ Ζηίλα μετωνόμασεν Ἀπάμειαν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς Ἀπάμας. Ἕρμιππος ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων λόγῳ. Οὕτως Ὧρος.

Προυσίας ὁ Ζηίλου scripsit Sevin., *Mém. de l'Acad.*, tom. XV, p. 36; ὁ Ζηίλα Προυσίας dedit Clinton. F. H. tom. III, p. 415. Libri corrupte præbent ὁ Ζηίλας. De re, quæ pertinet ad an. 203 a. C, vide Strabo XII, p. 563 et quæ exponit Clinton. l. l. Quanam occasione Hermippus hæc protulerit, nescio. Post vocem λαμψάντων verbum excidisse videtur, quo certum genus virorum literis clarorum indicabatur. Ceterum tum hoc fragmentum tum sequentia duo ad Berytium Hermippum refero.

(73.)

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΑΠΡΕΨΑΝΤΩΝ ΕΝ ΠΑΙΔΕΙΑ ΔΟΥΛΩΝ.

E LIBRO SECUNDO.

Suidas: Ἴστρος, Μενάνδρου [ἢ add. Siebelis.] Ἴστρου, Κυρηναῖος ἢ Μακεδών, συγγραφεὺς, Καλλιμάχου

67.

Euthiæ orationem contra Phrynen ab Anaximene ei scriptam esse refert Hermippus.

68.

Hermippus scribit a Theocrito Chio, ut illiberalem, reprehensum fuisse Anaximenis vestitum.

69.

Theodectem Phaselitam ait Hermippus in libris de Isocratis discipulis, ad inveniendam solutionem propositorum griphorum fuisse solertissimum; atque ipsum etiam aliis griphos ingeniose proposuisse: velut illum de *umbra*. Dicebat enim, esse naturam quandam, quæ circa ortum suum interitumque sit maxima; tempore vero summi vigoris, minima. Verba illius hæc sunt:

In rerum natura, quotquot terra nutrix fert,
quotquot mare, atque adeo nec inter homines aliquid est,
quod membrorum habeat incrementum simile huic.
Ortus namque principio maxima ea res est:
medio vigore parva; senectute autem in ipsa,
magnitudine ac specie maxima rursus.

Idem, in Œdipode tragœdia, *diem et noctem* talis ænigmatis involucro significavit:

Sorores geminæ, gignit quarum altera semper
alteram, et inde parens fit filia nata vicissim.

70.

Hermippus Archiam inter Lacriti discipulos recenset.

DE VIRIS ERUDITIONE CLARIS.

(72.)

Apamea, urbs Bithyniæ, prius Myrlea dicta, quam quum donum a Philippo, Demetrii filio, accepisset Prusias (I) Zeilæ filius, mutato nomine Apameam nuncupavit de Apama uxore, teste Hermippo in opere De viris qui eruditione inclaruerunt. Ita Orus.

(73.)

DE SERVIS ERUDITIONE CLARIS.

Ister, Menandri (aut) Istri filius, Cyrenæus aut Macedon, historicus, Callimachi servus et discipulus. Hermippus eum Paphium dicit libro secundo De servis eruditione claris.

δοῦλος καὶ γνώριμος. Ἑρμιππος δὲ αὐτόν φησι Πάφιον ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων.

Callimachio Hermippo hæc tribuit Lozynski. Rectius Küsterus, suffragante Prellero, Hermippum qui de servis eruditione claris scripsit, non Callimachi discipulum, sed Berytium, Hadriani æqualem, qui ipse servus fuerat, intelligendum esse censet. Etenim ap. Suidam v. Ἄβρων leguntur hæc : Ἄβρων, Φρὺξ ἢ Ῥόδιος, γραμματικὸς, μαθητὴς Τρύφωνος, σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ, γεγονὼς δ' ἐκ δούλων, ὥς φησιν Ἑρμιππος. Quæ quum H. Callimachii esse nequeant, aptissime tribuuntur servo Berytio; eundemque auctorem etiam sub voce Ἴστρος Suidas intellexerit. Ex eodem fonte fluxerit quæ de Cæcilio rhetore e servis nato leguntur ap. Suidam v. Καικίλιος.

ΠΕΡΙ ΕΝΔΟΞΩΝ ΙΑΤΡΩΝ.

E LIBRO QUINTO.

(73 a.)

Schol. Oribasii in Maji Class. auct. IV, p. 11 : Οἱ περὶ Διονύσιον τὸν κυρτόν] Ὁ Φίλων ἐν τῷ θ' Περὶ βιβλιοθήκης κτήσεως (κτίσεως lib.) καὶ Ἑρμιππος ἐν τῷ ε' Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν ἰατρῶν καὶ ὁ Σωρανὸς ἐν ταῖς τῶν Ἰατρῶν διαδοχαῖς ὅτι καὶ ὀξυτόνως λέγεται κυρτός ὡς φοξός διὰ σωματικὴν ἀσθένειαν, βαρυτόνως δὲ ὡς ἵππος πύργος, ἐπεὶ ἐκ μεσογείου πόλεως τῆς Αἰγύπτου λεγομένης Κύρτου ὑπῆρχεν, ἢ ὡς φασί τινες, διὰ τὸ ἁλίσκεσθαι τοὺς ἀντιλέγοντας ὑπ' αὐτοῦ ὥσπερ τοὺς ἰχθῦς ὑπὸ τῶν ἁλιευτικῶν κύρτων.

Cf. Stephan. Byz. : Κύρτος, πόλις Αἰγύπτου ἐν τῇ μεσογείῳ. Ἐκ ταύτης Διονύσιος ἦν διάσημος ἰατρὸς ἀπὸ τῆς πατρίδος, οὐκ ἀπὸ τοῦ σώματος Κυρτὸς ὀνομαζόμενος, οὗ μέμνηται Ἐρέννιος Φίλων ἐν τῷ Περὶ ἰατρικῶν. Ὁ τόνος τοῦ μὲν ἐθνικοῦ ὀξὺς ὁμόφωνος τῷ πάθει, τοῦ δὲ κυρίου τῆς πόλεως βαρὺς, ὡς τὸ Πόντος καὶ κόντος. Uterque locus ex eodem fonte fluxisse videtur. Titulus Περὶ ἰατρικῶν apud Stephanum indicat libri noni Περὶ βιβλιοθήκης κτήσεως eam partem in qua de medicis eorumque operibus sermo erat.

Sequuntur fragmenta quæ num ad Callimachium Hermippum, an ad alium quendam Hermippum, sive etiam ad complures ejus nominis scriptores pertineant, affirmare non licet.

(73 b.)

Vit. Euripidis in Biogr. Westermanni, p. 138 : Λέγει δὲ καὶ Ἑρμιππος Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Εὐριπίδου τάλαντον τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ πέμψαντα λαβεῖν τὸ ψαλτήριον καὶ τὴν δέλτον καὶ τὸ γραφεῖον, ἅπερ ἰδόντα κελεῦσαι τοὺς φέροντας ἐν τῷ Μουσῶν ἱερῷ ἀναθεῖναι, ἐπιγράψαντα τοῖς αὐτοῦ Εὐριπίδου ὀνόμασιν. Διὸ καὶ ξενοφιλώτατον κεκλῆσθαί φησι διὰ τὸ μάλιστα ὑπὸ ξένων φιλεῖσθαι· ὑπὸ γὰρ Ἀθηναίων ἐφθονεῖτο. Cf. similem narrationem de Æschyli pugillaribus a Dionysio emptis apud Lucian. Adv. indoct. c. 15, quam ex Eubuli comœdia derivatam esse suspicatur Meinekius Histor. critica com. p. 362. Ceterum hoc fragmentum fugit Lozynskium. Quæritur denique num statuendum sit Hermippum Callimachium uti philosophorum rhetorumque, sic etiam poetarum vitas scripsisse, an locus noster ex peculiari Hermippi nescio cujusnam opere Vitam Euripidis et in fabulas commentarios continente petitus sit.

74.

ΠΕΡΙ ΙΠΠΩΝΑΚΤΟΣ.

Athenæus VII, p. 327, C : Ἑρμιππος δ' ὁ Σμυρναῖος ἐν τοῖς Περὶ Ἱππώνακτος ὖχην ἀκούει τὴν ἰουλίδα· εἶναι δ' αὐτὴν δυσθήρατον· διὸ καὶ Φιλητᾶν φάναι· « Οὐδ' ὖχης ἰχθὺς ἔσχατος ἐξέφυγε. » Cf. Ælian. N. A. II, 44, ibiq. interpr. Smyrnæum Hermippum a Callimachio non diversum esse censet Lozynskius.

75.

ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΤΩΝ ΚΑΛΩΣ ΑΝΑΦΩΝΗΘΕΝΤΩΝ ΕΞ ΟΜΗΡΟΥ.

Stobæus Floril. V, 59 : Ἐκ τῆς Ἑρμίππου Συνα-

DE CLARIS MEDICIS.

(73 a.)

Philo libro nono De comparanda bibliotheca et Hermippus libro quinto De claris medicis et Soranus in Medicorum successionibus dicunt Dionysium vocari tum κυρτόν (*gibbosum*), oxytone ut φοξός, propter corporis imbecillitatem, tum Κύρτον, paroxytone, ut ἵππος πύργος, quod ex Cyrto Ægypti interioris urbe oriundus fuit, vel, ut nonnulli tradunt, quod adversarios suos disputando ceperit, sicuti pisces κύρτοις, *nassis*, capiuntur.

(73 b.)

Hermippus quoque narrat Dionysium Siciliæ tyrannum, post obitum Euripidis, ab heredibus ejus talento emisse psalterium poetæ et pugillares stilumque. Quæ, quum allata conspexisset, jussisse eum in Musarum templo dedicari, inscripto nomine Euripidis. Quapropter etiam Euripidem appellari ait poetam peregrinis dilectissimum.

74.

DE HIPPONACTE.

Hermippus Smyrnæus in libris De Hipponacte *hycam* intelligit iulidem, esse autem piscem venatu difficilem, itaque Philetam dixisse :

Nec hycas piscis postremus effugit.

γωγῆς τῶν καλῶς ἀναφωνηθέντων ἐξ Ὁμήρου. « Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς εἰς σωφροσύνην ἔλεγε ταῦτα ποιεῖν·

ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἴκοντο. »

Ipsa hujus scripti indoles seriorum hominum industriam magis quam Callimachi ævum prodere videtur. Versus citatus legitur in Odyss. 23, 296.

E SCRIPTIS INCERTIS.

76.

Ælianus N. A. VII, 40 : Πέπυσμαι δὲ καὶ Αἰθιόπων εἶναι ἔθνος, ἐν ᾧ βασιλεύει κύων, καὶ τῇ ἐκείνου ὁρμῇ πείθονται· κνυζωμένου τε ἴσασιν, ὅτι μὴ θυμοῦται, καὶ ὑλακτοῦντος τὴν ὀργὴν συνιᾶσιν. Τοῦτο εἰ τῷ ἱκανὸς Ἕρμιππος τεκμηριῶσαι, μάρτυρά οἱ τοῦ λόγου ἐπαγόμενος Ἀριστοκρέωνα πειθέτω· ἐμὲ δὲ μὴ λαθὸν εἶπα ἐν καλῷ τῆς μνήμης ἀφίκετο.

Hæc ex opere Περὶ θαυμασίων, quod Hermippus Callimachum magistrum imitatus composuerit, esse censet Lozynski. Jacobsius ad Æl. fragmentum desumptum suspicatur ex opere Περὶ τῶν νομοθετῶν, ubi historiæ de cane regis locum tenente afferri potuerit. Quod longius petitum. Quum sequente fragm. Hermippus de Nilo fluvio laudetur, nescio an Hermippus librum geographicum de Ægypti et Æthiopiæ regionibus scripserit, sicuti Aristocreon (quod nomen reposuit Schneider. pro vulg. Ἀριστοκλέωνα), quem novimus ex Plinii H. N. V, 10, p. 316 ed. Tchn. et VI, 35, p. 388 et 390, ubi præter ea, quæ disertis verbis tamquam ex Aristocreonte petita Plinius affert, etiam quæ deinceps ponit : *Ptoemphanæ, qui canem pro rege habent, motu ejus imperia augurantes*, ex eodem fonte deprompta fuerint. — Ceterum ex Plinio VI, c. 35, p. 388, patet Aristocreontem juniorem fuisse Dalione, qui primus ultra Meroen longe subvectus est; Dalionem autem vixisse post Timosthenem, classium Philadelphi præfectum. Hinc colligas Aristocreontem Hermippo Callimachio antiquiorem esse vix potuisse, sed vel æqualem vel etiam juniorem fuisse. Quæ vero schol. Apoll. ex Hermippo affert de Nilo Cyclopis f., Tantali nepote, senioris ævi commentum redolent, quod Callimachi discipulo vindicare absque testimonii auctoritate nolueris. Quare Hermippum Æliani et schol. Apoll. a Vitarum scriptore distinguendum esse censeo. Idemque ab Hermippo Berytio diversus fuerit, propterea quod ap. schol. Apoll. laudatur. — De re ap. Ælian. memorata cf. Plutarch. Mor. p. 1064, B.

77.

Schol. Apoll. Rh. IV, 269 : Ὁ δὲ Νεῖλος οὕτω τοπρότερον ἐκαλεῖτο, Τρίτων· μετωνομάσθη δὲ ἀπὸ Νείλου τοῦ Κύκλωπος, τοῦ Ταντάλου, βασιλεύσαντος τῆς χώρας, ὡς Ἕρμιππός φησιν.

His subjungere liceat pauca illa quæ ex Hermippi libris Περὶ μάγων afferuntur. Non esse a Callimachi discipulo hoc opus profectum statuit Prellerus; recte fortassis; verum Hermippum hunc τὸν ἀστρολογικὸν, quem dicit apud Athenæum Nicomachus (v. fr. 81), eundem esse cum Hermippo Berytio, uti Prellero videtur, temporum rationes (v. introduct. not. 1) non admittunt. Nam Berytium laudare non potuit Plinius.

ΠΕΡΙ ΜΑΓΩΝ.

78.

E LIBRO PRIMO.

Diogen. L. I, 8 : Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ Περὶ φιλοσοφίας καὶ πρεσβυτέρους εἶναι (τοὺς μάγους) τῶν Αἰγυπτίων· καὶ δύο κατ' αὐτοὺς εἶναι ἀρχὰς, ἀγαθὸν δαίμονα καὶ κακὸν δαίμονα· καὶ τῷ μὲν ὄνομα εἶναι Ζεὺς καὶ Ὡρομάσδης, τῷ δὲ Ἅδης καὶ Ἀρειμάνιος. Φησὶ δὲ τοῦτο καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ μάγων καὶ Εὔδοξος ἐν τῇ Περιόδῳ καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Φιλιππικῶν.

79.

Plinius Hist. Nat. lib. XXX, c. 2. : *Hermippus, qui de tota ea arte* (sc. magorum) *diligentissime scripsit, et vicies centum millia versuum a Zoroa-*

75.

EGREGIE DICTA EX HOMERO COLLECTA.

Ex Hermippi collectione egregie dictorum apud Homerum. « Demetrius Phalereus Homerum ad temperantiam commendandam hunc fecisse versum :

lubentes lecti antiqui ritibus accesserunt. »

76.

Nationem Æthiopum esse audivi, quæ canem habet regem et illius arbitrio paret; si suo quodam modo gannit vel murmurat, eum non iratum esse norunt; si latrat, iram agnoscunt. Hoc, si cui testimonio sufficiens videatur Hermippus, testem sibi narrationis adducens Aristocreontem, credat; mihi vero non latens pulchre in memoriam venit.

77.

Nilus olim Triton appellabatur; postea Nili nomen accepit a Nilo Cyclopis filio, Tantali nepote, qui regioni huic imperavit, teste Hermippo.

DE MAGIS.

78.

Ægyptiis antiquiores esse magos Aristoteles auctor est in primo De philosophia libro, duoque secundum illos esse principia, bonum dæmonem et malum; alterum ex his Jovem et Oromasdem, alterum Plutonem et Arimanium dici. Quod Hermippus quoque in primo De magis et Eudoxus in Periodo et Theopompus Philippicorum libro octavo.

stre condita, indicibus quoque voluminum ejus positis, explanavit, præceptorem, a quo institutum diceret, tradidit Azonacem, ipsum vero quinque millibus annorum ante Trojanum bellum fuisse.

80.

Arnob. I, 52 : *Age nunc veniat quis super igneam zonam, magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut assentiamur auctori. Bactrianus et ille veniat, cujus Ctesias* (fr. p. 19) *res gestas Historiarum exponit in primo; Armenius Hosthanis nepos et familiaris Pamphylus Cyri.*

81.

Athen. XI, p. 478, A : Νικόμαχος δ' ἐν πρώτῳ Περὶ ἑορτῶν Αἰγυπτίων φησί· « Τὸ δὲ κόνδυ ἐστὶ μὲν Περσικὸν, τὴν δὲ ἀρχὴν * ἣν Ἕρμιππος [ὁ] ἀστρολογικὸς ὡς ὁ κόσμος ἐξ οὗ τῶν θεῶν τὰ θαύματα καὶ τὰ καρπώσιμα γίνεσθαι ἐπὶ γῆς· διὸ ἐκ τούτου σπένδεσθαι. »

Locus corruptus. Τὴν δὲ μορφὴν εἶχε, ὥς φησιν Ἕρμ. conj. Pursanus. Περσικὸν τὴν ἀρχήν· εἶδος δ' ἔχει, ὥς φησιν Ἐ. Casaubonus. Cf. not. ad Manethon. fr. 82.

ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ.

82.

Τὰ Φαινόμενα Hermippo τῷ ἀστρολογικῷ, qui Περὶ μάγων scripsit, vindicanda sunt. Loci veterum qui huc pertinent paucis indicasse habeo satis. Vit. Arat. p. 55 in Biogr. Westerm : Καὶ γὰρ Εὔδοξος ὁ Κνίδιος ἔγραψε Φαινόμενα καὶ Ἄασος ὁ Μάγνης, ... καὶ Ἕρμιππος καὶ Ἡγησιάναξ καὶ Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος, καὶ ἄλλοι πολλοὶ, ὧν καὶ Πτολεμαῖος μέμνηται ὁ βασιλεὺς Ἰδιοφυέσιν οὕτως·

Πάνθ' Ἡγησιάναξ τε καὶ Ἕρμιππος τὰ κατ' αἰθρην
τείρεα καὶ πολλοὶ ταῦτα τὰ φαινόμενα
βίβλοις ἐγκατέθεντο, ἀποσκόπιοι δ' ἁφάμαρτον·
ἀλλὰ τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον Ἄρατος ἔχει.

Epigramma hoc Jacobsius (Anthol. tom. XIII, p. 944) ad Ptolemæum Evergeten II refert. Buttmannus autem (in Mus. Antiq. tom. II, p. 463 sqq.) Claudio Ptolemæo, astronomo, qui medii ævi scriptoribus *Regis* nomine interdum ornatus sit, vindicat. Hoc longius petitum, neque cum medii ævi scriptore nunc nobis res est. Equidem puto Ptolemæum illum, Ἰδιοφυῶν auctorem, esse regem Philopatorem, cui Archelaus poeta sua Ἰδιοφυῆ (quæ memorantur apud Athen. IX, p. 409, C) dedicassit, siquidem recte statuo Ἰδιοφυῆ hæc non diversa esse ab epigrammatis quæ de rebus mirabilibus Archelaus ad Ptolemæum scripsit (v. not. ad fr. Philostephani p. 28). Quod si est, Hermippus a Ptolemæo laudatus Nostro Callimachio nequit esse junior; quin idem cum Callimachio fuerit nihil adeo obstat, ut nunc quidem mihi videtur. Cf. etiam Droysenius *Hellenism.* tom. II, p. 49 not. — Exstat præterea (in Petavii Doctr. tempp. III, p. 147) Catalogus τῶν περὶ τοῦ ποιητοῦ (sc. Ἄρατου) συνταξαμένων, qui Hipparcho vel Eratostheni tribuitur. Recensentur in eo tamquam Arati commentatores : Parmenides, Eratosthenes, *Hermippus*, Zeno, Thales, *Hermippus peripateticus*, Callimachus, alii. Auctoritas miselli hujus testimonii plane nulla est. Umbraticus quidam ex scholiis suis ad Aratum auctores ibi allegatos enotasse et tamquam commentatores poetæ composuisse videtur, monente Prellero. Duplicem Hermippi mentionem ita explicat Prellerus, ut initio nonnisi *Hermippi* nomen, uti in schol. ad Arat. laudatur, annotatum fuisse statuat, huic deinde alium quendam adscripsisse *Hermippum peripateticum*, cujus mentionem apud Hieronymum vel alibi reperisset. — Ex Phænomenis petita sunt quæ leguntur apud Hygin. Poet. astron. II, 20, et II, 4 (ubi : *Hermippus qui De sideribus scripsit*); schol. Arat. v. 315 et 436, ubi hæc : Αὐτὸν μὲν οὖν (Centaurum) Ἕρμιππος Χείρωνά φησιν... εἶναι... Αὐτὸς δὲ ὁ Χείρων ὁ ἐν τῷ σπηλαίῳ κατοικῶν, δικαιοσύνῃ πάντας ἀνθρώπους ὑπερβάλλων καὶ παιδεύσας Ἀσκληπιὸν, τὸν υἱὸν Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀχιλλέα τὴν ἰατρικὴν, καὶ Ἰάσονα, κατηστερίσθη πρὸς τιμήν. Quem locum Prellerus componit cum iis, quæ ex Hermippo Berytio refert Clemens Alex. Strom. I, p. 132, 11 Sylb. : Ὁ δὲ Βηρύτιος Ἕρμιππος Χείρωνα τὸν Κένταυρον σοφὸν καλεῖ, indeque colligit ipsum hunc Berytium Hermippum auctorem esse τῶν Φαινομένων. At consensus ille in re omnium tritissima nihil probat.

81.

Nicomachus libro primo De festis Ægyptiorum ait : « Condy, vas est Persicum; (formam habet), ut Hermippus astrologus ait, quam mundus, ex quo deorum miracula in terra fiunt. Quare ex eo libationes fundere solent.

CALLIXENUS RHODIUS

ET

PTOLEMÆUS MEGALOPOLITANUS.

Callixenum Rhodium scripsisse sub Ptolemæo Philopatore (222—206), sed virum jam fuisse sub regno Philadelphi (285—247), ex duobus quæ supersunt fragmentis (1 et 2) luculentissimis colligimus; nam quæ fragmento 2 describitur pompa Ptolemæi Philadelphi, ita nobis pingitur ut non potuerit eam auctor suis non vidisse oculis. Condidit Alexandriæ Periegesin libris minimum quattuor; quæ nitidissimam et accuratissimam monumentorum urbis et divitiarum imaginem exhibuisse videtur. Ex alio ejusdem scriptoris opere De pictoribus et statuariis nihil tulit ætatem. Cf. Preller. ad Polemon. p. 179.

ΠΕΡΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Athenæus V, c. 36, p. 203, C: Πολλῶν δ' ὁ Φιλάδελφος βασιλέων πλούτῳ διέφερε, καὶ περὶ πάντα ἐσπουδάκει τὰ κατασκευάσματα φιλοτίμως, ὥστε καὶ πλοίων πλῆθει πάντας ὑπερέβαλλε. Τὰ γοῦν μέγιστα τῶν πλοίων ἦν παρ' αὐτῷ τριακοντήρεις δύο, εἰκοσήρης μία, τέσσαρες τρισκαιδεκήρεις, δωδεκήρεις δύο, ἑνδεκήρεις τεσσαρεσκαίδεκα, ἐννήρεις τριάκοντα, ἑπτήρεις τριάκοντα ἑπτά, ἑξήρεις πέντε, πεντήρεις ἑπταικαίδεκα· τὰ δ' ἀπὸ τετρήρους μέχρι τριηρημιολίας διπλάσια τούτων. Τὰ δ' εἰς τὰς νήσους πεμπόμενα καὶ τὰς ἄλλας πόλεις, ὧν ἦρχε, καὶ τὴν Λιβύην πλείονα ἦν τῶν τετρακισχιλίων. Περὶ δὲ βιβλίων πλήθους καὶ βιβλιοθηκῶν κατασκευῆς καὶ τῆς εἰς τὸ Μουσεῖον συναγωγῆς, τί δεῖ καὶ λέγειν, πᾶσι τούτων ὄντων κατὰ μνήμην;

37. Ἐπεὶ δὲ περὶ νεῶν κατασκευῆς εἰρήκαμεν, φέρ' εἴπωμεν (ἀκοῆς γὰρ ἐστιν ἄξια) καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Φιλοπάτορος βασιλέως κατεσκευασμένα σκάφη. Περὶ ὧν ὁ αὐτὸς Καλλίξενος ἱστορεῖ ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Ἀλεξανδρείας, οὑτωσὶ λέγων· « Τὴν τεσσαρακοντήρη ναῦν κατεσκεύασεν ὁ Φιλοπάτωρ, τὸ μῆκος ἔχουσαν διακοσίων ὀγδοήκοντα πηχῶν, ὀκτὼ δὲ καὶ τριάκοντα ἀπὸ παρόδου ἐπὶ πάροδον, ὕψος δὲ ἕως ἀκροστολίου τεσσαράκοντα ὀκτὼ πηχῶν. Ἀπὸ δὲ τῶν πρυμνητικῶν ἀφλάστων ἐπὶ τὸ πρὸς τῇ θαλάσσῃ μέρος αὐτῆς τρεῖς πρὸς τοῖς πεντήκοντα πήχεις. Ἡδάλια δ' εἶχε τέτταρα τριακονταπήχη, κώπας δὲ θρανιτικὰς, ὀκτὼ καὶ τριάκοντα πηχῶν τὰς μεγίστας, αἳ, διὰ τὸ μόλυβδον ἔχειν ἐν τοῖς ἐγχειριδίοις, καὶ γεγονέναι λίαν εἴσω βαρεῖαι κατὰ τὴν ζύγωσιν, εὑρήρει ὑπῆρχον ἐπὶ τῆς χρείας. Δίπρωρος δ' ἐγεγόνει καὶ δίπρυμνος, καὶ ἔμβολα εἶχεν ἑπτά· τούτων ἓν μὲν ἡγούμενον, τὰ δ' ὑποστέλλοντα· τινὰ δὲ κατὰ τὰς ἐπωτίδας. Ὑποζώματα δὲ ἐλάμβανε δώδεκα· ἑξακοσίων δ' ἦν ἕκαστον πηχῶν. Εὔρυθμος δ' ἦν καθ' ὑπερβολήν· θαυμαστὸς δ' ἦν καὶ ὁ ἄλλος

DE ALEXANDRIA.

1.

Multos reges Philadelphus divitiis antecelluit; idemque singulari studio omnia artis opera prosecutus est, ut etiam navium magnitudine omnes superarit. Igitur maximæ apud eum naves erant, triginta ordinum, duæ; viginti ordinum, una; quattuor, ordinum tredecim; duæ, duodecim ordinum; quattuordecim, ordinum undecim; hepteres, triginta septem; hexeres, quinque; quinqueremes, septemdecim. A quadriremi vero usque ad hemiolia numerus duplo istis major erat. Quæ vero in insulas emittebantur, et in alias quibus imperavit civitates, et in Africam, super quattuor millia erant. De librorum autem multitudine et de Bibliothecæ apparatu, et de conventu in Museo, quid opus est verba facere, quum in hominum memoria hæc omnia versentur?

Sed quoniam de Navium constructione diximus, age dicamus etiam (nam scitu digna res est) de navigiis a Philopatore rege constructis. De quibus idem Callixenus primo De Alexandria libro, his verbis exposuit: « Quadraginta ordinum navem construxit Philopator, longitudinem habentem cubitorum ducentorum et octoginta, octo vero et triginta ab uno latere ad alterum. Altitudo autem, usque ad proræ summitatem, cubitorum erat quadraginta octo: ab aplustri vero in puppi usque ad partem quæ mare attingit, cubiti erant quinquaginta. Gubernacula habebat quattuor, cubitorum triginta: remos superioris ordinis [centum et] triginta octo cubitorum maximos; qui, quod plumbum haberent in manubriis et admodum graves essent, intra navem secundum leges æquilibrii, tractatu faciles erant in ipso usu. Habebat autem duas proras, duasque puppes: rostra vero septem, quorum unum longius, reliqua gradatim breviora; nonnulla etiam ex auriculis navis eminebant. Hypozomata [*quasi* subligacula *diceres*] habebat duodecim; quorum quodque erat sexcentorum cubitorum. Erat autem mira totius structuræ concinnitas, aptaque dimensionis proportio: et admirabilis reliquus navis ornatus. Habebat enim quum in puppi, tum in prora, figuras haud minores duodecim cubitis: et quilibet ejus

κόσμος τῆς νεώς. Ζῷα μὲν γὰρ εἶχεν οὐκ ἐλάττω δώδεκα πηχῶν κατὰ πρύμναν τε καὶ πρῷραν, καὶ πᾶς τόπος αὐτῆς κηρογραφίᾳ κατεπεποίκιλτο, τὸ δ' ἔγκωπον ἅπαν μέχρι τῆς τρόπεως κισσίνην φυλλάδα καὶ θύρσους εἶχε πέριξ. Πολὺς δ' ἦν καὶ ὁ τῶν ὅπλων κόσμος. Ἀνεπλήρου δὲ τὰ προσδεόμενα τῆς νεὼς μέρη. Γενομένης δὲ ἀναπείρας ἐδέξατο ἐρέτας πλείους τῶν τετρακισχιλίων, εἰς δὲ τὰς ὑπηρεσίας τετρακοσίους· εἰς δὲ τὸ κατάστρωμα ἐπιβάτας τρισχιλίους, ἀποδέοντας ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα· καὶ χωρὶς ὑπὸ τὰ ζύγια πλῆθος ἀνθρώπων ἕτερον, ἐπισιτισμούς τε οὐκ ὀλίγον. Καθειλκύσθη δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ ἐσχαρίου τινός, ὅ φασι παγῆναι πεντήκοντα πλοίων πεντηρικῶν ξυλείᾳ, ὑπὸ δὲ ὄχλου μετὰ βοῆς καὶ σαλπίγγων κατήγετο. Ὕστερον δὲ τῶν ἀπὸ Φοινίκης τις ἐπενόησε τὴν καθολκὴν, τάφρον ὑποστησάμενος, ἴσην τῇ νηὶ κατὰ μῆκος, ἣν πλησίον τοῦ λιμένος ὤρυξε. Ταύτῃ δὲ τοὺς θεμελίους κατῳκοδόμησε λίθῳ στερεῷ πρὸς πέντε πήχεις τὸ βάθος, καὶ διὰ τούτων φάλαγγας ἐπικαρσίας κατὰ πλάτος τῆς τάφρου διώσας συνεχεῖς, τετράπηχυν εἰς βάθος τόπον ἀπολιπούσας. Καὶ ποιήσας εἴσρουν ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἐνέπλησεν αὐτῆς πάντα τὸν ὀρυχθέντα τόπον, εἰς ὃν ῥᾳδίως ἀπὸ τῶν τυχόντων ἀνδρῶν εἰσήγαγε τὴν ναῦν· *** τὸ ἀνοιχθὲν κατ' ἀρχὰς ἐμφράξαντας μετεξαντλῆσαι πάλιν τὴν θάλασσαν ὀργάνοις· τούτου δὲ γενομένου ἑδρασθῆναι τὸ πλοῖον ἀσφαλῶς ἐπὶ τῶν προειρημένων φαλάγγων.

« Κατεσκεύασε δ' ὁ Φιλοπάτωρ καὶ ποτάμιον πλοῖον, τὴν θαλαμηγὸν καλουμένην, τὸ μῆκος ἔχουσαν ἡμισταδίου, τὸ δ' εὖρος, ἢ πλατύτατον, τριάκοντα πηχῶν· τὸ δὲ ὕψος σὺν τῷ τῆς σκηνῆς ἀναστήματι μικρὸν ἀπέδει τεσσαράκοντα πηχῶν. Τὸ δὲ σχῆμ' αὐτῆς οὔτε ταῖς μακραῖς ναυσὶν οὔτε ταῖς στρογγύλαις ἐοικὸς, ἀλλὰ παρηλλαγμένον τε καὶ πρὸς τὴν χρείαν τοῦ ποταμοῦ τὸ βάθος. Κάτωθεν μὲν γὰρ ἁλιτενὴς καὶ πλατεῖα, τῷ δ' ὄγκῳ μετέωρος· τὰ δ' ἐπὶ τῶν ἄκρων αὐτῆς μέρη, καὶ μάλιστα τὰ κατὰ πρῷραν, παρέτεινεν ἐφ' ἱκανὸν, τῆς ἀνακλάσεως εὐγράμμου φαινομένης. Δίπρωρος δ' ἐγεγόνει καὶ δίπρυμνος, καὶ πρὸς ὕψος ἀνέτεινε, διὰ τὸ μετέωρον ἄγαν ἵστασθαι πολλάκις ἐν τῷ ποταμῷ τὸ κῦμα. Κατεσκεύαστο δ' αὐτῆς κατὰ μὲν μέσον τὸ κύτος τὰ συμπόσια, καὶ οἱ κοινῶνες, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ πρὸς τὴν διαγωγὴν χρηστήρια. Πέριξ δὲ τῆς νεὼς περίπατοι κατὰ τὰς τρεῖς πλευρὰς ἐγεγόνεσαν διπλοῖ. Ὧν ἡ μὲν περίμετρος ἦν πέντε πλέθρων οὐκ ἐλάττων, ἡ δὲ διάθεσις τοῦ μὲν καταγείου περιστύλῳ παραπλήσιος, τοῦ δ' ὑπερῴου κρύπτῃ φραγμοῖς καὶ θυρίσι περιεχομένῃ πάντοθεν. Πρώτη δ' εἰσιόντι κατὰ πρύμναν ἐτέτακτο προστὰς, ἐξ ἐναντίου μὲν ἀναπεπταμένη, κύκλῳ δὲ περίπτερος· ἧς ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς πρώρας μέρει προπύλαιον κατεσκεύαστο, δι' ἐλέφαντος καὶ τῆς πολυτελεστάτης ὕλης γεγονός. Τοῦτο δὲ διελθοῦσιν ὡσανεὶ προσκήνιον ἐπεποίητο τῇ διαθέσει, κατάστεγον ἄνω. Πάλιν ὁμοίως κατὰ μὲν τὴν μέσην πλευρὰν προστὰς ἑτέρα παρέκειτο ὄπισθεν, καὶ τετράθυρος ἔφερεν εἰς αὐτὴν πυλών. Ἐξ ἀριστερῶν δὲ καὶ δεξιῶν θυρίδες ὑπέκειντο, εὐάειαν παρέχουσαι. Συνῆπτο δὲ τούτοις

---

locus cerea pictura variegatus erat : spatium vero totum inter remos interceptum, usque ad carinam, hederacea fronde thyrsisque erat ornatum. Armamentorumque etiam omnium mirus erat ornatus : et cunctæ navis partes abunde rebus omnibus necessariis instructæ. Quum periculum navigii fieret, impositi ei erant remiges super quater mille; ad ministeria vero nautica homines quadringenti; classiarii milites in ponte stantes ter mille, detractis centum et quinquaginta; insuper sub transtris, in medio navis corpore, alia hominum multitudo; et commeatuum copia haud exigua. Deducta autem navis primum fuerat ope craticulæ, quæ compacta dicitur fuisse ex tanto materiæ apparatu, qui quinquaginta navibus quinqueremibus suffecturus fuisset. Deducta est autem ab ingente hominum multitudine, cum clamore et ad tubarum sonitum. Postea vero Phœnix aliquis [aliam subducendæ ac denuo] deducendæ navis rationem excogitavit; fossam subjiciens, ejusdem cum nave longitudinis, quam prope portum excavavit. Huic fundamenta [et crepidines] substruxit ex solido lapide ad quinque cubitorum profunditatem; deinde inter istas crepidines impegit continuas series phalangum transversarum pro latitudine fossæ, ita ut quadricubitale spatium in altitudinem infra relinqueretur. Tum immisso mari, totum effossum locum aqua replevit : in quem deinde quorumlibet hominum ope facile subduxit navem : post hæc, obstructa apertura initio facta, machinarum ope rursus exhausit aquam. Ita fiebat ut super prædictis phalangibus tuto ac firmiter navis staret.

« Construxit vero idem Philopator etiam aliam navem, qua in Nilo fluvio navigaret, quæ *Thalamegus* (id est, *thalamum vehens*) vocabatur; cujus longitudo fuit dimidii stadii; latitudo, ubi maxima, triginta cubitorum : altitudo, simul cum erecto tabernaculo, parum a quadraginta cubitis aberat. Forma ejus nec longis navibus, neque rotundis erat similis : sed prorsus singularis, pro usus commoditate et altitudine fluvii. Nam inferne depressa navis erat et lata; corpus autem sublime eminebat : extremæ vero ejus partes, ac præsertim a prora, multum prominebant, dein sursum reflexæ speciem præbebant eleganter descriptam. Duas autem proras duasque puppes habebat; et super aquam multum eminebat, quoniam fluctus fluvii sæpe in altum attolluntur. In medio alveo constructa erant cœnacula et cubicula, et reliquæ ad vitæ usum pertinentes commoditates. Circum navem secundum tria latera ambulationes erant binæ, quarum circuitus paulo minus quinque jugerum erat : species vero et structura inferioris, peristylio erat similis; superioris, cryptoporticui parietibus et fenestris undique circumdato. Ingredienti a puppe primum occurrebat vestibulum (προστὰς Græcis vocatur) a parte anteriore apertum, circumcirca vero simplici columnarum serie circumdatum. In ea parte, quæ versus proram spectabat, propylæum constructum erat, ex ebore et ligno pretiosissimo factum : per quod postquam transieras, constructum erat quasi proscenium, superne tectum. Rursus dein similiter in medio latere posteriore adjuncta erat alia *prostas*, in quam intrabatur per portam quadriforem. A dextra et sinistra fenestræ erant, quæ aeris salubritatem præstarent. His contiguus erat maximus œcus, columnis circum-

ὁ μέγιστος οἶκος· περίπτερος δ' ἦν, εἰκοσι κλίνας ἐπιδεχόμενος. Κατεσκευάσθη δ' αὐτοῦ τὰ μὲν πλεῖστα ἀπὸ κέδρου σχιστῆς καὶ κυπαρίσσου Μιλησίας· αἱ δὲ τῆς περιστάσεως θύραι, τὸν ἀριθμὸν εἴκοσιν οὖσαι, θυίναις κατεικολλῆντο σανίσιν, ἐλεφαντίνους ἔχουσαι τοὺς κόσμους. Ἡ δ' ἐνήλωσις ἡ κατὰ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ τὰ βόπτρα ἐξ ἐρυθροῦ γεγονότα χαλκοῦ, τὴν χρύσωσιν ἐκ πυρὸς εἰλήφει. Τῶν δὲ κιόνων τὰ μὲν σώματα ἦν κυπαρίσσινα, αἱ δὲ κεφαλαὶ Κορινθιουργεῖς, ἐλέφαντι καὶ χρυσῷ διακεκοσμημέναι. Τὸ δὲ ἐπιστύλιον ἐκ χρυσοῦ τὸ ὅλον· ἐφ' οὗ διάζωσμα ἐρήρμοστο, περιφανῆ ζῴδια ἔχον ἐλεφάντινα, μείζονα πηχυαίων, τῇ μὲν τέχνῃ μέτρια, τῇ χορηγίᾳ δ' ἀξιοθαύμαστα. Ἐπέκειτο δὲ καὶ στέγη καλὴ τῷ συμποσίῳ τετράγωνος κυπαρισσίνη· γλυπτοὶ δ' αὐτῆς ἦσαν οἱ κόσμοι, χρυσῆν ἔχοντες τὴν ἐπιφάνειαν. Παρέκειτο δὲ τῷ συμποσίῳ τούτῳ καὶ κοιτὼν ἑπτάκλινος· ᾧ συνῆπτο στενὴ σῦριγξ, κατὰ πλάτος τοῦ κύτους χωρίζουσα τὴν γυναικωνῖτιν. Ἐν δὲ ταύτῃ συμπόσιον ἐννεάκλινον ἦν, παραπλήσιον τῇ πολυτελείᾳ τῷ μεγάλῳ, καὶ κοιτὼν πεντάκλινος. Καὶ τὰ μὲν ἄχρι τῆς πρώτης στέγης κατεσκευασμένα τοιαῦτ' ἦν.

« Ἀναβάντων δὲ τὰς παρακειμένας πλησίον τῷ προειρημένῳ κοιτῶνι κλίμακας, οἶκος ἦν ἄλλος πεντάκλινος, ὁρόφωμα ῥομβωτὸν ἔχων· καὶ πλησίον αὐτοῦ ναὸς Ἀφροδίτης θολοειδής, ἐν ᾧ μαρμάρινον ἄγαλμα τῆς θεοῦ. Κατεναντίον δὲ τούτου ἄλλο συμπόσιον πολυτελὲς περίπτερον· οἱ γὰρ κίονες αὐτοῦ ἐκ λίθων Ἰνδικῶν συνέκειντο. Παρὰ δὲ καὶ τούτῳ τῷ συμποσίῳ κοιτῶνες, ἀκόλουθον τὴν κατασκευὴν τοῖς προδεδηλωμένοις ἔχοντες. Προάγοντι δὲ ἐπὶ τὴν πρῷραν οἶκος ὑπέκειτο Βακχικὸς, τρισκαιδεκάκλινος, περίπτερος, ἐπίχρυσον ἔχων τὸ γεῖσον ἕως τοῦ περιτρέχοντος ἐπιστυλίου· στέγη δὲ τῆς τοῦ θεοῦ διαθέσεως οἰκεία. Ἐν δὲ τούτῳ κατὰ μὲν τὴν δεξιὰν πλευρὰν ἄντρον κατεσκεύαστο, οὗ χρῶμα μὲν ἦν ἔχον τὴν πετροποιΐαν ἐκ λίθων ἀληθινῶν καὶ χρυσοῦ δεδημιουργημένον· ὕδρυτο δ' ἐν αὐτῷ τῆς τῶν βασιλέων συγγενείας ἀγάλματα εἰκονικὰ λίθου λυχνέως. Ἐπιτερπὲς δ' ἱκανῶς καὶ ἄλλο συμπόσιον ἦν, ἐπὶ τῇ τοῦ μεγίστου οἴκου στέγῃ κείμενον, σκηνῆς ἔχον τάξιν· ὥστε τῇ μὲν οὐκ ἐπῆν ** διατόναια δὲ τοξοειδῆ διὰ ποσοῦ τινος ἐνετέτακτο διαστήματος, ἐφ' ὧν αὐλαῖαι κατὰ τὸν ἀνάπλουν ἁλουργεῖς ἐνεπετάννυντο. Μετὰ δὲ τοῦτο αἴθριον ἐξεδέχετο, τὴν ἐπάνω τῆς ὑποκειμένης προστάδος τάξιν κατέχον· ᾧ κλῖμαξ τε ἑλικτὴ, φέρουσα πρὸς τὸν κρυπτὸν περίπατον, παρέκειτο, καὶ συμπόσιον ἐννεάκλινον, τῇ διαθέσει τῆς κατασκευῆς Αἰγύπτιον. Οἱ γὰρ γεγονότες αὐτόθι κίονες ἀνήγοντο στρογγύλοι, διαλλάττοντες τοῖς σπονδύλοις, τοῦ μὲν μέλανος, τοῦ δὲ λευκοῦ, παράλληλα τιθεμένων. Εἰσὶ δ' αὐτῶν καὶ αἱ κεφαλαὶ τῷ σχήματι περιφερεῖς, ὧν ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ παραπλησία ῥόδοις ἐπὶ μικρὸν ἀναπεπταμένοις ἐστίν. Περὶ δὲ τὸν προσαγορευόμενον κάλαθον οὐχ ἕλικες, καθάπερ ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν, καὶ φύλλα τραχέα περίκειται, λωτῶν δὲ ποταμίων κάλυκες, καὶ φοινίκων ἀρτιβλάστων καρπός· ἔστι δ' ὅτε καὶ πλειόνων ἄλλων ἀνθέων γέγλυπται γένη. Τὸ δ' ὑπὸ τὴν ῥίζαν, ὃ δὴ τῷ συνάπτοντι πρὸς τὴν κεφαλὴν ἐπίκειται σπονδύλῳ, κιβωρίων ἄνθεσι καὶ φύλλοις ὡσανεὶ καταπεπλεγμένοις ὁμοίαν εἶχε τὴν διάθεσιν. Τοὺς μὲν οὖν κίονας οὕτως Αἰγύπτιοι κατασκευά-

---

circa ornatus, triginta lectos capiens. In illo pleraque ex secta cedro aut Milesia cupresso fabrefacta erant : fores vero in circuitu, numero viginti, ex citreis tabulis compactæ, et multo ebore ornatæ. Quidquid in his clavorum aut ferramenti conspiciebatur, perinde ac annuli sive marculi ex rubro ære conflati, in igne deauratum erat. Columnarum scapi ex cypresso erant; capitula, Corinthii operis, ebore et auro exornata. Epistylium totum deauratum : cui adaptata erat præcinctio, ex qua eminebant eburnea signa, cubito majora; artificii illa quidem mediocris, sed materiæ pretio admiranda. Impositum etiam elegans tectum cœnaculo erat, quadratum, cupressinum; in quo multa erant sculpta ornamenta, inaurata in superficie. Cœnaculo huic proximum erat cubiculum septem lectorum : quod attingebat angustus meatus, e transverso secundum alvei navis latitudinem ductus, qui mulierum habitationem separabat. In gynæconitide cœnaculum erat novem lectorum, magnificentia par majori illi, et cubiculum lectorum quinque. Et ad primum quidem usque tectum, hæc ita disposita erant.

« Ubi vero per scalas prædicto cubiculo adjacentes ascenderas, aliud erat conclave quinque lectorum, tectum habens rhombi figura : et prope illud ædes Veneris, ad tholi formam constructa; in qua erat marmoreum deæ signum. Huic ex adverso aliud erat cœnaculum magnificum, columnis circumcirca ornatum : erant autem columnæ ex Indicis lapidibus constructæ. Rursusque huic cœnaculo juncta cubicula, ita instructa ut consentaneum erat his de quibus jam dictum est. Ad proram pergenti occurrebat œcus Bacchicus tredecim lectorum, columnis in circuitu ornatus, auratam habens suggrundam usque ad circumcurrens epistylium : tectum vero congruens dei ingenio. In eo œco a dextra parte antrum erat constructum, [cujus fornix (χῶμα) loco saxorum ex veris lapidibus *pretiosis* et auro erat confectus?] positæ autem in eo erant regiorum cognatorum imagines ad vivum expressæ ex lychnite lapide. Erat etiam alia cœnatio, amœna admodum, maximi œci tecto superstructa, tentorium referens : erat enim partim aperta, partim vero ex certis intervallis tensi superne circuli erant arcuati, super quibus, quum navigabatur, expandebantur aulæa purpurea. Cœnationem hanc excipiebat area subdialis, locum superiorem tenens ubi infra subjecta prostas erat : cui areæ contigua fuit scala tortilis, ad tectam ambulationem ducens, et cœnatio novem lectorum, Ægyptiorum more constructa ornataque. Erant enim columnæ, quæ ibi tereles erectæ cernebantur, vertebris ita variegatæ, ut alternatim altera nigra vertebra, altera alba, æquali altitudine invicem impositæ essent. Sunt autem earundem capitula forma rotunda, ita ut tota figura similis sit rosæ paululum explicatæ. Circa eam vero partem, quæ *calathus* vocatur, nullæ volutæ sunt, ut in Græcanicis columnis, neque aspera folia circumposita; sed lotorum aquatilium calyces, et palmarum recens germinantium fructus; non-

ζουσι, καὶ τοὺς τοίχους δὲ λευκαῖς τε καὶ μελαίναις διαποικίλλουσι πλινθίσιν· ἐνίοτε δὲ καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς ἀλαβαστίτιδος προσαγορευομένης πέτρας. Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα κατὰ μέσον τῆς νεὼς τὸ κύτος, ἐν κοίλῃ, καὶ κατὰ πᾶν αὐτῆς μέρος, οἰκήματα ἦν. Ὁ δὲ ἱστὸς ἦν αὐτῆς ἑβδομήκοντα πηχῶν, βύσσινον ἔχων ἱστίον, ἀλουργεῖ παρασείρῳ κεκοσμημένον. » Πᾶς δ' ὁ τοῦ βασιλέως τοῦ Φιλαδέλφου πλοῦτος φυλαχθεὶς κατελύθη ὑπὸ τοῦ τελευταίου Πτολεμαίου, τοῦ καὶ τὸν Γαβινιακὸν συστησαμένου πόλεμον, οὐκ ἀνδρὸς γενομένου, ἀλλ' αὐλητοῦ καὶ μάγου. Inde a Πᾶς δὲ verba sunt Athenæi.

E LIBRO QUARTO.

2.

Athenæus V, 25, p. 196, A : Θαυμασάντων δὲ τῶν ὀαιτυμόνων τήν τε τοῦ βασιλέως διάνοιαν, ὡς οὐκ ἐπιφανὴς, ἀλλ' ὄντως ἐπιμανὴς ὑπῆρχε, προσέθηκεν ὁ Μασούριος περὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γεγενημένης ὑπὸ τοῦ πάντ' ἀρίστου Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου καὶ βασιλέως πομπῆς Καλλίξενον τὸν Ῥόδιον ἱστοροῦντα ἐν τῷ τετάρτῳ Περὶ Ἀλεξανδρείας, ὅς φησι· « Πρὸ δὲ τοῦ ἄρξασθαι τὴν κατασκευασθεῖσαν σκηνὴν ἐν τῷ τῆς ἄκρας περιβόλῳ, χωρὶς τῆς τῶν στρατιωτῶν καὶ τεχνιτῶν καὶ παρεπιδήμων ὑποδοχῆς, ἐξηγήσομαι. Καλὴ γὰρ εἰς ὑπερβολὴν ἀξία τε ἀκοῆς ἐγενήθη. Τὸ μὲν οὖν μέγεθος αὐτῆς ἑκατὸν τριάκοντα κλίνας ἐπιδεχόμενον κύκλῳ, διασκευὴν δ' εἶχε τοιαύτην. Κίονες διεστάθησαν ξύλινοι, πέντε μὲν κατὰ πλευρὰν ἑκάστην τοῦ μήκους, πεντηκονταπήχεις πρὸς ὕψος, ἐνὶ δὲ ἑλάττους κατὰ πλάτος· ἐφ' ὧν ἐπιστύλιον καθηρμόσθη τετράγωνον, ὑπερεῖδον τὴν σύμπασαν τοῦ συμποσίου στέγην. Αὕτη δ' ἐνεπετάσθη κατὰ μέσον οὐρανίσκῳ κοκκινοβαφεῖ περιλεύκῳ, καθ' ἑκάτερον δὲ μέρος εἶχε δοκοὺς, μεσολεύκοις ἐμπετάσμασι πυργωτοῖς κατειλημένας, ἐν αἷς φοινώματα γραπτὰ κατὰ μέσον ἐτέτατο. Τῶν δὲ κιόνων οἱ μὲν τέσσαρες ὡμοίωντο φοίνιξιν, οἱ δ' ἀνὰ μέσον θύρσων εἶχον φαντασίαν. Τούτων δ' ἐκτὸς περίστυλος ἐπεποίητο σῦριγξ, ταῖς τρισὶ πλευραῖς καμαρωτὴν ἔχουσα στέγην, ἐν ᾗ τὴν τῶν κατακειμένων ἀκολουθίαν ἑστάναι συνέβαινεν. Ἧς τὸ μὲν ἐντὸς αὐλαίαις περιείχετο φοινικίναις, ἐπὶ δὲ τῶν ἀνὰ μέσον χωρῶν ὁραὶ θηρίων, παράδοξοι καὶ τῇ ποικιλίᾳ καὶ τοῖς μεγέθεσιν, ἐκρέμαντο. Τὸ δὲ περιέχον αὐτὴν ὕπαιθρον μυρρίναις καὶ δάφναις ἄλλοις τ' ἐπιτηδείοις ἔρνεσιν ἐγεγόνει συνηρεφές. Τὸ δ' ἔδαφος πᾶν ἄνθεσι κατεπέπαστο παντοίοις. Ἡ γὰρ Αἴγυπτος καὶ διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος εὐκρασίαν καὶ διὰ τοὺς κηπεύοντας τὰ σπανίως καὶ καθ' ὥραν ἐνεστηκυῖαν ἐν ἑτέροις φυόμενα τόποις ἄρθονα γεννᾷ καὶ διὰ παντὸς, καὶ οὔτε ῥόδον οὔτε λευκόϊον οὔτ' ἄλλο ῥᾳδίως ἄνθος ἐκλιπεῖν οὐδὲν οὐδέποτ' εἰώθεν. Διὸ δὴ καὶ κατὰ μέσον χειμῶνα τῆς ὑποδοχῆς τότε γενηθείσης, παράδοξος ἡ φαντασία [τότε] τοῖς ξένοις κατέστη. Τὰ γὰρ εἰς μίαν εὑρεθῆναι στεφάνωσιν οὐκ ἂν δυνηθέντα ἐν ἄλλῃ πόλει ῥᾳδίως, ταῦτα καὶ τῷ πλήθει τῶν κατακειμένων ἐχορηγεῖτο εἰς τοὺς στεφάνους ἀρθόνως, καὶ εἰς τὸ τῆς σκηνῆς ἔδαφος κατεπέπαστο χύδην, θείου τινὸς ὡς ἀληθῶς ἀποτελοῦντα λειμῶνος πρόσοψιν.

---

nunquam vero etiam alia florum genera insculpta sunt. Quod autem radici capituli subest, nempe quod insidet illi vertebræ quæ capitulum proxime attingit, figuras referebat florum foliorumque fabarum Ægyptiarum. Columnas igitur hoc modo Ægyptii construunt : itemque parietes nigris laterculis albisque variegant, hisque nonnunquam ex lapide quem *alabastitidem* vocant. Erant vero multa etiam alia quum in medio navis alveo, tum qualibet in parte, conclavia. Malus navis cubitorum fuit septuaginta, byssinum habens velum, purpurea ornatum fimbria, cui funes aptarentur. » Universæ vero Ptolemæi Philadelphi divitiæ, ab aliis regibus conservatæ, dilapidatæ profligatæque sunt ad ultimo Ptolemæo, eodem qui bellum etiam Gabinianum conflavit; qui non vir fuit, sed tibicen et magus.

2.

Mirantibus convivis ingenium regis, quod non tam *illustre* (ἐπιφανὲς) quam revera *furiosum* (ἐπιμανὲς) fuisset, Masurius Callixenum Rhodium citavit pompam Alexandriæ celebratam a Ptolemæo Philadelpho, rege undecumque præstantissimo, libro quarto De Alexandria enarrantem. « Priusquam rem aggrediar, inquit ille, exstructum intra arcis ambitum *Tabernaculum*, seorsum a militum et artificum et peregrinorum diversoriis, exponam : supra modum enim pulcrum fuit, et memoratu dignum. Igitur amplitudo ejus tanta erat, ut centum et triginta lectos caperet, in orbem locatos; structura autem hujusmodi. Columnæ dispositæ erant ligneæ quinque ab utraque parte, qua in longitudinem patebat tentorium, ad quinquaginta cubitorum altitudinem; quattuor vero in latitudinem. His superne adaptatum erat epistylium quadratum, quod universum cœnaculi tectum sustentaret. Habebat illud in medio velum coccineum albo prætextum, in tholi formam expansum : ab utraque parte trabes erant, tapetiis obvolutæ albo distinctis turritis, quarum in medio expansa erant picta lacunaria. Quattuor ex columnis palmarum arborum formam referebant : quæ in medio erant, thyrsorum præbebant speciem. Extra has, tribus lateribus circumducta erat porticus, peristylio ornata, fornicato tecto instructa; in qua staret discumbentium comitatus. Hujus pars interior aulæis erat obducta puniceis : quorum in medio certis ex intervallis suspensæ ferarum pelles, cum varietate coloris, tum magnitudine admirabiles. Latus exterius, libero cœlo obversum, myrtis et lauris aliisque idoneis frondibus obumbrabatur. Totum vero solum floribus cujusque generis sparsum erat. Ægyptus enim, quum ob aeris temperiem, tum per eorum industriam qui hortos colunt, quæ parcius etiam suo quæque tempore in aliis regionibus gignuntur, ea copiosissima gignit, et qualibet anni tempestate; ut et rosa et leucoium et quodcumque aliud floris genus nunquam non suppetat. Quare, quum media hieme convivii illius solemnitas celebraretur, mira tunc species peregre venientibus accidebat. Nam qui ad unius coronæ contextum in alia urbe vix reperti flores fuissent, ii largissime et ad coronas tantæ multitudinis convivarum suppetebant, et per

26. « Διέκειτο δὲ ἐπὶ μὲν τῶν τῆς σκηνῆς παραστάδων ζῷα μαρμάρινα τῶν πρώτων τεχνιτῶν ἑκατόν. Ἐν δὲ ταῖς ἀνὰ μέσον χώραις πίνακες τῶν Σικυωνικῶν ζωγράφων, ἐναλλὰξ δ' ἐπίλεκτοι εἰκασίαι παντοῖαι, καὶ χιτῶνες χρυσοῦφεῖς, ἐφαπτίδες τε κάλλισται, τινὲς μὲν εἰκόνας ἔχουσαι τῶν βασιλέων ἐνυφασμένας, αἱ δὲ μυθικὰς διαθέσεις. Ὑπεράνω δὲ τούτων θυρεοὶ περιέκειντο ἐναλλὰξ, ἀργυροῖ τε καὶ χρυσοῖ. Ἐν δὲ ταῖς ἐπάνω τούτων χώραις, οὔσαις ὀκταπήχεσιν, ἄντρα κατεσκεύαστο, κατὰ μὲν τὸ μῆκος τῆς σκηνῆς ἓξ ἐν ἑκατέρᾳ πλευρᾷ, κατὰ πλάτος δὲ τέτταρα· συμπόσιά τε ἀντία ἀλλήλων ἐν αὐτοῖς τραγικῶν τε καὶ κωμικῶν καὶ σατυρικῶν ζώων (προσώπων Preller.), ἀληθινὸν ἐχόντων ἰματισμὸν, οἷς παρέκειτο καὶ ποτήρια χρυσᾶ. Κατὰ μέσον δὲ τῶν ἄντρων νύμφαι ἐλείφθησαν, ἐν αἷς ἕκειντο Δελφικοὶ χρυσοῖ τρίποδες, ὑποστήματ' ἔχοντες. Κατὰ δὲ τὸν ὑψηλότατον τόπον τῆς ὀροφῆς ἀετοὶ κατὰ πρόσωπον ἦσαν ἀλλήλων χρυσοῖ, πεντεκαιδεκαπήχεις τὸ μέγεθος. Ἔκειντο δὲ κλῖναι σφιγγόποδες ἐν ταῖς ὑσὶ πλευραῖς ἑκατόν· ἡ γὰρ κατὰ πρόσωπον ὄψις ἀφεῖτ' ἀναπεπταμένη. Ταύταις δ' ἀμφίταποι ἀλουργεῖς ὑπέστρωντο τῆς πρώτης ἐρίας, καὶ περιστρώματα ποικίλα, διαπρεπῆ ταῖς τέχναις, ἐπῆν. Ψιλαὶ δὲ Περσικαὶ τὴν ἀνὰ μέσον τῶν ποδῶν χώραν ἐκάλυπτον, ἀκριβῆ τὴν γύγραμμίαν τῶν ἐνυφασμένων ἔχουσαι ζῳδίων. Παρετέθησαν δὲ καὶ τρίποδες τοῖς κατακειμένοις χρυσοῖ, διακεῖσθαι τὸν ἀριθμὸν, ὥστ' εἶναι δύο κατὰ κλίνην, ἐπ' ἀργυρῶν διέδρων. Ἐκ δὲ τῶν ὄπισθεν πρὸς τὴν ἄποψιν ἑκατὸν ἀργυραῖ λεκάναι, καὶ καταχύσεις ἴσαι, παρέκειντο. Ἐπεπήγει δὲ τοῦ συμποσίου καταντικρὺ καὶ ἑτέρα κλίνη πρὸς τὴν τῶν κυλικείων καὶ ποτηρίων τῶν τε λοιπῶν τῶν πρὸς τὴν χρῆσιν ἀντικόντων κατασκευασμάτων ἔκθεσιν· ἃ δὴ πάντα χρυσᾶ τε ἦν καὶ διάλιθα, θαυμαστὰ ταῖς τέχναις. Τούτων δὲ τὴν μὲν κατὰ μέρος κατασκευὴν καὶ τὰ γένη μακρὸν ἐπεφαίνετό μοι διηλοῦν· τὸ δὲ τοῦ σταθμοῦ πλῆθος εἰς μύρια τάλαντ' ἀργυρίου τὴν σύμπασαν εἶχε κατασκευήν.

27. « Ἡμεῖς δὲ, ἐπειδὴ τὰ κατὰ τὴν σκηνὴν διεληλύθαμεν, ποιησόμεθα καὶ τῆς πομπῆς ἐξήγησιν· ἤγετο γὰρ διὰ τοῦ κατὰ τὴν πόλιν σταδίου. Πρώτη δ' ἐβάδιζεν Ἑωσφόρου· καὶ γὰρ ἀρχὴν εἶχεν ἡ πομπὴ, καθ' ὃν ὁ προειρημένος ἀστὴρ φαίνεται χρόνον. Ἔπειθ' ἡ τοῖς τῶν βασιλέων γονεῦσι κατωνομασμένη. Μετὰ δὲ ταύτας αἱ τῶν θεῶν ἁπάντων, οἰκείαν ἔχουσαι τῆς περὶ ἑκάστων αὐτῶν ἱστορίας διασκευήν. Τὴν δὲ τελευταίαν Ἑσπέρου συνέβαινεν εἶναι, τῆς ὥρας εἰς τοῦτο συναγούσης τὸν καιρόν. Τὰ δὲ κατὰ μέρος αὐτῶν εἴ τις εἰδέναι βούλεται, τὰς τῶν πεντετηρίδων γραφὰς λαμβάνων ἐπισκοπείτω. Τῆς δὲ Διονυσιακῆς πομπῆς πρῶτοι μὲν προῆσαν οἱ τὸν ὄχλον ἀνείργοντες Σειληνοὶ, πορφυρᾶς χλαμύδας, οἱ δὲ φοινικίδας, ἠμφιεσμένοι. Τούτοις δ' ἐπηκολούθουν Σάτυροι, καθ' ἕκαστον τοῦ σταδίου μέρος εἴκοσι, λαμπάδας φέροντες κισσίνας διαχρύσους. Μεθ' οὓς Νῖκαι, χρυσᾶς ἔχουσαι πτέρυγας. Ἔφερον δ' αὗται θυμιατήρια ἑξαπήχη, κισσίνοις χρυσοῖς κλωσὶ διακεκοσμημένα, ζωωτοὺς ἐνδεδυκυῖαι χιτῶνας, αὐταὶ

---

tabernaculi solum tanta profusione sparsi erant, ut illud vere divini cujusdam prati speciem præberet.

« Ad postes (*sive* columellas) circa totum tabernaculum disposita erant marmorea signa centum, primariorum artificum opera : et mediis inter illas spatiis suspensæ tabulæ pictæ operis Sicyonii, alternatimque variæ imagines ad vivum expressæ, et tunicæ auro intextæ, et paludamenta pulcerrima, quorum aliis intextæ erant regum imagines, aliis argumenta e fabulis deprompta. Superne super his scuta suspensa erant, alternatim argentea et aurea. Porro locis superioribus, in octo cubitos patentibus, antra constructa erant, sex ab utraque parte in longitudinem tabernaculi, quattuor vero in latitudinem : in eisque convivia, ex adverso alterum alterius, tragicarum et comicarum et satyricarum personarum, vero cultu habituque vestitarum, quibus aurea apposita erant pocula. Medio spatio, quod inter antra relinquebatur, nymphæa erant, in quibus positi aurei tripodes Delphici, suis basibus insistentes. In supremo tecti fastigio aquilæ erant aureæ, mutuo sese respicientes, quindecim cubitorum magnitudine. Secundum duo tabernaculi latera positi erant centum lecti aurei, pedibus in sphingum formam effictis : nam latus oppositum fronti relictum erat apertum. Illis substrata erant tapetia purpurea, utrimque villosa, e lana præstantissima : superstrata aulæa variegata, eximia arte insignia. Glabri tapetes Persici medium spatium, quod pedibus calcatur, tegebant, accurate delineatas animalium formas aliasque figuras intertextas habentes. Discumbentibus appositæ erant mensæ tripodes aureæ ducentæ, ut essent duæ pro quoque lectulo, argenteis repositoriis innixæ. A parte posteriori, quæ e conspectu remota est, centum pelves positæ erant argenteæ, totidemque labra. Fabrefactum vero etiam erat in parte adversa cœnaculi aliud repositorium, in quo calices et pocula, aliaque ad usum idonea, et vasa diversæ fabricæ exponebantur; quæ erant aurea omnia, et gemmis distincta, admirabili arte fabrefacta. Quorum singulorum structuram, et varia genera enarrare, longum mihi visum est. Sed pondus cunctorum illorum vasorum, in unam summam collatum, decem fere millium fuit talentorum argenti.

« Nunc, postquam quæ ad tabernaculum pertinent exposuimus, *pompam* etiam ipsam enarrabimus. Ducebatur igitur illa per stadium quod est Alexandriæ. Et prima quidem progrediebatur Luciferi pompa : etenim initium tota pompa capiebat, quo tempore stella illa oriebatur. Tum procedebat ea, quæ parentibus regum erat consecrata. Post hanc, deorum omnium dearumque pompæ; quælibet rebus omnibus instructa ornataque, quæ ad uniuscujusque numinis historiam spectant. Postrema pompa Hesperi erat, quoniam anni tempestas ita contrahebat tempus, ut ad seram usque vesperam universa pompa ageretur. Quarum pomparum si quis singularum particulatim rationem cognoscere cupit, is Quinquennalium ludorum descriptionem sumat, et ipse oculis suis lustret. In *Bacchica pompa*, primi incedebant turbam amoventes *Sileni*, purpureas læenas, alii puniceas induti. Hos sequebantur *Satyri*, ab utraque stadii parte viginti, lampadas gestantes hederæ foliis obvolutas auro fulgentibus. Deinde *Victoriæ*, aureas

δὲ πολὺν κόσμον χρυσοῦν περικείμεναι. Μετὰ δὲ ταύτας εἵπετο βωμὸς ἑξάπηχυς διπλοῦς, κισσίνῃ φυλλάδι διαχρύσῳ πεπυκασμένος, ἔχων ἀμπέλινον χρυσοῦν στέφανον, μεσολεύκοις μίτραις κατειλημένον. Ἐπηκολούθουν δ' αὐτῷ παῖδες, ἐν χιτῶσι πορφυροῖς λιβανωτὸν καὶ σμύρναν, ἔτι δὲ κρόκον, ἐπὶ χρυσῶν μαζονόμων φέροντες, ἑκατὸν εἴκοσι. Μεθ' οὓς Σάτυροι τεσσαράκοντα, ἐστεφανωμένοι κισσίνοις χρυσοῖς στεφάνοις· τὰ δὲ σώματα οἱ μὲν ἐκέχριντο ὀστρείῳ, τινὲς δὲ μίλτῳ καὶ χρώμασιν ἑτέροις. Ἕτερον δὲ καὶ οὗτοι στέφανον χρυσοῦν, ἐξ ἀμπέλου καὶ κισσοῦ εἰργασμένον. Μεθ' οὓς Σειληνοὶ δύο ἐν πορφυραῖς χλαμύσι καὶ κρηπῖσι λευκαῖς. Εἶχε δ' αὐτῶν ὁ μὲν πέτασον καὶ κηρύκειον χρυσοῦν, ὁ δὲ σάλπιγγα. Μέσος δὲ τούτων ἐβάδιζεν ἀνὴρ, μείζων τετράπηχυς, ἐν τραγικῇ διαθέσει καὶ προσώπῳ, φέρων χρυσοῦν Ἀμαλθείας κέρας· ὃς προσηγορεύετο Ἐνιαυτός. Ὦ γυνὴ περικαλλεστάτη κατὰ τὸ μέγεθος εἵπετο, πολλῷ χρυσῷ καὶ διαπρεπεῖ κεκοσμημένη, φέρουσα τῇ μὲν μιᾷ τῶν χειρῶν στέφανον περσαίας, τῇ δ' ἑτέρᾳ ῥάβδον φοίνικος· ἐκαλεῖτο δὲ αὕτη Πεντετηρίς. Ταύτῃ δ' ἐπηκολούθουν Ὧραι τέσσαρες διεσκευασμέναι, καὶ ἑκάστη φέρουσα τοὺς ἰδίους καρπούς. Ἐχόμενα τούτων θυμιατήρια δύο κίσσινα ἐκ χρυσοῦ, ἑξαπήχη, καὶ βωμὸς ἀνὰ μέσον τούτων τετράγωνος χρυσοῦ. Καὶ πάλιν Σάτυροι, στεφάνους ἔχοντες κισσίνους χρυσοῦς, φοινικίδας περιβεβλημένοι· ἕτερον δ' οἱ μὲν οἰνοχόην χρυσῆν, οἱ δὲ καρχήσιον. Μεθ' οὓς ἐπορεύετο Φιλίσκος ὁ ποιητὴς, ἱερεὺς ὢν Διονύσου, καὶ πάντες οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. Τούτων δ' ἐφεξῆς ἐφέροντο Δελφικοὶ τρίποδες, ἆθλα τοῖς τῶν ἀθλητῶν χορηγοῖς· ὁ μὲν παιδίσκων, ἐννέα πηχῶν τὸ ὕψος, ὁ δὲ πηχῶν δώδεκα, ὁ τῶν ἀνδρῶν.

« Μετὰ τούτους τετράκυκλος πηχῶν τεσσαρεσκαίδεκα, ὀκτὼ δὲ τὸ πλάτος, ἤγετο ὑπὸ ἀνδρῶν ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν, ἐπὶ δὲ ταύτης ἐπῆν ἄγαλμα Διονύσου δεκάπηχυ, σπένδον ἐκ καρχησίου χρυσοῦ, χιτῶνα πορφυροῦν ἔχον διάπεζον, καὶ ἐπ' αὐτοῦ κροκωτὸν διαφανῆ· περιεβέβλητο δὲ ἱμάτιον πορφυροῦν χρυσοποίκιλον. Προέκειτο δὲ αὐτοῦ κρατὴρ Λακωνικὸς χρυσοῦς μετρητῶν πεντεκαίδεκα καὶ τρίπους χρυσοῦς, ἐφ' οὗ θυμιατήριον χρυσοῦν καὶ φιάλαι δύο χρυσαῖ, κασσίας μεσταὶ καὶ κρόκου. Περιέκειτο δ' αὐτῷ καὶ σκιὰς ἐκ κισσοῦ καὶ ἀμπέλου καὶ τῆς λοιπῆς ὀπώρας κεκοσμημένη· προσήρτηντο δὲ καὶ στέφανοι, καὶ ταινίαι, καὶ θύρσοι, καὶ τύμπανα, καὶ μίτραι, πρόσωπά τε σατυρικὰ καὶ κωμικὰ καὶ τραγικά. Τῇ δὲ τετρακύκλῳ ἱερεῖς καὶ ἱέρειαι, καὶ πέρσεις τελεταὶ (αἱ περὶ τὰς τελετὰς conj. Preller.), καὶ θίασοι παντοδαποὶ, καὶ τὰ λίκνα φέρουσαι. Μετὰ δὲ ταῦτα Μαινάδες, αἱ καλούμεναι Μιμαλλόνες, καὶ Βασσάραι καὶ Λυδαὶ, κατακεχυμέναι τὰς τρίχας, καὶ ἐστεφανωμέναι τινὲς μὲν ὄφεσιν, αἱ δὲ μίλακι, καὶ ἀμπέλῳ, καὶ κισσῷ· κατεῖχον δὲ ταῖς χερσὶν αἱ μὲν ἐγχειρίδια, αἱ δὲ ὄφεις. Μετὰ δὲ ταύτας ἤγετο τετράκυκλος, πηχῶν ὀκτὼ πλάτος, ὑπὸ ἀνδρῶν ἑξήκοντα, ἐφ' ἧς ἄγαλμα Νύσης ὀκτάπηχυ καθήμενον, ἐνδεδυκὸς μὲν θάψινον χιτῶνα χρυσοποίκιλον, ἱμάτιον

---

habentes alas. Gestabant autem hæ thuribula sex cubitorum, hederæ frondibus aureis ornata : tunicis vestitæ erant auro variegatis, et ipsæ alio multo aureo ornatu nitebant. Has excipiebat *ara* cubitorum sex, duplex, multa fronde hederacea auro fulgente ornata : imposita ei erat corona pampinea ex auro facta, fasciis obvoluta albo distinctis. Eam sequebantur *pueri* purpureis tunicis amicti, centum et viginti, thus et myrrham et crocum aureis in patinis gestantes. Inde *Satyri* quadraginta, hederaceis aureis coronis redimiti : quorum alii corpus ostro, alii minio, aut aliis coloribus tinctum habebant. Gestabant autem hi etiam coronam (majorem) auream, ex vite et hedera confectam. Post hos duo *Sileni*, lænis purpureis et crepidis albis : quorum alter petasum gestabat, et aureum caduceum parvum; alter tubam. Medius autem inter hos incedebat vir majori statura, quattuor cubitorum, habitu et persona tragica, aureum tenens Amaltheæ cornu : *Annum* hunc vocabant. Quem sequebatur mulier pulcerrima statura, multo auro eleganter ornata, altera manu coronam ex persea gestans, altera palmæ virgam : ea *Penteteris* vocabatur, sive *Lustrum*. Hanc excipiebant quattuor *Anni tempora*, [conveniente] ornatu instructa, unumquodque proprios fructus manu tenens. Proxime sequebantur thuribula duo, hederæ foliis ex auro obvoluta; et ara inter hæc media, quadrata, aurea. Tum rursus Satyri, coronis hederaceis aureis cincti, puniceis tunicis induti : gestabantque horum alii trullam auream, alii carchesium. [Poculi id genus est, sic nominatum.] Post hos incedebat *Philiscus* poeta, qui Bacchi sacerdos erat; et omnes scenici artifices. Deinde ferebantur *Delphici tripodes*, præmia ducibus athletarum destinata : unus, duci adolescentum, novem cubitorum altitudine; alter, duci virorum, cubitorum duodecim.

« Hos sequebatur plaustrum, quattuordecim cubitos in longitudinem, octo in latitudinem patens, quod trahebant homines centum et octoginta. Huic imposita erat *Bacchi statua* cubitorum decem, vinum fundens ex aureo carchesio, tunicam induta purpuream ad talos demissam, et super ea croceam pellucidam; circumjectum vero habebat pallium purpureum auro variegatum. Coram eo positus erat crater aureus, metretas capiens quindecim, et mensa tripus aurea, super qua thuribulum, et duæ phialæ cassia et croco repletæ. Superne obductum erat umbraculum, ex hedera et vite aliarumque arborum frugiferarum frondibus eleganter conjectum; suspensæ autem ex eo erant etiam coronæ et tæniæ et thyrsi et tympana et fasciæ et personæ satyricæ et comicæ tragicæque. Currum sequebantur sacerdotes viri et feminæ, et [recens] initiati, et omnis generis *chori Bacchici*, et qui mysticam ferebant *vannum*. Sequebantur mulieres bacchantes, quæ *Macetæ* et *Mimallones* vocantur, et *Bassaræ*, et *Lydæ*, passis crinibus, coronataeque aliæ anguibus, aliæ coronis ex taxi frondibus et vite et hedera : manibus autem tenebant aliæ pugiones, aliæ angues. Post has aliud erat plaustrum, octo cubitorum latitudine, ab hominibus tractum sexaginta : super quo erat *Nysæ* signum octo cubitorum, residens, tunicam indutum colore thapsi [buxeo], variegatam auro;

δὲ ἡμφίεστο Λακωνικόν. Ἀνίστατο δὲ τοῦτο μηχανικῶς, οὐδενὸς τὰς χεῖρας προσάγοντος, καὶ σπεῖσαν ἐκ χρυσῆς φιάλης γάλα, πάλιν ἐκάθητο. Εἶχε δὲ ἐν τῇ ἀριστερᾷ θύρσον ἐστεμμένον μίτραις. Αὕτη δ' ἐστεφάνωτο κισσίνῳ χρυσῷ, καὶ βότρυσι διαλίθοις πολυτελέσιν. Εἶχε δὲ σκιάδα, καὶ ἐπὶ τῶν γωνιῶν τῆς τετρακύκλου κατεπεπήγεσαν λαμπάδες διάχρυσοι τέτταρες. Ἐξῆς εἵλκετο ἄλλη τετράκυκλος, μῆκος πηχῶν εἴκοσι, πλάτος ἑκκαίδεκα, ὑπὸ ἀνδρῶν τριακοσίων· ἐφ' ἧς κατεσκεύαστο ληνὸς, πηχῶν εἴκοσι τεσσάρων, πλάτος πεντεκαίδεκα, πλήρης σταφυλῆς. Ἐπάτουν δὲ ἑξήκοντα Σάτυροι, πρὸς αὐλὸν ᾄδοντες μέλος ἐπιλήνιον· ἐφειστήκει δ' αὐτοῖς Σειληνός· καὶ δι' ὅλης τῆς ὁδοῦ τὸ γλεῦκος ἔρρει. Ἐξῆς ἐφέρετο τετράκυκλος, μῆκος πηχῶν εἴκοσι πέντε, πλάτος τεσσαρεσκαίδεκα· ἦγετο δὲ ὑπὸ ἀνδρῶν ἑξακοσίων· ἐφ' ἧς ἦν ἀσκὸς, τρισχιλίους ἔχων μετρητὰς, ἐκ παρδαλῶν δερμάτων ἐρραμμένος· ἔρρει δὲ καὶ οὗτος, κατὰ μικρὸν ἀνιέμενος, κατὰ πᾶσαν τὴν ὁδόν. Ἠκολούθουν δ' αὐτῷ Σάτυροι καὶ Σειληνοὶ ἑκατὸν εἴκοσιν, ἐστεφανωμένοι, φέροντες οἱ μὲν οἰνοχόας, οἱ δὲ φιάλας, οἱ δὲ θηρικλείους μεγάλας, πάντα χρυσᾶ. (Cf. fr. 3.)

« Ἑξόμενος ἦγετο κρατὴρ, ἀργυροῦς ἑξακοσίους χωρῶν μετρητὰς, ἐπὶ τετρακύκλου ἑλκόμενος ὑπὸ ἀνδρῶν ἑξακοσίων. Εἶχε δὲ ὑπὸ τὰ χείλη καὶ τὰ ὦτα καὶ ὑπὸ τὴν βάσιν ζῷα τετορνευμένα, καὶ διὰ μέσου ἐστεφάνωτο στεφάνῳ χρυσῷ διαλίθῳ. Ἐξῆς ἐπεφέρετο κυλικεῖα ἀργυρᾶ ὠδεκαπήχη δύο, ὕψος πηχῶν ἓξ. Ταῦτα δ' εἶχεν ἄνω τε ἀκρωτήρια καὶ ἐν ταῖς γάστραις κύκλῳ, καὶ ἐπὶ τῶν ποδῶν ζῷα τριημιπήχη καὶ πηχυαῖα, πλήθει πολλά. Καὶ λουτῆρες μεγάλοι δέκα, καὶ κρατῆρες ἑκκαίδεκα, ὧν οἱ μείζους ἐχώρουν μετρητὰς τριάκοντα, οἱ δ' ἐλάχιστοι πέντε. Εἶτα λέβητες ἓξ, βανυσοὶ (μόνωτοι Preller.) εἴκοσι τέσσαρες, ἐπ' ἐγγυθήκαις (cf. fr. 4) πέντε, καὶ ληνοὶ ἀργυραῖ δύο, ἐφ' ὧν ἦσαν βῖκοι εἴκοσι τέσσαρες, τράπεζά τε ὁλάργυρος ὠδεκάπηχυς, καὶ ἄλλαι ἑξαπήχεις τριάκοντα. Πρὸς δὲ τούτοις τρίποδες τέσσαρες, ὧν εἷς μὲν εἶχε τὴν περίμετρον πηχῶν ἑκκαίδεκα, κατάργυρος ὢν ὅλος, οἱ δὲ τρεῖς ἐλάττονες ὄντες διάλιθοι κατὰ μέσον ὑπῆρχον. Μετὰ τούτους ἐφέροντο Δελφικοὶ τρίποδες ἀργυροῖ ὀγδοήκοντα τὸν ἀριθμὸν, ἐλάττους τῶν προειρημένων, ὧν αἱ γωνίαι τετράμετροι· ὑδρίαι εἴκοσι καὶ ἓξ, ἀμφορεῖς Παναθηναϊκοὶ ἑκκαίδεκα, ψυκτῆρες ἑκατὸν ἑξήκοντα· τούτων ὁ μέγιστος ἦν μετρητῶν ἓξ, ὁ δὲ ἐλάχιστος δύο. Ταῦτα μὲν οὖν ἦν ἅπαντα ἀργυρᾶ.

« Ἑπόμενοι δὲ τούτων ἐπόμπευον οἱ τὰ χρυσώματα φέροντες, κρατῆρας Λακωνικοὺς τέτταρας, ἔχοντας στεφάνους ἀμπελίνους. Τετραμέτρητοι ἕτεροι, Κορινθιουργεῖς ὁμοῦ (οὗτοι δ' εἶχον ἄνωθεν καθήμενα περιφανῆ τετορνευμένα ζῷα, καὶ ἐν τῷ τραχήλῳ καὶ ἐν ταῖς γάστραις πρόστυπα, ἐπιμελῶς πεποιημένα· ἐχώρει δ' ἕκαστος μετρητὰς ὀκτώ) ἐπ' ἐγγυθήκαις. Καὶ ληνὸς, ἐν ᾗ ἦσαν βῖκοι δέκα· ὁλκεῖα δύο, ἑκάτερον χωροῦν μετρητὰς πέντε· χώθωνες διμέτρητοι δύο (cf. fr. 5)· ψυκτῆρες εἴκοσι δύο, ὧν ὁ μέγιστος ἐχώρει μετρητὰς τριάκοντα, ὁ δὲ ἐλάχιστος μετρητήν. Ἐπόμπευσαν δὲ τρίποδες χρυσοῖ μεγάλοι τέτταρες· καὶ

---

pallam autem circumjectam habebat Laconicam. Surgebat hoc simulacrum ex machinatione ingeniose fabrefacta, nemine manum admovente; et, postquam ex aurea phiala lac libasset, rursus residebat. Læva thyrsum tenebat fasciis coronatum; capiti coronam impositam habebat hederaceam ex auro, cum racemis ex gemmis multi pretii. Umbraculum statuam tegebat: et in quattuor plaustri angulis defixæ erant lampades quattuor multo auro fulgentes. Inde rursus aliud plaustrum, longitudine viginti cubitorum, latitudine sedecim, trahebatur ab hominibus trecentis: super quo constructum erat *torcular* viginti quattuor cubitorum in longitudinem, quattuordecim in latitudinem, plenum uvarum. Calcabantque torcular sexaginta Satyri, canticum vindemiale ad tibiam canentes, quibus præerat Silenus, et per totam viam fluebat mustum. Post, aliud transvehebatur plaustrum, longitudine cubitorum viginti quinque, latitudine quattuordecim: quod viri trahebant sexcenti. Super hoc erat *uter*, tria millia continens metretarum, *ex pardalidum pellibus consutus*: fluebat autem et hic per totam viam, paulatim emisso vino. Eum sequebantur Satyri et Sileni centum et viginti, coronati, gestantes alii urceos, phialas alii, alii magna thericlea quæ vocantur pocula, omnia ex auro.

« Inde *crater* sequebatur argenteus, sexcentos metretas capiens, super plaustro a viris sexcentis tracto. Habebat ille et sub labiis et sub auribus et in basi figuras animantium aliasque cælatas: medius autem præcinctus erat aureo serto gemmis distincto. Deinde ferebantur duo *poculorum repositoria* [sive, *pocula*] argentea cubitorum duodecim, altitudine sex cubitorum. Hæc superne habebant figuras eminentes, et in ventre circumcirca; et in pedibus alias, sesquicubitales et cubitales, magno numero. Tum solia ampla decem, et crateres sedecim, quorum majores capiebant metretas triginta, minimi vero metretas quinque. Deinde lebetes sex, monoti viginti quattuor, super repositoriis quinque: et torcularii lacus argentei duo, super quibus urnæ erant viginti quattuor: et mensa tota argentea, duodecim cubitorum, aliæque triginta, cubitorum sex. Ad hæc *tripodes* quattuor: quorum unus, perimetrum sedecim cubitorum, totus argenteus erat; tres reliqui, minores, in medio gemmis erant distincti. Post istos ferebantur Delphici tripodes argentei quadrangulares, prædictis minores, numero LXXX: hydriæ XXVI: amphoræ Panathenaicæ XVI: refrigeratoria vasa CLX; quorum maximum metretas capiebat sex, minimum duo. Hæc igitur omnia *argentea* erant.

« Proximi incedebant, qui *aurea vasa* gestabant: crateres Laconicos quattuor, coronis pampineis cinctos, quattuor metretas capientes. Alii duo erant operis Corinthii, super repositoriis: habebantque hi superne sedentes figuras integras luculenter cælatas, aliasque anaglyphas in collo et in ventre; capiebantque singuli metretas octo. Tum lacus torcularius, in quo erant urnæ decem: labra duo, capiens utrumque metretas quinque: cothones duo, metretas binos

χρυσωματοθήκη χρυσῆ διάλιθος, πηχῶν δέκα ὕψος, ἔχουσα βασμοὺς ἕξ, ἐν οἷς καὶ ζῷα τετραπάλαιστα, ἐπιμελῶς πεποιημένα, πολλὰ τὸν ἀριθμόν· καὶ κυλικεῖα δύο, καὶ ὑάλινα διάχρυσα δύο· ἐγγυθῆκαι χρυσαῖ τετραπήχεις δύο, ἄλλαι ἐλάττους τρεῖς, ὑδρίαι δέκα, βωμὸς τρίπηχυς, μαζονόμια εἴκοσι πέντε. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπορεύοντο παῖδες χίλιοι καὶ ἑξακόσιοι, ἐνδεδυκότες χιτῶνας λευκοὺς, ἐστεφανωμένοι οἱ μὲν κισσῷ, οἱ δὲ πίτυϊ· ὧν διακόσιοι μὲν καὶ πεντήκοντα χοεῖς εἶχον χρυσοῦς, τετρακόσιοι δὲ ἀργυροῦς, ἕτεροι δὲ τριακόσιοι καὶ εἴκοσι ψυκτήρια ἔφερον χρυσᾶ, οἱ δὲ ἀργυρᾶ. Μεθ' οὓς ἄλλοι παῖδες ἔφερον κεράμια πρὸς τὴν τοῦ γλυκισμοῦ χρείαν· ὧν εἴκοσι μὲν ἦν χρυσᾶ, πεντήκοντα δὲ ἀργυρᾶ, τριακόσια δὲ κεκηρογραφημένα χρώμασι παντοίοις. Καὶ κερασθέντων ἐν ταῖς ὑδρίαις καὶ πίθοις πάντες κοσμίως ἐγλυκάνθησαν οἱ ἐν τῷ σταδίῳ. »

Ἑξῆς τούτοις καταλέγει τετραπήχεις τραπέζας· ἐφ' ὧν πολλὰ θέας ἄξια πολυτελῶς κατεσκευασμένα περιήγετο θεάματα. « Ἐν οἷς καὶ ὁ τῆς Σεμέλης θάλαμος, ἐν ᾧ ἔχουσι χιτῶνας τινὲς διαχρύσους καὶ λιθοκολλήτους τῶν πολυτιμήτων. Οὐκ ἄξιον δ' ἦν παραλιπεῖν τήνδε τὴν τετράκυκλον, μῆκος οὖσαν πηχῶν εἴκοσι δύο, πλάτος τεσσαρεσκαίδεκα, ὑπὸ ἀνδρῶν ἑλκομένην πεντακοσίων· ἐφ' ἧς ἄντρον ἦν βαθὺ καθ' ὑπερβολὴν κισσῷ καὶ μίλτῳ. Ἐκ τούτου περιστεραὶ καὶ φάσσαι καὶ τρυγόνες καθ' ὅλην ἐξίπταντο τὴν ὁδὸν, λημνίσκοις τοὺς πόδας δεδεμέναι πρὸς τὸ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν θεωμένων ἁρπάζεσθαι. Ἀνέβλυζον δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ κρουνοὶ δύο, ὁ μὲν γάλακτος, ὁ δὲ οἴνου. Πᾶσαι δ' αἱ περὶ αὐτὸν Νύμφαι στεφάνους εἶχον χρυσοῦς· ὁ δὲ Ἑρμῆς καὶ κηρύκειον χρυσοῦν, ἐσθῆτας δὲ πολυτελεῖς. Ἐπὶ δὲ ἄλλης τετρακύκλου, ἣ περιεῖχε τὴν ἐξ Ἰνδῶν κάθοδον Διονύσου, Διόνυσος ἦν δωδεκάπηχυς, ἐπ' ἐλέφαντος κατακείμενος, ἡμφιεσμένος πορφυρίδα, καὶ στέφανον κισσοῦ καὶ ἀμπέλου χρυσοῦν ἔχων, εἶχεν ἐν ταῖς χερσὶ θυρσόλογχον χρυσοῦν· ὑπεδέδετο δ' ἐμβάδας χρυσογραφεῖς. Προεκάθητο δ' αὐτοῦ ἐπὶ τῷ τραχήλῳ τοῦ ἐλέφαντος σατυρίσκος πεντάπηχυς, ἐστεφανωμένος πίτυος στεφάνῳ χρυσῷ, τῇ δεξιᾷ αἰγείῳ κέρατι χρυσῷ σημαίνων. Ὁ δὲ ἐλέφας σκευὴν εἶχε χρυσῆν, καὶ περὶ τῷ τραχήλῳ κίσσινον χρυσοῦν στέφανον. Ἠκολούθουν δὲ τούτῳ παιδίσκαι πεντακόσιαι, κεκοσμημέναι χιτῶσι πορφυροῖς, χρυσῷ διεζωσμέναι. Ἐστεφάνωντο δὲ αἱ μὲν ἡγούμεναι ἑκατὸν εἴκοσι χρυσοῖς πιτυΐνοις στεφάνοις, ἠκολούθουν δὲ αὐταῖς Σάτυροι ἑκατὸν εἴκοσι, πανοπλίας οἱ μὲν ἀργυρᾶς, οἱ δὲ χαλκᾶς ἔχοντες. Μετὰ δὲ τούτους ἐπορεύοντο ὄνων ἕλαι πέντε, ἐφ' ὧν ἦσαν Σειληνοὶ καὶ Σάτυροι ἐστεφανωμένοι. Τῶν δὲ ὄνων οἱ μὲν χρυσᾶς, οἱ δὲ ἀργυρᾶς προμετωπίδας καὶ σκευασίας εἶχον.

« Μετὰ δὲ τούτους ἐλεφάντων ἅρματα ἀφείθη εἴκοσι τέσσαρα, καὶ συνωρίδες τράγων ἑξήκοντα, κώλων δώδεκα, ὀρύγων ἑπτὰ, βουβάλων πεντεκαίδεκα, στρουθῶν συνωρίδες ὀκτὼ, ὀνελάφων ἑπτὰ, καὶ συνωρίδες τέσσαρες ὄνων ἀγρίων, ἅρματα τέσσαρα. Ἐπὶ δὲ

---

capientes; vasa refrigeratoria viginti duo; quorum maximum capiebat triginta metretas; minimum, metretam. Transferebantur etiam tripodes aurei magni quattuor : et aureæ supellectilis repositorium aureum gemmis distinctum, decem cubitorum altitudine, gradus habens sex, e quibus eminebant magno numero figuræ exstantes in quattuor palmorum altitudinem, solerter fabrefactæ : et poculorum armaria duo aurea, itemque duo vitrea (*sive* crystallina) auro distincta : scrinia aurea duo, cubitorum quattuor; alia minora tria; hydriæ decem; ara tricubitalis; lances distribuendis mazis inservientes viginti duæ. Post hæc ingrediebantur pueri mille et sexcenti, albis tunicis vestiti, coronati alii hedera, alii pinea : quorum ducenti et quinquaginta ferebant congios aureos, quadringenti vero argenteos; alii vero trecenti et viginti, ferebant vasa refrigeratoria aurea, reliqui vero argentea. Post hos alii pueri lagenas gestabant ad gustandum mustum, viginti aureas, quinquaginta argenteas, trecentas vero ceris pictas, variis colorum generibus. Et liquore in has ex hydriis et doliis misto, modeste demulsi sunt omnes qui in stadio erant. »

Post hæc commemorat idem auctor mensas quattuor cubitorum, super quibus multa visu digna pretiose elaborata circumferebantur spectacula. « In his erat *Semeles thalamus nuptialis :* in quo conspiciebantur signa tunicas induta auro et gemmis distincta pretiosissimis. Nec vero par erat prætermittere plaustri illius commemorationem, cujus longitudo cubitorum erat viginti duorum, latitudo cubitorum quattuordecim; trahebatur autem ab hominibus quingentis. Super quo *antrum* erat mirum in modum hedera et taxo umbratum : e quo columbæ, et palumbi et turtures per totam evolabant viam, fasciolis pedes ligati, quo facilius caperentur a spectatoribus. Ex eodem antro duo scaturiebant fontes; alter lac, vinum alter fundens. Nymphæ autem omnes, quæ deo præsto sunt, [*sive*, quæ circa antrum sunt,] coronas gestabant aureas; Mercurius vero etiam caduceum aureum, et vestes pretiosas. In alio plaustro, quo *reditus Bacchi ex India* continebatur, Bacchus erat duodecim cubitorum; elephanto insidens, purpura vestitus, et corona ornatus aurea hederacea et pampinea, manibus thyrsum aureum tenens mucronatum, soleis calceatus auro pictis. Ante ipsum, collo elephanti insidebat Satyriscus quinquecubitalis, coronatus corona pinea ex auro, dextra vero caprinum cornu tenens, quasi signum daret. Aureus elephanti ornatus erat; et collum corona hederacea ex auro cinctum. Sequebantur hunc puellæ quingentæ, purpureis ornatæ tunicis, et auro cinctæ : coronatæ autem erant centum et viginti, quæ ceteris præibant, pineis coronis aureis. Has sequebantur Satyri centum et viginti, toto corpore armati, argenteis alii armis, alii æneis. Post hos incedebant asinorum turmæ quinque, quibus insidebant Sileni Satyrique coronati. Asinorum alii frontalia reliquumque ornatum ex auro habebant, alii ex argento.

« Post hos prodierunt *elephantorum* currus viginti quattuor; et caprorum bigæ sexaginta; *colorum* [e cervino genere animans est] duodecim; orygum septem; bubalorum

πάντων τούτων ἀναβεβήκει παιδάρια, χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικοὺς καὶ πετάσους. Παραναβεβήκει δὲ παιδισκάρια, διεσκευασμένα πελταρίοις καὶ θυρσολόγχοις, κεκοσμημένα ἱματίοις καὶ χρυσίοις. Ἐστεφάνωτο δὲ τὰ μὲν ἡνιοχοῦντα παιδάρια πίτυϊ, τὰ δὲ παιδισκάρια κισσῷ. Ἐπῆσαν δὲ καὶ συνωρίδες καμήλων, ἐξ ἑκατέρου μέρους τρεῖς· αἷς ἐπηκολούθουν ἀπῆναι ὑφ' ἡμιόνων ἀγόμεναι. Λῦται δ' εἶχον σκηνὰς βαρβαρικὰς, ἐφ' ὧν ἐκάθηντο γυναῖκες Ἰνδαὶ καὶ ἕτεραι, κεκοσμημέναι ὡς αἰχμάλωτοι. Κάμηλοι δ' αἱ μὲν ἔφερον λιβανωτοῦ μνᾶς τριακοσίας, σμύρνης τριακοσίας, κρόκου καὶ κασσίας καὶ κινναμώμου καὶ ἴριδος καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων διακοσίας. Ἐχόμενοι τούτων ἦσαν Αἰθίοπες ὠροφόροι, ὧν οἱ μὲν ἔφερον ὀδόντας ἑξακοσίους, ἕτεροι δὲ ἐβένου κορμοὺς δισχιλίους, ἄλλοι χρυσοῦς καὶ ἀργυροῦς κρατῆρας ἑξήκοντα, καὶ ψήγματα χρυσίου. Μεθ' οὓς ἐπόμπευσαν κυνηγοὶ δύο, ἔχοντες σιβύνας ἐπιχρύσους. Ἦγοντο δὲ καὶ κύνες δισχίλιοι τετρακόσιοι, οἱ μὲν Ἰνδοὶ, οἱ λοιποὶ δὲ Ὑρκανοὶ καὶ Μολοσσοὶ καὶ ἑτέρων γενῶν. Ἑξῆς ἄνδρες ἑκατὸν πεντήκοντα, φέροντες δένδρα, ἐξ ὧν ἀνήρτητο θηρία παντοδαπὰ καὶ ὄρνεα. Εἶτ' ἐφέροντο ἐν ἀγγείοις ψιτταικοὶ, καὶ ταὼ, καὶ μελεαγρίδες, καὶ φασιανοὶ ὄρνιθες, καὶ ἄλλοι Αἰθιοπικοὶ, πλήθει πολλοί. » (Cf. fr. 6.) Εἰπὼν δὲ καὶ ἄλλα πλεῖστα, καὶ καταλέξας ζῴων ἀγέλας, ἐπιφέρει· « Πρόβατα Αἰθιοπικὰ ἑκατὸν τριάκοντα, Ἀράβια τριακόσια, Εὐβοϊκὰ εἴκοσι, ὀλόλευκοι βόες Ἰνδικοὶ εἴκοσι ἕξ, Αἰθιοπικοὶ ὀκτὼ, ἄρκτος μὲν λευκὴ μεγάλη μία, παρδάλεις τεσσαρεσκαίδεκα, πάνθηρες ἑκκαίδεκα, λυγκία τέσσαρα, ἄρκηλοι τρεῖς, καμηλοπάρδαλις μία, ῥινόκερως Αἰθιοπικὸς εἷς.

« Ἐξῆς ἐπὶ τετρακύκλου Διόνυσος περὶ τὸν τῆς Ῥέας βωμὸν καταπεφευγὼς, ὅτε ὑπὸ Ἥρας ἐδιώκετο, στέφανον ἔχων χρυσοῦν, Πριάπου αὐτῷ παρεστῶτος, ἐστεφανωμένου χρυσῷ κισσίνῳ. Τὸ δὲ τῆς Ἥρας ἄγαλμα στεφάνην εἶχε χρυσῆν. Ἀλεξάνδρου δὲ καὶ Πτολεμαίου ἀγάλματα, ἐστεφανωμένα στεφάνοις κισσίνοις ἐκ χρυσοῦ. Τὸ δὲ τῆς Ἀρετῆς ἄγαλμα, τὸ παρεστὸς τῷ Πτολεμαίῳ, στέφανον εἶχεν ἐλαίας χρυσοῦν. Καὶ Πρίαπος δ' αὐτοῖς συμπαρῆν, ἔχων στέφανον κίσσινον ἐκ χρυσοῦ. Κόρινθος δ' ἡ πόλις, παρεστῶσα τῷ Πτολεμαίῳ, ἐστεφάνωτο διαδήματι χρυσῷ. Παρέκειντο δὲ πᾶσι τούτοις κυλικεῖον μεστὸν χρυσωμάτων, κρατήρ τε χρυσοῦς, μετρητῶν πέντε. Τῇ δὲ τετρακύκλῳ ταύτῃ ἠκολούθουν γυναῖκες, ἔχουσαι ἱμάτια πολυτελῆ καὶ κόσμον· προσηγορεύοντο δὲ πόλεις, αἵ τ' ἀπ' Ἰωνίας, καὶ λοιπαὶ Ἑλληνίδες, ὅσαι τὴν Ἀσίαν καὶ τὰς νήσους κατοικοῦσαι ὑπὸ τοὺς Πέρσας ἐτάχθησαν· ἐφόρουν δὲ πᾶσαι στεφάνους χρυσοῦς. Ἐφέρετο καὶ ἐπ' ἄλλων· τετρακύκλων θύρσος ἐνενηκοντάπηχυς χρυσοῦς, καὶ λόγχη ἀργυρᾶ ἑξηκοντάπηχυς, καὶ ἐν ἄλλῃ φαλλὸς χρυσοῦς, πηχῶν ἑκατὸν εἴκοσι, διαγεγραμμένος, καὶ διαδεδεμένος στέμμασι διαχρύσοις, ἔχων ἐπ' ἄκρου ἀστέρα χρυσοῦν, οὗ ἦν ἡ περίμετρος πηχῶν ἕξ.

« Πολλῶν οὖν καὶ ποικίλων εἰρημένων ἐν ταῖς πομπαῖς ταύταις, μόνα ἐξελεξάμεθα, ἐν οἷς ἦν χρυσὸς

---

quindecim; struthionum bigæ octo; onelaphorum septem; et asinorum silvestrium bigæ quattuor, totidemque quadrigæ. Quibus omnibus insidebant pueruli, aurigarum habitu, petasati: juxta illos sedebant puelli minores, pelta armati et thyrso mucronato, eleganti vestitu, et multo auro ornati: ac coronati quidem erant aurigantes pueri pineis coronis; puelli comites, hederaceis. Sequebantur bigæ camelorum ab utraque parte tres: quas excipiebant carpenta a mulis tracta. His imposita erant tentoria barbarica, in quibus sedebant mulieres Indicæ aliæque, captivarum habitu. Cameli [deinde alii] portabant thuris libras trecentas, myrrhæ trecentas; croci, et cassiæ, et cinnamomi et iridis et aliorum aromatum, ducentas. Proxime sequebantur Æthiopes dona ferentes: quorum alii gestabant dentes elephantorum sexcentas; alii, stipitum ebeni duo millia; alii, aureos et argenteos crateras sexaginta, et ramenta auri. Tum procedebant venatores duo [*forte*, bis mille,] venabula gestantes inaurata. Ducebantur vero etiam canes bis mille quadringenti: alii Indici, ceteri Hyrcani, Molossi, et aliorum generum. Deinde viri centum et quinquaginta gestabant arbores, quibus alligatæ erant feræ omnis generis et aves. Tum ferebantur, in caveis, psittaci, et pavones, et meleagrides, et phasiani, et aliæ aves Æthiopicæ, ingenti copia. » Alia insuper pluraa postquam enarravit idem auctor, gregesque multos commemoravit animalium, hæc subjungit: « Oves Æthiopicæ centum et triginta, Arabicæ trecentæ, Euboicæ viginti, alii boves Indici viginti sex, Æthiopici octo, ursus albus ingentis staturæ unus, pardales quattuordecim, pantheræ sedecim, lynces quattuor, *arceli* [ex pardalium genere] tres, *camelopardalis* una, rhinoceros Æthiopicus unus.

« Deinde super plaustro cernebatur *Bacchus ad Rheæ aram confugiens*, quam cum Juno persequeretur: aurea corona cinctus erat, adstabatque ei Priapus, hederacea corona ex auro coronatus. Junonis vero simulacrum limbum habebat aureum. *Alexandri* vero et *Ptolemæi* signa coronis hederaceis ex auro erant redimita: Virtutis signum vero, adstans Ptolemæo, coronam habebat oleagineam ex auro. Et cum his quoque Priapus aderat, corona hederacea ex auro cinctus. Corinthus vero civitas, Ptolemæo adstans, diademate aureo redimita erat. In eodem cum his omnibus vehiculo locatum erat poculorum repositorium, vasis aureis onustum; et crater aureus, quinque capiens metretas. Hoc vehiculum sequebantur mulieres, pretiosis vestibus reliquoque cultu ornatæ: his nomina erant civitatum, partim Ionicarum, partim aliarum Græcarum, quotquot vel Asiam vel insulas incolentes Persis paruerant: erant autem omnes aureis coronis redimitæ. Transvehebantur porro aliis vehiculis Thyrsus aureus nonaginta cubitorum, et lancea argentea cubitorum sexaginta. Et in alio, Phallus aureus cubitorum centum et viginti, varie pictus, et sertis revinctus auro distinctis: in vertice stellam habebat, cujus circumferentia sex cubitorum.

« Tam multa igitur, tamque varia quum in his pompis commemoraverimus, ea sola seleginus in quibus aurum

καὶ ἄργυρος. Καὶ γὰρ διαθέσεις πολλαὶ ἀκοῆς ἦσαν ἄξιαι, καὶ θηρίων πλήθη, καὶ ἵππων, καὶ λέοντες παμμεγέθεις εἴκοσι καὶ τέσσαρες. Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλαι τετράκυκλοι, οὐ μόνον εἰκόνας βασιλέων φέρουσαι, ἀλλὰ καὶ θεῶν πολλαί. Μεθ' ἃς χορὸς ἐπόμπευσεν ἀνδρῶν ἑξακοσίων· ἐν οἷς κιθαρισταὶ συνεφώνουν τριακόσιοι, ἐπιχρύσους ἔχοντες ὅλας κιθάρας καὶ στεφάνους χρυσοῦς. Μεθ' οὓς ταῦροι διῆλθον δισχίλιοι ὁμοιοχρώματοι, χρυσοκέρῳ, προμετωπίδας χρυσᾶς καὶ ἀνὰ μέσον στεφάνους ὅρμους τε καὶ αἰγίδας πρὸ τῶν στηθῶν ἔχοντες· ἦν δ' ἅπαντα ταῦτα χρυσᾶ.

« Καὶ μετὰ ταῦτα Διὸς ἤγετο πομπὴ καὶ ἄλλων παμπόλλων θεῶν, καὶ ἐπὶ πᾶσιν Ἀλεξάνδρου, ὃς ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντων ἀληθινῶν ἐφέρετο χρυσοῦς, Νίκην καὶ Ἀθηνᾶν ἐξ ἑκατέρου μέρους ἔχων. Ἐπόμπευσαν δὲ καὶ θρόνοι πολλοί, ἐξ ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ κατεσκευασμένοι· ὧν ἐφ' ἑνὸς ἔκειτο στεφάνη χρυσῆ, ἐπ' ἄλλου δίκερας χρυσοῦν, ἐπ' ἄλλου δὲ ἦν στέφανος χρυσοῦς, καὶ ἐπ' ἄλλου δὲ κέρας ὁλόχρυσον. Ἐπὶ δὲ τὸν Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος θρόνον στέφανος ἐπέκειτο ἐκ μυρίων κατεσκευασμένος χρυσῶν. Ἐπόμπευσε δὲ καὶ θυμιατήρια χρυσᾶ τριακόσια καὶ πεντήκοντα, καὶ βωμοὶ δὲ ἐπίχρυσοι, ἐστεφανωμένοι χρυσοῖς στεφάνοις· ὧν ἐνὶ παρεπεπήγεσαν δᾷδες χρυσαῖ δεκαπήχεις τέσσαρες. Ἐπόμπευσαν δὲ καὶ ἐσχάραι ἐπίχρυσοι δώδεκα· ὧν ἡ μὲν δωδεκάπηχυς τῇ περιμέτρῳ, τεσσαρακοντάπηχυς ὕψει, ἡ δὲ πηχῶν πεντεκαίδεκα. Ἐπόμπευσαν δὲ καὶ Δελφικοὶ τρίποδες χρυσοῖ ἐννέα, ἐκ πηχῶν τεσσάρων· ἄλλοι ὀκτὼ, πηχῶν ἓξ· ἄλλος πηχῶν τριάκοντα, ἐφ' οὗ ἦν ζῷα χρυσᾶ πενταπήχη, καὶ στέφανος κύκλῳ χρυσοῦς ἀμπέλινος. Παρῆλθον δὲ καὶ φοίνικες ἐπίχρυσοι ὀκταπήχεις ἑπτὰ, καὶ κηρύκειον ἐπίχρυσον πηχῶν τεσσαράκοντα πέντε, καὶ κεραυνὸς ἐπίχρυσος πηχῶν τεσσαράκοντα, ναός τε ἐπίχρυσος, οὗ ἡ περίμετρος πηχῶν τεσσαράκοντα· δίκερας πρὸς τούτοις ὀκτάπηχυ. Πολὺ δὲ καὶ ζῴων πλῆθος ἐπιχρύσων συνεπόμπευεν, ὧν ἦν τὰ πολλὰ δωδεκαπήχη· καὶ θηρία ὑπεράγοντα τοῖς μεγέθεσι, καὶ ἀετοὶ πηχῶν εἴκοσι. Στέφανοί τ' ἐπίχρυσοι ἐπόμπευσαν τρισχίλιοι διακόσιοι, ἕτερός τε μυστικὸς χρυσοῦς, λίθοις πολυτελέσι κεκοσμημένος, ὀγδοηκοντάπηχυς· οὗτος δὲ περιετίθετο τῷ τοῦ Βερενικείου θυρώματι, αἰγίς τε ὁμοίως χρυσῆ. Ἐπόμπευσαν δὲ καὶ στεφάναι χρυσαῖ πάνυ πολλαὶ, ἃς ἔφερον παιδίσκαι πολυτελῶς κεκοσμημέναι· ὧν μία δίπηχυς εἰς ὕψος, τὴν δὲ περίμετρον ἔχουσα ἑκκαίδεκα πηχῶν. Ἐπόμπευσε δὲ καὶ θώραξ χρυσοῦς πηχῶν δώδεκα, καὶ ἕτερος ἀργυροῦς πηχῶν ὀκτωκαίδεκα, *** ἐννέα, ἔχων ἐφ' ἑαυτὸν κεραυνοὺς χρυσοῦς δεκαπήχεις δύο, καὶ στέφανον ὀρυὸς διάλιθον· ἀσπίδες χρυσαῖ εἴκοσι, πανοπλίαι χρυσαῖ ἑξήκοντα τέσσαρες, κνημῖδες χρυσαῖ τριπήχεις δύο, λεκάναι χρυσαῖ δώδεκα, φιάλαι πολλαὶ πάνυ τὸν ἀριθμὸν, οἰνοχόαι τριάκοντα, ἐξάλειπτρα μεγάλα δέκα, ὑδρίαι δώδεκα, μαζονόμια πεντήκοντα, τράπεζαι διάφοροι, κυλικεῖα χρυσωμάτων πέντε, κέρας ὁλόχρυσον πηχῶν τριάκοντα. Ταῦτα δὲ

---

erat aut argentum. Erant enim etiam alii multi apparatus memoratu digni, et animalium multitudo, et equorum, et leones eximiæ staturæ viginti quattuor. Erant vero et alia plaustra, non modo regum imagines, sed et deorum vehentia, bene multa. Post quæ chorus progrediebatur virorum sexcentorum : in quibus citharistæ trecenti concinebant, totas inauratas habentes citharas, et coronas aureas. Post hos transiere tauri bis mille, colore similes, cornibus inauratis, cum frontalibus aureis, et coronis inter cornua, et torquibus, et ægidibus ante pectora, cunctis aureis.

« Post ista ducebatur *Jovis pompa*, aliorumque plurimorum deorum : et postrema omnium *Alexandri*, qui in aureo transvehebatur curru, quem veri [*Indici* ?] trahebant elephanti : a latere utrimque adstabant ei Victoria et Minerva. Transvehebantur etiam sellæ multæ ex ebore et auro fabrefactæ : quarum super una positus erat aureus limbus; super alia, duplex cornu aureum; super alia, corona aurea; super alia, cornu ex solido auro totum. Super *Ptolemæi* vero *Soteris* sella posita corona erat ex aureis decies mille fabrefacta. Delata sunt quoque thuribula aurea trecenta et quinquaginta; et aræ auro obductæ, impositis aureis coronis : in earum ararum una firmatæ erant faces quattuor aureæ, cubitorum decem. Producti sunt etiam foci auro obducti duodecim : quorum unus perimetrum habebat cubitorum duodecim, altitudinem quadraginta cubitorum : alius, quindecim cubitos in ambitu habebat. Transferebantur porro Delphici tripodes aurei novem, quilibet quattuor cubitorum; alii octo, cubitorum sex; unus, triginta cubitorum, super quo exstabant figuræ aureæ quinquecubitales, et cingebat eum corona pampinea ex auro. Prætervehebantur porro palmæ arbores octocubitales inauratæ septem; et caduceus inauratus, cubitorum quadraginta quinque; fulmen inauratum, quadraginta cubitorum; et ædicula auro obducta, quadraginta cubitorum in circuitu; ad hæc, duplex cornu octo cubitorum. Ferebatur præterea simulacrorum auro obductorum magna multitudo, quorum pleraque duodecim cubitorum; et animantia immanis magnitudinis, et aquilæ viginti cubitorum. Tum coronæ aureæ deferebantur ter mille ducentæ : et alia *mystica corona* aurea, pretiosis lapidibus ornata, octoginta cubitorum (hæc fuit, qua cincta erat porta ædis Berenicæ;) et *ægis*, pariter aurea. Deferebantur item limbi aurei magno admodum numero, quos gestabant puellæ pretiose ornatæ : eorum unus erat, cujus altitudo duorum cubitorum, ambitus cubitorum sedecim. Lorica etiam cernebatur aurea, duodecim cubitorum : et alia argentea, cubitorum octodecim, *** novem, super qua erant fulmina aurea duo decemcubitalia, et corona querna gemmis distincta. Tum clypei aurei viginti; totius corporis armaturæ aureæ sexaginta quattuor; ocreæ aureæ trium cubitorum duæ; pelves aureæ duodecim; phialarum ingens multitudo; gutti vinarii triginta sex; unguentaria vasa magna decem; hydriæ duodecim; mazonomia quinquaginta; mensæ diversi generis; calicum aureorum repositoria quinque; cornu, totum ex auro, cubitorum triginta. Erant autem aurea ista vasa præter illa, quæ in Bacchi pompa delata sunt. Deinde sequebantur adhuc plaustra

τὰ χρυσώματα ἐκτὸς ἦν τῶν ἐν τῇ τοῦ Διονύσου πομπῇ διενεχθέντων. Εἶτ' ἀργυρωμάτων ἅμαξαι τετρακόσιαι, καὶ χρυσωμάτων εἴκοσι, ἀρωμάτων δὲ ὀκτακόσιαι.

« Ἐπὶ δὲ πᾶσιν ἐπόμπευσαν αἱ δυνάμεις αἱ ἱππικαὶ καὶ πεζικαὶ, πᾶσαι καθωπλισμέναι θαυμασίως. Πεζοὶ μὲν ἐς πέντε μυριάδας καὶ ἑπτακισχιλίους καὶ ἑξακοσίους, ἱππεῖς δὲ δισμύριοι τρισχίλιοι διακόσιοι. Πάντες δ' οὗτοι ἐπόμπευσαν, τὴν ἁρμόζουσαν ἑκάστῳ ἡμφιεσμένοι στολὴν, καὶ τὰς προσηκούσας ἔχοντες πανοπλίας. Ἐκτὸς δ' ὧν πάντες οὗτοι εἶχον πανοπλιῶν, καὶ ἄλλαι πλεῖσται ἦσαν ἀποκείμεναι, ὧν οὐδὲ τὸν ἀριθμὸν ἀναγράψαι ῥᾴδιον. » Κατέλεξε δ' αὐτὸν ὁ Καλλίξενος. « Ἐστεφανώθησαν δ' ἐν τῷ ἀγῶνι καὶ στεφάνοις χρυσοῖς εἴκοσι· Πτολεμαῖος δὲ ὁ πρῶτος καὶ Βερενίκη εἴκοσι τρισὶν ἐφ' ἁρμάτων χρυσῶν καὶ τιμένεσιν ἐν Δωδώνῃ. Καὶ ἐγένετο τὸ δαπάνημα τοῦ νομίσματος τάλαντα δισχίλια διακόσια τριάκοντα ἐννέα, μναῖ πεντήκοντα· καὶ ταῦτ' ἠριθμήθη πάντα παρὰ τοῖς οἰκονόμοις, διὰ τὴν τῶν στεφανούντων προθυμίαν, πρὸ τοῦ τὰς θέας παρελθεῖν. Ὁ δὲ Φιλάδελφος Πτολεμαῖος, υἱὸς αὐτῶν, εἴκοσι χρυσαῖς, δυσὶ μὲν ἐφ' ἁρμάτων χρυσῶν, ἐπὶ δὲ κιόνων ἑξαπήχει μιᾷ, πενταπήχεσι πέντε, τετραπήχεσιν ἕξ. » Multa in his obscura sunt. Adi interpretes.

3.

Ad hanc pompæ descriptionem sæpius respicit Athenæus locis hisce : XI, p. 474, E : Καρχήσιον. Καλλίξενος ὁ Ῥόδιος ἐν τοῖς Περὶ Ἀλεξανδρείας φησὶν, ὅτι ποτήριόν ἐστιν ἐπίμηκες, συνηγμένον εἰς μέσον ἐπιεικῶς, ὥστα ἔχον μέχρι τοῦ πυθμένος καθήκοντα.

Idem XI, p. 472, A : Ἀδαῖος δ' ἐν τοῖς Περὶ διαλέκτου, τὸ αὐτὸ ὑπολαμβάνει θηρίκλειον εἶναι καὶ καρχήσιον. Ὅτι δὲ διαφέρει, σαφῶς παρίστησι Καλλίξενος, ἐν τοῖς Περὶ Ἀλεξανδρείας φάσκων, τινὰς ἔχοντας θηριακλείους πομπεύειν, τοὺς δὲ καρχήσια. Ὁποῖον δ' ἐστὶ τὸ καρχήσιον, ἐν τοῖς ἑξῆς λεχθήσεται.

Idem V, p. 210, A : Ἐν τούτοις ὁ Λυσίας εἰπὼν ὅτι καὶ γαλκῆ ἦν ἡ ἐγγυθήκη, σαφῶς παρίστησιν, ὡς καὶ ὁ Καλλίξενος εἴρηκε, λεβήτων αὐτὰς ὑποθήματα εἶναι. Οὕτως γὰρ καὶ Πολέμων κ. τ. λ. (v. fr. 58.) Cf. Harpocration v. ἐγγυθήκη : Εἴη δ' ἂν σκεῦός τι πρὸς τὸ κρατῆρας ἢ λέβητας ἤ τι τοιούτων οὐκ ἀλλότριον ἐπικεῖσθαι ἐπιτήδειον εἶναι, ὡς Καλλίξενός τε ἐν δ' Περὶ Ἀλεξανδρείας ὑποσημαίνει, καὶ Δαίμαχος ὁ Πλαταιεὺς ἐν β' Περὶ Ἰνδικῆς (fr. 4).

XI, p. 483, F : Καλλίξενος δ' ἐν τετάρτῳ Περὶ Ἀλεξανδρείας, ἀναγράφων τὴν τοῦ Φιλαδέλφου πομπὴν, καὶ καταλέγων πολλὰ ἐκπώματα, γράφει καὶ τάδε· « Κώθωνες διμέτρητοι δύο. »

IX, p. 387, C : Καλλίξενος δ' ὁ Ῥόδιος ἐν τετάρτῃ Περὶ Ἀλεξανδρείας, διαγράφων τὴν γενομένην πομπὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου καλουμένου βασιλέως, ὡς μέγα θαῦμα περὶ τῶν ὀρνίθων τούτων οὕτως γράφει· « Εἶτα ἐφέροντο ἐν ἀγγείοις ψιττακοὶ καὶ ταὼ καὶ μελεαγρίδες καὶ φασιανοὶ καὶ ὄρνιθες Αἰθιοπικοὶ πλήθει πολλοί. »

Adde XV, p. 677, D : Σειληνὸς δ' ἐν ταῖς Γλώσσαις φησίν· « Ἰσθμὸν στέφανον. » Φιλητᾶς δέ φησι· « Στέφανος. Ἤγουν ὁμωνυμία ἀμφοτέρωθι, οἷον τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ πρώτου κόσμου. Λέγω δὲ τὸ ἐπὶ τοῦ φρέατος καὶ τοῦ ἐγχειριδίου ἴσθμιον. » Τιμαχίδας δὲ καὶ Σιμίας, οἱ Ῥόδιοι, ἀποδιδόασιν ἓν ἀνθ' ἑνὸς « Ἴσθμιον, στέφανον, » οὗ μνημονεύει καὶ Καλλίξενος, ὁ Ῥόδιος καὶ αὐτὸς γένος, ἐν τοῖς Περὶ Ἀλεξανδρείας γράφων οὕτως." * * *.

4.

Plinius H. N. XXXVI, 9, 14 : *Alexandriæ statuit unum* (obeliscum) *octoginta cubitorum Ptolemæus Philadelphus, quem exciderat Nectabis rex parum : majusque opus fuit in devehendo statuendove multo, quam in exscindendo, et Satyro architecto aliqui devectum tradunt rate : Callixenus a Phœnice, fossa perducta usque jacentem obeliscum e Nilo. Navesque duas in latitudinem patulas, pedalibus ex eodem lapide ad rationem geminati per duplicem mensuram ponderis oneratas, ita ut subirent obeliscum pendentem extremitatibus suis in ripis utrinque : postea ejectis laterculis allevatas naves excepisse onus statutum. Excisos autem sex tales in monte eodem, et artificem donatum talentis quinquaginta. Hic fuit in Arsinoe positus a rege supra dicto, munus amoris in conjugem eandemque sororem, Arsinoen.* Pro *Callixenus* Harduinus edidit *Callisthenes*. Perperam.

---

vasorum argenteorum quadringenta, et aureorum vasorum viginti, aromatum vero octingenta.

« Post ista omnia in pompa procedebant *copiæ* et *equestres* et *pedestres*, admirabilem in modum omnes armatæ. Erat autem peditum numerus centum quinquaginta quidem millium et sexcentorum : equitum vero numerus viginti trium millium et ducentorum. Hi igitur omnes prodiebant, congruente cuique generi veste induti, et conveniente sui cujusque corporis armatura tecti. Præter armaturas vero, quibus omnes induti erant, plurimæ aliæ in horreis erant repositæ; quarum difficile est numerum inire. » (Iniit tamen eum Callixenus.) « Coronati vero sunt in certamine etiam coronis aureis viginti : Ptolemæus vero primus et Berenice viginti tribus, super curribus aureis, et delubris Dodonæ (?). Et fuit impensa pecuniæ, talenta bis mille ducenta triginta novem, minæ quinquaginta : et hæc omnia numerata sunt apud administratores fisci, propter coronantium studium, priusquam finita essent spectacula. Philadelphus vero Ptolemæus, filius illorum, viginti aureis coronis : duabus quidem super curribus aureis; in columnis vero, sexcubitali una, quinquecubitalibus quinque, quatricubitalibus sex. »

ΖΩΓΡΑΦΩΝ ΚΑΙ ΑΝΔΡΙΑΝΤΟΠΟΙΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗ.

Photius cod. 161 de Sopatri Eclogis: Ὁ δὲ δωδέκατος αὐτῷ λόγος συνήθροισται ἐξ ἄλλων τε διαφόρων καὶ ἐκ τῆς τοῦ Καλλιξένου ζωγράφων καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφῆς.

PTOLEMÆUS MEGALOPOLITANUS.

« Ptolemæi Euergetæ et Philopatoris temporibus floruisse videtur Ptolemæus, Agesarchi filius, Megalopolitanus, qui historiam scripsit Ptolemæi Philopatoris, quarti regis Ægyptii. Nec cur homo Megalopolitanus res ejus gestas scriberet, caussa nulla erat. Nam Cleomenes, rex Spartanus, Megalopolim frustra obsistente Philopœmene ceperat, diripuerat, incenderat. Paullo post vero ab Antigono, qui Achæis venerat auxilio, devictus in Ægyptum fugerat ad Ptolemæum Euergetem, qui opem ei promisit adversus Achæos. Sed altero post anno moritur Euergetes, succedit vero Philopator, qui Cleomenem in carcerem compegit. Ita Achæi, quibus et se junxerant Megalopolitani, Philopatoris beneficio liberati fuerunt gravissimi belli metu, quod a Cleomene et Ægyptiis impendebat. Nec indignus plane erat Philopator, cujus res gestæ proderentur: nam imperium quidem auspicatus fuit a parricidio, homo impius; sed multa tamen strenue gessit, præsertim adversus Antiochum M. Nam ereptam ei Cœlesyriam iterum Ægyptio addidit regno. Ista igitur aliaque hic Agesarchi filius persequebatur. » Hæc Vossius noster De Hist. gr. p. 157.

Ceterum dubitari vix potest quin noster Ptolemæus intelligendus sit apud Polybium XVIII, 38, 8, ubi hæc: Ὁ γὰρ προειρημένος ἀνὴρ (sc. Polycrates Argivus) καὶ κατὰ τὸν πατέρα μὲν (sc. Ptolemæi Epiphanis), ἔτι νέος ὢν, οὐδενὸς δοκεῖ τῶν περὶ τὴν αὐλὴν δευτερεύειν, οὔτε κατὰ τὴν πίστιν, οὔτε κατὰ τὰς πράξεις· ὁμοίως δὲ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βασιλέα. Πιστευθεὶς γὰρ τῆς Κύπρου καὶ τῶν ἐν ταύτῃ προσόδων ἐν καιροῖς ἐπισφαλέσι καὶ ποικίλοις, οὐ μόνον διεφύλαξε τῷ παιδὶ τὴν νῆσον, ἀλλὰ καὶ πλῆθος ἱκανὸν ἤθροισε χρημάτων, ἃ τότε παρεγεγόνει κομίζων τῷ βασιλεῖ, παραδεδωκὼς τὴν ἀρχὴν τῆς Κύπρου Πτολεμαίῳ τῷ Μεγαλοπολίτῃ (Ol. 145, 4. 197). Τυχὼν δὲ διὰ ταῦτα μεγάλης ἀποδοχῆς καὶ περιουσίας ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις, μετὰ ταῦτα, προβαινούσης τῆς ἡλικίας, ὁλοσχερῶς εἰς ἀσέλγειαν ἐξώκειλε καὶ βίον ἀσυρῆ Παραπλησίαν δέ τινα τούτῳ φήμην ἐκληρονόμησεν ἐπὶ γήρως καὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἀγησάνδρου (Ἀγησάρχου scr.). Περὶ ὧν, ὅταν ἐπὶ τοὺς καιροὺς ἔλθωμεν, οὐκ ὀκνήσομεν διασαφεῖν τὰ παρακολουθήσαντα ταῖς ἐξουσίαις αὐτῶν ἁρμόττοντα.

Idem XXVII, 12 (Ol. 152, 1. 172 a. C.): Πτολεμαῖος, ὁ στρατηγὸς ὁ κατὰ Κύπρον, οὐδαμῶς Αἰγυπτιακὸς γέγονεν, ἀλλὰ νουνεχὴς καὶ πρακτικός. Παραλαβὼν γὰρ τὴν νῆσον, ἔτι νηπίου τοῦ βασιλέως (sc. Πτολ. Φιλομήτορος) ὄντος, ἐγίγνετο μὲν ἐπιμελῶς περὶ συναγωγὴν χρημάτων, ἐδίδου δ' ἁπλῶς οὐδὲν οὐδενί, καίπερ αἰτούμενος πολλάκις ὑπὸ τῶν βασιλικῶν διοικητῶν καὶ καταλαλούμενος πικρῶς ἐπὶ τῷ μηδὲν προΐεσθαι. Τοῦ δὲ βασιλέως εἰς ἡλικίαν παραγεγονότος, συνθεὶς πλῆθος ἱκανὸν χρημάτων ἐξαπέστειλεν· ὥστε καὶ τὸν Πτολεμαῖον αὐτὸν καὶ τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν εὐδοκῆσαι τῇ πρότερον αὐτοῦ συστολῇ καὶ τῷ μηδὲν προΐεσθαι.

Utroque Polybii loco eundem Ptolemæum intelligendum esse censet Schweighæuserus. Quod addubito. Nam Ptolemæo Agesarchi filio Cyprum Polycrates tradidit an. 197 a. C.; altero autem Polybii loco Ptolemæus Cypri administrationem suscepisse dicitur puerulo rege Ptolemæo Philometore, id est, post an. 181 a. C. Igitur duos Ptolemæos Cypri administratores distinxerim. Juniorem indicaverit auct. Maccab. II, 10, 12: Πτολεμαῖος γὰρ ὁ καλούμενος Μάκρων... κατηγορούμενος ὑπὸ τῶν φίλων πρὸς τὸν Εὐπάτορα (sc. Ἀντίοχον), καὶ προδότης παρέκαστα ἀκούων διὰ τὸ τὴν Κύπρον ἐμπιστευθέντα ὑπὸ τοῦ Φιλομήτορος ἐκλιπεῖν, καὶ πρὸς Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ ἀναχωρῆσαι, μήτ' εὐγενῆ τὴν ἐξουσίαν ἔχων, ὑπ' ἀθυμίας φαρμακεύσας ἑαυτὸν ἐξέλιπε τὸν βίον. — Contra nostri Ptolemæi Ἀγησάρχου (sic, recte, codex) mentio fit in Polybii Exc. De insid. (v. tom. II, præfat.) Num idem est, qui eo tempore quo Cleomenes periit, Alexandriæ præfectus erat (Polyb. V, 39, 3)?

ΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΑ ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

1.

E LIBRO PRIMO.

Clemens Alex. Protr. c. 3, p. 13 Sylb.: Πτολεμαῖος δὲ ὁ τοῦ Ἀγησάρχου ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Περὶ τὸν Φιλοπάτορα ἐν Πάφῳ λέγει ἐν τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ Κινύραν τε καὶ τοὺς Κινύρου ἀπογόνους κεκηδεῦσθαι.

Arnobius VI, 4: *Agesarchi Ptolemæus de Philopatore quem edidit primo Cinyram regem Paphi cum familia omni sua, imo cum omni prosapia in Veneris templo situm esse literarum auctoritate declarat.*

2.

E LIBRO SECUNDO.

Athenæus VI, p. 246, C : Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ἀγησάρχου, Μεγαλοπολίτης γένος, ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Περὶ τὸν Φιλοπάτορα ἱστοριῶν συμπότας φησὶ τῷ βασιλεῖ συνάγεσθαι ἐξ ἁπάσης τῆς πόλεως, οὓς προσαγορεύεσθαι γελοιαστάς.

3.

E LIBRO TERTIO.

Idem X, p. 425, F : Κλεινοῦς δὲ τῆς οἰνοχόου Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, ἐπίκλην δὲ Φιλαδέλφου, μνημονεύει Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ἀγησάρχου, ἐν τῇ τρίτῃ τῶν περὶ Φιλοπάτορα ἱστοριῶν.

4.

Idem XIII, p. 578, A : Πτολεμαῖος δ' ὁ τοῦ Ἀγησάρχου ἐν ταῖς περὶ τὸν Φιλοπάτορα ἱστορίαις βασιλέων ἐρωμένας ἀναγράφων, φησί· « Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος αὐξήσαντος Φίλιννταν τὴν ὀρχηστρίδα, ἐξ ἧς καὶ γεννῆσαι Ἀριδαῖον, τὸν μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλεύσαντα· Δημητρίου δὲ τοῦ Πολιορκητοῦ μετὰ τὰ προειρημένας Μανίαν, Ἀντιγόνου δὲ Δημὼ, ἐξ ἧς Ἀλκυονέα γεννηθῆναι, Σελεύκου δὲ τοῦ νεωτέρου Μύσταν καὶ Νῦσαν. » Cf. Heraclidæ Lembi fr. 4.

HISTORIA (PTOLEMÆI IV) PHILOPATORIS.

2.

Ptolemæus, Agesarchi filius, genere Megalopolitanus, secundo libro De rebus Philopatoris, compotores ait regi ex tota urbe cogi solitos, eosque jocatores fuisse appellatos.

3.

Clinûs puellæ, quæ apud Ptolemæum regem cognomine Philadelphum pincernæ munere fungi solita erat, meminit Ptolemæus Agesarchi filius in tertio libro De rebus Philopatoris.

4.

Ptolemæus Agesarchi filius in Philopatoris historia regum amasias recensens hæc scribit : « Philippus Macedo Philinnam saltatricem in dignitatem evexit, ex qua etiam Aridæum genuit, qui post Alexandrum regnavit : Demetrius vero Poliorcetes, post prædictas, Maniam : Antigonus Demo, e qua natus est Alcyoneus : Seleucus vero junior Mystam et Nysam. »

HEGESIANAX. MNESIPTOLEMUS. EUPHORIO.

HEGESIANAX ALEXANDRINUS E TROADE. (CEPHALON GERGITHIUS.)

Strabo XIII, p. 589 : Ἐν δὲ τῇ Λαμψακηνῇ τόπος εὐάμπελος Γεργίθιον· ἦν δὲ καὶ πόλις Γέργιθα, ἐκ τῶν ἐν Κυμαίᾳ Γεργίθων· ἦν γὰρ κἀκεῖ πόλις πληθυντικῶς καὶ θηλυκῶς λεγομένη αἱ Γεργίθες· ὅθενπερ ὁ Γεργίθιος ἦν Κεφάλων.

Dionysius Hal. A. R. I, 72, p. 180 R. : Κεφάλων μὲν γὰρ ὁ Γεργίθιος συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ κτλ. (fr. 8).

Athenæus IX, p. 393, D : Ὁ δὲ τὰ Κεφαλίωνος ἐπιγραφόμενα Τρωικὰ συνθεὶς Ἡγησιάναξ ὁ Ἀλεξανδρεύς κτλ. (v. fr. 3).

Idem III, p. 80, B. : Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τοῦ Τρωικοῦ διακόσμου, εὐφώνους φησὶ γίνεσθαι τοὺς μὴ σύκων ἐσθίοντας. Ἡγησιάνακτα γοῦν τὸν Ἀλεξανδρέα, τὸν τὰς Ἱστορίας γράψαντα, κατ' ἀρχὰς ὄντα ταπεινηχον (ὄντα πένητα vgo) καὶ τραγῳδὸν φησι γενέσθαι καὶ ὑποκριτικὸν καὶ εὔηχον, ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν σύκων μὴ γευσάμενον.

Idem IV, p. 155, B : Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος ἐν τῷ ὀωδεκάτῳ τοῦ Τρωικοῦ διακόσμου· « Παρ' Ἀντιόχῳ (φησὶ) τῷ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ προσαγορευθέντι, ἐν τῷ δείπνῳ πρὸς ὅπλα ὠρχοῦντο οὐ μόνον οἱ βασιλέως φίλοι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς Ἡγησιάνακτα, τὸν Ἀλεξανδρέα ἀπὸ Τρωάδος, τὸν τὰς Ἱστορίας γράψαντα, ἡ τῆς ὀρχήσεως τάξις ἐγένετο, ἀναστὰς εἶπε· Πότερον, ὦ βασιλεῦ, κακῶς ὀρχούμενόν με θεάσασθαι βούλει, ἢ καλῶς ἐπαγγέλλοντός μου ἴδια ποιήματα θέλεις ἀκροάσασθαι; Κελευσθεὶς οὖν λέγειν, οὕτως ἦσε τὸν βασιλέα, ὥστ' ἐράνου τε ἀξιωθῆναι, καὶ τῶν φίλων εἰς γενέσθαι. »

Hegesianactem cum Lysia et Menippo Antiochi Magni legatum Corinthum missum esse ad T. Quinctium et ad decem legatos Romanos discimus ex Polybio XXX, 30, 4. 33, 3; Appian. Syr. c. 6.

Steph. Byz. : Τρωιάς, ἡ χώρα τοῦ Ἰλίου, ἡ ἐκαλεῖτο Τευκρὶς καὶ Δαρδανία καὶ Ξάνθη. Τὸ ἐθνικὸν Τρωαδεύς. Ἐντεῦθεν ἦν καὶ Ἡγησιάναξ γραμματικὸς, γράψας περὶ τῆς Δημοκρίτου λέξεως βιβλίον ἓν καὶ περὶ ποιητικῶν λέξεων, ἦν δὲ Τρωαδεύς.

Igitur Hegesianax ex Troade Alexandrinus, familiaris Antiochi Magni, ab eoque legati munere honorifico ornatus, in literis artibusque se ostendit et historicum et poetam et tragœdum, necnon grammaticum. Historica opera condidisse videtur duo, *Troica* sive Historiæ et (si fides habenda Pseudo Plutarcho) *Libyca* (fr. 11). Verum *Troicorum* opus in fronte gerebat nomen *Cephalionis Gergithii*, sive fraus hæc ipsius fuerit Hegesianactis, sive serioris cujusdam. Illud probabilius. Testis rei nobis est Demetrius Scepsius, vir eruditissimus, qui in *Troico Diacosmo* sæpius Hegesianactis mentionem injecisse videtur.

Cephalon ille vel, ut in Athenæi libris est, Cephalion (1), apud Dionysium vocatur συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ. Quod quam verum sit nescio, neque is est Dionysius, in cujus verba de ejusmodi rebus possis jurare. Si quidem ea quæ Strabo de Gallis Ilium occupantibus (c. 278 a. C.) ex Hegesianacte refert, ad Troica Pseudo-Cephalionis referenda sunt, sequitur Cephalionem non ita multo antiquiorem Hegesianacte fuisse. Quod Strabo Hegesianactem, non vero Cephalionem laudat, nullius est momenti, quum fraudis historiam ex Demetrio Scepsio haud dubie compertam haberet. Quamquam statui potest Cephalionem postrema Trojanæ ditionis fata suo nomine exposuisse, eamque partem, tamquam continuationem historiæ, adjunxisse perantiquo, quod dicebat, operi Cephalionis.

Alter Cephalion, Hadriani æqualis, in octavo Musarum libro Alexandri historiam conflaverat ex auctoribus triginta, ἐν οἷς καὶ ἡ Κεφαλίωνος ἱστορία (Photius cod. 68). Quod ita intelligit Sainte-Croix (*Exam. crit.* p. 60), ut Cephalionem hunc juniorem Alexandri res peculiari opere tractasse, atque hoc in Musis suis citasse statuat. Id verum esse potest, quamvis putaveris Photium, si expressis verbis hoc indicatum reperisset, locuturum fuisse paullo distinctius. Ut nunc verba se habent, Photius ipse nescivisse videtur, num auctor se ipse an alium citaverit. Nihil itaque obstat quin Alexandri res a Gergithio nostro descriptas esse censeas Quodsi est, sequeretur, quod etiam Strabonis locus innuere videtur, Cephalionem nostrum Alexandro vel æqualem ætate vel posteriorem fuisse.

Poetica et grammatica Hegesianactis scripta ad nos nihil pertinent.

(1) Distinguendus est ab Cephalione, historico, qui sub Hadriano floruit, quemque Suidas Γεργίθιον dicens cum Nostro videtur confudisse. — Κεφαλίων miles in inscript. Attica memoratur ap. Boeckh. C. I. I, p. 296, 5. Cf. Dindf. in St. Thes. tom. IV, p. 1501 B.

ΤΡΩΙΚΑ.

1.

Parthenius Erot. c. 4 : Περὶ Οἰνώνης. (Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἐν τῷ Περὶ ποιητῶν καὶ Κεφάλων ὁ Γεργίθιος ἐν Τρωικοῖς.) Ἀλέξανδρος ὁ Πριάμου βουκολῶν κατὰ τὴν Ἴδην ἠράσθη τῆς Κεβρῆνος θυγατρὸς Οἰνώνης· λέγεται δὲ ταύτην ἔκ του θεῶν κατεχομένην θεσπίζειν περὶ τῶν μελλόντων, καὶ ἄλλως δὲ ἐπὶ συνέσει φρενῶν ἐπὶ μέγα διαβεβοῆσθαι. Ὁ οὖν Ἀλέξανδρος αὐτὴν ἀγαγόμενος παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς τὴν Ἴδην, ὅπου αὐτῷ οἱ σταθμοὶ ἦσαν, εἶχε γυναῖκα καὶ αὐτῇ φιλοφρονούμενος μηδαμᾶ ** προλείψειν, ἐν περισσοτέρᾳ τε τιμῇ ἄξειν· ἡ δὲ συνιέναι μὲν ἔφασκεν, εἰς τὸ παρὸν ὡς δὴ πάνυ αὐτῆς ἐρῴη, χρόνον μέντοι τινὰ γενήσεσθαι, ἐν ᾧ ἀπαλλάξας αὐτὴν εἰς τὴν Εὐρώπην περαιωθήσεται κἀκεῖ πτοηθεὶς ἐπὶ γυναικὶ ξένῃ πόλεμον ἐπάξεται τοῖς οἰκείοις. Ἐξηγεῖτο δὲ ὡς δεῖ αὐτὸν ἐν τῷ πολέμῳ τρωθῆναι, καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτὸν οἷός τε ἔσται ὑγιῆ ποιῆσαι ἢ αὐτή. Ἑκάστοτε δὲ ἐπιλεγομένης αὐτῆς ἐκεῖνος οὐκ εἶα μεμνῆσθαι. Χρόνου δὲ προϊόντος, ἐπειδὴ Ἑλένην ἔγημεν, ἡ μὲν Οἰνώνη μεμφομένη τῶν πραχθέντων τὸν Ἀλέξανδρον εἰς Κεβρῆνα, ὅθεν περ ἦν γένος, ἀπεχώρησεν, ὁ δὲ παρήκοντος ἤδη τοῦ πολέμου διατοξευόμενος Φιλοκτήτῃ τιτρώσκεται. Ἐν νῷ δὲ λαβὼν τὸ τῆς Οἰνώνης ἔπος, ὅτε ἔφατο αὐτὸν πρὸς αὐτῆς μόνης οἷόν τε εἶναι ἰαθῆναι, κήρυκα πέμπει δεησόμενον, ὅπως ἐπειχθεῖσα ἀκέσηταί τε αὐτὸν καὶ τῶν παροιχομένων λήθην ποιήσηται, ἅτε δὴ κατὰ θεῶν βούλησίν γε ἀρικομένων· ἡ δὲ αὐθαδέστερον ἀπεκρίνατο, ὡς χρὴ παρ' Ἑλένην αὐτὸν ἰέναι κἀκείνης δεῖσθαι, αὐτὴ δὲ μάλιστα ἠπείγετο, ἔνθα δὴ ἐπέπυστο κεῖσθαι αὐτόν. Τοῦ δὲ κήρυκος τὰ λεχθέντα παρὰ τῆς Οἰνώνης θᾶττον ἀπαγγείλαντος ἀθυμήσας ὁ Ἀλέξανδρος ἐξέπνευσεν, Οἰνώνη δὲ, ἐπεὶ νέκυν ἤδη κατὰ γῆς κείμενον ἐλθοῦσα ἴδεν, ἀνώμωξέν τε καὶ πολλὰ κατολοφυραμένη διεχρήσατο ἑαυτήν. Historiam Apollodorus quoque narrat in Bibl. III, 12, 6. Cf. Conon c. 23.

2.

Parthenii Erotic. c. 34 : Περὶ Κορύθου. (Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος (fr. 126) Τρωικῶν * καὶ Κεφάλων ὁ Γεργίθιος.) Ἐκ δὲ Οἰνώνης καὶ Ἀλεξάνδρου παῖς ἐγένετο Κόρυθος. Οὗτος ἐπίκουρος ἀφικόμενος εἰς Ἴλιον Ἑλένης ἠράσθη καὶ αὐτὸν ἐκείνη μάλα φιλοφρόνως ὑπεδέχετο· ἦν δὲ τὴν ἰδέαν κράτιστος· φωράσας δὲ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀνεῖλεν. Νίκανδρος μέντοι τὸν Κόρυθον οὐκ Οἰνώνης, ἀλλὰ Ἑλένης καὶ Ἀλεξάνδρου φησὶν γενέσθαι. Uberius hæc narrat Conon Narrat. 23.

3.

Athenæus IX, p. 393, D : Ὁ δὲ τὰ Κεφαλίωνος ἐπιγραφόμενα Τρωικὰ συνθεὶς Ἡγησιάναξ ὁ Ἀλεξανδρεὺς καὶ τὸν Ἀχιλλεῖ μονομαχήσαντα Κύκνον φησὶ τραφῆναι ἐν Λευκόφρυϊ πρὸς τοῦ ὁμωνύμου ὄρνιθος. Cf. de Cycni historia Aristot. Rhetor. II, 22; Ovid. Metam. XII, 140; Diodor. V, 83; Strabo p. 604; schol. Theocrit. XVI, 49; Tzetz. Lyc. 233.

4.

Dionys. Hal. A. R. I, 49, p. 122 R., de Æneæ :

TROICA.

1.

De Œnone. (Narrat Nicander in libro De poetis et Cephalon Gergithius in Troicis.) Alexander Priami filius in Ida boves pascens Cebrenis filiam amabat Œnonen. Dicitur autem hanc numine correptam futura prædicere solitam, atque alioqui etiam ob singularem animi prudentiam ubique magni nominis fuisse. Alexander igitur abductam eam a parente in Idam, ubi stativa sua posuerat, uxorem habebat et amanter ei [*pollicitus est*] se nunquam ipsam deserturam, sed in summo honore habiturum esse. Illa vero dixit intelligere se nunc quidem ipsam ab eo vehementer amari, at tempus futurum esse, quo, ipsâ neglectâ, in Europam esset trajecturus, ubi amore peregrinæ mulieris implicitus, bellum propriæ patriæ inducturus esset. Exposuitque amplius quomodo futurum esset, ut in bello saucietur et a nemine sanari possit nisi ab ipsa. Hæc etsi quavis occasione mulier repeteret, ille tamen animum non animadvertebat neque sinebat ejus rei meminisse. Temporis autem progressu quum Helenam uxorem duxisset, Œnone indignata ob ea quæ fecerat Alexander, ad Cebrenem, unde genus ducebat, reversa est. Ille vero, quum bellum jam supervenisset, jaculo a Philocteta petitus, vulneratur. Tum in animum revocatis Œnones verbis, quibus dixerat ab ipsa sola eum posse sanari, præconem mittit oraturum, ut accurrat ac medeatur, præteritorumque obliviscatur, utpote quæ deorum ex voluntate accidissent. Œnone autem contumeliosius respondit, debere eum Helenam adire atque hancce precari; nihilominus tamen ipsa festinanter accurrit ubi decumbere Alexandrum perceperat. At quum præco responsum Œnones citius retulisset, animum despondens Alexander exspiravit. Œnone autem superveniens quum mortuum jam in terra jacentem conspiceret, gemitu edito magnoque ejulatu, se ipsam interemit.

2.

De Corytho. (Narrat Hellanicus in Troicorum libris et Cephalon Gergithius.) Ex Œnone et Alexandro puer natus est Corythus. Is auxiliarius Ilium profectus Helenæ amore captus est; illa vero valde amanter ipsum vicissim amplectebatur : erat enim forma pulcerrimus. Deprehensum autem ipsum pater occidit. Nicander tamen Corythum non Œnones, sed Helenæ et Alexandri filium fuisse dicit.

3.

Hegesianax Alexandrinus, auctor libri qui Cephalionis Troica inscribitur, Cycnum illum, qui cum Achille singulari certamine pugnavit, ait a cognomine avi enutritum fuisse in Leucophrye (i. e. *Tenedo*) insula.

4.

Quæ post Æneæ discessum sunt secuta, plerisque dubitationem longe majorem afferunt. Quidam eum in Thra-

Τὰ δὲ μετὰ τὴν ἔξοδον ἔτι πλείω παρέχει τοῖς πολλοῖς ἀπορίαν. Οἱ μὲν γὰρ ἕως Θράκης ἀγαγόντες αὐτὸν, ἐκεῖ λέγουσι τελευτῆσαι τὸν βίον, ὧν ἔστι Κεφάλων τε Γεργίθιος καὶ Ἡγήσιππος ὁ Περὶ Παλλήνης γράψας, ἄνδρες ἀρχαῖοι καὶ λόγου ἄξιοι.

Ex eodem Cephalione secundum Lobeckium (Aglaoph. p. 1223) hausit Dionys. l. l. c. 61 : Ἴασος ἐν τῇ νήσῳ (Σαμοθράκῃ) κεραυνῷ πληχθεὶς τελευτᾷ Δημητρὸς εὐνὴν ὀριγνώμενός οἱ ἔχειν.

5.

Steph. Byz. : Ἀρίσβη, πόλις τῆς Τρωάδος, Μυτιληναίων ἄποικος, ἧς οἰκισταὶ Σκαμάνδριος καὶ Ἀσκάνιος υἱὸς Αἰνείου. Κεῖται μεταξὺ Περκώτης καὶ Ἀβύδου. Κεφάλων δέ φησιν, ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθράκης ἐλθὼν εἰς τὴν Τρωάδα τὴν Τεύκρου τοῦ Κρητὸς τὴν θυγατέρα γαμεῖ Ἀρίσβην. Ἑλλάνικος δὲ Βάτειαν (Ἄτειαν vulgo ; Ἄντειαν cod. Rhedig.) αὐτήν φησι. Cf. Hellanicus fr. 130; Ephorus fr. 21.

6.

Stephan. Byz. : Γραικός, ὁ Ἕλλην, ὀξυτόνως, ὁ Θεσσαλοῦ υἱὸς, ἀφ' οὗ Γραικοὶ οἱ Ἕλληνες. Κεφάλων δὲ καὶ τὸν Γράνικον ποταμὸν ἐντεῦθεν κληθῆναι.

7.

Festus p. 266 ed. Müller : *Romam appellatam esse Cephalon Gergithius (qui de adventu Æneæ in Italiam videtur conscripsisse) ait ab homine quodam comite Æneæ; eum enim occupato monte, qui nunc Palatius* [Palatinus] *dicitur, urbem condidisse, atque eam Rhomam nominasse.*

8.

Dionys. Hal. A. R. I, 72, p. 180 R. : Κεφάλων μὲν γὰρ ὁ Γεργίθιος συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ, δευτέρᾳ γενεᾷ μετὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ἐκτίσθαι φησὶ τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν ἐξ Ἰλίου διασωθέντων σὺν Αἰνείᾳ· οἰκιστὴν δὲ αὐτῆς ἀποφαίνει τὸν ἡγησάμενον τῆς ἀποικίας Ῥῶμον· τοῦτον δ' εἶναι τῶν Αἰνείου παίδων ἕνα· τέτταρας δέ φησιν Αἰνείᾳ γενέσθαι παῖδας, Ἀσκάνιον, Εὐρυλέοντα, Ῥωμύλον, Ῥῶμον. Εἴρηται δὲ Δημαγόρᾳ καὶ Ἀγαθύλλῳ καὶ ἄλλοις συχνοῖς ὅ τε χρόνος καὶ ὁ τῆς ἀποικίας ἡγεμὼν ὁ αὐτός. Eadem ex Dionysio Euseb. Chr. p. 45, et Syncell. p. 192, B, ubi pro Γεργίθιος est Γεργησαῖος. Cf. Niebuhr. I, p. 188. Agathyllus (Agathymus Syncell. et Euseb.) poemate res Arcadiæ scripsit; vid. Dionys. p. 123 R.

9.

Etym. M. p. 490, 1 : Καπύη, πόλις Ἰταλίας, ἣν Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος υἱοὶ Ἄρεως ἔκτισαν, ὡς φησι Κεφάλων ὁ Γεργίθιος. Οὕτως Ὧρος· ἄλλοι δὲ ἀπὸ Κάπυος τοῦ Τρωικοῦ. Martem patrem aliunde intulit grammaticus.

10.

Strabo XIII, p. 594 : Ἡγησιάναξ δὲ τοὺς Γαλάτας περαιωθέντας ἐκ τῆς Εὐρώπης ἀναβῆναι μὲν εἰς τὴν πόλιν (sc. τὸ Ἴλιον) δεομένους ἐρύματος· παραχρῆμα δ' ἐκλιπεῖν διὰ τὸ ἀτείχιστον. Hæc ex Demetrio Scepsio, ex quo antecedentia, Strabo hausit.

ΛΙΒΥΚΑ.

E LIBRO TERTIO.

11.

Plutarch. Par. min. c. 23, p. 351, D : Καλπούρνιος Κράσσος, ἀνὴρ τῶν ἐπισήμων, Ῥηγούλῳ συστρατευόμενος, ἐπέμφθη εἰς Μασσύλους, πορθήσων φρούριόν τι δυσάλωτον, τοὔνομα Γαραίτιον. Αἰχμάλωτος

---

ciam usque deducunt, et ibi vitam finiisse dicunt, quorum in numero sunt Cephalon Gergithius et Hegesippus, qui res Pallenes scripsit, viri prisci, celebres et fide digni.

5.

Arisbe, urbs Troadis, Mytilenæorum colonia, cujus conditores Scamandrius et Ascanius Æneæ filius. Sita est inter Percoten et Abydum. Cephalon vero dicit Dardanum e Samothracia in Troadem profectum Teucri Cretensis filiam Arisbam uxorem duxisse. Hellanicus eam Batiam nominat.

6.

Græcus, Thessali filius, a quo Hellenes dicti sunt Græci. Cephalon vero etiam Granicum fluvium ab eo nomen habere ait.

8.

Cephalion Gergithius, scriptor antiquissimus, generatione post Troicum bellum secunda urbem fuisse conditam ait ab illis qui cum Æneа ex Ilio incolumes profugerant; ejusque conditorem fuisse affirmat Romum, coloniæ ducem; hunc autem fuisse unum ex Æneæ filiis : Æneam enim quattuor habuisse filios, Ascanium, Euryleontem, Romulum et Romum. Demagoras etiam et Agathyllus et multi alii et idem tempus et eundem coloniæ ducem fuisse testantur.

9.

Capua, urbs Italiæ, quam Romus et Romulus, Martis filii, condiderunt, ut Cephalon Gergithius dicit, testante Horo.

10.

Hegesianax scribit Gallos, quum ex Europa in Asiam trajecissent et munito loco opus habuissent, in eam adscendisse urbem; quia vero muris careret, statim eam deseruisse.

LIBYCA.

11.

Calpurnius Crassus, vir illustris, Reguli legatus, in Massylos missus ut Garætium castellum superatu difficile oppugnaret, captus est. Quumque esset Saturno immolandus, Bisaltia, regis filia, adamans eum victorem prolito patre fecit, ac se ipsam ob ipsius discessum jugulavit. Hegesianax tertio libro rerum Libycarum.

δὲ ληφθείς, ἔμελλε θύεσθαι τῷ Κρόνῳ. Βισαλτία δὲ, τοῦ βασιλέως θυγάτηρ, ἐρασθεῖσα προέδωκε τὸν πατέρα, καὶ νικηφόρον ἐκεῖνον ἐποίησεν. Ἀναστρέψαντος δ' αὐτοῦ, ἡ κόρη κατέσφαξεν ἑαυτήν· ὡς Ἡσιάναξ scr. Ἡγησιάναξ) ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν.

Φαινόμενα carmine ab Hegesianacte scripta esse discimus ex Arati Vita p. 55, 92 et p. 56, 11 ed. Westerm. Inde deprompta sunt quæ citantur ap. Hygin. Poet. astron. II, 26, 29 (p. 370. 381. 404 Munck.); apud Plutarch. De facie in orbe lunæ c. 3, p. 920, E (p. 1127 ed. Did.), et 921 B, ubi nomen scriptoris est Ἀγησιάναξ (de qua scripturæ varietate in similibus nominibus obvia vide Welcker. *Cycl.* p. 278, not. 448). De libris Hegesianactis Περὶ τῆς Δημοκρίτου λέξεως βιβλίον ἕν, et Περὶ ποιητικῶν λέξεων, vide Stephan. Byz., v. Τρωιάς, quem locum supra apposuimus.

MNESIPTOLEMUS.

Quemadmodum Hegesianax, sic etiam Mnesiptolemus et Euphorion in aula Antiochi Magni degebant. Mnesiptolemus Syriæ regum historiam scripsisse ex loco Athenæi colligitur. Fragmenta non supersunt. Testimonia vero Athenæi exstant duo hæcce :

Athenæus XV, p. 697, D : Ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος συγγραφεὺς (sc. Δημήτριος Σκήψιος) καὶ τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ τῆς αὐτῆς πραγματείας (sc. τοῦ Τρωικοῦ διακόσμου) Μνησιπτολέμου φησί ποτε τοῦ ἱστοριογράφου, τοῦ παρὰ τῷ Ἀντιόχῳ τῷ προσαγορευθέντι μεγάλῳ πλεῖστον ἰσχύσαντος, υἱὸν γενέσθαι Σέλευκον τὸν τῶν ἱλαρῶν ἁσμάτων ποιητήν· οὗπερ συνεχῶς ᾄδειν εἰώθασι·

Κἀγὼ παιδοφιλήσω· πολύ μοι κάλλιον ἢ γαμεῖν.
Παῖς μὲν γὰρ παρεὼν κἠν πολέμῳ μᾶλλον ἐπωφελεῖ.

Idem X, p. 432, B : Ἔπινον εἰ πολλοὶ καὶ ἄλφιτα ἐπιβάλλοντες τῷ οἴνῳ, ὡς ὁ Δελφὸς Ἡγήσανδρός φησιν. Ἐπίνικος γοῦν, Μνησιπτολέμου ἀνάγνωσιν ποιησαμένου τῶν Ἱστοριῶν, ἐν αἷς ἐγέγραπτο ὡς Σέλευκος ἐπηλφίτισε, γράψας ὀρᾶμα Μνησιπτόλεμον καὶ κωμῳδῶν αὐτὸν καὶ περὶ τῆς πόσεως ταῖς ἐκείνου χρώμενος φωναῖς, ἐποίησε λέγοντα·

Ἐπ' ἀλφίτου πίνοντα τοῦ θέρους ποτὲ
ἰδὼν Σέλευκον ἡδέως τὸν βασιλέα,
ἐγραψα καὶ παρέδειξα τοῖς πολλοῖς, ὅτι,
κἂν τὸ τυχὸν ᾖ πραγμάτιον ἢ σφόδ' εὐτελὲς,
σεμνὸν δύναται τοῦθ' ἡ δύναμις ἡ 'μὴ ποιεῖν.
« Γέροντα Θάσιον τόν τε γῆς ἀπ' Ἀτθίδος
ἑτμὸν μελίσσης τῆς ἀκραχόλου γλυκὺν,
συγκυρκανήσας ἐν σκύφῳ χυτῆς λίθου,
Δήμητρος ἀκτῇ πᾶν γεφυρώσας ὑγρὸν,
κατηρίμωκα πῶμα, καύματος λύσιν. »

Cf. Meinek. Fragm. Com. tom. IV, p. 505.

Subjicere liceat mentionem *Simonidis ex Magnesia ad Sipylum urbe oriundi*, poetæ epici, qui pugnam, qua Galatarum equitatum fudit Antiochus primus, carmine cecinisse videtur. Memoria hujus viri universa unico, quantum sciam, Suidæ loco continetur satis illo corrupto : Σιμωνίδης, Μάγνης Σιπύλου, ἐποποιός. Γέγονεν ἐπὶ Ἀντιόχου τοῦ Μεγάλου· καὶ γέγραφε τὰς Ἀντιόχου [τοῦ Μεγάλου] πράξεις καὶ (κατὰ conj. Bernhardy) τὴν πρὸς Γαλάτας μάχην, ὅτε μετὰ τῶν ἐλεφάντων τὴν ἵππον αὐτοῦ (αὐτῶν correx. viri docti) ἔφθειρε (ἔφθειραν nonnulli libri). Verba τοῦ μεγάλου uncinis inclusit Bernhardyus; τοῦ Σωτῆρος conj. Meinek. ad Euphor. p. 16.

EUPHORION CHALCIDENSIS.

Suidas : Εὐφορίων, Πολυμνήστου, Χαλκιδεὺς ἀπὸ Εὐβοίας, μαθητὴς ἐν τοῖς φιλοσόφοις Λακύδου καὶ Πρυτάνιδος, καὶ ἐν τοῖς ποιητικοῖς Ἀρχεβούλου τοῦ Θηραίου ποιητοῦ, οὗ καὶ ἐρώμενος λέγεται γενέσθαι. Ἐγεννήθη δὲ ἐν τῇ ρκϛ' Ὀλυμπιάδι, ὅτε καὶ Πύρρος ἡττήθη ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ ἐγένετο τὴν ἰδέαν μελίχρους, πολύσαρκος, κακοσκελής. Τῆς Ἀλεξάνδρου, τοῦ βασιλεύσαντος Εὐβοίας, υἱοῦ δὲ Κρατέρου, γυναικὸς Νικαίας στερξάσης αὐτὸν, εὔπορος σφόδρα γεγονὼς ἦλθε πρὸς Ἀντίοχον τὸν Μέγαν ἐν Συρίᾳ βασιλεύοντα, καὶ προέστη ὑπ' αὐτοῦ τῆς ἐκεῖσε δημοσίας βιβλιοθήκης· καὶ τελευτήσας ἐκεῖ τέθαπται ἐν Ἀπαμείᾳ, ὡς δέ τινες ἐν Ἀντιοχίᾳ.

Fuse docteque de his disputavit Aug. Meinekius (De Euphorionis vita et scriptis, etc. Gedani 1823, et in Analectis Alexandrinis) ad quem lectorem relegamus. Cf. Clinton. ad Ol. 126, 3 et p. 511.

Præter carmina varii generis, quæ recensere ab instituto nostro alienum, Euphorion etiam prosa oratione nonnulla, quæ ad historiam pertinent, composuit. Sunt vero hæc :

1. Περὶ τῶν Ἀλευαδῶν (fr. 1–3). Quem librum temere Suidas tribuit Ephoro juniori : Ἔφορος, ἱστορικὸς, ὁ νεώτερος· ἔγραψε δὲ τὰς Γαλατηνοῦ πράξεις ἐν βιβλίοις κζ'. Κορινθιακά. Περὶ τῶν Ἀλευαδῶν καὶ ἄλλα. « Mirum sane, Meinek. ait, videri debet, quod tertii vel quarti post Christum sæculi scriptor in tali argumento versatus esse dicitur, quod ab illius ætatis ingenio maxime alienum putandum est. Itaque in eam incidi suspicionem, ut Suidam, aut suo ipsius aut aliorum errore deceptum, Ephoro tribuisse censerem, quæ rectius Euphorioni tribuisset. Ephori nomen quum sæpenumero in Euphorum depravatum sit, hoc ipsum rursus quam proclivi errore cum Euphorione permutari potuerit, in promptu est. Nec minorem dubitatio-

nem alterum opus Ephoro juniori tributum, Κορινθιακά, injicit, quod ipsum quoque si quis, eodem argumento ductus, Euphorioni vindicare voluerit, ego certe non repugnabo; nisi forte utriusque scripti celebrem illum, quem omnes novimus, Ephorum auctorem fuisse conjicias. » De Ephoro noli cogitare. Κορινθιακά ejusdem haud dubie sunt auctoris qui citatur ἐν τῷ Περὶ Ἰσθμίων, de quibus in ipsis Corinthiacis egerit. Similiter Theseus Κορινθιακά et Περὶ Ἰσθμίων scripsisse dicitur.

2. Ὑπομνήματα ἱστορικά (fr. 4 sqq.), rerum mirabilium maximam partem farrago, uti videtur. His subjecimus fragmenta librorum :

3. Περὶ Ἰσθμίων.

4. Περὶ μελοποιῶν (μελοποιῶν?).

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΛΕΥΑΔΩΝ.

1.

Clemens Alex. Strom. I, p. 389 ed. Sylb. : Εὐφορίων δὲ ἐν τῷ Περὶ Ἀλευαδῶν (vgo Ἀλιάδων) κατὰ Γύγην αὐτὸν (sc. τὸν Ὅμηρον) τίθησι γεγονέναι, ὃς βασιλεύειν ἤρξατο ἀπὸ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος· ὃν καί φησι πρῶτον ὀνομάσθαι τύραννον. Cf. Ebert. Diss. Sic. p. 159; Hippias fr. 2.

2.

Schol. Theocrit. XVI, 34 : Τὰ δὲ περὶ Ἀλεύαν τοῦ Σίμου (libri Σιμίου) πάντα ἀνεῖλεκτο (libri ἀνείλετο) Εὐφορίων. Cf. Bœckh. ad Pindar. p. 331.

3.

Quinctilian. X, 2, de carmine Simonidis Dioscurorum ope servati : *Est autem magna inter auctores dissensio Glaucone Carystio an Leocrati an Agatharcho an Scopæ scriptum sit id carmen, et Pharsali fuerit hæc domus, ut ipse quodam loco significare Simonides videtur, atque Apollodorus et Eratosthenes et Euphorio, an Crannone, ut Apollas et Callimachus.*

ΙΣΤΟΡΙΚΑ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

4.

Athenæus IV, p. 154, C : Εὐφορίων δὲ ὁ Χαλκιδεὺς ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν οὕτω γράφει· « Παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις προτίθεσθαι πέντε μνᾶς τοῖς ὑπομένειν βουλομένοις τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι πελέκει, ὥστε τοὺς κληρονόμους κομίσασθαι τὸ ἄθλον· καὶ πολλάκις ἀπογραφομένους πλείους, δικαιολογεῖσθαι καθ' ὃ δικαιότατός ἐστιν ἕκαστος αὐτὸς ἀποτυμπανισθῆναι. » « Ex Athenæo profecit Eustathius ad Odyss. p. 1837. Cf. Roberti Titii Assert. V, 14, p. 120. » *Meinek.*

5.

Idem XV, p. 700, D : Εὐφορίων δ' ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι Διονύσιόν φησι τὸν νεώτερον Σικελίας τύραννον Ταραντίνοις εἰς τὸ Πρυτανεῖον ἀναθεῖναι λυχνεῖον δυνάμενον καίειν τοσούτους λύχνους, ὅσος ὁ τῶν ἡμερῶν ἐστιν ἀριθμὸς εἰς τὸν ἐνιαυτόν. Cf. Polyeriti Mendæi fr. 7.

6.

Ælianus H. A. XVII, 28 : Εὐφορίων δὲ ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι λέγει τὴν Σάμον ἐν τοῖς παλαιοτάτοις τοῦ χρόνου ἐρήμην, γενέσθαι τε ἐν αὐτῇ θηρία μεγάθει μὲν μέγιστα, ἄγρια δὲ καὶ προσπελάσαι τῳ δεινά, καλεῖσθαι δὲ μὴν νηάδας, ἅπερ οὖν καὶ μόνῃ τῇ βοῇ ῥηγνύναι τὴν γῆν. Παροιμίαν οὖν ἐν τῇ Σάμῳ διαῤῥεῖν τὴν λέγουσαν· Μεῖζον βοᾷ τῶν νηάδων. Ὅστᾶ δὲ ἔτι καὶ νῦν αὐτῶν δείκνυσθαι μεγάλα ὁ αὐτός φησι. Cf. Eugeonis fr. 1, tom. II, p. 16.

Ex iisdem Ὑπομνήμασι fluxerint quæ Ælianus l. l. VII, 43 ex Euphorione narrat de cultu Samio Διονύσου κεχηνότος (fr. 122 ed. Meinek.). Locus Æliani corruptissimus, nec sine codicum auxilio sanandus. Uberius eandem rem exponit

---

DE ALEUADIS.

1.

Euphorion in libro De Aleuadis Homerum vixisse ait Gygis temporibus, qui regnavit inde ab Olympiade duodevicesima, quemque primum tyrannum nominatum esse tradit.

2.

Aleuæ, Simo nati, res omnes exposuit Euphorion.

COMMENTARII HISTORICI.

4.

Euphorion Chalcidensis in Commentariis historicis sic scribit : « Apud Romanos quinque minas his proponi, qui sibi caput amputari ultro patiantur ea conditione, ut hæredes ipsorum pretium illud accipiant : fierique interdum, ut, quum plures nomen suum sint professi, veluti jure disceptent illi inter se, unoquoque contendente æquum esse, ut ipse præ ceteris supplicio afficiatur. »

5.

Euphorion in Commentariis historicis ait juniorem Dionysium, Siciliæ tyrannum, Tarentinis in prytaneum delicasse candelabrum, in quo tot ardere possent lucernæ, quot numero dies sunt totius anni.

6.

Euphorion in Commentariis scriptum reliquit Samum quum olim desertissimam fuisse, tum in ea bestias feras et infestas obviis maxima magnitudine, nomine Neades fuisse, quarum sola voce terra discederet; indeque profectum esse id proverbium quod vulgo Samii dicunt : *Magis clamat quam Neades.* Idemque refert ossa earum maxima vel sua ipsius ætate exstitisse.

Elpis Samius ap. Plinium H. N. VIII, 26. Cf. Preller. ad Polemon. p. 109. — His adde locum Clementis Alex. Protrept. p 11 Sylb. : Πρόβατον, ὡς φησιν Εὐφορίων, σέβουσι Σάμιοι. Cf. Aristoteles ap. Ælian. H. A. XII, 40.

7.

Athenæus II, p. 44, F : Εὐφορίων δὲ ὁ Χαλκιδεὺς οὕτω που γράφει· « Λασύρτας Λασιώνιος οὐδὲ προσεδεῖτο ποτοῦ, καθάπερ οἱ ἄλλοι, οὖρον δὲ προΐετο, καθάπερ πάντες ἄνθρωποι. Καὶ πολλοὶ διὰ φιλοτιμίαν ἐπεχείρησαν παρατηρῆσαι· καὶ ἀπέστησαν πρὸ τοῦ εὑρεῖν τὸ πραττόμενον. Θέρους γὰρ ὥρᾳ καὶ τριακονθήμερον προσιζεύοντες καὶ οὐδενὸς μὲν ὁρῶντες ἀπεχόμενον ἁλμυροῦ, τὴν κύστιν δ' αὐτοῦ ἔχοντα, συνεπείσθησαν ἀληθεύειν. Ἐχρῆτο δὲ καὶ τῷ ποτῷ, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον οὐ προσεδεῖτο τούτου. Hæc ex Ὑπομνήμασι deprompta esse non dubito. Similis generis rem memorabilem ex Euphorione affert Helladius Chrestom. p. 971, b : Εὐφορίων ἱστορεῖ τινὰ ἐνύπνια μηδέπου (μηδέποτε conj. Meinek.) ἑωρακέναι. — Fortasse etiam quæ de vite prodigiosa apud Ægas Achaicas ex Euphorione prodit schol. Venet. ad Il. XIII, 21 (fr. 132 M. Eadem ex cod. Reg. 3060 fol. 7 exscripsit Miller. in *Journal. d. sav.* 1839, p. 715) nec non alia nonnulla libro, de quo agimus, vindicanda sunt; quanquam ea est Euphorionis operum indoles, ut de his judicium magnopere fluctuet.

ΠΕΡΙ ΙΣΘΜΙΩΝ.

8.

Athenæus IV, p. 182, E : Εὐφορίων δὲ ὁ ἐποποιὸς ἐν τῷ Περὶ Ἰσθμίων, « Οἱ νῦν, φησὶ, καλούμενοι ναβλισταὶ καὶ πανδουρισταὶ καὶ σαμβυκισταὶ καινῷ μὲν οὐδενὶ χρῶνται ὀργάνῳ· τὸν γὰρ βάρμον καὶ βάρβιτον, ὧν Σαπφὼ καὶ Ἀνακρέων μνημονεύουσι, καὶ τὴν μάγαδιν καὶ τὰ τρίγωνα καὶ τὰς σαμβύκας ἀρχαῖα εἶναι· ἐν γοῦν Μυτιλήνῃ μίαν τῶν Μουσῶν πεποιῆσθαι ὑπὸ Λεσβοθέμιδος ἔχουσαν σαμβύκην.

Idem XIV, p. 635, A : Εὐφορίων δ' ἐν τῷ Περὶ Ἰσθμίων, παλαιὸν μέν φησιν ὄργανον εἶναι τὴν μάγαδιν, μετασκευασθῆναι δ' ὀψέ ποτε, καὶ σαμβύκην μετονομασθῆναι. Πλεῖστον δ' εἶναι τοῦτο τὸ ὄργανον ἐν Μυτιλήνῃ, ὡς καὶ μίαν τῶν Μουσῶν ἔχουσαν αὐτὸ ὑπὸ Λεσβοθέμιδος ποιηθῆναι, ἀρχαίου ἀγαλματοποιοῦ.

Idem XIV, p. 635, F : Εὐφορίων τε ἐν τῷ Περὶ Ἰσθμίων, τὰ πολύχορδά φησι τῶν ὀργάνων ὀνόμασι μόνον παρηλλάχθαι· παμπάλαιον δ' αὐτῶν εἶναι τὴν χρῆσιν.

9.

Idem XIV, p. 633, F : Περὶ σαμβύκης, ἔφη ὁ Μασσούριος, ὀξύφθογγον εἶναι μουσικὸν ὄργανον τὴν σαμβύκην, διειλέχθαι τε περὶ αὐτοῦ Εὐφορίωνα τὸν [αὐτὸν] ἐποποιὸν ἐν τῷ Περὶ Ἰσθμίων, χρῆσθαι φήσας αὐτῷ Πάρθους καὶ Τρωγλοδύτας τετραχόρδῳ ὄντι· ἱστορεῖν δὲ τοῦτο καὶ Πυθαγόραν ἐν τῷ Περὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης.

ΠΕΡΙ ΜΕΛΟΠΟΙΩΝ.

10.

Idem IV, p. 184, A : Εὐφορίων δ' ὁ ἐποποιὸς ἐν τῷ Περὶ μελοποιῶν (μελοποιῶν Dalech.) τὴν μὲν μονοκάλαμον σύριγγα Ἑρμῆν εὑρεῖν, τινὰς δ' ἱστορεῖν Σεύθην καὶ Ῥωνάκην τοὺς Μήδους (l. Μαίδους), τὴν δὲ πολυκάλαμον Σιληνόν, Μαρσύαν δὲ τὴν κηρόδετον (τὴν δὲ πολ. Σιληνὸν Μαρσύαν, τὴν κηρόδετον Salmasius probante Meinekio).

7.

Euphorion Chalcidensis alicubi sic scribit : « Lasyrtas Lasionius non quemadmodum ceteri homines potu opus habebat, at urinam tamen emittebat, sicuti alii omnes. Et multi cognoscendæ rei cupidi, observare eum aggressi sunt, sed priusquam id quod res esset reperissent destiterunt. Nam quum æstatis tempore per triginta dies ei adsedissent, vidissentque eum nullius quidem salsi cibi abstinentem, et suam (*non alienam, ut præstigiatores*) vesicam habentem : persuasi sunt vera eum dicere. Utebatur quidem etiam interdum potione, sed ea nihilominus opus non habebat. »

DE ISTHMIIS.

8.

Euphorio, poeta epicus, in libro de Isthmiis : « Qui nunc sunt, ait, qui Nablistæ, Panduristæ, Sambucistæ vocantur, nullo novo utuntur instrumento : nam *baromum* et *barbiton*, quorum Sappho et Anacreon meminerunt, itemque *magadin* et *triangula* et *sambucas* antiqua ait esse instrumenta. Mytilenæ sane unam ex Musis, Lesbothemidis opus, sambucam manu tenentem conspici.

9.

De *sambuca* dixit Masurius, esse eam musicum instrumentum acutum sonum edens, de eoque verba fecisse Euphorionem eumdem qui epicorum quoque carminum auctor est, in libro De Isthmiis; quo instrumento usos esse ait Parthos et Troglodytas, quattuor fidibus tenso; tradere autem hæc etiam Pythagoram in libro De mari Erythræo.

DE CARMINUM MODULATIONIBUS.

10.

Euphorion, epicus poeta, in libro De carminum modulationibus, fistulam uno calamo constantem ait Mercurium invenisse; a nonnullis vero inventores ejus memorari Seuthen et Ronacem Mædos (*i. e. Thraces*); pluribus vero calamis constantem, cera compactam, invenisse Silenum Marsyam.

DIOCLES PEPARETHIUS.

Athenæus II, p. 44, E : Διοκλῆ τὸν Πεπαρήθιόν φησι Δημήτριος ὁ Σκήψιος μέχρι τέλους ψυχρὸν ὕδωρ πεπωκέναι. Hic Diocles a Τρωικοῦ διακόσμου auctore (de cujus ætate v. Clinton. ad an. 190) commemoratus nescio an idem sit cum Diocle Peparethio, incertæ ætatis scriptore, qui Romanorum a Trojanis oriundorum antiquissimam exposuit historiam, idque ita quidem, ut primus summis lineis eam adumbraret narrationem, quam deinde Fabius Pictor aliique in plerisque adoptarunt. Refert rem Plutarchus (fr. 2 init.). Cujus testimonium cur in dubium nonnulli vocaverint, atque Dioclem potius sua ex Fabio hausisse autument, causam idoneam protulerunt nullam (*). Quanquam recte fortasse Niebuhrius contendit Plutarchum non ipsum Dioclem ante oculos habuisse, sed juniorem quendam scriptorem, qui priorum sententias auctorum simul attulerit. Certe Dioclem, græcum hominem, tam prolixa et tam accurate ad antiquitates Romanas accommodata narratione, qualis est Fabiana, origines urbis tradidisse, non admodum verisimile est. Contra totus ex Diocle Fabius in iis pependerit, quibus Romanæ fabulæ cum Græcis vel Trojanis conjunguntur. In his vero num Hellanici potissimum vestigia Diocles legerit, ut censet Dahlmannus (*Forschungen*, II, p. 139), an alius scriptoris, nescimus. Ceterum titulum operis fuisse suspicor Κτίσεις vel fortassis Ἀποικίαι (v. fr. 3). Præterea laudantur Dioclis Περσικὰ et Περὶ ἡρώων opus, quod cujusnam Dioclis fuerit ignoro. Neque magis liquet de Αἰτωλικῶν libris Dioclis Rhodii (**).

(*) De Diocle præter Niebuhrium cf. Schlegel. in *Heidelberg. Jahrb.* tom. IX, p. 878; Blum., *Einleitg in Roms alt. Gesch.* p. 94; Wachsmuth. *D. ältere Gesch. d. rœm. Staats* p. 25; Heeren. *De font. Plut.* p. 138, p. 68. 73; Ulrici. *Charact. d. alt. Historiogr.* p. 94 sq.; Krause, *Vit. histor. rom.* p. 33; Hertz. *De Luciis Cinciis* (Berolin. 1842) p. 15; Klausen. *Æneas u. d. Penaten* p. 595. Westermann. in *Paulys* Realenc. s. v.

(**) Notandi præterea : *Diocles* nescio qui, Homeri interpres, ap. schol. Hom. Od. ξ, 132; τ, 457. — *Diocles Magnes*, cujus Ἐπιδρομὴν τῶν φιλοσόφων laudat Diog. L. I, 8, 162; X, 11. Idem est auctor Βίων φιλοσόφων sæpenumero ap. Diog. L. citatus. Ad *Dioclem* quendam libros nonnullos scripsit Chrysippus D. L. VII, 200. — *Diocles duo Pythagorei* ap. Iamblich. V. P. c. 35. 36. *D. Elaita*, musicus, ap. Suid. — *D. Phliasius*, vel *Atheniensis*, comicus (v. Meinek. Com. I, p. 153). — *Diocles*, auctor ὀψαρτυτικῶν ap. Athen. p. 516 C. — *Diocles Carystius*, medicus sæpissime a plurimis laudatus. — Alius Diocles Carystius, rhetor Augusti temporibus, ap. Senecam in Controv. sæpius. — Alios ejusdem nominis viros v. ap. Theocrit. XII, 29, Aristophan. Acharn. 774, Plutarch. Thes. 10, Polybium V, 17, V, 69, 5, Plutarch. Moral. p. 1037 Didot; Appian. Mithrid. c. 78, Plutarch. Arat. c. 18, Euseb. in Olympionic. Ol. 13 et 178. Cf. etiam Steph. Thes. Gr. s. h. v.

(ΚΤΙΣΕΙΣ.)

1.

Festus p. 269 ed. Müller. : « Diocles Peparethius ait Iliam, Numitor*is* *A*lbani regis filiam, gemellos edidisse, quos *in i*ma Tiberis ripa, jussu Amulii tyranni, *exp*ositos, cum juxta ficum postea appellatam a *Rom*ulo Ruminalem jacerent, a lupa *lac*tatos et a pico Martio nutritos esse : post reper*tos* a Faustulo Accam Larentiam, ejus uxorem, educasse. *Pleri*que tamen conscio et alimenta præbente Num*itor*e nutritos aiunt, quod Ilia ex Marte se *pep*erisse eos asseverabat, ac secreto literis, omni *deni*que liberali disciplina Gabis institutos *atque* excultos esse : ac cum in exercendo corpore pri*mam* pueritiam transigerent et inter æquales *omnes* præstarent robore, Romulum et Rhomum *nomi*natos esse. »

In codice Festi ea tantum leguntur, quæ literis italicis exaravimus. Reliqua ex Plutarcho (Rom. c. 3 sqq.) suppleverunt Ursinus et Müllerus, quem vide.

2.

Plutarch. Rom. c. 3 : Τοῦ δὲ πίστιν ἔχοντος λόγου μάλιστα καὶ πλείστους μάρτυρας, τὰ μὲν κυριώτατα πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξέδωκε Διοκλῆς ὁ Πεπαρήθιος, ᾧ καὶ Φάβιος Πίκτωρ ἐν τοῖς πλείστοις ἐπηκολούθησε. Γεγόνασι δὲ καὶ περὶ τοῦτον ἕτεραι διαφοραί· τύπῳ δὲ εἰπεῖν τοιοῦτός ἐστι. Τῶν ἀπ' Αἰνείου γεγονότων ἐν Ἄλβῃ βασιλέων εἰς ἀδελφοὺς δύο, Νομήτορα καὶ Ἀμούλιον, ἡ διαδοχὴ καθῆκεν.

DE URBIUM ORIGINIBUS.

2.

Receptissimæ historiæ et a plurimis approbatæ Peparethius Diocles præcipua quæque primus apud Græcos edidit, quem in plerisque secutus est Fabius Pictor. Et quanquam de his quoque aliæ habentur narrandi varietates, lineamenta hujus relationis sunt hujusmodi. Ex Æneæ posteris, qui Albæ regnabant, ad duos fratres regnum devenit, Numitorem et Amulium. Universo patrimonio ab Amulio in sortes diviso duas, ita ut ab altera parte regnum, ab altera opes et advectum Troja aurum poneret, sumpsit regnum Numitor. Amulii igitur quum esset ex divitiis quam Numitoris potentia amplior, facile eum regno exuit : ejusque filiam, ne prolem haberet veritus, Vestæ sacerdotem constituit, ut perpetuo cœlebs et virgo viveret : quam Iliam alii vocant

Ἀμυλίου δὲ νείμαντος τὰ πάντα δίχα τῇ τε βασιλείᾳ τὰ χρήματα καὶ τὸν ἐκ Τροίας κομισθέντα χρυσὸν ἀντιθέντος, εἵλετο τὴν βασιλείαν ὁ Νομήτωρ. Ἔχων οὖν ὁ Ἀμούλιος τὰ χρήματα καὶ πλέον ἀπ' αὐτῶν δυνάμενος τοῦ Νομήτορος τήν τε βασιλείαν ἀφείλετο ῥᾳδίως, καὶ φοβούμενος ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ γενέσθαι παῖδας ἱέρειαν τῆς Ἑστίας ἀπέδειξεν, ἄγαμον καὶ παρθένον ἀεὶ βιωσομένην. Ταύτην οἱ μὲν Ἰλίαν, οἱ δὲ Ῥέαν, οἱ δὲ Σιλουίαν ὀνομάζουσι. Φωρᾶται δὲ μιᾷ οὐ πολὺν χρόνον κυοῦσα παρὰ τὸν καθεστῶτα ταῖς Ἑστιάσι νόμον. Καὶ τὸ μὲν ἀνήκεστα μὴ παθεῖν αὐτὴν, ἡ τοῦ βασιλέως θυγάτηρ Ἀνθὼ παρητήσατο, ἐπιθεῖσα τοῦ πατρός· εἵρχθη δὲ, καὶ δίαιταν εἶχεν ἐπίμικτον, ὅπως μὴ λάθῃ τεκοῦσα τὸν Ἀμούλιον. Ἔτεκε δὲ δύο παῖδας ὑπερφυεῖς μεγέθει καὶ κάλλει. Δι' ὃ καὶ μᾶλλον ὁ Ἀμούλιος φοβηθεὶς ἐκέλευσεν αὐτοὺς ὑπηρέτην λαβόντα ῥῖψαι. Τοῦτον ἔνιοι Φαυστύλον ὀνομάζεσθαι λέγουσιν, οἱ δ' οὐ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν ἀνελόμενον. Ἐνθέμενος οὖν εἰς σκάφην τὰ βρέφη κατέβη μὲν ἐπὶ τὸν ποταμὸν ὡς ῥίψων· ἰδὼν δὲ κατιόντα πολλῷ ῥεύματι καὶ τραχυνόμενον ἔδεισε προσελθεῖν· ἐγγὺς δὲ τῆς ὄχθης καταθεὶς ἀπηλλάσσετο. Τοῦ δὲ ποταμοῦ καταλύζοντος ἡ πλημμύρα τὴν σκάφην ὑπολαβοῦσα καὶ μετεωρίσασα πρᾴως κατήνεγκεν εἰς χωρίον ἐπιεικῶς μαλθακὸν, ὃ νῦν Κερμαλὸν καλοῦσι, πάλαι δὲ Γερμανὸν, ὡς ἔοικεν, ὅτι καὶ τοὺς ἀδελφοὺς γερμανοὺς ὀνομάζουσιν.

Ἦν δὲ πλησίον ἐρινεὸς, ὃν Ῥωμινάλιον ἐκάλουν, ἢ διὰ τὸν Ῥωμύλον, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν, ἢ διὰ τὸ τὰ μηρυκώμενα τῶν θρεμμάτων ἐκεῖ διὰ τὴν σκιὰν ἐνδιάζειν, ἢ μάλιστα διὰ τὸν τῶν βρεφῶν θηλασμόν· ὅτι τήν τε θηλὴν ῥοῦμαν ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ, καὶ θεόν τινα τῆς ἐκτροφῆς τῶν νηπίων ἐπιμελεῖσθαι δοκοῦσαν ὀνομάζουσι Ῥουμυλίαν, καὶ θύουσιν αὐτῇ νηφάλια καὶ γάλα τοῖς ἱεροῖς ἐπισπένδουσιν. Ἐνταῦθα δὴ τοῖς βρέφεσι κειμένοις τήν τε λύκαιναν ἱστοροῦσι θηλαζομένην καὶ ὀρυοκολάπτην τινὰ παρεῖναι συνεκτρέφοντα καὶ φυλάττοντα. Νομίζεται δ' Ἄρεος ἱερὰ τὰ ζῷα· τὸν δὲ ὀρυοκολάπτην καὶ διαφερόντως Λατῖνοι σέβονται καὶ τιμῶσιν· ὅθεν οὐχ ἥκιστα πίστιν ἔσχεν ἡ τεκοῦσα τὰ βρέφη τεκεῖν ἐξ Ἄρεος φάσκουσα. Καίτοι τοῦτο παθεῖν αὐτὴν ἐξαπατηθεῖσαν λέγουσιν ὑπὸ τοῦ Ἀμουλίου διαπαρθενευθεῖσαν ἐν ὅπλοις ἐπιφανέντος αὐτῇ καὶ συναρπάσαντος. Οἱ δὲ, τοὔνομα τῆς τροφοῦ δι' ἀμφιβολίαν ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκτροπὴν τῇ φήμῃ παρασχεῖν. Λούπας γὰρ ἐκάλουν οἱ Λατῖνοι τῶν τε θηρίων τὰς λυκαίνας καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἑταιρούσας· εἶναι δὲ τοιαύτην τὴν Φαυστύλου γυναῖκα τοῦ τὰ βρέφη θρέψαντος, Ἄκκαν Λαρεντίαν ὄνομα. Ταύτῃ δὲ καὶ θύουσι Ῥωμαῖοι, καὶ χοὰς ἐπιφέρει τοῦ Ἀπριλίου μηνὸς αὐτῇ ὁ τοῦ Ἄρεος ἱερεὺς, καὶ Λαρεντίαν καλοῦσι τὴν ἑορτήν.

Ἕτέραν δὲ τιμῶσι Λαρεντίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Ὁ νεωκόρος τοῦ Ἡρακλέους ἀλύων, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ σχολῆς προὔθετο πρὸς τὸν θεὸν διακυβεύειν, ὑπειπὼν ὅτι νικήσας μὲν αὐτὸς ἕξει τι παρὰ τοῦ θεοῦ χρηστόν· ἡττηθεὶς δὲ τῷ θεῷ τράπεζαν ἄφθονον παρέξει καὶ γυναῖκα καλὴν συναναπαυσομένην. Ἐπὶ τούτοις, τὰς μὲν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ τιθεὶς, τὰς δ' ὑπὲρ αὑτοῦ ψήφους, ἀνεφάνη νικώμενος. Εὐσυνθετεῖν δὲ βουλόμενος, καὶ δικαιῶν ἐμμένειν τοῖς ὁρισθεῖσι, δεῖπνόν τε τῷ θεῷ παρεσκεύασε, καὶ τὴν Λαρεντίαν οὖσαν ὡραίαν, οὔπω δὲ ἐπιφανῆ, μισθωσάμενος, εἱστίασεν ἐν τῷ ἱερῷ κλίνην ὑποστορέσας· καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον συνεῖρξεν, ὡς δὴ τοῦ θεοῦ ἕξοντος

---

alii Rheam; sunt et qui Silviam. Non multo autem post tempore deprehenditur prægnans, præter legem Vestalibus virginibus constitutam. Quæ ne ultimo supplicio afficeretur, regis filia Antho a patre precibus obtinuit: in custodiam tamen, ne inscio Amulio pareret, data est, et remota ab hominum consortio. Illa gemellos edidit mira corporis proceritate et specie. Qua re magis Amulius commotus imperat ministro, ut ablatos exponat. Huic Faustulo quidam nomen, alii autem non huic, verum ei, qui hos sustulit, fuisse tradunt. Minister igitur infantes imposuit alveo, ac velut expositurus eos descendit ad fluvium: quem inflatum quum cerneret et rapidum, non est ausus accedere; sed ad proximam ripæ expositis, recessit. Fluvio evagato, suscipiens alveum alluvies et leniter subvehens in locum detulit satis molli; Cermalum vocant nunc, quondam, ut videtur, Germanum, quoniam fratres appellant germanos.

Erat juxta ficus, quam Ruminalem dicebant; ut vulgi est opinio, a Romulo; vel quia pecora ruminantia illic propter umbram meridiantur; vel, quod maxime probatur, propter puerorum lactationem, mammam enim vocabant rumam prisci, et deam quandam infantium educationis præsidem Rumiliam dicunt, eique sacrificium faciunt absque vino, lac invergentes sacris. Ibi vero jacuisse pueros, ad quos lupam tradunt lactantem commeasse, et picum Martium nutriendis et servandis præsto fuisse. Marti ea animalia sacra habentur; et picum Martium præcipuo honore venerantur Latini; unde puerperæ major habita fides ex Marte peperisse se asseveranti. Quamvis in eam opinionem venisse dicatur decepta fraude Amulii, qui armatus ad eam accessisset et raptam virginitate privasset. Sunt qui ferant, nutricis nomen ob vocabuli ambiguitatem gestæ rei famam in fabulositatem extulisse. Lupas enim Latini, præter notam significationem, etiam vocabant eas quæ corpus vulgabant: cujusmodi Faustuli uxorem puerorum nutritii fuisse Accam Larentiam nomine. Huic etiam sacra Romani faciunt, et mense Aprili flamen Martialis libat, et Larentialia vocant festum.

Alteram item colunt Larentiam ex causa hujusmodi. Herculis ædituus forte otii fallendi gratia, ut fertur, cum deo talis ludere statuit hac lege, si vicisset, ut ille quippiam sibi conferret boni; victus, ut deo ipse lautum epulum et concubitum præberet formosæ mulieris. In hanc legem talos jacit pro deo; inde pro se, quibus victus apparuit. Hinc quum stare pactis et conditioni vellet conventæ satisfacere, cœnam deo instruxit, Larentiamque formosam puellam, nondum famosam, mercede conductam lecto strato convivio excepit in templo; ubi post cœnam conclusit eam, tanquam fruituro ipsa deo. Ac fama tenet Her-

αὐτήν. Καὶ μέντοι καὶ τὸν θεὸν ἐντυχεῖν λέγεται τῇ γυναικί, καὶ κελεῦσαι βαδίζειν ἕωθεν ἐπὶ τὴν ἀγοράν, καὶ τὸν ἀπαντήσαντα πρῶτον ἀσπασαμένην ποιεῖσθαι φίλον. Ἀπήντησεν οὖν αὐτῇ τῶν πολιτῶν ἀνὴρ ἡλικίας τε πόρρω ἤκων, καὶ συνειλοχὼς οὐσίαν ἱκανήν· ἄπαις δὲ καὶ βεβιωκὼς ἄνευ γυναικὸς, ὄνομα Ταρρούτιος. Οὗτος ἔγνω τὴν Λαρεντίαν, καὶ ἠγάπησε, καὶ τελευτῶν ἀπέλιπε κληρονόμον ἐπὶ πολλοῖς καὶ καλοῖς κτήμασιν, ὧν ἐκείνη τὰ πλεῖστα τῷ δήμῳ κατὰ διαθήκας ἔδωκε. Λέγεται δὲ αὐτὴν ἐνδοξον οὖσαν ἤδη, καὶ θεοφιλῆ νομιζομένην, ἀφανῆ γενέσθαι περὶ τοῦτον τὸν τόπον, ἐν ᾧ καὶ τὴν προτέραν ἐκείνην Λαρεντίαν κεῖσθαι. Καλεῖται δὲ νῦν ὁ τόπος Βήλαυρον, ὅτι τοῦ ποταμοῦ πολλάχις ὑπερχεομένου, διεπεραιοῦντο πορθμείοις κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον εἰς ἀγοράν. Τὴν δὲ πορθμείαν, βηλατούραν καλοῦσιν. Ἔνιοι δὲ λέγουσι τὴν εἰς τὸν ἱππόδρομον φέρουσαν ἐξ ἀγορᾶς πάροδον ἱστίοις καταπεταννύναι τοὺς τὴν θέαν παρέχοντας, ἐντεῦθεν ἀρχομένους. Ῥωμαϊστὶ δὲ τὸ ἱστίον βῆλον ὀνομάζουσι. Διὰ ταῦτα μὲν ἔχει τιμὰς ἡ δευτέρα Λαρεντία παρὰ Ῥωμαίοις.

Τὰ δὲ βρέφη Φαυστύλος Ἀμουλίου συφορβὸς ἀνείλετο λαθὼν ἅπαντας· ὡς δ' ἔνιοι φασὶ τῶν εἰκότων ἐχόμενοι μᾶλλον, εἰδότος τοῦ Νομήτορος καὶ συγχορηγοῦντος τροφὰς κρύφα τοῖς τρέφουσι. Καὶ γράμματα λέγονται καὶ τἄλλα μανθάνειν οἱ παῖδες εἰς Γαβίους κομισθέντες, ὅσα χρὴ τοὺς εὖ γεγονότας. Κληθῆναι δὲ καὶ τούτους ἀπὸ τῆς θηλῆς ἱστοροῦσι Ῥωμύλον καὶ Ῥῶμον, ὅτι θηλάζοντες ὤρθησαν τὸ θηρίον. Ἡ μὲν οὖν ἐν τοῖς σώμασιν εὐγένεια, καὶ νηπίων ὄντων, εὐθὺς ἐξέφαινε μεγέθει καὶ ἰδέᾳ τὴν φύσιν. Αὐξόμενοι δὲ, θυμοειδεῖς ἦσαν ἀμφότεροι, καὶ φρονήματα πρὸς τὰ φαινόμενα δεινὰ, καὶ τόλμαν ὅλως ἀνέκπληκτον ἔχοντες· ὁ δὲ Ῥωμύλος γνώμῃ τε χρῆσθαι μᾶλλον ἐδόκει, καὶ πολιτικὴν ἔχειν σύνεσιν, ἐν ταῖς περὶ νομὰς καὶ κυνηγίας πρὸς τοὺς γειτνιῶντας ἐπιμιξίαις πολλὴν ἑαυτοῦ παρέχων κατανόησιν ἡγεμονικοῦ μᾶλλον ἢ πειθαρχικοῦ φύσει γεγονότος. Διὸ τοῖς μὲν ὁμοφύλοις καὶ ταπεινοτέροις προσφιλεῖς ἦσαν, ἐπιστάτας δὲ καὶ διόπους βασιλικοὺς καὶ ἀγελάρχας, ὡς μηδὲν αὐτῶν ἀρετῇ διαφέροντας, ὑπερφρονοῦντες, οὔτ' ἀπειλῆς ἐφρόντιζον οὔτε ὀργῆς. Ἐχρῶντο δὲ διατριβαῖς καὶ ἀσκήσεσιν ἐλευθερίοις, οὐ τὴν σχολὴν ἐλευθέριον ἡγούμενοι καὶ τὴν ἀπονίαν, ἀλλὰ γυμνάσια καὶ θήρας καὶ δρόμους, καὶ τὸ λῃστὰς ἀλίσκεσθαι, καὶ κλῶπας ἐλεῖν, καὶ βίας ἐξελέσθαι τοὺς ἀδικουμένους. Ἦσαν δὴ διὰ ταῦτα περιβόητοι.

Γενομένης δέ τινος πρὸς τοὺς Νομήτορος βουκόλους τοῖς Ἀμουλίου διαφορᾶς καὶ βοσκημάτων ἐλάσεως, οὐκ ἀνασχόμενοι, συγκόπτουσι μὲν αὐτοὺς καὶ τρέπονται, ἀποτέμνονται δὲ τῆς λείας συχνήν. Ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ Νομήτορος, ὠλιγώρουν· συνῆγον δὲ καὶ προσεδέχοντο πολλοὺς μὲν ἀπόρους, πολλοὺς δὲ δούλους, θράσους ἀποστατικοῦ καὶ φρονήματος ἀρχὰς ἐνδιδόντες. Τοῦ δὲ Ῥωμύλου πρός τινα θυσίαν ἀποτραπομένου (καὶ ἦν γὰρ φιλοθύτης καὶ μαντικός), οἱ τοῦ Νομήτορος βοτῆρες τῷ Ῥώμῳ μετ' ὀλίγων βαδίζοντι, προστυχόντες ἐμάχοντο. Καὶ γενομένων πληγῶν καὶ τραυμάτων ἐν ἀμφοτέροις, ἐκράτησαν οἱ τοῦ Νομήτορος· καὶ συνέλαβον ζῶντα τὸν Ῥῶμον. Ἀναχθέντος οὖν αὐτοῦ πρὸς τὸν Νομήτορα, καὶ κατηγορηθέντος, αὐτὸς μὲν οὐκ ἐκόλασε, χαλεπὸν ὄντα δεδιὼς τὸν ἀδελ-

culem revera cum puella congressum, jussisse eam ad forum mane se conferre, et in quem incidisset primum, eum osculo dato amicitia sibi jungere. Occurrit ei quidam ex civibus magno natu et satis opulentus, liberis quidem orbus, qui hactenus ætatem in cœlibatu egerat, nomine Tarrutius. Hic Larentiam complexus est ac dilexit, multorumque et lautorum prædiorum reliquit moriens hæredem; quæ illa pleraque populo per testamentum legavit. Hæc quum jam celebri nomine esset, atque a deo dilecta haberetur, traditur ex hominum ablata conspectu circa eundem locum, in quo prior illa Larentia humata est. Eum nunc vocant Velabrum ex eo, quod in crebris fluvii exundationibus trajectus eo loco in forum esset: trajectum autem velaturam vocant. Nonnulli dicunt eos, qui munus populo exhibent, viam a foro in Circum maximum ferentem velis obumbrare ab illo ipso loco incipientes. Hac de causa Larentia altera apud Romanos colitur.

Faustulus infantes, Amulii subulcus, clam omnibus sustulit; vel, ut nonnulli narrant, verisimilitudini propinquiores, conscio Numitore et alimenta suppeditante secreto nutritiis. Etiam literis omnique liberali disciplina instituti dicuntur pueri, Gabios translati. Narrant autem vocatos esse Romulum et Remum a ruma, quia sugentes visi essent lupam. Horum illico in prima etiam ætate corporis præstantia indolem ex proceritate et forma ostendit: et quum adolescerent, acres ambo et fortes, atque ad objecta pericula magnanimi fuerunt, planeque intrepidi. Romulus tamen præcellentior consilio, et civili prudentia præditus habebatur, vicinis, quibuscum inter pascua et venationes haberet commercium, magnam de se opinionem præbens, ad imperandum se, quam ad parendum, natum potius esse. Itaque popularibus vel humilioribus grati esse, villicos, regios procuratores et pecoris magistros, ut nihilo se præstantiores, contemnere, nec minis eorum moveri, neque ira: in exercitiis et studiis liberalibus frequentes esse, ab otio et inertia, ut re sordida, abhorrentes; amplecti autem labores, venationem et cursus, latrones propulsare, fures prehendere, et afflictos ab injuria vindicare. Hinc adolescentibus magnum nomen.

Exorta aliquando inter Numitoris et Amulii bubulcos contentione, armentisque abactis de suis, non tulerunt eam injuriam, sed cædunt illos et in fugam vertunt, exuuntque magna ex parte præda, nihil Numitoris morati indignationem. Copiam inde inopum et servorum cogunt recipiuntque, ut res iis auctoribus spectare ad defectionem et audax facinus videretur. Quum esset autem sacrificandi et augurandi Romulus studiosus, eo forte in sacrificio occupato, invadunt Numitoris pastores iter cum parvo comitatu facientem Remum. Dumictus et vulnera utrimque inferuntur, vincunt Numitoris pastores, ac Remum capiunt. Raptum

ρὸν, ἐλθὼν δὲ πρὸς ἐκεῖνον, ἐδεῖτο τυχεῖν δίκης, ἀδελφὸς ὢν καὶ καθυβρισμένος ὑπ' οἰκετῶν ἐκείνου βασιλέως ὄντος. Συναγαναχτούντων δὲ τῶν ἐν Ἄλβῃ, καὶ δεινὰ πάσχειν οἰομένων τὸν ἄνδρα παρ' ἀξίαν, κινηθεὶς ὁ Ἀμούλιος αὐτῷ παραδίδωσι τῷ Νομήτορι τὸν Ῥῶμον ὅ, τι βούλοιτο χρήσασθαι. Παραλαβὼν δ' ἐκεῖνος, ὡς ἦκεν οἴκαδε, θαυμάζων μὲν ἀπὸ τοῦ σώματος τὸν νεανίσκον, ὑπερφέροντα μεγέθει καὶ ῥώμῃ πάντας, ἐνορῶν δὲ τῷ προσώπῳ τὸ θαρραλέον καὶ ἰταμὸν τῆς ψυχῆς, ἀδούλωτον καὶ ἀπαθὲς ὑπὸ τῶν παρόντων, ἔργα δὲ αὐτοῦ καὶ πράξεις ὁμοίας τοῖς βλεπομένοις ἀκούων, τὸ δὲ μέγιστον, ὡς ἔοικε, θεοῦ συμπαρόντος καὶ συνεπευθύνοντος ἀρχὰς μεγάλων πραγμάτων, ἅπτόμενος ὑποκρίσεως καὶ τύχης τῆς ἀληθείας, ἀνέκρινεν, ὅστις εἴη καὶ ὅπως γένοιτο, φωνῇ τε πραείᾳ καὶ φιλανθρώπῳ βλέμματι πίστιν αὐτῷ μετ' ἐλπίδος ἐνδιδούς. Ὁ δὲ θαρρῶν εἶπεν· « Ἀλλ' οὐδὲν ἀποκρύψομαί σε· καὶ γὰρ εἶναι δοκεῖς Ἀμουλίου βασιλικώτερος. Ἀκούεις γὰρ καὶ ἀνακρίνεις, πρὶν ἢ κολάζειν· ὁ δ' ἀκρίτους ἐκδίδωσι. Πρότερον μὲν ἑαυτοὺς οἰκετῶν βασιλέως Φαυστύλου καὶ Λαρεντίας ἠπιστάμεθα παῖδας. Ἐσμὲν δὲ δίδυμοι. Γενόμενοι δὲ ἐν αἰτίᾳ πρός σε, καὶ διαβολαῖς καὶ τοῖς περὶ ψυχῆς ἀγῶσιν, ἀκούομεν μεγάλα περὶ ἑαυτῶν· εἰ δὲ πιστά, κρίνειν ἔοικε νῦν ὁ κίνδυνος. Γοναὶ μὲν γὰρ ἡμῶν ἀπόρρητοι λέγονται, τροφαὶ δὲ καὶ τιθηνήσεις ἀτοπώτεραι νεογνῶν, οἷς ἐρρίφημεν οἰωνοῖς καὶ θηρίοις, ὑπὸ τούτων τρεφόμενοι, μαστῷ λυκαίνης καὶ ὄρνιθος λάπτου φωμίσμασιν, ἐν σκάφῃ τινὶ κείμενοι παρὰ τὸν μέγαν ποταμόν. Ἔστι δ' ἡ σκάφη, καὶ σώζεται, χαλκοῖς ὑποζώσμασι γραμμάτων ἀμυδρῶν ἐγκεχαραγμένων· ἃ γένοιτ' ἂν ὕστερον ἴσως ἀνωφελῆ γνωρίσματα τοῖς τοκεῦσιν ἡμῶν ἀπολομένων. » Ὁ μὲν οὖν Νομήτωρ, ἔκ τε τῶν λόγων τούτων, καὶ πρὸς τὴν ὄψιν εἰκάζων τὸν χρόνον, οὐκ ἔφυγε τὴν ἐλπίδα σαίνουσαν, ἀλλ' ἐφρόντιζεν, ὅπως τῇ θυγατρὶ περὶ τούτων κρύφα συγγενόμενος φράσειεν· ἐφρουρεῖτο γὰρ ἔτι καρτερῶς.

Ὁ δὲ Φαυστύλος, ἀκούσας τήν τε σύλληψιν τοῦ Ῥώμου καὶ τὴν παράδοσιν, τὸν μὲν Ῥωμύλον ἠξίου βοηθεῖν, τότε σαφῶς διδάξας περὶ τῆς γενέσεως· πρότερον δὲ ὑπηνίττετο, καὶ παρεδήλου τοσοῦτον, ὅσον προσέχοντας μὴ μικρὸν φρονεῖν. Αὐτὸς δὲ τὴν σκάφην κομίζων ἐχώρει πρὸς τὸν Νομήτορα, σπουδῆς καὶ δέους μεστὸς ὢν διὰ τὸν καιρόν. Ὑποψίαν οὖν τοῖς περὶ τὰς πύλας φρουροῖς τοῦ βασιλέως παρέχων, καὶ ὑφορώμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ ταραττόμενος πρὸς τὰς ἀνακρίσεις, οὐκ ἔλαθε τὴν σκάφην τῷ χλαμυδίῳ περικαλύπτων. Ἦν δέ τις ἐν αὐταῖς ἀπὸ τύχης τῶν τὰ παιδάρια ῥῖψαι λαβόντων καὶ γεγονότων περὶ τὴν ἔκθεσιν. Οὗτος ἰδὼν τὴν σκάφην τότε καὶ γνωρίσας τῇ κατασκευῇ καὶ τοῖς γράμμασιν ἔτυχεν ὑπονοίᾳ τοῦ ὄντος· καὶ οὐ παρημέλησεν, ἀλλὰ φράσας τὸ πρᾶγμα τῷ βασιλεῖ κατέστησεν εἰς ἔλεγχον. Ἐν δὲ πολλαῖς καὶ μεγάλαις ἀνάγκαις ὁ Φαυστύλος οὔτ' ἀήττητον ἑαυτὸν διεφύλαξεν, οὔτε παντάπασιν ἐκβιασθεὶς σώζεσθαι μὲν ὡμολόγησε τοὺς παῖδας, εἶναι δ' ἄποθεν τῆς Ἄλβης ἔφη νέμοντας· αὐτὸς δὲ τοῦτο πρὸς τὴν Ἰλίαν φέρων βαδίζειν πολλάκις ἰδεῖν καὶ θιγεῖν ἐπ' ἐλπίδι βεβαιοτέρᾳ τῶν τέκνων ποθήσασαν. Ὅπερ οὖν οἱ ταραττόμενοι καὶ μετὰ δέους

---

ad se et accusatum Numitor, quia iram verebatur fratris, ipse non punivit, sed profectus ad illum, satisfactionem postulavit, qui frater esset regis et violatus ab ipsius famulis. Quum vero Albani etiam indignarentur et injuria virum affici manifestaria crederent, adductus est Amulius ut Remum Numitori ad supplicium quodvis dederet. Domum reversus ille, adolescentem adduci jussit, et corporis eximiam præter ceteros speciem et robur miratus simul, animadversa in vultu audacia et confidentia animi, imperterrita et invicta præsenti periculo; facta deinde et gesta ejus audiens, quæ congrua essent iis quæ videret; præcipue vero, deo, ut fertur, præsente et moderante magnarum rerum origines, tam sagacitate quam fortuna veritatem assequens interrogat quisnam sit, quæve ejus origo, comique alloquio et humano intuitu spem cum fiducia dat. Ille intrepide, « Nihil, inquit, te celabo; namque regio animo magis mihi videris, quam Amulius, esse; qui ante audias et quæras, quam damnes; ille vero tradit inauditos. Primum regis ministrorum Faustuli et Larentiæ esse filios nos opinamur: gemini autem sumus. Verum ut accusati apud te sumus et calumnia circumventi, de vita ut periclitemur, mira de nobis accipimus: certane sint, præsens videtur periculum decreturum. Partus enim nostros secretos esse dicunt, incunabula et lactationem infantium etiam maxime insolitam: aves enim et feræ, quibus objecti eramus, hæ nos nutrierunt, lupa uberibus, et picus Martius minutis cibariis, ad magnum fluvium in alveo abjectos. Exstat etiam alveus et salvus est, æneis vinculis circumductus, literis inscriptus exolescentibus, futura fortasse parentibus olim interitus nostri inutilia indicia. » Numitoris ad verba hæc et ætatem ex facie elucentem tempus reputantis blanda spes animum tetigit, subiitque cura, quemadmodum cum filia, quæ in arcta adhuc detinebatur custodia, remotis arbitris de his ageret.

At Faustulus, ut captum Remum et deditum accepit, Romuli implorat opem, eique tandem veram originem ipsius aperit, quam obscure ante et obiter hactenus indicaverat, quatenus illis, si animum adverterent, animos facere posset. Simul ipse temporis necessitate festinabundus et perculsus, cum alveo contendit ad Numitorem. Venit autem in suspicionem regiæ ad portam stationi; et quum oculos in eum intenderent, atque ille trepidaret ad interrogata, detectus est, quem pallio operuerat, alveus. Erat forte inter eos quidam ex illis, qui projiciendos acceperant pueros, et exponendis interfuerant. Hic ut alveum aspexit, agnovit eum ex forma et literis, remque suspicione attigit; quam non neglexit sed aperuit regi, et ad quæstionem vocavit. Tantis et tam multis circumventus periculis Faustulus non omnino quidem infractus stetit, neque omnia tamen expressa ei sunt: pueros enim fatetur esse superstites, sed procul Alba pascere: alveum se ad Iliam latum ire, quæ ob certiorem de liberis spem videre et contrectare eum sæpe cupierat. Igitur id quod usu venire perplexis solet, et illis qui metum vel iram in consilium adhibent,

ἢ πρὸς ὀργὴν πράττοντες ὁτιοῦν ἐπιεικῶς πάσχουσι, συνέπεσε παθεῖν τὸν Ἀμούλιον. Ἄνδρα γὰρ ἄλλη τε χρηστὸν καὶ τοῦ Νομήτορος φίλον ὑπὸ σπουδῆς ἔπεμψε διαπυθέσθαι τοῦ Νομήτορος κελεύσας, εἴ τις ἥκοι λόγος εἰς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν παίδων ὡς περιγενομένων. Ἀφικόμενος οὖν ὁ ἄνθρωπος καὶ θεασάμενος ὅσον οὔπω τὸν Ῥῶμον ἐν περιβολαῖς καὶ φιλοφροσύναις τοῦ Νομήτορος, τήν τε πίστιν ἰσχυρὰν ἐποίησε τῆς ἐλπίδος, καὶ παρεκελεύσατο τῶν πραγμάτων ὀξέως ἀντιλαμβάνεσθαι· καὶ συνῆν αὐτοῖς ἤδη καὶ συνέπραττεν. Ὁ δὲ καιρὸς οὐδὲ βουλομένοις ὀκνεῖν παρεῖχεν. Ὁ γὰρ Ῥωμύλος ἐγγὺς ἦν ἤδη, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐξέθεον οὐκ ὀλίγοι τῶν πολιτῶν μίσει καὶ φόβῳ τοῦ Ἀμουλίου. Πολλὴν δὲ καὶ σὺν αὐτῷ δύναμιν ἦγε συλλελογισμένην εἰς ἑκατοστύας· ἑκάστης δὲ ἀνὴρ ἀφηγεῖτο χόρτου καὶ ὕλης ἀγκαλίδα κοντῷ περικειμένην ἀνέχων. Μανίπλα ταύτας Λατῖνοι καλοῦσιν. Ἀπ' ἐκείνου δὲ καὶ νῦν ἐν τοῖς στρατεύμασι τούτους μανιπλαρίους ὀνομάζουσιν. Ἅμα δὴ τοῦ μὲν Ῥώμου τοὺς ἐντὸς ἀφιστάντος, τοῦ δὲ Ῥωμύλου προσάγοντος ἔξωθεν, οὔτε πράξας οὐδὲν ὁ τύραννος οὔτε βουλεύσας σωτήριον ἑαυτῷ διὰ τὸ ἀπορεῖν καὶ ταράττεσθαι καταληφθεὶς ἀπέθανεν. Ὧν τὰ πλεῖστα καὶ Φαβίου λέγοντος καὶ τοῦ Πεπαρηθίου Διοκλέους, ὃς δοκεῖ πρῶτος ἐκδοῦναι Ῥώμης κτίσιν, ὕποπτον μὲν ἐνίοις ἐστὶ τὸ δραματικὸν καὶ πλασματῶδες· οὐ δεῖ δὲ ἀπιστεῖν, τὴν τύχην ὁρῶντας, οἷων ποιημάτων δημιουργός ἐστι, καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα λογιζομένους, ὡς οὐκ ἂν ἐνταῦθα προῦβη δυνάμεως, μὴ θείαν τινὰ ἀρχὴν λαβόντα, καὶ μηδὲν μέγα μηδὲ παράδοξον ἔχουσαν.

3.

Josephus Ant. Jud. X, II, 1 : Μεγασθένης (fr. 24) ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν ... ἀποφαίνειν πειρᾶται τοῦτον τὸν βασιλέα (sc. Ναβουχοδονόσορον) τῇ ἀνδρείᾳ καὶ τῷ μεγέθει τῶν πράξεων ὑπερβεβηκότα τὸν Ἡρακλέα· καταστρέψασθαι γὰρ αὐτόν φησι Λιβύης τὴν πολλὴν καὶ Ἰβηρίαν. Καὶ Διοκλῆς δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Περσικῶν (Ἀποικιῶν) μνημονεύει τούτου τοῦ βασιλέως.

Περσικῶν] Juxta Epiphanium ἐν β' τῶν ἀποικιῶν, Haverkamp. « Apud Rufinum Diocles *in secundo coloniarum*, quomodo non solum in editis reperio, sed etiam in Rufino meo msto. » Voss. Hist. Gr. p. 429. Insolentiorem operis titulum Ἀποικίαι abiisse dixeris in notissimam multorum librorum inscriptionem, Περσικά. Quodsi est, suspiceris hunc Dioclem esse Peparethium, atque ea quæ de Romæ originibus ex eo proferuntur, ex eodem Ἀποικιῶν sive Κτίσεων opere fuisse deprompta. Ceterum si altera lectio genuina est, quæritur an non Diocles hic idem sit cum Diogene Περσικῶν auctore, cujus meminit Clem. Alex. Protr. p. 19, 21 Sylb. (v. Diogen. Cyz. fr. 4).

4.

ΠΕΡΙ ΗΡΩΩΝ.

Plutarch. Qu. Gr. c. 40 : « Τίς Εὔνοστος ἥρως ἐν Τανάγρᾳ; καὶ διὰ τίνα αἰτίαν τὸ ἄλσος αὐτοῦ γυναιξὶν ἀνέμβατόν ἐστιν; » Ἐλιέως τοῦ Κηφισοῦ καὶ Σκιάδος Εὔνοστος ἦν υἱὸς, ᾧ φασιν ὑπὸ νύμφης Εὐνόστας ἐκτραφέντι τοῦτο γενέσθαι τοὔνομα. Καλὸς δὲ ὢν καὶ δίκαιος, οὐχ ἧττον ἦν σώφρων καὶ αὐστηρός· ἐρασθῆναι δὲ αὐτοῦ λέγουσιν Ὄχναν, μίαν τῶν Κολωνοῦ θυγατέρων ἀνεψιὰν οὖσαν. Ἐπεὶ δὲ πειρῶσαν ὁ Εὔνοστος ἀπετρέψατο, καὶ λοιδορήσας ἀπῆλθεν εἰς τοὺς

---

tum accidit Amulio. Virum enim et ceteroqui probum et Numitoris amicum festinato ad eum misit quæsitum ecquid de incolumitate puerorum intellexisset. Ille accedens, ut pæne hærentem jam Remum in complexibus et osculis Numitoris vidit, et spei fiduciam addidit, et ut rem gnaviter aggrederetur, auctor fuit; simulque se illis adjunxit eosque adjuvit. Nec tempus ullam concedebat vel volentibus prolationem : nam Romulus jam aderat, ad quem odio et metu Amulii copia se effuderat civium. Manum etiam non contemnendam secum ipse adducebat in centurias distributam. Singulas unus ducebat, graminis et fruticum manipulum conto alligatum sursum tenens. Manipulos Latini vocant : atque inde manet in hodiernum diem, ut in exercitibus hos manipulares appellent. Simul igitur Remus quum eos, qui intus erant, ad se traheret, Romulus vero adoriretur foris, trepidus tyrannus et attonitus, nihil est contra molitus, nec quicquam salubris consilii cepit : itaque deprehensus obtruncatur. Horum pleraque quanquam et Fabius refert et Peparethius Diocles, qui de condita Roma primus memoriæ mandasse videtur, suspecta quidam habent ob speciem dramaticam et commenti similem : sed quum cernamus quantarum rerum opifex sit fortuna, non debemus ei fidem derogare, reputantes animo, rem Romanam sine divino aliquo auspicio et magno miraculo non fuisse eo potentiæ progressuram.

3.

Megasthenes in libro quarto rerum Indicarum... ostendere conatur quod hic rex (Nabuchodonosorus) fortitudine et rerum gestarum magnitudine longe Herculem superarit : eum enim vastasse dicit magnam Libyæ partem et Iberiam. Porro Diocles in secundo De rebus Persicis (De coloniis) hujus regis mentionem fecit.

DE SACELLIS.

4.

Quis est Eunostus heros Tanagræ, et cur lucum ejus intrare mulieribus nefas est? Elieus Cephisi et Sciadis filius pater Eunosti fuit, cui nomen impositum ab Eunosta nympha quæ eum enutriverat, aiunt. Hic Eunostus, ut honestus et justus, ita pudicus etiam fuit atque austerus. Ejus amore captam ferunt Ochnam unam de Coloni filiabus, consobrinam suam : a qua sollicitatus ad concubitum, aversatus mulierem et convicio insectatus, ad fratres ejus abiit querelam de ipsa propositurus : sed Ochna Eunostum occupavit apud fratres accusare, vique se ab eo compressam mentiri : obtinuitque ut Echemus, Leo, Bucolus (hi enim

ἀδελφοὺς κατηγορήσων, ἔφθασεν ἡ παρθένος τοῦτο πράξασα κατ' ἐκείνου, καὶ παρώξυνε τοὺς ἀδελφοὺς Ἔχεμον καὶ Λέοντα καὶ Βουκόλον, ἀποκτεῖναι τὸν Εὔνοστον, ὡς πρὸς βίαν αὐτῇ συγγεγενημένον. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἐπιβουλεύσαντες ἀπέκτειναν τὸν νεανίσκον. Ὁ δ' Ἐλιεὺς ἐκείνους ἔδησεν· ἡ δ' Ὄχνη μεταμελομένη καὶ γέμουσα ταραχῆς, ἅμα μὲν αὐτὴν ἀπαλλάξαι θέλουσα τῆς διὰ τὸν ἔρωτα λύπης, ἅμα δ' οἰκτείρουσα τοὺς ἀδελφούς, ἐξήγγειλε πρὸς τὸν Ἐλιέα πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ἐκεῖνος δὲ Κολωνῷ. Κολωνοῦ δὲ δικάσαντος, οἱ μὲν ἀδελφοὶ τῆς Ὄχνης ἔφυγον, αὐτὴ δὲ κατεχρήμνισεν ἑαυτήν, ὡς Μυρτὶς ἡ Ἀνθηδονία ποιήτρια μελῶν ἱστόρηκε. Τοῦ δὲ Εὐνόστου τὸ ἡρῷον καὶ τὸ ἄλσος οὕτως ἀνέμβατον ἐτηρεῖτο καὶ ἀπροσπέλαστον γυναιξίν, ὥστε πολλάκις, σεισμῶν ἢ αὐχμῶν ἢ διοσημιῶν ἄλλων γενομένων, ἀναζητεῖν καὶ πολυπραγμονεῖν ἐπιμελῶς τοὺς Ταναγραίους, μὴ λέληθε γυνὴ τῷ τόπῳ πλησιάσασα, καὶ λέγειν ἐνίους, ὧν ὁ Κλείδαμος ἦν, ἀνὴρ ἐπιφανὴς, ἀπηντηκέναι αὐτοῖς τὸν Εὔνοστον ἐπὶ θάλατταν βαδίζοντα λουσόμενον, ὡς γυναικὸς ἐμβεβηκυίας εἰς τὸ τέμενος. Ἀναφέρει [δὲ] καὶ Διοκλῆς ἐν τῷ Περὶ ἡρώων τινὰ γμα Ταναγραίων, περὶ ὧν ὁ Κλείδαμος ἀπήγγειλεν. Cujusnam Dioclis hæc sint nescio. Idem valet de sequentibus.

5.

Schol. Theocrit., VIII, 112 : Διοκλῆς δὲ καταφέρεσθαι αὐτὸν (τὸν Ἕβρον ποταμὸν) ἀπὸ Ῥοδόπης καὶ ἐξερεύγεσθαι κατὰ πόλιν Αἶνον.

DIOCLES RHODIUS.

6.

ΑΙΤΩΛΙΚΑ.

Plutarch. De fluv. XXII, 2, de Acheloo : Εὑρίσκεται δὲ καὶ λίθος πελιδνὸς τῷ χρώματι, Λινουργὸς καλούμενος ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· ἐὰν γὰρ βάλῃς αὐτὸν εἰς ὀθόνιον, δι' ἔρωτος ἕνωσιν, τὸ σχῆμα λαμβάνει, καὶ ἄργιον γίνεται· καθὼς ἱστορεῖ Ἀντισθένης ἐν γ' Μελεαγρίδος. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Διοκλῆς ὁ Ῥόδιος ἐν τοῖς Αἰτωλικοῖς.

Hunc Dioclem Brücknerus (in *Ztschrift f. Alterthumsw.* 1842 p. 254) eundem esse conjicit cum Dioclide Abderita, de quo Moschion ap. Athen. V, p. 206, E : Διοκλείδης μὲν ὁ Ἀβδηρίτης θαυμαζέτω ἐπὶ τῇ πρὸς τὴν Ῥοδίων πόλιν ὑπὸ Δημητρίου προσαχθείσῃ τοῖς τείχεσιν ἑλεπόλει.

---

erant fratres ejus) adolescentem per insidias exceptum interficerent. Percussores filii Elieus in vincula condidit. Ochna autem pœnitentia facti animique perturbationibus compulsa, simul ut se molestia ob amorem concepta exoneraret, simul fratrum miseratione ducta, rem ut erat Elieo vera narratione, isque porro Colono, exposuit. Colono judice sententiam ferente, fratres Ochnæ solum vertere, Ochna præcipitem sese dedit ; sic refert Myrtis Anthedonia poetria. Eunosti autem sacrarii et luci ingressu atque etiam accessu ita diligenter arcebantur mulieres, ut si quando terræ motus, siccitates, aliave ostenta accidissent (quod factum est sæpe), Tanagræi studiose atque adeo curiose inquisiverint, numnam mulier aliqua fefellisset loco isti propinquans : et fuerint qui dicerent, e quibus est Clidamus vir illustris, obviam sibi factum esse Eunostum, lavandi gratia ad mare accedentem, quod lucum ipsius mulier quædam intravisset. Sane Diocles in commentario de sacellis edictum refert Tanagræorum de iis quæ Clidamus renuntiasset.

5.

Diocles Hebrum fluvium deferri ait a Rhodope et ad Ænum urbem in mare effundi.

6.

ÆTOLICA.

Invenitur etiam in Acheloo lapis colore lividus, Linurgus ab eventu dictus; cum enim si in linteolum projeceris, ob similitudinem et consensum, formam recipit et figuram lintei, albusque fit, ut narrat Antisthenes tertio Meleagridis. Horum etiam diligentius meminit Diocles Rhodius in Ætolicis.

QUINTUS FABIUS PICTOR

ET

NUMERIUS FABIUS PICTOR.

A. Krause (*Vitæ et Fragmenta vett. Historicorum Roman.* Berolin. 1833) p. 38 : « Quintus Fabius Pictor appellatur a Livio I, 44 (fr. 6) *scriptorum antiquissimus*, et II, 40 (fr. 12) *longe antiquissimus auctor*; a Dionysio (fr. 11) παλαιότατος ἀνὴρ τῶν τὰ Ῥωμαϊκὰ συνταξαμένων, et (fr. 1) auctor Lucii Cincii dicitur. Intelligendus est etiam ap. Livium VIII, 30 *apud antiquissimos scriptores*, ubi mox (fr. 13) nominatim affertur; IV, 7 extr. *in annalibus priscis;* VII, 9 *in vetustioribus annalibus;* III, 23 extr. *apud vetustiores scriptores;* VIII, 26 extr. *auctoribus dedi, quibus dignius credi est.* Etiam III, 4 init. laudatur secundum quorundam codicum auctoritatem. Videtur autem mihi extra dubitationem positum, neminem, qui pedestri oratione scripserit, historicum ante Quintum hunc Fabium inter Romanos floruisse. Deinde ita refert Dionysius Halicarnassensis in A. R. I, 6 : Ὁμοίας δὲ τούτοις καὶ οὐδὲν διαφόρους ἐξέδωκαν ἱστορίας καὶ Ῥωμαίων ὅσοι τὰ παλαιὰ ἔργα τῆς πόλεως Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ συνέγραψαν· ὧν εἰσι πρεσβύτατοι Κόϊντος Φάβιος, Λεύκιος Κίγκιος, ἀμφότεροι κατὰ τοὺς Φοινικικοὺς ἀκμάσαντες πολέμους. Ab hoc nostro Quinto Fabio Pictore sejungendi sunt *Servius Fabius Pictor* et *Numerius Fabius Pictor,* uterque a Cicerone laudatus. Ac de illo quidem ita narrat in Bruto cap. 21 init. : *Sed vivo Catone minores natu multi uno tempore oratores floruerunt. Nam et A. Albinus is, qui græce scripsit historiam, qui consul cum L. Lucullo fuit, et literatus et disertus fuit : et tenuit cum hoc locum quendam etiam Servius Fulvius, et una Servius Fabius Pictor, et juris et literarum et antiquitatis bene peritus.* De altero autem M. Tullius De div. I, 21 : *Hisque adjungatur etiam Æneæ somnium, quod in Numerii Fabii Pictoris annalibus ejusmodi est*, etc. (v. fr. 20). Quinti autem Fabii nostri avus est *Gaius Fabius*, Marci filius, primus Pictor cognominatus, de quo C. Plinius in H. N. XXXV, 4 hæc memoriæ prodidit : *Apud Romanos quoque honos mature huic* (sc. pingendi) *arti contigit. Siquidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabii clarissimæ gentis : princepsque ejus cognominis ipse ædem Salutis pinxit anno urbis conditæ CCCCL, quæ pictura duravit ad nostram memoriam, æde Claudii principatu exusta.* Huic Gaio Fabio, M. F., Pictori, duo filii erant : unus *C. Fabius, C. F. M. N, Pictor,* quæstor militaris a. u. c. 475; ædilis curulis a. 480; prætor a. 483; consul a. 485 cum Q. Ogulnio Gallo, annis 35 postquam Salutis ædem pater pinxerat : alter C. Fabii filius (cf. Valer. Max. IV, 3) erat *Numerius Fabius Pictor, C. F. M. N.*, quæstor militaris a. 478, ædilis curulis a. 483; quæstor a. 486; consul a. 488 cum Decio Junio Pera : qui filium habuit *Numerium Fabium Pictorem*, anno 510 quæstorem provincialem. Horum alterum, fortasse filium, Cicero De divin. I, 21 significasse putandus est. In Pictorum autem familia literarum studium viguit, ut in Nobiliorum et aliarum complurium (Cic. Brut. c. 20, § 79.) De Fabiorum genere et nomine v. Plutarchum in Fabio Maximo init.

« Quintus igitur Fabius, C. F. C. N., gentilis et amicus Cunctatoris, interfuit bello Gallico (fr. 17) et Punico secundo (fr. 18. 19). Proquæstor fuit a. 535; Polybio teste III, 9, 4 (fr. 18), τοῦ συνεδρίου μετεῖχε τῶν Ῥωμαίων. Quando mortuus sit, ignotum est. Nam qui prætor fuit in bello, quod cum Antiocho gestum est (cf. Liv. XXXVII, 40. 50. 51), quique obiit a. u. c. 587, Q. Ælio Pæto, M. Junio Penno coss., duobus annis post Q. Ennii mortem (Liv. XLV, 44), a T. Livio flamen quirinalis dictus, ille, inquam, etsi fuerunt (*) qui antiquissimum historicum putarent, tamen mihi cum Vossio videtur esse pater Servii Fabii Q. F. Q. N. Pictoris, a Cicerone in Bruto (c. 21) laudati. Apertum est autem, quanto in honore apud æquales noster fuerit, de quo testimonium hoc addi potest, quod Livio teste (XXII, 57) post pugnam Cannensem a. u. c. 538 *Delphos ad oraculum missus est sciscitatum, quibus precibus suppliciisque deos possent placare, et quænam futura finis tan-*

(*) Intellige Lachmannum De fontibus Livii II, p. 15; cujus opinionem improbat etiam Dewhitte De Q. Fabio Pictore (Hafniæ 1832), p. 6.

tis cladibus foret. Eadem de re Appianus De bello Hannib. c. 27 : Ἡ δὲ βουλὴ Κόϊντον μὲν Φάβιον, τὸν συγγραφέα τῶνδε τῶν ἔργων, ἐς Δελφοὺς ἔπεμπε χρησόμενον περὶ τῶν παρόντων. Et Livius XXIII, 11 : *Dum hæc geruntur, Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Romam rediit, responsumque ex scripto recitavit* sqq. Pari modo de honore et auctoritate, qua inter æquales floruerit, testantur Polybiani loci I, 14, 2 et III, 9, 4 (Vide fr. 15 et 18).

« Perscripsit noster res gestas populi Romani inde ab Æneæ adventu, urbeque condita, usque ad suam ætatem; sed in quo anno desierit, dici nequit; auctor tamen affertur a Livio XXII, 7 (fr. 19) de prœlio ad Trasimenum pugnato (a. u. c. 537), videturque etiam mox insecuta tempora enarrasse. Dionysius autem Hal. A. R. I, 6 de Q. Fabio et L. Cincio ait : Τούτων δὲ τῶν ἀνδρῶν ἑκάτερος, οἷς μὲν αὐτὸς ἔργοις παρεγένετο, διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἀκριβῶς ἀνέγραψε, τὰ δὲ ἀρχαῖα τὰ μετὰ τὴν κτίσιν τῆς πόλεως γενόμενα κεφαλαιωδῶς ἐπέδραμε. Atque hoc in universum non solum de Fabio Cincioque, sed etiam de omnibus veteribus historicis sine dubio vere dictum est; sed tamen fatendum est, id quod neutiquam Dionysii sententiæ obstat, in Fabii fragmentis fabulas multo copiosius explicatas esse, quam Livium aliosque historicos exposuisse videmus. Cf. Dionys. I, 79 fr. 1). Ceteri loci, quos possis laudare (fr. 24. 21. 26. 27), num ad *Quintum* Fabium Pictorem pertineant, mihi quidem non satis videtur exploratum esse. Speciem annalium ita etiam servavit, ut in antiquioribus rebus annorum numeros adderet, quemadmodum Sabinas quarto urbis mense raptas narravit (fr. 3). Æra autem urbis conditæ, qua usus est, a Catoniana quinque ferme annis discrepat.

« Jam ut plenius dicatur de sermone, quo sit in conficiendis annalibus usus, ex Ciceronis locis De orat. II, 12 (ubi est *Pictor*) et De legg. I, 2 (*) (quo loco *Fabius* nominatur) Latine *Fabium Pictorem* scripsisse satis elucet. De eodem, hoc est de *Fabio Pictore*, rem conficit Quinctilianus, qui in Inst. Orat. I, 6, 12 ita scribit : *Lupus masculinum, quamquam Varro in libro, qui initia urbis Romæ enarrat, Lupum feminam dicit, Ennium Pictoremque Fabium secutus.* Tum latina verba ex Fabii Pictoris rerum gestarum libris affert Nonius s. v. *Picumnus.* Denique Gellius in N. A. V, 4 ex *Fabii*, quem vocat, annalibus aliqua latine scripta ad verbum rettulit. En Dionysius difficultatem movet qui I, 6 sic dicat : ὁμοίας δὲ τούτοις κτλ. (v. supra). Scisse Quintum Fabium græce scribere, quis est qui dubitet, præsertim quum Olympiadas (Solin. fr. 2) et talenta (Liv. I, 55. fr. 10) noverit, legatusque Delphos ad oraculum missus sit? Quod Dionysius quidem (fr. 1) et Olympiadas et stadia auctore Fabio affert, videri forsitan possit numerum ad suam computandi rationem vertisse. Græco eum sermone scripsisse præter Dionysium nemo ait, ne Cicero quidem, qui id plerumque accurate animadvertat, ut ei res, si non mira, at notatu digna fuisse videatur. Nec vero quisquam veterum utraque eum lingua annalium libros de iisdem rebus gestis composuisse testatur, quod si fecisset, meo quidem judicio, sine ulla dubitatione unus et alter rem plane novam et inauditam memoriæ prodidisset. Nova autem res fuit, quum qui modo secuti sunt, Græce scripserint, Cincius, Numerius Fabius, Scipio, Acilius Glabrio : latine demum ceteri, de quibus constat, inde a Catone. Deinde veterum historicorum alii latine, græce alii scriptitarunt; at quis unquam audivit scriptorem ullum easdem res tractasse duobus voluminibus diversis, uno latine, altero græce confecto? Publius quidem Rutilius Rufus, nec alius quisquam veterum, vitam suam latine, historiam Romanam græce composuit : at vero diversa ea res est, præsertim quum historiam, quantum videtur, ab urbe condita inceperit, in eaque de suo tempore talia necessario narravit, quæ in Vita ne tangenda quidem erant. Noli autem A. Postumium Albinum objicere, de cujus historiis magna obscuritas est : græce enim A. Postumium historiam scripsisse, luculenti testes tradiderunt, quæque ex Postumii Annalibus latina verba laudantur, ea videntur ad alium scriptorem referenda esse. De antiquissimo igitur historico, cujus a veteribus non ita rara facta mentio est, inaudita ejusmodi res, quæ nullis nititur firmis argumentis, proponi nequit. Nec vero possis contendere Quintum Fabium scripsisse et Annales antiquiorum temporum et suæ ætatis historias vel potius commentarios (βίβλους ὑπομνήσεως Polyb. III, 9, 3) eorumque librorum unum græce, latine alterum conscriptum fuisse. Hoc qui de Quinto Fabio Pictore suspicantur (*) (suspicantur, inquam, nam plane certum testimonium non exstat), in rem suam vertunt diversorum Fabiorum Annalium diversas inscriptiones, imprimisque eam quam exhi-

(*) Cic. De legg. I, 2 : *Abest enim historia literis nostris... Nam post annales pontificum maximorum, in aut ad Fabium aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem... venias ...quid tam exile quam isti omnes?*

(*) Intelligit, puto, Zumptium in censura libri Blumiani *Einleitung in Roms alte Gesch.* in *Berlin. Jahrb. f. wiss. Kritik.* 1829, tom. II, p. 95 *b.*

bet Polybius. Deinde etiam Dionysium torquent, qui Quintum Fabium vetusta tempora κεφαλαιωδῶς, i. e. summatim vel capitulatim, sua vero (in Commentariis, aiunt, sive ἐν βίβλοις ὑπομνήσεως a Polybio citatis) ἀκριβῶς scripsisse dicat. At id non dixit de uno Quinto Fabio, dicit etiam de Lucio Cincio. Neque illud κεφαλαιωδῶς quadrare putant in Q. Fabii annales de antiquis temporibus scriptos, quoniam Livio, Dionysio ceterisque testibus, vetustas res copiosius exposuerit quam ceteri Annalium confectores, nunc quidem superstites. Quam ob rem Q. Fabium aut bis Annales inde ab urbe condita composuisse et græce et latine, aut latine tantum contra Dionysii testimonium, aut duorum librorum (Annalium et Commentariorum) unum græce, alterum latine. Sed de his sententiis partim dictum est, partim post dicetur: nunc vero agamus de Annalium et Commentariorum ista diversitate. Dionysius, ut ipse ait, græcum Quinti Fabii de antiquis temporibus librum adhibuit, unde, si urgeres titulum βίβλων ὑπομνήσεως, nihil sequi posse videretur (quamquam vero ne illud ipsum quidem), nisi suæ ætatis commentarios Fabium latine fortasse scripsisse. En Quinctilianus, Gellius, Nonius obstant, qui ipsius Fabii Pictoris (non *Quinti* Fab. P.) latina verba exhibent de historia temporum antiquissimorum. An antiquas res latine scripsit, Commentarios græce? Diserte recteque obloquitur Dionysius. Sed meo judicio Dionysianum illud κεφαλαιωδῶς nihil est nisi Græculi verbositas, quum exceptis orationibus et ratiocinationibus, vix quicquam vel perpauca copiosius quam Q. Fabius aut exposuerit aut exponere etiam potuerit. Ac nihil, opinor, Dionysius sensit, nisi in uno et eodem libro Quintum Fabium antiquas res brevius narrasse quam quibus gestis ipse interfuerit. Tum si ex Dionysii verbis (κεφαλαιωδῶς et ἀκριβῶς) in duos Q. Fabii libros conjectura facienda est, quæ fieri alioquin etiam nequit, jure mirari mihi videor, quid sit, cur diversos libros non nominaverit. Deinde etiam Cincium videri Dionysio teste duos libros scripsisse oportet vel potius necesse est, quum non de Quinto solum Fabio, sed etiam de L. Cincio ita statuerit. Verum, ut dicam quomodo res se habeat, Polybius ipsos Q. Fabii Annales intellexit, ac minus accurate, quod solet fieri a scriptoribus, βίβλους ὑπομνήσεως appellavit. Si non est ita, fingamus Fabium etiam tertium librum, Hannibalica, scripsisse, quæ pars fuerit Annalium, testemque afferamus Appianum in Hann. c. 27. Nihil dico de *Fabii Annalibus* Gellianis (V, 4), nihil de *Fabii Pictoris gestorum libris* a Nonio s. v. *Picumnus* citatis, quos possis eodem jure quartum quintumque Q. Fabii opus historicum dicere. Porro etiam, quod videtur non minus certum, de translatione Annalium Fabianorum, sive græca sive latina, cogitari nequit, quum et testimonia plane desint, et ejusmodi opinione res difficultate non tam liberetur quam implicetur. Certe Claudium quendam Annales Acilianos ex græco in latinum sermonem vertisse Livius XXV, 39, et XXXV, 14 diligenter animadvertit, eaque videtur historiarum græce conscriptarum omnino prima translatio esse. Denique, etiamsi Q. Fabius (id quod nullo ego modo concedo) utraque lingua diversis nimirum temporibus annales confecerit: tamen nulla inde causa enascitur, cur apud Ciceronem De div. I, 21 *Quinti*, non *Numerii Fabii*, quem vocat Tullius, Græcos annales intelligamus, ut pingui Minerva cum Dionysio Cicero consentire cogatur. Immo vero sic αἴνιγμα augetur, non solvitur; nec vero ullum hujus lectionis vestigium in codicibus inest. Utinam adessent, qui litem dirimerent, emunctæ mehercule naris homines! (Cic. Ep. ad div. IX, 16, 6). Sed fortasse sine illorum sagacitate, testimoniis veterum accuratius examinatis, res ita expediri potest. *Quintum Fabium* græce scripsisse Dionysius testatur, qui quum auctorem eum habuerit, errasse putandus non est: testimonia vero, quæ dicuntur latine eum scripsisse arguere, Ciceronis, Quintiliani, Gellii et Nonii dico in quibus non diserte *Quintus Fabius Pictor*, nec *Quintus Fabius*, sed *Fabius* tantum, vel *Pictor*, vel *Fabius Pictor* laudatur, referri fortasse possunt vel debent potius ad Fabium Pictorem eum, qui Nonio teste et rerum gestarum libros latine scripsit, et de jure pontificio libros composuit, quod quidem alterum *Quinti* Fabii ætate, ut de L. Cincio Alimento disputantes quidam recte viderunt, nemo nec voluit nec etiam potuit. Nonius autem s. v. Picumnus ita scripsit: *Fabius Pictor rerum gestarum libro primo: « Et simul videbant Picum Martium. » Idem libro juris pontificii tertio: « Pilumno et Picumno. »* Intelligo autem in Nonii loco Servium Fabium Pictorem a Cicerone in Bruto c. 21 laudatum. Accedit ad sententiam nostram, quod Dionysius latine Quintum Fabium scripsisse nullo loco nec testatur nec significat, quodque Cicero bis (De orat. II, 12, 51 et 53: non tamen De legg. I, 2, nimirum quod est æqualis Catonis) *Pictorem*, quem dicit, post Catonem posuit, ut æqualis M. Porcii, non longe antiquissimus auctor, ut ait Livius, intelligendus esse videatur. Atque huic ipsi rei, quamvis minoris momenti videri possit, certe dandum est aliquid, quum in nominandis pluribus historicis veteres temporum ordinem

justum plerumque secuti sint... Deinde si Quintus noster Fabius græce scripsit, facile perspicitur, cur per talenta (Liv. I, 55) pecuniam numerarit, afferatque annos Olympiadum. Porro Dionysius I, 6 auctores suos nominans, sed eos solummodo, qui latine scripserant, auctorem dicit Fabium Maximum, non Quintum Fabium Pictorem semi-græcum. Recentiores vero Fabii, vel Pictoris vel Fabii Pictoris fragmenta ad Quintum Fabium Pictorem omnia retulerunt, non ulla de causa alia nisi quod sine dubio nobilissimus ille historicus intelligendus esset. Ita vero ratiocinati varias et inter sese diversas conjecturas protulerunt, unum alterumve testimonium veterum ut ineptum rejicientes, vel mirabilia etiam in lucem proferentes. At quis quæso veterum Quintum Fabium Fabiorum nobilissimum scriptorem dixit? Utinam nobilitatis hujus argumenta attulissent! Scilicet omnia ad hunc unum referentibus videbatur esse pernobilis. Nec vero Gellius, qui V, 4 Fabii annales bonæ atque sinceræ vetustatis libros vocet, movere nos poterit, ut Quintum Fabium antiquissimum scriptorem intelligamus, clarissimumque putemus, quum eodem ferme nomine ab eodem auctore collaudentur Quintus Claudius (IX, 13) Luciusque Piso (XI, 14). Similiter autem recentiores de fragmentis quæ Cincii nomen habent, judicarunt. Denique hæc de Fabiis sententia nostra valde se ideo commendat, quod posita ea nulli veterum testimonio fides derogatur, nec novæ et inauditæ res proferuntur. Omnisque omnino hoc modo dilabitur difficultas, nisi quibus Fabiis pauca quædam fragmenta recte tribuamus. Dubium tamen mihi non est, quin *Quinto Fabio Pictori* ea sint vindicanda, quæ exhibent Polybius, Livius, Dionysius, Plutarchus, Eutropius, Orosius, Solinus et Syncellus de anno urbis conditæ disputans. Ad *Servium Fabium Pictorem* refero, quæ laudantur a Quinctiliano, Gellio, Macrobio, Festo, Nonio, Servio ad Georg. I, 21. Hunc significat etiam Cicero De oratore II, 12 bis, et De legg. I, 2. Quanquam quæ Gellius (V, 4) exhibet ex Annalibus, quum Fabium simpliciter auctorem nominet, facile etiam ad Fabium Maximum referre possis. Tum quæ afferunt Strabo, Diodorus, Nicolaus Damascenus, Plinius, Servius in Æn. XII, 603, Arnobius, Suidas, Syncellus altero loco, auctorque libri De origine gentis Romanæ, cui tribuenda sint, nolo discernere, quamvis si non omnibus illis, at plerisque locis Quintum Fabium intelligendum suspicer. *Numerio Fabio* Pictori unum locum Ciceronianum tribuo De legg. I, 21. Quarto loco *Quintus Fabius Maximus Servilianus* pontifex a Servio, Macrobio, Prisciano satis diserte citatur. Denique *Fabium grammaticum* (?) intelligo apud Victorinum (fr. 31)... Restat ut dicendum sit de historici nostri auctoritate. Livius eum ita interdum auctorem exhibet, ut permagni facere videatur (cf. fr. 16. 19). Dionysio teste plures illum antiqui historici secuti sunt, qui fidei nomine ab ipsis veteribus sæpius celebrantur (v. fr. 1). Ipse vero Dionysius interdum ejus fidem exprobrat, ut fr. 8 et 7, ubi reprehendit τὸ ῥᾴθυμον αὐτοῦ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν χρόνων. Aliis tamen in locis summis laudibus effert, ut fr. 11. Contra Polybius (fr. 15. 16. 18) valde in eum invehitur. Recentiores vero modo Fabio modo Polybio longis disputationibus fidem derogantes, videntur mihi fluctus, quod aiunt, in simpulo excitasse. Ab errore enim se alienum esse nemo contendet; Polybius autem ut in aliis rebus, ita etiam in scriptorum auctoritate ponderanda et examinanda nimis severus judex est, omninoque non sine aliquo lectorum fastidio in tritis ac vulgaribus ratiocinationibus et auctoribus reprehendendis commorari solet. Sed tamen omnium, quos fidei nomine reprehendit, Fabio maxime pepercit. Nam fr. 15 de Fabio et Philino fatetur: ἐκόντας μὲν οὖν ἐψεῦσθαι τοὺς ἄνδρας οὐχ ὑπολαμβάνω. Tum Fabium ait de bello Punico primo videri ἐμπειρότατα scripsisse, sæpeque etsi non fatetur, ejus potissimum auctoritate nisus est. Negandum tamen non est, id quod Romano homini eique patricio non magnopere imputari velim, amore cum in populares ductum cum ceteris historicis Romani populi facta gentemque Fabiam satis celebrasse; verum ne in ejusmodi quidem laudibus injustiorem eum fuisse, fidem faciunt ea, quæ Livio teste (fr. 13) de Fabio Rulliano narraverat. Luculentum vero fidei et auctoritatis testimonium est, quod plurimi scriptores hunc sibi maxime auctorem elegerunt, inter quos est etiam, quem nondum nominavimus, Plutarchus, qui ad auctoritatem ejus provocat in Romulo c. 14 (fr. 3.), dicitque duobus locis prioribus (Rom. c. 3 et 8; v. Dioclis fr. 2) auctorem nostro fuisse Dioclem Peparethium.» Hæc Krausius. Cf. Baumgart. De Q. Fabio Pict. Vratislav. 1842, quo scripto uti non licuit.

Q. FABII PICTORIS ANNALES.

1.

Dionysius Hal. Ant. Rom. I, 79, p. 201 R.: Περὶ δὲ τῶν ἐκ τῶν Ἰλίας γενομένων Κόϊντος μὲν Φάβιος ὁ Πίκτωρ λεγόμενος, ᾧ Λεύκιός τε Κίγκιος καὶ Κάτων Πόρκιος καὶ Πείσων Καλπούρνιος καὶ τῶν ἄλ-

1.

Quod attinet ad filios ex Ilia natos, Quintus Fabius qui Pictor vocatur (quem Lucius Cincius, Porcius Cato et Calpurnius Piso et reliquorum scriptorum plerique sunt se-

λων συγγραφέων οἱ πλείους ἠκολούθησαν, τῇδε γράφει· « Ὡς κελεύσαντος Ἀμουλίου τὰ βρέφη λαβόντες ἐν σκάφῃ κείμενα τῶν ὑπηρετῶν τινες ἔφερον ἐμβαλοῦντες εἰς τὸν ποταμὸν ἀπέχοντα ἀπὸ τῆς πόλεως ἀμφὶ ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους. Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἐγένοντο καὶ εἶδον ἔξω τοῦ γνησίου ῥείθρου τὸν Τίβεριν ὑπὸ χειμώνων συνεχῶν ἐκτετραμμένον εἰς τὰ πεδία, καταβάντες ἀπὸ τοῦ Παλαντίου τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὸ προσεχέστατον ὕδωρ· οὐ γὰρ ἔτι προσωτέρω χωρεῖν οἷοί τ' ἦσαν· ἔνθα πρῶτον ἡ τοῦ ποταμοῦ πλήμμη τῆς ὑπωρείας ἥπτετο, τίθενται τὴν σκάφην ἐπὶ τοῦ ὕδατος· ἡ δὲ μέχρι μέν τινος ἐνήχετο, ἔπειτα τοῦ ῥείθρου κατὰ μικρὸν ὑποχωροῦντος ἐκ τῶν περὶ ἔσχατα, λίθου προσπταίσει περιτραπεῖσα ἐκβάλλει τὰ βρέφη. Τὰ μὲν δὴ κνυζόμενα κατὰ τοῦ τέλματος ἐκυλινδοῦντο. Λύκαινα δέ τις ἐπιφανεῖσα, νεοτόκους σπαργῶσα τοὺς μαστοὺς ὑπὸ γάλακτος, ἐδίδου τὰς θηλὰς τοῖς στόμασιν αὐτῶν, καὶ τῇ γλώττῃ τὸν πηλὸν, οὗ κατάπλεω ἦσαν, ἀπελίχμα. Ἐν δὲ τούτῳ τυγχάνουσιν οἱ νομεῖς ἐξελαύνοντες τὰς ἀγέλας ἐπὶ νομήν· ἤδη γὰρ ἐμβατὸν ἦν τὸ χωρίον· καί τις αὐτῶν ἰδὼν τὴν λύκαιναν, ὡς ἠσπάζετο τὰ βρέφη, τέως μὲν ἀχανὴς ἦν ὑπὸ θάμβους καὶ ἀπιστίας τῶν θεωρουμένων· ἔπειτα ἐλθὼν καὶ συλλέξας οὓς ἐδύνατο πλείστους τῶν ἀγροῦ νεμόντων (οὐ γὰρ ἐπιστεύετο λέγων), ἄγει τοὔργον αὐτοὺς θεασομένους. Ὡς δὲ κἀκεῖνοι πλησίον ἐλθόντες ἔμαθον τὴν μὲν ὥσπερ τέκνα περισπῶσαν, τὰ δ' ὡς μητρὸς ἐξεχόμενα, δαιμόνιόν τι χρῆμα ὁρᾶν ὑπολαβόντες, ἐγγυτέρω προσῄεσαν ἀθρόοι, δεδιττόμενοι βοῇ τὸ θηρίον. Ἡ δὲ λύκαινα οὐ μάλα ἀγριαίνουσα τῶν ἀνθρώπων τῇ προσόδῳ, ἀλλ' ὥσπερ ἂν χειροήθης, ἀποστᾶσα τῶν βρεφῶν ἠρέμα καὶ κατὰ πολλὴν ἀλογίαν τοῦ ποιμενικοῦ ὁμίλου ἀπῄει. Καὶ ἦν γάρ τις οὐ πολὺ ἀπέχων ἱερὸς χῶρος ὕλῃ βαθείᾳ συνηρεφὴς, καὶ πέτρα κοίλη πηγὰς ἀνιεῖσα· ἐλέγετο δὲ Πανὸς εἶναι τὸ νάπος, καὶ βωμὸς ἦν αὐτόθι τοῦ θεοῦ· εἰς τοῦτο τὸ χωρίον ἐλθοῦσα ἀποκρύπτεται. Τὸ μὲν οὖν ἄλσος οὐκέτι διαμένει· τὸ δὲ ἄντρον ἐξ οὗ ἡ λιβὰς ἐκεῖδοται, τῷ Παλαντίῳ προσῳκοδομημένον δείκνυται κατὰ τὴν ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον φέρουσαν ὁδόν· καὶ τέμενός ἐστιν αὐτοῦ πλησίον, ἔνθα εἰκὼν κεῖται τοῦ πάθους, λύκαινα παιδίοις δυσὶ τοὺς μαστοὺς ἐπέχουσα, χάλκεα ποιήματα παλαιᾶς ἐργασίας. Ἦν δὲ τὸ χωρίον τῶν σὺν Εὐάνδρῳ ποτὲ οἰκισάντων αὐτὸ Ἀρκάδων ἱερὸν, ὡς λέγεται. Ὡς δὲ ἀπέστη τὸ θηρίον, αἴρουσιν οἱ νομεῖς τὰ βρέφη, σπουδὴν ποιούμενοι τρέφειν, ὡς θεῶν αὐτὰ σώζεσθαι βουλομένων. Ἦν δέ τις ἐν αὐτοῖς συφορβίων βασιλικῶν ἐπιμελούμενος, ἐπιεικὴς ἀνὴρ, Φαυστύλος ὄνομα, ὃς ἐν τῇ πόλει κατὰ δή τι ἀναγκαῖον ἐγεγόνει καθ' ὃν χρόνον ἡ φθορὰ τῆς Ἰλίας καὶ ὁ τόκος ἠλέγχετο· καὶ μετὰ ταῦτα κομιζομένων ἐπὶ τὸν ποταμὸν τῶν βρεφῶν, τοῖς φέρουσιν αὐτὰ κατὰ θείαν τύχην ἅμα διεληλύθει τὴν αὐτὴν ὁδὸν, εἰς τὸ Παλάντιον ἰών· ὃς ἥκιστα τοῖς ἄλλοις καταφανὴς γενόμενος ὡς ἐπίσταταί τι τοῦ πράγματος, ἀξιώσας αὐτῷ συγχωρηθῆναι τὰ βρέφη, λαμβάνει τε αὐτὰ παρὰ τοῦ κοινοῦ καὶ φέρων ὡς τὴν γυναῖκα ἔρχεται. Τετοκυῖαν δὲ καταλαβὼν καὶ ἀχθομένην ὅτι νεκρὸν αὐτῇ τὸ βρέφος ἦν, παραμυθεῖται καὶ δίδωσιν ὑποβάλλεσθαι τὰ παιδία, πᾶσαν ἐξ ἀρχῆς διηγησάμενος τὴν κατασχοῦσαν αὐτὰ τύχην. Αὐξομένοις δὲ αὐτοῖς ὄνομα τίθεται, τῷ μὲν Ῥωμύλον, τῷ δὲ Ῥῶμον. Οἱ

---

culi) ita scribit : « Amulii jussu ministri quidam infantes in alveo collocatos acceperunt et asportarunt, ut eos in fluvium circiter centum viginti stadia ab urbe distantem projicerent. Quum autem eo accessissent, et animadvertissent Tiberim ob continuos imbres extra naturalem alveum egressum in campos, de Palatii vertice ad aquam proximam descenderunt (neque enim ulterius progredi poterant), ubi fluvii exundatio collis radices alluebat, et ibi ipsum alveum in aquis posuerunt. Qui aliquamdiu quidem fluitavit; sed postea, aquis paullatim ex ripa extrema recedentibus, saxo impactus et eversus infantes ejecit, qui vagientes in cœno volutabantur. Quum autem lupa quædam apparuisset, uberibus recenti partu lacte turgentibus, eorum ori mammas præbuit, et lingua cœnum, quo pleni erant, lambendo abstersit. Interea vero forte pastores greges pastum agebant (locus enim jam pervius erat) et ex his quidam, conspecta lupa quæ infantes fovebat, aliquamdiu spectaculi novitate attonitus et vix satis oculis suis credens hæsit : deinde quum abiisset et convocasset e proximo loco quotquot potuit pastores (neque enim ejus verbis fides habebatur), eos ad ipsum spectaculum adduxit. Quum autem et illi propius accedentes hanc tanquam fillos foventem, illos tanquam e matre pendentes animadvertissent, divinam quandam rem se videre rati, frequentes, clamore feram territantes, propius accesserunt. At lupa eorum adventu non valde efferata, sed ut mansueta, sensim ab infantibus recessit, et cum magna turbæ pastoralis contemptione abiit. Etenim non procul inde aberat lucus quidam arborum densitate opacus et rupes cava fontes emittens. Ille autem locus Pani sacer dicebatur, ibique erat dei ara : quo quum illa venisset, se occultavit. Iste tamen lucus non exstat amplius : sed antrum unde fons fluebat, Palatii ædificiis adjunctum visitur in via illa quæ fert ad Circum. Et sacellum est juxta ipsum, ubi est statua hujus casus index, lupa duobus infantibus mammas præbens : opus antiquum, ex ære factum. Is autem locus (ut fertur) olim ab Arcadibus, qui cum Evandro ædificia ibi condiderant, consecratus fuerat. Quum igitur fera recessisset, pastores sustulerunt infantes illos; existimantes eos accurate alendos, quos dii salvos voluissent. Inter eos autem erat quidam regii pecoris magister, vir probus nomine Faustulus, qui cujusdam urgentis negotii causa in urbe aderat, quo tempore de Iliæ stupro partuque compertum est : et postea, dum infantes ad fluvium deportarentur, cum ministris qui eos ferebant, divino quodam casu Palatium petens eadem via ivit. Qui quum ceteris non declarasset sibi ullo modo eam rem esse notam, postulavit ut sibi infantes concederentur : quos communi sociorum consensu traditos accepit et ad uxorem suam detulit. Quam quum invenisset jam enixam, et mœrentem ob infantem, quem mortuum ediderat, eam consolari cœpit et infantes ei supponendos dedit, omnibus eorum casibus ab initio ante narratis. Illis autem crescentibus, huic quidem

δὲ ἀνδρωθέντες γίνονται κατά τε ἀξίωσιν μορφῆς καὶ φρονήματος ὄγκον οὐ συφορβοῖς καὶ βουκόλοις ἐοικότες, ἀλλ' οἵους ἄν τις ἀξιώσειε τοὺς ἐκ βασιλείου τε φύντας γένους, καὶ ἀπὸ δαιμόνων σπορᾶς γενέσθαι νομιζομένους, ὡς ἐν τοῖς πατρίοις ὕμνοις ὑπὸ Ῥωμαίων ἔτι καὶ νῦν ᾄδεται. Βίος δ' αὐτοῖς ἦν βουκολικὸς καὶ δίαιτα αὐτουργός, ἐν ὄρεσι τὰ πολλὰ πηξαμένοις διὰ ξύλων καὶ καλάμων σκηνὰς αὐτωρόφους· ὧν ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ ἦν τις ἐκ τοῦ Παλαντίου ἐπὶ τῆς πρὸς τὸν Ἱππόδρομον στρεφούσης λαγόνος, Ῥωμύλου λεγομένη, ἣν φυλάττουσιν ἱερὰν οἷς τούτων ἐπιμελὲς, οὐδὲν ἐπὶ τὸ σεμνότερον ἐξάγοντες· εἰ δέ τι πονήσειεν ὑπὸ χειμῶνος ἢ χρόνου, τὸ λεῖπον ἐξακούμενοι, καὶ τῷ πρόσθεν ἐξομοιοῦντες εἰς δύναμιν. Ἐπεὶ δὲ ἀμφὶ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονότες ἦσαν, ἀμφίλογόν τι περὶ τῆς νομῆς αὐτοῖς γίνεται πρὸς τοὺς Νομίτορος βουκόλους, οἱ περὶ τὸ Αὐέντιον ὄρος ἀντικρὺ τοῦ Παλαντίου κείμενον εἶχον τὰς βουστάσεις. Ἠτιῶντο δὲ ἀλλήλους θάτεροι θαμινὰ ἢ τὴν μὴ προσήκουσαν ὀργάδα κατανέμειν, ἢ τὴν κοινὴν μόνους διακρατεῖν ἢ δ τι ὀήποτε τύχοι. Ἐκ δὲ τῆς ἀμιμαχίας ταύτης ἐγένοντο πληγαί ποτε διὰ χειρῶν, εἶτα δι' ὅπλων. Τραύματα δὲ πολλὰ πρὸς τῶν μειρακίων λαμβάνοντες οἱ τοῦ Νομίτορος καί τινας ἀπολέσαντες τῶν σφετέρων καὶ τῶν χωρίων κατὰ κράτος ἐξειργόμενοι, παρασκευάζονται ὅλον τινὰ ἐπ' αὐτούς. Προλοχίσαντες γὰρ τῆς φάραγγος τὸ ἀφανὲς, καὶ συνθέμενοι τοῖς λοχῶσι τὰ μειράκια τὸν τῆς ἐπιθέσεως καιρὸν, οἱ λοιποὶ κατὰ πλῆθος ἐπὶ τὰ μανδρεύματα αὐτῶν ὠκτωρ ἐπέβαλον. Ῥωμύλος μὲν οὖν τὸν χρόνον τοῦτον τυγχάνει ἅμα τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κωμητῶν πεπορευμένος εἴς τι χωρίον Καινινᾶν ὀνομαζόμενον, ἱερὰ ποιήσων ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πάτρια· Ῥῶμος δὲ τὴν ἔφοδον αὐτῶν αἰσθόμενος ἐξεβοήθει, τὰ ὅπλα λαβὼν διὰ ταχέων, ὀλίγους τῶν ἐκ τῆς κώμης ᾠθασάντων καθ' ἓν γενέσθαι παραλαβών. Κἀκεῖνοι οὐ δέχονται αὐτὸν, ἀλλὰ φεύγουσιν ὑπαγόμενοι ἔνθα ἔμελλον ἐν καλῷ ὑποστρέψαντες ἐπιθήσεσθαι. Ὁ δὲ Ῥῶμος κατ' ἄγνοιαν τοῦ μηχανήματος, ὡς ἄχρι πολλοῦ διώκων αὐτοὺς, παραλλάττει τὸ λελοχισμένον χωρίον, καὶ ἐν τούτῳ δ τε λόχος ἀνίσταται καὶ οἱ φεύγοντες ὑποστρέφουσι. Κυκλωσάμενοι δὲ αὐτοὺς καὶ πολλοῖς ἀράττοντες λίθοις, λαμβάνουσιν ὑποχειρίους. Ταύτην γὰρ εἶχον ἐκ τῶν δεσποτῶν τὴν παρακέλευσιν, ζῶντας αὐτοῖς τοὺς νεανίσκους ἀποκομίσαι. Οὕτω μὲν δὴ χειρωθεὶς ὁ Ῥῶμος ἀπήγετο.

Interponitur Ælii Tuberonis de eadem hac re narratio. Deinde pergit Dionysius hunc in modum:

80. Ὁ μὲν οὖν Ῥῶμος ἐπὶ τοῖς πολεμίοις γενόμενος οὕτως εἴθ' ὡς ὁ Φάβιος παραδέδωκε, δέσμιος εἰς τὴν Ἄλβαν ἀπήγετο. Ῥωμύλος δ' ἐπεὶ τὸ περὶ τὸν ἀδελφὸν ἔγνω πάθος, διώκειν εὐθὺς ᾤετο δεῖν τοὺς ἀκμαιοτάτους ἔχων τῶν νομέων, ὡς ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὄντα καταλήψόμενος τὸν Ῥῶμον. Ἀποτρέπεται δ' ὑπὸ τοῦ Φαυστύλου ὁρῶντος αὐτοῦ τὴν σπουδὴν μανικωτέραν οὖσαν. Νομισθεὶς γὰρ πατὴρ, τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἀπόρρητα ποιούμενος τοῖς μειρακίοις διετέλεσεν, ὡς μὴ θᾶττον ὁρμήσωσι παρακινδυνεῦσαί τι πρὶν ἐν τῷ κρατίστῳ τῆς ἀκμῆς γενέσθαι· τότε δὲ πρὸς τῆς ἀνάγκης βιασθεὶς μονωθέντι τῷ Ῥωμύλῳ λέγει. Μαθόντι δὲ τῷ νεανίσκῳ πᾶσαν ἐξ ἀρχῆς τὴν κατασχοῦσαν αὐτοὺς τύχην, τῆς τε μητρὸς

Romuli, illi vero Remi nomen dedit. Qui quum adoleverunt, erant et dignitate formæ et animi celsitudine non subulcis aut bubulcis similes, sed iis quos quivis stirpe regia ortos judicasset, et iis qui ex deorum semine creduntur nati: quemadmodum in patriis Romanorum carminibus nunc quoque canitur. Vitam autem degebant pastoriciam, et victum sibi manibus parabant, in montibus plerumque compingentes ex lignis et arundine sine ulla contignatione casulas. Quarum una ad mea usque tempora exstabat, ad latus quod a Palatio ad Circum ducit, quæ Romuli vocatur: quam sacram servant ii quibus ea cura est mandata, nihil ei ornatus gratia addentes. Quodsi qua ejus pars vel tempestatis vel temporis injuria laborarit, quod reliquum est sarciunt, et quantum fieri potest ad pristinam formam instaurant. Quum autem annum circiter duodevicesimum agerent, controversiam quandam de pascuis habuerunt cum Numitoris pastoribus, qui in Aventino colle e regione Palatii sito sua stabula habebant. Frequenter autem de se mutuo conquerebantur, vel quod agros alienos alteri depascerentur, vel quod communes alteri soli tenerent, vel alias ob causas quascumque. Ex ista autem altercatione interdum ad manus et ad arma est ventum. Quum autem Numitoris pastores multa vulnera ab illis adolescentibus accepissent et nonnullos de suis amisissent et ab illis locis per vim arcerentur, dolum quendam illis struxerunt. Quum autem insidias in occulta vallis parte ante posuissent, et cum illis qui adolescentibus insidiabantur adoriendi tempus constituissent, reliqui conferto agmine eorum stabula noctu invaserunt. Tunc autem forte Romulus cum paganorum præcipuis in urbem quandam nomine Cæninam pro publica salute sacra patria facturus iverat. Sed quum Remus eorum adventum hostilem cognovisset, ad opem ferendam accurrit, armis celeriter correptis, et paucis quibusdam paganis, qui eo mature convenerant, secum ductis. At illi eum non exspectarunt, sed fuga se receperunt hostes allicientes in eum locum, ubi commode conversi eos aggressuri erant. Remus vero doli ignarus, longius eos persecutus, locum in quo insidiæ positæ erant præteriit. Interea et insidiarum manus surrexit, et qui fugiebant se converterunt, eosque circumventos multisque lapidibus contusos in suam potestatem redegerunt. Hoc enim ipsis domini mandarant ut illos adolescentes vivos ad se adducerent. Remus igitur hoc modo captus abductus est. » (*Interponitur de eadem re narratio Ælii Tuberonis.*)

80. Remus igitur, quum vel hoc modo, vel quemadmodum Fabius tradit, in potestatem hostium venisset, vinctus Albam est deductus. Romulus vero quum fratris infortunium cognovisset, cum fortissimorum pastorum manu illos sibi persequendos putavit, sperans fore ut eos adhuc in ipso itinere nanciscereturur. Sed a Faustulo, qui ejus insanum impetum videbat, cohibitus est. Hactenus enim pater existimatus adolescentes totam rem celaverat, ne quod peri-

οἶκτος εἰσέρχεται καὶ Νομίτορος φροντίς· καὶ πολλὰ βουλευσαμένῳ μετὰ τοῦ Φαυστύλου, τῆς μὲν αὐτίκα ὁρμῆς ἐπισχεῖν ἐδόκει, πλείονι δὲ παρασκευῇ δυνάμεως χρησάμενον ὅλον ἀπαλλάξαι τὸν οἶκον τῆς Ἀμουλίου παρανομίας, κίνδυνόν τε τὸν ἔσχατον ὑπὲρ τῶν μεγίστων ἄθλων ἀναρρῖψαι, πράττειν δὲ μετὰ τοῦ μητροπάτορος ὅ τι ἂν ἐκείνῳ δοκῇ.

81. Ὡς δὲ ταῦτα κράτιστα εἶναι ἔδοξε, συγκαλέσας τοὺς κωμήτας ἅπαντας ὁ Ῥωμύλος καὶ δεηθεὶς εἰς τὴν Ἄλβαν ἐπείγεσθαι διὰ ταχέων, μὴ κατὰ τὰς αὐτὰς πύλας ἅπαντας, μηδ' ἀθρόους εἰσιόντας, μή τις ὑπόνοια πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει γένηται, καὶ περὶ τὴν ἀγορὰν ὑπομένοντας ἑτοίμους εἶναι ὁρᾶν τὸ κελευόμενον, ἀπῆρε πρῶτος εἰς τὴν πόλιν. Οἱ δὲ τὸν Ῥῶμον ἄγοντες ἐπειδὴ κατέστησαν ἐπὶ τὸν βασιλέα, τάς τε ὕβρεις ἁπάσας, ὅσας ἦσαν ὑβρισμένοι πρὸς τῶν μειρακίων, κατηγόρουν, καὶ τοὺς τραυματίας σφῶν ἐπεδείκνυσαν, τιμωρίας εἰ μὴ τεύξονται καταλείψειν προλέγοντες τὰ συφόρβια. Ἀμούλιος δὲ τοῖς χωρίταις κατὰ πλῆθος ἐληλυθόσι χαρίζεσθαι βουλόμενος καὶ τῷ Νομίτορι (παρὼν γὰρ ἐτύγχανε συναγανακτῶν τοῖς πελάταις), εἰρήνην τε ἀνὰ τὴν χώραν σπεύδων εἶναι, καὶ ἅμα τὸ αὔθαδες τοῦ μειρακίου, ὡς ἀκατάπληκτον ἦν ἐν τοῖς λόγοις, δι' ὑποψίας λαμβάνων, καταψηφίζεται τὴν δίκην· τῆς δὲ τιμωρίας τὸν Νομίτορα ποιεῖ κύριον, εἰπὼν ὡς τῷ ὁράσαντι δεινὰ τὸ ἀντιπαθεῖν οὐ πρὸς ἄλλου τινὸς μᾶλλον ἢ τοῦ πεπονθότος ὀφείλεται. Ἐν ὅσῳ δὲ ὁ Ῥῶμος ὑπὸ τῶν τοῦ Νομίτορος βουκόλων ἤγετο, δεδεμένος τε ὀπίσω τὼ χεῖρε καὶ πρὸς τῶν ἀγόντων ἐπικερτομούμενος, ἀκολουθῶν ὁ Νομίτωρ τοῦ τε σώματος τὴν εὐπρέπειαν ἀπεθαύμαζεν, ὡς πολὺ τὸ βασιλικὸν εἶχε, καὶ τοῦ φρονήματος τὴν εὐγένειαν ἐνεθυμεῖτο, ἣν παρὰ τὰ δεινὰ διέσωσεν, οὐ πρὸς οἶκτον ἡ λιπαρήσεις, ὡς ἅπαντες ἐν ταῖς τοιαῖσδε ποιοῦσι τύχαις, τραπόμενος, ἀλλὰ σὺν εὐκόσμῳ σιωπῇ ἐπὶ τὸν μόρον ἀπιών. Ὡς δ' εἰς τὴν οἰκίαν ἀφίκοντο, μεταστῆσαι τοὺς ἄλλους κελεύσας, μονωθέντα τὸν Ῥῶμον εἴρετο τίς εἴη, καὶ τίνων· ὡς οὐκ ἂν ἐκ τῶν τυχόντων γε ἄνδρα τοιοῦτον γενόμενον. Εἰπόντος δὲ τοῦ Ῥώμου τοσοῦτον εἰδέναι μόνον κατὰ πίστιν τοῦ τρέφοντος, ὅτι σὺν ἀδελφῷ διδύμῳ ἐκτεθείη βρέφος εἰς νάπην εὐθὺς ἀπὸ γονῆς, καὶ πρὸς τῶν νομέων ἀναιρεθεὶς ἐκτραφείη, βραχὺν ἐπισχὼν χρόνον, εἴτε ὑποτυπωθείς τι τῶν ἀληθῶν εἴτε τοῦ δαίμονος ἄγοντος εἰς τοὔμφανες τὸ πρᾶγμα, λέγει πρὸς αὐτόν· « Ὅτι μὲν ἐπ' ἐμοὶ γέγονας, ὦ Ῥῶμε, παθεῖν ὅ τι ἂν δικαιώσω, καὶ ὡς περὶ πολλοῦ ποιήσαιντο ἂν οἱ κομίσαντές σε δεῦρο, πολλὰ καὶ δεινὰ παθόντες, ἀποθανεῖν, οὐδὲν δεῖ πρὸς εἰδότα λέγειν. Εἰ δέ σε θανάτου τε καὶ ἄλλου παντὸς ἐκλυσαίμην κακοῦ, ἆρα ἂν εἰδείης μοι χάριν καὶ δεομένῳ ὑπουργήσειας ὃ κοινὸν ἀμφοῖν ἔσται ἀγαθόν; » Ἀποκριναμένου δὲ τοῦ μειρακίου ὁπόσα τοὺς ἐν ἀπογνώσει βίου κειμένους ἡ τοῦ σωθῆναι ἐλπὶς τοῖς κυρίοις τούτου λέγειν καὶ ὑπισχνεῖσθαι ἐπαίρει, λῦσαι κελεύσας αὐτὸν ὁ Νομίτωρ καὶ ἅπαντας ἐκποδὼν ἀπελθεῖν, φράζει τὰς αὐτοῦ τύχας, ὡς ὁ Ἀμούλιος αὐτὸν ἀδελφὸς ὢν ἀπεστέρησε τῆς βασιλείας, ὀρφανὸν δὲ τέ-

culum adirent antequam ad firmissimum ætatis robur pervenissent. Tum vero necessitate compulsus, semotis arbitris, soli Romulo rem declaravit. At juvenem, quum ab ipso initio omnem suam fortunam intellexisset, matris miseratio et Numitoris cura subiit; et post longam consultationem cum Faustulo habitam decrevit a præsenti conatu desistere, et majore copiarum apparatu totam familiam ab Amulii injuriis vindicare, et quodvis extremum periculum pro maximis præmiis subire, et cum avo materno agere quidquid ipsi visum fuisset.

81. Ut hæc autem optima esse visa sunt, Romulus, convocatis omnibus paganis, rogatisque ut Albam ocius properarent (non tamen per eandem portam omnes, neque conferta manu ingredientes, ne qua oppidanis suspicio oriretur) seque in foro exspectarent ad imperata faciendum parati, ipse primum urbem petiit. Interea qui Remum abduxerant, postquam eum ad regis tribunal stiterunt, omnes injurias quas ab illis adolescentibus acceperant, eos accusando declararunt; suorumque vulnera ostenderunt, minitantes se, nisi de illis sumeretur supplicium, omne pecus desertoros. Tum Amulius, agrestibus, qui magno numero convenerant, et ipsi Numitori gratificari volens (forte enim aderat eam rem æque ac clientes moleste ferens) et regionis tranquillitati studens, simul adolescentis arrogantiam et tam intrepidam orationem suspectam habens, injuriarum condemnavit, et pœnæ modum arbitrio Numitoris permisit, dicens æquum esse ut is qui injuriam fecit, a nullo alio potius quam ab eo, qui illam accepit, plectatur. Dum autem Remus a Numitoris pastoribus revinctis post tergum manibus duceretur, et ab iis qui eum deducebant conviciis jactatis illuderetur, Numitor sequens, et corporis decus plane regium demirabatur, et considerabat generosum et constantem in rebus duris animum: quod nec ad misericordiam captandam, nec ad preces (sicut omnes in tali fortuna constituti solent facere) se converteret; sed cum modesto silentio ad supplicium pergeret. Postquam vero domum venerunt, reliquis jussis secedere, ipsum Remum solum interrogavit, quisnam esset et quibus ortus: quod talis vir e vulgaribus natus non videretur. Quum autem Remus respondisset, se illud tantum scire ex nutricii fide, se infantem cum fratre eodem partu edito recens natum in silva expositum, et a pastoribus susceptum et educatum fuisse: Numitor post interpositam brevem moram, sive aliquod verisimile suspicatus, sive deo rem in lucem proferente, sic juvenem alloquitur: « Te, Reme, in mea potestate esse, ita ut te quocumque supplicio afficere possim, et eos qui te huc adduxerunt, multis et atrocibus injuriis acceptis, mortem tuam vehementissime expetere quum ipse noris, non est quod te doceam. Quodsi te a morte et a quovis alio malo liberaro, an gratiam mihi habebis, et roganti operam tuam in re utrique nostrûm commoda navabis? » Quum autem juvenis respondisset quæ homines in vitæ desperatione, salutis spe impulsi, vitæ necisque arbitris et dicere et polliceri solent, Numitor ejus vincula solvi jussit, et omnibus qui aderant ablegatis, suam fortunam ei narravit: ut Amulius frater regno ipsum fraudarat or-

κνων ἔθηκε, τὸν μὲν ἐπὶ θήρᾳ κρύφα διαχειρισάμενος, τὴν δὲ θυγατέρα εἱρκτῇ δεδεμένην φυλάττων, τά τε ἄλλα ὅσα δεσπότης χρώμενος δούλῳ.

82. Ταῦτ' εἰπὼν καὶ πολὺν θρῆνον ἅμα τοῖς λόγοις καταχεόμενος ἠξίου τιμωρὸν τοῖς κατοίκοις αὐτοῦ τὸν Ῥῶμον γενέσθαι. Ἀσμένως δὲ ὑποδεξαμένου τὸν λόγον τοῦ μειρακίου, καὶ πάλαι τάττειν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἔργον ἀξιοῦντος, ἐπαινέσας ὁ Νομίτωρ τὴν προθυμίαν, « Τῆς μὲν πράξεως, ἔφη, τὸν καιρὸν ἐγὼ ταμιεύσομαι, σὺ δὲ τίνος πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀπόρρητον τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀγγελίαν πέμψον, ὅτι σώζῃ τε ὀηλῶν καὶ διὰ ταχέων εἰς τὸν ἥξειν ἀξιῶν. » Ἐκ δὲ τούτου πέμπεταί τις ἐξευρεθείς, ὃς ἐδόκει ὑπηρετήσειν, καὶ περιτυχὼν οὐ πρόσω τῆς πόλεως ὄντι Ῥωμύλῳ, διασαφεῖ τὰς ἀγγελίας. Ὁ δὲ περιχαρὴς γενόμενος ἔρχεται σπουδῇ πρὸς Νομίτορα, καὶ περιπλακεὶς ἀμφοῖν ἀσπάζεται μὲν πρῶτον, ἔπειτα ῥᾴζει τὴν ἔκθεσιν σφῶν καὶ τροφὴν καὶ τἄλλα ὅσα παρὰ τοῦ σωματοφύλακος ἐπύθετο. Τοῖς δὲ βουλομένοις τε καὶ οὐ πολλῶν ἵνα πιστεύσειαν τεκμηρίων δεομένοις καθ' ἡδονὰς τὸ λεγόμενον ἦν. Ἐπεὶ δὲ ἀνέγνωσαν ἀλλήλους, αὐτίκα συνετάττοντο καὶ διεσκόπουν ὅστις ἔσται τρόπος ἢ καιρὸς εἰς τὴν ἐπίθεσιν ἐπιτήδειος. Ἐν ᾧ δὲ οὗτοι περὶ ταῦτα ἦσαν, ὁ Φαυστύλος ἀπάγεται πρὸς Ἀμούλιον· δεδοικὼς γὰρ μὴ οὐ πιστὰ δόξῃ τῷ Νομίτορι λέγειν ὁ Φαυστύλος ἄνευ σημείων ἐμφανῶν μεγάλου πράγματος μηνυτὴς γενόμενος, τὸ γνώρισμα τῆς ἐκθέσεως τῶν βρεφῶν τὴν σκάφην ἀναλαβὼν, ὀλίγου ὕστερον εἰσῴκει εἰς τὴν πόλιν. Διερχόμενον δ' αὐτὸν τὰς πύλας ταραχωδῶς πάνυ καὶ περὶ πολλοῦ ποιούμενον μηδενὶ ποιῆσαι καταφανὲς τὸ λεγόμενον, τῶν φυλάκων τις καταμαθὼν (ἦν δὲ πολεμίων ἐφόδου δέος, καὶ τὰς πύλας οἱ μάλιστα πιστευόμενοι πρὸς τοῦ βασιλέως ἐφρούρουν) συλλαμβάνει τε καὶ τὸ κρυπτὸν ὅ τι δήποτ' ἦν καταμαθεῖν ἀξιῶν ἀποκαλύπτει βίᾳ τὴν περιβολήν. Ὡς δὲ τὴν σκάφην ἐθεάσατο καὶ τὸν ἄνθρωπον ἔμαθεν ἀπορούμενον, ἠξίου λέγειν τίς ἡ ταραχὴ καὶ τί τὸ βούλημα τοῦ μὴ φανερῶς ἐκφέρειν σκεῦος οὐδὲν δεόμενον ἀπορρήτου φορᾶς. Ἐν δὲ τούτῳ πλείους τῶν φυλάκων συνέρρεον καί τις αὐτῶν γνωρίζει τὴν σκάφην, αὐτὸς ἐν ἐκείνῃ τὰ παιδία κομίσας ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ φράζει πρὸς τοὺς παρόντας. Οἱ δὲ συλλαβόντες τὸν Φαυστύλον ἄγουσιν ἐπὶ τὸν βασιλέα. Ἀμούλιος δὲ ἀπειλῇ βασάνων καταπληξάμενος τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὴ λέξῃ τὰς ἀληθείας ἐκὼν, πρῶτον μὲν εἰ ζῶσιν οἱ παῖδες ἤρετο· ὡς δὲ τοῦτ' ἔμαθεν, ὅστις αὐτοῖς ὁ τρόπος τῆς σωτηρίας ἐγένετο, διηγησαμένου αὐτοῦ πάντα ὡς ἐπράχθη, « Ἄγε δὴ, φησὶν ὁ βασιλεὺς, ἐπειδὴ ταῦτα ἀληθεύσας ἔχεις, φράσον ὅπου ἂν νῦν εὑρεθεῖεν· οὐ γὰρ ἔτι δίκαιοί εἰσιν ἐν βουκόλοις καὶ ἀδόξῳ βίῳ ζῆν, ἔμοιγε ὄντες συγγενεῖς, ἄλλως τε καὶ θεῶν προνοίᾳ σωζόμενοι. »

83. Φαυστύλος δὲ τῆς ἀλόγου πραότητος ὑποψίᾳ κινηθεὶς μὴ φρονεῖν αὐτὸν ὅμοια τοῖς λόγοις, ἀποκρίνεται ὧδε· « Οἱ μὲν παῖδές εἰσιν ἐν τοῖς ὄρεσι βουκολοῦντες, ὥσπερ ἐκείνων βίος· ἐγὼ δ' ἐπέμφθην ὑπ' αὐτῶν τῇ μητρὶ ὀηλώσων ἐν αἷς εἰσι τύχαις· ταύτην δὲ παρά σοι φυλάττεσθαι ἀκούων, δεήσεσθαι τῆς θυγατρὸς τῆς σῆς ἔμελλον, ἵνα με πρὸς αὐτὴν ἀγάγοι. Τὴν δὲ σκάφην ἔφερον, ἵν' ἔχω δεικνύναι τεκμήριον ἐμφανὲς ἅμα τοῖς

---

batumque liberis reddiderat, alterum inter venandum occulte interimens, alteram vinctam in carcere custodiens, ceteraque se ut dominus servo utebatur.

82. Ita loculus et multis lacrimis inter loquendum fusis, exavit Remum ut suas domesticas injurias ulcisci vellet. Cujus orationem quum juvenis libenter excepisset, et jam se ad opus aggrediendum duci postularet, Numitor, ejus animi alacritate collaudata, inquit: « Tempus rei gerendæ ego dispensaturus sum; tu interim, re cum nullis aliis communicata, nuntium ad fratrem mittas, per quem significes te salvum esse et rogare ut ille quam primum veniat. » Postea vero inventus missusque est quidam qui ad hoc ministerium idoneus videbatur, qui non procul ab urbe Romulum nactus mandata renuntiat. Ille vero valde lætus ad Numitorem properavit: et primum utrumque amplexus salutavit, deinde narravit ut et expositi et educati fuissent, et alia quæcumque ex satellite acceperat. Illis autem audire gestientibus nec multis ut crederent argumentis egentibus, voluptati erat quod referebat. Ut vero se mutuo agnoverunt, statim consilia ineunt, et de rei aggrediendæ modo et opportunitate consultare cœperunt. Dum autem hæc ab istis geruntur, Faustulus ad Amulium adducitur. Veritus enim ne in magnæ rei indicio a se delato fidem Numitori absque manifestis signis non faceret, ut facilius infantes agnoscerentur, una cum alveo, in quo expositi fuerant, paullo post ad urbem contendit. Eum autem valde trepide portam transeuntem et quod ferebat diligentissime occultantem, quum quidam ex custodibus animadvertisset (erat enim hostilis incursionis metus, et portæ a fidelissimis regi custodiebantur), comprehendit, et quidnam celaret cognoscere cupiens, amictum ei per vim detraxit. Quum autem alveum conspexisset hominemque hæsitantem vidisset, quæsivit ex eo cur ita trepidaret, quove consilio vas illud celaret, quod ei ferre propalam liceret. Interea vero plures custodes confluebant, inter quos unus alveum agnovit, quippe qui infantes in eo ad fluvium deportarat, et iis qui tunc aderant rem indicavit. Illi vero Faustulum comprehensum ad regem adduxerunt. Amulius tormentorum minis homini intentatis nisi sponte vera dixisset, primum quidem an pueri viverent quæsivit; deinde vero, quum hoc cognovisset, quæsivit, quonam modo illi incolumes evasissent. Quum autem ille omnia ut gesta erant narrasset: « Age igitur, inquit rex, quando hactenus vera dixisti, dic ubinam nunc inveniri possint; non enim æquum est ut inter bubulcos vitam ingloriam degant, quum mei sint cognati, præsertimque quum divina providentia servati fuerint. »

83. At Faustulus, novam regis clementiam suspectam habens, et existimans ejus mentem a verbis discrepare, ita respondet: « Juvenes sunt in montibus ubi armenta pascunt, ut eorum vitæ genus fert; ego vero missus sum ab ipsis, ut quo in statu res ipsorum sint, matri significarem: quam quum apud te servari audissem, filiam tuam roga turus eram ut me ad eam duceret. Alveum autem ferebam,

λόγοις. Νῦν οὖν ἐπειδὴ δέδοκταί σοι τοὺς νεανίσκους δεῦρο κομίσαι, χαίρω τε καὶ πέμψον οὕστινας βούλει σὺν ἐμοί. Δείξω μὲν οὖν τοῖς ἐλθοῦσι τοὺς παῖδας ἐγὼ, φράσουσι δ' αὐτοῖς ἐκεῖνοι τὰ παρὰ σοῦ. » Ὁ μὲν δὴ ταῦτ' ἔλεγεν, ἀναβολὴν εὑρέσθαι βουλόμενος τοῖς παισὶ τοῦ θανάτου, καὶ ἅμα αὐτὸς ἀποδρᾶσαι τοὺς ἄγοντας, ἐπειδὰν ἐν τοῖς ὄρεσι γένηται, ἐλπίσας. Ἀμούλιος δὲ τοῖς πιστοτάτοις τῶν ὁπλοφόρων ἐπιστείλας κρύφα, οὓς ἂν ὁ συφορβὸς αὐτοῖς δείξῃ συλλαβόντας ὡς αὐτὸν ἄγειν, ἀποστέλλει διὰ ταχέων. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος αὐτίκα γνώμην ἐποιεῖτο καλέσας τὸν ἀδελφὸν ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ ἔχειν, ἕως ἂν εὖ θῆται τὰ παρόντα· καὶ αὐτὸν ὡς ἐπ' ἄλλῳ δή τινι ἐκάλει. Ὁ δὲ ἀποσταλεὶς ἄγγελος εὐνοίᾳ τε τοῦ κινδυνεύοντος καὶ ἐλέῳ τῆς τύχης ἐπιτρέψας, κατήγορος γίνεται τῷ Νομίτορι τῆς Ἀμουλίου γνώμης. Ὁ δὲ τοῖς παισὶ δηλώσας τὸν κατειληφότα κίνδυνον αὐτοὺς, καὶ παρακελευσάμενος ἄνδρας ἀγαθοὺς γενέσθαι, παρῆν ἄγων ὡπλισμένους ἐπὶ τὰ βασίλεια τῶν τε ἄλλων πελατῶν καὶ ἑταίρων καὶ θεραπείας πιστῆς χεῖρα οὐκ ὀλίγην. Ἦκον δὲ καὶ οἱ ἐκ τῶν ἀγρῶν συνελθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἐκλείποντες τὴν ἀγοράν, ἔχοντες ὑπὸ ταῖς περιβολαῖς ἑαυτῶν ξίφη κεκρυμμένα, στῖφος κρατερόν. Βιασάμενοι δὲ τὴν εἴσοδον ἀθρόᾳ ὁρμῇ πάντες, οὐ πολλοῖς ὁπλίταις φρουρουμένην, ἀποσφάττουσιν εὐπετῶς τὸν Ἀμούλιον καὶ μετὰ τοῦτο τὴν ἄκραν καταλαμβάνονται. Ταῦτα μὲν οὖν τοῖς περὶ τὸν Φάβιον εἴρηται. Cf. Dioclis Peparethii fr. 2.

2.

Dionys. Hal. I, c. 74, p. 187 R. : Κόϊντος δὲ Φάβιος κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος (Romam conditam ait).

Eadem ex Dion. Euseb. Chr. p. 208 Mai., Syncell. p. 193, D. Solin. Polyh. c. 2 : *Cincio Romam duodecima olympiade placet conditam, Pictori octava.*

3.

Plutarch. Romul. c. 14 : Τετάρτῳ δὲ μηνὶ μετὰ τὴν κτίσιν, ὡς Φάβιος ἱστορεῖ, τὸ περὶ τὴν ἁρπαγὴν ἐτολμήθη τῶν γυναικῶν (Sabinarum).

4.

Dionys. II, 38 : Tarpeia Sabinos Tatio duce Capitolium aggressuros conspicit, καὶ αὐτὴν, ὡς μὲν Φάβιός τε καὶ Κίγκιος γράφουσιν, ἔρως εἰσέρχεται τῶν ψαλίων, ἃ περὶ τοῖς ἀριστεροῖς βραχίοσιν ἐφόρουν καὶ τῶν δακτύλων. In sequentibus (c. 39) ex Pisone Dionysius refert Tarpeiam initam cum Tatio proditionem per nuntium Romulo indicaturam fuisse, nuntium vero ad regem Sabinorum transfugisse et illi consilia Tarpeiæ indicasse. Deinde subjicit : Οἱ δὲ περὶ τὸν Φάβιόν τε καὶ Κίγκιον οὐδὲν τοιοῦτον λέγουσι γεγονέναι, ἀλλὰ φυλάξαι τὴν κόρην διαβεβαιοῦνται τὰς περὶ τὴν προδοσίαν συνθήκας· τὰ δὲ ἑξῆς ἅπαντες πάλιν ὁμοίως γράφουσιν. Mox tamen iterum ex Pisone notat narrationis discrepantiam c. 40 : Ὁ μὲν Πείσων φησὶ τῶν Σαβίνων τὸν χρυσὸν ἑτοίμων ὄντων διδόναι τῇ κόρῃ τὸν περὶ τοῖς ἀριστεροῖς βραχίοσι, τὴν Τάρπειαν οὐ τὸν κόσμον, ἀλλὰ τοὺς θυρεοὺς παρ' αὐτῶν αἰτεῖν κτλ... Οἱ δὲ περὶ τὸν Φάβιον ἐπὶ τοῖς Σαβίνοις ποιοῦσι τὴν τῶν ὁμολογιῶν ἀπάτην. Δέον γὰρ αὐτοὺς τὸν χρυσὸν, ὥσπερ ἡ Τάρπεια ἠξίου, κατὰ τὰς ὁμολογίας ἀποδιδόναι, χαλεπαίνοντας ἐπὶ τῷ μεγέθει τοῦ μισθοῦ τὰ σκεπαστήρια κατ' αὐτῆς βάλλειν, ὡς ταῦτα, ὅτε ὤμνυσαν, αὐτῇ δώσειν ὑποσχομένους.

---

ut præter verba manifestum etiam rei argumentum possem ostendere. Nunc igitur, quando tibi visum est juvenes huc arcessere, gaudeo : proinde mecum quoscumque volueris mitte. Ego enim iis qui venerint pueros ostendam : illi vero tua mandata ipsis exponent. » Hæc autem ille dicebat, quærens rationem qua necem juvenum differret ; simulque sperans, se, ubi in montes ventum esset, illis a quibus ducebatur evasurum. Amulius vero satellitum fidelissimos cum occultis mandatis, ut quos subulcus ipsis indicasset comprehensos ad se ducerent, ocius dimisit. Quo facto mox decrevit accitum ad se fratrem in libera custodia asservare, donec præsentem rerum statum bene composuisset : quare illum quasi alia de causa arcessivit. At nuntius qui missus fuerat, tum periclitantis benevolentia tum etiam miseratione fortunæ commotus, Numitori mentem Amulii indicat. Ille vero quum juvenibus periculum impendens declarasset, eosque hortatus fuisset ut se fortiter gererent, quum aliorum clientum et amicorum armatorum tum etiam fidelissimorum famulorum non exigua manu stipatus ad regiam venit. Quin et validissima agrestium manus, qui in urbem convenerant, eo venit, foro relicto, gladios sub vestibus abscondentes. Omnesque conglobati, aditu, qui a paucis militibus servabatur, per vim occupato, Amulium sine ullo negotio obtruncant, atque ita arcem occupant. Hæc sunt quæ Fabius scribit.

2.

Q. Fabius Romam conditam ait Olympiadis octavæ anno primo.

3.

Mense quarto post urbem conditam, ut Fabius narrat, mulieres Sabinas rapere ausi sunt.

4.

Tarpeiam, ut Fabius et Cincius scribunt, cupido cepit armillarum, quas in sinistris brachiis Sabini gestabant, et annulorum quos ferebant.

Fabius vero et Cincius nihil tale accidisse dicunt, sed puellam pacta proditionis servasse affirmant. At in iis quæ sequuntur omnes scriptores consentiunt.

Piso ait Sabinis paratis aurum puellæ tradere quod in sinistris brachiis gestabant, Tarpeiam non ornatum illum, sed eorum scuta petiisse etc. Fabius vero hanc fraudem Sabinis attribuit : ait enim eos, quum aurum, ut Tarpeia postularat, ex pactis tradere deberent, indignatos mercedis magnitudine, arma quibus se tegebant in eam jecisse, quod hæc, quo tempore jurassent, illi promisissent.

5.

Dionys. H. IV, c. 15, p. 673 R. de Servio Tullio : Διεῖλε δὲ καὶ τὴν χώραν ἅπασαν, ὡς μὲν Φάβιός φησιν, εἰς μοίρας ἓξ καὶ εἴκοσιν, ἃς καὶ αὐτὰς καλεῖ φυλάς, καὶ τὰς ἀστικὰς προστιθεὶς αὐταῖς τέτταρας, τριάκοντα πεποίηκε φυλὰς ἀμφοτέρων.

6.

Livius I, 44, de Servio Tullio : *Censu perfecto, quem maturaverat metu legis de incensis latæ cum vinculorum minis mortisque, edixit, ut omnes cives Romani, equites peditesque, in suis quisque centuriis, in campo Martio cum prima luce adessent. Ibi instructum exercitum omnem suovetaurilibus lustravit : idque conditum lustrum appellatum, quia is censendo finis factus est. Millia octoginta eo lustro civium censa dicuntur. Adjicit scriptorum antiquissimus Fabius Pictor, eorum, qui ferre arma possent, eum numerum fuisse.*

7.

Dionys. H. IV, c. 6, p. 647 R. : Βούλομαι δ' ἐπιστήσας τὸν ἑξῆς λόγον ἀποδοῦναι τὰς αἰτίας δι' ἃς οὔτε Φαβίῳ συγκατατίθεμην οὔτε τοῖς ἄλλοις ἱστορικοῖς ὅσοι γράφουσιν υἱοὺς εἶναι τοὺς καταλειφθέντας παῖδας ὑπὸ Ταρκυνίου, ἵνα μή τινες τῶν ἐκείναις ἐντυχόντων ἱστορίαις σχολάζειν ὑπολάβωσιν, οὐχ υἱοὺς ἀλλ' υἱωνοὺς αὐτοὺς γράφοντα τοὺς παῖδας· παντάπασι γὰρ ἀπερισκέπτως καὶ βαθύμως οἱ συγγραφεῖς αὐτῶν ταύτην ἐξενηνόχασι τὴν ἱστορίαν, οὐδὲν ἐζητηκότες τῶν ἀναιρούντων αὐτὴν ἀδυνάτων καὶ ἀτόπων.

8.

Dionys. H. IV, c. 30, p. 717 R. : Ἐνταῦθα πάλιν ἀναγκάζομαι μεμνῆσθαι Φαβίου, καὶ τὸ ῥᾴθυμον αὐτοῦ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν χρόνων ἐλέγχειν. Ἐπὶ γὰρ τῆς Ἀρούντα τελευτῆς γενόμενος, οὐ καθ' ἓν ἁμαρτάνει μόνον, ὃ καὶ πρότερον ἔφην, ὅτι γέγραφεν υἱὸν εἶναι Ταρκυνίου τὸν Ἀρούνταν, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕτερον, ὅτι φησὶν ἀποθανόντα ὑπὸ τῆς μητρὸς Ταναχυλίδος τεθάφθαι, ἣν ἀμήχανον ἔτι κατ' ἐκείνους περιεῖναι τοὺς χρόνους.

9.

Dionys. IV, c. 64, de L. Tarquinio Collatino : Τοῦτον τὸν ἄνδρα Φάβιος μὲν υἱὸν φησιν Ἠγερίου.

10.

Livius I, 55, de Jovis templo, quam in Tarpeio monte Tarquinius Superbus ædificavit : *Caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuisse. Quæ visa species haud per ambages arcem eum imperii caputque rerum fore portendebat : idque ita cecinere vates, quique in urbe erant quosque ad eam rem consultandam ex Etruria acciverant. Augebatur ad impensas regis animus. Itaque Pometianæ manubiæ, quæ perducendo ad culmen operi destinatæ erant, vix in fundamenta suppeditavere. Eo magis Fabio, præterquam quod antiquior est, crediderim, quadraginta ea sola talenta fuisse, quam Pisoni, qui quadraginta millia pondo argenti sepositа in eam rem scribit, summam pecuniæ neque ex unius tum urbis præda sperandam, et nullius, ne horum quidem magnificentiæ operum, fundamenta non exsuperaturam.*

11.

Dionysius VII, c. 71, p. 1483 R. (de ludis Romanorum expositurus est cum in finem ut hinc quoque appareat gentes quæ ad condendam Romam convenerint, Græcas fuisse, non vero barbaras) : Ἕτερος μὲν οὖν ἀποχρῆν ἂν ὑπέλαβε καὶ αὐτὰ τὰ νῦν πραττόμενα ἐπὶ τῇ πόλει μηνύματα οὐ μικρὰ τῶν παλαιῶν ἐπιτηδευμάτων ὑπολαβεῖν· ἐγὼ δέ, ἵνα μή τις ἀσθενῆ τὴν πίστιν εἶναι ταύτην ὑπολάβῃ, [εἴτε] κατ' ἐκείνην τὴν ἀπίθανον ὑπόληψιν, ὅτι παντὸς τοῦ Ἑλληνικοῦ κρατήσαντες, ἀσμένως ἂν τὰ κρείττω μετέμαθον ἔθη, τῶν ἐπιχωρίων ὑπεριδόντες, ἐξ ἐκείνου ποιή-

---

5.

Divisit Servius Tullius totum agrum, ut Fabius ait, in partes viginti sex, quas et ipsas tribus appellat, et quattuor urbanas iis addit, ita ut omnes efficiant numerum triginta tribuum.

7.

Sequentis narrationis cursum sistens rationes reddere volo, cur neque Fabio assentiar neque reliquis historicis qui scribunt illos pueros qui a Tarquinio relicti fuerant, ejus filios fuisse : ne qui eorum, qui illorum historias legerunt, me hæc comminisci arbitrentur, quod illos pueros non filios, sed nepotes Tarquinii fuisse dixerim. Omnino enim negligentes scriptores hanc historiam ediderunt in lucem, non examinatis iis, quæ quum nullo pacto fieri potuerint et absurda sint, fidem ejus tollunt.

8.

Hoc loco rursus cogor Fabii mentionem facere et ejus negligentiam in temporum supputatione redarguere. Quum enim ad eam suæ Historiæ partem venit ubi describit Aruntis interitum, non semel tantum peccat (sicuti antea jam dixi) quod scribit Aruntem Tarquinii filium esse; sed etiam iterum, quia ait illum defunctum a matre Tanaquilide sepultum fuisse, quæ ut illis temporibus adhuc fuerit superstes, nullo modo fieri potest.

9.

Tarquinium Collatinum Fabius Egerii filium fuisse tradit.

11.

Alius fortasse satis esse putaret vel ex iis ipsis quæ nunc Romæ fiunt, veterum institutorum non levia argumenta sumere : sed ego, ne quis absurda illa opinione motus hoc argumentum invalidum putet, Romanos videlicet, tota Græcia devicta, lubenter, patriis ritibus neglectis, alios meliores didicisse, ex illo tempore conjecturam ducam, quo nondum Græciæ principatum neque ullam aliam transmarinam pro-

σομαι τοῦ χρόνου τὴν τέκμαρσιν, ὅτε οὔπω τὴν τῆς Ἑλλάδος εἶχον ἡγεμονίαν, οὐδὲ ἄλλην διαπόντιον οὐδεμίαν ἀρχήν, Κοΐντῳ Φαβίῳ βεβαιωτῇ χρώμενος, καὶ οὐδεμιᾶς ἔτι δεόμενος πίστεως ἑτέρας· παλαιότατος γὰρ ἀνὴρ τῶν τὰ Ῥωμαϊκὰ συνταξαμένων, καὶ πίστιν οὐκ ἐξ ὧν ἤκουσε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν αὐτὸς ἔγνω, παρεχόμενος. Ipsam ludorum descriptionem, cui suas argumentationes Dionysius immiscet, exscribere longum sit. Dionysium tu adeas.

12.

Livius II, 40, de Coriolano : *Abductis deinde legionibus ex agro Romano, invidia rei oppressum periisse tradunt; alii alio leto. Apud Fabium, longe antiquissimum auctorem, usque ad senectutem vixisse eundem invenio. Refert certe hanc sæpe eum exacta ætate usurpasse vocem : Multo miserius seni exilium esse.*

13.

Livius VIII, 30, postquam de fausto prœlio dixerat quod Fabius, absente Papirio dictatore, contra quam jussum erat, cum Samnitis commisit (322 a. C.), pergit :

Auctores habeo, bis cum hoste signa collata, dictatore absente, bis rem egregie gestam. Apud antiquissimos scriptores una hæc pugna invenitur; in quibusdam annalibus tota res prætermissa est. Magister equitum, ut ex tanta cæde, multis potitus spoliis, congesta in ingentem acervum hostilia arma subdito igne concremavit : seu votum id deorum cuipiam fuit, seu credere libet Fabio auctori, eo factum, ne suæ gloriæ fructum dictator caperet, nomenque ibi scriberet, aut spolia in triumpho ferret.

14.

Livius X, 37, de anno 460 a. u., 294 a. C. L. Postumio Megillo et M. Atilio Regulo coss. : *Et hujus anni parum constans memoria est. Postumium, auctor est Claudius, in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum cum paucis Luceriam compulsum : ab Atilio in Etruria res gestas, eumque triumphasse. Fabius, ambo consules in Samnio et ad Luceriam res gessisse scribit, traductumque in Etruriam exercitum (sed ab utro consule, non adjecit), et ad Luceriam utrimque multos occisos : inque ea pugna Jovis Statoris ædem votam, ut Romulus ante voverat : sed fanum tantum, id est locus templo effatus, sacratus fuerat. Ceterum hoc demum anno ut ædem etiam fieri senatus juberet, bis ejusdem voti damnata republica, in religionem venit.*

15.

Polybius I, 14, 3 et 15, 12, de Fabii in enarrando bello Punico primo auctoritate. Vide Philini fr. 1.

16.

Polyb. I, 58 : Ὁ γὰρ Ἀμίλκας, τῶν Ῥωμαίων τὸν Ἔρυκα τηρούντων ἐπί τε τῆς κορυφῆς καὶ παρὰ τὴν ῥίζαν, καθάπερ εἴπομεν, κατελάβετο τὴν πόλιν τῶν Ἐρυκινῶν, ἥτις ἦν μεταξὺ τῆς τε κορυφῆς καὶ τῶν πρὸς τῇ ῥίζῃ στρατοπεδευσάντων. Ἐξ οὗ συνέβαινε παραβόλως μὲν ὑπομένειν καὶ διακινδυνεύειν πολιορκουμένους τοὺς τὴν κορυφὴν κατέχοντας τῶν Ῥωμαίων· ἀπίστως δὲ τοὺς Καρχηδονίους ἀντέχειν, τῶν τε πολεμίων πανταχόθεν προσκειμένων, καὶ τῶν χορηγιῶν οὐ ῥᾳδίως αὐτοῖς παρακομιζομένων, ὡς ἂν τῆς θαλάττης καθ' ἕνα τόπον καὶ μίαν πρόσοδον ἀντεχομένοις. Οὐ μὴν ἀλλὰ πάλιν ἐνταῦθα πάσαις μὲν ἀμφότεροι ταῖς πολιορκητικαῖς ἐπινοίαις καὶ βίαις χρησάμενοι κατ' ἀλλήλων, πᾶν δὲ γένος ἐνδείας ἀνασχόμενοι, πάσης δ' ἐπιθέσεως καὶ μάχης πεῖραν λαβόντες· τέλος, οὐχ, ὡς Φάβιος φησὶν, ἐξαδυνατοῦντες καὶ περικακοῦντες, ἀλλ' ὡς ἂν ἀπαθεῖς καὶ ἀήττητοί τινες ἄνδρες, ἱερὸν ἐποιήσαντο στέφανον. Πρότερον γὰρ ἐκείνους ἀλλήλων ἐπικρατῆσαι, καίπερ δύο ἔτη πάλιν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ διαγωνισαμένους, δι' ἄλλου τρόπου συνέβη λαβεῖν τὸν πόλεμον τὴν κρίσιν.

17.

Eutrop. III, 2 : *L. Æmilio consule* (529 a. u. 225 a. C.) *ingentes Gallorum copiæ Alpes transie-*

---

vinciam habebant; et Quintum Fabium auctorem sequar, cujus unius fides et auctoritas mihi sufficiet, nec ulla alia præterea opus est mihi : nam Romanorum scriptorum antiquissimus est, fidemque meretur non ex iis modo quæ audiendo accepit, sed ex iis etiam quæ ipse vidit et cognovit.

16.

Jam Amilcar Erycinorum urbem, inter ipsum verticem et eos qui in imo monte consederant sitam, occupat. Inde eveniebat, ut Romani, qui summum fastigium tenebant, ab hoste obsessi, mirabili constantia quævis aspera tolerarent, et pericula omnia subirent; Carthaginienses vero supra hominum fidem ipsi quoque hostibus undique prementibus resisterent; quamquam et commeatuum accedebat difficultas, quod uno duntaxat loco et unico aditu usum maris retinerent. Verum hic quoque postquam omnibus rationibus, quæ vel ab arte vel a vi atque robore ad expugnandos hostes petuntur, utrique essent usi, et inopiæ nullum non tolerassent genus, omnis denique invasionis et pugnæ periculum fecissent : tandem, non, ut Fabius ait, exhaustis viribus et victi malis, sed ut viri quidam nullo malorum sensu prædti atque invicti, hieram fecerunt. Prius enim quam alii alios vincerent (etsi per biennium rursus continuum eodem hoc loco ab eisdem certatum est), accidit, ut alia quadam ratione finis bello imponeretur. Igitur, quod ad Erycem, et copias terrestres, hic status rerum erat.

runt. Sed pro Romanis tota Italia consensit: traditumque est a Fabio historico, qui ei bello interfuit, DCCC millia hominum parata ad id bellum fuisse.

Orosius IV, 13, de eodem anno: *Consules totius Italiæ ad præsidium imperii contraxere vires. Quo facto in utriusque consulis exercitu octingenta millia armatorum fuisse referuntur, sicut Fabius historicus, qui eidem bello interfuit, scripsit.*

18.

Polyb. III, 8: Φάβιος δέ φησιν, ὁ Ῥωμαϊκὸς συγγραφεύς, ἅμα τῷ κατὰ Ζακανθαίους ἀδικήματι, καὶ τὴν Ἀσδρούβου πλεονεξίαν καὶ φιλαρχίαν, αἰτίαν γήσεσθαι τοῦ κατ' Ἀννίβαν πολέμου. Ἐκεῖνον γὰρ, μεγάλην ἀνειληφότα τὴν δυναστείαν ἐν τοῖς κατ' Ἰβηρίαν τόποις, μετὰ ταῦτα παραγενόμενον ἐπὶ Λιβύην, ἐπιβαλέσθαι, καταλύσαντα τοὺς νόμους, εἰς μοναρχίαν περιστῆσαι τὸ πολίτευμα τῶν Καρχηδονίων· τοὺς δὲ πρώτους ἄνδρας ἐπὶ τοῦ πολιτεύματος, προειδομένους αὐτοῦ τὴν ἐπιβολὴν, συμφρονῆσαι καὶ διαστῆναι πρὸς αὐτόν· τὸν δ' Ἀσδρούβαν, ὑπειδόμενον, ἀναχωρήσαντα ἐκ τῆς Λιβύης, τὸ λοιπὸν ἤδη τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν χειρίζειν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, οὐ προσέχοντα τῷ συνεδρίῳ τῶν Καρχηδονίων· Ἀννίβαν δὲ, κοινωνὸν καὶ ζηλωτὴν ἐκ μειρακίου γεγονότα τῆς ἐκείνου προαιρέσεως, καὶ τότε διαδεξάμενον τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, τὴν αὐτὴν ἀρχὴν Ἀσδρούβᾳ ποιεῖσθαι τῶν πραγμάτων. Διὸ καὶ τὸν πόλεμον τοῦτον ἐξενηνοχέναι κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν Ῥωμαίοις, παρὰ τὴν Καρχηδονίων γνώμην. Οὐδένα γὰρ εὐδοκεῖν τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἐν Καρχηδόνι τοῖς ὑπ' Ἀννίβου περὶ τὴν Ζακανθαίων πόλιν πραχθεῖσι. Ταῦτα δ' εἰπών φησι μετὰ τὴν τῆς προειρημένης πόλεως ἅλωσιν παραγενέσθαι τοὺς Ῥωμαίους, οἰομένους δεῖν ἢ τὸν Ἀννίβαν ἐκδιδόναι σφίσι τοὺς Καρχηδονίους, ἢ τὸν πόλεμον ἀναλαμβάνειν. Εἰ δέ τις ἔροιτο τὸν συγγραφέα, ποῖος ἦν καιρὸς οἰκειότερος τοῖς Καρχηδονίοις, ἢ ποῖον πρᾶγμα τούτου δικαιότερον ἢ συμφορώτερον, ἐπείπερ ἐξ ἀρχῆς δυσηρεστοῦντο, καθάπερ οὗτός φησι, τοῖς ὑπ' Ἀννίβου πραττομένοις, τοῦ, πεισθέντας τότε τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων παρακαλουμένοις, ἐκδοῦναι μὲν τὸν αἴτιον τῶν ἀδικημάτων, ἐπανελέσθαι δ' εὐλόγως δι' ἑτέρων τὸν κοινὸν ἐχθρὸν τῆς πόλεως, περιποιήσασθαι δὲ τῇ χώρᾳ τὴν ἀσφάλειαν, ἀποτρίψαμένους τὸν ἐπιφερόμενον πόλεμον, δόγματι μόνον τὴν ἐκδίκησιν ποιησαμένους; τί ἂν εἰπεῖν ἔχοι πρὸς αὐτά; δῆλον γάρ, ὡς οὐδέν. Οἵ γε τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ πρᾶξαί τι τῶν προειρημένων, ὡς ἑπτακαίδεκα ἔτη συνεχῶς πολεμήσαντες κατὰ τὴν Ἀννίβου προαίρεσιν, οὐ πρότερον κατελύσαντο τὸν πόλεμον, ἕως οὗ πάσας ἐξελέγξαντες τὰς ἐλπίδας, τελευταῖον εἰς τὸν περὶ τῆς πατρίδος καὶ τῶν ἐν αὐτῇ σωμάτων παρεγένοντο κίνδυνον.

Τίνος δὲ χάριν ἐμνήσθην Φαβίου καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνου γεγραμμένων; Οὐχ ἕνεκα τῆς πιθανότητος τῶν εἰρημένων ἀγωνιῶν, μὴ πιστευθῇ παρά τισιν· ἡ μὲν γὰρ παρὰ τούτων ἀλογία, καὶ χωρὶς τῆς ἐμῆς ἐξηγήσεως, αὐτὴ δι' αὐτῆς δύναται θεωρεῖσθαι παρὰ τοῖς ἐντυγχάνουσιν· ἀλλὰ τῆς τῶν ἀναλαμβανόντων τὰς ἐκείνου βίβλους ὑπομνήσεως· ἵνα μὴ πρὸς τὴν ἐπιγραφὴν, ἀλλὰ πρὸς τὰ πράγματα βλέπωσιν. Ἔνιοι γὰρ οὐκ ἐπὶ τὰ λεγόμενα συνεπιστήσαντες, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν τὸν λέγοντα, καὶ λαβόντες ἐν νῷ, διότι κατὰ τοὺς καιροὺς ὁ γράφων γέγονε, καὶ τοῦ συνεδρίου μετεῖχε τῶν Ῥωμαίων, πᾶν εὐθέως ἡγοῦνται τὸ λεγόμενον ὑπὸ τού-

18.

Fabius, historiarum scriptor Romanus, causam bello Hannibalico præbuisse, ait, præter injuriam Saguntinis illatam, Asdrubalis etiam avaritiam et dominandi cupiditatem. Illum enim, postquam magnum in Hispania potentatum sibi peperisset, in Africam deinde rediisse, et antiquare patrias leges esse aggressum, ac formam reipublicæ Carthaginiensium in principatum unius mutare. Sed primores civitatis viros, consilio illius animadverso, magno consensu se ab illo sejunxisse. Quod suspicatum Asdrubalem, ex Africa recessisse, atque Hispaniam ex illo tempore pro libidine sua administrasse, nulla posthac senatus Carthaginiensis ratione habita. Hannibalem vero, qui ab adolescentia particeps et amulus consiliorum illius fuisset, quum eo tempore in provincia Hispania ei successisset, in administratione rerum idem cum Asdrubale tenuisse institutum. Itaque hoc quoque bellum nunc ab eo Romanis fuisse illatum proprio suo consilio, præter Carthaginiensium sententiam: neminem enim Carthagine, qui quidem aliquo loco esset in republica, ea approbasse quæ adversus Saguntinorum civitatem fecit Hannibal. His expositis, addit deinde: capta Saguntinorum urbe, advenisse Romanos, qui aut deli sibi Hannibalem a Pœnis postularent, aut bellum suscipi. Hic si quis quærat ex Fabio: ecquam meliorem Carthaginienses exspectare occasionem quiverint, quodve inire justius aut sibi utilius consilium potuerint, siquidem semper ipsis, ut hic quidem ait, facta Hannibalis displicuerant, quam ut, Romanorum postulatis morem gerentes, auctorem injuriæ dederent, communem patriæ hostem probabili ratione per alios tollerent, publicam ditioni suæ tranquillitatem affirmarent, bellum imminens a suis cervicibus depellerent, unius denique decreti ope ab illo homine se vindicarent? quid habeat, quod ad hæc respondeat? Palam est, responderi nihil posse. Nam Carthaginienses quidem tantum ab eo abfuerunt, ut quidquam facerent illorum quæ diximus, ut bellum ex Hannibalis sententia susceptum per annos septemdecim continuos gesserint, neque prius incepto destiterint, quam, tentata quavis belli spe, de patria ipsa tandem et sua omnium salute cœperunt periclitari.

Quorsum vero Fabii, et eorum quæ ab illo scripta sunt, mentionem feci? Non, quod adeo similia veri putem ista quæ commemoravi, ut verear, ne fidem apud nonnullos inveniant. Etenim, quam sint hæc a ratione aliena, vel me tacente, facile in oculos legentium incurrit. Verum ut eos admonerem, in quorum manus historiæ illius venerint, ne titulum libri, sed res ipsas attendant. Reperiuntur enim, qui ad narrantem potius, quam ad illa quæ narrantur, animum advertentes, quum eisdem temporibus auctorem vixisse co-

του πιστόν. Ἐγὼ δὲ φημὶ μὲν δεῖν οὐκ ἐν μικρῷ προσλαμβάνεσθαι τὴν τοῦ συγγραφέως πίστιν, οὐκ αὐτοτελῆ δὲ κρίνειν· τὸ δὲ πλεῖον ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων πείεῖσθαι τοὺς ἀναγινώσκοντας τὰς δοκιμασίας. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ γε Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων πολέμου (τὴν γὰρ παρέκβασιν ἐντεῦθεν ἐποιησάμεθα) νομιστέον πρώτην μὲν αἰτίαν γεγονέναι τὸν Ἀμίλκου θυμὸν, τοῦ Βάρκα μὲν ἐπικαλουμένου, πατρὸς δὲ κατὰ φύσιν Ἀννίβου γεγονότος. Ἐκεῖνος γὰρ, οὐχ ἡττηθεὶς τῷ περὶ Σικελίας πολέμῳ τῇ ψυχῇ, τῷ δοκεῖν αὐτὸς μὲν ἀκέραια διατετηρηκέναι τὰ περὶ τὸν Ἔρυκα στρατόπεδα ταῖς ὁρμαῖς ἐφ' ὧν αὐτὸς ἦν, διὰ δὲ τὴν ἐν τῇ ναυμαχίᾳ τῶν Καρχηδονίων ἥτταν τοῖς καιροῖς εἶκων, πεποιῆσθαι τὰς συνθήκας, ἔμενεν ἐπὶ τῆς ὀργῆς, τηρῶν ἀεὶ πρὸς ἐπίθεσιν. Εἰ μὲν οὖν μὴ τὸ περὶ τοὺς ξένους ἐγένετο κίνημα τοῖς Καρχηδονίοις, εὐθέως ἂν ἄλλην ἀρχὴν ἐποιεῖτο καὶ παρασκευὴν πραγμάτων, ὅσον ἐπ' ἐκείνῳ. Προκαταληφθεὶς δὲ ταῖς ἐμφυλίοις ταραχαῖς, ἐν τούτοις καὶ περὶ ταύτας διέτριβε τὰς πράξεις.

19.

Livius XXII, 7 : *Hæc est nobilis ad Trasimenum pugna atque inter paucas memorata populi Romani clades. Quindecim millia Romanorum in acie cæsa sunt; decem millia sparsa fuga per omnem Etruriam diversis itineribus urbem petiere. Mille quingenti hostium in acie, multi postea utrimque ex vulneribus periere. Multiplex cædes utrimque facta traditur ab aliis. Ego præterquam quod nihil haustum ex vano velim, quo nimis inclinant ferme scribentium animi, Fabium, æqualem temporibus hujusce belli, potissimum auctorem habui.*

NUMERII FABII PICTORIS ANNALES.

20.

Cicero De divin. I, 21 extr. : *Sint hæc somnia fabularum : hisque adjungatur etiam Æneæ somnium, quod in Numerii Fabii Pictoris Annalibus ejusmodi est, ut omnia quæ ab Æenea gesta sunt quæque illi acciderunt ea fuerint, quæ ei secundum quietem visa sunt.*

Ex Numerio igitur sua habet Diodorus.

21.

Diodor. VII, 3,3 (ap. Syncell. p. 194, Euseb. p. 210) : Τὴν δ' ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἀσκάνιος υἱὸς ἔκτισεν Ἄλβαν τὴν νῦν καλουμένην Λόγγαν, ἣν ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ τότε μὲν Ἀλβᾶ καλουμένου, νῦν δὲ Τιβέρεως ὀνομαζομένου. Περὶ δὲ τῆς προσηγορίας ταύτης Φάβιος ὁ τὰς Ῥωμαίων πράξεις ἀναγράψας ἄλλως μεμυθολόγηκεν. Φησὶ γὰρ Αἰνείᾳ γενέσθαι λόγιον, τετράπουν αὐτῷ καθηγήσασθαι πρὸς κτίσιν πόλεως· μέλλοντος δ' αὐτοῦ θύειν ὃν ἔχυσεν τῷ χρώματι λευκὴν, ἐκφυγεῖν ἐκ τῶν χειρῶν, καὶ διωχθῆναι πρός τινα λόφον, πρὸς ὃν κομισθεῖσαν τεκεῖν λ' χοίρους. Τὸν δὲ Αἰνείαν τό τε παράδοξον θαυμάσαντα καὶ τὸ λόγιον ἀνανεούμενον ἐπιχειρῆσαι μὲν οἰκίσαι τὸν τόπον, ἰδόντα δὲ κατὰ τὸν ὕπνον ὄψιν ἐναργῶς διακωλύουσαν καὶ συμβουλεύουσαν μετὰ λ' ἔτη κτίζειν, ὅσοσπερ ὁ τῶν τεχθέντων ἀριθμὸς ἦν, ἀποστῆναι τῆς προθέσεως.

Cf. Dionys. Hal. I, 56, ubi Numerius inter eos intelligendus, quos verbis ἕτεροι δὲ introducit, monente Klausenio *Æneas u. die Penaten*, 1840, tom. II, p. 596, not. 1021.

---

gitant, et Romanum senatorem fuisse, quidquid ab eo dictum est, pro fide digno protinus arripiunt. Ego vero fidem ejus scriptoris, sicut minime aspernandam censeo, ita non tanti certe faciendam, ut judicium lectoris unice velim inde pendere : sed ex rebus potius ipsis, quæ narrantur, faciendum judicium dico. Enimvero belli hujus Romanorum et Carthaginiensium (nam inde sumus digressi) prima causa censeri debet, ira Amilcaris, qui Barca est cognominatus, fuitque Hannibalis pater naturalis. Hic enim, post bellum de Sicilia invictum animum retinens, quod copias, quibus ad Erycem præfuerat, integras illæsasque conservaverat, eadem secum agitantes consilia : utut propter cladem maritimo prælio acceptam a Carthaginiensibus, temporibus cedens, pacem fecerat; iram tamen coquebat, occasioni ad bellum inferendum semper intentus. Itaque, nisi motu mercenariorum impediti Carthaginienses fuissent, nulla interposita mora novum bellum denuo esset exorsus, quantum quidem in ipso foret. Nunc, intestina seditione præventus, in rebus patriæ componendis coactus est se occupare.

21.

Successit filius Ascanius, urbemque condidit Albam, Longam nunc dictam, cui de Alba flumine, qui nunc Tiberis vocatur, nomen indidit. De hujusmodi vero appellatione Fabius, qui res a Romanis gestas literis consignavit, fabulam aliam prodidit. Datum videlicet Æneæ oraculum fuisse de animante quadrupede, quæ condendæ urbis dux foret. Jam quum sacra facturus fuisset, fœtam suem albo colore manibus sacrificantis elapsam in collem quendam se recepisse, ibique peperisse triginta porcellos. Æneam portentum id miratum, et oraculi responsum mente volventem, urbem ibidem loci exstruere molitum esse : vidisse vero per quietem somnium, quo clarissime vetabatur, monebaturque post annos triginta, quot numero porcelli erant, urbem condere, atque ita ab incepto destitisse.

FRAGMENTA

QUÆ AD CERTUM ALIQUEM FABIORUM REFERRI NEQUEUNT.

22.

De Origin. gent. Rom. c. 20 : *Fabius Pictor libro primo et Vennonius solito institutoque egressam virginem in usum sacrorum aquam petitum ex eo fonte, qui erat in luco Martis, subito imbribus tonitrubusque, quæ cum illa erant, disjectis, a Marte compressam. Conturbatamque mox recreatam consolatione dei nomen suum indicantis, affirmantisque, ex ea natos dignos patre evasuros.*

23.

Servius ad Virg. Æn. XII, 603, de Amata Latini uxore : *Alii dicunt* (al. *Fabius Pictor dicit*), *quod inedia se interemerit.*

24.

Cicero De divin. I, 26 : *Omnes hoc historici, Fabii, Gellii, sed proxime Cœlius : Quum bello Latino ludi votivi maximi primum fierent, civitas ad arma repente est excitata. Itaque ludis intermissis instaurativi constituti sunt. Qui antequam fierent, quumque jam populus consedisset, servus per circum, quum virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. Exin cuidam rustico Romano dormienti visus est venire qui diceret, prœsulem sibi non placuisse ludis, idque ab eodem jussum esse cum senatui nuntiare : illum non ausum. Iterum esse idem jussum, et monitum ne vim suam experiri vellet : ne tum quidem esse ausum. Exin filium ejus esse mortuum : eandem in somnis admonitionem fuisse tertiam. Tum illum etiam debilem factum, rem ad amicos detulisse, quorum de sententia lecticula in curiam esse delatum; quumque senatui somnium enarravisset, pedibus suis salvum revertisse. Itaque somnio comprobato a senatu, ludos illos iterum instauratos memoriæ proditum est.*

25.

Arnobius Adv. gent. VI, 7 : *Quod si planum fieri testimoniis postulatis auctorum, Sammonicus, Granius, Valerianus vobis et Fabius indicabunt, cujus Olus fuerit filius, gentis et nationis cujus, ut a germani servulis vita fuerit spoliatus et lumine : quid de suis commeruerit civibus, ut ei sit abnegata telluris patriæ sepultura. Condiscetis etiam, quamvis nolle istud publicare se fingant, quid sit capite resecto factum, vel in parte qua rei curiosa fuerit obscuritate conclusum; ut immobilis videlicet atque fixa obsignati ominis perpetuitas starct.*

26.

Plinius H. N. XIV, c. 13 : *Fabius Pictor in Annalibus scripsit, matronam, quod loculos, in quibus erant claves vinariæ cellæ, resignavisset, a suis inedia mori coactam.*

27.

Plinius H. N. X, c. 24 : *Tradit et Fabius Pictor in Annalibus suis, quum obsideretur præsidium Romanum a Ligustinis, hirundinem a pullis ad se allatam : ut lino ad pedem ejus alligato nodis significaret, quoto die adveniente auxilio eruptio fieri deberet.*

28.

Suidas : Φάβιος Πίκτωρ, συγγραφεὺς Ῥωμαίων. Οὗτος λέγει ἄρχοντι Ῥωμαίων μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ σφετερίζεσθαι ἐκ τοῦ δημοσίου ὁτιοῦν.

29.

Strabo V, p. 228, de Sabinis : Φησὶ δ' ὁ συγγραφεὺς Φάβιος Ῥωμαίους αἰσθέσθαι τοῦ πλούτου τότε πρῶτον, ὅτε τοῦ ἔθνους τούτου κατέστησαν κύριοι.

Fabium grammaticum memorat Marius Victorin. Art. gramm. I, p. 2468 ed. Putsch. : *Repertores literarum Cadmus ex Phœnice in Græciam, et Evander ad nos transtulerunt... Grammatici præterea Demetrius Phalereus, ex nostris autem Cincius, Fabius, Gellius tradiderunt,* etc.

28.

Fabius Pictor, Romanus historicus, nulli Romanorum magistratui permitti ait ut ex bonis publicis aliquid in suos usus convertat.

29.

Fabius historicus inquit tunc demum Romanos sensisse divitias, quum Sabinorum gentem sibi subjecissent.

L. CINCIUS ALIMENTUS.
P. CORNELIUS SCIPIO. C. ACILIUS GLABRIO.

L. CINCIUS ALIMENTUS.

M. Hertz. *De Luciis Cinciis* (Berolin. 1842) p. 3 : « Quum neque in consularibus neque in triumphalibus fastis ullius Cincii fiat mentio, neque quisquam eorum præter nostrum ac M. Cincium Alimentum, tr. pl. a. u. 530, legis Cinciæ de donis ac muneribus latorem, ad rempublicam gerendam accessisse videatur, minus nobilem hanc gentem plebeiam fuisse censeo quam antiquam et numerosam. Hoc vero Festus p. 262 Müll. prodere videtur : *Romanam portam vulgus appellat ubi ex epistylio defluit aqua. Qui locus ab antiquis appellari solitus est statuæ Cinciæ, quod in eo fuit sepulcrum ejus familiæ.* Conf. Paul. Diacon. p. 57 M. : *Cincia locus Romæ, ubi Cinciorum monimentum fuit.* Eodem in loco antiquas Cinciorum ædes fuisse inde conjicias, quod antiquissimis temporibus in sua quisque domo sepultus esse traditur a Servio et Isidoro (cf. Creuzer. *Abriss* p. 455 edit. alt.; Klausen. *Æneas u. d. Penaten* p. 1016; Herzberg. *De diis Rom. patriis*, Hal. 1840, p. 10 sq.). »

Secundum Pighium (in Ann. tom. II, p. 142, 171, 178) L. Cincius Alimentus quæstor fuit a. u. c. 533, tribunus plebis a. u. c. 539, ædilis pl. a. u. c. 541. Quæ quam firmo nitantur fundamento, nos jam non quærimus. Certiora tradit Livius, ex quo prætor L. Cincius creatus est a. u. c. 544 (210 a. C.) M. Claudio Marcello IV et M. Valerio Lævino II coss. Ita enim Livius XXVI, 23 : *Prætoria inde comitia habita. P. Manlius Vulso et L. Manlius Acidinus et C. Lætorius et L. Cincius Alimentus creati sunt.* Provinciam obtinuit Siciliam. Livius l. l. c. 28 : *Decrevere Patres, ut alteri consulum Italia bellumque cum Hannibale provincia esset : alter classem, cui T. Otacilius præfuisset, Siciliamque provinciam cum L. Cincio obtineret;* et paucis interjectis : *L. Cincio prætori ad obtinendam Siciliam Cannenses milites dati, duarum instar legionum.* « Agrigenti deinde (Hertzii verba sunt) multarumque aliarum urbium vel deditioni vel expugnationi videtur affuisse (Liv. c. 40) cum Lævino, cui ea provincia obtigerat (c. 29), donec ille autumno jam instante ad comitia consularia habenda Romam literis accitus insulam a se pacatam atque exercitum prætori mandavit (XXVII, 5). Quam provinciam haud diu obtinuit Cincius, quum Lævinus, ne dictator, quem ex senatus decreto plebs jussisset, invito sibi esset dicendus, clam nocte in Siciliam rediret, ubi et ei et Cincio in annum insequentem prorogatum est imperium cum exercitu Cannensi, quem ex militibus, qui ex Cn. Fulvii superessent legionibus, jussi sunt supplere : Lævini enim legiones Q. Fulvio cos. erant decretæ, quamobrem Q. Maximus Q. Fabii consulis filius a patre missus amplius tria millia militum ex Fulviani exercitus reliquiis adduxit, referens inde duas illas legiones et triginta quinqueremes, quas Tarentum ad patrem duceret, dum cetera classe prædatum in Africam trajicere aut ipse Lævinus jubetur aut mittere eo vel L. Cincium vel Valerium Messalam. Lævini tamen copiæ per Numidas quoque transfugas Siculorumque aliquem delectum auctæ inde non minutæ sunt, ut duorum exercituum speciem posset servare, quorum altero cum dimidia classe L. Cincium eam partem insulæ, qua Hieronis fuerat regnum, tueri jussit, altero ipse ceteram tuebatur insulam (XXVII, c. 7 sq.). In annum deinde insequentem L. Julio Cæsari prætori cum milite Cannensi provincia data est Sicilia, Lævino imperium prorogatum et classis septuaginta navium relicta, ut cum ea triginta navibus Tarento arcessitis aucta tunc demum, si ipsi videretur, prædatum in Africam trajiceret (XXVII, 22) : Cincius vero (c. 26) consulum literis ad Magonem Locris oppugnandum ex Sicilia cum classe excitus est, cujus imperium ei relictum esse videtur; quam ad rem summa vi, operibus tormentorumque omni genere ex Sicilia advecto, accessit. Mago, quum Hannibalem consulibus devictis, Marcello occiso, auxilio venire ipsi nuntiatum esset, ferox in hostes erupit. Primo anceps erat certamen. Deinde ut Numidarum equitatus ab Hannibale præmissus supervenit, tantus pavor est Romanis injectus, ut passim ad mare et naves fugerent, relictis operibus machinisque, quibus muros quatiebant (c. 28). Locrorum obsidione sic soluta Romam rediit Cincius; unde tamen paucis diebus post cum Sexto Julio Cæsare (cf. Klausen l. l. p. 1062 sq.) et L. Licinio Pollione Capuam ad Crispinum consulem missus est, qui gravi vulnere oppressus literas Romam scripserat, *se comitiorum caussa non*

posse Romam venire... legatos opus esse ad se mitti, viros prudentes, cum quibus quæ vellet de republica loqueretur. Legati hi nuntiare jussi consuli, *ut si ad comitia ipse Romam venire non posset, dictatorem in agro Romano diceret comitiorum caussa. Si consul Tarentum profectus esset, Q. Claudium prætorem placere in eam regionem inde abducere legiones, in qua plurimas sociorum urbes tueri posset* (c. 29). Dictatorem dictum esse a Quinctio T. Manlium Torquatum capite deinde tricesimo tertio nobis tradit Livius, de legatis vero ipsis nihil memoriæ habemus consignatum, neque in libris sequentibus ulla Cincii injicitur mentio. At libro XXI, c. 38 hæc legimus : *L. Cincius Alimentus qui captum se ab Hannibale scribit maxime auctor me moveret*, etc. (v. fr. 7). Eum enim nostrum Cincium esse vix est cur dubitaverit Pighius (*), qui tom. II, p. 142 ad a. u. 534, ubi quæstorem L. Cincium Alimentum ponit, hunc filium potius sibi historici quam ipsum historicum videri monet. Is enim ab Hannibale captus ei videtur initio belli, cujus postea historiam accuratius prodiderit. Hæc vero captivitas cum prætura novem annis post gesta nullo modo conciliari posse ei videtur, quod senatus Romanus et censores, ut ipsius utar verbis, eo tempore omnes, qui arma hostibus tradidissent, in Siciliam, quamdiu Pœni in Italia essent, relegatos variis ignominiis et gravi insuper malitia proculcabant. At Vossius assensum nactus Longolii (Notitia Hermundorum etc., ed. Ernesti. 1794. II, p. 4), et Liebaldtius (Histor. Rom. Reliq. Hal. 1833, p. 6 sqq. coll. Lachmann. De fontt. Liv. II, p. 16) hanc dubitationem vanam esse ostenderunt. Historicum ipsum rebus a se narratis affuisse narrat Dionysius Hal. A. R. I, c. 6, commode a Vossio allatus. Quomodo vero pater illius viri senex certe illo tempore depontanus bello potuit adesse? Quomodo Fabio, qui harum rerum auctor vocatur antiquissimus, dici subæqualis? Num porro credibile est de viro, quem senatorem fuisse dicit Dionysius Hal. I, 74, ut eum ex gente plebeia oriundum ad rem publicam accessisse necesse sit, neque id sine laude, si ex insigni cum Hannibale familiaritate, qua captus gaudebat, colligere aliquid licet, nihil omnino memoriæ proditum esse nisi historiam eum scripsisse? Quid denique movere nos debet ut initio belli captum dicamus Cincium nulla temporis notione a Livio tradita? Nihil igitur obstat, quin cum Vossio, Lachmanno, Liebaldtio, Blumio (*Einleitg in Roms alt. Gesch.* p. 66) unum eundemque statuas Cincium prætorem et historicum, eumque post illam legationem anno u. 546 susceptam dicas captum; si enim eundem quidem utrumque hominem Pighianum censes, initio vero belli captum, id quod post Meierottonem (Diss. Livian. II, p. 7) fecit Niebuhrius (tom. I, p. 287 ed. quart.) his verbis : « Er war Senator u. im Hannibalischen Kriege Prætor, obgleich er am Anfang desselben das Unglück gehabt hatte Gefangener der Pœner zu werden » — in nodum illo contortiorem implicaberis : nam, id quod acute monet Liebaldtius p. 7, si revera Cincius bello Punico secundo ineunte in Hannibalis potestatem venisset, quum Romani captivos aut redimere nollent (Liv. XXII, 57 et 61. XXXIV, 50. Appian. De bell. Hann. 27 et 28. Macrob. Sat. I, 11), aut certe eos qui fugerant ignominia notarent (Liv. XXIII, 31. XXV, 5. 7. XXVII, 7. 11. XXIX, 24), nonne propius ad verum accederet Pighii quam Niebuhrii sententia, quippe quorum hic Cincium redemptum ad præturam pervenisse censeret, ille ab eo postea ullum magistratum obitum esse prorsus negaret? Cui id quoque adjicio, Hannibalem hominem callidissimum primo belli tempore ne captivo quidem tam accurate numerum militum, quem quum maxime amisisset et reliquum haberet, expositurum fuisse. Per captivitatis igitur tempus ab ipso Hannibale multa videtur comperisse, quæ ad bellum hoc facerent, et vel ibi, fortasse ut ἀντίδωρον Hannibali offerret, quo de Romanorum et antiquitate et de novissimi belli quibus interfuerat rebus gestis certiorem eum faceret, vel post redemptus per vitæ privatæ otium opus suum historicum composuisse. » Hæc de vita Cincii Hertzius.

Historiam populi Romani a Cincio sermone græco traditam atque ita quidem, ut antiquiora tempora κεφαλαιωδῶς enarraret, sui vero ipsius ævi res διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἀκριβῶς exponeret, testatur Dionysius Hal. A. R. I, 5 (v. fr. Fabii Pictoris), cujus fidem qui subvertere studuerunt, nihil illi quidem protulerunt, quod notari h. l. mereatur. Narrationem auctor ad finem usque belli Punici secundi deduxerit. Ex fragmentis numero paucissimis hoc certe patet, Cincium de priscis temporibus plerumque consensisse cum Fabio, cujus opus, etsi æqualis viri, ante oculos habuisse videtur. A Livio (fr. 6) Cincius dicitur *diligens monumentorum auctor.*

(*) « Eandem dubitationem miror proferre Clintonem F. H. ad a. 218, quod Dionysius A. R. I, p. 187 tantum senatorem eum fuisse mandet, quam causam eo jam irritam esse censuerim, quod Cincius homo plebeius ne senator quidem fieri poterat, nisi quæstura minimum functus : jam igitur ad rempublicam accessisse Dionysianum quoque Cincium oportet. Cf. de Cincio Clintonem ad an. 225 et 190 »

1.

De origine gentis Rom. c. 17 : *Ascanius completis in Lavinio triginta annis recordatus novæ urbis condendæ tempus advenisse ex numero porcorum, quos pepererat sus alba, circumspectis diligenter finitimis regionibus speculatus montem editum, qui nunc ab ea urbe, quæ in eo condita est, Albanus nuncupatur, civitatem communit : eamque ex forma, quod ita in longum porrecta est, Longam, ex colore suis Albam cognominavit. Quumque illuc simulacra deorum Penatium transtulisset, postridie apud Lavinium apparuerunt : rursusque relata Albam, appositisque custodibus nescio quantis, se Lavinium in pristinam sedem identidem receperunt. Itaque tertio nemo ausus est amovere ea, ut scriptum est in Annali Pontificum IV (?) lib., Cincii et Cæsaris II, Tuberonis I.* Cf. Klausen. *Æneas.* p. 623.

2.

Ibid. c. 18 : *Post eum* (Silvium Postumum) *regnavit Tiberius Silvius Silvii filius. Qui quum adversus finitimos bellum inferentes copias eduxisset, inter prœliantes depulsus in Albulam flumen deperiit mutandique nominis exstitit causa, ut scribunt Lucius Cincius lib. I, Lutatius lib. III.*

Duo hæc fragmenta num vere sint L. Cincii propter fidem auctoris libri De gent. Rom. merito suspectam dubitari potest. Apud Strabonem V, p. 230 D, ubi Κεκίλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεὺς laudatur, non intelligendum esse Cincium nostrum, ut Heynius ad Virgil. Æn. exc. ad lib. VII conjiciebat, sed Cœlium Antipatrum, recte monet Lachmann. De fontt. Liv. I, p. 30. Cf. Hertz. l. l. p. 21.

3.

Dionys. Hal. I, 74, c. 187 R. : Λεύκιος δὲ Κίγκιος, ἀνὴρ τῶν ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ συνεδρίου, περὶ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς δωδεκάτης ὀλυμπιάδος (Romam conditam statuit).

Eadem Solin. c. 2, Euseb. Chron. p. 208 ed. Mai., Syncell. p. 193, D. Quæ de hujus computi ratione disputat Niebuhr. I, 299. 286, vereor ne acutiora sint quam veriora.

4.

Idem. I, 79, p. 201 R. de Iliæ sobole. Vide Q. Fabii Pictoris fr. 1.

5.

Idem II, 38 et 39 de Tarpeia urbem Sabinis prodente. Vide fragm. 4 Fabii Pictoris.

6.

Idem in Exc. Escorial. De insid. c. 1, ubi Spurii Mælii historia sec. Cincium et Calpurnium Pisonem exponitur. Vide Dionysii Exc. Escor. in tom. II, p. XXVIII.

7.

Livius VII, 3 : *Lex vetusta est priscis literis verbisque scripta, ut qui prætor maximus sit, Idibus septembribus clavum pungat. Fixus fuit dextro lateri ædis Jovis optimi maximi ex qua parte Minervæ templum est. Eum clavum, quia raræ per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuisse ferunt : eoque Minervæ templo dicatam legem quia numerus Minervæ inventum sit. Volsiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nortiæ Etruscæ deæ comparere diligens talium monumentorum auctor Cincius affirmat.* Cf. Müller. *Etrusc.* p. 329 sq. Klausen *Æneas* p. 1010.

8.

Livius XXI, 38 : *Quantæ copiæ transgresso in Italiam Hannibali fuerint, nequaquam inter auctores constat. Qui plurimum, centum millia peditum, viginta equitum fuisse scribunt, qui minimum, viginti millia peditum, sex equitum. L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Hannibale scribit, maxime auctor me moveret, nisi confunderet numerum, Gallis Liguribusque additis : cum his octoginta millia peditum, decem equitum adducta in Italiam : (magis affluxisse verisimile est, et ita quidam auctores sunt) : ex ipso autem audisse Hannibale, postquam Rhodanum transierit, triginta sex millia hominum, ingentemque numerum equorum et aliorum jumentorum amisisse, in Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat, in Italiam degressum.*

« Vel consulto vel ab Hannibale deceptum falsa ibi tradere Cincium in animum sibi induxit summus Gibbon. (*Miscellaneous works*, tom. II, p. 186 sqq.), laudatus a Lachmanno l. l. II, p. 16, qui contra ingeniosissima disputatione evincit p. 81, non Cincium hic errasse, sed Livium græcæ linguæ imperitia Polybii verba inconsultius nonnunquam vertentem, in Cincii quoque sententia interpretanda lapsum esse. Quos enim Cincius ipsi tabulæ Laciniensi ab Hannibale conscriptæ (Polyb. III, 33) consentiens ex Hispania in Italiam profectos dixe-

1.

Lucius Cincius, vir ex ordine senatorio, circa annum quartum Olympiadis duodecimæ Romam urbem conditam esse statuit.

rit, eos Livium revera eo pervenisse putasse, ita vero hanc rem explicaturum fuisse, ut Gallos et Ligures, qui postea affluxerint neque unquam tantum numerum effecerint, a Cincio errante adjectos esse scripserit. » Hertz p. 24.

Subjicio notitiam ceterorum fragmentorum, quæ ex Cincii nescimus cujus, vel etiam Cinciorum juniorum, operibus laudantur.

1. De fastis. Macrob. Saturn. I, 12. Joh. Laurent. Lydus De menss. IV, 44, p. 216 ed. Rœth. (ubi Κίγκιος ὁ Ῥωμαῖος σοφιστής). Idem IV, 92, p. 290 (Κίγκιος ἐν τῷ Περὶ τῶν ἑορτῶν).

2. De comitiis. Festus v. *Patricios*.

3. De consulum potestate. Festus v. *Prætor*.

4. De officio jurisconsulti (libri min. II). Festus v. *Nuncupata pecunia*, *Sanates*, *Subjici*.

5. Mythagogicon libri (min. II). Festus v. *Trientem*.

6. De re militari (libri min. VI). Gellius N. A. XVI, 4.

7. De verbis priscis. Festus v. *scenam* p. 330; *peremere* p. 214; *reconductæ* p. 277; *rodus* p. 265; *Tuditantes* p. 352; *gentilis* p. 94; *natio* p. 166, *naccæ* p. 166; *naucum* ibid.; *nuptias* p. 170; *novalem agrum* p. 174; *obstitum* p. 193; *prævidanea porca* p. 218; *refriva fabra* p. 277; *Salias virgines* p. 329; *sinistræ aves* p. 339; *vindiciæ* p. 376. Fulgentius De prisc. serm. v. *silicernios*.

Adde incertæ sedis fragmenta ap. Servium ad Virg. Æn. II, 225. Georg. I, 10; Arnob. Adv. Gent. III, 38. 39. Charisii Instit. gramm. I, 21, 124 p. 76 ed. Lindem. Mar. Victorin. I, 4, § 95 et 96. Fragmenta exscripta habes ap. Hertz. l. l. p. 32 — 60.

P. CORNELIUS SCIPIO.

P. Cornelium Scipionem Africanum, Africani majoris f., patrem adoptivum Scipionis Æmiliani, græcam quandam historiam scripsisse testatur Cicero in Brut. c. 20 : *Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse. Filius quidem ejus, is, qui hunc minorem Scipionem a Paullo adoptavit, si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus. Indicant quum oratiunculæ, tum historia quædam græca, scripta dulcissime.* Cf. Vell. Paterc. I, 10, 3.

C. ACILIUS GLABRIO.

Krause (*Vit. et Fragm. histor. rom.* p. 84) : « A. u. c. 551, belli secundi Punici sexto decimo, Cn. Servilio Cæpione, C. Servilio Gemino consulibus, Acilius noster quæstor provincialis fuit; tribunus plebis a. 557 C. Cornelio Cethego, Q. Minucio Rufo consulibus. Fuit etiam senator, ut Gellius testis est, apud quem hæc verba legimus (VII, 14, 9) : *Erant isti philosophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus : et in senatum quidem introducti interprete usi sunt C. Acilio senatore.* Cf. Plutarch. Cat. c. 22; Macrob. Sat. I, 5; Cic. Academ. II, 45, 137. Accidit autem res a. u. 599, P. Scipione et M. Marcello consulibus, quum C. Acilius jam ad summam senectutem pervenisset. Scripsit græce historiam Romanam ab urbis primis temporibus usque ad suam ætatem, quod testantur, qui eum auctorem exhibent, Cicero, Livius, Plutarchus, alii. Quibus in rebus tradendis desierit, etsi affirmare non licet, tamen auctore Livio XXXV, 14 res anno 560 gestas exposuit. Græcos ejus annales, quos vocat Livius XXV, 39 et XXXV, 14, Claudius quidam (nam qui sit ignotum est) in Latinum sermonem vertit, eamque Claudii translationem, historiarum græce scriptarum quantum constat omnino primam, adhibuit Livius, ut ipse fatetur duobus locis, quorum primo (XXV, 39) majorem etiam hostium numerum tradidit quam Piso et qui augendis numeris famosus est Claudius Valerius Antias. Ipsius autem [illegible] annalibus usi sunt Cicero, Dionysius, [illegible] scriptique [illegible] origine gentis Romanæ, [illegible] tamen [illegible] cum Vossio existimandum, [illegible] cum peculiarem librum de bello Hannibalico, a Cicerone adhibitum, sed ea in ipsis erant annalibus comprehensa. Denique Vossius, id quod in medio relinquo, eundem Acilium Glabrionem intellexit apud Atilium Fortunatianum, qui in libro De arte metrica p. 2680 ed. Putsch. de versu Saturnio locutus ita rettulit : *In Acilii Glabrionis tabula : Fundit fugat posternit maximas legiones.* » Cf. Lachmann. De fontt. Livii I, p. 23 sq.

1.

De origin. gent. Rom. c. 10, 2 : *Et postquam ad classem rediit, repperitque mortuam* (Prochytam), *in insula proxima sepelisse, quæ nunc quoque eodem est nomine, ut scribunt Vulcatius Acilius et Piso* (vulgo : *Acilius Piso*).

2.

Plutarchus Romul. c. 21 : Γάϊος δὲ Ἀκίλιος ἱστορεῖ, πρὸ τῆς κτίσεως τὰ θρέμματα τῶν περὶ τὸν Ῥω-

μύλον ἀφανῆ γενέσθαι· τοὺς δὲ τῷ Φαύνῳ προσευξαμένους ἐκδραμεῖν γυμνοὺς ἐπὶ τὴν ζήτησιν, ὅπως ὑπὸ τοῦ ἱδρῶτος μὴ ἐνοχλοῖντο, καὶ διὰ τοῦτο γυμνοὺς περιτρέχειν τοὺς Λουπέρκους.

3.

Dionysius Hal. A R. III, 67, p. 582 R.: Ἔγωγ' οὖν ἐν τρισὶ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις κατασκευάσμασι τῆς Ῥώμης, ἐξ ὧν μάλιστα τὸ τῆς ἡγεμονίας ἐμφαίνεται μέγιστον, τάς τε τῶν ὑδάτων ἀγωγὰς τίθεμαι καὶ τὰς τῶν ὁδῶν στρώσεις καὶ τὰς τῶν ὑπονόμων ἐργασίας, οὐ μόνον εἰς τὸ χρήσιμον τῆς κατασκευῆς τὴν διάνοιαν φέρων· ὑπὲρ οὗ κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν ἐρῶ· ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν τῶν ἀναλωμάτων πολυτέλειαν, ἣν ἐξ ἑνὸς ἔργου τεκμήραιτ' ἄν τις, Γάϊον Ἀκύλιον ποιησάμενος τοῦ μέλλοντος λέγεσθαι βεβαιωτήν, ὃς φησιν ἀμεληθεισῶν ποτε τῶν τάφρων καὶ μηκέτι διαρρεομένων, τοὺς τιμητὰς τὴν ἀνακάθαρσιν αὐτῶν καὶ τὴν ἐπισκευὴν χιλίων μισθῶσαι ταλάντων.

4.

Cicero De off. III, 32: *Ut laudandus Regulus in conservando jurejurando, sic decem illi, quos post Cannensem pugnam juratos ad senatum misit Hannibal, se in castra redituros ea, quorum erant potiti Pœni, nisi de redimendis captivis impetravissent, si non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes uno modo. Nam Polybius* (IV, 56) *etc.... Acilius autem, qui græce scripsit historiam, plures ait fuisse, qui in castra revertissent eadem fraude, ut jurejurando liberarentur, eosque a censoribus omnibus ignominiis notatos.*

E CLAUDIO TRANSLATORE.

5.

Livius XXV, 39, de L. Marcii in Hispania rebus gestis (a. u. 542. 212 a. C.): *Ita nocte ac die bina castra hostium expugnata ductu L. Marcii. Ad triginta septem millia hostium cæsa, auctor est Claudius, qui annales Acilianos ex Græco in Latinum sermonem vertit, captos ad mille octingenta triginta: prædam ingentem partam: in ea fuisse clipeum argenteum pondo centum triginta octo, cum imagine Barcini Hasdrubalis. Valerius Antias una castra Magonis capta tradit, septem millia cæsa hostium: altero prælio, eruptione pugnatum cum Hasdrubale: decem millia occisa, quattuor millia trecentos triginta captos. Piso quinque millia hominum, quum Mago cedentes nostros effuse sequeretur, cæsa ex insidiis scribit. Apud omnes magnum nomen Marcii ducis est.*

6.

Livius XXXV, 14 (193 a. C.): *Villius, quum Pisidiæ bello occupatum esse regem* (Antiochum) *audisset, Ephesum profectus, dum paucos ibi moratur dies, dedit operam, ut cum Hannibale, qui tum ibi forte erat, sæpe congrederetur; ut animum ejus et tentaret, si qua posset, et metum demeret periculi ei quicquam ab Romanis esse. His colloquiis aliud quidem actum nihil est; secutum tamen sua sponte est, velut consilio petitum esset, ut vilior ob ea regi Hannibal et suspectior ad omnia fieret. Claudius, secutus Græcos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuisse legatione tradit, eumque Ephesi collocutum cum Hannibale. Et sermonem etiam unum refert, quo quærenti Africano, quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet, respondisse, Alexandrum Macedonum regem; quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset, quodque ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset. Quærenti deinde, quem secundum poneret, Pyrrhum dixisse. Castra metari primum docuisse: ad hoc neminem elegantius loca cepisse, præsidia disposuisse; artem quoque conciliandi sibi homines eam habuisse, ut Italicæ gentes regis externi, quam populi Romani, tam diu principis in ea terra, imperium esse mallent. Exsequenti, quem tertium duceret, haud dubie semet ipsum dixisse. Tum risum subortum Scipioni et subjecisse: Quidnam tu diceres, si me vicisses? Tum me vero, inquit, et ante Alexandrum et ante Pyrrhum et ante omnes alios imperatores esse. Et perplexum Punico astu responsum et improvisum assentationis genus Scipionem movisse, quod e grege se imperatorum velut inæstimabilem secrevisset.*

(7.)

Livii Epitom. lib. LIII: *A Q. Fabio proconsule* (a. u. c. 613. 141 a. C.) *pars magna Lusitaniæ, expugnatis aliquot urbibus, recepta est. C. Julius senator Græce res Romanas scribit.* C. Julius aliunde non notus. *Acilius* scribendum proponit Hertz. De Luciis Cinciis p. 12.

2.

Caius Acilius tradit ante conditam urbem Romuleorum pecus amissum fuisse: quos votis Fauno factis nudos, ne molestus ipsis sudor esset, ad requirendum id excurrisse: hinc nudos discurrere Lupercos.

3.

Ego certe in tribus magnificentissimis Romæ operibus, unde maxime imperii magnitudo appareat, aquæductus pono et vias stratas et cloacas, non solum utilitatem operis considerans (de qua suo loco dicam), sed etiam impensarum magnitudinem, quam vel ex hac una re quivis colligere potest, quod teste C. Acilio affirmare licet neglectas aliquando cloacas nec amplius aquam transmittentes, a censoribus purgandas et reficiendas mille talentis locatas fuisse.

HANNIBAL. SOSILUS. CHÆREAS. SILENUS. XENOPHON. EUMACHUS.

HANNIBAL.

Cornelius Nep. Hannibal. c. 13 : *Atque hic tantus vir tantisque bellis districtus nonnihil temporis tribuit literis. Namque aliquot ejus libri sunt Græco sermone confecti, in his ad Rhodios de Cn. Manlii Vulsonis in Asia rebus gestis.* De Cn. Manlii rebus gestis vide Livii lib. XXXVIII.

SOSILUS LACEDÆMONIUS ET CHÆREAS.

Cornelius Nep. Hannib. c. 13 : *Hujus* (Hannibalis) *bella gesta multi memoriæ prodiderunt : sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt simulque vixerunt, quamdiu fortuna passa est, Silenus et Sosilus Lacedæmonius. Atque hoc Sosilo Hannibal literarum Græcarum usus est doctore.*

Diodorus XXVI, 4 (Exc. Hœschel. p. 513), ad annum 217 : Μηνόδοτος ὁ Περίνθιος τὰς Ἑλληνικὰς πραγματείας ἔγραψεν ἐν βιβλίοις πεντεκαίδεκα, Σώσιλος ὁ Ἰλιεὺς τὰ περὶ Ἀννίβαν ἔγραψεν ἐν βιβλίοις ἑπτά. Inter Sosilum Lacedæmonium et Iliensem distinguit Kraus. Fragm. histor. Rom. p. 88; perperam procul dubio, etsi ratio duplicis patriæ nos latet.

1.

Polyb. III, 20 : Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, προσπεπτωκυίας αὐτοῖς ἤδη τῆς τῶν Ζακανθαίων ἁλώσεως, οὐ μὰ Δία περὶ τοῦ πολέμου τότε διαβούλιον ἦγον, καθάπερ ἔνιοι τῶν συγγραφέων φασὶ, προσκατατάττοντες ἔτι καὶ τοὺς εἰς ἑκάτερα ῥηθέντας λόγους· πάντων ἀτοπώτατον πρᾶγμα ποιοῦντες. Πῶς γὰρ οἷόν τ' ἦν, Ῥωμαίους, τοὺς ἐνιαυτῷ πρότερον ἐπηγγελκότας πόλεμον Καρχηδονίοις, ἐὰν ἐπιβαίνωσι τῆς Ζακανθαίων χώρας, τούτους, κατὰ κράτος ἁλωκυίας αὐτῆς τῆς πόλεως, τότε βουλεύεσθαι συνελθόντας, πότερα πολεμητέον, ἢ τοὐναντίον· πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον, ἅμα μὲν τὴν στυγνότητα τοῦ συνεδρίου παρεισάγουσι θαυμάσιον, ἅμα δὲ τοὺς υἱοὺς ἀπὸ δώδεκα ἐτῶν ἄγειν φασὶ τοὺς πατέρας εἰς τὸ συνέδριον, οὓς μετέχοντας τῶν διαβουλίων, οὐδὲ τῶν ἀναγκαίων οὐδενὶ προῆσθαι τῶν ἀπορρήτων οὐδέν; Ὧν οὔτ' εἰκὸς οὔτε ἀληθές ἐστι τὸ παράπαν οὐδέν, εἰ μὴ, νὴ Δία, πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἡ τύχη καὶ τοῦτο προσένειμε Ῥωμαίοις, τὸ φρονεῖν αὐτοὺς εὐθέως ἐκ γενετῆς. Πρὸς μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν συγγραμμάτων, οἷα γράφει Χαιρέας καὶ Σώσιλος, οὐδὲν ἂν δέοι πλέον λέγειν· οὐ γὰρ ἱστορίας, ἀλλὰ κουρεακῆς καὶ πανδήμου λαλιᾶς ἐμοί γε δοκοῦσι τάξιν ἔχειν καὶ δύναμιν.

De Chærea, qui idem argumentum atque Sosilus tractasse iisdemque temporibus vixisse videtur, aliunde non constat. De alio Chærea medico vel de re rustica scriptore vide Plin. H. N. XX, 23 et sæpius in Indice auctor. ad lib. VIII, X, XII — XVIII. Auctor. lat. R. R. p. 54, 164, cl. Athen. I, p. 32, B. Alios ejus nominis v. ap. Vitruv. X, 19 et Pausaniam. Chæream, Antiochi M. ducem, Hannibalis æqualem, vide ap. Polyb. V, 70, 10. 71, 11.

1.

Romani, postquam de capto Sagunto nuntium acceperunt, nequaquam illi quidem de bello suscipiendo tunc deliberationem instituerunt, sicut a nonnullis scriptoribus memoriæ est proditum; qui etiam sententias ab utraque parte dictas libris suis inseruerunt : quo nihil ne fingi quidem absurdius queat. Nam qui fieri potuit, ut Romani, qui superiori anno bellum Carthaginiensibus indixerant, si ditionem Saguntinorum infesti ingrederentur, iidem, capta per vim urbe ipsa, tum demum ad deliberandum convenirent, sitne suscipiendum bellum, annon? Quam absurdum vero illud, quod incredibilem senatus mœstitiam commemorantes, simul adjiciunt, filios duodecim dumtaxat annis majores, a parentibus in senatum introductos; qui publicorum consiliorum facti participes, nemini ne propinquorum quidem quidquam illorum, quæ enuntiari nefas, prodiderint? Quæ sunt omnia a vero aliena et palam falsa : nisi profecto hoc quoque præter cetera Romanis fortuna, si diis placet, est largita, ut inde a pueris statim saperent. Verum de talibus scriptis, qualia sunt Chæreæ et Sosili, hæc sufficiat dixisse : neque enim pro historiis, meo quidem judicio, merentur haberi; sed pro fabulis ex alicujus tonsoris officina, aut vulgi fæce profectis.

SILENUS CALACTINUS.

Silenus (Σιληνός, Σειληνός, Σιλανός) Calactinus (fr. 8) sub Hannibale militavit atque res ab eo gestas literis tradidit diligentissime. Cornel. Nep. Hannib. c. 13, coll. Cic. De divin. I, 21 (fr. 1). Præterea condidit Σικελικά, quorum sæpius fit mentio. In utroque opere varia sese obtulit occasio Romanas attingendi antiquitates. Attigit vero sicuti Timæus, Antigonus, Polybius, alii, ὧν ἕκαστος ὀλίγα καὶ οὐδὲ ταῦτα διεσπουδασμένως οὐδὲ ἀκριβῶς, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων συνθεὶς ἀνέγραψεν, Dionys. Hal. A. R. I, 6. Ceterum quinam Silenus, num noster an alius Περὶ γλωσσῶν libros (*) composuerit, dubitatum est, quamquam juniorem aliquem grammaticum intelligendum esse suadet Athenæus XI, p. 483, A, ubi hæc: Σειληνὸς δέ φησι· « Κύπελλα, ἐκπώματα σκύφοις ὅμοια, ὡς καὶ Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος· Κύπελλα δ' ἔνιοι συβώτης. » Nicander enim Attali, postremi Pergamenorum regis, temporibus floruit. Vide Voss. p. 173.

DE BELLO HANNIBALICO.

1.

Cicero De divin. I. 24: *Hannibalem Cœlius scribit, quum columnam auream, quæ esset in fano Junonis Laciniæ, auferre vellet, dubitaretque utrum ea solida esset an extrinsecus inaurata, perterebravisse: quumque solidam invenisset statuisseque tollere, ei secundum quietem visam esse Junonem prædicere, ne id faceret, minarique, si id fecisset, se curaturam, ut eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret: idque ab homine docto non esse neglectum. Itaque ex eo auro, quod exterebratum esset, buculam curasse faciendam, et eam in summa columna collocavisse. Hoc idem in Sileni, quem sequitur Cœlius, græca historia est: is autem diligentissime res Hannibalis persecutus est.*

Fortasse etiam quæ sequuntur de alio Hannibalis somnio ex eodem fluxerunt Sileno.

2.

Livius XXVI, 49, de Nova Carthagine a P. Scipione capta (210 a. C.): *Capta alibi decem millia capitum, alibi supra quinque et viginti invenias. Scorpiones majores minoresque ad sexaginta captos scripserim, si auctorem græcum sequar Silenum: si Valerium Antiatem, majorum scorpionum sex millia, minorum tredecim: adeo nullus mentiendi modus est.*

3.

Plinius H. N. IV, s. 36: *Ab eo latere, quo Hispaniam spectat, passibus fere centum altera insula est longa, III M. pass. lata, in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro* (fr. 40) *et Philistide Erythia, a Timæo et Sileno Aphrodisias.*

(4.)

Solinus Pol. c. 2: *Palatium nemo dubitat quin Arcadas habeat auctores, a quibus primum Pallateum oppidum. Sunt qui velint a balatibus ovium mutata litera, vel a Pale pastorali dea, aut, ut Silenus probat, a Palantho Hyperborei filia, quam Hercules ibi compressisse visus est, nomen monti adaptatum.* Hæc fortasse ad alium Silenum pertinent.

5.

Strabo III, p. 172: Φησὶ δὲ ὁ Πολύβιος (34,9,5) χρήνην ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Γαδείροις εἶναι, βαθμῶν ὀλίγων καταβασιν ἔχουσαν εἰς τὸ ὕδωρ, πότιμον δὲ εἶναι· ἣν ταῖς παλιρροίαις τῆς θαλάσσης ἀντιπαθεῖν, κατὰ μὲν τὰς πλήμας ἐκλείπουσαν, κατὰ δὲ τὰς ἀμπώτεις πληρουμένην. Deinde postquam apposuit quomodo Polybius explicare hanc rem studuerit (v. Posidonii fr. 95), pergit: Ἀρτεμίδωρος δὲ ἀντειπὼν τούτῳ, καὶ ἅμα παρ' αὐτοῦ τινα θεὶς αἰτίαν, μνησθεὶς δὲ καὶ τῆς Σιλανοῦ δόξης τοῦ συγγραφέως, οὗ μοι δοκεῖ μνήμης ἄξια εἰπεῖν, ὡς ἂν ἰδιώτης περὶ ταῦτα, καὶ αὐτὸς καὶ Σιλανός.

(*) Silenus ἐν Γλώσσαις laudatur ap. Athenæum XI, p. 468 A, 475 D, 478 E, 482 F, 644 F, 677 C, 699 E, 783 B; schol. Ap. Rhod. I, 1299.; Eustath. ad Odyss. VII, 102, p. 1571,5. — Idem vel alius est *Silenus Chius*, de quo Tzetzes ad Lyc. 786: Σειληνὸς δὲ ὁ Χῖος ἐν δευτέρῳ τῶν Μυθικῶν ἱστοριῶν (δύο δὲ γέγραφε βιβλία) φησὶν Ἀντίκλειαν εἶναι τὴν Ὀδυσσέως μητέρα· ἐγκύμονα δὲ διοδεύουσαν τὸ Νήριτον τῆς Ἰθάκης ὄρος, ὕσαντος πολὺ τοῦ Διός, ὑπ' ἀγωνίας καὶ φόβου καταπεσοῦσαν τεκεῖν Ὀδυσσέα, ὅθεν ἄρα καὶ Ὀδυσσεὺς ἐκλήθη. Eandem narrationem e Sileno afferunt schol. ad Odyss. I, 75, Eudocia p. 312. 394. Conf. etiam de hoc Sileno Eustath. ad Od. XIX, 407, p. 1871. Comes Natal. I, 6 et p. 940. Ad eundem fortasse pertinet locus Diogen. L. II, 11, quem inter Calactini fragm. (6) exhibuimus. Cf. fr. 4. — *Sileni* De symmetriis Doricorum volumen laudat Vitruv. Præfat. lib. VII.

5.

Polybius scribit esse Gadibus in templo Herculis fontem ad cujus aquas potui aptas paucorum sit graduum descensus, qui ad æstus maris contrario plane afficiatur modo, quum sub exundationem maris deficiat, et defluente eo impleatur.... Artemidorus autem dum Polybii sententiam vult refellere, aliamque a se causam profert, facta simul sententiæ Silani historici mentione, indigna relatu mihi videtur dicere: quippe quum et ipse et Silanus harum fuerint rerum rudes.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

E LIBRO PRIMO.

6.

Diogenis L. II, 11 : Φησὶ δὲ Σειληνὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἱστοριῶν, ἐπὶ ἄρχοντος Αυσ * μύλου (vgo Διμύλου) λίθον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν· τὸν δὲ Ἀναξαγόραν εἰπεῖν, ὡς ὅλος ὁ οὐρανὸς ἐκ λίθων συγκέοιτο· τῇ σφοδρᾷ δὲ περιδινήσει συνεστάναι, καὶ ἀνεθέντα κατενεχθήσεσθαι.

Αυσ *] supplendum erit Αυσιστράτου, qui archon fuit Ol. 78, 2. 467; quo anno lapidem illum ad Ægospotamos cecidisse refert Plinius H. N. II, 58. Possis etiam supplere Αυσιθέου, qui archon fuit Ol. 78,4, cui anno rem assignat Eusebius. In Marmore Par. ep. 57 notatur Theagenides archon (Ol. 78,1). Rem multi referunt (v. not. ad Marm. Par. l. l.). Plutarchus in Lysandro c. 12 de clade Atheniensium ad Ægospotamos accepta loquens inter alia ait : Οἱ δὲ καὶ τὴν τοῦ λίθου πτῶσιν ἐπὶ τῷ πάθει τούτῳ σημεῖόν φασι γενέσθαι. Fortasse eadem occasione rei hujus meminit Silenus, siquidem Hellenicæ ejus historiæ fuerunt, neque in Siculis historiis rei commemorandæ opportunitas oblata est.

ΣΙΚΕΛΙΚΑ.

E LIBRO SECUNDO.

7.

Stephan. Byz. : Παλικὴ, πόλις Σικελίας. Θεόφιλος δ' ἐν ἑνδεκάτῳ Περιηγήσεως Σικελίας Παλικίνην κρήνην φησὶν εἶναι. Πλησίον δὲ αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν, οἵ εἰσι δαίμονές τινες, οὓς Αἰσχύλος ἐν Αἰτνείαις γενεαλογεῖ Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου, Σειληνὸς δὲ ἐν δευτέρῳ, Αἴτνης τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Ἡφαίστου, κληθῆναι δὲ αὐτοὺς Παλικοὺς διὰ τὸ ἀποθανόντας πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἰκέσθαι. De parentibus Palicorum cum Sileno facit Servius ad Virgil. Æn. IX, 584. Aliter Plutarch. Timol. c. 12; autochthones sunt Polemoni fr. 33, ubi vide.

8.

E LIBRO TERTIO.

Athenæus XII, p. 542, A : Σειληνὸς δ' ὁ Καλλατιανὸς (scr. Καλακτῖνος) ἐν τρίτῳ Σικελικῶν περὶ Συρακούσας φησὶ κῆπον εἶναι πολυτελῶς κατεσκευασμένον, ὃν καλεῖσθαι Μῦθον, ἐν ᾧ χρηματίζειν Ἱέρωνα τὸν βασιλέα.

Καλλατιανός] corruptum. Eadem confusione Siculus rhetor Cæcilius, cui Καλὴ ἀκτὴ patria (Athen. p. 272 T.), apud Suidam dicitur Καλλατιανὸς vel Καλλαντιανός.

E LIBRO QUARTO.

9.

Photius Lex. : Σαρδόνιος γέλως... Σειληνὸς δὲ ἐν δ' τῶν Περὶ Συρακόσσας (Συρακούσας Suidas), λάχανον εἶναι παρὰ Σαρδωνίοις ἡδὺ, σελίνῳ ἐμφερές· οὗ τοὺς γευσαμένους τάς τε σιαγόνας καὶ τὰς σάρκας αὐτῶν ἀποδάκνειν.

Eadem Suidas s. v., nisi quod pro ἐν δ' in nonnullis libris est ἐν δευτέρῳ. De re cf. Pausanias X, 17, Servius ad Virgil. Ecel. VII, 41, Pacatus in Paneg. Theodos. 25, Tzetzes ad Lyc. 796. Aliorum de proverbii origine sententias v. ap. Suidam. l. l., et in Timæi fr. 28.

XENOPHON.

Xenophontem Hannibalis historiæ scriptorem memorat Diogenes Laertius II, 59, ubi inter septem quos recenset Xenophontes quarto loco ponitur Ξ. ὁ ἱστορίαν Ἀννιβαϊκὴν γεγραφώς. Haud magis constat de eo, qui secundus ponitur Ἀθηναῖος, ἀδελφὸς Πυθοστράτου, τοῦ τὴν Θησηίδα πεποιηκότος, γεγραφὼς ἄλλα τε καὶ Βίον Ἐπαμινώνδου καὶ Πελοπίδου. Quintus est ὁ μυθώδη τερατείαν πεπραγματευμένος. — Addo alios Xenophontes, quos Suidas memorat hosce : Ξενοφῶν

HISTORIÆ.

6.

Silenus in primo libro Historiarum auctor est archonte Lysistrato molarem de cœlo cecidisse lapidem, Anaxagoramque tum dixisse, cœlum omne ex lapidibus esse compositum, sed veloci circumrotatione constare, quæ si remittat, ruiturum.

SICULA.

7.

Palice, urbs Siciliæ. Theophilus libro undecimo Periegeseos Siciliæ Palicinen fontem esse dicit, et prope eum fanum Palicorum, geniorum quorundam, quos Æschylus in Ætnæis Jovis et Thaliæ Vulcano natæ filios esse dicit. Silenus vero parentes eorum Ætnam Oceani filiam et Vulcanum esse, atque Palicos propterea nominari refert, quod mortui iterum (πάλιν) ad homines redierint.

8.

Silenus Calactinus libro tertio De rebus Siculis in Syracusarum vicinia hortum ait esse magnifice exstructum, quem *Mythum* appellant : in eo responsa dare Hieronem regem solitum esse.

9.

Silenus libro quarto Rerum Syracusanarum ait apud Sardos esse herbam quandam dulcem, apio similem, quam qui gustarint, et maxillas et carnes suas præmordere.

Ἀντιοχεύς, ἱστορικός. Βαβυλωνιακά· ἔστι δ' ἐρωτικά. — Ξενοφῶν Ἐφέσιος, ἱστορικός. Ἐφεσιακά (ἔστι δ' ἐρωτικὰ βιβλία ι' περὶ Ἀβροκόμου καὶ Ἀνθίας) καὶ Περὶ τῆς πόλεως Ἐφεσίων καὶ ἄλλα. — Ξενοφῶν Κύπριος, ἱστορικός. Κυπριακά· ἔστι δὲ καὶ αὐτὰ ἐρωτικῶν ὑποθέσεων ἱστορία περί τε Κινύραν καὶ Μύρραν καὶ Ἄδωνιν. — De *Xenophonte Lampsaceno geographo* vide quæ notavimus in introd. ad fragm. Alexandri Polyhistoris.

EUMACHUS NEAPOLITANUS.

ΤΑ ΠΕΡΙ ΑΝΝΙΒΑΝ.

E LIBRO SECUNDO.

1.

Athen. XII, p. 577, A : Εὔμαχος δ' ὁ Νεαπολίτης ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Περὶ Ἀννίβαν ἱστοριῶν Ἱερώνυμόν φησι τὸν τυραννήσαντα Συρακοσίων ἀγαγέσθαι γυναῖκα τῶν ἐπ' οἰκήματος προεστηκυιῶν, Πειθὼ ὄνομα, καὶ ἀποδεῖξαι βασιλίδα.

ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

2.

Phlegon. Mirab. c. 18 : Εὔμαχος δέ φησιν ἐν Περιηγήσει, Καρχηδονίους περιταφρεύοντας τὴν ἰδίαν ἐπαρχίαν εὑρεῖν ὀρύσσοντας δύο σκελετοὺς ἐν σοροῖς κειμένους, ὧν τοῦ μὲν εἰκοσιτέσσαρας εἶναι πήχεις τὴν σύνθεσιν, τοῦ δὲ ἑτέρου εἰκοσιτρεῖς.

« Hic fortasse idem est Eumachus Neapolitanus, quem res gestas Hannibalis consignasse dicebamus; nisi verisimile magis sit intelligi Eumachum Siculum musicum, quem Plinius reponit inter scriptores, ex quibus librum IV et VI Hist. N. concinnavit. Dicat aliquis hunc musicum vocari; sed hoc leve est, quando Plinius iis libris non de musicis, sed de variis gentibus tractat, et Aristoxenus Tarentinus quoque musicus fuit, qui tamen illustrium scriptorum vitas et præterea historiam variam reliquit. » *Vossius.* Alius Eumachus, Corcyræus, qui Ῥιζοτομικὸν scripsit, laudatur ap. Athen. XV, p. 681, E.

DE REBUS HANNIBALIS.

1.

Eumachus Neapolitanus secundo libro Historiarum Hannibalis, Hieronymum ait, Syracusanorum tyrannum, uxorem duxisse ex mulieribus quæ in cella meretricia prostabant, nomine Pitho eamque reginam pronuntiasse.

PERIEGESIS.

2.

Eumachus in Periegesi ait Carthaginienses provinciam suam fossa munientes inter fodiendum reperisse duorum ossa cadaverum, in loculis jacentia; quibus rite compositis, longitudinem alterius cadaveris fuisse cubitûm viginti quattuor, alterius cubitûm viginti tres.

MENODOTUS PERINTHIUS VEL SAMIUS.

Μενόδοτος ὁ Περίνθιος τὰς Ἑλληνικὰς πραγματείας ἐγραψεν ἐν βιβλίοις πεντεκαίδεκα. Verba sunt Diodori (XXVI, 4. Exc. Hœschel. p. 513), qui ad an. 218 vel 217 a. C. Menodotum memorat una cum Sosilo, quem Hannibalis coævum fuisse ejusque res gestas literis mandasse supra vidimus. Verisimillimum igitur est Menodotum Sosili æqualem vel supparem fuisse atque Græcam historiam usque ad ea fere tempora deduxisse, quæ loco laudato tractat Diodorus. Quamquam, ne quid dissimulem, fieri etiam potuit ut hinc demum initium historiarum suarum sumpserit. Illud tamen probabilius est. Ceterum ex Ἑλληνικῶν opere nihil tulit ætatem. Nullus vero dubito quin Perinthius hic sit idem cum Samio Menodoto, qui, testante Athenæo, res memorabiles Sami insulæ et præ ceteris, ut videtur, ea quæ ad Junonis Samiæ cultum templumque pertinebant, doctorum more periegetarum descripsit. — Quomodo auctor aliis Perinthius, aliis Samius fuerit, facile intelligitur, quum Perinthum Samiorum esse coloniam constet. Aut igitur Sami oriundus postea Perinthum se contulerit, vel Perinthi natus partem vitæ in metropoli exegerit.

ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΣΑΜΟΝ ΕΝΔΟΞΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗ.

1.

Athenæus XV, p. 671, F : Ἐπεὶ περὶ στεφάνων ζητήσεις ἤδη γεγόνασιν, εἰπὲ ἡμῖν, τίς ἐστὶν ὁ παρὰ τῷ χαρίεντι Ἀνακρέοντι Ναυκρατίτης στέφανος, ὦ Οὐλπιανέ. Φησὶ γὰρ οὕτως ὁ μελιχρὸς ποιητής·

Στεφάνους ὁ δ' ἀνὴρ τρεῖς ἕκαστος εἶχεν,
τοὺς μὲν ῥοδίνους, τὸν δὲ Ναυκρατίτην.

Καὶ διὰ τί παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ λύγῳ τινὲς στεφανοῦνται; φησὶ γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Μελῶν·

Μεγίσθης δ' ὁ φιλόξρων δέκα δὴ μῆνες ἐπειδὴ
στεφανοῦταί τε λύγῳ καὶ τρύγα πίνει μελιηδέα.

Ὁ γὰρ τῆς λύγου στέφανος ἄτοπος· πρὸς δεσμοὺς γὰρ καὶ πλέγματα ἡ λύγος ἐπιτήδειος. Εἰπὲ οὖν ἡμῖν τι περὶ τούτων ζητήσεως ἀξίων ὄντων καὶ μὴ ὀνόματα θήρα, φιλότης.

12. Σιωπῶντος δ' αὐτοῦ καὶ ἀναζητεῖν προσποιουμένου, ὁ Δημόκριτος ἔφη, Ἀρίσταρχος ὁ γραμματικώτατος, ἑταῖρε, ἐξηγούμενος τὸ χωρίον ἔφη, ὅτι καὶ λύγοις ἐστεφανοῦντο οἱ ἀρχαῖοι. Τέναρος δὲ ἀγροίκων εἶναι λέγει στεφάνωμα τὴν λύγον. Καὶ οἱ ἄλλοι γε ἐξηγηταὶ ἀπροσδιόνυσά τινα εἰρήκασι περὶ τοῦ προκειμένου. Ἐγὼ δ' ἐντυχὼν τῷ Μηνοδότου, τοῦ Σαμίου, συγγράμματι, ὅπερ ἐπιγράφεται Τῶν κατὰ τὴν Σάμον ἐνδόξων ἀναγραφή, εὗρον τὸ ζητούμενον. « Ἀδμήτην γάρ φησι, τὴν Εὐρυσθέως, ἐξ Ἄργους φυγοῦσαν ἐλθεῖν εἰς Σάμον, θεασαμένην δὲ τὴν τῆς Ἥρας ἐπιφάνειαν καὶ τῆς οἰκοθεν σωτηρίας χαριστήριον βουλομένην ἀποδοῦναι, ἐπιμεληθῆναι τοῦ ἱεροῦ τοῦ καὶ νῦν ὑπάρχοντος, πρότερον δὲ ὑπὸ Λελέγων καὶ Νυμφῶν καθιδρυμένου· τοὺς δ' Ἀργείους πυθομένους καὶ χαλεπαίνοντας πεῖσαι χρημάτων ὑποσχέσει Τυρρηνοὺς, λῃστρικῷ βίῳ χρωμένους, ἁρπάσαι τὸ βρέτας, πεπεισμένους τοὺς Ἀργείους, ὡς, εἰ τοῦτο γένοιτο, πάντως τι κακὸν πρὸς τῶν τὴν Σάμον κατοικούντων ἡ Ἀδμήτη πείσεται. Τοὺς δὲ Τυρρηνοὺς ἐλθόντας εἰς τὸν Ἡραῖτην ὅρμον καὶ διαβάντας, εὐθέως ἔχεσθαι τῆς πράξεως. Ἀθύρου δὲ ὄντος τότε τοῦ νεὼ,

RERUM IN SAMO MEMORABILIUM RECENSUS.

1.

Quoniam de coronis jam motæ sunt quæstiones, dic nobis, o Ulpiane, quænam est illa apud venustum Anacreontem *Naucratica corona?* Sic enim ait mellifluus hic poeta :

Coronas vero vir quisque tres habebat:
duas ex rosis, tertiam Naucraticam.

Et cur apud eundem poetam *vitice* (sive *Amerina salice*) nonnulli coronantur? Dicit enim secundo Carminum libro :

Megisthes vero ille comis, decem jam menses sunt, ex quo coronatur vitice et mustum bibit dulce.

Absurda est enim corona e vitice : nam ad vincula solum et ad crates idonea est vitex. Dic igitur nobis ad hæc aliquid quod scitu dignum sit, amice, nec vocabula solummodo venare.

12. Illo tacente, et quid diceret anquirere simulante, Democritus ait : Aristarchus, grammaticorum summus, amice, interpretans hunc locum, ait vitice coronari solitos esse veteres. Tenarus vero rusticorum coronamentum esse viticem scribit. Alii item interpretes absurda quædam et aliena super proposita quæstione dixerunt. Ego vero postquam in *Menodoti Samii* librum incidi, qui inscribitur *Rerum in Samo insula memorabilium Recensus*, inveni id quod quærebam. Ait enim : « Admetam Eurysthei filiam, quum Argis profugisset, venisse Samum : ibi quum ei apparuisset Junonis species, Admetam gratias relaturam, quod domo incolumis in ea loca pervenisset, curam suscepisse templi, quod hodieque exstat, olim vero a Lelegibus et Nymphis conditum fuerat. Argivos vero, re cognita indignatos, pacta pecunia persuasisse Tyrrhenis piraticam facientibus, ut deæ raperent simulacrum, ratos scilicet, id si fieret, haud dubie male mulcatum iri Admetam a Sami incolis. Tyrrhenos igitur, ad Junonis portum appulsa navi, exscensione facta, continuo aggressos esse

ταχέως ἀνελέσθαι τὸ βρέτας, καὶ διακομίσαντας ἐπὶ θάλασσαν εἰς τὸ σκάφος ἐμβαλέσθαι· λυσαμένους δ' αὐτοὺς τὰ πρυμνήσια καὶ τὰς ἀγκύρας ἀνελομένους εἰρεσίᾳ τε πάσῃ χρωμένους ἀπαίρειν οὐ δύνασθαι. Ἡγησαμένους οὖν θεῖον τοῦτ' εἶναι, πάλιν ἐξενεγκαμένους τῆς νεὼς τὸ βρέτας ἀποθέσθαι παρὰ τὸν αἰγιαλόν· καὶ ψαιστὰ αὐτῷ ποιήσαντας περιδεεῖς ἀπαλλάττεσθαι. Τῆς δὲ Ἀδμήτης ἔωθεν ὀηλωσάσης, ὅτι τὸ βρέτας ἠφανίσθη, καὶ ζητήσεως γενομένης, εὑρεῖν μὲν αὐτὸ τοὺς ζητοῦντας ἐπὶ τῆς ἠιόνος, ὡς δ' ἂν βαρβάρους Κᾶρας, ὑπονοήσαντας αὐτόματον ἀποδεδρακέναι, πρός τι λύγου θωράκιον ἀπερείσασθαι καὶ τοὺς εὐμηκεστάτους τῶν κλάδων ἑκατέρωθεν ἐπισπασαμένους περιειλῆσαι πάντοθεν. Τὴν δὲ Ἀδμήτην λύσασαν αὐτὸ ἁγνίσαι καὶ στῆσαι πάλιν ἐπὶ τοῦ βάθρου, καθάπερ πρότερον ἵδρυτο. Διόπερ ἐξ ἐκείνου καθ' ἕκαστον ἔτος ἀποκομίζεσθαι τὸ βρέτας εἰς τὴν ἠιόνα καὶ ἀφανίζεσθαι, ψαιστά τε αὐτῷ παρατίθεσθαι· καὶ καλεῖσθαι Τόνεα τὴν ἑορτήν, ὅτι συντόνως συνέβη περιειλῆθαι τὸ βρέτας ὑπὸ τῶν τὴν πρώτην αὐτοῦ ζήτησιν ποιησαμένων.

13. « Ἱστορεῖται δ' ὑπ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν χρόνον τῶν Καρῶν δεισιδαιμονίᾳ περισχεθέντων, ἐπὶ τὸ μαντεῖον τοῦ θεοῦ παραγενομένων εἰς Ὕβλαν καὶ πυνθανομένων περὶ τῶν ἀπηντημένων, θεσπίσαι τὸν Ἀπόλλωνα ποινὴν αὐτοὺς ἀποδοῦναι τῇ θεῷ δι' ἑαυτῶν ἑκούσιον καὶ χωρὶς δυσχεροῦς συμφορᾶς, ἣν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἀφώρισεν ὁ Ζεὺς τῷ Προμηθεῖ χάριν τῆς κλοπῆς τοῦ πυρὸς, λύσας αὐτὸν ἐκ τῶν χαλεπωτάτων δεσμῶν· καὶ τίσιν ἑκούσιον ἐν ἀλυπίᾳ κειμένην δοῦναι θελήσαντος, ταύτην ἔχειν ἐπιτάξαι τὸν καθηγούμενον τῶν θεῶν. Ὅθεν ἀπ' ἐκείνου τὸν δεδηλωμένον στέφανον τῷ Προμηθεῖ περιγενέσθαι, καὶ μετ' οὐ πολὺ τοῖς εὐεργετηθεῖσιν ἀνθρώποις ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς δωρεάν. Διόπερ καὶ τοῖς Καρσὶ κατὰ τὸ παραπλήσιον ἔθος παρεκελεύσατο, στεφανώματι χρωμένοις τῇ λύγῳ καταδεῖν τὴν ἑαυτῶν κεφαλὴν τοῖς κλάδοις, οἷς αὐτοὶ κατέλαβον τὴν θεόν. Καταλῦσαι δὲ καὶ τἄλλα γένη τῶν στεφάνων ἐπέταξε, χωρὶς τῆς δάφνης· τὴν δ' αὐτὸς ἔφη τοῖς τὴν θεὸν θεραπεύουσι μόνοις ἀπονέμειν ὧρον. Τοῖς τε χρησθεῖσιν ἐκ τῆς μαντείας κατακολουθήσαντας αὐτοὺς ἀβλαβεῖς ἔσεσθαι, καὶ δίκην ἐν εὐωχίαις ἀπολιδόντας τῇ θεῷ τὴν προσήκουσαν. Ὅθεν τοὺς Κᾶρας, ὑπακοῦσαι βουλομένους τοῖς ἐκ τοῦ χρηστηρίου, καταλῦσαι τὰς ἔμπροσθεν εἰθισμένας στεφανώσεις, αὐτούς τε κατὰ πλῆθος χρῆσθαι μὲν τῇ λύγῳ, τοῖς δὲ θεραπεύουσι τὴν θεὸν ἐπιτρέψαι φορεῖν τὸν καὶ νῦν ἔτι διαμένοντα τῆς δάφνης στέφανον.

13. « Μνημονεύειν δ' ἔοικεν ἐπὶ ποσόν τι τῆς κατὰ τὴν λύγον στεφανώσεως καὶ Νικαίνετος, ὁ ἐποποιὸς, ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι, ποιητὴς ὑπάρχων ἐπιχώριος καὶ τὴν ἐπιχώριον ἱστορίαν ἠγαπηκὼς ἐν πλείοσι. Λέγει δ' οὕτως·

Οὐκ ἐθέλω, Φιλόθηρε, κατὰ πτόλιν, ἀλλὰ παρ' Ἥρῃ
δαίνυσθαι ζεφύρου πνεύμασι τερπόμενος.
Ἀρκεῖ μοι λιτὴ μὲν ὑπὸ πλευροῖσι χαμεύνη·
ἐγγύθι γὰρ προμάλου δέμνιον ἐνδαπίης
καὶ λύγος, ἀρχαῖον Καρῶν στέφος. Ἀλλὰ φερέσθω
οἶνος καὶ Μουσῶν ἡ χαρίεσσα λύρη,
θυμῆρες πίνοντες, ὅπως Διὸς εὐκλέα νύμφην
μέλπωμεν, νήσου δεσπότιν ἡμετέρης.

---

opus; quumque porta clausum non esset ea ætate templum, protinus abstulisse simulacrum, et ad mare transportatum navigio imposuisse. Sed solutis rudentibus levatisque ancoris, remorum summo conatu abire non potuisse. Itaque ratos divino numine hoc fieri, simulacrum e navigio rursus extulisse, in littoreque deposuisse; oblatisque ei libis, metu perculsos abiisse. Postridie mane quum indicasset Admeta evanuisse simulacrum, facta perquisitione, repertum esse in litore a quærentibus : hos autem, utpote barbaros Cares, ultro aufugisse simulacrum opinantes, ad salicis truncum illud alligasse, et attractis utrimque longissimis ramis undique illud circumvolvisse. Admetam vero expeditum vinculis purificasse, et in basi, in qua ante locatum fuerat, rursus constituisse. Quare ab illo inde tempore quotannis e conspectu tolli simulacrum, et in litus deferri, libaque ei apponi; et *Tonea* vocari illud festum, quia intentis vinculis (συντόνως) constrictum fuisset simulacrum ab eis, qui primum illud investigatum iverant.

13. « Narrant vero, sub idem tempus Cares, oblata animis religione, oraculum dei adiisse Hyblam : et consulentibus de his quæ acciderant respondisse Apollinem, pœnam deæ illos dare debere sponte per se, et citra graviorem calamitatem : qualem pœnam superioribus temporibus Juppiter Prometheo statuisset propter ignem furto ablatum, quum gravissimis eum vinculis solvisset. Quum enim voluisset ille ultro leviorem aliquam suscipere pœnam, hanc ei imposuisse ferunt supremum deum. Atque inde usum coronæ, qui Prometheo fuerat ostensus, ab illo haud multo post ad alios etiam homines, donati ignis beneficio ab eodem affectos, manasse. Itaque etiam Caribus simili instituto mandavit deus, ut vitice pro coronamento uterentur, et capita sua ramis eisdem obstringerent, quibus ipsi deam revinxissent. Aliis autem omnibus coronarum generibus abstinere eos jussit, excepta laurea. Hanc se ipsum dixit solis his qui deæ ministrarent tanquem donum tribuere. Qui paruissent oraculi responso, et in conviviis convenientem pœnam deæ daturi essent, hos salvos et noxæ expertes fore. Itaque Caras, morem gerere volentes oraculo, omissis aliis coronamentorum generibus, quæ ante in usu fuissent, vitice vulgo omnes uti, deæ ministris permittentes lauream gestare coronam, cujus gestandi mos etiamnum durat.

14. « Videtur autem coronamenti ex vitice meminisse aliquatenus etiam Nicænetus, epicus poeta, patria Samius, in Epigrammatibus, et affectum suum adversus patriam historiam frequenter declarans. Cujus hi sunt versus :

Nolo, Philothere, in urbe, sed in agro
epulari : Zephyri aura delector.
Sufficit mihi humi stratus sub lateribus torus :
in promptu est enim indigena ex tamari lectus,
et vitex, priscum Carum coronamentum. At afferatur
vinum, et Musarum amabilis lyra :
læti potantes ut Jovis inclytam sponsam
canamus, insulæ dominam nostræ.

Ἐν τούτοις γὰρ ἀμφιβόλως εἰρηκὼς ὁ Νικαίνετος, πότερον στρωμνῆς ἕνεκεν ἢ στεφανώσεως ἀρκεῖται τῇ λύγῳ, τῷ λέγειν αὐτὴν τῶν Καρῶν ἀρχαῖον στέφος πρόδηλον καθίστησι τὸ ζητούμενον. Συνέβη δὲ τὴν τῆς λύγου στεφάνωσιν καὶ μέχρι τῶν κατὰ Πολυκράτην χρόνων, ὡς ἄν τις εἰκάσειε, τῇ νήσῳ συνηθεστέραν ὑπάρχειν. Ὁ γοῦν Ἀνακρέων φησί·

Μεγίσθης, ὁ φιλόφρων, δέκα δὴ μῆνες ἐπειδὴ
στεφανοῦταί τε λύγῳ καὶ τρύγα πίνει μελιηδέα. »

15. Ταῦτα ἴσασιν οἱ θεοὶ ὡς πρῶτος αὐτὸς ἐν τῇ καλῇ Ἀλεξανδρείᾳ εὗρον, κτησάμενος τὸ τοῦ Μηνοδότου συγγραμμάτιον, καὶ ἐπιδείξας πολλοῖς ἐξ αὐτοῦ τὸ παρὰ τῷ Ἀνακρέοντι ζητούμενον. Λαβὼν δὲ παρ' ἐμοῦ ὁ πᾶσι κλοπὴν ὀνειδίζων Ἡφαιστίων ἐξιδιοποιήσατο τὴν λύσιν, καὶ σύγγραμμα ἐξέδωκεν, ἐπιγράψας Περὶ τοῦ παρ' Ἀνακρέοντι λυγίνου στεφάνου· ὅπερ νῦν ἐν τῇ Ῥώμῃ εὕρομεν παρὰ τῷ Ἀντικοττύρᾳ (?) Δημητρίῳ.... Μόνον γὰρ τοῦτ' ἴδιον εἴρηκεν, ὅτι Φύλαρχος ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν οἶδε τὴν κατὰ λύγον ἱστορίαν, καὶ ὅτι οὔτε τὰ Νικαινέτου οἶδεν, οὔτε τὰ Ἀνακρέοντος ὁ συγγραφεύς· ἀπέδειξέ τε καὶ διαφωνοῦντα αὐτὸν κατ' ἔνια τῶν ἱστορηθέντων παρὰ τῷ Μηνοδότῳ.

2.

Athenæus XIV, p. 655, A : Μηνόδοτος δὲ ὁ Σάμιος ἐν τῷ Περὶ τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Σαμίας Ἥρας φησίν· « Οἱ ταὼ ἱεροί εἰσι τῆς Ἥρας, καὶ μήποτε πρώτιστοι καὶ ἐγένοντο καὶ ἐτράφησαν ἐν Σάμῳ, καὶ ἐντεῦθεν εἰς τοὺς ἔξω τόπους διεδόθησαν, ὡς καὶ οἱ ἀλεκτρυόνες ἐν τῇ Περσίδι, καὶ αἱ καλούμεναι μελεαγρίδες ἐν τῇ Αἰτωλίᾳ. Διὸ καὶ Ἀντιφάνης ἐν τοῖς Ὁμοπατρίοις φησίν·

Ἐν Ἡλίου μέν φασι γίνεσθαι πόλει
φοίνικας, ἐν Ἀθήναις δὲ γλαῦκας. Ἡ Κύπρος
ἔχει πελείας διαφόρους· ἡ δ' ἐν Σάμῳ
Ἥρα τὸ χρυσοῦν, φασίν, ὀρνίθων γένος,
τοὺς καλλιμόρφους καὶ περιβλέπτους ταὼς.

Διόπερ καὶ ἐπὶ τοῦ νομίσματος τῶν Σαμίων ταὼς ἐστίν. »

E Menodoto vel alio Samiorum rerum scriptore fluxerit quod legitur apud Hesychium : Βάστα Κάρας· δύο ταῦτα ὀνόματα· ἐπιγέγραπται δὲ ἐπὶ ἀναθήματος ἐν Σάμῳ ἐν τῷ τῆς Ἥρας ἱερῷ οὕτω· « Βάστα Κάρας Σάμιος Ἥρῃ τήνδε θήρην ἀνέθηκε. » Cf. grammaticus a Bastio ad Gregor. Corinth. p. 125 ex cod. S. Germ. 177 citatus : Βάτα Κάρας· ἐπὶ τῶν παχέων καὶ δυνατῶν (scr. ἀδυνάτων, uti est ap. Apostol. V, 39) ἢ ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων· εἴρηται δὲ ἀπὸ ἐπιγραφῆς οὔσης ἐν Σάμῳ ἐν τῷ Ἡραίῳ, καταπλαγησάσης ὑπ' ἀγνοίας τοὺς ἀναγνόντας. Ἐπέγραφον γὰρ πατρόθεν προτάσσοντες τὸν πατέρα, καί ἐστι τὸ μὲν Βάτα γενικὴ πτῶσις, τὸ δὲ Κάρας ὀρθή, ἵνα ᾖ Κάρας ὁ Βάτα υἱὸς κτλ. Eadem alii, quos vide in Steph. Thes. tom II, p. 184 sq. et in Leutschii Parœmiogr. p. 386. Ceterum v. Bœckh. Corp. Inscr. II, p. 212, qui pluribus de hac inscriptione exponit.

3.

Diogenes Laert. II, 104, varios recensens Theodoros : Τρισκαιδέκατος, ζωγράφος, Ἀθηναῖος, ὑπὲρ οὗ γράφει Μηνόδοτος.

In his enim ambigue quidem loquitur Nicænetus, ut nescias utrum in strati usum, an coronamenti, sufficiat illi vitex : sed, quum illam nominet *priscum Carum coronamentum*, satis in aperto ponit id quod quærimus. Conjectare autem licet, coronamenti ex vitice usum in illa insula usque ad Polycratis ætatem durasse. Anacreon certe dixit :

Megisthes vero ille comis, decem jam menses sunt, ex quo
coronatur vitice et mustum bibit dulce. »

15. Hæc dii norunt a me primo in pulcra Alexandria esse reperta, quum nactus ibi essem Menodoti libellum ; ex quo etiam multis hominibus hoc, quod apud Anacreontem quæritur, demonstravi. Cujus quæstionis solutionem a me acceptam Hephæstion, is qui aliis omnibus furta exprobrat, sibi vindicavit, scriptumque edidit hoc titulo, *De corona ex vitice apud Anacreontem :* quod scriptum nunc Romæ reperimus apud antiquarium (ἀντικουαρίῳ) Demetrium. Unum hoc de suo dixit, Phylarchum septimo Historiarum libro meminisse illius de vitice historiæ, sed nec Nicæneti nec Anacreontis meminisse hunc scriptorem ; quem etiam dissentire in nonnullis ostendit ab his quæ a Menodoto tradita sunt.

2.

Menodotus Samius in libro quo de iis quæ in templo Junonis Samiæ visuntur, exponit : « Pavones, ait, Junoni sacri sunt. Ac fortasse etiam primi omnium et nati et educati sunt in Samo, indeque in alias regiones divecti : quemadmodum primi galli gallinacei in Perside ; et meleagrides quæ vocantur, in Ætolia. Quare etiam Antiphanes in Germanis fratribus ait :

In Solis aiunt urbe nasci
phœnices, Athenis vero noctuas. Cyprus
columbas habet eximias : Samiam vero
Junonem aureum habere aiunt avium genus,
formosos et spectabiles pavones.

Quare etiam in moneta Samiorum pavo excusus est. »

3.

De Theodoro pictore Atheniensi scripsit Menodotus.

ALEXANDRIDES DELPHUS.

Alexandrides Delphus res Delphicas periegetarum more explicavit. Ætate vel æqualis erat Polemoni, vel paullo quam ille antiquior (v. not. ad fr. 3). Nomen auctoris cum Hemsterhusio (ad schol. Arist. Plut. 529. V. fr. 3) fuisse puto Ἀλεξανδρίδης, uti est ap. Plutarchum, schol. Aristoph. et Eurip. Orest. (v. fr. 3 et 4). Quod fr. 1 (coll. fr. 2 et 7) abiit in Ἀλέξανδρος, ex nota primitivorum et patronymicorum nominum permutatione. Fr. 2, 5, 6 libri exhibent Ἀναξανδρίδης, quod quidem nomen propter comicum Anaxandridem notius erat grammaticis.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ ΧΡΗΣΤΗΡΙΟΥ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Stephan. Byz.: Παρνασσός, ὄρος Δελφῶν... Ἔνιοι δέ φασιν ἀπὸ Παρνασσοῦ Παρνασσὸν τοὔνομα λαβεῖν, ὃν καὶ μαντεύσασθαι Πυθοῖ πρῶτον, ὡς Ἀλέξανδρος (scr. Ἀλεξανδρίδης) φησὶν ἐν πρώτῳ Περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΥΛΗΘΕΝΤΩΝ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ ΑΝΑΘΗΜΑΤΩΝ.

E LIBRO PRIMO.

2.

Zenob. I, 57 (N° 207 in cod. Bodlej.): Ἄκρον λάβε καὶ μέσον ἔξεις.] Ἀπελλαῖοι (Πελληναῖοι?) περισωθέντες ἀπὸ τοῦ περὶ Κλεισθένην πολέμου ἐπυνθάνοντο τοῦ θεοῦ πότερον τὴν προτέραν αὐτῶν ἀνοικήσειαν πόλιν ἢ ἑτέραν ποιήσουσιν. Ἀπεκρίνατο δὲ ἡ Πυθία· Πείθου ἐμοῖσι λόγοισιν· ἄκρον λάβε καὶ μέσον ἔξεις. » Καὶ ἄκραν (ἄκρον Leutsch.) ἔχουσαν τὴν πόλιν ᾤκησαν καταλαβόμενοι. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἀλεξάνδρῳ (sic cod. A; Ἀναξανδρίδῃ codd. B. V.; lege Ἀλεξανδρίδῃ) ἐν πρώτῃ Περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων.

Alii proverbii originem ad Æginetas referunt: Οἱ γὰρ τὴν Αἴγιναν οἰκήσαντες πολέμῳ ἐκπεσόντες τῆς πατρίδος, ἐχρήσαντο τῷ θεῷ· ὁ δὲ τὸ εἰρημένον αὐτοῖς ἀνεῖλεν· οἱ δὲ συμβαλόντες τὸν χρησμὸν, ἀκρωτήριόν τι κατασχόντες κατὰ μέσον ᾤκησαν. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς αἰτίας, ὅταν τι δυσνόητον θέλωμεν αἰνίττεσθαι, χρώμεθα τῷ προειρημένῳ. Cf. Apostol. II, 26; Arsen. 35. Suidas v. Ἄκρον λάβε; Müller. Æginet. p. 185. Leutsch. ad Zenob. l. l.

3.

Plutarch. Lysandr. c. 12, de prœlio ad Ægospotamos: Ἦσαν δέ τινες οἱ τοὺς Διοσκόρους ἐπὶ τῆς Λυσάνδρου νεὼς ἑκατέρωθεν, ὅτε τοῦ λιμένος ἐξέπλει πρῶτον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἄστρα τοῖς οἴαξιν ἐπιλάμψαι λέγοντες. — Cap. 18: Ὁ δὲ Λύσανδρος ἔστησεν ἀπὸ τῶν λαφύρων ἐν Δελφοῖς αὐτοῦ χαλκῆν εἰκόνα καὶ τῶν ναυάρχων ἑκάστου καὶ χρυσοῦς ἀστέρας τῶν Διοσκόρων, οἳ πρὸ τῶν Λευκτρικῶν ἠφανίσθησαν. Ἐν δὲ τῷ Βρασίδου καὶ Ἀκανθίων θησαυρῷ τριήρης ἔκειτο διὰ χρυσοῦ πεποιημένη καὶ ἐλέφαντος δυεῖν πηχῶν, ἣν Κῦρος αὐτῷ νικητήριον ἔπεμψεν. Ἀλεξανδρίδης δὲ ὁ Δελφὸς ἱστορεῖ καὶ παρακαταθήκην ἐνταῦθα Λυσάνδρου κεῖσθαι τάλαντον ἀργυρίου καὶ μνᾶς πεντήκοντα δύο καὶ πρὸς τούτοις ἕνδεκα στατῆρας, οὐχ ὁμολογούμενα γράφων τοῖς περὶ τῆς πενίας τοῦ ἀνδρὸς ὁμολογουμένοις.

Fortasse ad hunc ipsum locum plura de Dioscuris Alexandrides exposuerat. Contra quæ disputasse videtur Polemo ἐν τῷ Πρὸς Ἀλεξανδρίδην ap. schol. Eur. Orest. 1632 (v. Polem. fr. 76 *a*).

4.

Schol. Arist. Plut. 925: Σίλφιον βοτάνη πολυτί-

DE DELPHICO ORACULO.

1.

Parnassum, Delphorum montem, nonnulli nomen accepisse dicunt a Parnasso, qui etiam primus in Pytho loco oracula ediderit, ut Alexandrides ait libro primo De Delphico oraculo.

DE DIREPTIS TEMPLI DELPHICI DONARIIS.

2.

Summum cape et medium habebis. Apellæi (?) ex bello Clistheneo superstites deum interrogarunt, utrum prior ipsorum urbs restauranda ipsis, an alia asilificanda esset. Respondit Pythia: *Pare verbis meis, summum cape et habebis medium.* Igitur urbem, quæ arcem habebat mediam, occupantes inhabitarunt. Historia apud Alexandridem libro primo De direptis templi Delphici thesauris.

3.

Lysander ex manubiis æream sui statuam Delphis posuit et uniuscujusque præfectorum navibus, et stellas Castorum aureas, quæ ante Leuctricam pugnam de medio sublatæ sunt. In Brasidæ et Acanthiorum thesauro triremis sita fuit bicubitalis, ex auro et ebore confecta, quam Cyrus Lysandro ob partam victoriam gratulans misit. Anaxandrides Delphicus scriptum reliquit, depositum etiam ibi Lysandri fuisse, talentum scilicet argenti et minas quinquaginta duas, undecimque stateres: quæ cum iis, quæ de paupertate viri in confesso sunt, non conveniunt.

4.

Silphium planta permagni æstimatur, hanc ob causam

μητος· ἡ δὲ αἰτία τοιαύτη ἐστί. Βάττος, ὁ καὶ Ἀριστοτέλης, πόλιν ἐν Λιβύῃ Κυρήνην [λεγομένην] ἔκτισε κατὰ τὸν ἐοθέντα αὐτῷ παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος χρησμόν· καὶ οἱ πολῖται οἱ Κυρηναῖοι ἀνταπόδοσιν τῆς εὐεργεσίας βουλόμενοι χαρίσασθαι τῷ βασιλεῖ, ἐποίησαν δακτύλιον, ἐν ᾧ ἡ πόλις αὐτῶν προσφέρει τῷ βασιλεῖ τὸ σίλφιον. Καὶ τὸ φύλλον δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ καρπὸς καὶ ὁ καυλὸς καὶ ὁ ὀπὸς καὶ ἁπλῶς τὸ πᾶν αὐτοῦ πολλῆς τιμῆς ἄξιόν ἐστιν. Καὶ οἱ Ἀμπελιῶται δὲ ἔθνος Λιβύης, εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου, ὡς φησιν Ἀλεξανδρίδης. Cf. Hemsterhus. ad h. l. (p. 592 ed. Paris.).

5.

Schol. Eur. Alcest. 1 : Ἀλεξανδρίδης (libri Ἀναξανδρίδης) ὁ Δελφός φησι θητεῦσαι αὐτὸν (τὸν Ἀπόλλωνα) διότι τὸν Πυθοῖ δράκοντα ἀνεῖλεν. V. Müller. Dor. I, p. 322.

6.

Plutarch. Qu. Gr. c. 9 : Τίς ὁ παρὰ Δελφοῖς Ὁσιωτὴρ καὶ διὰ τί Βύσιον ἕνα τῶν μηνῶν καλοῦσιν; Ὁσιωτῆρα μὲν καλοῦσι τὸ θυόμενον ἱερεῖον, ὅταν Ὅσιος ἀποδειχθῇ. Πέντε δέ εἰσιν Ὅσιοι διὰ βίου, καὶ τὰ πολλὰ μετὰ τῶν προφητῶν ὁρῶσιν οὗτοι, καὶ συνιερουργοῦσιν, ἅτε γεγονέναι δοκοῦντες ἀπὸ Δευκαλίωνος. Ὁ δὲ Βύσιος μήν, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ νομίζουσι, φύσιός ἐστιν· ἔαρος γὰρ ἄρχει, καὶ τὰ πολλὰ φύεται τηνικαῦτα καὶ διαβλαστάνει· τὸ δ' ἀληθὲς οὐκ ἔχει οὕτως. Οὐ γὰρ ἀντὶ τοῦ ῥ τῷ β χρῶνται Δελφοὶ, καθάπερ Μακεδόνες, Βίλιππον καὶ Βαλακρὸν καὶ Βερονίκην λέγοντες· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ π· καὶ γὰρ τὸ πατεῖν, βατεῖν, καὶ τὸ πικρὸν, βικρὸν ἐπιεικῶς καλοῦσιν. Ἔστιν οὖν Πύσιος ὁ Βύσιος, ἐν ᾧ πυστιῶνται καὶ πυνθάνονται τοῦ θεοῦ. Τὸ γὰρ ἐνιαυτὸν καὶ πάτριον. Ἐν τῷ μηνὶ γὰρ τούτῳ χρηστήριον ἐγίγνετο, καὶ ἑβδόμην ταύτην νομίζουσι τοῦ θεοῦ γενέθλιον, καὶ πολύφθοον ὀνομάζουσιν, οὐ διὰ τὸ πέττεσθαι φθοΐς, ἀλλὰ πολυπευθῆ καὶ πολυμάντευτον οὖσαν. Ὀψὲ γὰρ ἀνείθησαν αἱ κατὰ μῆνα μαντεῖαι τοῖς δεομένοις· πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς Καλλισθένης (fr. 4) καὶ Ἀλεξανδρίδης (vgo Ἀναξανδρίδης) ἱστορήκασι.

ΠΕΡΙ ΛΥΚΩΡΕΙΑΣ.

E LIBRO SECUNDO.

7.

Stephan. Byz. : Λυκώρεια, κώμη ἐν Δελφοῖς. Καλλίμαχος τρίτῳ. Ἀπὸ Λυκωρέως τοῦ βασιλέως. Ὁ πολίτης Λυκωρεὺς καὶ Λυκώριος καὶ Λυκωρείτης. Ἔστι καὶ Λυκώρειος Ζεὺς καὶ Λυκώρειον διὰ διφθόγγου.

Αὐλη, πόλις Ἀρκαδίας. Ἀλέξανδρος δευτέρῳ Περὶ Λυκωρείας.

Si recte sese habent ista περὶ Λυκωρείας, probabiliter loco suo mota sunt, neque Alexander ab nostro Alexandride diversus. Neque improbabile Alexandridem de Lycorea, quæ ad priscam Delphici oraculi historiam permagni momenti est, peculiare opus composuisse.

Fortasse Alexandridæ nomen reponendum in Proverb. Append. IV, 77 (p. 453 ed. Leutsch.) : Συμβαλούμενος· κατ' ἔλλειψιν καὶ αὕτη. Ἐνδεῖ γὰρ εἰς ἔρωτα. Μέμνηται ταύτης (τῆς παροιμίας) Ἀλέξανδρος. Ibi Ἀναξανδρίδης proposuit Bernhardy in *Jahrb. f. wiss. Kritik* 1837 p. 178, notante Leutschio. Porro *Alexandrides* reponendus esse videtur ap. Athen. p. 210, B, ubi de re Delphica postquam laudatus erat Ἡγήσανδρος ὁ Δελφὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ὑπομνήματι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων, subjicitur καὶ ὁ Ἡγήσανδρος ταυτὰ λέγει (v. Hegesandri fr. 45).

Battus, quem etiam Aristotelem vocant, in Libya Cyrenen urbem condidit jussu oraculi, quod ab Apolline acceperat. Cujus beneficii gratiam referre regi volentes Cyrenæi cives annulum faciendum curarunt, in quo urbs silphium regi offerens visebatur. Folia hujus plantæ et fructus et stirps et succus et omnino tota planta in magno pretio est. Ampelitæ vero Libyæ gens silphii stirpem Delphos miserunt donarium, ut Alexandrides narrat.

5.

Alexandrides Delphus Apollinem pro mancipio serviisse ait propterea quod draconem Pythicum interfecisset.

6.

Quis est apud Delphos Hosioter, et cur unum de mensibus appellant Bysium? Hosioter est victima quæ immolatur quum creatur Hosius (vox *sanctum* notat). Quinque autem sunt *Hosii* per omnem vitam, multisque in rebus adsunt vatibus, atque una etiam sacrificant : quippe a Deucalione genus creditii trahere. *Bysius* mensis, ut plerique putant, *Physius* est, a nascendo sic dictus : est enim veris initio, quo tempore pleraque nascuntur et germinant : sed res ita non habet. Non enim Delphi B littera pro Ph utuntur, ut Macedones, qui *Bilippum*, *Balacrum*, *Beronicam* dicunt (quæ sunt *Philippus*, *Phalacrus*, *Pheronice*), sed loco litteræ P, soliti *batein* dicere et *bicron*, quæ sunt *patein* et *picron*. Est ergo *Bysius* dictum pro *Pysius*, quod eo mense deum scitantur. Atque hæc sententia convenit cum antiquis Delphorum observationibus. Mense enim isto oraculum primo exstitit, et septimanam istam deo natalitiam putant, *polyphthoumque* nominant, non a coquendis *phthoibus*, quod est placentæ genus, sed quod multa tum responsa deus edat. Sero enim cœpit singulis mensibus oracula requirentibus respondere : antiquitus semel duntaxat in anno vaticinabatur Pythia, idque ista die, ut Callisthenes et Alexandridas tradiderunt.

DE LYCOREA.

7.

Lycorea, vicus Delphicus. Callimachus libro tertio. A Lycoreo rege nomen habet. Civis Lycorensis et Lycorius et Lycorites. Est etiam Juppiter Lycoreus, et Lycoreum, teste Alexandro in secundo De Lycorea.

POLEMO ILIENSIS.

Suidas : Πολέμων Εὐηγέτου, Ἰλιεὺς (*), κώμης Γλυκείας ὄνομα, Ἀθήνησι δὲ πολιτογραφηθείς, [διὸ ἐπεγράφετο Ἑλλαδικός,] ὁ κληθεὶς περιηγητὴς, ἱστορικός. Γέγονε κατὰ τὸν Πτολεμαῖον τὸν Ἐπιφανῆ· κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην τὸν Μυρλεανὸν συνεχρόνισεν Ἀριστοφάνῃ τῷ γραμματικῷ καὶ διήκουσε (?) καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναιτίου. Ἔγραψε Περιήγησιν Ἰλίου ἐν βιβλίοις γ', Κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν, Κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων, Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι [πόλεων], καὶ ἄλλα πλεῖστα, ἐν οἷς καὶ Κοσμικὴν περιήγησιν ἤτοι γεωγραφίαν. Cf. Eudocia p. 362.

Γλυκείας] sic ABVE, ceteri Γλυκυίας. Prellerus (*Polemonis Periegetæ Fragmenta collegit etc. L. Preller. Lips.* 1838), vir doctissimus et de Polemone eximie meritus, nomen vico fuisse putat a γλυκεία κρήνη, collato inter alia Pausania VII, 27, 1 : τὸ δὲ χωρίον (sub Pellene urbe), ἔνθα αἱ πηγαὶ, Γλυκείας ὀνομάζουσι. — Eudocia p. 362 habet Λυκίας, cui scripturæ vix quisquam patrocinabitur propterea, quod Zelea urbs Troadis antiquitus Λυκία appellata fuisse a nonnullis dicitur. V. schol. Il. V, 105 coll. schol. Il. VI, 172, schol. Æschyl. Pers. Sept. c. Th. v. 132. « Similis scrib. discrepantia reperitur in Soph. Philoct. 1461 (Λύκιον πότον et γλύκιον πότον). » *Bernhardy*. Γλαυκίαν, Ἰωνίας πολίχνιον, memorat Stephanus Byz. Fortasse idem nomen fuit Polemonis patriæ. — διὸ ἐπεγρ. Ἑλλ.] Hæc uncis inclusit Prellerus. Scilicet Ἑλλαδικὸς libri inscriptio erat, ut infra videbimus. Potuit tamen nomen istud a libro etiam ad scriptorem transferri. Refingere licet : διὸ καὶ Ἀθηναῖος ἐπεγράφετο· περιηγητὴς ὁ κληθεὶς Ἑλλαδικός. Vocem ἱστορικὸς omittit Eudocia. — διήκουσε καὶ] Corrupta. Intercidisse aliqua censet Bernhardy. Conjici possit διῆκε μέχρι τοῦ Ῥ. Παν. — Ἔγραψε Περιήγησιν] « In parietinis variæ doctrinæ nos versari demonstrat* V, post περιήγησιν inserens τὰ πρὸς Ἀδαῖον καὶ (adde Ἀντίγονον) : quæ res indicium facit apparatus tumultuarii, quem Byzantini homines ad brevitatem redegerint. » *Bernhardy*. — Ἰλίου] Ἰλιάδου Ven. « Hujus auctoritas non magis est confessa quam ejus libri, qui inscriptus fuisse fertur Κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων. » *Bernhardy*. Neque tamen etiam est cur fidem Suidæ in dubium vocemus. — Κτίσεις τ. ἐ. Π. π.] sic ex Mss. Paris. Küster.; priores editt. et Eudocia συγγενείας τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων. — Λακεδ. πόλεων] in V. vox πόλεων omissa; πινάκων legendum censet Reinesius.

Quæ de Euergete periegetæ nostri parente, deque Glycea Iliensi vico, in quo lucem Polemo aspexerit, a Suida traduntur, aliunde non licet confirmare. Ac de patria quidem rem satis incertam esse, inde aliquis collegerit, quod Athenæus VI, p. 234, D (fr. 78) mentionem Polemonis injiciens, Πολέμων γοῦν, ait, ὁ εἴτε Σάμιος ἢ Σικυώνιος εἴτ' Ἀθηναῖος ὀνομαζόμενος χαίρει, ὡς ὁ Μοψεάτης Ἡρακλείδης λέγει καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ' ἄλλων πόλεων. Verum fidem testimonii Suidiani ipsa tuetur Iliensis vici obscuritas juxta urbes posita clarissimas, quas periegeta non potuit non adire et per tempus aliquod inhabitare. Unde Atheniensis dici potuerit ab ipso Suida docemur. Nempe civitate Polemonem ab Atheniensibus donatum esse dicit. De reliquis vero nominibus recte sine dubio statuit Prellerus l. l. p. 12 : « Videtur Polemo, inquit, quum modo hanc modo illam urbem incoleret, etiam libros suos modo ex hac modo ex illa civitate in lucem emisisse, idque in titulis librorum diversis gentilibus, ut quamque urbem incolebat, nomini suo adjectis significasse. Ex qua domiciliorum diversitate si gloriolam sibi quærebat meus, id non tam huic homini quam universæ, qua is vixit, ætati imputandum est, quæ pridem desierat patriæ amorem censere ex caritate ejus loci, ubi quisque natus esset, et in qua litteratis potissimum hominibus, si itinera longinqua fecerant, magnæ id laudi habebatur. »

Floruit Polemo, ut Suidas ait, sub Ptolemæo Epiphane (qui regnavit an. 204—180 a. C.), et sicuti ex Asclepiadis Περὶ γραμματικῶν opere refertur, æqualis erat Aristophanis grammatici, qui ex computo Ritschlii (*Alex. Bibl.* p. 90) natus est

(*) Alii auctores, quibus Polemonis nomen, a Prellero recensentur hi : 1. *Polemon Ponticus*, cujus epigrammata tria in Antholog. I, p. 103; II, p. 254, 330. Num sit Polemo, quem primum Ponti regem Antonius constituit, an filius ejus et successor, parum liquet. Cf. Jacobs Animadv. ad Anthol. III, 3, p. 940. — 2. *Polemo sophista Laodicenus*, Trajani ætate florens. Ex scriptis ejus duæ supersunt laudationes funebres, quas ed. Orelli. Lips. 1819. — 3. *P. physiognomicus*. V. Fabric. B. Gr. III, p. 323 H. — 4. *P. Atheniensis*, Philostrati f., Xenocratis successor. V. Diogen. L. IV, 16 sqq.; Ritter. *Gesch. d. Phil.* II, p. 544 ed. 2. — 5. *P. sophista junior*, sub Commodo imperatore. Suidas v. Πολέμων. — 6. *Polemo quidam grammaticus* in Lucanum commentarios scripsit, quorum librum quintum laudat Lydus De magistr. III, 46. — 7. *P. Neoplatonicus*. et *P. hæreticus*. V. Fabric. B. Gr. III, p. 183. — Inter pictores floruit *Polemon Alexandrinus*. Plinius H. N. XXXV, 40, 33.

circa an. 260, mortuus an. 185 a. C. Hæc inter se optime concinunt; at vehementer iis refragatur quod deinceps ponit Suidas : καὶ διήκουσε καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναιτίου : nam ex antecedentibus Polemo senex esse debuit quo tempore primum florere cœpit Panætius. Quare aut aliena miscentur, aut verba corrupta sunt. Auctor Suidæ dixerit pervenisse Polemonem usque ad Panætii tempora, qui cum inter γνωρίμους habuisset, id quod Suidas perperam de *discipulo* Polemone intelligere potuit. (*) — De magistris Polemonis nihil traditur. Quid recentiores finxerint, modo Aristarchi, modo Aristophanis discipulum, modo ex Pergamenorum schola profectum esse dictitantes, post Prellerum denuo exponere supersedeo. Ipse autem Prellerus : « Mihi renuntiandum potius, inquit, quam obsequendum improbo illi grammaticorum suo quemque doctori, suæ successioni assignandi studio, gaudeoque meo, ut quem dixeris αὐτοδίδακτον fuisse. Verum si spectes universam studiorum rationem, quantum de iis ex fragmentis existimari potest, duabus potissimum in urbibus aliquamdiu disciplinis eum fuisse eruditum crediderim, Alexandriæ et Athenis. Alexandriæ per illam ætatem eæ artes maxime colebantur, quibus Polemo conspicuus erat, historicæ et grammaticæ; quas qui studiose ediscere, qui penitus haurire volebat, non poterat quin Alexandrinis doctoribus temporis operæque aliquantum impenderet. Adde quod constat (?) vidisse nostrum aulam Ptolemæi Euergetæ ex Athen. XII, p. 552, A (fr. 84), et quod libri ejus inter posteriores grammaticos maxime ab Alexandrinis usurpabantur, inprimis ab Didymo. Si certa nomina expromi velis, potuit ille audire Callimachum, potuit etiam Eratosthenem audire, qui Polemone adolescente summis illarum artium laudibus excellebant. De Eratosthene noli contra monere quod Polemo scripsit adversus Eratosthenem; scripsit etiam Aristophanes adversus (πρὸς) Callimachi præceptoris πίνακας. Ad Athenas quod attinet, Polemonem huic urbi multum temporis tribuisse vel inde patet, quod traditur Ἀθήνησι πολιτογραφηθεὶς fuisse, unde Ἀθηναῖος vocatur Heraclidi Mopseati ap. Athen. VI. p. 234, D, et Plutarcho Sympos. Quæstt. V, 2. Quæritur quonam ætatis spatio Athenis versatus fuerit, utrum senex, quod existimavit Lyndenus, qui Polemonem senem scholas Athenis habuisse statuit, quibus interfuerit Panætius, an juvenis. Mihi de scholis istis valde dubium videtur; contra hoc videor mihi pro certo exploratoque ponere posse, primam urbem, quo juvenis ab Alexandrinis rudimenta litterarum edoctus advolaverit, studiosissimus ille monimentorum omnisque antiquitatis ex artis operibus documentisque publicis illustrandæ, hanc igitur urbem fuisse Athenas, quippe non modo qualicunque monumentorum supellectile refertissimas, sed etiam iis maxime tunc frequentatas, qui periegetarum studia colerent, in monumentorum cognitione posita atque ab Atheniensibus primum, ut videtur, ad certam artem et rationem revocata. Efflorescebat nimirum tunc apud Athenienses illa, quam peripatetici inchoaverant, antiquitatum disciplina ex sedula singulorum locorum inspectione et pertractatione explicandarum. Vigebant laudes Philochori et Timæi Siculi (quem maximam vitæ partem apud Athenienses degisse constat ex Polybio Exc. Vat. XII, 13), qui hæc studia insigni cum fructu ad historiam applicaverant. Florebant nomina Cratetis Atheniensis, Eratosthenis, Aristophanis, aliorum, qui comœdiam Atticam ex antiquitatibus Atticis illustrabant. Vivebat, ni fallor, eadem ætate Diodorus Atheniensis qui Periegetæ nomen tanquam propriæ professionis appellationem, inter historicam atque grammaticam artem mediæ, primus sibi adscivisse et ad peculiare litterarum genus vindicasse videtur. Hos Polemo sequutus est, tantumque mox de antiquitatibus Atticis ex monumentis et inscriptionibus collustrandis meruit, ut Athenienses eum inter cives adoptarent; cui tamen rei cavendum ne nimium tribuamus, quum constet eum honorem per ista tempora facillimi negotii fuisse. — Athenis Polemonem ad ceteras Græciæ et reliqui orbis terrarum civitates obeundas perrexisse et quod vitæ reliquum erat inter peregrinandum fere consumsisse crediderim, idque ita eum instituisse, ut ex urbibus nobilioribus, præcipue ex iis quæ monumentorum, donariorum, tabularum pictarum, inscriptionum abundantia insigniores erant, modo hanc modo illam diutius incoleret domiciliumque ibi aliquantisper figeret. Certe, si quanta cura de singulis disputaverit ex ipsius fragmentis cognoveris, facile mecum consenties eum minime, ut solent homines peregrinabundi, inspexisse duntaxat urbes videri, sed habitare in iis et tam bene cognitas habere, quam solent cives aut inquilini. Neque hoc de solis Athenis valet, verum sicuti in his versatissimus erat, ita Argos etiam, Sicyonem, Spartam,

(*) Panætium quendam seniorem intelligi voluit Fabricius B. Gr. III, p. 572. Jonsius (Hist. Scr. ph. p. 213) vel de alio Polemone, vel de nostro Polemone non discipulo, sed magistro Panætii cogitandum esse suspicabatur. Jonsio suffragatur Lynden. De Panætio p. 6 sq. « Mihi, Prellerus ait, mittenda potius ista Suidæ hallucinatio videtur, qui sive ipsum Asclepiadem seu alium qui hoc usus erat, excerpserit, adeo hoc oscitanter fecit, ut quid sibi velit Panætii ista Rhodii commemoratio nunc expediri omnino nequeat. »

Olympiam, Delphos, Dodonam, Syracusas ad extremum usque angulum perquisivisse eum dixeris. — Ab arte sua et Περιηγητὴς nominabatur et Στηλοκόπας, quorum illud peculiare id scribendi genus significat, quod a Diodoro Atheniensi inchoatum a nostro ad summum, quod in hoc genere præstari poterat, perductum esse videtur. Alterum cognomen peculiarem quandam, qua maxime inter ceteros periegetas eminuit, laudem Polemonis indicat, ut qui esset unicus inscriptionum scrutator ex monumentis publicis colligendarum et ex antiquitatum scientia aperiendarum. Περιηγητὴς appellatur apud Strab. IX, p. 240, Athen. IX, p. 372, A; 387, F; XII, p. 602, F; XV, p. 696, F; V, p. 210, A; Plutarch. vit. Arat. c. 13, Steph. B. v. Δωδώνη, Suid. v. Πολέμων. Videtur sibi ipse in titulis librorum hoc nomen attribuisse, quo quarum artium professio, quæ studia comprehendantur explicatissime demonstrabitur capite tertio. Στηλοκόπας appellatur ab Herodico Cratetco ap. Athen. VI, p. 234, D: ἐπεκαλεῖτο δὲ καὶ Στηλοκόπας, ὡς Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος. De Herodico Babylonio, Cratetis discipulo, plenissime disputavit Wegener. De aul. Att. p. 155 sq. Vocem Στηλοκόπας Dalecampius ad Athen. l. c. revocandam putavit ad verbum στηλιτεύειν, στηλοκόπαν esse quasi ἐστηλιτευμένον sive ἐστηλοκοπημένον (cf. Pollux VII, 73, Hesych. v. Στηλιτεῦσαι, Dio Cass. XLII, 9), ut cujus nomen ob desertum vadimonium videatur columnæ inscriptum et infamatum fuisse, qui mos obtinebat Athenis. Alia interpretatio Valesii est ad Harpocr. v. Ἄξονες, Polemonem Στηλοκόπαν dictum esse ob maledicentiam, qua in eos qui ab se dissentirent sævisset et « quod omnes scriptores quasi proscriberet, ἐστηλίτευε, ἐστηλοκόπησε. » Dissensit ab hoc Casaubonus, rectum haud dubie videns in hoc, quod nomen repetiit ab studio Polemonis in inscriptionibus posito : « Qui tanta diligentia græcarum urbium inscriptiones de columnis, pilis, statuis et omne genus donariis descripsisset, Στηλοκόπας joculari quidem, sed aptissimo nomine est dictus, παρὰ τὸν κόπον τὸν περὶ τὰς στήλας. Sic δοξοκόπους dixerunt, qui industriam et laborem omnem suum ad gloriæ aucupium referrent. Sic etiam δημοκόπους appellabant, qui in demerendo populo assidue occupabantur. » Et assentiuntur Casaubono Jacobsius Animadverss. Anthol. Prolegg. p. XXXV. et Bœckhius OEcon. Civit. II. p. 281, Corp. Inscr. vol. I. præf. p. VIII. Mihi de re exploratum videtur, originatio ipsa, quam proposuit Casaubonus, vereor ut recte habeat. Nam repetierim vocem στηλοκόπας non a κόπος, sed a κόπτειν, unde κοπίς, ut στηλοκόπας sit lapicida, is qui inscriptionem aliquam in columnam incidit. Aliæ ejusdem vocabuli formæ sunt στηλοκόπος et στηλοκόπης, quum forma στηλοκόπας dorismis adnumeranda videatur in vulgarem dialectum haud raro receptis; cf. Lobeck ad Phryn. p. 638, ad Ajac. v. 604, p. 292 sq. coll. p. 460. Recte vero Casaubonus etiam in hoc, quod joculare hoc nomen appellat, de qua re secus judicavit Wegener. De aul. Att. p. 204, nimium ille opinationibus suis de academia, quam dicit, Pergamena indulgens : « Stelocopæ cognomen nescio an Polemonis fuerit in academia Attalica ob insignem in inscriptionibus colligendis et explicandis collocatam operam gloriosa et honorifica appellatio : » qui videat ne academicis suis tribuerit facetias subrusticas, quibus placuerit hominem litteratissimum nominare lapicidam. Omnino talia, quæ doctis viris apud Græcos indebantur, cognomina jocularia plerumque sunt et habent aculeum. Sic Nicanor Aristarcheus Στιγματίας dictus, hoc est proprie servus κατεστιγμένος, quia doctrinam interpungendi multis libris persequutus erat (cf. Schol. Dionys. Thr. ap. Bekk. Anecd. p. 758 sq. 763 sqq., Warton. ap. Gaisf. Poett. min. IV, p. 3), διότι ἐπολυλόγησε περὶ στιγμῶν, ut ait Eustath. p. 20, 12. Simili cavillatione Satyrus Ζῆτα dictus διὰ τὸ ζητητικὸν αὐτοῦ, Phot. Bibl. p. 151. b. Bekk., Dionysius Ἀσκάλαφος, aut propter lucubrationes assiduas aut ἐπειδὴ μακρὸς καὶ λεπτὸς ἦν καὶ ὠχρός, ut ait Etym. M. p. 278; cf. Fronto p. 94 Nieb., unde cognoscitur hunc Dionysium, quem nominat *tenuiorem*, magistrum Frontonis fuisse. Quamquam talibus originationibus nihil tribuendum esse censet Lehrsius Quæstt. epic. p. 19 sqq. »

DE SCRIPTIS POLEMONIS.

Tituli laudantur supra triginta. Quibus non omnibus peculiaria opera indicari nemo non concesserit; sed quinam tituli tamquam partes majoris operis componendi sint, ex arbitrio magis pendet quam certis argumentis demonstrari potest. Prellerus opera Polemonis in quattuor classes digessit, quarum prima inscribitur Περιήγησις κοσμική, altera Ἀντιγραφαί, tertia Ἐπιστολαί, quarta *Commentationes variæ*. Singulos deinde titulos hunc in modum disponendos esse statuit [Titulos latine scriptos ipse Prellerus, ut tenorem aliquem materiarum efficeret, supplevit] :

I. ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ ΚΟΣΜΙΚΗ.

1. ΕΛΛΑΔΙΚΟΣ.

a. *Attica.*

α'. Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως, libris IV fr. 1—5.

β'. Περ. τῶν ἐν τοῖς Προπυλαίοις πινάκων, fr. 6.
γ'. Ἀναγραφὴ τῶν ἐπωνύμων τῶν δήμων καὶ φυλῶν, fr. 7—10.
δ'. Περὶ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ βιβλίον.

b. *Argolica*, fr. 11—13.

c. *Sicyonica*.

α'. Περὶ τῆς Ποικίλης στοᾶς τῆς ἐν Σικυῶνι, fr. 14—15.
β'. Περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων, fr. 16—17.

d. *Laconica*.

α'. Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων, fr. 18—20.
β'. Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων.

e. *Eliaca*, fr. 21—23.

f. *Arcadica*, fr. 24.

g. *Bœotica*, fr. 25.

α'. Περὶ τῶν Θήβησιν Ἡρακλείων, fr. 26.

h. *Phocica*.

α'. Κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν.
β'. Περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν, fr. 27—29.

i. *Epirotica*.

α'. Περὶ Δωδώνης, fr. 30

2. ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ ΙΔΙΟΥ ἐν βιβλ. γ', fr. 31—33.

3. DE URBIBUS PONTICIS, DE CARIA, INSULIS

α'. Κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων.
β'. *Carica*, fr. 34, 35.
γ'. Περὶ Σαμοθράκης, fr. 36.

4. DE CIVITATIBUS ITALIÆ ET SICILIÆ.

α'. Κτίσεις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν, fr. 37, 38.

II. ΑΝΤΙΓΡΑΦΑΙ.

1. Τὰ πρὸς Τίμαιον, lib. min. XII, fr. 39–46.
2. Περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας, lib. min. II, fr. 47—52.
3. Πρὸς Νεάνθην ἀντιγραφαί, fr. 53.
4. *Adversus Istrum*, fr. 54, 55.
5. Πρὸς Λδαῖον καὶ Ἀντίγονον, lib. min. VI, fr. 56–69.

III. ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

1. Πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολή, fr. 70–72.
2. Πρὸς Διόφιλον περὶ τοῦ Μορύχου, fr. 73–75.
3. Πρὸς Ἀράνθιον, fr. 86.
4. Πρὸς Ἀλεξανδρίδην, fr. 86 a.
5. Περὶ ἀδόξων ὀνομάτων, fr. 87. 88.

IV. COMMENTATIONES VARIÆ.

1. Περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων, fr. 79,80.
2. Περὶ ποταμῶν. Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ποταμῶν. Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν, fr. 81-83.
3. Περὶ θαυμασίων, fr. 84.
4. Περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων, fr. 85.
5. Περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρου, fr. 86.
6. Περὶ τοῦ Διὸς κῳδίου, fr. 87,88.
7. Περὶ Ἄρτου, fr. 89.
8. Varia incertæ sedis, fr. 90–102.

Inter titulos modo recensitos duo maxime sunt qui in disceptationem veniant: Περιήγησις κοσμική et Ἑλλαδικός. Priorem nonnisi e Suida novimus, qui postquam singula quædam Polemonis scripta attulit, subjicit: Καὶ ἄλλα πλεῖστα (ἔγραψε), ἐν οἷς καὶ Κοσμικὴν περιήγησιν ἤτοι γεωγραφίαν. De his ita statuit Prellerus p. 22: « Quod additur ἤτοι γεωγραφίαν, patet nihil esse nisi glossema Suidæ, qui ex suæ ætatis more confunderet περιήγησιν antiquariam et geographicam. Nam ipse Polemo quamquam multas terras obiit multasque gentes vidit, tamen ad excolendam geographiam non plus contulisse videtur quam qui et ipse periegesin composuit, Pausanias. Scripserunt illi de fluminibus singulis, montibus, urbibus; geographiam tamen, quæ proprie vocabatur, minime attigerunt. Deinde similem usurpationem adjectivi κοσμικός, ut περιήγησις κοσμικὴ dicatur universalis, equidem legere non memini nisi apud Byzantinos, velut apud Photium Bibl. cod. 69: Ἀνεγνώσθη μοι βιβλίον ἱστορικὸν ὡς ἐν συνόψει κοσμικῆς ἱστορίας, ὁ δὲ συγγραφεὺς Ἡσύχιος ὁ Ἰλλούστριος. Propter similes, credo, rationes Bernhardy ad Dionys. Perieg. p. 519: « Tantum addo, inquit, Suidæ quadam narratione, qui reliquisse eum Κοσμικὴν περιήγησιν ἤτοι γεωγραφίαν nulla profecto cum fide prodidit, Ukertum, quod mireris, in errorem esse inductum Geogr. I, 1, p. 141. » Neque tamen prorsus mihi de hac inscriptione desperandum videtur, sed crediderim subesse aliam, velut eam, quæ antiquioribus idem significabat, περιήγησιν οἰκουμένης, quam ad suæ ætatis sermonem græce refinxerit Suidas, latine in alio scriptore reddidit is qui scripsit *Expositionem totius mundi* ab Hudsono in Geographis minoribus tom. III editam. Certe etiamsi Polemo non omnes illos, quos ad primam classem retuli, tractatus una eademque editione publicaverit (separatim editos maxime eos dixeris, qui habent divisionem librorum, velut quattuor libros Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως, libros tres Περιηγήσεως Ἰλίου,

tamen potuit vel ipse vel posteriorum grammaticorum aliquis ex diversis istis commentariis unum corpus efficere; idque nominare Περιήγησιν οἰκουμένης. » Hæc Prellerus. Quibus subjungo quæ ad Suidæ ista ἐν οἷς καὶ Κοσμικὴν περιήγ. notavit Bernhardyus : « Habet ista conclusio scriptoris ad finem properantis, quod in dubitationem adduci possit. Nam ut ipsam inscriptionis causam ac materiam a studiis doctæ antiquitatis abhorruisse constat, nec Polemonis in litteris qualiacunque ejus rei vestigia deprehenduntur : ita disciplinam ætatis Byzantinæ haud leviter ornavit Περιήγησις οἰκουμένης, auctore Dionysio, cujus ad similitudinem illa solet diversissimos de rebus historicis geographicisque commentarios exigere. Huc accessit præconium periegetæ, quod sua sponte videbatur ad totius orbis descriptionem spectare. Nos igitur quum titulum commentitium in Dionys. p. 519 repudiassemus, Prellero tamen non plane persuasimus : is enim Περιήγησιν οἰκουμένης non solum agnoscit, sed primam etiam classem Polemoniorum voluminum constituit, quam vel ipse vel posteriorum grammaticorum aliquis ex variis libris in unum corpus redactam evulgarit. Nimirum finxit vir doctissimus Polemonem in enarrandis regionibus quamplurimis operam eruditam consumpsisse. Equidem industriam illius opinor in finibus Græcorum monumentorum ac donariorum sese continuisse; quibus comites, si libet, addas libellos de Dodone et de Samothrace. Nam Κτίσεις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν (ut de suspectis titulis unum et cum incredibilem attingam) cave colligas e schol. Apoll. IV, 324 (fr. 38) : οὗ μνημονεύει Πολέμων ἐν κτίσει Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν· quæ si corrigantur sic ut par est, ἐν κτίσει Ἰταλικῶν τῶν Σικελικῶν, nemo non ea censebit ad locum Macrobii V, 19 referenda [v. fr. 83]. » Hæc Bernhardyus, qui quam in postremis conjecturam protulit, eam argumentum fragmenti fr. 38 minime commendat, neque quidquam inde lucramur, nisi forte etiam librum De Ponti urbibus Polemoni abjudicandum esse censueris. Ceterum rectissime Bernhardyus monuisse mihi videtur, nihil subesse ut κοσμικὴν περιήγησιν a Suida commemoratam detorqueamus ad inscriptionem operis, quo comprehenderentur scripta omnia, quæ de singulis regionibus Polemo singillatim emiserat, et in suos quodque libros distribuerat. Et ne dicam nullum ejus rei indicium in fragmentis occurrere, omnino non verisimile est quod in describendis Græciæ regionibus præcipuis atque de Ilio patria et Dodona et Samothracia, antiquariorum deliciis, præstitit Polemon, idem vel simile quid etiam de reliquis terris Græco homini tum patentibus, ab eo præstitum esse vel præstari potuisse. Præter nominatos autem libros, in quibus antiquariam periegesin auctor instituerit, nonnisi duo memorantur, Κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πολέων et Κτίσεις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν (πόλεων), qui ipsis titulis diversum a ceteris argumentum ostendunt, quod quamvis cum antiquaria monumentorum descriptione multis nominibus conjunctum sit, tamen peculiare quoddam scriptionum genus constituit. Libris de Ponti, Italiæ et Siciliæ civitatibus addas Κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίων συγγενείας αὐτῶν et libri Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων. Titulos illos jungendos esse et classem quandam scriptorum Polemoniorum constituisse, etiam inde colligas, quod omnes præter unum de Italicis urbibus (quem scholiastæ Apollonii debemus) a Suida conjunctim exhibentur; nimirum Suidas ex catalogo scriptorum, quem ante oculos habebat, unum quendam locum exscripsisse satis habuit.

Ceterum Κοσμικὴν illam περιήγησιν ἤτοι γεωγραφίαν merum grammatici Byzantini commentum esse, pro explorato non posuerim. Certe non omitti silentio debet locus Athenæi (fr. 92), ubi laudatur Σκύλαξ ἢ Πολέμων. Verba ionica, quæ (ex Indiæ περίπλῳ) ibi afferuntur, Scylacem arguunt. Quare Prellerus illud ἢ Πολέμων ita intelligit ut sit Σκύλαξ ὃν Πολέμων παρατίθεται. Quod verum esse potest; sed certum non est. Quemadmodum eodem loco Athenæus (vel potius Didymus, ex quo totum illud caput fluxit) Hecatæi Milesii periegesin non genuinam sed ab Hecatæo Eretriensi interpolatam esse significat, sic similis de auctore operis dubitatio inesse potest verbis Σκύλαξ ἢ Πολέμων, sive is noster Polemo an alius fuerit. — Suidas Indiæ περίπλουν tribuit Scylaci Polybii æquali, Panætii familiari; id aperte falsum est; nam laudat hunc Periplum Aristoteles Polit. VII, 14. Fieri vero potuit ut Scylacis junioris ætate ab eo Polemone (sive nostro sive alio), quem ejusdem *Panætii sodalem* Suidas dicit, et qui fortasse cum Scylace juniore in Caria per tempus aliquod degit (certe de Cariæ urbibus duo fragmenta (34. 35) Polemonis habemus), novam antiqui operis recensionem institueret. At nimis hæc incerta sunt, ut diutius iis immorari velim.

Sequitur altera inscriptio, Ἑλλαδικός, quam Suidas ita memorat, ut etiam in cognomen scriptoris abiisse videri possit. Laudatur titulus duobus locis Athenæi (fr. 22 et 28), sed ita ut de auctoris nomine injiciatur dubitatio. Nam utroque loco Athenæus ait : Πολέμων ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικόν. Idem opus, titulo in vulgariorem formam male mutato, laudant Jul. Africanus (fr. 13) et scholiasta Aristidis, quorum ille Πολέμων ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν (de Apide rege Argivo, sub quo pars Ægyptiorum in Syriam

migraverit); hic vero : Πολέμων ἐν τῇ Ἑλληνικῇ ἱστορίᾳ (de Neptuno et Junone de agro Argolico contendentibus). De argumento operis ita habet Preller: « Si Athenæi locos, ubi citat Helladium, comparamus, etiam hoc in opere Polemonem sibi constitisse et ut periegetam verum se gessisse videmus; altero enim loco disputat de donariis Olympiæ asservatis, altero de donariis Delphicis. Quo si addis fragmenta illa a Julio Africano et scholiasta Aristidis servata, qui eundem librum, quem ipsi dicunt ἱστορίαν Ἑλληνικήν, de antiquitatibus Argorum adhibent, apte, ut mihi quidem videtur, collegeris Ἑλλαδικὸν Polemonis non de solis Delphis, Olympia, Argis fuisse, nedum, quod Welckerus (*) opinatus erat, de sola Sicyone, sed de omni Græcia, ut argumentum fere idem fuisse arbitrer atque id, quod Pausanias complexus est in scriptione περιηγήσεως Ἑλλάδος : quamquam Polemo etiam de Dodona peculiari sectione commentatus erat, quod Pausanias non fecit. Hanc igitur περιήγησιν Ἑλλάδος partem fuisse suspicor περιηγήσεως illius οἰκουμένης, eique propterea ceteros titulos, qui ad singularum civitatum Græcarum periegesin pertinere viderentur, subjiciendos putavi. Secus judicavit Groddeckius Initt. Histor. Græc. Litter. vol. II, p. 95 : « Polemo —, qui splendidissima quæque donaria in celeberrimarum urbium templis reposita subjunctis inscriptionibus in pluribus libris descripserat et Græcorum historiam, λόγον Ἑλληνικόν, XI libris cum temporum notatione exposuerat, » qui nimium tribuit mutationi isti tituli Ἑλλαδικοῦ, quam admisit Julius Africanus, et de undecim libris historiæ Græcorum quod scribit, Helladicum cum opere adversus Timæum edito confudisse videtur. Quamquam apud Julium Afr. l. l. si legitur Πολέμων ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν, conjicias inde etiam Helladicum in plures libros partitum fuisse, fortasse similiter atque Pausaniæ περιήγησιν Ἑλλάδος, ut primi libri fuerint de antiquitatibus Atticis et sic porro. Sed historicos noli putare hos libros fuisse : nam attigit quidem Polemo historiam tam in Helladico quam in ceteris scriptionibus, verum facit hoc nonnisi in transcursu et longe parcius quam Pausanias, ut minore etiam quam hic jure inter historicos apud Suidam numeretur. De temporum notatione quod scribit Groddeckius, cernis ex fr. 13 Polemonem tempora regulorum Argivorum distinxisse, sed erant tales quæstiones illi ætati satis usitatæ, neque propterea de opere chronologico cogitandum. Hæc hactenus de argumento Helladici. Ad scrupulum Athenæi quod attinet, tenendum hanc formulam Πολέμων ἢ ὅστις ὁ ποιήσας κτλ. non tam id significare, Polemonem hunc librum non scripsisse, quam dubium fuisse Polemo scripserit an alius; cf. quæ de similibus formulis de carminibus posthomericis usurpatis disseruit Nitzschius Meletem. De hist. Hom. fasc. II, p. IV. Kil. 1837, p. 19; cf. *Hall. A. L.* 1838, *Ergænzungsbl.* N° 18. Et patet talem dubitationem facile suboriri potuisse de libro, quem maxime in manibus peregrinantium fuisse credibile est, sicuti fieri solet in libris diuturno popularique usu tritis, ut abs quo primi editi sint minus principio quæratur, deinde dubium fiat. Quamquam Helladicum Polemonis opus esse literatis saltem hominibus satis exploratum fuisse videtur, quum ab Julio Africano et scholiasta Aristidis idem ei sine ulla cautione adscribatur, dummodo recte judicem Ἑλληνικὴν ἱστορίαν idem opus esse quod Ἑλλαδικόν. » — Ego quidem Julio Africano et Scholiastæ, in tradito auctoris nomine bona fide acquiescentibus haud multum tribuerim. Mirum autem est Athenæum vel potius ejus auctorem, dum de Helladici auctore dubius hæreat, ne semel quidem ejusmodi cautione uti in plurimis illis locis, ubi singula Polemonis opera vel singulos libros de arce Atheniensi, de Sicyoniorum pœcile, de Lacedæmoniorum ἀναθήμασι etc. excitat. Nonne hæc in eam potius ducunt sententiam, ut statuamus Helladicum non fuisse collectionem librorum, quam de singulis Græciæ regionibus singillatim ediderat (ita enim Preller sentire videtur), sed diversum plane opus, illorum quasi epitomen, in peregrinantium usus compositam, atque dubitatum esse num eam ipse Polemo an alius quidam elaboraverit, sicuti eadem dubitatio de Atthidis Philochoreæ compendio apud nos invaluit. Porro ex Africano liquet primum Helladici librum fuisse de Argolide, non vero de Attica; statuendum igitur ex Prelleri sententia foret Athenæum, primum De acropoli Attica librum laudantem, non continuam librorum operis seriem, sed singulorum capitum, quorum nonnulla, sicut illud De arce, item in plures libros totius dispertita fuerint, divisiones afferre maluisse. Quod etsi fieri interdum solet, in eo tamen qui nunc est rerum statu, ubi omnia ex levissimis indiciis construenda sunt, sententiæ Prelleri (modo recte virum doctissimum intellexerim) parum favere videtur.

(*) Etenim Welckerus *Cycl.* p. 56, Suidæ testimonio fidens, Polemonem *Helladicum* cognominatum esse censet sicuti ab aliis Sicyonius dictus sit; causam vero hujus cognominis in eo invenire sibi videtur, quod Polemo librum scripsit de pictoribus Sicyoniis, quorum secta Helladica appellari solet. « Quæ sententia, Prellerus ait, etiamsi de homine ad librum eum transtuleris, tamen angustior est, quum secta Helladica diceretur, non quia Sicyone florebat, sed quia opposita erat Asiaticæ, ut ὁ Ἑλλαδικὸς sc. λόγος minime sit idem quod ὁ Σικυώνιος. »

PRELLERI DE DOCTRINA ET FIDE POLEMONIS DISPUTATIO.

« Satis quæsitum de libris Polemonis : reliquum est ut dicam de doctrina ejus ac fide, deque dicendi genere. Doctrina quanta fuerit et quam multiplex ipse cognoris, si placuerit fragmenta percurrere. Est autem ratio ejus potissimum duplex, quum et in litteris esset doctissimus, inque poetarum, historicorum, grammaticorum lectione versatissimus, et hanc ipsam doctrinam mirifice auxisset peregrinando monumentaque et inscriptiones usque sectando. De litterarum quantis excelluerit studiis velim adeas fr. 45, quod est de scriptoribus parodiarum, in quo ferme omnis nunc de hoc litterarum genere quæstio innititur; et fr. 88, de parasitorum denominatione, quam non solum ex inscriptionibus, verum etiam ex comicis historicisque sanequam egregia doctrina illustravit. Adde quæ disputavit adversus Timæum, Eratosthenem, Neanthem, Istrum, Adæum et Antigonum, et quæ commentatus est de loco Xenophontis in Agesilao (fr. 86) et de alio Thucydidis (fr. 89), et quod Aristotelis etiam testimoniis identidem utitur (cf. fr. 88. 59. 85), summi in rerum naturalium atque civilium disciplina auctoris. Ex quibus omnibus intimam eum cum litteris quibuscunque contraxisse familiaritatem intelligitur. Sed inprimis coluisse videtur comicos, ad quos ea ætate omne ferme antiquitatum Atticarum studium revocari solebat; velut in fr. 86 citantur Cratinus ἐν Πλούτοις, Eupolis ἐν Εἴλωσι, Epicharmus ἐν Ἐλπίδι, ἐν Περιάλλῳ, et quæ exquisitissimæ in hoc genere doctrinæ specimina exstant in aliis fragmentis alia. Neque dubium quin multorum comicorum testimonia, quibus nunc gloriatur Athenæus, ex Polemonis ad hunc commentariis transierint, velut in dissertatione de parasitis (fr. 87). Itinera quot fecerit et quam dissitas terras studiis suis obsequens peragraverit, et ex titulorum indice et ex cognominibus quæ habuit gentilibus existimari potest. Optime procul dubio versatus erat in Græciæ urbibus, maxime Athenis Atticaque, cujus antiquitates præter libros Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως, Περὶ τῶν ἐν τοῖς Προπυλαίοις πινάκων etc. inprimis etiam opus adversus Eratosthenem editum tractabat; v. quæ in præfatione hujus libri disputantur. Porro visit Argos, Sicyonem, Spartam, quam suis oculis eum lustrasse patet ex fr. 17, Phliuntem, cf. fr. 58; Olympiam, Thebas, Delphos, Thessaliam, cf. fr. 44, Dodonam. Deinde eos campos sedulo perquisivit, in quibus ipse natus erat et juvenis adoleverat, celebratissimos illos tot epicorum luminibus, de quibus exposuit tribus libris Περιηγήσεως Ἰλίου; itemque Bithyniæ et Cariæ urbes obiit, cf. fr. 34 sqq. Etiam ad insulas trajecit et Samothracen, nobilem illam prisca Cabirorum religione, propria scriptione circumvectavit; cf. fr. 36. Neque Chium Erythrasque vicinas et Rhodum non visitavit, v. fr. 80, atque Sami adeo versatus erat, ut Σάμιος æqualibus appellaretur; v. Athen. VI, p. 234, D. In cujus insulæ descriptione ea explicatissime a Polemone tractata esse puto, ad quæ paucis verbis alludit Strabo XIV, p. 169: Τὸ Ἡραῖον, ἀρχαῖον ἱερὸν, καὶ νεὼς μέγας, ὃς νῦν πινακοθήκη ἐστί· χωρὶς δὲ τοῦ πλήθους τῶν ἐνταῦθα κειμένων πινάκων ἄλλαι πινακοθῆκαι καὶ ναίσκοι τινές εἰσι, πλήρεις τῶν ἀρχαίων τεχνῶν· τό τε ὕπαιθρον ὁμοίως μεστόν ἐστι τῶν ἀρίστων ἀνδριάντων κτλ. — Perrexit etiam in Italiam Siciliamque, cf. fr. 37 sqq., et inprimis Syracusis multam curam tribuit, quippe signis, fabulis, omnis denique generis ornamentis maxime tunc abundantibus; quæ cura exstat in fragmentis operis adversus Timæum Siculum editi, cf. fr. 39. 44. 45. 46, et in fragmentis epistolæ ad Diophilum scriptæ; fr. 73 sqq. Carthagine quoque Polemonem aliquantisper commoratum esse patet (?) ex fr. 85, neque hoc mirum, quum splendidissimum illud Africæ caput Græcis illis temporibus frequentissimum fuisse satis constet. Alexandriam denique nostrum æque bene atque patriam et Athenas novisse crediderim; per omnia itinera autem et ubicunque versaretur uni eidemque studio eum intentum fuisse tenendum, ut monumenta locorum, ut signa, tabulas pictas (v. præf. operis adversus Adæum et Antigonum inscripti), ut inscriptiones investigaret et litteris antiquariaque illa, qua solebant ista tractari, doctrina explicaret; unde egregii rursus ad omnia litterarum antiquitatumque studia fructus redundarunt. Neque tamen mortuis tantummodo illis fontium documentis usus est, sed vivos etiam consultabat, populares singularum regionum narrationes ac fabulas consectatus et incolas de moribus ritibusque locorum percontatus; de qua re constat ex Athenæo IV, p. 138, F, fr. 86, ubi verba οὐ μόνον τοὺς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀφικνουμένους κτλ. referenda sunt ad Spartanum, cujus mentio excidit, quem de sua patria sibi narrantem induxerat scilicet Polemo; quod fugit Casaubonum, qui inde colligi statuit, Polemonem natione Spartanum fuisse. Eodem pertinet quod religionum etiam festorumque et cærimoniarum per singulas civitates solennium sedulam curam habuit; unde multæ ab hoc de talibus rebus notationes gravissimæ exstant, cf. fr. 41 sq. 49. 86.

« Tanta doctrina tantaque diligentia effecit, ut insigni eum et æquales et posteriores prosequeren-

tur æstimatione; quæ laus florentissima erat temporibus Didymi, Strabonis, Plutarchi, Athenæi, qui testimonia ejus sæpissime adhibent. Inferioribus temporibus opera Polemonis non amplius curæ fuisse videntur, ut mox interciderint. Nam quod in ceterorum quoque ejusdem ætatis scriptorum permultos cadit, de quibus nunc nonnisi ex fragmentis judicatur, idem valet de Polemone. Accuratissime hi et doctissime ut sua ætate quas quisque tractaverat res explicaverant, verum succrevit alia soboles, quæ eadem studia coluit partim ad usum accommodatius, partim etiam doctius ac melius. Ita factum arbitror, ut Polemonis scripta primum a litteratis, deinde a librariis neglecta sint, denique oblivioni objicerentur. Antiquiores vero quanti eum fecerint tum ex disertis nonnullorum testimoniis, tum inde intelligitur, quod doctissimus quisque ejus scriptis usus est. Testimonia præsto sunt primum Plutarchi, optimi talium rerum æstimatoris, qui in Sympos. Quæstt. V, 2 (fr. 27), Τοῖς δὲ Πολέμωνος, inquit, τοῦ Ἀθηναίου περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν οἶμαι ὅτι πολλοῖς ὑμῶν ἐντυγχάνειν ἐπιμελές ἐστι, καὶ χρὴ, πολυμαθοῦς καὶ οὐ νυστάζοντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἀνδρός. Similiter judicat Stephanus Byzantius, qui eo loco sequitur Aristidem Milesium, de quo scriptore dixi ad fr. 30; v. Steph. B. v. Δωδώνη· — προσθετέον οὖν τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι ἀκριβῶς τὴν Δωδώνην ἐπισταμένῳ. — Si eos quæris, qui Polemone usi sint ejusque reliquias ad nostram ætatem propagaverint, mittenda sunt nomina illorum, quibus nunc plurima fragmentorum pars debetur, lexicographorum, scholiastarum, Athenæi: qui rivulos suos duxerunt ex læta ubertate antiquiorum commentariorum, lectissima olim doctrina refertissimorum, nunc præter pauculas reliquias exstinctorum. Inter quos cumprimis nominandus Didymus Alexandrinus, Aristarchi discipulus. Is toties nostrum adhibuisse videtur, ut plurimam, quotquot nunc exstant, fragmentorum partem ex hujus commentariis, quibus omnes ferme scriptores adornaverat, repetendam putem; saltem in permultis certa Didymi vestigia deprehenduntur, v. fr. 2. 4. 22. 36. 86. 92. 99. 101. Ac semel quidem Didymus dissidet a Polemone et adversus eum disputat (cf. fr. 86); plurimis tamen locis in testimoniis nostri ita acquiescit, ut optimum ejus de Polemonis fide ac doctrina judicium fuisse oporteat. Didymo adde Aristonicum, qui illi suppar erat, cui debemus fr. 26. Hos autem constat ex Aristarchi schola fuisse, quo argumento supra usus sum contra Wegenerum. Verum talis noster erat, ut ejus doctrina et Aristarchei et Cratetei juxta egerent, sicuti etiam Herodicum Crateteum ejus mentionem injicere vidimus. Nominandi præter hos Diodorus Magnes (v. fr. 5. 67 sqq.), Ammonius ὁ Ἀμμπτρεύς, qui scripserat Περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν (fr. 88), Heraclides Mopseates et Asclepiades Myrleanus; quorum omnium ætas in idem illud sæculum incidisse videtur, ante Christum natum proximum, quo laudes Polemonis summe florebant. De quibus potissimum rebus hi scriptores eum consuluerint quum ex fragmentis patet, tum ex omni earum litterarum, in quibus Polemo excelluit, ratione existimari potest. Easdem videlicet res hic illis viris suppeditabat, de quibus nos adhibere solemus Pausaniam. — Inter eos scriptores quorum opera etiamnunc exstant, Strabo et Plutarchus nostrum et nominant plus semel neque non aliis locis, ubi nomen ejus siletur, cum usurpasse videntur. De Strabone cf. not. ad fr. 30. 81, de Plutarcho fr. 17. 38. 66, et ubi de statuis donariisque Delphicis memorat quæ periegetam redolent, De aud. poet. 3, Quæstt. Symp. V, 1, De Pyth. orac. 2. Plurima tamen fragmenta servavit Athenæus Naucratita, qui et ipse forsitan Polemonis libros inspexit, sed maximam partem, quæ ejus consuetudo est, ex antiquiorum operibus transcripsisse videtur. Idem cadit in Clementem Alexandrinum, cujus doctrina antiquaria, quam ostentat inprimis Protrepticus, bonam partem ex nostro deducta videtur; v. præf. epistolæ ad Attalum scriptæ; itemque in Harpocrationem, Hesychium, ceteros.

« Denique pauca adjicere juvabit de dicendi ac disserendi genere, quod sequitur Polemo. Erat illa ætas omnino rebus quam orationi intentior; quo accedit quod argumentum nostri frigidum plerumque ac minime capax facundiæ erat. Insolentior fuisset, si nitorem et elegantiam elocutionis captasset. Præterea reputandum quod commentarii ejus ex impeditissima adnotationum, quas sibi peregrinabundus undecunque constipaverat, supellectile elaborandi erant. Quocirca res in libris ejus magis ad instar adversariorum congestas quam ad artis rationem digestas fuisse crediderim; certe talis fragmentorum indoles est. Plerumque opus suum ita aggreditur, ut quod viderat audieratve breviter ac nude enarret (fr. 85), donaria potissimum (fr. 22) et picturarum argumenta (fr. 60. 63) ad indicis siccitatem adumbret; parique modo defungitur enarratione statuarum, monumentorum omnium, inscriptionum, ut solent rerum plenissimi verborum parcissimi esse. Multus est in aliorum testimoniis apponendis, qua in re sequitur suæ ætatis morem, quo ad tædium usque legentium jam Chrysippus abusus erat. Suum ipsius judicium raro et paucis admodum verbis interpo-

nere solet. Vituperaveris quod brevitati adeo nonnunquam studet, ut obscurior fiat, cf. fr. 56. 86. Denique in junctura propositionum exilior est, quæ negligentia maxime comparet in fr. 85, quamquam ibi infinitum illud δὲ—δὲ—δὲ non tam Polemoni dixeris tribuendum, quam Macrobio, qui illum amputaverit. »

ΑΤΤΙΚΑ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΘΗΝΗΣΙΝ ΑΚΡΟΠΟΛΕΩΣ.

Strabo IX, p. 396 : Πολέμων δὲ ὁ περιηγητὴς τέσσαρα βιβλία συνέγραψε Περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει. Idem argumentum multo etiam uberius postea tractavit Heliodorus.

1.

E LIBRO PRIMO.

Athenæus XI, p. 472, C : Πολέμων δ' ἐν πρώτῃ Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως οὐδετέρως ὠνόμασεν (τὰ θηρίκλεια) εἰπών· « Τὰ χρυσᾶ θηρίκλεια ὑπόξυλα Νεοπτόλεμος ἀνέθηκεν. » V. Steph. Thes. s. v.

2.

Idem XI, p. 486, C : Αυκιουργεῖς· φιάλαι τινὲς οὕτω καλοῦνται ὑπὸ Λυκίου τινὸς τοῦ κατασκευασαμένου... Μνημονεύει Δημοσθένης (C. Timoth. § 31)... λέγων οὕτως· « φιάλας Λυκιουργεῖς δύο »... Ὅπερ ἐξηγούμενος Δίδυμος ὁ γραμματικὸς, τὰς ὑπὸ Λυκίου (vg. Λύκωνος) φησὶ κατεσκευασμένας. Ἦν δὲ οὗτος τὸ γένος Βοιώτιος ἐξ Ἐλευθερῶν, υἱὸς Μύρωνος τοῦ ἀνδριαντοποιοῦ, ὡς Πολέμων φησὶν ἐν πρώτῳ Περὶ ἀκροπόλεως. Locum excerpsit Harpocratio, ex quo sua habent Phot. et Suidas v. Λυκιουργεῖς. Cf. Lex. Rhet. in Bekk. Anecd. p. 277, 5; ubi pro Λυκιουργεῖς et Λυκίου vitiose scribitur Λυκουργείους et Λυκούργου (v. Steph. Thes. s. v.). De Lycio v. Sillig. C. A. p. 249, 281; Thiersch. *Epoch. d. gr. Kunst* p. 64; Müller. *Archæol.* § 112, 1. 122, 5. Cf. interpr. ad Herodot. VII, 76.

3.

Harpocratio v. Νεμέας Χαράδρα· Νεμέας αὐλητρίδος μνημονεύει Ὑπερίδης ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. Ὁ δὲ Πολέμων ἐν τοῖς Περὶ ἀκροπόλεως παρατίθεται ψήφισμα καθ' ὃ ἀπείρητο Ἀθήνησιν ὄνομα πεντετηρίδος τίθεσθαι δούλῃ ἢ ἀπελευθέρᾳ ἢ πόρνῃ ἢ αὐλητρίδι. Ἄξιον οὖν ἀπορῆσαι πῶς οὕτως ὠνομάζετο ἡ αὐλητρίς.

Athenæus XIII, p. 587, C : Καὶ Νεμεάδος δὲ τῆς αὐλητρίδος Ὑπερίδης μνημονεύει ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους. Περὶ ἧς ἄξιον θαυμάζειν, πῶς περιεῖδον Ἀθηναῖοι οὕτω προσαγορευομένην τὴν πόρνην, πανηγύρεως ἐνδοξοτάτης ὀνόματι κεχρημένην· κεκώλυτο γὰρ τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι ὀνόματα οὐ μόνον ταῖς ἑταιρούσαις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις, ὥς φησι Πολέμων ἐν τῷ Περὶ ἀκροπόλεως.

Lex vel non observata, vel sero demum lata. Cf. *Isthmias* meretrix ap. Athen. XIII, p. 587, E; 593, F. Pythionice notissima illa, XIII, p. 586, E; 594, E sqq. et alibi.

4.

Marcellin. Vit. Thuc. § 16, p. 189 Westerm. : Ὅτι γὰρ Ὀλορός (non vero Ὄρολος) ἐστιν (sc. ὁ πατὴρ τοῦ Θουκυδίδου) ἡ στήλη δηλοῖ ἡ ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτοῦ κειμένη, ἔνθα κεχάρακται· « Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἁλιμούσιος ». Πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θου-

---

[ATTICA.]

DE ATHENARUM ACROPOLI.

1.

Polemo primo libro De Athenarum arce, neutro genere *thericleum* nominavit, ubi ait : « Aurea thericlea intus lignea dedicavit Neoptolemus. »

2.

Lyciurgeïs. Phialæ quædam sic vocantur ab fabricatore Lycio. Meminit Demosthenes dicens *phialas lyciurgeïs duas*. Quod vocabulum exponens Didymus grammaticus ait sic dici phialas a Lycio confectas. Erat autem hic genere Bœotius, ex oppido Eleutheris, Myronis filius statuarii, ut ait Polemo primo libro De arce Athenarum.

3.

Nemeæ tibicinæ meminit Hyperides Contra Patroclem oratione, si genuina est. Polemo vero in libris De acropoli decretum affert, quo vetitum est Athenis ne quis nomen pentaeteridis imponat servæ vel libertæ vel meretrici vel tibicinæ. Merito igitur quæras quo pacto Nemea tibicina sic nominari potuerit.

Meminit Hyperides etiam Nemeadis tibicinæ, in oratione Contra Patroclem. Ubi haud immerito mireris, passos esse Athenienses meretricem ita appellari nomine a celeberrima solennitate desumpto; quum non modo meretricibus, verum etiam aliis servis mulieribus talia imponi nomina legibus vetitum fuisset, ut ait Polemo in libris De arce Athenarum.

4.

Nomen patris Thucydidis *Olorum* (non vero *Orolum*) esse, columna ejus monumento imposita aperte testatur, ubi hæc sunt insculpta : *Thucydides Olori filius Halimusius*. Etenim ad portas quæ Melitides vocantur, in Cœla sunt quæ appellantur Cimonia monumenta, ubi visitur Herodoti et Thucydidis sepulcrum. Hinc manifeste patet eos ex Miltiadis genere esse; nullus enim ab illa familia alienus

χυδίδου τάφος. Εὑρίσκονται δῆλον ὅτι τοῦ Μιλτιάδου γένους ὄντες· ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ θάπτεται. Καὶ Πολέμων δ' ἐν τῷ Περὶ ἀκροπόλεως τούτοις μαρτυρεῖ, ἔνθα καὶ [Τιμό]θεο[ν] υἱὸν αὐτῷ γεγενῆσθαι προστορεῖ.

Ὄλορος] Ὄρολος vgo. « Sed verum nomen esse Ὄλορος docet etiam inscriptio Athenis nuper reperta. V. Walz. ad Pausan. I, 23, 9. » *Westermann.* V. Krüger *Leb. d. Thuc.* p. 3. — De Μελιτίσι πύλαις v. Krüger. l. l. p. 85 sqq. — *Timothei* nomen ex Suida v. Θουκυδίδης supplevit Casaubonus. — « De Polemone, Prellerus ait, dubium est quid testatus sit præter id quod Timotheum Thucydidis f. nominaverat. Credo eum de sepulcris Cimoniis deque inscriptione illa sepulcrali auctorem ceteris fuisse. De quibus eadem opportunitate ab eo disputatum esse judico, qua Thucydidis meminit Pausanias I, 23, 11 : Οἰνοβίῳ δὲ ἔργον ἐστὶν ἐς Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου χρηστόν. Ostendebatur enim in arce statua OEnobii, epigrammate ut opinor ornata, quo Thucydidem per hunc OEnobium ex exsilio reducem factum esse spectantibus narrabatur. »

5.

Idem § 28, p. 191 Westerm. : Ἐγένοντο Θουκυδίδαι πολλοί... τρίτος δὲ γένει Φαρσάλιος, οὗ μέμνηται Πολέμων ἐν τοῖς Περὶ ἀκροπόλεως, φάσκων αὐτὸν εἶναι πατρὸς Μένωνος. De Th. Pharsalio cf. Thucyd. VIII, 92, schol. Aristoph. Vesp. 941, Acharn. 703.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΡΟΠΥΛΑΙΟΙΣ ΠΙΝΑΚΩΝ.

Vide Pausan. I, 22, 6, de quo loco cf. quos Prellerus laudat, Bœttigerum *Archæol. d. Malerei* p. 290, Sillig. *Cat. Art.* p. 374 sq., O. Müller. De Phidia I, 3, G. Hermann De pictur. pariet. in Opusc. V, p. 226 sqq.

6.

Harpocrat. v. Λαμπάς : Τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδας, Παναθηναίοις καὶ Ἡφαιστείοις καὶ Προμηθείοις, ὡς Πολέμων φησὶν ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν τοῖς Προπυλαίοις πινάκων. Excerpsit Photius et Suidas. Conferri Prellerus jubet Bœckh. *Staatsh.* I, p. 496 sq., Welcker. *Trilog.* p. 121; Brœnsted. Iter et Quæst. Hellen. II, p. 290; Bæhr. et Creuzer. ad Herodot. VI, 106, VIII, 98; Meier. De gentil. Att. p. 13.

ΑΝΑΓΡΑΦΗ ΤΩΝ ΕΠΩΝΥΜΩΝ ΤΩΝ ΔΗΜΩΝ ΚΑΙ ΦΥΛΩΝ.

7.

Schol. Aristophan. Av. 645 : Κριὸς δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, ἀπὸ Κριοῦ τινος ὠνομασμένος. Ἀναγράφει δὲ τοὺς ἐπωνύμους τῶν δήμων καὶ φυλῶν Πολέμων.

Κριὸς] debebat Κριῶα, ut Harpocrat., Hesych., Phot., Steph. Byz. s. v.

8.

Harpocrat. v. Ἕνη καὶ νέα : Τὴν ὑφ' ἡμῶν τριακάδα καλουμένην ἕνην καὶ νέαν καλοῦσιν Ἀθηναῖοι ἀπὸ τοῦ τὴν τελευτὴν ἔχειν τοῦ προτέρου μηνὸς καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ ὑστέρου. Πολέμων δέ φησιν ὅτι ἐκάλεσάν ποτε αὐτὴν Δημητριάδα ἐπὶ τιμῇ Δημητρίου τοῦ Μακεδόνος. Eadem ex Harpocratione Suidas s. v.

Fortasse Polemo, sicuti Philochorus (fr. 176 sqq.), Περὶ ἡμερῶν scripsit; sed quum probare rem non liceat, acquiescimus ea fragmentorum adornatione, quam dedit Prellerus, huc fragmentum referens propter Demetriadem phylam. De re cf. Plutarch. Dem. c. 12; schol. Arist. Nubb. 1125.

9.

Diogen. L. III, 46 : Ἔνιοι δὲ καὶ Θεόφραστον ἀκοῦσαί φασιν αὐτοῦ (τοῦ Πλάτωνος).... ὁμοίως Πολέμων ἱστορεῖ καὶ Δημοσθένην.

Eadem narrant Hermippus apud Plutarch. Demosth. 5, Cicero Orat. c. 4, Brut. c. 31, Plu-

---

ibi sepeliebatur. Idem testatur etiam Polemo in libro De arce Athenarum, ubi etiam hoc scribit, Thucydidi filium fuisse Timotheum.

5.

Plures fuerunt Thucydides... Tertius est Thucydides genere Pharsalius, cujus mentionem facit Polemo in libro De arce, patrem ei fuisse dicens Menonem.

DE PROPYLÆORUM TABULIS PICTIS.

6.

Athenienses festa lampadophoria celebrant tria : Panathenæa, Hephæstica et Promethea, teste Polemone in libro De tabulis pictis quæ in Propylæis visuntur.

DE EPONYMIS PHYLARUM ET DEMORUM.

7.

Crius (*Crioa*), demus Antiochidis phylæ, a Crio quodam sic nominatus. Eponymos demorum phylarumque recensuit Polemo.

8.

Ἕνην καὶ νέαν Athenienses vocant diem illum, quem nos τριακάδα appellamus : quod dies ille finis est mensis præcedentis et initium sequentis. Polemo auctor est diem hunc quondam appellatum fuisse Demetriadem in honorem Demetrii Macedonis.

9.

Polemo Demosthenem audiisse Platonem dicit.

tarch. Vit. X Or. p. 844, B. « Cf. Funkhænel De Demosthene Platonis discipulo in Act. Gr. Lips. vol. I, fasc. II, p. 289—306. Fragmentum huc retuli, quia Pausaniam I, 8, 4, Demosthenis vitam persequi video, ubi disserit de ejus statua prope statuas eponymorum posita. » Prellerus.

10.

Schol. Venet. et Didymi ad Hom. Il. III, 242 : Ἑλένη ἁρπασθεῖσα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, ἀγνοοῦσα τὸ συμβεβηκὸς μεταξὺ τοῖς ἀδελφοῖς Διοσκούροις κακὸν, ὑπολαμβάνει δι' αἰσχύνης αὐτῆς μὴ πεπορεῦσθαι τούτους εἰς Ἴλιον, ἐπειδὴ προτέρως ὑπὸ Θησέως ἡρπάσθη, καθὼς προείρηται· διὰ γὰρ τὴν τότε γενομένην ἁρπαγὴν Ἀφιδνα πόλις Ἀττικῆς πορθεῖται, καὶ τιτρώσκεται Κάστωρ ὑπὸ Ἀφίδνου τοῦ τότε βασιλέως κατὰ τὸν δεξιὸν μηρόν. Οἱ δὲ Διόσκουροι Θησέως μὴ τυχόντες λαφυραγωγοῦσι τὰς Ἀθήνας (Ἀφίδνας Didym.). Ἡ ἱστορία παρὰ Πολέμωνι ἢ τοῖς κυκλικοῖς καὶ ἀπὸ μέρους παρὰ Ἀλκμᾶνι τῷ λυρικῷ (p. 19 ed. Welck.).

Preller. p. 15 : ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις ἢ τοῖς κυκλικοῖς καὶ ἀπὸ μέρους παρὰ Ἀλκμᾶνι τῷ λυρικῷ. Sic est in cod. Veneto. Didymi quæ vocantur scholia habent Πολεμωνίοις ἤτοι κυκλικοῖς. In codice Leidensi nil nisi hæc leguntur : ἡ ἱστορία παρὰ κυκλικοῖς, testibus Grævio ap. Fabric. B. G. I, p. 442, et Valckenario Opusc. II, p. 123. Jam mirum quanto opere in his verbis sudatum est ab iis, qui disputaverunt de cyclo epico; quorum quum alteri corrigendum esse existimarent, alteri cyclicorum hinc sectam vel Polemonis quoddam opus, scilicet quod ad cycli epici historiam gravissimum esset, expiscati sunt. Horum est Grævius, qui, Πολεμωνίοις ἤτοι κυκλικοῖς si vera lectio sit, rationem nullam se ait posse comminisci, nisi quod a Polemone quodam in unum corpus fuerint collecti cyclici, Polemone forte Euegeti filio; similiterque judicaverunt Casaubonus, Dodwellus, alii, cf. Wüllner de Cycl. Ep. p. 11 sq. Contrariam sententiam præivit Fabricius l. l., qui legendum esse conjicit παρὰ Πολέμωνι ἤτοι κυκλικοῖς. Huic calculum adjecit Valckenarius l. l. sic scribens : « Non ignoro quæ de illo loco viri magni scripserint; verum eo hæc adfero, ut adnotem in Ms. Leidensi tantummodo legi ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς κυκλικοῖς. Credibile est in alio exemplari lectum ἡ ἱστορία παρὰ Πολέμωνι, atque ea in unum coaluisse. » Valckenarium sequuntur Heyne ad Il. III, 243, Wüllner l. c., Müller De cyclo p. 30. Et ipse Welckerus olim in hanc partem ivit, v. Alcman. fragm. p. 20, legendum esse ratus παρὰ Πολέμωνι καὶ τοῖς κυκλικοῖς. Nunc rejecta hac emendatione duas conjecturas tam ambiguo testimonio probare conatur, exstitisse cyclum grammaticum a Polemone Periegeta editum, et fuisse sectam Polemoniorum a Polemone repetendam, eandemque Cyclicorum dictam. Persuasit hanc sententiam censoribus suis, C. O. Müllero et Ulricio, itemque ei, qui nuper disputavit de cyclicis, Langio *Ueb. d. kykl. Dicht.* p. 58. Nobis summatim repetere liceat quæ contra monuimus in Ephem. Litt. Hal. a. 1837, p. 121 sqq. Ubi demonstravi primum, etiamsi illa verba recte haberent, Πολεμωνίοις ἢ τοῖς κυκλικοῖς, tamen minime inde colligi posse eosdem fuisse qui Polemonii dicuntur et qui cyclici, verum particulam ἤ in titulis allegandis plerumque disjunctive poni, velut ap. Athen. III, p. 95, F : μαρτυρεῖ Καλλίμαχος ἢ Ζηνόδοτος. XV, p. 682, E : μέμνηται ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς, Ἡγησίας ἢ Στασῖνος, similia. Accedit quod quæ præter nostrum locum deprehendisse sibi videtur Welckerus vestigia Polemoniorum s. cyclicorum, hæc adeo ambigua sunt, ut nonnisi detorquendo verba et ad suam sententiam violenter aptando aliquam sibi veritatis speciem conciliare potuerit. Velut si apud Hesychium leguntur s. v. Παλαμίς, τεχνίτης, παρὰ τοῖς παλαμνίοις, Welckerus scribendum esse autumat παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις, quum coll. Etym. M. p. 647, 40, Apollon. Lex. Hom. 127, 7, cett. apertum sit scribendum esse παρὰ τὸ παλάμαι. Deinde magnam opinioni suæ auctoritatem fecisse putat hoc loco Eustathii p. 1494, 55, ad Odyss. IV, 248 : δέκτην δὲ Ἀρίσταρχος μὲν τὸν ἐπαίτην λέγει, παρὰ τὸ δέχεσθαι, ὁ δὲ κυκλικός φασιν ἦγουν ὁ τῶν κυκλίων ποιητὴς ὀνοματικῶς ἀκούει τὴν λέξιν κτλ., ubi scribendum ὁ δὲ κυκλικὸς, φασὶν (sc. οἱ παλαιοί), ἦγουν κτλ. Hausit enim hæc ex scholiis vetustis, quæ ex cod. Ambros. Q. sic enotavit Majus : οὐ κυκλικῶς τὸ δέκτη ὀνοματικῶς δ' ἀκούει, παρ' οὗ φησι τὸν Ὀδυσσέα τὰ ῥάκη μετημφιάσθαι· ὃς οὐκ ἦν ἐν ταῖς ναυσὶ τοιοῦτος, οἷος ὁ Ὀδυσσεὺς ἀχρεῖος. Ἀρίσταρχος δὲ δέκτῃ μὲν ἐπαίτῃ κτλ., qui locus ex Didymi, quem scripserat de lectionibus Aristarchi, commentario fluxisse videtur, quum sit de lectione Aristarchi contra Zenodotum puta proposita. Inde mihi quidem non dubium Eustathium refutandum esse, sive hæc scholia in minus bono exemplo legerit, sive ei offensioni fuit illud οὐ κυκλικῶς, quæ

10.

Helena ab Alexandro rapta quum ignoraret quod interea Dioscuris fratribus acciderat infortunium, præ pudore ipsius putabat eos contra Ilium non profectos esse, quoniam jam antea a Theseo rapta esset, uti supra diximus. Propter hunc raptum Aphidna, Atticæ urbs, vastata et Castor ab Aphidno rege in femore dextro vulneratus est, et quum Theseum ipsum non deprehenderent Dioscuri, Athenas diripuerunt. Historia apud Polemonem vel etiam apud Cyclicos et ex parte apud Alcmanem lyricum exstat.

est antiquiorum grammaticorum locutio, cf. Heinrich. et Buttm. Schol. Odyss. p. 574 sq., Wüllner. De cycl. ep. p. 30 sq., nos in Ephem. Hal. l. c. p. 124. Certe non intellexisse Eustathium quid scriberet ostendit monstrum illud, ὁ κυκλικὸς ἤγουν ὁ τῶν κυκλίων ποιητής, quæ in suam opinionem attrectans Welckerus, « de poeta cyclicorum, inquit, erravit Thessalonicensis, de cyclico non erravit; nempe Polemonem docte indicavit. » Sed mittantur hæc et reliqua, quæ magis etiam lubrica sunt et arcessita. Nam postquam ex Eustathio Polemonis cyclici jam satis videlicet certam effigiem condidit, pergit cæca cyclici vel cyclicorum vestigia per omne scholiastarum Homericorum corpus indagare, ut ubicunque citantur ὁ κυκλικὸς vel οἱ κυκλικοί, Polemonem sibi et Polemonios deprehendere videatur. De his disputatum est in Eph. Hal. l. l. p. 125 sqq. De unico illo, ubi Polemonii vere nominantur, loco equidem sic statuo ut in Fabricii et Valckenarii judicio acquiescendum putem, id scholium ex diversis commentariis conflatum esse, quorum alter de fabula Helenæ citaverat τοὺς κυκλικούς, i. e. cyclum epicum, alter Alcmanem et Polemonem Periegetam.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΟΔΟΥ.

Harpocrat : Ἱερὰ ὁδός ἐστιν ἣν οἱ μύσται πορεύονται ἀπὸ τοῦ ἄστεος εἰς Ἐλευσῖνα. Βιβλίον οὖν ὅλον Πολέμωνι γέγραπται Περὶ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ. Vide Pausan. I, 36 sqq.

[ΑΡΓΟΛΙΚΑ.]

11.

Schol. Aristid. Panath. p. 188, 3, vol. III, p. 322 ed. Ddf. : Λέγει δὲ ὁ Πολέμων ἐν τῇ Ἑλληνικῇ ἱστορίᾳ ὅτι ἤρισαν καὶ περὶ τοῦ Ἄργους Ποσειδῶν καὶ Ἥρα, καὶ ἠττήθη κἀκεῖ (sc. Ποσειδῶν). Σύμβολα μέντοι οὐκ ἔδειξαν οἱ *** ἐν Ἀθήναις. Cf. Pausan. II. 15,5; 22,5. I, 26,6.

12.

Idem ib. p. 321 ad verba : οἷον Ἀργεῖοι παλαιότατοι τῶν Ἑλλήνων ἀξιοῦσιν εἶναι] : Τοῦτο ἐπὶ τῶν Ἀργείων εἰσήγαγεν, ἐπειδὴ καὶ Ἀργείους οἴδε [μέγα add. Preller.] φρονοῦντας, ὡς ἐν τῇ Ἀργείᾳ σπαρέντος τῶν πυρῶν σπέρματος, ἐκ Λιβύης Ἄργου μεταπεμψαμένου· διὸ καὶ Δήμητρος Λιβύσσης (sic Wyttenb.; Λιβύης libri) ἱερὸν ἵδρυσεν ἐν τῷ Ἄργει, ἐν Χαράδρᾳ οὕτω καλουμένῳ τόπῳ, ὥς φησι Πολέμων.

Ἄργου] cf. Etym. M. p. 409, 28; Tzetz. ad Hesiod. Opp. 32. Pausan. II, 20,7. III, 4,1. — ἐν Χαράδρᾳ] de Charadro fluvio v. Pausan. II, 25,2. — Ex Polemone, ut videtur, Festus p. 90 Lindem. : *Libycus campus in agro Argeo appellatur quod eo primum fruges ex Libya allatæ sunt; quam ob causam etiam Ceres ab Argis Libyssa vocata est.* Ceterum v. Preller. *Demeter u. Proserpina* p. 300 sqq.

13.

Jul. Africanus ap. Euseb. P. E. X, 10, p. 490 : Καὶ Ἑλλήνων δέ τινες ἱστοροῦσι κατὰ τοὺς αὐτοὺς (sc. τοῦ Ὠγύγου) χρόνους γενέσθαι Μωυσέα· Πολέμων γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν λέγει· « Ἐπὶ Ἄπιδος τοῦ Φορωνέως μοῖρα τοῦ Αἰγυπτίων στρατοῦ ἐξέπεσεν Αἰγύπτου, οἳ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ καλουμένῃ Συρίᾳ οὐ πόρρω Ἀραβίας ᾤκησαν, » οὗτοι δηλονότι οἱ μετὰ Μωυσέως.

« Eadem paucis mutatis Justin. Martyr Cohort. ad Gentt. p. 9 Paris., Cyrill. C. Jul. I, p. 15 Spanh., Syncell. p. 63,70, 148 ed. Paris., ex quo adjeci λέγει post ἱστοριῶν, et οὗτοι dedi pro vulg. αὐτοί. » Preller. Adde Joh. Antioch. in Cram. Anecd. Paris. II, p. 183. Cf. Castor. fr. 15—17. Ceterum si Ἑλληνικὰ hæc et Ἑλλαδικὸς unum idemque opus designant, ac quæ de ambitu ejus et adornatione statuit Prellerus recte se habent, fragmentum nostrum e libro primo repetitum, aut ad Attica relegandum, aut potius Argolica ante Attica ponenda forent.

[ARGOLICA.]

11.

Polemo in Græca historia tradit etiam de Argorum possessione Neptunum cum Junone contendisse, et ibi quoque (sicuti Athenis a Minerva) Neptunum victum esse. Argumenta tamen hujus contentionis ostendere non habebant Argivi, (dum triænam Neptuni ostendunt) Athenienses.

12.

Quemadmodum Argivi Græcorum se antiquissimos esse censent.] Hoc de Argivis apponit Aristides bene gnarus Argivos quoque magnifice de se sentire, quippe apud quos tritici semen, e Libya ab Argo allatum, primum satum sit. Quare Argus etiam Cereris Libyssæ fanum Argis condidit in loco quem Charadram dicunt, uti Polemo tradit.

13.

Etiam inter Græcos nonnulli narrant Mosen Ogygis temporibus vixisse. Nam Polemo libro primo Historiarum græcarum ita habet : Apidis, Phoroneo nati, temporibus pars Ægyptiorum populi Ægypto ejecta est. Qui in Syriæ parte ea quæ Palæstina vocatur, haud procul ab Arabia sedes fixerunt. » Hi nempe sunt qui cum Mose erant.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΣΤΟΑΣ ΤΗΣ ΕΝ ΣΙΚΥΩΝΙ.

14.

Athenæus XIII, p. 577, C: Δημήτριος δ' ὁ Πολιορκητὴς οὐ δαιμονίως ἦρα Λαμίας τῆς αὐλητρίδος, ἐξ ἧς ἔσχε καὶ θυγατέρα Φίλαν; Τὴν δὲ Λάμιαν Πολέμων φησὶν ἐν τῷ Περὶ τῆς ἐν Σικυῶνι ποικίλης στοᾶς θυγατέρα μὲν εἶναι Κλεάνορος Ἀθηναίου, κατασκευάσαι δὲ Σικυωνίοις τὴν προκειμένην στοάν.

« De Lamia cf. Plutarch. Demetr. c. 24, Ælian. V. H. XII, 17. Amabatur eadem a Demetrio Phalereo, v. Diog. Laert. V, 76, Diogenian. ap. Chœrob. in Anecd. Bekk. p. 1395, Anecd. Cram. II, p. 239. Pœcile Sicyonia circiter Olymp. 120 ædificata est, credo ad similitudinem Atheniensis et eodem tempore, quo Demetrius totam fere Sicyoniorum urbem inferiorem, terræ motibus dirutam, denuo exædificavit, v. Pausan. II, 7, 1, Plutarch. Demetr. c. 25, Strabo VIII, p. 382, Gomph. Sicyon. p. 60 sq. 68 sqq. » Preller.

15.

Athenæus VI, p. 253, B : Καὶ Θηβαῖοι δὲ κολακεύοντες τὸν Δημήτριον, ὥς φησι Πολέμων ἐν τῷ Περὶ τῆς Ποικίλης ἐν Σικυῶνι, ἱδρύσαντο ναὸν Ἀφροδίτης Λαμίας. Ἐρωμένη δ' ἦν αὕτη τοῦ Δημητρίου, καθάπερ καὶ ἡ Λέαινα.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΣΙΚΥΩΝΙ ΠΙΝΑΚΩΝ.

« De schola Helladica satis notum. Ea multis præclarissimisque tabulis pictis templa, porticus, ædes privatas Sicyoniorum nobilitaverat, fautoribus tyrannis, in primis Aristrato, de quo frgm. 17. Pulcherrimus ille tabularum thesaurus postea aliquantum imminutus est per Aratum, libertatis quam artium amantiorem. Is alias tabulas (velut Nealcis, cf. frgm. 17), si favebant memoriæ tyrannorum, partim delevit partim corrupit, alias Alexandriam vendidit, ubi Ptolemæi his picturis utebantur ad ædificia sua et tabernacula exornanda: cf. Callixen. Rhod. ap. Athen. V, cap. 25 sqq., ubi inter alia (p. 196, E) : ἐν δὲ ταῖς ἀνὰ μέσον χώραις πίνακες τῶν Σικυωνικῶν ζωγράφων κτλ., cf. Plutarch. Arat. c. 12 sqq., Beck. Histor. tradendæ præparatio vol. III, p. 94. Vidit igitur Polemo nonnisi quæ reliqua erant. » Preller.

16.

Athenæus XIII, p. 567, B : Οὐκ ἂν ἁμάρτοι δέ τις σὲ καὶ πορνογράφον καλῶν, ὡς Ἀριστείδην καὶ Παυσανίαν, ἔτι δὲ Νικοφάνη, τοὺς ζωγράφους. Μνημονεύει δὲ αὐτῶν ὡς ταῦτα καλῶς γραφόντων Πολέμων ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων. V. Müller. *Archæol.* § 163,3.

17.

Plutarch. Arat. c. 12. extr. : Ἐκ δὲ Καρίας (Ἄρατος) χρόνῳ πολλῷ περαιωθεὶς εἰς Αἴγυπτον, αὐτόθεν τε τῷ βασιλεῖ διακειμένῳ πρὸς αὐτὸν οἰκείως ἐνέτυχε καὶ τεθεραπευμένῳ γραφαῖς καὶ πίναξιν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, ἐν οἷς κρίσιν ἔχων οὐκ ἄμουσον ὁ Ἄρατος ἀεί τι τῶν τεχνικῶν καὶ περιττῶν, μάλιστα δὲ Παμφίλου καὶ Μελάνθου, συνάγων καὶ κτώμενος ἀπέστελλεν. Ἦνθει γὰρ ἔτι δόξα τῆς Σικυωνίας μούσης καὶ χρηστογραφίας, ὡς μόνης ἀδιάφθορον ἐχούσης τὸ καλὸν, ὥστε καὶ Ἀπελλῆν ἐκεῖνον ἤδη θαυμαζόμενον ἀφικέσθαι καὶ συγγενέσθαι τοῖς ἀνδράσιν ἐπὶ ταλάντῳ, τῆς δόξης μᾶλλον ἢ τῆς τέχνης δεόμενον μεταλαβεῖν. Διὸ τὰς μὲν ἄλλας εἰκόνας τῶν τυράννων ἀνεῖλεν εὐθὺς ὁ Ἄρατος, ὅτε τὴν πόλιν ἠλευθέρωσε, περὶ δὲ τῆς Ἀριστράτου τοῦ κατὰ Φίλιππον ἀκμάσαντος ἐβουλεύσατο πολὺν

DE PŒCILE PORTICU IN SICYONE URBE.

14.

Demetrius Poliorcetes nonne perditissime amavit Lamiam tibicinam, ex qua etiam filiam habuit Philam? Lamiam vero Polemo ait in libro De Pœcile porticu quæ Sicyone est, filiam fuisse Cleanoris Atheniensis, et ædificandam Sicyoniis curasse illam porticum.

15.

Thebani quoque adulantes Demetrio, ut ait Polemo in libro, quem de Pœcile porticu quæ Sicyone est edidit, templum Veneri Lamiæ dedicarunt: erat autem hæc amasia Demetrii, quemadmodum et Leæna.

DE PICTURIS SICYONIIS.

16.

Haud peccaverit qui *pornographum* te nominaverit, quemadmodum Aristidem et Pausaniam et Nicophanem pictores: quorum ut talia scite pingentium meminit Polemo in libro De tabulis quæ Sicyone fuerunt.

17.

E Caria Aratus in Ægyptum multo tempore pervenit, regemque et ultro bene erga se affectum adiit, quem jam ante missis e Græcia tabulis atque picturis demerucrat Aratus. Quum enim ipse ejus artis haud ineptus esset judex, subinde aliquid artificiosi accuratique operis ad eum miserat, Pamphili maxime et Melanthi picturas cum in finem comparans. Florebat enim adhuc gloria Sicyoniæ in pingendo elegantiæ, quæ sola pulchritudinem incorruptam habere judicabatur; itaque Apelles etiam, quum jam admirationi esset, eo se contulit, et talentum pictoribus discendæ artis causa pependit, gloriæ magis quam artis eorum societatem captans. Quapropter Aratus, quo tempore Sicyonem liberavit, omnes tyrannorum imagines statim sustulit, de Aristrati autem, qui Philippi tempore florult, imagine diu deliberavit. Pictus enim erat currui victori insistens Aristratus a

χρόνον. Ἐγράφη μὲν γὰρ ὑπὸ πάντων τῶν περὶ τὸν Μέλανθον ἅρματι νικηφόρῳ παρεστὼς ὁ Ἀρίστρατος, Ἀπελλοῦ συνεφαψαμένου τῆς γραφῆς, ὡς Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἱστόρηκεν. Ἦν δὲ τὸ ἔργον ἀξιοθέατον, ὥστε γναμπτεσθαι τὸν Ἄρατον ὑπὸ τῆς τέχνης, αὖθίς τε μίσει τῷ πρὸς τοὺς τυράννους ἐξαγόμενον κελεύειν καθαιρεῖν. Τὸν οὖν ζωγράφον Νεάλκη φίλον ὄντα τοῦ Ἀράτου παραιτεῖσθαί φασι καὶ δακρύειν, ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, εἰπεῖν, ὅτι τοῖς τυράννοις πολεμητέον, οὐ τοῖς τῶν τυράννων. « Ἐάσωμεν οὖν τὸ ἅρμα καὶ τὴν Νίκην, αὐτὸν δέ σοι παρέξω τὸν Ἀρίστρατον ἐγὼ παραχωροῦντα τοῦ πίνακος. » Ἐπιτρέψαντος οὖν τοῦ Ἀράτου διήλειψεν ὁ Νεάλκης τὸν Ἀρίστρατον, εἰς δὲ τὴν χώραν φοίνικα μόνον ἐνέγραψεν, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἐτόλμησε παραβαλεῖν. Τοὺς δὲ πόδας ἐξαλειφομένου τοῦ Ἀριστράτου διαλαθεῖν ὑπὸ τὸ ἅρμα λέγουσιν.

« De Polemone dubium utrum Sicyone hanc tabulam an Alexandriæ viderit, et poterat hoc fragm. etiam ad opus Adversus Adæum et Antigonum revocari. » PRELLER.

[ΛΑΚΩΝΙΚΑ.]

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙ ΑΝΑΘΗΜΑΤΩΝ.

18.

Athenæus XIII, p. 574, C : Ἐν δὲ Λακεδαίμονι, ὡς φησι Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων, εἰκών ἐστι τῆς διαβοήτου ἑταίρας Κοττίνας, ἣν φησι καὶ βοῦν ἀναθεῖναι χαλκῆν, γράφων οὕτως· « Καὶ τὸ Κοττίνας δὲ τῆς ἑταίρας εἰκόνον, ἧς διὰ τὴν ἐπιφάνειαν οἴκημά τι λέγεται καὶ νῦν, ἐγγυτάτω τῆς Κολώνης, ἵνα τὸ Διονύσιόν ἐστιν, ἐπιφανὲς καὶ πολλοῖς ἐγνωσμένον τῶν ἐν τῇ πόλει. Ἀνάθημα δ' αὐτῆς ἐστιν ὑπὲρ τὸ τῆς Χαλκιοίκου, βοΐδιόν τι χαλκοῦν, καὶ τὸ προειρημένον εἰκόνιον. »

De situ templi Διονύσου v. Pausan. III, 13, 5.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙ ΠΟΛΕΩΝ.

Titulum hunc servavit Suidas. V. Introduct.

[ΗΛΙΑΚΑ.]

19.

Schol. vet. ad Pind. Ol. I, 28 : Περὶ δὲ τῆς Πίσης, ὅτι ὁ τόπος ἐν Ἤλιδι ὑπὸ ὑψηλῶν ὄχθων περιεχόμενος, Πολέμων φησίν. Cf. Strabo. VIII, p. 356 : Τὴν δὲ πόλιν (Πῖσαν) ἱδρυμένην ἐφ' ὕψους δεικνύουσι μεταξὺ δυοῖν ὀροῖν, Ὄσσης καὶ Ὀλύμπου, ὁμωνύμων τοῖς ἐν Θετταλίᾳ.

20.

Athenæus XI, p. 479, F : Κρατάνιον. Μήποτε τὸ νῦν καλούμενον χράνειον ἔκπωμα οὕτως ὠνόμαζον οἱ ἀρχαῖοι. Πολέμων γοῦν, ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικὸν, περὶ τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ λέγων Μεταποντίνων ναοῦ, γράφει καὶ ταῦτα· « Ναὸς Μεταποντίνων, ἐν ᾧ φιάλαι ἀργυραῖ ἑκατὸν τριάκοντα δύο, οἰνοχόαι ἀργυραῖ δύο, ἀποθυστάνιον ἀργυροῦν, φιάλαι τρεῖς ἐπίχρυσοι. Ναὸς Βυζαντίων, ἐν ᾧ Τρίτων κυπαρίσσινος, ἔχων κρατάνιον ἀργυροῦν, Σειρῆν ἀργυρᾶ, καρχήσια δύο ἀργυρᾶ, κύλιξ ἀργυρᾶ, οἰνοχόη χρυσῆ, κέρατα δύο. Ἐν δὲ τῷ ναῷ τῆς Ἥρας τῷ παλαιῷ φιάλαι τριάκοντα, κρατάνια ἀργυρᾶ δύο, χύτρος ἀργυροῦς, ἀποθυστάνιον χρυσοῦν, κρατὴρ χρυσοῦς, Κυρηναίων ἀνάθημα, βατιάκιον ἀργυροῦν. »

Melantho omnibusque ejus sociis, et Apelles quoque operam suam eo contulerat, ut quidem Polemo Periegetes narrat. Opus erat spectatu dignissimum, ita ut artificium animum Arati inflecteret, rursusque tamen odium tyrannorum incitaret, ut deleri mandaret. Nealcem tum ferunt pictorem, Arati amicum, cum lacrimis deprecatum, et quum non obtineret, dixisse : tyrannis, non eorum bonis bellum esse indictum ; itaque Victoriam et currum relinquendum, se Aristratum de tabula sublaturum. Id quum concessisset Aratus, delevit Aristratum Nealces, et palmam, nihil aliud ausus ei operi affingere, in locum ejus appinxit. Ferunt tamen deleto Aristrato pedes ejus infra currum demissos superfuisse.

[LACONICA.]

DE DONARIIS QUÆ SUNT LACEDÆMONE.

18.

Lacedæmone, ut ait Polemo Periegetes in libro De donariis quæ Lacedæmone conspiciuntur, imago est famosæ meretricis Cottinæ, a qua etiam bovem æneam dedicatam esse ait. Verba Polemonis hæc sunt : « Atque etiam Cottinæ meretricis imaguncula, cujus ob celebritatem ad hunc usque diem ganea quædam ab eadem nomen habet, proxima Colonæ ubi Bacchi templum est, insignis illa et multis Spartam incolentibus satis cognita. Est autem donarium illius super fanum Chalcioecæ Minervæ, bucula ærea et prædicta imaguncula. »

[ELIACA.]

19.

Locus in quo Pisa Elidis urbs sita est altis montibus circumcirca includitur, ut Polemo ait.

20.

Cratanion. Sic fortasse nominarunt veteres poculum illud, quod *craneum* nostra ætate vocatur. Polemon quidem, aut quisquis auctor est libri qui Helladicus inscribitur, de Metapontinorum ædicula quæ Olympiæ est loquens, hæc scribit : « Ædicula Metapontinorum : in qua phialæ argenteæ centum triginta duæ, gutti argentei duo, apothystanium argenteum, tres phialæ inauratæ. Ædicula Byzantinorum : in qua Triton e cupresso, argenteum cratanium habens ; Siren argentea ; carchesia duo argentea ; calix argenteus ; guttus aureus ; cornua duo. In Junonis vero vetere ædicula : phialæ argenteæ triginta ; argentea cratania duo, olla argentea, apothystanium aureum ; crater aureus, Cyrenensium donarium ; batiacium argenteum. »

Κράνειον] sic libri; χρουνεῖον conj. Casaub.; Preller. χρανίον, « quod fuerit deminutivum vocis χρᾶνον, ut χρατάνιον derivandum videatur a voce χρᾶς, χρᾶτα, quæ nomina vasis illis imposita fuerint ἀπὸ τοῦ σχήματος, ut ad cerebri formam efficta dixeris. » Idem Prellerus thesaurum Byzantiorum, quippe cujus non meminerit Pausanias (VI, 9), suspicatur unum eundemque fuisse cum Megarensi. Non credo. Idem Prellerus non integra Polemonis verba sed pauca hinc inde ab Athenæo excripta esse censet. Ego ipsissima *Helladici* operis verba agnosco, atque hac narrationis indole firmo sententiam meam, ex qua *Helladicus* erat succincta Græciæ descriptio antiquaria, e Polemonis maxime libris congesta, ipsique Polemoni a vulgo attributa.

21.

Schol. vet. Pind. Ol. V argum. : Περὶ δὲ τῆς ἀπήνης Πολέμων φησίν· « Ἦγετο δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀπήνης ἀγών, καί εἰσιν οἱ ἀγωνισάμενοι ἡμίονοι. » Καταλυθῆναι δὲ τοῦτο τὸ ἀγώνισμα κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν τετάρτην Ὀλυμπιάδα, καὶ εἶναι τρισκαίδεκα νίκας. Τὴν δὲ ἀπήνην λέγεσθαι ὑπὸ Τεγεατῶν φησιν ὁ Πολέμων, οἱ δὲ Θετταλῶν εἶναι τὴν λέξιν.

« De ludis ἀπήνης studiose Bentley. Diss. Phalar. p. 238 sq. ed. Lips.; ἀπήνην in Olympiis adscitam esse Ol. 70, et Ol. 84 præconio facto abolitam docet Pausan. V, 9,1, primo tum victore Thersia Thessalo. Noster docet tredecim fuisse victorias, quippe ab Ol. 71 usque ad Ol. 83. » Boeckh.

22.

Schol. Eurip. Hippolyt. v. 230 : πώλους Ἐνέτας] Ταῦτα ἀναχρονίσταται· οὐδέπω γὰρ Ἕλληνες Ἐνέταις ἐχρῶντο ἵπποις· οἱ γὰρ Ἐνέται Παφλαγονίαν πρότερον οἰκοῦντες ὕστερον ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν διέβησαν, Λέων δὲ πρῶτος Λακεδαιμόνιος πθ' (πε' Eustath.) ὀλυμπιάδι ἐνίκησεν Ἐνέταις ἵπποις, ὡς Πολέμων ἱστορεῖ, καὶ ἐπέγραψε τῇ εἰκόνι· « Λέων Λακεδαιμόνιος ἵπποισι νικῶν Ἐνέταις, Ἀντικλείδα πατήρ (πατρός? Prell.). » Scholion ante oculos habuit Eustath. ad Il. II, 851, p. 361, 10. In Λαχωνικοῖς fragmentum collocare maluit Preller.

23.

Schol. vet. Pind. Nem. X. 12 : Καὶ ἔστι περὶ τὸν Ἀδρίαν Διομήδεια νῆσος ἱερά, ἐν ᾗ τιμᾶται ὡς θεός (sc. Διομήδης)... Καὶ Πολέμων ἱστορεῖ· « Ἐν μὲν γὰρ Ἀργυρίπποις ἅγιόν ἐστιν αὐτοῦ ἱερόν, » καὶ ἐν Μεταποντίῳ δὲ διὰ πολλῆς αὐτὸν αἱρεσθαι τιμῆς ὡς θεὸν, καὶ ἐν Θουρίοις εἰκόνας αὐτοῦ καθιδρύσθαι ὡς θεοῦ. « Adjecimus hunc locum quia Venetorum equorum commemoratio cum Diomedeæ religionis conjuncta esse solet. Cf. Strabo V, p. 212. » Preller.

[ΑΡΚΑΔΙΚΑ.]

24.

Clem. Alex. Protrept. p. 31 : Πολέμων δὲ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ὑπὸ Ὀρνύτου τρωθῆναι λέγει. Fabulam v. in Arcadicis Pausaniæ VIII, 28, 3.

[ΒΟΙΩΤΙΚΑ.]

25

Athenæus I, 19, p. C : Ἐν δὲ Θήβαις Πινδάρου μὲν οὐκ ἔστιν εἰκών, Κλέωνος δὲ τοῦ ᾠδοῦ, ἐφ' ἧς ἐπιγέγραπται·

Πυθέα υἱὸς ὅδ' ἐστί, Κλέων, Θηβαῖος ἀοιδός·
ὃς πλείστους θνητῶν ἀμφέθετο στεφάνους
κρατὸς ἐπὶ σφετέρου, καί οἱ κλέος οὐρανόμηκες.
Χαῖρε, Κλέων Θήβας πατρίδ' ἐπευκλείσας.

Ὑπὸ τούτου τὸν ἀνδριάντα, ὅτε Ἀλέξανδρος τὰς Θήβας κατέσκαπτε, φησὶ Πολέμων φεύγοντά τινα χρυσίον εἰ τὸ ἱμάτιον κοῖλον ὂν ἐνθέσθαι, καὶ συνοικιζομένης τῆς

21.

De *apene* (*rheda mulari*) Polemo dicit : « Agebatur vero in Olympia apenes certamen, certantesque sunt muli. » Antiquatum autem hoc certaminis genus esse Olympiade octogesima quarta, victoriasque eo reportatas esse tredecim. Vocabulum autem ἀπήνην esse Tegeaticum Polemo ait, alii vero Thessalicum esse volunt.

22.

Pullos Venetos] In his contra temporum rationes peccavit Euripides. Nam Hippolyti temporibus nondum usi Græci Venetis equis sunt. Veneti olim Paphlagoniam incolentes postea in Adriam transmigrarunt; primus vero Venetis equis vicit Olympiade octogesima nona Leo Lacedæmonius, ut Polemo narrat; signo autem Leontis inscriptum legitur : « *Leo Lacedæmonius equis victor Venetis, Anticlidæ pater.* »

23.

Ad Adriam est Diomedea insula sacra, in qua Diomedes ut deus colitur... Polemo dicit : « Argyrippis sacrum ejus templum est, » et Metaponti quoque magnopere eum utpote deum honorari, Thuriisque ei tamquam deo statuas positas esse.

[ARCADICA.]

24.

Polemo Minervam quoque ab Ornyto vulneratam esse dicit.

[BŒOTICA.]

25.

Thebis nulla Pindari exstat statua, sed Cleonis cantoris exstat, hoc epigrammate ;

Pytheæ filius hic est, Cleon Thebanus cantor,
qui plurimas mortalium imposuit coronas
capiti suo; cujus gloria tangit Olympum.
Salve, Cleon : Thebas patriam tu nobilitasti.

Sub hac statua, quum Alexander Thebas everteret, quen-

πόλεως ἐπανελθόντα εὑρεῖν τὸ χρυσίον μετὰ ἔτη τριάκοντα.

Cf. Plin. H. N. XXXIV, 19, 4 : *Fecit* (Pythagoras Rheginus. V. Müller. *Archæol.* § 112.) *citharœdum, qui* Δίκαιος *appellatus est, quoniam quum Thebæ ab Alexandro caperentur, aurum a fugiente conditum sinu ejus celatum esset.* — τριάκοντα] Ad constituendam Thebarum chronologiam numero usi sunt Casaubonus et Clintonus F. H. ad an. 305. Res lubrica. « Mihi, Prellerus ait, probatior sententia Schweighæuseri, qui monet Polemonem non loqui de instauratione Thebarum, verum de reditu hominis istius, qui aurum suum absconderat, ut de illa solum Diodorum (XIX, 54) audiendum putem. » Cf. Droysen. *Hellen.* I, p. 328.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΘΗΒΗΣΙΝ ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ.

26.

Schol. vet. Pind. Ol. VIII, 153 : Πολέμων ἐν τῷ Περὶ τῶν Θήβησιν Ἡρακλείων φησὶ χαλκὸν τὸ ἆθλον εἶναι τοῖς ἐν Ἀρκαδίᾳ Λυκαίοις, ὥστε ἀπὸ κοινοῦ τὰ ἔργα καὶ τὸ χαλκὸν ληπτέον, ὅτε φησὶν ὁ Πίνδαρος· « Ὅ τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔγνω μιν τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ ἔργα καὶ Θήβαις· » δίδοται γὰρ ἐν ταύταις τρίπους χαλκοῦς. Πολλοὶ δ' ἄγονται ἀγῶνες ἐν Ἀρκαδίᾳ, Λύκαια, Κόρεια, Ἀλεᾶια, Ἕρμαια· ἐν δὲ Θήβαις τὰ Ἡράκλεια· τὰ δὲ αὐτὰ καὶ Ἰολάεια καλεῖται... Ταῦτα Ἀριστόνικος. Cf. Bœckh. Expl. Pind. p. 175.

[ΦΩΚΙΚΑ.]

ΚΤΙΣΕΙΣ ΤΩΝ ΕΝ ΦΩΚΙΔΙ ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ ΣΥΓΓΕΝΕΙΑΣ ΑΥΤΩΝ.

« Titulum affert Suidas. Videtur hæc operis pars inter ceterorum Phocidis oppidorum origines etiam Stiridis primordia explicasse, de qua cf. Paus. X, 35, 5 : Οἱ δὲ ἐνταῦθά φασιν οὐ Φωκεῖς, Ἀθηναῖοι δὲ εἶναι τὰ ἄνωθεν καὶ ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὁμοῦ Πετεῷ τῷ Ὀρνέως ἀφικέσθαι διωχθέντι ὑπὸ Αἰγέως ἐξ Ἀθηνῶν· ὅτι δὲ τῷ Πετεῷ πολὺ ἐκ τοῦ δήμου τῶν Στειριέων ἠκολούθησεν, ἐπὶ τούτῳ κληθῆναι τὴν πόλιν Στίριν. Eadem sed copiosius a Polemone tractata esse credibile est, adjecta fortasse monumentorum, quæ haud dubie in hujus fabulæ fidem a Stiritis ostendebantur, tractatione. Atticæ originis esse gloriabatur etiam Lebadea, Bœotica illa quidem urbs, sed prope fines Phocensium sita, cf. Paus. IX, 39, 1. » Preller.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ ΘΗΣΑΥΡΩΝ.

27.

Plutarch. Qu. Conv. V, 2, p. 675, B : Καὶ τοῦτο μὲν τὸ ἀνάγνωσμα (Acesandri Περὶ Λιβύης opus) τῶν οὐκ ἐν μέσῳ ἐστί· τοῖς δὲ Πολέμωνος τοῦ Ἀθηναίου Περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν οἶμαι ὅτι πολλοῖς ὑμῶν ἐντυγχάνειν ἐπιμελές ἐστι, καὶ χρὴ, πολυμαθοῦς καὶ οὐ νυστάζοντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἀνδρός· ἐκεῖ τοίνυν εὑρήσετε γεγραμμένον, ὡς ἐν τῷ Σικυωνίῳ (Σικυωνίων Preller.) θησαυρῷ χρυσοῦν ἀνέκειτο βιβλίον Ἀριστομάχης ἀνάθημα τῆς Ἐρυθραίας] ποιητρίας, Ἴσθμια νενικηκυίας.

« De Aristomache poetria aliunde non constat. Adnumeranda est illustribus illis, quibus Doricæ civitates inclaruerunt, feminis, de quibus in universum dixit Müllerus *Dor.* II, p. 374 sq. Neque musici certaminis cum Isthmiis conjuncti meminisse alium scriptorem puto. » Preller.

28.

Athen. XIII, p. 606, A, B : Πολέμων δὲ, ἢ ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικόν· « Ἐν Δελφοῖς, φησὶν, ἐν τῷ πινάκων θησαυρῷ παῖδές εἰσι λίθινοι δύο, ὧν τοῦ ἑτέρου Δελφοί φασι τῶν θεωρῶν ἐπιθυμήσαντά τινα

---

dam, ait Polemo, priusquam profugeret, aurum in pallii cavo abdidisse; dein, quum instauraretur civitas, reversum eundem reperisse aurum post annos triginta.

DE HERACLEIS THEBANIS.

26.

Polemo de Heracleis Thebanis loquens dicit in Lycæis Arcadiæ ludis æs præmium dari, adeo ut in Pindari verbis : Ὅ τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔγνω μιν τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ ἔργα καὶ Θήβαις, illud χαλκὸς et ἔργα etsi semel positum, etiam ad reliqua subintelligendum sit. Nam datur in ludis hisce tripus æneus. Multi autem ludi sunt in Arcadia, Lycæa, Corea, Aleæa, Hermæa. Thebis vero Heraclea, quæ eadem etiam Iolæa vocantur. Hæc Aristonicus.

DE THESAURIS DELPHICIS.

27.

Hujus quidem (Acesandri De Libya operis) lectio non est omnibus in promptu : Polemonis autem Atheniensis De thesauris Delphicis scriptum existimo plerisque vestrûm curæ fuisse ut legerent, itaque oportet, hominis varie docti et non oscitanter in rebus Græcis versati. Ibi ergo legetis in Sicyoniorum thesauro repositum libellum aureum (*volumen poetriæ carmina continens, aureis ornamentis indutum, vel, ut Prellero videtur, literas auro pictas habens*), dedicatum ab Aristomacha Erythræa poetria, quum Isthmia vicisset.

28.

Polemo sive quisquis est auctor libri qui Helladius inscribitur : « Delphis, ait, in tabularum pictarum thesauro duo sunt pueri lapidei : quorum unius cupidine incensus aliquis

συγκαταλεισθῆναι, καὶ τῆς ὁμιλίας καταλιπεῖν στέφανον. Φωραθέντος δ' αὐτοῦ, τὸν θεὸν χρωμένοις τοῖς Δελφοῖς συντάξαι, ἀφεῖναι τὸν ἄνθρωπον· δεδωκέναι γὰρ αὐτῷ μισθόν. »

29.

Ælian. H. A. XII, 40, de sacro lupo Delphico. Vide Aristotelis fr. 177.

[ΗΠΕΙΡΩΤΙΚΑ.]

30.

Steph. Byz. v. Δωδώνη· Ἔστι δὲ καὶ Δωδωναῖον χαλκεῖον παροιμία ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων. Sequitur locus Demonis (fr. 17), cujus sententiam auctor improbat. Deinde pergit: Προσθετέον οὖν τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι ἀκριβῶς τὴν Δωδώνην ἐπισταμένῳ καὶ Ἀριστείδῃ τὰ τούτου μεταγεγραφότι, λέγοντι κατὰ τὴν δευτέραν· « Ἐν τῇ Δωδώνῃ στῦλοι δύο παράλληλοι καὶ παρεγγὺς ἀλλήλων, καὶ ἐπὶ μὲν θατέρου χαλκεῖόν ἐστιν οὐ μέγα, τοῖς δὲ νῦν παραπλήσιον λέβησι· ἐπὶ δὲ θατέρου παιδάριον ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ μαστίγιον ἔχον, οὗ κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος ὁ τὸ λεβήτιον ἔχων κίων ἕστηκεν. Ὅταν οὖν ἄνεμον συμβῇ πνεῖν, τοὺς τῆς μάστιγος ἱμάντας χαλκοῦς ὄντας ὁμοίως τοῖς ἀληθινοῖς ἱμᾶσιν αἰωρουμένους ὑπὸ τοῦ πνεύματος συνέβαινε ψαύειν τοῦ χαλκείου καὶ τοῦτο ἀδιαλείπτως ποιεῖν ἕως ἂν ὁ ἄνεμος διαμένῃ. »

Polemone usus fuerit etiam Strabo VII, p. 329 : Ἡ παροιμία τὸ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον ἐντεῦθεν ὠνομάσθη· χαλκεῖον ἦν ἐν τῷ ἱερῷ ἔχον ὑπερκείμενον ἀνδριάντα κρατοῦντα μάστιγα χαλκῆν, ἀνάθημα Κορκυραίων· ἡ δὲ μάστιξ ἦν τριπλῆ ἁλυσιδωτή, ἀπηρτημένους ἔχουσα ἐξ αὐτῆς ἀστραγάλους, οἳ πλήττοντες τὸ χαλκεῖον συνεχῶς, ὁπότε αἰωροῖντο ὑπὸ τῶν ἀνέμων, μακροὺς ἦχους ἀπειργάζοντο, ἕως ὁ μετρῶν τὸν χρόνον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἤχου μέχρι τέλους καὶ ἐπὶ υ' προελθεῖν. Ὅθεν καὶ ἡ παροιμία ἐλέχθη, ἡ Κορκυραίων μάστιξ.

Cf. Lucium Tarrhæum ap. Stephan. Byz. l. l., ex cujus opere De proverb. omnia sua Steph. petiisse videtur; Suidas v. Δωδ. χαλκ. (Demonis fr. 18); Eustath. ad Hom. p. 335, 46; 1760, 55; ad Dionys. v. 428. Schol. ad Hom. Il. XVI, 233; Callimachus Del. 285 et fr. 306; Eudoc. p. 127; Zenob. VI, 5. Schneidewin. præfat. in Parœmiogr. p. XIV. — Ceterum Demonis fidem tueri studet Welckerus ad Philostr. p. 566. « Conjicere licet, inquit, circularem lebetum apparatum Polemonis ætate collapsum fuisse et alterum minus artificiosum in locum ejus successisse. » Rectius, puto, Prellerus : « Mihi quidem unus Polemo audiendus videtur, quem cernis ut oculatum testem loqui. Nam Demo et qui sequuntur Demonem (in quibus [præter Creuzerum *Dionys.* p. 47 coll. Welcker l. l.] est etiam O. Müllerus ap. Bœttiger. *Amalth.* I, p. 133, quem sequitur Stuhr. *Die Religionssysteme d. Hellenen* p. 35) ante omnia velim mihi hoc approbent, quod affirment pelves istas delubro Jovis Dodonæi *pro mœnibus* fuisse, quod equidem confiteor, quo pacto ad certam ædificii speciem templorumque Græcorum consuetudinem revocari possit non video. »

ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ ΙΛΙΟΥ.

Ἐν βιβλίοις γ'.

Ad hunc titulum a Suida servatum sequentes locos tres cum Prellero referre licet.

31.

Scholl. Venet. et Did. in Il. I, 39 : Σμινθεῦ] ἐπίθετον Ἀπόλλωνος. Σμίνθος γὰρ τόπος τῆς Τρῳάδος, ἐν ᾧ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Σμινθίου ἀπὸ αἰτίας τῇδε. Ἐν Χρύσῃ, πόλει τῆς Μυσίας, Κρῖνίς τις ἱερεὺς ἦν τοῦ κεῖθι Ἀπόλλωνος· τούτῳ ὀργισθεὶς ὁ θεὸς ἔπεμψεν αὐτοῦ τοῖς ἀγροῖς μύας, οἵτινες τοὺς καρποὺς ἐλυμαίνοντο. Βουληθεὶς δέ ποτε ὁ θεὸς αὐτῷ καταλλαγῆναι πρὸς Ὀρθὴν τὸν ἀρχιβουκόλον αὐτοῦ παρεγένετο, παρ' ᾧ ξενισθεὶς ὁ θεὸς ὑπέσχετο τῶν κακῶν ἀπαλλάξειν, καὶ δὴ παραχρῆμα τοξεύσας τοὺς μῦς διέφθειρεν. Ἀπαλλασσόμενος οὖν ἐνετείλατο τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ δη-

---

qui spectatum venerat, sese cum eo inclusit, et congressus præmium reliquit coronam. Qui quum facti esset convictus, consultantibus Delphis præcepisse aiunt deum, liberum dimitterent hominem, quippe qui mercedem sibi dedisset.

[EPIROTICA.]

Faciendum est cum Polemone periegeta Dodonæ res bene cognitas habenti et cum Aristide qui Polemonis verba exscribens ita ait libro secundo : « In Dodona duæ sunt stelæ parallelæ nec multum inter se distantes, quarum in altera est vas æneum haud ita magnum, lebetibus, quales nunc nos usurpamus, simile; in altera autem stela stat puerulus dextra manu flagellum tenens, ejusque ad dextram etiam columna est, quæ vasculum istud habet. Jam igitur simulatque ventus spiraverit, flagelli lori ænei, similiter ac coriacei, vento agitati in vas æneum illiduntur, idque continuo fit tamdiu quam ventus perdurat. »

ILII PERIEGESIS.

31.

Sminthus, locus Troadis, in quo fanum habet Apollo Sminthius hanc ab causam. Scilicet in Chryse urbe Mysiæ Crinis quidam sacerdos erat Apollinis, quem ibi colunt. Huic succensens deus mures agris ejus immisit, qui fruges arrodentes corrumpebant. Tandem quum reconciliare deus se ei vellet, ad Orden, bubulcis a sacerdote præfectum, accessit, ab eoque hospitio exceptus malorum promisit liberationem, ac continuo mures telis confixos delevit. Abiturus deinde

λῶσαι τῷ Κρίνιδι. Οὗ γενομένου ὁ Κρῖνις ἱερὸν ἱδρύσατο τῷ θεῷ, Σμινθέα αὐτὸν προσαγορεύσας, ἐπειδὴ κατὰ τὴν ἐγχώριον αὐτῶν διάλεκτον οἱ μύες σμίνθοι καλοῦνται. Ἡ ἱστορία παρὰ Πολέμωνι.

« Poterant hæc etiam ad epistolam ad Attalum scriptam revocari. — Cf. Clem. Alex. Protrept. p. 34 Pott. : Πολέμων δὲ τοὺς ἀμφὶ τὴν Τρῳάδα κατοικοῦντας ἱστορεῖ τοὺς ἐπιχωρίους μῦς, οὓς σμίνθους καλοῦσι, (sc. θρησκεύειν,) ὅτι νευρὰς τῶν πολεμίων διέτρωγον τῶν τόξων· καὶ Σμίνθιον Ἀπόλλωνα ἀπὸ τῶν μυῶν ἐκείνων ἐπεφήμισαν. Qui confundit testimonia Polemonis et alius grammatici, quæ diserte distinguuntur ap. schol. Il. Præterea cf. Strabo XIII, p. 604; Eustath. p. 34, 10—35, 8; schol. Aristot. Rhet. II, 24, et qui plenissime de his fabulis egit Hœck. *Creta* II, p. 265—285. » Preller. De Smintheis cf. etiam Müller. *Dor.* I, 218. 263, 5. Cf. Dionysii Chalcid. fr. 4; Heraclides Pont. fr. 42.

32.

Eustathius ad Il. II, p. 228 : Καινὸν δὲ οὐδὲν καὶ τοιοῦτον ἀνατεθεῖσθαι λίθον ἐν τοῖς ἐκεῖ· ἐπεί τοι καὶ Παλαμήδους ἐπινοησαμένου κυβείαν καὶ πεττείαν ἐν Ἰλίῳ εἰς παραμύθιον λιμοῦ κατασχόντος τὴν στρατιὰν λίθος ἐκεῖ ἐδείκνυτο, καθὰ Πολέμων ἱστορεῖ, ἐφ' οὗ ἐπέσευον. De his adi V. Jahn. *Palamed.* p. 27 sq.; Bæhr. ad Herodot. I, 94; Welcker. *Zeitschr. f. Alterthumsw.* 1834, p. 54 sq.

33.

Steph. Byz. : Μυρμισσός· πόλις περὶ Λάμψακον, ὡς Πολέμων.

« Eadem urbs dicitur Μερμησσός, St. B. s. v. Μαρμισσός, Suid. v. Σίβυλλα, Μαρπησσός, Pausan. X, 12, 1 sq; cf. Siebelis ad h. l. et Salmas. ad Solin. p. 79. Ferebatur unius ex Sibyllis patria esse, unde haud raro nominatur, velut Tibull. II, 5, 67, ubi codd. habent *Marpesia*, et ap. Lactant. Inst. I, 6, 12, ubi codd. variant inter *Marpessus* et *Marmesus*. Ad agrum Trojanum hoc oppidum pertinuisse cernitur ex Suida et ex Pausania. » Preller.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΠΟΝΤΩ ΠΟΛΕΩΝ.

Titulum servavit Suidas. Fragmenta non exstant.

[ΚΑΡΙΚΑ.]

34.

Steph. Byz. : Εὐθηναί· πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν καθ' ἡμᾶς Εὐθηναῖος, κατ' ἐκείνους δὲ Εὐθηνεύς. Πολέμων δὲ καὶ Εὐθηνίτας φησίν.

« Holstenius in nummis et Εὐθηναίων et Εὐθηνιτῶν inveniri monet. Oppidum Euthanc haud procul ab Halicarnasso situm memoratur etiam a Pomp. Mel. I, 16; Plin. H. N. V, 29. » Preller.

35.

Etym. M. p. 751, 27 : Τελμισσεῖς· οἰκοῦσιν ἐν Καρίᾳ, ἀπέχοντες ἑξήκοντα στάδια Ἁλικαρνασσοῦ, ὡς Πολέμων. Τελμισσὸς δὲ πόλις ἐν Λυκίᾳ κ. τ. λ Eadem Suidas et Photius s. v., Apostol. XVIII, 25. Cf. Dionysii Chalcidensis fr. 4.

ΠΕΡΙ ΣΑΜΟΘΡΑΚΗΣ.

36.

Athenæus IX, p. 372, A : Πολέμων δ' ὁ περιηγητὴς ἐν τῷ Περὶ Σαμοθράκης καὶ κιττῆσαί φησι τῆς γηθυλλίδος τὴν Λητώ, γράφων οὕτως· « Διατέταχται παρὰ Δελφοῖς τῇ θυσίᾳ τῶν θεοξενίων, ὃς ἂν κομίσῃ γηθυλλίδα μεγίστην τῇ Λητοῖ, λαμβάνειν μοῖραν ἀπὸ τῆς τραπέζης. Ἑώρακά τε καὶ αὐτὸς οὐκ ἐλάττω γηθυλλίδα γογγυλίδος καὶ τῆς στρογγύλης ῥαφανίδος. Ἱστοροῦσι δὲ τὴν Λητὼ κύουσαν τὸν Ἀπόλλωνα κιττῆσαι γηθυλλίδος· διὸ δὴ τῆς τιμῆς τετυχηκέναι ταύτης. »

Λαμβάνειν μοῖραν] Cf. quæ de Pindaro et Pindaridis narrat Plutarch. De Ser. N. V. c. 13 et Eustath. in proœm. ad Pind. carm. p. 17 ed. Schnei-

---

Crinidem de apparitione ipsius certiorem reddi jussit. Quo facto, Crinis templum dedicavit Apollini Smintheo. Nimirum ita deum cognominavit, quod mures regionis hujus dialecto *sminthi* vocantur. Historiam narrat Polemo.

32.

Palamedes cuborum et talorum ludum ad Ilium excogitavit, ut ærumnas exercitus inedia laborantis propulsaret, atque lapidem, Polemone teste, ibi monstrabant, in quo tesseris lusisse Græci dicuntur.

33.

Myrmissus, urbs prope Lampsacum, uti Polemo.

[CARICA.]

34.

Euthenæ, urbs Cariæ. Cives Polemo Euthenitas dicit.

35.

Telmissenses in Caria habitant ab Halicarnasso distantes stadiis sexaginta, ut Polemo ait.

DE SAMOTHRACE.

36.

Polemo periegeta in libro De Samothracia scribit etiam, Latonam pica laborantem appetivisse gethyllidem. Cujus verba hæc sunt : « Apud Delphos, in sacrificio quod *Theoxenia* vocant, sancitum est, ut, qui Latonæ maximam gethyllidem obtulerit, is de sacra mensa portionem accipiat. Et vidi ipse ego gethyllidem haud minorem rapa aut rotundo raphano. Narrant autem, Latonam, Apollinem utero gerentem, quum ciborum aliorum fastidio laboraret, appetivisse gethyllidem : et ea de causa hunc honorem ei esse tributum. »

dew. De Theoxeniis exponit Bœckh. Expl. Pind. Ol. III, p. 194. Apud Delphos et Pellenenses festum agebatur in honorem Apollinis, apud Agrigentinos celebrabatur Dioscuris. Iisdem diis fortasse in Samothracia Theoxenia dedicata erant. De Dioscuris et Cabiris Polemo egit in opere quod Alexandridæ inscripserat (fr. 76 a).

37.

Festus Epit. p. 328 ed. Müller: *Salios a saliendo et saltando dictos esse quamvis dubitari non debeat, tamen Polemo ait Arcada quendam fuisse nomine Salium, quem Æneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui juvenes Italicos* ἐνόπλιον *saltationem docuerit.*

Ad librum Π. Σαμοθράκης pertinere statuit Lobeck. Aglaoph. p. 1206, recte fortassis. « *Æneas*] nempe quum Nasos in agro Cophyensi incoluisset, qui Mantineensi proximus est. V. Dion. Hal. I, 49, Strabo XIII, p. 608, coll. Pausan. VIII, 23, 2. 25, 2. — *a Mantinea*] de eadem re Plutarch. Num. 13, Servius in Virg. Æn. VIII, 285. Causa ejus fabulæ hæc est, quod Mantineæ cum artificiis hoplomachiæ (v. Athen. IV, p. 154, D) etiam pyrrhicha saltatio eximie colebatur. » Müller.

ΚΤΙΣΕΙΣ ΙΤΑΛΙΚΩΝ ΚΑΙ ΣΙΚΕΛΙΚΩΝ ΠΟΛΕΩΝ.

38.

Schol. Apoll. Rh. V, 324: Ὁ δὲ Καυλιακὸς σκόπελος τῆς Σκυθίας, πλησίον τοῦ Ἴστρου· οὗ μνημονεύει Πολέμων ἐν Κτίσεσιν (sic cod. Paris.; κτίσει vulg.) Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν. « Hæc si corrigantur, sicut par est, ἐν κτίσει Παλικῶν τῶν Σικελικῶν, nemo non ea censebit ad locum Macrobii V, 19 (v. fr. 83) referenda. » Hæc ingeniose Bernhardy ad Suid. v. Πολέμων; quamquam conjecturæ parum favet loci argumentum, de quo hæc Prellerus: « Rupes Cauliacæ ad eam Danubii partem quærendæ sunt, ubi Dravus cum eo conjungitur. Quod cernitur partim ex fragmento Hecatæi (60): Καυλιακοί, ἔθνος κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον· κέκληται δὲ ἀπὸ ὄρους· partim ex eo, quod Apollonius prope montem Cauliacum et Angurum, qui illi vicinus erat (flumen Ἄγγρος ejusdem regionis memoratur ab Herodoto IV, 49), τὸν Ἴστρον narrat, ut scholiastæ verbis utar, διασχιζόμενον τῇ μὲν εἰς τὸν Ἀδρίαν, τῇ δὲ εἰς τὸν Εὔξεινον εἰσβάλλειν, ubi patet indicari Dravum disjuncto a Danubio flumine occidentem petentem. » — Ceterum ad hunc Polemonis librum referendum fuerit fr. 102 et fortasse fr. 89.

ΑΝΤΙΓΡΑΦΑΙ.

ΤΑ ΠΡΟΣ ΤΙΜΑΙΟΝ.

39.

Ε LIBRO PRIMO.

Athenæus X, p. 416, B: Πολέμων δ' ἐν πρώτῳ (ἐνάτῳ libri; corr. Schweigh.) τῶν πρὸς Τίμαιον, παρὰ Σικελιώταις φησὶν Ἀδηφαγίας ἱερὸν εἶναι, καὶ Σιτοῦς Δήμητρος ἄγαλμα, οὗ πλησίον ἱδρῦσθαι καὶ Ἰμαλίδος, καθάπερ ἐν Δελφοῖς Ἑρμούχου, ἐν δὲ Σκώλῳ τῷ Βοιωτιακῷ Μεγαλάρτου καὶ Μεγαλομάζου.

Idem III, p. 109, A: Οὐ τούτου οὖν τοῦ Ἄρτου ὁ νῦν καιρὸς ἦν, ἀλλὰ τῶν εὑρημένων ὑπὸ τῆς Σιτοῦς καλουμένης Δήμητρος καὶ Ἰμαλίδος· οὕτως γὰρ ἡ θεὸς παρὰ Συρακοσίοις τιμᾶται, ὡς ὁ αὐτὸς Πολέμων ἱστορεῖ ἐν τῷ Περὶ Μορύχου (fr. 74)· ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον ἐν Σκώλῳ φησὶ τῷ Βοιωτιακῷ Μεγαλάρτου καὶ Μεγαλομάζου ἀγάλματα ἱδρῦσθαι. Hinc sua Ælian. V. H. I, 27, Eustath. p. 265, 28 sqq. Cf. Timæi fr. 4. De re v. Heffter. *Rhodus* III, p. 25, Preller. *Demeter u. Persephon.* p. 316 sqq. De Scolo oppido cf. Müller. *Min.* p. 489. In simili argumento versatur locus, quem jam subjicimus.

40.

Athenæus II, p. 39, C: Πολέμων φησὶν ἐν Μουνυχίᾳ ἥρωα Ἀκρατοπότην τιμᾶσθαι, παρὰ δὲ Σπαρτιάταις Μάττωνα καὶ Κεράωνα ἥρωας ὑπό τινων μαγείρων

ITALICARUM ET SICULARUM URBIUM ORIGINES.

38.

Cauliaci scopuli Scythiæ prope Istrum fluvium siti meminit Polemo in opere De originibus urbium Italicarum et Sicularum.

RESCRIPTA.

CONTRA TIMÆUM.

39.

Polemo primo libro eorum quæ Contra Timæum scripsit, apud Siculos ait templum esse Voracitatis, et Sitûs (*Frumentariæ*) Cereris statuam, et prope eam Himalidis (*Farinaceæ*) stare imaginem, quemadmodum Delphis *Hermuchi*, et in Scolo Bœotico Megalarti et Megalomazi statuas.

Non ille Panis est, quem nunc desideramus, sed de eo genere qui a Cerere inventus est, quæ Sito et Himalis cognominatur. Hac enim appellatione colitur dea apud Syracusanos, ut tradit idem Polemo in libro De Morycho. Primo vero Adversus Timæum libro ait Scoli in Bœotia consecratas esse Megalarti et Megalomazi satuas.

40.

Polemo scribit, Munychiæ religiose coli heroem Acratopoten (id est, Meribibum), apud Spartanos vero a co-

ἱδρῦσθαι ἐν τοῖς φειδιτίοις. Τιμᾶται δὲ καὶ ἐν Ἀχαΐᾳ Δειπνεὺς, ἀπὸ τῶν δείπνων σχὼν τὴν προσηγορίαν.

« Eorundem numinum, Spartæ a coquis dedicatorum, rursus meminit Athen. IV, p. 173, F sqq., ubi pro ὑπό τινων μαγείρων est ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς φειδιτίοις ποιούντων τε τὰς μάζας καὶ χεραννύντων τὸν οἶνον διακόνων, quibus verbis simul ratio significatur nominum numinibus illis impositorum. Nempe ἀπὸ τοῦ μᾶζαν μάττειν alterum Μάττωνα vocarunt, pro quo nomine opportune hic posito minus commode Δαίτωνα est IV, p. 173, F. Contra ibi recte ἀπὸ τοῦ χεραννύειν vel χεραῖν τὸν οἶνον alterius nomen Κεράωνα scriptum exhibent libri omnes et Eustath. p. 1413, 21 sq., quod ipsum hic pro Κέρδωνα monente etiam Meursio Miscell. Lacon. I, 6 reponere non dubitavi. » Schweighæuser.

41.

E LIBRO QUARTO.

Clem. Alex. Protrept. p. 41 Pott. : Τῶν Σεμνῶν Ἀθήνησιν καλουμένων θεῶν τὰς μὲν δύο Σκοπᾶς ἐποίησεν ἐκ τοῦ καλουμένου Λυχνέως λίθου, Κάλαμις δὲ ἣν μέσην αὐταῖν ἱστοροῦντα λέγουσι Πολέμωνα δεικνύναι ἐν τῇ τετάρτῃ Πρὸς Τίμαιον.

Schol. Soph. OEd. C. 39 : Φύλαρχός φησι δύο αὐτὰς εἶναι, τὰ δὲ Ἀθήνησιν ἀγάλματα δύο. Πολέμων δὲ τρεῖς αὐτάς φησιν.

Cf. Schol. Æschin. Adv. Timarch. p. 747 Rsk. : Τρεῖς ἦσαν αὗται αἱ λεγόμεναι Σεμναὶ θεαὶ ἢ Εὐμενίδες ἢ Ἐριννύες· ὧν τὰς μὲν δύο τὰς ἑκατέρωθεν Σκοπᾶς ὁ Πάριος ἐποίησεν ἐκ τοῦ Λυχνίτου λίθου, τὴν δὲ μέσην Κάλαμις.

« Apud Clem. Alex. libri : Κάλως δὲ ἣν μέσην αὐταῖν ἱστοροῦνται ἔχουσαι, Πολέμωνα. Κάλαμις scribendum esse viderunt Osann. in *Annali dell' Instit. di corr. arch.* 1830, p. 149; O. Müller. in *Æschyl. Eum.* p. 179, Creuzer. *Symb.* I, 1, p. 150. edit. tertiæ. Cetera ego emendavi ex conjectura. » Preller. Ita potius scribendum puto : Καλαμίδος δ' εἶναι, ἣν μέσην αὐταῖν ἱστοροῦνται ἔχουσαι, [λέγουσι] Πολέμωνα δεικνύναι.

42.

Schol. Soph. OEd. Col. 100 : Οὐ γὰρ σπένδεται οἶνος αὐταῖς (Furiis), ἀλλ' ὕδωρ, καὶ νηφάλιαι καλοῦνται αἱ σπονδαὶ αὐτῶν. Πολέμων δὲ ἐν τῷ Πρὸς Τίμαιον καὶ ἄλλοις τισὶ θεοῖς νηφαλίους φησὶ θυσίας γενέσθαι, γράφων οὕτως· « Ἀθηναῖοί τε γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἐπιμελεῖς ὄντες καὶ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσιοι νηφάλια μὲν ἱερὰ θύουσι Μνημοσύνῃ Μούσῃ, Ἠοῖ, Ἡλίῳ, Σελήνῃ, Νύμφαις, Ἀφροδίτῃ Οὐρανίᾳ. »

Suidas : Νηφάλιος θυσία παρὰ Ἀθηναίοις ἐτελεῖτο Μνημοσύνῃ, Ἠοῖ, Ἡλίῳ, Σελήνῃ, Νύμφαις, Ἀφροδίτῃ Οὐρανίᾳ, ὥς φησι Πολέμων.

Apud schol. est Μνημοσύναις, Μούσαις, quod e Suida corr. Preller.

43.

E LIBRO QUINTO.

Athen. III, p. 81, F : Ἕρμων δ' ἐν Κρητικαῖς γλώσσαις κοδύμαλα καλεῖσθαί φησι τὰ κυδώνια μῆλα. Πολέμων δ' ἐν πέμπτῳ τῶν Πρὸς Τίμαιον ἄνθους γένος τὸ κοδύμαλον εἶναί τινας ἱστορεῖν.

44.

E LIBRO SEXTO.

Athenæus XIII, p. 588, C : Ἐξ Ὑκκάρων... αἰχμάλωτος γενομένη (sc. ἡ Λαΐς) ἦκεν εἰς Κόρινθον, ὡς ἱστορεῖ Πολέμων ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν Πρὸς Τίμαιον.

Idem p. 589, A : Τίμαιος (fr. 105) δ' ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν, ἐξ Ὑκκάρων (sc. εἶναί φησι τὴν Λαΐδα), καθὰ καὶ Πολέμων εἴρηκεν, ἀναιρεθῆναι φάσκων αὐτὴν ὑπό τινων γυναικῶν ἐν Θετταλίᾳ, ἐρα-

---

quis nonnullis statuas in phiditiis fuisse positas Mattoni et Ceraoni heroibus. Colitur vero etiam in Achaia Deipneus (*quasi Cœneus*), a cœnis nomen habens.

41.

Semnarum quæ Athenis appellantur dearum duas Scopas ex Lychnite lapide elaboravit. Calamidis vero esse eam, quæ duæ illæ mediam habere dicuntur, Polemonem monstrare aiunt libro quarto Adversus Timæum.

Phylarchus duas, duoque earum Athenis signa esse dicit. Polemo vero tres deas esse narrat.

Tres erant deæ quæ vocantur Semnæ vel Eumenides vel Furiæ; duas earum, ad utrumque latus positas, Scopas Parius ex Lychnite lapide fecit, mediam vero Calamis.

42.

Non libatur Furiis vino, sed aqua, atque nephaliæ (*sobriæ*) vocantur libationes iis oblatæ. Polemo in scripto Adversus Timæum etiam aliis diis nephalia sacra offerri ait ita scribens : « Athenienses enim in hisce rebus magnam diligentiam adhibentes et in deorum cultu religiosi, nephalia sacra faciunt Mnemosynæ Musæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, Veneri Cœlesti. »

43.

Hermon (*Hermonax?*) in Glossis Creticis dicit *codymala* vocari mala Cydonia. Polemon vero quinto libro Adversus Timæum tradere nonnullos ait, floris genus esse quod codymalum dicatur.

44.

Ex Hyccaris (urbe Sicula) Lais bello capta Corinthum venerat, ut tradit Polemo sexto librorum Contra Timæum.

Timæus decimo tertio libro Historiarum, Hyccaris ortam esse Laidem ait, quemadmodum etiam Polemo dixit, occisam fuisse tradens a mulieribus nonnullis in Thessalia, quum amore capta esset Pausaniæ cujusdam Thessali, per invidiam et zelotypiam ligneis scabellis oppressam in Veneris

σθεῖσάν τινος Παυσανίου Θετταλοῦ, κατὰ φθόνον καὶ δυσζηλίαν ταῖς ξυλίναις χελώναις τυπτομένην ἐν Ἀφροδίτης ἱερῷ. Διὸ καὶ τὸ τέμενος κληθῆναι ἀνοσίας Ἀφροδίτης. Δείκνυσθαι δ' αὐτῆς τάφον παρὰ τῷ Πηνειῷ, σημεῖον ἔχοντα ὑδρίαν λιθίνην, καὶ ἐπίγραμμα τόδε·

Τῆσδέ ποθ' ἡ μεγάλαυχος ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν
Ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου,
Λαΐδος· ἣν ἐτέκνωσεν Ἔρως, θρέψεν δὲ Κόρινθος·
κεῖται δ' ἐν κλεινοῖς Θετταλικοῖς πεδίοις.

Αὐτοσχεδιάζουσιν οὖν οἱ λέγοντες αὐτὴν ἐν Κορίνθῳ τεθάφθαι πρὸς τῷ Κρανείῳ.

Stephan. Byz. v. Κραστὸς, πόλις Σικελίας. Ἐκ ταύτης ἦν.. Λαΐς ἡ ἑταίρα, ὡς Νεάνθης... Ἀπίων δὲ, ὅτι μόνος Πολέμων ἔφη τὴν Λαΐδα Κορινθίαν. Hæc exceptoris culpa corrupta. — Cum Polemone de morte Laidis faciunt schol. Aristoph. Pl. 179 et Plutarch. Amator. c. 21, ex quibus narrationem Polemonis supplere licet. Cf. Pausan. II, 2, 4, et in universum Jacobs. Mus. Att. III, 2, p. 173 sqq. 221 sqq. — αὐτοσχεδιάζουσιν] Inter eos, ut videtur, Timæus.

45.

E LIBRO DUODECIMO.

Athenæus XV, p. 698, A : Πολλοί τινες παρῳδιῶν ποιηταὶ γεγόνασιν... ἐνδοξότατος δ' ἦν Εὔβοιος ὁ Πάριος, γενόμενος τοῖς χρόνοις κατὰ Φίλιππον. Οὗτός ἐστιν ὁ καὶ Ἀθηναίοις λοιδορησάμενος, καὶ σώζεται αὐτοῦ τῶν παρῳδιῶν βιβλία τέσσαρα. Μνημονεύει δ' αὐτοῦ Τίμων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Σίλλων. Πολέμων δ' ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν Πρὸς Τίμαιον περὶ τῶν τὰς παρῳδίας γεγραφότων ἱστορῶν τάδε γράφει· « Καὶ τὸν Βοιωτὸν δὲ καὶ τὸν Εὔβοιον τοὺς τὰς παρῳδίας γράψαντας λογίους ἂν φήσαιμι διὰ τὸ παίζειν ἀμφιδεξίως καὶ τῶν προγενεστέρων ποιητῶν ὑπερέχειν ἐπιγεγονότας. Εὑρετὴν μὲν οὖν γένους Ἱππώνακτα φατέον τὸν Ἰαμβοποιόν. Λέγει γὰρ οὗτος ἐν ταῖς ἑξαμέτροις·

Μοῦσά μοι Εὐρυμεδοντιάδεα τὴν ποντοχάρυβδιν
τὴν ἐγγαστριμάχαιραν, ὃς ἐσθίει οὐ κατὰ κόσμον,
ἔννεφ' ὅπως ψηφῖδι κακῇ κακὸν οἶτον ὀλῇται,
βουλῇ δημοσίῃ παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.

Κέχρηται δὲ καὶ ὁ Ἐπίχαρμος ὁ Συρακόσιος ἔν τισι τῶν δραμάτων ἐπ' ὀλίγον καὶ Κρατῖνος ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς ἐν Εὐνείδαις, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὃν ἐκάλουν Φακῆν. Λέγει γὰρ οὕτως·

Ἐς δὲ Θάσον μ' ἐλθόντα μετεωρίζοντες ἔβαλλον
πολλοῖσι σπελέθοισι, καὶ ὧδέ τις εἶπε παραστάς·
Ὦ πάντων ἀνδρῶν βδελυρώτατε, τίς σ' ἀνέπεισεν
ἐς καλὴν κρηπῖδα ποσὶν τοιοῖσδ' ἀναβῆναι;
Τοῖσι δ' ἐγὼ πᾶσι σμικρὸν μετὰ τοῦτ' ἔπος εἶπον·
Λῆμμ' ἀνέπεισε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντ' ἀναβῆναι
καὶ σπάνις, ἣ πολλοὺς Θασίων εἰς ὀλκάδα βάλλει
εὐκούρων βδελυρῶν, ὀλλύντων τ' ὀλλυμένων τε
ἀνδρῶν, οἳ νῦν κεῖθι κακῶς κακὰ ῥαψῳδοῦσιν·
οἷς καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖς σίτου χρῄζων ἐπίπλησα.
Αὖθις δ' οὐκ ἐπὶ κέρδος ἀποίσομαι, εἰς Θασίους δὲ
μηδὲν πημαίνων κλυτὸν ἄργυρον ἐγγυαλίξω.

* * *

Μή τις μοι κατὰ οἶκον Ἀχαϊάδων νεμεσήσῃ
πεσσομένης ἀλόχου τὸν ἀχύρμιον ἄρτον ἐν οἴκοις,
καὶ ποτέ τις εἴπῃ σμικρὸν τυροῦντ' ἐσιδοῦσα·
ὡς Φιλίων Ὁρμὴν παρ' Ἀθηναίοισιν ἀείσας
πεντήκοντ' ἔλαβε δραχμὰς, σὺ δὲ μικρὸν ἐπέμψω.

---

templo : inde templo nomen impositum esse *Impiæ Veneris*. Monstrari autem ait sepulcrum ejus juxta Peneum, signum habens hydriam lapideam, cum hac inscriptione :

Hujus pulcritudine deabus æquiparandæ in servitutem olim
redacta est invicta fortitudine glorians Græcia,
Laidis; quam genuit Amor, nutrivitque Corinthus :
jacetque nunc in campis nobilibus Thessaliæ.

Quare nugantur qui Corinthi eam prope Craneum sepultam dicunt.

45.

Parodiarum poetæ multi fuerunt ; nobilissimus vero Eubœus Parius, qui Philippi vixit ætate. Idem hic est, qui Athenienses etiam maledictis exagitavit : et supersunt ejus Parodiarum libri quattuor. Mentionem hujus fecit Timon, primo Sillorum. Polemo vero, duodecimo libro Adversus Timæum, de Parodiarum scriptoribus verba faciens, hæc scribit : « Etiam Bœotum et Eubœum, qui Parodias scripserunt, laudem meruisse dicam eo, quod ingeniosa dexteritate ludunt, et superiores poetas posteriores ipsi antecellunt. Inventor quidem hujus generis Hipponax dicendus est, iamborum poeta. Dicit enim hic in Hexametris :

Musa, mihi Eurymedontis filium cane Pontocharybdin,
gladium in ventre habentem, qui immodice vorat.
Dic mihi quo pacto malis suffragiis mala morte perierit,
populi judicio maris ad litus infructuosi!

Eodem genere etiam Epicharmus Syracusius aliquantisper usus est suorum in dramatum aliquo : item Cratinus, veteris comœdiæ poeta, in Eunidis; et qui eadem ætate vixit Hegemon Thasius, quem *Lenticulam* vocabant. Sic enim ille scribit :

Thasum me venientem sublatis conjecerunt
multis stercoribus, et adstans aliquis ita me compellavit :
O omnium hominum scelestissime, quis tibi persuasit
pulcræ ut crepidæ talibus insisteres pedibus?
Quibus ego omnibus hoc verbum respondi :
Quæstus me impulit senem et invitum adscendere,
Et inopia, multos quæ Thasios in navem compellit,
scelestos juvenes, et perdentes pereuntesque
viros; qui nunc illic prave prava cantillant.
Ad idem genus cum his et ego inopia adductus me applicui.
Iterum vero quæstus causa non abibo : sed apud Thasios
innoxius nobile deponam argentum.

* * *

Ne qua mihi Achivarum popularium succenseat
uxorem domi acerosum panem subigentem,
et me parvum caseum fermento admiscentem conspexerit
« Philion apud Athenienses Impetum canens, [dicat :
« centum accepit drachmas : tu vero parum domum misisti. »

Ταῦτά μοι ὁρμαίνοντι παρίστατο Παλλὰς Ἀθήνη
χρυσῆν ῥάβδον ἔχουσα καὶ ἤλασεν εἰπέ τε φωνῇ·
Δεινὰ παθοῦσα Φακῆ βδελυρὴ χώρ' εἰς τὸν ἀγῶνα.
Καὶ τότε δὴ θάρσησα καὶ ἡιδον πολὺ μᾶλλον.

Πεποίηκε δὲ παρῳδίας καὶ Ἕρμιππος ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητής. Τούτων δὲ πρῶτος εἰσῆλθεν εἰς τοὺς ἀγῶνας τοὺς θυμελικοὺς Ἡγήμων καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐνίκησεν ἄλλαις τε παρῳδίαις καὶ τῇ Γιγαντομαχίᾳ. Γέγραφε δὲ καὶ κωμῳδίαν εἰς τὸν ἀρχαῖον τρόπον, ἣν ἐπιγράφουσι Φιλίννην. Ὁ δὲ Εὔβοιος πολλὰ μὲν εἴρηκεν ἐν τοῖς ποιήμασι χαρίεντα· περὶ μὲν τῆς τῶν βαλανέων μάχης·

βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν (f. ἀγγείοισιν [Schw.).

Περὶ δὲ τοῦ λοιδορουμένου κουρέως τῷ κεραμεῖ τῆς γυναικὸς χάριν·

μήτε σὺ τόνδ' ἀγαθός περ ἐὼν ἀποαίρεο κουρεῦ,
μήτε σὺ Πηλείδη.

Ὅτι δὲ ἦν τις περὶ αὐτοὺς δόξα παρὰ τοῖς Σικελιώταις, Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ὁ τραγῳδιοδιδάσκαλος ποιήσας ἐλεγεῖον τρόπον τοῦτον δηλοῖ·

Ὡς Ἀγαθοκλῆος λάσιαι φρένες ἤλασαν ἔξω
πατρίδος. Ἀρχαίων ἦν ὃδ' ἀνὴρ προγόνων,
εἰθὼς ἐκ νεότητος ἀεὶ ξείνοισιν ὁμιλεῖν
ξεῖνος· Μιμνέρμου δ' εἰς ἔπος ἄκρον ἰὼν
παιδομανεῖ σὺν ἔρωτι πότ' ἦν ἴσον· ἔγραφε δ' ὠνὴρ
εὖ, παρ' Ὁμηρείην ἀγλαΐην ἐπέων,
πισσύγγους ἢ φῶρας ἀναιδέας ἤ τινα χλούνην,
ᾗλύων ἀνθηρῇ σὺν κακοδαιμονίῃ,
τοῖα Συρηκοσίοις καὶ ἔχων χάριν· ὃς δὲ Βοιωτοῦ
ἤκουεν, Εὐβοίῳ τέρψεται οὐδ' ὀλίγον. »

Disputatio profecta videtur ab iis, quæ de Bœoto et Eubœo Timæus in Agathoclis historia fortasse dixerat. — De poetis istis præ ceteris v. Weland. « De præcipuis Parodiarum Hom. scriptoribus. » Gœtting. 1833. De Alexandri Ætoli versibus v. Capellemann (Alex. Ætol. fr. p. 15) et N. Bach. in *Zeitschrift f. A.* 1837. n. 41.

Hæc mihi mente agitanti adstitit Pallas Athene,
auream virgam tenens, qua me feriens dixit:
« Gravia passa, Lenticula scelesta, abi in certamen! »
Tunc ego recepi animum, et multo magis cecini.

Etiam Hermippus Parodias composuit, veteris comœdiæ poeta. Sed primus ex Parodis in scenica certamina descendit Hegemon, et apud Athenienses victoriam reportavit, quum aliis parodiis, tum Gigantomachia. Scripsit idem etiam comœdiam prisco more, quam Philinnam inscribunt. Eubœus vero multa in suis carminibus festiva dixit; veluti de balneorum pugna:

Feriebant se invicem æneis vasculis (*lanceis* Hom. Il. 18, [534.)

Tum de tonsore (περὶ κουρέως) qui mulieris causa conviciabatur figulo (qui τὸν πηλὸν, *lutum*, tractat):

Neque tu, quamvis fortis sis, (eam) huic aufer, κουρεῦ (κού- [ρην. Hom. Il. 1,275.)
nec tu Pelide! (figule!)

Fuisse autem hos homines (Bœotum et Eubœum) in existimatione quadam apud Siculos, Alexander Ætolus, is qui tragœdias docuit, in Elegia quadam his verbis declarat:

Quem (Bœotum) Agathoclis ferox animus expulerat
patria: nobili hic vir genere fuit,
adsuetus ab adolescentia cum exteris conversari
hospes: Mimnermi vero præcepta ad amussim tenens,
puerorum amore olim, sicut ille, insanierat. Descripsit autem [idem
pulcre, ad illustrium Homeri versuum imitationem,
sutores, aut fures impudentes, aut grassatorem quendam
jocans floridis cum petulantiis:
ita gratiosus apud Syracusios erat. Quisquis vero Bœotum
audivit, is Eubœo ne parum quidem delectabitur. »

46.

E LIBRO INCERTO.

Athenæus XIV, p. 659, C: Τὸν δὲ Μαίσωνα Πολέμων ἐν τοῖς Πρὸς Τίμαιον ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ φησὶν εἶναι Μεγαρέων, καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων.

V. Meinek. Com. vol. I, p. 22 sq. et quos Prellerus laudat Grysar. Doriens. com. p. 247, Baguet. De Chrysippo p. 236 sqq., Schneidewin. Exercit. crit. cap. IX et in *Gœtting. Anz.* 1837, p. 847 sqq.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΘΗΝΗΣΙΝ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΑΣ.

Prellerus: « Ita schol. Aristoph. Av. 11. Brevius Hesych. v. Βίηφι, ὡς Πολέμων ἐν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίᾳ. Schol. Soph. OEd. Col. 481, et Harpocr. p. 24, 5: Πολ. ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην, unde Bernhardy. Eratosth. p. 5 τὰ πρὸς Ἐρατοσθένην pluribus libris comprehensa fuisse censet, eorumque partem fuisse scriptionem Περὶ τῆς Ἀθήνησι Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας. Mihi formula τὰ πρὸς Ἐρατ. nihil nisi compendium plenioris, quem ceteri afferunt, tituli esse videtur. Certe quamquam Polemonis opus non solum ad geographica Eratosthenis opera, sed etiam ad chronologica (frgm. 52) et inprimis ad opus de antiqua comœdia (frgm. 47. 48) respexisse constat, tamen omnia quæ nunc exstant fragmenta eo redeunt, ut eas potissimum res, quæ antiquitates Atticas attingerent, hisce libris contra Eratosthenem editis (minimum

46.

Mæsonem Polemo in libris adversus Timæum ait Megarensem quidem fuisse, sed ex iis qui in Sicilia sunt, non ex Nisæis.

duos fuisse cernitur ex schol. Arist. l. c.) tractatas fuisse putemus. Et quadrat in eandem sententiam locus Strabonis I, p. 15 : Ἔστι δ' ὁ Ἐρατοσθένης οὐχ οὕτως εὐκατατρόχαστος, ὥστε μηδ' Ἀθήνας αὐτὸν ἰδεῖν φάσκειν, ὅπερ Πολέμων ἐπιχειρεῖ δεικνύναι, οὔτ' ἐπὶ τοσοῦτον πιστὸς, ἐφ' ὅσον παρεδέξαντό τινες κτλ. Id enim egisse videtur noster, ut quicquid ab Eratosthene parum recte vel parum accurate de rebus Atticis traditum erat, id enotaret, accuratius perquireret, et postremum illud inde ratiocinaretur, Eratosthenem nunquam vidisse Athenas. Quod cave serio Polemonem affirmasse putes, quum constet ex Suida v. Ἐρατοσθένης, aliis, Eratosthenem ex ipsis Athenis a tertio Ptolemæo Alexandriam arcessitum esse. Sed videtur mihi id joculariter posuisse, ac si dixeris de eo quem urbem aliquam festinantius percucurrisse deprehendas : dubito an nunquam viderit illam urbem. Et poteris etiam ipsam tituli formulam ad hanc sententiam applicare, Περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας, hoc est, de Eratosthenis quam per opera sua profitetur Athenis commoratione : quibus ipsis inquam verbis Athenis eum fuisse concedit, num diligens fuerit per hanc operis partem inquisitor dubium reddit. Neque mihi ideo verendum esse videtur ne officiatur fidei et auctoritati Eratosthenis, quippe cujus laus maxime in ea geographia posita erat quæ peculiariter appellatur, qua mathematica et astronomia cum terræ cognitione conjungitur, ut de universis orbis terrarum conditionibus atque rationibus certa via inquiratur. Hæc quum maximo opere agerent geographi qui proprie vocabantur, minutiora ista, quæ ad singulorum locorum inspectionem et tractationem pertinebant, vel concedere aliis scriptoribus vel ab his depromere solebant, sicuti etiam Strabo in multis, qui ad accuratiorem singularum regionum descriptionem pertinent, locis non suus esse, sed ab aliis pendere deprehenditur. Neque Eratosthenem in talibus optimam per omnia fidem habuisse identidem significat idem Strabo. Jam vero hic proprius periegetarum campus, hæc propria laus erat quod in minoribus istis diligentissimi erant maximoque in singulis quibusque urbium et terrarum proprietatibus et monimentis studio versabantur. — Ita vellem de hoc Polemonis opere judicasset etiam Bernhardy Eratosth. p. 3 sqq., qui quum revera ac serio Polemonem negasse putaret Eratosthenem fuisse Athenis, non potuit quin parum bene de nostro sentiret. Quamquam et ipse Eratosthenem concedit fugitivo tantum oculo Athenas perlustrasse videri. Idem recte maximam argumenti, quod Polemo tractaverit, partem in antiquitatibus Atticis positam fuisse dicit. Dubitari tamen potest de eo quod adjicit, etiam de rebus grammaticis, velut de terminationibus poeticis, a Polemone disputatum esse (fr. 51). »

E LIBRO SECUNDO.

47.

Schol. Aristoph. Av. 11 : Ἐξηκεστίδης... Μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Πολέμων ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας (ἀποδημίας cod. Ven.), λέγων· « Ὁ δὲ Ἐξηκεστίδης, κιθαρῳδὸς Πυθιονίκης, νικᾷ δὲ καὶ τὸν τῶν Καρνείων ἀγῶνα τὸν ἐν Λακεδαίμονι, καὶ Παναθήναια δίς. »

De Execestide Eratosthenes dixerat in opere de antiqua comœdia vel in chronographia.

E LIBRIS INCERTIS.

48.

Harpocratio v. Ἄξονι : Οἱ Σόλωνος νόμοι ἐν ξυλίναις ἦσαν ἄξοσι γεγραμμένοι... ἦσαν δὲ, ὡς φησι Πολέμων ἐν τοῖς Πρὸς Ἐρατοσθένην, τετράγωνοι τὸ σχῆμα διασώζονται δὲ ἐν τῷ πρυτανείῳ, γεγραμμένοι κατὰ πάντα τὰ μέρη· ποιοῦσι δ' ἐνίοτε φαντασίαν τρίγωνον, ὅταν ἐπὶ τὸ στενὸν κλιθῶσι τῆς γωνίας.

Cf. schol. Apollon. Rh. IV, 280 : Κύρβεις λέγουσιν, ὡς Ἐρατοσθένης φησὶ, καὶ τοὺς ἄξονας καλουμένους Ἀθήνησιν, ἐν οἷς οἱ νόμοι περιέχονται. Οἱ δὲ ἀκριβέστεροι ἄξονας μὲν τετραγώνους... κύρβεις δὲ τριγώνους. Num ipse Polemo inter κύρβεις et ἄξονας distinxerit, ex loco Harpocrationis erui nequit; unde hoc tantum colligis Eratosthenem (De antiq. com. p. 211 Bernh.) τριγώνους dixisse, quos τετραγώνους esse Polemo ostendit. Cf. Aristotelis fr. 11.

49.

Schol. Soph. OEd. Col. v. 489, ἄπυστα φωνῶν :

DE ERATOSTHENIS IN ATHENARUM URBE COMMORATIONE.

47.

Execestidæ Polemo quoque meminit in libro secundo De Eratosthenis in Athenarum urbe commoratione ita loquens : « Execestides, citharœdus Pythionica, etiam in Carneorum certamine Lacedæmonio, et bis Panathenæis vicit. »

48.

Solonis leges in ligneis erant axibus scriptæ;... hi vero, ut Polemo ait in libris Adversus Eratosthenem, quadranguli forma erant. Servantur adhuc in prytaneo, in omnibus lateribus inscripti. Quanquam interdum triangulorum speciem præbent, quando ita jacent, ut unus angulus in terram defixus sit.

49.

Furiis sacra faciunt solenne observantes silentium sive

Τοῦτο ἀπὸ τῆς ὀρωμένης θυσίας ταῖς Εὐμενίσι φησί· μετὰ γὰρ ἡσυχίας τὰ ἱερὰ ὁρῶσι, καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἀπὸ Ἡσύχου θύουσιν αὐταῖς, καθάπερ Πολέμων ἐν τοῖς Πρὸς Ἐρατοσθένην φησὶν, οὕτω· « Τὸ δὲ τῶν Εὐπατριδῶν γένος, ὃ μετέχει τῆς θυσίας ταύτης. » Εἶτα ἑξῆς· « Τῆς δὲ πομπῆς ταύτης Ἡσυχίδαι, ὃ δὴ γένος ἐστὶ περὶ τὰς Σεμνὰς θεὰς, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει. Καὶ προθύονται πρὸ τῆς θυσίας κριὸν Ἡσύχῳ ἱερὸν ἥρῳ, τοῦτον οὕτω καλοῦντες διὰ τὴν εὐφημίαν· οὗ τὸ ἱερόν ἐστι παρὰ τὸ Κολώνειον, ἐκτὸς τῶν Ἐννέα πυλῶν. »

« Οἱ ἀπὸ Ἡσύχου] vulgo additur καταγόμενοι, quod deest in edit. Emsl. — γένος, ὃ μετέχει] vulgo γ. οὐ μετέχει; corr. Herm. Opuscul. VI, 2, p. 118. (De Æsch. Eum. ed. Müller. p. 180.) Idem commate post θεὰς posito genitivum πομπῆς pendere putat a voce ἡγεμονίαν ἔχει. Mihi genitivus pendere videtur a verbo aliquo cum proxime antecedentibus omisso, velut ἐπιμελοῦνται. — Ἡσύχῳ ἱερὸν ἥρῳ] Emsl. malebat ἥρῳ, Hermannus Ἡσύχῳ, ἥρῳ, omisso ἱερὸν propter subsequens οὗ τὸ ἱερόν. — Κολώνειον] vulgo Κυδώνιον; corr. Müller. Addit. ad Leake *Topogr. Ath.* p. 455 ed. Hal. — De Hesychidarum gente cf. Bossler. De sacr. Att. fam. p. 17. » Preller. Cf. Apollodor. fr. 9.

50.

Hesych. v. Δευτερόποτμος, ὁ ὑπό τινων ὑστερόποτμος· οὕτω δὲ ἔλεγον ὁπόταν τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο καὶ ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν. Ὁ δὲ Πολέμων καὶ ἀπειρῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φησι θεῶν.

De re cf. Plutarch. Qu. R. c. 5. Fragmentum huc Prellerus revocavit propter Semnarum mentionem.

51.

Hesych.: Βίηφι (βίηφι ed. Hack.), δύναμις, βία, ὡς Πολέμων ἐν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίᾳ. Vulgo ἀποδημίᾳ; correxit Bernhardy ad Eratosth. p. 4, cui Polemo de poetæ loco egisse videtur, qui βίηφι adhibuerit nominativum significans. At vide Kühner. Gr. I, p. 298 sq. — Ruhnken. in Auctuar. ad Hes. verba ὡς Πολέμων κτλ. ad aliam glossam pertinuisse putat; Ruhnkenio suffragatur Prellerus.

52.

Hesych.: Ἐφωδίων. Ἐρατοσθένης διὰ τοῦ τ Ἐφωτίων ἀναγράφει, Μαινάλιον, περιοδονίκην, παγκρατιαστήν· ὁ δὲ Πολέμων διὰ τοῦ δ. Cf. Eratosthen. Fragm. chron. fr. 24, p. 204 ed. nostr.

ΠΡΟΣ ΝΕΑΝΘΗΝ ΑΝΤΙΓΡΑΦΑΙ.

53.

Athenæus XIII, p. 602, C : Διαδόητα δ' ἐστὶ καὶ τὰ ἐπὶ Κρατίνῳ τῷ Ἀθηναίῳ γενόμενα, κ. τ. λ. (Vide Neanthis fr. 24.) Οὐκ ἀγνοῶ δὲ, ὅτι τὰ περὶ Κρατίνου καὶ Ἀριστοδήμου πεπλάσθαι φησὶ Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἐν ταῖς Πρὸς τὸν Νεάνθην ἀντιγραφαῖς.

[ΠΡΟΣ ΙΣΤΡΟΝ?]

« De peculiari scripto adversus Istrum composito non constat; sed sunt duo fragmenta, ex quibus tale opus constitisse collegeris. Quamquam non diffiteor etiam aliis locis hæc tractari potuisse. » Preller.

54.

Athenæus IX, p. 387, F : Σὺ δὲ κατὰ τὰς συνθήκας ἂν μὴ αὔριον ἀποδῷς τὰ ὡμολογημένα, οὐκ ἐξαπατήσεως δημοσίᾳ σε γράψομαι, ἀλλὰ τὸν Φᾶσιν οἰκήσοντα ἀποπέμψω, ὡς Πολέμων ὁ περιηγητὴς Ἴστρον, τὸν Καλλιμάχειον συγγραφέα, εἰς τὸν ὁμώνυμον κατεπόντου ποταμόν.

ἡσυχίαν. Quapropter etiam qui ab Hesycho genus ducunt sacris eorum præsunt, uti Polemo in iis quæ contra Eratosthenem scripsit his refert verbis : « Eupatridarum gens, cui suæ in sacris his partes sunt, » et paullo post : « Pompæ ejus duces Hesychidæ, cui genti Semnarum dearum sacerdotium et pompæ ducendæ cura sunt demandata. Antequam vero ipsis deabus sacra offerant, arietem mactant Hesycho heroi, qui ob ἡσυχίαν sive εὐφημίαν sic nominatus est. Sacellum ejus situm est prope Cyloneum ante Novem portas (Ἐννεάπυλον τὸ Πελασγικόν. Clitodem. fr. 22.) »

50.

Δευτερόποτμος, is qui nonnullis dicitur ὑστερόποτμος: sic eum appellabant qui quum mortuus putaretur ideoque justis et inferiis honoratus esset, deinde vivus fuisse apparuit. Ejusmodi hominibus, ut Polemo dicit, in templum Semnarum dearum ingredi non licebat.

51.

Βίηφι, *vis*, ut Polemo in Eratosthenis commemoratione (in Athenarum urbe).

52.

Eratosthenes per τ literam scribit Ἐφωτίων, Mænalium dicens periodonicam pancratio. Polemo vero nomen istud per δ literam scribit.

ADVERSUS NEANTHEM RESCRIPTIONES.

53.

Non sum nescius, quæ de Cratino et Aristodemo narrantur, ea ficta esse contendere Polemonem in Rescriptionibus adversus Neanthem.

ADVERSUS ISTRUM.

54.

Tu nisi cras mihi ex pacto reddideris quæ pollicitus es, non equidem doli mali te publice reum agam, sed ad Phasin relegabo, vitam ubi trahas; quemadmodum Polemo periegeta Istrum Callimachi discipulum, historiarum scriptorem, in cognomine fluvio demersum voluit.

55

Schol. Pind. Nem. V, 89 : Ἐν Ἀθήναις φασὶν εὑρῆσθαι τὴν παλαιστρικὴν ὑπὸ Φόρβαντος τοῦ παιδοτρίβου Θησέως. Φερεκύδης δὲ (fr. 108) ἡνίοχον τὸν Φόρβαντά φησι Θησέως, σὺν ᾧ καὶ τὴν Ἀμαζόνα ἁρπάζει. Καὶ Πολέμων δὲ ἱστορεῖ πάλην εὑρηκέναι Φόρβαντα Ἀθηναῖον, ὅτι δὲ Θησεὺς παρ' Ἀθηνᾶς ἔμαθε πάλην Ἴστρος (fr. 23) ἱστορεῖ.

« Cf. Hesych. Φόρβας, Ἀττικὸς ἥρως et Eurip. Suppl. 680, ubi dux equitatus Attici vocatur. Palæstrices inventorem Theseum fuisse tradit Pausan. I, 39, 3. » Siebelis ad Istrum p. 55. De alio Phorbante item insigni luctatore, v. schol. Hom. Il. XXIII, 660. Welcker. *Cycl.* p. 64.

ΠΡΟΣ ΑΔΑΙΟΝ ΚΑΙ ΑΝΤΙΓΟΝΟΝ.

Preller : « Semel (fr. 63) laudatur Πολέμων ἐν τοῖς Πρὸς Ἀντίγονον περὶ ζωγράφων, h. e. adversus Antigonum, qui scripserat Περὶ ζωγράφων. Sæpius citantur τὰ πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον, v. fr. 56, 58, all. Sex ad minimum libris hoc opus constabat, v. fr. 62. Schweighæuser. Animadv. ad Athen. vol. IX, p. 179, dubitat de voce πρός, utrum hi libri scripti fuerint ad Adæum et Antigonum an adversus eos : mihi credibilius etiam hoc opus in contentione positum fuisse. De argumento constat ex fragmentis, partim ex nominibus adversariorum. Ex illis cf. inprimis fr. 58. 60. 63, quæ tota sunt in picturarum argumentis expromendis. Quod ad Antigonum et Adæum attinet, illum modo vidimus Περὶ ζωγράφων scripsisse, cf. Athen. XI, p. 474, C. Idem inter scriptores Περὶ πινάκων nominatur a Diog. L. VII, 188, qui picturæ cujusdam mentionem inveniri negat παρὰ τοῖς περὶ πινάκων γράψασιν, deinde pergit μήτε γὰρ παρὰ Πολέμωνι μήτε παρ' Ὑψικράτῳ, ἀλλὰ μηδὲ παρ' Ἀντιγόνῳ εἶναι, unde Antigonum vel plenissime suam materiam tractasse existimaveris, hujusque et Polemonis (cf. 57-59) scriptorum similem in artium historia apud veteres usum fuisse atque Callimachi et Aristophanis tabularum quæ vocabantur in historia literarum; nam Polemonis apud Diog. L. l. c. haud dubie hoc ipsum, de quo nunc dicimus, quo Antigoni thesauros compleverat, opus intelligitur. Nominat etiam Plinius Antigonum, H. N. XXXV, 36, 5 : *Hanc ei* (Parrhasio) *gloriam concessere Antigonus et Xenocrates* (nonnulli voluerunt Hypsicrates), *qui de pictura scripsere.* »

De Adæo cf. Jacobs. Animadv. Anthol. vol. III, 3, p. 832. Distinguendum inter Adæum Mitylenæum, ad quem pertinebat scriptio Polemonis, et Adæum Macedonem; utrumque confudit Müllerus *Archæol.* § 315, 2. Mitylenæus scripsit Περὶ ἀγαλματοποιῶν, Athen. III, p. 606, A, et sunt etiam inter Polemonis, quæ ex hoc opere supersunt, fragmenta, quæ statuariorum historiam attingant, v. fr. 59, 60 : ut plenum operis titulum fuisse crediderim : Πολέμωνος πρὸς Ἀδαῖον περὶ ἀγαλματοποιῶν καὶ Ἀντίγονον περὶ ζωγράφων. Sed Adæus citatur etiam ἐν τοῖς Περὶ διαθέσεως, ap. Athenæum XI, p. 471, F. Hunc Schneiderus Attali primi temporibus vixisse statuit, discedens a Reiskio, qui eundem ad Alexandri Magni tempora retulit, quod Jacobsius de Adæo Macedone statuere malit. Ratum est eum et Antigonum ante Polemonem h. e. ante Ptolemæum Epiphanem floruisse; et crediderim per hos inchoatum esse antiquarium illud scribendi genus, quo tabularum per templa, porticus, pinacothecas dispersarum argumenta describebantur, magis ut antiquitates inde illustrarentur quam ut artis pingendi leges atque historia. Ejusdem generis fuisse commentarios Polemonis cernitur ex fragmentis omnibus; et tractabatur omnis Περὶ πινάκων locus a veteribus simili ratione atque nostrates ante Winckelmannum in artium historia versati sunt. Casu factum ut plurima fragmentorum pars de poculorum generibus sint; talia maxime curabat is qui ea servavit. »

Loci duo Athenæi, ubi *Adæus* laudatur, hi sunt : XI, p. 471, F : Ἀδαῖος δ' ἐν τοῖς Περὶ διαθέσεως (i. e. de dispositione rerum et personarum in picturis) τὸ αὐτὸ ὑπολαμβάνει θηρίκλειον εἶναι, καὶ καρχήσιον. XIII, p. 606, A : Κτησικλέους δέ ἐστιν ἔργον τὸ ἄγαλμα, ὥς φησιν Ἀδαῖος ὁ Μυτιληναῖος ἐν τῷ Περὶ ἀγαλματοποιῶν. Puellam saxeam dicit in Samiæ Junonis templo repositam, cujus amore flagravit Clisophon. V. Clearchi fr. 36.

Præter Adæum Macedonem, cujus epigramma in Anthol. exstat, alium Adæum Macedonem, Persei legatum ad Gentium memorat Polybius XXVIII, 5; Adæum Bubasti præfectum habes ibid. XV, 27, 6. — Quod ad *Antigonum* attinet, addo locum Plinii, ex quo ætatem scriptoris et probabiliter etiam urbem, ubi degebat (Pergami) definire licet. Ita enim Plinius XXXIV, s. 19, 24 : *Plures artifices fecere Attali et Eumenis adversus Gallos prælia : Isigonus, Pyromachus, Stratonicus, Antigonus qui condidit volumina de arte sua.*

55. Athenis artem palæstræ a Phorbante Thesei alipta inventam esse aiunt. Pherecydes Phorbantem aurigam fuisse Thesei, cum quo etiam Amazonem rapuisset, narrat. Polemo quoque Phorbantem Atheniensem luctandi artem invenisse tradit, Theseum vero a Minerva luctari edoctum esse Ister dicit.

E LIBRO PRIMO.

56.

Athenæus XI, p. 462, A : Πολέμων δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονόν φησιν οὕτως· « Τῆς δ' Ἡρακλείας τῆς ὑπὸ τὴν Οἴτην καὶ Τραχῖνα τῶν οἰκητόρων μεθ' Ἡρακλέους τινὲς ἀφικόμενοι ἐκ Λυδίας Κυλικρᾶνες, οἱ δ' Ἀθαμᾶνες, ἀφ' ὧν οἱ τόποι διαμένουσιν· οἷς οὐδὲ τῆς πολιτείας μετέδοσαν οἱ Ἡρακλεῶται, συνοίκους ἀλλοφύλους ὑπολαβόντες. Κυλικρᾶνες δὲ λέγονται, ὅτι τοὺς ὤμους κεχαραγμένοι κύλικας ἦσαν. »

Hesych. v. Κυλικράνων : Πολέμων φησὶν ὅτι τοὺς ὤμους κεχαραγμένοι ἦσαν κύλικας· οἱ δὲ τοὺς ὑπὸ τῇ Οἴτῃ Ἡρακλεώτας ἀπό τινος οὕτως ὠνομάσθαι.

De Cyllicranibus servis plura v. ap. Müller. *Dor.* I, p. 427, *Min.* p. 253,8. Wachsmuth. *Hell. Alterthumsk.* I, 1, p. 169.

57.

Athenæus XI, p. 497, F : Σελευκίς. Ὅτι ἀπὸ Σελεύκου τοῦ βασιλέως τὴν προσηγορίαν ἔσχε τὸ ἔκπωμα, προείρηται, ἱστοροῦντος τοῦτο καὶ Ἀπολλοδώρου τοῦ Ἀθηναίου. Πολέμων δ' ἐν πρώτῳ τῶν Πρὸς Ἀδαῖον. « Ποτήρια (φησὶ) παραπλήσια Σελευκίς, Ῥοδιάς, Ἀντιγονίς. » Cf. Athen. p. 783, E. Pollux VI, 96. Clem. Alex. Pæd. II, p. 188 Pott.

E LIBRO TERTIO.

58.

Athenæus V, p. 210, A : Ἐν τούτοις ὁ Λυσίας εἰπὼν ὅτι καὶ χαλκῆ ἦν ἡ ἐγγυθήκη, σαφῶς παρίστησιν ὡς καὶ ὁ Καλλίξενος εἴρηκε λεβήτων αὐτὰς ὑποθήματα εἶναι· οὕτως γὰρ καὶ Πολέμων ὁ περιηγητὴς εἶπεν ἐν τρίτῳ τῶν Πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον, ἐξηγούμενος διάθεσιν ἐν Φλιοῦντι κατὰ τὴν Πολεμάρχειον στοὰν γεγραμμένην ὑπὸ Σίλλακος τοῦ Ῥηγίνου, οὗ μνημονεύουσιν Ἐπίχαρμος καὶ Σιμωνίδης, λέγων οὕτως· « Ἐγγυθήκη καὶ ἐπ' αὐτῆς κύπελλον. » De stoa πολ. et de Sillace aliunde non constat. De ἐγγυθήκῃ adi Steph. Thes. vol. II, p. 37.

E LIBRO QUINTO.

59.

Athenæus IX, p. 388, C : Πολέμων δ' ἐν πέμπτῳ τῶν Πρὸς Ἀντίγονον καὶ Ἀδαῖον πορφυρίωνά φησι τὸν ὄρνιν, διαιτώμενον κατὰ τὰς οἰκίας τὰς ὑπάνδρους τῶν γυναικῶν τηρεῖν πικρῶς, καὶ τοιαύτην ἔχειν αἴσθησιν ἐπὶ τῆς μοιχευομένης, ὥσθ', ὅταν τοῦθ' ὑπονοήσῃ, προσημαίνει τῷ δεσπότῃ, ἀγχόνῃ τὸ ζῆν περιγράψας. « Οὐ πρότερόν τε, » φησὶ, « τροφῆς μεταλαμβάνει, εἰ μὴ περιπατήσῃ τόπον τινὰ ἐξευρὼν ἑαυτῷ ἐπιτήδειον· μεθ' ὃ κονισάμενος λούεται, εἶτα τρέφεται. » Hinc sua Eustath. p. 1467,5 et Ælian. H. A. III, 42, ubi v. Schneider. Cf. quæ sequuntur ap. Athenæum ex Aristotele et Antigono Carystio.

60.

Athenæus XI, p. 484, C : Πολέμων δ' ἐν πέμπτῳ τῶν Πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονόν φησι· « Διόνυσος τέλειος, καθήμενος ἐπὶ πέτρας· ἐξ εὐωνύμων δ' αὐτοῦ σάτυρος φαλακρὸς, ἐν τῇ δεξιᾷ κώθωνα μόνωτον ῥαδδωτὸν κρατῶν. »

« Μόνωτον] μόνῳ τόν et μόνον τόν libri ; corr. Valcken. Diatrib. Eurip. p. 279. — « Apparet hunc locum ex descriptione picturæ depromptum esse ; Athenæus laudat eum propter vocem κώθων. Satyrum Baccho poculum ministrantem pinxit Praxiteles, Pausan. I, 20, 1, atque erat hæc usitatissima repræsentatio, v. Müller. *Archæol.* § 383 not. 8. » Preller.

61.

Athenæus XI, p. 483, C : Καὶ Πολέμων δ' ἐν τῇ *

ADVERSUS ADÆUM ET ANTIGONUM.

56.

Polemo primo libro Adversus Adæum et Antigonum ita scribit : « Heracleæ incolæ, quæ sub Œta et Trachine est, partim Cylicranes sunt quidam, qui cum Hercule ex Lydia advenerant, alii Athamanes a quibus habitata supersunt loca : cum quibus jus administrandæ civitatis non communicarunt Heracleotæ, pro peregrinis habentes qui cum ipsis habitarent. Cylicranes autem dicuntur, quod calicis formam humeris inustam habent. »

57.

Seleucis. A Seleuco rege nomen invenisse hoc poculum, supra dictum est : quod etiam Apollodorus docuit Atheniensis. Polemo vero, primo librorum Adversus Adæum, scribit : » Pocula similia, Seleucis, Rhodias, Antigonis. »

58.

Iis verbis postquam Lysias dixit æneam esse engythecam, clare docet, quemadmodum et Callixenus indicaverat, esse vasa quæ lebetibus supponantur. Nam sic Polemo et Periegeta dicit tertio libro Adv. Adæum et Antigonum, ubi argumentum et dispositionem picturæ explicat, quæ Phliunte est in Polemarchorum porticu, Sillacis Rhegini opus, cujus et Epicharmus et Simonides meminerunt. Ait enim : « Engytheca et super ea cupellum. »

59.

Polemon quinto librorum Adversus Antigonum et Adæum, porphyrionem avem, ait, quum domi alitur, mulieres virosas tanta severitate observare, et tam graviter afflci si qua admittat adulterium, ut, id ubi sensit, domino significet vitam strangulatione finiens. Cibum, ait, non capit prius quam per certum quoddam spatium, quod sibi commodum reperit, deambulaverit : dein volutatus in pulvere lavatur, ac tum demum pascitur.

60.

Polemo quinto Adversus Adæum et Antigonum ait : « Bacchus adultus sedens in rupe ; a sinistra ejus satyrus calvus, dextra tenens cothonem striatum et una ansa instructum. »

61.

Fictilibus vasis usos esse Lacedæmonios, Polemo scribit libro [quinto] Adversus Adæum et Antigonum, his verbis :

τῶν Πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον, ὅτι κεραμέοις ἀγγείοις ἐχρῶντο οἱ Λακεδαιμόνιοι, γράφει οὕτως· « Ἀλλὰ μὴν ὅτι ἀρχαῖκὸν ἦν τὸ τοιοῦτον τῆς ἀγωγῆς γένος * * * ὃ καὶ νῦν ὁρᾶται παρά τισι τῶν Ἑλλήνων, ἐν Ἄργει μὲν ἐν ταῖς δημοσίαις θοίναις, ἐν Λακεδαίμονι δὲ κατὰ τὰς ἑορτάς· ἔν τε τοῖς ἐπινικίοις καὶ τοῖς γάμοις τῶν παρθένων, πίνουσιν ἐκ κεραμέων ποτηρίων· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις συμποσίοις καὶ φειδιτίοις ἐκ πιθακνῶν. » Affertur hic locus in eadem de vocabulo χώθων quæstione, quapropter subjungendum eum antecedenti putavi, quamquam de libri numero non constat. Preller. De re cf. Müller *Dor.* II, p. 273, 2.

E LIBRO SEXTO.

62.

Athenæus IX, p. 410, C : Πολέμων δ' ἐν ἕκτῳ τῶν Πρὸς Ἀντίγονον καὶ Ἀδαῖον περὶ τῆς διαφορᾶς λέγει τοῦ κατὰ χειρὸς πρὸς τὸ νίψασθαι. Multus de his Athenæus inde a pag. 408, B.

E LIBRIS INCERTIS.

63.

Athenæus XI, p. 474, C : Πολέμων δ' ἐν τοῖς Πρὸς Ἀντίγονον περὶ ζωγράφων φησίν· « Ἀθήνησιν ἐν τῷ τοῦ Πειρίθου γάμῳ πεποίηκεν Ἱππεὺς τὴν μὲν οἰνοχόην καὶ τὸ κύπελλον λίθινα, χρυσῷ τὰ χείλη περιτεραμνίσας, τὰς δὲ κλισίας ἐλατίνας, χαμᾶζε ποικίλοις στρώμασι κεκοσμημένας, ἐκπώματα δὲ κεραμέους κανθάρους, καὶ τὸν λύχνον ὁμοίως ἐκ τῆς ὀροφῆς ἐξηρτημένον, ἀνακεχυμένας ἔχοντα τὰς φλόγας. »

Ἱππεὺς probabiliter idem est cum Hippia sive Hippye pictore, cujus meminit Plin. H. N. XXXV, 40, 35 ; atque scribendum aut Ἱππίας aut Ἵππυς (cf. Hippys Rheg. fr. 7). Hippiam statuarium habes ap. Pausan. VI, 13, 3. Argumentum picturæ sæpius tractatum ; v. Müller. *Archæol.* § 389, not. 3. Prellero tamen « non tam de tabula picta quam de opere statuarii sermo esse videtur, de simulacris scilicet separatim et certo ordine disposita addita mensa ceteraque supellectile, ut γάμος et convivium repræsentaretur. » Quod parum veri simile est. Putat enim vir doctiss. τὰς κλισίας undique ita stromatis ad humum usque opertas fuisse, ut Polemo, si de pictura loqueretur, eas ligneas fuisse dicere non potuisset. Mitto quod κλισίαι istæ ἐλάτιναι artis statuariæ operi vix conveniunt. Accedit quod Athenæus nonnisi τὰ πρὸς Ἀντίγονον π. ζωγράφων laudet, misso Adæo Περὶ ἀγαλματοποιῶν scriptore.

64.

Athenæus XV, p. 690, E : Πολέμων δ' ἐν τοῖς Πρὸς Ἀδαῖον παρὰ Ἠλείοις φησὶ, μύρον τι πλαγγόνιον καλεῖσθαι, εὑρεθὲν ὑπό τινος Πλαγγόνος. Ὁμοίως ἱστορεῖ καὶ Σωσίβιος ἐν Ὁμοιότησιν. Cf. Hellad. ap. Phot. p. 532, 6 Bekk. : Πλαγγόνιον, ὅπερ εὗρε γυνὴ Ἠλεία, καλουμένη Πλαγγών. Pollux VI, 104 ; schol. Clem. Alex. p. 124 Klotz.

65.

Suidas v. Ἀζηνιεύς : Ἀζηνία δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἱπποχοωντίδος, ἀφ' ἧς ὁ φυλέτης Ἀζηνιεύς. Καὶ Ἀζηνιεῖς καὶ Ἐρχιεῖς καὶ Ἁλιεῖς (Ἁλ. libri) καὶ πάντα τὰ ὅμοια δασέως φασὶ φθέγγεσθαι τοὺς Ἀττικοὺς τοὺς παλαιούς. Πολέμων ἐν τοῖς Πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον.

Vereor ne verba Πολέμων κτλ. huc irrepserint ex sequentibus, ubi : Ἀζησία, ἡ Κόρη· Ἀμαία δὲ ἡ Δημήτηρ. Καὶ παροιμία· Ἡ Ἀμαία τὴν Ἀζησίαν μετῆλθεν· ἐπὶ τῶν πολυχρονίοις ζητήσεσι χρωμένων, ad quem locum v. Bernhardy. — Quæ jam sequuntur fragmenta, num recte superioribus adjungantur, definiri nequit.

66.

Athenæus VIII, p. 341, A : Καὶ Ἀνδροκύδης δ' ὁ Κυζικηνὸς ζωγράφος, φίλτυφος ὤν, ὡς ἱστορεῖ Πολέμων, ἐπὶ τοσοῦτον ἦλθεν ἡδυπαθείας, ὡς καὶ τοὺς περὶ τὴν Σκύλλαν ἰχθῦς κατὰ σπουδὴν γράψαι.

Cf. Plutarch. Qu. Conv. IV, 2, 3 : Ἐκεῖνος γὰρ (Ἀνδροκύδης) ὢν ἐποίησε πάντων ἐναργέστατα καὶ κάλ-

---

« Sed antiquum est hoc genus instituti, quod etiam nunc obtinet apud Græcorum nonnullos : Argis quidem, in publicis epulis ; Lacedæmone vero, diebus festis, et in conviviis victoriæ causa celebratis, et in nuptiis virginum, bibunt e fictilibus poculis : in ceteris vero conviviis et in phiditiis, doliolis utuntur. »

62.

Polemo, sexto librorum Adv. Antigonum et Adæum, de eo disputat, quod differt inter κατὰ χειρὸς et νίψασθαι.

63.

Polemo in iis quæ Adversus Antigoni De pictoribus opus scripsit, ait : « Athenis in Pirithoi nuptiis Hippias guttum et pocillum lapidea fecit, labia auro superne præcingens ; lectos vero humi stratos, variegatis stragulis ornatos ; pocula autem, fictiles cantharos : lucernam pariter (fictilem), e laqueari suspensam, sparsas emittentem flammas. »

64.

Polemo in libris Adversus Adæum apud Eleos, ait, unguentum aliquod vocari *plangonium*, a Plangone quadam inventum. Eadem tradit Sosibius in Similitudinibus.

65.

Azenia pagus est tribus Hippothoontidis, cujus tribulis vocatur Ἀζηνιεύς. Veteres autem Atticos nomina Ἀζηνιεῖς, Ἐρχιεῖς, Ἁλιεῖς et similia quævis aspero spiritu pronuntiare ferunt. De quo Polemo libris iis, quos Adversus Adæum et Antigonum scripsit.

66.

Androcydes, Cyzicenus pictor, quum piscium esu admo-

λιστα, τοὺς περὶ τὴν Σκύλλαν ἰχθῦς ζωγραφήσας ἔδοξε τῷ πάθει μᾶλλον ἡ τέχνη κεχρῆσθαι· φύσει γὰρ ἦν φίλοψος. Cf. ibid. IV, 4, 2. « Andocydes Zeuxidis æqualis pinxit etiam prœlium Platæense, v. Sillig. C. A. p. 43 sq. Ejus, quam Polemo dicit, picturæ argumentum sumpsit ex Odyss. XII, 95. » Preller.

67.

Diog. L. II, 104 : Θεόδωροι δὲ γεγόνασι εἴκοσι·... ὀγδοάκατος ζωγράφος, οὗ μέμνηται Πολέμων. Cf. Sillig. l. l. p. 443.

68.

Idem IV, 58 : Γεγόνασι δὲ Βίωνες δέκα... ὄγδοος Μιλήσιος ἀνδριαντοποιὸς, οὗ μέμνηται καὶ Πολέμων. Cf. Eudocia p. 94. Sillig. p. 107.

69.

Idem V, 85 : Γεγόνασι δὲ Δημήτριοι ἀξιόλογοι εἴκοσι... πέμπτος ἀνδριαντοποιὸς, οὗ μέμνηται Πολέμων. Cf. Sillig. p. 180.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ΠΡΟΣ ΑΤΤΑΛΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Attalum Wegenerus De aul. Attal. intelligit regem Attalum II, qui regnavit annis 159-138. Idem etiam Prellero verisimillimum esse videtur, etsi etiam ad alium Attalum quendam literatum hominem scripta esse epistola posset. Non video quidni de Attalo primo [regn. 242-197] cogitemus. Tempora non obstant. Hunc vero regem de Troade et vicinis regionibus geographica quædam scripsisse luculento fragmento docemur, quod e Demetrio Scepsio affert Strabo ubi de Troade agit (XIII, p. 603). Idem etiam periegetica protulerit; de quibus Polemo Iliensis ad eum scripserit. — « Argumentum epistolæ, Prellerus ait, veram artis periegeticæ indolem habet; est enim de insolentioribus quibusdam deorum cognominibus atque a communi usu et notitia remotioribus, velut Apollinis ὀψοφάγου (frgm. 70), κεχηνότος (frgm. 71), Διονύσου χοιροψάλου (frgm. 72), qualia ex monumentis locorum eruerat atque ad causas mythicas revocaverat scriptor. Similem disquisitionem habes apud Clementem Alexandrinum Protrept. cap. 2, § 38. 39, ex diversis scriptoribus compilatam, inter quos identidem comparet nomen Polemonis; abs quo quum unum exemplum, Διονύσου χοιροψάλου (fragm. 72), sumptum constet non nominato, pronum est suspicari etiam ceterorum partem aliquam ex nostro tacite descriptam esse. Et disputatur eodem contextu etiam de Minerva ab Ornyto vulnerata (p. 31 Potter.), deque Apolline Sminthio (p. 34 Potter.), addito nomine Polemonis; unde putaveris hæc quoque exempla, a me supra in Periegesi (frgm. 24. 31) tractata, satius esse ad epistolam ad Attalum scriptam referre. »

70.

Athenæus VIII, p. 346, B : Πρὸς τούτοις τοῖς ὀψοφάγοις οἶδα καὶ τὸν παρ' Ἠλείοις τιμώμενον ὀψοφάγον Ἀπόλλωνα. Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ Πολέμων ἐν τῇ Πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολῇ.

71.

Clem. Al. Protrept. p. 32 Pott : Πολέμων δὲ κεχηνότος Ἀπόλλωνος οἶδεν ἄγαλμα, καὶ ὀψοφάγου πάλιν Ἀπόλλωνος ἄλλο ἐν Ἠλιδὶ τιμώμενον.

« Suspicor patrem hæc, ut solebant isti in litteris profanis versari, festinantius excerpsisse et hiantem Apollinem finxisse ex Libero hiante, apud Samios culto, de quo constat ex Æliano H. A. VII, 48 et Plin. H. A. VIII. » Preller.

72.

Idem p. 33 : Διόνυσον ἥδη σιωπῶ τὸν χοιροψάλαν· Σικυώνιοι τοῦτον προσκυνοῦσιν, ἐπὶ τῶν γυναικείων τάξαντες τὸν Διόνυσον μορίων. Schol. ad h. l. p. 108 Klotz : Χοιροψάλας Διόνυσος ἐν Σικυῶνι [τῆς Βοιωτίας] τιμᾶται, ὡς Πολέμων ἐν τῇ Πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολῇ. Ἔστι δὲ μεταλαμβανόμενον ὁ τὸν χοῖρον ψάλλων τοῦτ' ἔστι τίλλων. Χοῖρος δὲ γυναικεῖον αἰδοῖον.

Cf. schol. Æsch. Pers. 1054 : Λέγεται καὶ Χοιροψάλας Διόνυσος, ὁ τίλλων τὰ μόρια τῶν γυναικῶν. Schol. Arist. Vesp. 1318, Suidas v. Χοιρόθλιψ. — Verba τῆς Βοιωτίας in schol. Clem. Al. Prellerus omisit, nescio an de industria. Attamen Sicyonem Bœotiæ memorat etiam schol. Pindar. Ol. XIII,

---

dum delectaretur, ut ait Polemo, voluptati quam ex iis capiebat ita indulsit, ut etiam illos circa Scyllam pisces summo studio depingeret.

67.

Theodori pictoris mentionem facit Polemo.

68.

Bionis Milesii statuarii meminit Polemo.

69.

Demetrium statuarium commemorat Polemo.

AD ATTALUM EPISTOLA.

70.

Præter istos obsoniorum heluones memini etiam apud Eleos coli Apollinem *opsophagum*, cujus mentionem facit Polemo in Epistola ad Attalum.

71.

Polemo novit hiantis Apollinis signum, nec non aliud Apollinis opsophagi in Elide honoratum.

72.

Bacchus pudendum muliebre vellens Sicyone (in Bœotia) colitur, ut Polemo in Epistola ad Attalum dicit.

148, ubi : Ἡ Σικυών, ἔνθα ἦγετο τὰ Πύθια· τῆς Βοιωτίας δὲ ἦν αὕτη πόλις, et 158 : ἡ δὲ Σικυὼν Βοιωτίας. Quæ laudat Ungerus Theban. Paradox. p. 363. Addi fortasse possit Festus p. 266 ed. Müller., ubi : *Hyperochus historiæ Cumanæ compositor Athenis quosdam profectos Sicyonem Thespiasque*, etc.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΟΡΥΧΟΥ ΠΡΟΣ ΔΙΟΦΙΛΟΝ.

73.

Zenob. V, 13 : Μωρότερος εἶ Μορύχου· αὕτη ἡ παροιμία λέγεται παρὰ τοῖς Σικελιώταις ἐπὶ τῶν εὐηθές τι διαπρασσομένων, ὥς φησι Πολέμων ἐν τῇ Πρὸς Διόφιλον ἐπιστολῇ. Λέγεται δὲ οὕτως· μωρότερος εἶ Μορύχου, ὃς τάνδον ἀφεὶς ἔξω τῆς οἰκίας κάθηται. Μόρυχος δὲ Διονύσου ἐπίθετον, ἀπὸ τοῦ τὸ πρόσωπον μολύνεσθαι ἐπειδὰν τρυγῶσι τῷ ἀπὸ τῶν βοτρύων γλεύκει καὶ τοῖς χλωροῖς σύκοις· μορύξαι γὰρ τὸ μολῦναι· καταγνωσθῆναι δὲ αὐτοῦ εὐήθειαν, παρόσον ἔξω τοῦ νεὼ τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἐστι, παρὰ τῇ εἰσόδῳ, ἐν ὑπαίθρῳ. Κατεσκεύασται δὲ ἀπὸ Φελλάτα (Ψέλλα libri) καλουμένου λίθου ὑπὸ Σιμμίου τοῦ Εὐπαλάμου.

Cf. Suidas (et Photius) : Μωρότερος Μορύχου (Μωρ. Phot.) παροιμία. Πολέμων φησὶ λέγεσθαι ταύτην παρὰ Σικελιώταις οὕτως· Μωρότερος εἶ (εἰμὶ Phot.) Μορύχου, ὃς τάνδον ἀφεὶς ἔξω τῆς οἰκίας κάθηται. Μόρυχος δὲ παρ' αὐτοῖς ὁ Διόνυσος κατ' ἐπίθετον (κατεπείθετο Phot.), διὰ τὸ μολύνεσθαι αὐτοῦ τὸ πρόσωπον ἐν τῇ τρύγῃ γλεύκει τε καὶ σύκοις. Μορύξαι δὲ τὸ μολῦναι. Ὅμηρος (Odyss. v, 435) γοῦν τὸ μεμολυσμένος (μελομυμμένος cod. V.) μεμορυγμένος (μεμορυχμένος Phot., μεμορυχημένος Suid.) φησίν. Εὐήθειαν δὲ τούτου καταγνωσθῆναι, παρόσον ἔξω τοῦ νεὼ ἐν ὑπαίθρῳ αὐτοῦ τὸ ἄγαλμα καθίδρυται παρὰ τῇ εἰσόδῳ. Τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν εὐηθές τι διαπραττομένων. Cf. Suidas v. Μόρυχος.

Clem. Alex. Protrept. p. 42 Pott. : Παραθήσομαι τοῦ Μορύχου Διονύσου τὸ ἄγαλμα Ἀθήνησι γεγονέναι μὲν ἐκ τοῦ Φελλάτα (Φελλείτα ante Sylb.) καλουμένου λίθου, ἔργον δὲ εἶναι Σίκωνος (Σίμωνος corr. Sylb.) τοῦ Εὐπαλάμου, ὥς φησι Πολέμων ἔν τινι ἐπιστολῇ.

Ad hæc Prellerus : « Clemens confundit Siculum Morychum et Atheniensem, de quo v. Ruhnk. ad Tim. p. 183. De proverbio cf. etiam Apostol. XIII, 50; Proverb. Alexandr. 40. — Verbis ὃς τάνδον κτλ. versum comici subesse suspicor, quem hac epistola eodem modo tractaverit Polemo, quo libro Περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρου tractavit locum Xenophontis, libro Περὶ ἄρτου locum Thucydidis. Is comicus erat, ni fallor, Epicharmus, cui noster multum operæ navasse videtur, et quem indicant verba παρὰ τοῖς Σικελιώταις, quæ notandum a Suida et Photio ita cum pleniore proverbii formula conjungi, quasi voluerit Polemo lectorem ad certum scriptoris Siculi locum ablegare; namque populariter planum est breviorem formam obtinuisse. — De nomine artificis quæsiverunt Sylburg. ad Clem. l. c., Thiersch. *Epoch. d. K.* II, p. 33, O. Müller. Æginet. p. 104, Sillig. C. A. p. 420 sqq. Hic tuetur lectionem Zenobii, Σιμμίου, ceteri Simonem Æginetam dici existimant, quem memorat Plin. H. N. XXXIV, 8, 19, Diog. L. II, 123, Pausan. V, 27, 5. Lapis Phellates dicebatur a monte Attico, cui nomen Φελλεύς, cf. Müller. Attica p. 218, Leake *Northern Greece* II, p. 437. » Cf. H. Steph. Thes. s. v.

74.

Athenæus III, p. 109, A. Vide fragm. 39.

75.

Athenæus XI, p. 462, B : Καὶ Πολέμων δὲ ἐν τῷ Περὶ τοῦ Μορύχου ἐν Συρακούσαις φησὶν ἐπ' ἄκρᾳ τῇ Νήσῳ πρὸς τῷ τῆς Ὀλυμπίας ἱερῷ, ἐκτὸς τοῦ τείχους, ἐσχάραν τινὰ εἶναι, « ἀφ' ἧς, φησί, τὴν κύλικα ναυστολοῦσιν ἀναπλέοντες μέχρι τοῦ γενέσθαι τὴν ἐπὶ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς ἀόρατον ἀσπίδα· καὶ οὕτως ἀφιᾶσιν εἰς τὴν θάλασσαν κεραμέαν κύλικα, καθέντες εἰς αὐτὴν ἄνθεα καὶ κηρία καὶ λιβανωτὸν ἄτμητον, καὶ ἄλλ' ἄττα μετὰ τούτων ἀρώματα. »

Comparat Casaubonus morem populi Veneti, qui tradito more a majoribus mare quotannis despondent. « Simile quid, ait, factitatum esse olim a Syracusanis videmur posse colligere ex Athenæi verbis. » Calix Baccho Morycho sacer fuerit. Similiter natandi ac remigandi certamine apud Hermio-

DE MORYCHO AD DIOPHILUM.

73.

Morycho es stultior. Hoc proverbium apud Siculos usurpatur de iis, qui stulte aliquid faciunt, uti Polemo ait in epistola quam ad Diophilum scripsit. Verba sunt : « *Morycho stultior es :* qui domo relicta pro foribus sedet. Μόρυχος vero Bacchi epitheton est, quod facies ejus in vindemia mulso et recentibus ficubus illinitur : μορύξαι enim significat *inquinare*. Ea vero de causa stultus judicatus est, quod statua ejus extra templum sub dio ad vestibulum collocata est. Facta autem est e lapide, quem Phellaten vocant, a Simmia Eupalami filio.

75.

Polemo in libro De Morycho scribit Syracusis in extrema Insula (*Ortygia*) ad Olympiæ templum extra murum focum quendam esse, unde calicem navi deducunt in altum proficiscentes usque dum clypeus templo Minervæ superimpositus non amplius cerni potest : ibi tum in mare illum demittunt fictilem calicem, floribus et favis et thuris granis integris aliisque quibusdam aromatibus repletum.

nenses Bacchum Melanægin celebrari solitum esse (Pausan. II, 35, 1) monet Prellerus; idem alia nonnulla quæ comparari possint affert. Sacrum illud ob apparatum viliorem non publicum, sed privatum nautarum vel piscatorum collegii fuisse censet.

ΠΡΟΣ ΑΡΑΝΘΙΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

76.

Athenæus XV, p. 696, F : Καὶ ὁ εἰς Ἀγήμονα δὲ τὸν Κορίνθιον, Ἀλκυόνης πατέρα, ὃν ἄδουσι Κορίνθιοι, ἔχει τὸ παιανικὸν ἐπίφθεγμα. Παρέθετο δὲ αὐτὸν Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἐν τῇ Πρὸς Ἀράνθιον ἐπιστολῇ. De Aranthio aliunde non constat.

ΠΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΔΗΝ [ΕΠΙΣΤΟΛΗ].

76 a.

Schol. Eur. Or. 1632 : ὅτι ἡ Ἑλένη [τὸ τῆς Ἑλένης ἄστρον, ἣν ἰδιωτικῶς φασι Τραμουντάναν vs. 1626] τοῖς χειμαζομένοις κατὰ θάλατταν ἐπήκοός ἐστι, κατὰ Εὐριπίδην σεσημείωται· ὁ μέντοι Σωσίβιος ἔμπαλιν οἴεται οὐκ εὐμενῶς αὐτὴν ἐπιφαίνεσθαι. His addit cod. Flor. 33 : Πολέμων δὲ καὶ ἐν [τῷδε] τῷ πρὸς Ἀλεξανδρίδην τὴν μὲν τοῖν δυοῖν ἀστέροιν ἐπιφάνειαν τῶν Διοσκούρων ἀνωμολογῆσθαι, τὴν δὲ τῶν λεγομένων Ζοβείρων (l. Καβείρων) * *

Locus hic, qui fugit Prellerum, pannus lacer uberioris disputationis, in quo demonstrasse Polemo videtur Dioscuros, qui nautis per tempestatem periclitantibus apparent, probe distinguendos esse a Cabiris, qui sæpissime cum iis confunduntur. (V. Welcker. *Trilog.* p. 228 sqq. et sqq.) Alexandrides intelligendus est Delphus, qui qua occasione de hac re sermonem fecerit, colligi potest ex Alexandridæ fragm. 3, ubi vide. Pro ἐν τῷδε τῷ aut ἐν τῷ sive ἐν τῇ legendum, aut latet ἐν ἀντιγραφῇ.

ΠΕΡΙ ΑΔΟΞΩΝ ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Preller. : « Epistolam fuisse intelligitur ex frgm. 77. De nomine ejus, ad quem hæc epistola scripta erat, nihil memoratur. Quid sit ὄνομα ἄδοξον planum est ex eo, quod de parasitis in hac scriptione quæsivit, nomine initio honorato, deinde ignobili et famoso; cf. frgm. 78 : Τὸ τοῦ παρασίτου ὄνομα νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι κτλ. Crates De dial. Att. ap. Athen. p. 235, B : Καὶ ὁ παράσιτος νῦν ἐπ' ἄδοξον μὲν κεῖται πρᾶγμα. Similiter apud rhetores dicebantur ἄδοξοι ὑποθέσεις. Cf. Gell. N. A. XVII, 12 : *infames materias, sive quis mavult dicere inopinabiles, quas Græci* ἀδόξους ὑποθέσεις *appellant : ... sicuti quum Thersitæ laudes quæsivit* (Favorinus) *et quum febrim quartis diebus recurrentem laudavit.* Cf. Philostr. I, 7, 1. Sed nomina ista infamia ita tractavit Polemo, ut primum quæ fuerit antiquior significatio, deinde quæ causa immutatæ existimationis, explicaret; saltem ita quæstionem suam instituit in ea, quæ sola exstat, disputatione de nomine παρασίτου. » Ceterum similis disputationis vestigia deprehendas in hisce apud schol. Æschyl. Prom. v. 10 : Σημείωσαι ὅτι τὸ τύραννος ὄνομα βασιλικὸν ἦν τοῖς παλαιοῖς, νῦν δὲ βλασφημεῖται, ὥσπερ καὶ τὸ χυδαῖοι ἀντὶ τοῦ πεπληθυσμένοι πάλαι λεγόμενον, νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ οὐδαμινοί, πολλοστὸς οὐχ ὡς πάλαι ὁ πολύς, ὁ ἔνδοξος, ἀλλ' ὁ μηδὲν ὤν, ὠμὸς οὐχ ὁ στερεός, ἀλλ' ὁ φαυλότατος νῦν, ἐξαίσιον τὸ ἔξω τοῦ δικαίου, νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ μέγα καὶ ξένον· quæ ferme putaverim ex commentariis Polemonis derivata esse. Quamquam in similibus rebus versabantur commentarius Dorothei Περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων, Phot. Bibl. cod. 156, et Suetonii Tranquilli Περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη, Suid. v. Τράγκυλλος, cf. Etym. M. p. 151, 36. »

77.

Athenæus IX, p. 409, D : Ἔτι δὲ καὶ εὐώδεσι τὰς χεῖρας κατεχρίοντο, τὰς ἀπομαγδαλιὰς ἀτιμάσαντες, ἃς Λακεδαιμόνιοι ἐκάλουν κυνάδας, ὥς φησι Πολέμων ἐν τῇ Περὶ ὀνομάτων ἀδόξων ἐπιστολῇ. V. Stephan. Thes. v. Κυνάδες.

78.

Idem VI, p. 234, D : Τὸ δὲ τοῦ παρασίτου ὄνομα

AD ARANTHIUM EPISTOLA.

76.

Etiam pæan in Agemonem Corinthium, Alcyonæ patrem, quem canunt Corinthii, pæanicam habet acclamationem. Apposuit illum Polemo Periegeta in Epistola ad Aranthium.

AD ALEXANDRIDEM [EPISTOLA].

76 a.

Polemo in [*Epistola*] ad Alexandridem de apparitione duarum stellarum, qui Dioscuri sint, se assentiri ait, apparitionem vero Cabirorum, qui vocantur, *ab illa diversam esse.*

DE NOMINIBUS INFAMIBUS EPISTOLA.

77.

Præterea etiam odoramentis ungebant manus, spretis magdaliis (panis mica manibus abstergendis) quas *cynadas* Lacedæmonii vocabant, ut ait Polemo De nominibus infamibus.

78.

Parasiti nomen olim quidem honorificum et sanctum erat. Polemo quidem, sive Samius is fuit, sive Sicyonius, sive Atheniensis nominari gaudet, ut Mopseates Heraclides ait, qui eundem ab aliis etiam civitatibus nominatum recenset,

πάλαι μὲν ἦν σεμνὸν καὶ ἱερόν. Πολέμων γοῦν — ὁ εἴτε Σάμιος ἢ Σικυώνιος εἴτ' Ἀθηναῖος ὀνομαζόμενος χαίρει, ὡς ὁ Μυρεάτης Ἡρακλείδης λέγει καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ' ἄλλων πόλεων· ἐπεκαλεῖτο δὲ καὶ Στηλοκόπας, ὡς Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος εἴρηκε — γράψας περὶ παρασίτων φησὶν οὕτως· « Τὸ τοῦ παρασίτου ὄνομα νῦν μὲν ἀδοξόν ἐστι, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις εὑρίσκομεν τὸν παράσιτον ἱερόν τι χρῆμα καὶ τῷ συνθοίνῳ παρόμοιον. Ἐν Κυνοσάργει μὲν οὖν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν, ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν Ἀλκιβιάδου, γραμματεὺς δὲ Στέφανος Θουκυδίδου· λέγεται δ' ἐν αὐτῷ περὶ τῆς προσηγορίας οὕτως· « Τὰ δὲ ἐπιμήνια θυέτω ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων. Οἱ δὲ παράσιτοι ἔστων ἐκ τῶν νόθων καὶ τῶν τούτων παίδων κατὰ τὰ πάτρια. Ὃς δ' ἂν μὴ θέλῃ παρασιτεῖν, εἰσαγέτω καὶ περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον. » Ἐν δὲ τοῖς κύρβεσι τοῖς περὶ τῶν Δηλιαστῶν οὕτως γέγραπται· « Καὶ τῷ κήρυκε ἐκ τοῦ γένους τῶν κηρύκων τοῦ τῆς μυστηριώτιδος. Τούτους δὲ παρασιτεῖν ἐν τῷ Δηλίῳ ἐνιαυτόν. » Ἐν δὲ Παλληνίδι τοῖς ἀναθήμασιν ἐπιγέγραπται τάδε· « Ἄρχοντες καὶ παράσιτοι ἀνέθεσαν οἱ ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος στεφανωθέντες χρυσῷ στεφάνῳ ἐπὶ Διφίλης ἱερείας. ** Παράσιτοι Ἐπίλυκος Στραττίου Γαργήττιος, Περικλῆς Περικλείτου Πιτθεύς, Χαρῖνος Δημοχάρους Γαργήττιος. » Κἀν τοῖς τοῦ βασιλέως δὲ νόμοις γέγραπται· « θύειν τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων παρασίτους. »

Παράσιτοι ἔστων ἐκ τῶν] codices π. ἕνα τῶν ἐκ τῶν; correxit Meier. De bonis damn. p. 75, ubi vide. — De Deliastis v. Meier. De gentil. Att. p. 51. « Ipsa verba legis, Prellerus ait, videntur particula esse catalogi eorum, qui in epulis sacris in Delio habitis publicis sumptibus cœnabant, inter quos erant etiam Ceryces Eleusinii. Epulæ autem illæ sacræ conjunctæ erant, opinor, cum sacrificiis in Delio Marathonio, quum theoria Delum mitteretur, rite peractis. Cf. Philochor. (fr. 158) ap. schol. OEd. Col. 1047, quem locum emendavit Meier. De theoriis p. X. » ἐπὶ Διφίλης] Meier. de gentil. p. 43 et Preller.; ἐπὶ δὲ φυλῆς codd.; ἐπὶ δ' Ἐριφύλης Casaubon. — Ἐπίλυκος Στραττίου] Preller., Ἐπ. Αυκοστράτου Meier. l. l.; ἐπὶ Αυκοστράτου codd. — Quæ deinceps afferuntur e legibus βασιλέως sive regis sacrorum paullo infra denuo apponuntur ex Cratete ἐν δευτέρῳ Ἀττικῆς διαλέκτου. Etenim post allata apud Athenæum sequuntur: locus Clearchi (fr. 1), Atthidis Clidemi (fr. 11), Themisonis ἐν Παλληνίδι, Inscriptio stelæ in Anaceo, locus Cratetis modo laudatus, Philochori (fr. 156), Aristotelis in Atheniens. Rep. (fr. 47 b). Quæ omnia Polemonis esse Prellerus censet; idemque etiam quæ deinceps leguntur de parasiti notione mutata maximam partem e Polemone fluxisse suspicatur. Quod quatenus verum sit, difficile dictu. At non video cur ipse Polemo Cratetis locum bis apposuerit. Neque est cur Clearchum, quem quavis occasione Dipnosophista laudat, hoc loco ab ipso Athenæo citatum esse negetur.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΠΟΛΕΙΣ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ.

Prellerus: « Ἐπιγράμματα plerumque dicebantur quæ versibus conceptæ erant inscriptiones, neque tamen non quæ pedestri oratione, v. Suid. v. Ἐπίγραμμα· πάντα ἐπιγραφόμενά τισι, κἂν μὴ ἐν μέτροις εἰρημένα, ἐπιγράμματα λέγεται· deinde non solum inscriptiones, verum quicquid versibus vel prosa oratione conceptum erat, cf. Bekk. Anecd. p. 260, 7: οἱ πεζοὶ καὶ ἔμμετροι λόγοι ἐπιγράμματα καλοῦνται, coll. Plutarch. Adv. Stoicos c. 14: ὥσπερ γὰρ αἱ κωμῳδίαι, φησὶν (Chrysippus), ἐπιγράμματα γελοῖα φέρουσιν, ἃ καθ' ἑαυτὰ μέν ἐστι φαῦλα, τῷ δὲ ὅλῳ ποιήματι χάριν τινὰ προστίθησιν κτλ., inprimis illud poesis genus, quod nunc peculiariter vocamus epigrammata. Jam Polemo procul dubio de inscriptionibus egit; sed posset, si solus titulus exstaret, dubitari utrasne inscriptiones dixerit, utrum titulos publicos an versus sepulcrales aliisve vitæ privatæ monumentis insculptos. Et videtur Bœckhius quidem non solum Ἀττικὰ ἐπιγράμματα Philochori, sed etiam hæc nostri pro titulis publicis habuisse, v. Corp. Inscr. vol. I, præf. p. VII, *Ueber den Plan der Atthis des Philoch.* p. 3; sed exstant fragmenta, unde satis recta conjectura cognoscatur, ἔμμετρα tantum ἐπιγράμματα, eaque pe-

---

cognominatus vero etiam Stelocopas erat, ut Herodicus Cratetius tradit: Polemo igitur, ubi de Parasitis scribit, hæc dicit: » Parasiti nomen nunc quidem ignobile est, apud veteres vero reperimus parasitum, sacrum aliquid, ac fere idem cum conviva. In Cynosarge quidem, in Herculis templo, est columna quædam, cui inscriptum decretum Alcibiadis, scriba Stephano Thucydidis (Melesiæ f.) filio; quo in decreto de ista denominatione hæc leguntur: *Menstrua sacra facito sacerdos cum parasitis. Parasiti vero ex nothis et ex horum filiis eligantur more patrio. Si quis parasiti officio fungi recusaverit, referat* [sacerdos] *etiam de hoc ad judicum concilium.* In Cyrbibus vero sive in tabulis legum de Deliastis (de theoris qui Delum mittebantur) latarum, in hunc modum scribitur: *Et duo Ceryces* (præcones sacri) *ex genere Cerycum, ex ea familia quæ mysteriorum sacris operatur. Hos oportet parasitorum munere fungi in Deliaco templo per annum.* In Pallenide (in templo Minervæ Pallenensis — v. Herodot. I, 62, Eurip. Heraclid. 849 — ut videtur) donariis inscripta leguntur hæc: *Archontes sacrorum et parasiti dedicarunt, qui sub Pythodoro archonte corona aurea coronati sunt, sacerdotio fungente Diphila:* [*archontes*] ** *et parasiti Epilycus Strattii f. Gargettius, Pericles Pericleti f. Pitthensis, Charinus Democharis f.*

culiariter dicta et sepulcralia maxime in hanc collectionem recepta fuisse; et cogitavit de talibus epigrammatis etiam Jacobs. Animadv. in Anthol. præf. init. Excitaverat ea Polemo singulas urbes obeundo, et videtur etiam in ipso opere κατὰ πόλεις ea tractasse, quod indicatur tum ipso titulo, tum iis quæ fragmento 80 præfatur Athenæus: Πολέμων ἐν τῷ Περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων περὶ Ἠλείων λέγων παρατίθεται τόδε τὸ ἐπίγραμμα, h. e. in ea parte operis, quæ erat περὶ τῶν κατ' Ἤλιδα ἐπιγραμμάτων. De argumento eorum, quæ ex hac collectione exstant, epigrammatum mirum omnia versari in laudibus potatorum, quas affectare gloriosum ea ætate videbatur non tam ipsis Græcis (nam erant hi et ingeniosiores quam qui ex potando gloriolam sibi quærerent, et ipsa educatione moderatiores, v. Welcker. ad Theogn. p. 16 sq., Bach. ad Crit. p. 40 sq.) quam Macedonibus aliisque, quæ cum Græcis mixtæ erant dominiumque penes eos habebant, nationibus semibarbaris. »

79.

Athenæus X, p. 436, D: Ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀρκαδίων (ἄδηλον δ' εἰ ὁ Φιλίππῳ διεχθρεύσας), ὡς τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ, ὅπερ ἀνέγραψε Πολέμων ἐν τῷ Περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων·

Τοῦ πολυκώθωνος τοῦτ' ἠρίον Ἀρκαδίωνος
ἄστεος ὥρθωσαν τῆδε παρ' ἀτραπιτῷ
υἱῆες Δόρκων καὶ Χαρμύλος. Ἔφθιτο δ' ὠνήρ,
ἄνθρωπ', ἐκ χανδὸς ζωροποτῶν κύλικος.

Ἐρασίξενον δέ τινα πεπωκέναι πλεῖστόν φησι τὸ ἐπ' αὐτῷ ἐπίγραμμα·

Τὸν βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον ἡ δὶς ἑφεξῆς
ἀκρήτου προποθεῖσ' ᾤχετ' ἔχουσα κύλιξ.

Ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀλκέτας ὁ Μακεδών, ὡς φησιν Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος, καὶ Διότιμος ὁ Ἀθηναῖος. Οὗτος δὲ καὶ Χώνη ἐπεκαλεῖτο· ἐντιθέμενος γὰρ τῷ στόματι χώνην ἀπαύστως ἔπινεν ἐπιχεομένου οἴνου, ὅθεν καὶ Χώνη ἐπεκλήθη, ὡς φησι Πολέμων.

Postremum epigramma in Anthol. Palatina I, p. 444 tribuitur Callimacho; de altero v. Jacobs in Append. Antholog. vol. II, p. 874.

80.

Idem X, p. 442, E: Πολέμων δὲ ἐν τῷ Περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων περὶ Ἠλείων λέγων παρατίθεται τόδε τὸ ἐπίγραμμα·

Ἦλις καὶ μεθύει καὶ ψεύδεται· οἷος ἑκάστου
οἶκος, τοίη δὴ καὶ συνάπασα πόλις.

Cf. Append. Anthol. II, p. 820; vol. III, p. 931. Ceterum colligi ex h. l. possit, titulo scripti Polemonii significari epigrammata in singulas civitates, quæ indolem earum moresque facetis salsisque verbis complectebantur. Elis vinosa occasionem dederit, de aliis claris potatoribus poetica quædam congerendi.

ΠΕΡΙ ΠΟΤΑΜΩΝ.

Pars hujus operis laudatur: Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ποταμῶν (fr. 82), et plenius (fr. 83): Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν. Continuisse se Polemonem in iis recensendis fluviis, qui memorabile aliquid aut mirabile haberent, recte monere videtur Prellerus.

81.

Schol. Eurip. Med. 827.: Νῦν τοῦ ἐν Ἀττικῇ (sc. Κηφισσοῦ) μνημονεύει. Ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος ὁμώνυμος ἐν Βοιωτίᾳ. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι, καθά φησι Πολέμων ἐν τῷ Περὶ ποταμῶν, γράφων οὕτως· « Ἐν Ἀθήνησί τε Κηφισὸς καὶ ἐν Σικυῶνι καὶ ἐν Ἄργει** ». »

Cf. Strabo IX, p. 424: Ἔστι δὲ Κηφισσὸς ὅ τε Φωκικὸς καὶ ὁ Ἀθήνησι καὶ ὁ ἐν Σαλαμῖνι· τέταρτος

Gargettius. » Porro in regis sacrorum legibus scriptum est: *sacrificare Apollini Acharnensium parasitos.*

DE EPIGRAMMATIS SINGULARUM CIVITATUM.

79.

Vino etiam deditus fuerat Arcadion (incertum an is qui præcipuo odio Philippum prosecutus erat), ut epigramma declarat, quod Polemo consignavit in libro De inscriptionibus quæ passim in civitatibus exstant:

Compotoris hoc monumentum Arcadionis
hic ad urbis erexerunt viam
filii Dorcon et Charmylus. Obiit autem ille,
o viator, capaciori merum hauriens ex calice.

Item Erasixenum quendam plurimi potus fuisse indicat epigramma, quod in illum exstat:

Profundum vini-potorem Erasixenum bis deinceps
haustum meri poculum propalam abripuit.

Plurimum etiam bibebat Alcetas Macedo, ut ait Aristus Salaminius: itemque Diotimus Atheniensis, qui *Infundibulum* est cognominatus; inserto enim ori infundibulo assidue bibebat infusum vinum: unde ei Infundibuli cognomen impositum, ut ait Polemo.

80.

Polemo in libro De inscriptionibus quæ in singulis civitatibus reperiuntur, de Eleis hocce apposuit Epigramma:

Elis mentitur et bibit: qualis cujusque
domus, talis nempe et tota civitas.

DE FLUVIIS (MIRABILIBUS).

81.

Nunc ejus Cephissi, qui in Attica est, poeta meminit. Nam est etiam in Boeotia Cephissus, aliique sunt ejusdem

δὲ καὶ πέμπτος ὁ ἐν Σικυῶνι καὶ ὁ ἐν Σκύρῳ· ἕκτος δὲ ὁ ἐν Ἄργει, τὰς πηγὰς ἔχων ἐκ Λυρκείου· ἐν Ἀπολλωνίᾳ δὲ τῇ πρὸς Ἐπιδάμνῳ πηγή ἐστι κατὰ τὸ γυμνάσιον, ἣν καλοῦσι Κηφισσόν.

82.

Athenæus VII, p. 307, B : Καλοῦνται δὲ οἱ χεστρεῖς ὑπό τινων πλῶτες, ὡς φησι Πολέμων ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ποταμῶν. Καὶ Ἐπίχαρμος δ' ἐν Μούσαις οὕτως αὐτοὺς ὀνομάζει·

Αἰολίαι πλῶτές τε κυνόγλωσσοί τ', ἐνῆν δὲ σκιαθίδες.

83.

Macrobius Saturn. V, 19 : *Polemon vero in libro qui inscribitur* Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν, *sic ait :* Οἱ δὲ Παλικοὶ προσαγορευόμενοι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις αὐτόχθονες θεοὶ νομίζονται. Ὑπάρχουσι δὲ τούτων * ἀδελφοὶ κρατῆρες χαμαίζηλοι. Προσιέναι δὲ ἁγιστεύοντας χρὴ πρὸς αὐτοὺς ἀπό τε παντὸς ἄγους καὶ συνουσίας, ἔτι δὲ καί τινων ἐδεσμάτων. Φέρεται δὲ ἀπ' αὐτῶν ὀσμὴ βαρεῖα θείου καὶ τοῖς πλησίον ἱσταμένοις καρηβάρησιν ἐμποιοῦσα δεινήν. Τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ θολερὸν αὐτῶν καὶ τὴν χρόαν ὁμοιότατον χαμαὶ ῥύπῳ λευκῷ· φέρεται δὲ κολπούμενόν τε καὶ παφλάζον, οἷαί εἰσιν αἱ ζῖναι τῶν ζεόντων ἀναβολάδην ὑδάτων. Φασὶ δ' εἶναι καὶ τὸ βάθος ἀπέραντον τῶν κρατήρων τούτων, ὥστε καὶ βοῦς εἰσπεσόντας ἠφανίσθαι καὶ ζεῦγος ὁρικὸν εἰσελαυνόμενον, ἔτι δὲ φορβάδας ἐναλλομένας. Ὅρκος δέ ἐστι τοῖς Σικελιώταις μέγιστος καθηραμένων τῶν προκληθέντων· οἱ δὲ ὁρκωταὶ γραμμάτιον ἔχοντες ἀγορεύουσι τοῖς ὀρκουμένοις περὶ ὧν ἂν χρήζωσι τοὺς ὅρκους· ὁ δὲ ὀρκούμενος θαλλὸν κραδαίνων, ἐστεμμένος, ἄζωστος καὶ μονοχίτων, ἁπτόμενος τοῦ κρατῆρος, ἐξ ὑποβολῆς δίδωσι τὸν ὅρκον. Καὶ ἂν μὲν ἐμπεδώσῃ τοὺς ῥηθέντας ὅρκους, ἀσινὴς ἄπεισιν οἴκαδε· παραβάτης δὲ γενόμενος τῶν θεῶν ἐμποδὼν τελευτᾷ. Τούτων δὲ γινομένων, ἐγγυητὰς ὑπισχνοῦνται καταστήσειν τοῖς ἱερεῦσιν, [οἷς] ἐάν τι νεαρὸν γένηται κάθαρσιν ὀφλισκάνουσι τοῦ τεμένους. Περὶ δὲ τὸν τόπον τοῦτον ᾤκησαν Παλικηνοὶ πόλιν ἐπώνυμον τούτων τῶν δαιμόνων Παλικήν.

Τούτων ἀδελφοὶ] « Editio Camerarii a. 1535, quæ prima habet hæc Græca, relicto vacuo spatio sic : ὑπάρχουσι δὲ τούτων... Ἀδελφοὶ, unde ego lacunam indicandum putavi. G. Hermannus edidit τούτων δύο ἀδελφοί. Ad sensum nihil deest. » Preller. Codex Parisin. 6371 sæc. XI inter voces τούτων et ἀδελφοὶ præbet literas ΟΔΕCΜΑΡω. Quibus situm craterum indicari putat Schneidewinus (*Æschylus' Ætna u. die Paliken* in *Rhein. Mus.* 1843, p. 77), conferens verba Macrobii : *Nec longe inde* (sc. a loco quo nati sunt Palici) *lacus breves sunt, sed immensum profundi, aquarum scaturigine semper ebullientes, quos incolæ crateres vocant et nomine Dellos appellant fratresque eos Palicorum æstimant et habentur in cultu maximo.* Itaque legendum proponit, dubitans tamen : ὑπάρχουσι δὲ τούτων οὐ πάνυ vel οὐ μάλα πόρρω vel οὐ πόρρω οἱ Δέλλοι. Sauppius in *Rhein. Mus.* 1845, p. 153 legendum potius censet : ὑπάρχουσι δὲ τούτων οἱ λεγόμενοι ἀδελφοὶ δύο κρατῆρες. Quod num cum codicis literis aliquatenus componi possit, quæro. Malim : τούτων τῶν δαιμόνων, sicuti in fine fragm. — Ἔτι δὲ καί τινων ἐδεσμάτων] sic ms. Thuani et cod. Parisin.; vulgo : ἔν τε χαινῶν ἐνδυμάτων, unde ἔν τε χαινῷ ἐνδύματι scripsit Hermannus, alteram lectionem putans docti cujusdam emendationem esse. — εἰσελαυνόμενον] e conj. Schneidewini; ἐλαυν. vgo. — περὶ ὧν ἂν χρήζωσι τοὺς ὅρκους] e conj. C. F. Hermanni ap. Schneidew. l. l. Codex Paris. præbet ΑΝΔΡΗΖΥΟΙΝ ΤΟΥΣ ΌΡΚΟΥΣ. Vulgo : περὶ ὧν ἀπαιτήσουσι τὸν ὅρκον. — ἐμπεδώσῃ] Preller. pro vg. ἐμπεδῶσι. — τοῦ τεμένους] C. Hermann. ex codicis literis ΤΟΥΤΕΜΕΝΟΥΣ. Editiones : τοὺς περιγινομένους. In antecc. inserui v. οἷς. Pro νεαρὸν nescio an fuerit μιαρόν. Corruptam esse vocem etiam Sauppius cen-

---

luminis, ut Polemo in libro De fluviis ait sic scribens : « Et Athenis Cephissus est et Sicyone et Argis...

82.

Nominantur mugiles a nonnullis *plotes*, ut scribit Polemo in libro De fluminibus Siciliæ. Sic vero etiam nominat eos Epicharmus in Musis :

Æoliæ plotes et cynoglossi : aderant porro sciathides.

83.

Polemo, in libro qui inscribitur De Siciliæ fluviis mirabilibus, sic ait : « Palici quos vocant ab indigenis dei autochthones esse creduntur. Horum sunt fratres duo crateres haud alte se attollentes. Qui accedere ad eos volunt, puri ab omni piaculo et venereo congressu, nec non a cibis quibusdam esse debent. Surgit ex fontibus sulphuris odor gravis, qui prope adstantes capitis gravedine afficit vehementer. Aqua turbida est et colore simillima luto albo. Effertur bulliens æstuansque ad instar aquarum quæ igniferi fervoris vi subsultant. Profunditatem craterum immensam dicunt, adeo ut boves incidentes et jugum mulare invehens et equæ insilientes evanuerint. Sanctissimum apud eos Siculi juramentum præstant. Postquam provocati ad jusjurandum lustrati sunt, ii qui jusjurandum exigunt, tabellam manu tenentes formulam sacramenti præeunt, illi vero ramulum vibrantes, coronati, discincti, sola tunica induti craterem-que attingentes suggesta verba juramenti pronuntiant. Jam qui fidem juratus diis ratam dederit, is domum abit incolumis; qui vero pejerarit, statim coram præsentibus exspirat. Quæ quum ita fieri soleant, juraturi vades se daturos promittunt sacerdotibus, quibus, si piaculum acciderit, templi nece polluti lustrationem debent. Ad hunc locum Paliceni olim cognominem dæmonibus urbem Palicen inhabitabant.

set, qui reliqua quoque depravata esse putans totum locum in hanc sententiam refingi posse dicit: τελευτᾷ. Τῶν δὲ κρινομένων (earum rerum de quibus disceptatur) ἐγγυηταὶ γίνονται, οἳ ὑπισχνοῦνται καταστήσειν (sc. τὰ κρινόμενα) τοῖς ἱερεῦσιν· ἐπὴν δ' (vel καὶ ἐπὴν) ἄρα τι γένηται, κάθαρσιν ὀφλ. τοῦ τεμένους. Priora horum nituntur verbis Macrobii: *accepto prius fidei jussore a persona quæ juratura est de solvendo eo quod peteretur, si addixisset eventus.* Sed nihil cogit ut hæc nostro loco inferamus. Cum Polemonis verbis conferendus Pseudo-Aristot. Mir. 57: ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ,... τὸν ἄνθρωπον πίμπρασθαι· διὸ δὴ λαμβάνειν τὸν ἱερέα παρ' αὐτοῦ ἐγγύας ὑπὲρ τοῦ καθαίρειν τινὰ τὸ ἱερόν. Quod denique dicit ὑπισχνοῦνται καταστήσειν, non vero καθιστᾶσι, non video quod adeo offendat. Sequentia ἐπὴν δ' ἄρα τι γένηται eruenda censet ex codicis literis ΕΠΙΗΝΕΔΡΟΙΓΕΝΗΤΑΙ. Ceterum de Palicis cf. Callias (fr. 1) et Xenagoras (fr. 3) apud Macrob. l. l.; Silenus (fr. 7) ap. Stephan. Byz. v. Παλικοί; Isigonus (fr. 7) ap. Sotion. in Westerm. Parad. p. 184; Servius ad Virgil. Æn. IX, 584; Plutarch. Timol. c. 12; Diodor. XI, 89; Aristot. Mirab. 57; Antigonus Caryst. Mirab. 133. 175; Strabo VI, p. 275; Hesychius et Favorinus v. Παλικοί; Theognost. in Cramer. An. Ox. II, p. 60, et qui his testimoniis innitentes de Palicis disseruerunt, Heyn. ad Virgil. Æn. IX, 585; Welcker. Annal. Instituti Archæol. II, fasc. 2. 3; G. Hermann. Diss. de Æschyli Ætnæis p. 6 sqq.; Preller, ad h. l.; Schneidewin. l. l. Polemo in libro Περὶ τῶν ἐν Σικ. θαυμαζομένων ποταμῶν probabiliter etiam περὶ λιμνῶν καὶ κρηνῶν sermonem fecit; sin minus, cum Schneidewino putandum occasionem de Palicorum fontibus disserendi dedisse Symæthum fluvium, ad cujus ripas Thalia, mater Palicorum, absorpta est, uti Marcellinus narrat l. l.

84.

Athenæus XII, p. 552, B: Πολέμων δ' ὁ περιηγητὴς ἐν τῷ Περὶ θαυμασίων Ἀρχέστρατόν φησι τὸν μάντιν ἁλόντα ὑπὸ τῶν πολεμίων καὶ ἐπὶ ζυγὸν ἀναβληθέντα ὀβολοῦ ὁλκὴν εὑρεθῆναι ἔχοντα· οὕτως ἦν ἰσχνός. Ὁ δ' αὐτὸς ἱστορεῖ ὡς καὶ Πανάρετος ἰατρῷ μὲν οὐδὲν ὡμίλησεν, Ἀρκεσιλάου δὲ ἠκροᾶτο τοῦ φιλοσόφου, καὶ ὅτι συνεγένετο Πτολεμαίῳ τῷ Εὐεργέτῃ, τάλαντα δώδεκα τὸν ἐνιαυτὸν λαμβάνων. Ἦν δὲ ἰσχνότατος, ἄνοσος διατελέσας.

«De iisdem homuncionibus Ælian. Var. Hist. X, 6, et Eustath. p. 1288, 44, qui discrepat hisce: Πολέμων οὖν φησιν ἐκεῖνον ἁλόντα ὑπὸ Πτολεμαίου καὶ ἐπὶ ζυγὸν ἐπιβληθέντα· sed Athenæi lectioni ὑπὸ τῶν πολεμίων favet Ælianus, apud quem pro ὑπὸ ζυγὸν ἀναβληθεὶς ex ceteris reponendum ἐπὶ ζυγόν.» Preller.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙ ΠΕΠΛΩΝ.

85.

Athenæus XII, p. 541, A: Ἀλκισθένη δὲ τὸν Συβαρίτην φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Θαυμασίοις (c. 96) ὑπὸ τρυφῆς ἱμάτιον τοιοῦτον κατασκευάσασθαι τῇ πολυτελείᾳ, ὡς προτίθεσθαι αὐτὸ ἐπὶ Λακινίου ἐν τῇ πανηγύρει τῆς Ἥρας, εἰς ἣν συμπορεύονται πάντες Ἰταλιῶται, καὶ τῶν δεικνυμένων μάλιστα πάντων ἐκεῖνο θαυμάζεσθαι· οὗ φασι κυριεύσαντα Διονύσιον τὸν πρεσβύτερον ἀποδόσθαι Καρχηδονίοις ἑκατὸν καὶ εἴκοσι ταλάντων. Ἱστορεῖ δὲ καὶ Πολέμων περὶ αὐτοῦ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων.

Ἀλκισθένη] Apud Aristot. Mir. Ausc. c. 96 Beckmann. et Westermann. exhibent nomen Ἀλκιμένη, tamquam variam lectionem notantes: Ἀντιμένη et Ἀλκισθένη. — ἐπὶ Λακινίου] ἐπὶ Λακινίῳ τῇ πανηγύρει τῆς Ἥρας, Aristot. V. de Junone Lacinia Livius XXIV, 3, Strabo p. 261, Cic. Divin. I, 24, alii. Ipsius vestis descriptionem v. ap. Aristot. l. l. Ceterum titulo Περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων fortasse partem operis Περὶ θαυμασίων, in quo Aristotelem maxime ante oculos Polemo habuerit, significari suspicatur Prellerus.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΡΑ ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ ΚΑΝΝΑΘΡΟΥ.

Xenophontis locus, de quo Polemo egit, legitur in Agesilao c. 8, 7, ubi de Agesilao priscam sim-

---

DE MIRABILIBUS.

84.

Polemo Periegetes in libro De mirabilibus scribit, Archestratum vatem, ab hostibus captum, quum libræ imponeretur, compertum esse oboli (?) pondus habere: adeo tenui corpusculo fuit. Idem narrat, Panaretum nullum unquam medicum consuluisse; fuisse vero auditorem Arcesilai philosophi, vixisseque apud Ptolemæum Evergeten, ab eoque quotannis duodecim accepisse talenta. Fuit is corpore tenuissimo, et nullo unquam morbo affectus est.

DE PEPLIS IN CARTHAGINE URBE.

85.

Alcisthenem Sybaritam, ait Aristoteles in Mirabilibus, luxuriæ deditum, vestem confecisse adeo sumptuosam, ut illam in Lacinio exponeret in Junonis celebritate, ad quam omnes Itali conveniunt; utque ex omnibus rebus, quæ ibi ostendebantur, eam maxime admirarentur spectatores. In cujus possessionem quum venisset Dionysius senior, vendidisse eam dicitur Carthaginiensibus centum et viginti talentis. Eandem rem narrat Polemo in libro De peplis Carthaginiensium.

plicatem in vita domestica et publica præ se ferente loquens inter alia dicit : Ἐννοησάτω δὲ ὡς ἐθοίναζεν ἐν ταῖς θυσίαις· ἀκουσάτω δὲ ὡς ἐπὶ πολιτικοῦ κανάθρου κατῆει [ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ supplev. Casaub. ad Athen., l. l.] ἐς Ἀμύκλας. Eundem locum spectat Plutarchus Agesil. c. 19 : Καὶ τὸ κάνναθρόν φησιν ὁ Ξενοφῶν οὐδέν τι σεμνότερον εἶναι τῆς ἐκείνου θυγατρὸς ἢ τῶν ἄλλων. Κάνναθρα δὲ καλοῦσιν [ἁμάξας ἐχούσας vel tale quid supplet Preller.] εἴδωλα γρυπῶν ξύλινα καὶ τραγελάφων, ἐν οἷς κομίζουσι τὰς παῖδας ἐν ταῖς πομπαῖς. Ὁ δὲ Ξενοφῶν ὄνομα τῆς Ἀγησιλάου θυγατρὸς οὐ γέγραφε, ὁ δὲ Δικαίαρχος (fr. 17) κτλ. — De κανν**ά**θρῳ vide Polycratem ap. Athen. l. l.; Etym. M. p. 489, 5; Eustath. p. 1344, 44; schol. Hom. Il. 24, 190; Apollon. Lex. Hom. p. 128 Bekk. Quæ testimonia comprehendens Prellerus, « Est igitur, ait, Κάνναθρον ἅμαξα ξυλίνη καμαρωτή h. e. καμάραν ψιαθώδη ἔχουσα, εἰδώλοις γρυπῶν καὶ τραγελάφων κεκοσμημένη. Καμάρα illa ψιαθώδης proprie κάνναθρον dicebatur : deinde partis nomen transiit ad totum. Utebantur talibus vehiculis virgines Lacænæ in pompis Hyacinthiorum. Quare quum Polemo locum illum Xenophontis, quo τὸ κάνναθρον filiæ Agesilai memorabatur, illustrandum sibi proposuisset, non potuit quin etiam ad ipsius festi Hyacinthiorum descriptionem deferretur, cujus disputationis pars servata est per Didymum de copide Lacedæmonia disputantem. »

86.

Athenæus IV, p. 138, E : Πολέμων δ' ἐν τῷ Παρὰ Ξενοφῶντι κανν**ά**θρῳ τοῦ παρὰ Λάκωσι καλουμένου δείπνου κοπίδος μνημονεύοντα Κρατῖνον (φησὶ) ἐν Πλούτοις λέγειν·

Ἆρ' ἀληθῶς τοῖς ξένοισίν ἐστιν, ὡς λέγουσ', ἐκεῖ
πᾶσι τοῖς εἰθύουσιν ἐν τῇ κοπίδι θοινᾶσθαι καλῶς;
ἐν δὲ ταῖς λέσχαισι φύσκαι προσπεπατταλευμέναι
κατακρέμανται, τοῖσι πρεσβύταισιν ἀποδάκνειν ὀδάξ;

Καὶ Εὔπολις ἐν Εἵλωσι· » καὶ γέννηται τοῖσδε σάμερον κοπίς. » Δεῖπνον δ' ἐστὶν ἰδίως ἔχον ἡ κοπίς· καθάπερ καὶ τὸ καλούμενον ἄϊκλον.*** Ἐπὴν δὲ κοπίζωσι, πρῶτον μὲν δὴ σκηνὰς ποιοῦνται παρὰ τὸν θεὸν, ἐν δὲ ταύταις στιβάδας ἐξ ὕλης· ἐπὶ δὲ τούτων δαπίδας ὑποστρωννύουσιν, ἐφ' αἷς τοὺς κατακλιθέντας εὐωχοῦσιν, οὐ μόνον τοὺς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀφικνουμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιδημήσαντας τῶν ξένων. Θύουσι δ' ἐν ταῖς κοπίσιν αἶγας, ἄλλο δ' οὐδὲν ἱερεῖον· καὶ τῶν κρεῶν διδόασι μοίρας πᾶσι καὶ τὸν καλούμενον φυσίκιλλον, ὅς ἐστιν ἀρτίσκος ἐγκρίδι παραπλήσιος, γογγυλώτερος δὲ τὴν ἰδέαν· διδόασι τῶν συνιόντων ἑκάστῳ τυρὸν χλωρὸν καὶ γαστρὸς καὶ φύσκης τόμον καὶ τραγήματα σῦκά τε ξηρὰ καὶ κυάμους καὶ φασήλους χλωρούς. Κοπίζει δὲ καὶ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν ὁ βουλόμενος. Ἐν δὲ τῇ πόλει κοπίδας ἄγουσι καὶ τοῖς Τιθηνιδίοις καλουμένοις ὑπὲρ τῶν παίδων· κομίζουσι γὰρ αἱ τιτθαὶ τὰ ἄρρενα παιδία κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ἀγρὸν καὶ πρὸς τὴν Κορυθαλλίαν καλουμένην Ἄρτεμιν, ἧς τὸ ἱερὸν παρὰ τὴν καλουμένην Τίασσάν ἐστιν ἐν ταῖς πρὸς τὴν Κλήταν μέρεσι· τὰς δὲ κοπίδας παραπλησίως ταῖς λελεγμέναις ἐπιτελοῦσι. Θύουσι δὲ καὶ τοὺς γαλαθηνοὺς ὀρθαγορίσκους καὶ παρατιθέασιν ἐν τῇ θοίνῃ τοὺς ἰπνίτας ἄρτους. Τὸ δὲ ἄϊκλον ὑπὸ μὲν τῶν ἄλλων Δωριέων καλεῖται δεῖπνον. Ἐπίχαρμος γοῦν ἐν Ἐλπίδι φησίν· « Ἐκάλεσε γάρ τύ τις ἐπ' ἄϊκλον ἐκών, τὺ δὲ ἑκὼν ᾤχεο τρέχων. » Τὰ αὐτὰ εἴρηκε καὶ ἐν Περιάλλῳ. Ἐν δὲ τῇ Λακεδαίμονι τοῖς εἰσιοῦσιν εἰς τὸ φειδίτιον μετὰ δεῖπνον τὸ καλούμενον ἄϊκλον εἰσφέρουσιν ἄρτους ἐν ἀρριχίδι καὶ κρέας ἑκάστῳ· καὶ τῷ νέμοντι τὰς μοίρας ἀκολουθῶν ὁ διάκονος κηρύττει τὸ ἄϊκλον προσθεὶς τοῦ πέμψαντος τὴν

DE CANNATHRO APUD XENOPHONTEM.

86.

Polemo in commentario De Cannathro apud Xenophontem sic scribit : « Cœnæ ejus, quæ *copis* apud Lacedæmonios vocatur, mentionem faciens Cratinus in Plutis ait :

Reverane hospitibus, ut aiunt, licet ibi
omnibus, quicumque veniunt, in Copide epulari laute?
in Leschis vero hillæ clavis affixæ
pendent, quas senes dentibus mordeant?

Et Eupolis in Helotibus : « Et paretur hisce hodie Copis ». Est autem peculiare cœnæ genus *copis*, quemadmodum et *aiclon* quod vocant. *** Quum igitur copidem celebrant, primum quidem tentoria erigunt juxta dei fanum; tum in his stramenta sternunt ex fronde, eaque tapetibus tegunt, quibus discumbentes hospitio excipiunt non modo qui nostra e terra adveniunt, sed et peregrinos Spartæ agentes. Immolant vero in copidibus capras, et nullam aliam præterea victimam. Distribuunt vero carnium portiones omnibus, et quem vocant physicillum, qui est exiguus panis, encridi similis, forma vero rotundiore. Distribuunt etiam convenientium unicuique caseum recentem, et ventris et hillæ frustum; et pro bellariis ficos siccas et fabas et phaseolos recentes. Copidem vero celebrat et reliquorum Spartanorum quicumque vult. In urbe vero copidas etiam celebrant *Tithenidiorum* quæ vocantur (i. e. Nutriciorum) festis diebus, pro puerorum salute. Tunc enim parvulos in agrum exportant nutrices, et prope Corythalliam quam vocant Dianam (cujus templum est ad Thiassam fontem qui vocatur, qua parte Cletæ fanum est) copidas celebrant simili modo atque eas de quibus dictum est : sacrificant autem lactantes porcellos (*orthagoriscos*), et in epulis panes apponunt furnaceos. Ἄϊκλον vero a reliquis Doribus *cœna* vocatur. Epicharmus certe, in Spe, ait : « Vocavit te aliquis ad ἄϊκλον ultro. Tu vero ultro abiisti currens. » Eademque dixit etiam in Periallo. Lacedæmone vero eis, qui in Phiditium convenerunt, post cœnam afferunt hoc quod ἄϊκλον vocant, panes in corbicula et carnem unicuique : et cum, qui portiones distribuit, comitatur famulus, ἄϊκλον proclamans, et nomen edens ejus qui illud misit. » Hæc Polemon.

ὀνομασίαν. » Ταῦτα μὲν ὁ Πολέμων. Πρὸς ὃν ἀντιλέγων Δίδυμος ὁ γραμματικὸς κτλ.

Ἐν τῷ παρὰ Ξεν. κ.] titulus contractus, ut Πολέμων ἐν τῇ Ἐρατοσθένους ἐπιδημίᾳ. — « Ante ἐπὴν δὲ κοπίζωσι exciderunt multa. Excidit mentio ejus festi, de quo narratur in sequentibus, Hyacinthiorum opinor, quæ quum maximam partem in agris et apud Amyclæos celebraretur (cf. Manso *Sparta* I, 2, p. 205 sqq., Müller. *Dor.* II, p. 281 sq.), deinde sic pergit : ἐν δὲ τῇ πόλει κτλ. Excidit etiam mentio ejus, qui loquitur in sequentibus, Spartani alicujus, si quid video, quem de his rebus consuluerat Polemo : οὐ μόνον τοὺς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀρικνουμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιδημήσαντας τῶν ξένων. Excidit denique pompæ quæ Amyclas deducebatur et in qua cannatharis vehebantur virgines Spartanorum, descriptio, quam suppleveris ex Polycratis loco per Didymum servato ap. Athen. p. 139, E, ex quo constat, copidem illam, de qua narrat Polemo, post pompam Amyclas deductam habitam esse, quum cives multas victimas sacrificarent lautasque epulas appararent et familiaribus omnibus et ipsorum servis. » Preller. — παρὰ τὸν θεὸν] Preller. dedit παρὰ τὴν θέαν, *dum durabat* ἡ θέα. — τραγήματα σῦκά τε... χλωρούς] Hæc iterum ex Polemone affert Athenæus II, p. 56, A. — τὰς δὲ κοπίδας παραπλησίως] δὲ particulam adjecit Preller.; « opponuntur, ait, eæ copides quæ habebantur Tithenidiis, ταῖς λελεγμέναις, i. e. iis quæ habebantur in Hyacinthiis. »

In ea quæ sequitur apud Athenæum Didymi disputatione, diserta mentio Polemonis fit p. 140, B : Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὀρθαγορίσκοι λέγονται, ὥς φησιν ὁ Πολέμων, οἱ γαλαθηνοὶ χοῖροι, ἀλλ' ὀρθραγορίσκοι, ἐπεὶ πρὸς τὸν ὄρθρον πιπράσκονται, ὡς Περσαῖος ἱστορεῖ ἐν τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ καὶ Διοσκουρίδης ἐν δευτέρῳ πολιτείας, καὶ Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ προτέρῳ καὶ οὕτως τῆς Λακώνων πολιτείας. Ἔτι φησὶν ὁ Πολέμων, καὶ τὸ δεῖπνον ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἄϊχλον προσαγορεύεσθαι, παραπλησίως ἁπάντων Δωριέων οὕτως αὐτὸ καλούντων. Quibus quæ subjicit Didymus Alcmanis aliorumque testimonia, apud ipsum legas Athenæum. Apparet vero multa eorum quæ huc pertinent a Polemone prætermissa esse, non vero propter negligentiam auctoris, ut videri possit, sed propterea haud dubie (uti Prellerus monet), quod omnino non ex professo hanc materiam pertractandam sibi sumpserat.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΟΥ ΚΩΔΙΟΥ.

87.

Hesychius : Διὸς κώδιον· οὕτως ἔλεγον οὗ τὸ ἱερεῖον Διὶ τέθυται, ἐφ' οὗ οἱ καθαιρόμενοι ἑστήκεσαν τῷ ἀριστερῷ ποδί· τινὲς δὲ τὸ μέγα καὶ τέλειον· ὁ δὲ Πολέμων τὸ ἐκ τοῦ Διὶ τεθυμένου ἱερείου.

Ad hæc Prellerus : « Διὸς κώδιον retinendum erat propter ordinem elementarem. Cod. Διοσκώλιον· οὕτως ἔλεγον οὗτοι ἱερεῖον ἐτίθετο. — ὁ δὲ Π. τῷ ἐκ τ. Δ. τ. ἱερείῳ. Musur. τὸ ἐκ τ. Δ. τ. ἱερεῖον. Inserviebat hoc vellus a Jovis victima detractum iis ritibus sacris, qui dicebantur ἀποδιοπομπήσεις, v. Phrynich. ap. Bekk. Anecd. p. 7, 15 : ἀποδιοπομπεῖσθαι καὶ διοπομπεῖσθαι· σημαίνει μὲν τὸ ἀποπέμπεσθαι καὶ ἀποκαθαίρεσθαι μύσῃ, σύγκειται δὲ τὸ ὄνομα ἐκ τοῦ δίου (dicebatur igitur etiam nude τὸ δῖον), ὅ ἐστι δέρμα τοῦ ἱερείου τοῦ θυομένου τῷ Διΐ, ἐφ' οὗ ἑστῶτες ἐκαθαίροντο, κἀκ τοῦ πέμπεσθαι· μετὰ γοῦν τῆς ἀπὸ προθέσεως ἀττικώτατόν ἐστιν· cf. Pierson. Mœr. p. 41, Ruhnk. Tim. p. 40 sq. De re similiter Lex. rh. ap. Bekk. Anecd. p. 242, 26 : Δῖον κώδιον· ἐπὶ τῶν καθαιρομένων λέγεται, ἐπειδήπερ Διὶ θύουσι καθαίροντες τοὺς μύσει κατεχομένους. In quanam potissimum Jovis religione et quibus occasionibus adhibitum sit cernitur ex his locis : Eustath. p. 1935, 8 : Καὶ οἱ τὸ διοπομπεῖν (scribendum erat διοπομπεῖσθαι) ἑρμηνεύοντές φασιν ὅτι δῖον ἐκάλουν κώδιον ἱερείου τυθέντος (editur τιθέντος) Διὶ μειλιχίῳ ἐν τοῖς καθαρμοῖς φθίνοντος Μαιμακτηριῶνος μηνός, ὅτε ἤγοντο τὰ πομπαῖα (cf. *Demet. et Perseph.* p. 248) καὶ καθαρμῶν ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐγίνοντο. Εἶχον δὲ μετὰ χεῖρας πομπαῖον (vulgo πομπόν, correxit Lobeck. : ceterum quæ sequuntur de insigni Mercurii, ea de suo interpolaverit Thessalonicensis, quum cetera ex iis, quos de talibus consulere solet, Pausania et Ælio Dionysio sumpsisse videatur), ὅπερ ἦν, φασί, κηρύκιον σέβας Ἑρμοῦ, καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου πομπαίου (ed. πομποῦ) καὶ τοῦ ῥηθέντος δίου τὸ διοπομπεῖν. Καὶ τοῦτο μὲν οὕτως ἐξ ἱστορίας· ἄλλως δὲ κοινότερον διοπομπεῖν καὶ ἀποδιοπομπεῖν ἐφαίνετο τὸ Διὸς ἀλεξικάκου (Jovem ἀποτρόπαιον et προστρόπαιον nominant scholl. Plat. Legg. IX, p. 120, 14, Cratyl. p. 29, 11) ἐπικλήσει ἐκπέμπειν τὰ φαῦλα. Cum Eustathio comparandus Suidas s. v. Διὸς κώδιον et Apostol. Proverb. VII, 10 : Διὸς κώδιον· οὗ τὸ ἱερεῖον Διὶ τέθυται· θύουσί τε τῷ τε μειλιχίῳ καὶ τῷ κτησίῳ (Suid. codd. V. C. κτησιδίῳ. Lobeck. Agl. p. 183 ἰκεσίῳ. Müller. *Æsch. Eum.* p. 188 tuetur vulgatam; mihi κτησίῳ

DE JOVIS VELLERE.

87.

Jovis vellus vocabant vellus victimæ Jovi sacrificatæ detractum, in quo ii qui lustrabantur pedem ponebant sinistrum. Nonnulli dicunt significari vellus magnum et perfectum; Polemo autem esse dicit vellus Jovis victimæ detractum.

omnino rejiciendum ac restituendum καθαρσίῳ videtur) Διί· τὰ δὲ κῴδια τούτων φυλάσσουσι δῖα (v. Phrynich. supra cit.; sine causa Gaisf. Διός) προσαγορεύοντες· χρῶνται δ' αὐτοῖς οἵ τε Σκιροφορίων (cf. *Demet. et Perseph.* p. 124, 147) τὴν πομπὴν στέλλοντες καὶ ὁ ἁδοῦχος ἐν Ἐλευσῖνι καὶ ἄλλοι τινὲς πρὸς τοὺς καθαρμούς, ὑποστορνύντες αὐτὰ τοῖς ποσὶ τῶν ἐναγῶν. Hæc ex Polemone ferme ducta videntur. De simili re memorat Dicæarchus in fragmento de monte Pelio p. 27 sq. Buttm. et Pausanias, ubi narrat de lustrationibus ante oracula ab Amphiarao edita solennibus, I, 34, 3 : Ἔστι δὲ καθάρσιον τῷ θεῷ θύειν. Θύουσι δὲ καὶ αὐτῷ καὶ πᾶσιν ὅσοις ἐστὶν ἐπὶ ταὐτὸ τὰ ὀνόματα (i. e. et Jovi καθαρσίῳ et ceteris diis, οἷς ἐστι τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ καθαίρεσθαι. Parum recte Siebel. *in eodem loco*, et novissimi editores *quorum in eadem ara inscripta sunt nomina*). προεξειργασμένων δὲ τούτων κριὸν θύσαντες αὐτῷ καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι καθεύδουσιν ἀναμένοντες ὀνείρατος. Alia ejusdem religionis documenta ex antiquitatibus Ægyptiorum, Romanorum excitavit Lobeck. Agl. p. 185 sq. In universum duplex Joviorum similiumque pellium usus erat. Etenim aut in pompis lustralibus, quibus tota civitas publice februabatur, a sacerdotibus illa coria rite circumferebantur; hoc si quid video est ἄγειν τὰ πομπαῖα, ubi τὰ πομπαῖα sunt ipsa Jovia, cf. Eustath. l. c., qui tale πομπαῖον confudit cum baculo Mercurii : aut corpora eorum qui lustrabantur talibus pellibus afficiebantur, quod fiebat diversis modis; modo enim capitum indumenta ex illis pellibus parabantur, velut quibus utebantur sacerdotes Ægyptiorum et Romanorum, modo Joviis tanquam vestibus amiciebantur lustrandi, ut in lustrationibus Jovis Actæi et in Lupercalibus Romanorum, modo pedibus eorum qui februabantur hæc coria substernebantur, velut in Scirophoriis et Eleusiniis Atticis, modo etiam iis qui dormiendo oracula divinitus sibi immissum iri putabant substernebantur, velut in sacris Amphiarai, cf. Strabo VI, p. 284 : ἐναγίζουσι δὲ αὐτῷ (Κάλχαντι) μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι, ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι. Quod de Sciriophoriorum et Eleusiniorum lustrationibus scribit Müllerus Æsch. Eum. p. 146, eos qui in Joviis steterint sanguine suillo superfundi solitos esse, deque sanguine pellibus collecto indeque effuso τὸ ἀποδιοπομπεῖσθαι dictum esse (« das abgewaschene Blut sammelte man dann in Felle und schüttete es damit aus : dies heisst offenbar ἀποδιοπομπεῖσθαι »), in hoc vereor ne confuderit duo καθάρσεως genera, quæ mihi quidem diversa fuisse videntur, id quod fiebat sanguine suillo hominibus vel rebus (velut in ecclesia Atheniensium, *Demet. et Pers.* p. 358) asperso et id quod appellabatur ἀποδιοπομπεῖσθαι, de quo dictum est in antecedentibus et quocum comparare juvabit suovetaurilia Romanorum, cf. Cato R. R. § 141, in quibus tamen non vellera hostiarum, sed ipsæ hostiæ circum id quod lustrandum erat circumferebantur. »

88.

Athenæus XI, p. 478, C : Πολέμων δ' ἐν τῷ Περὶ τοῦ δίου κῳδίου φησί· « Μετὰ δὲ ταῦτα τὴν τελετὴν ποιεῖ, καὶ αἴρεῖται ἐκ τῆς θαλάμης καὶ νέμει * * ὅσοι ἄνω τὸ κέρνος περιενηνοχότες. Τοῦτο δ' ἐστὶν ἀγγεῖον κεραμεοῦν, ἔχον ἐν αὑτῷ πολλοὺς κοτυλίσκους κεκολλημένους· ἔνι δ' ἐν αὐτοῖς ὄρμινοι, μήκωνες λευκοί, πυροί, κριθαί, λάθυροι, ὄχροι, φακοί, κύαμοι, ζειαί, βρόμος, παλάθιον, μέλι, ἔλαιον, οἶνος, γάλα, ὄϊον ἔριον ἄπλυτον. Ὁ δὲ τοῦτο βαστάσας, οἷον λικνοφορήσας, τούτων γεύεται. »

Illustrat hæc Prellerus : « Idem locus, ait, allegatur Athen. XI, p. 476, F : κέρνος· ἀγγεῖον κεραμεοῦν... τούτων γεύεται, sed subjecto nomine Ammonii Lamptrensis, ὡς ἱστορεῖ Ἀμμώνιος ἐν τρίτῃ Περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν. Hic ni fallor sua sumpserat ex Polemone, Athenæus autem illius testimonium ex hujus commentariis deprompserit. De re maximopere dolendum quod locus tam lacer a principio ad nos pervenerit; nam describitur actio mystica, quam si accuratius cognitam haberemus, omnis mysticorum sacrorum descriptio aliquantum expeditior foret. Locum hæc actio habuisse videtur in mysteriis Matris Magnæ; nam his proprium erat τὸ κέρνος, v. Lobeck. Agl. p. 26 sq. Videtur Polemo in iis quæ ab initio omissa sunt eandem cærimoniam descripsisse, de qua pauca et obscura eaque confuse commemorat Clem. Alex. Protrept. p. 13 Pott., ubi hæ voces apponuntur : Ἐκ τυμπάνου ἔφαγον, ἐκ κυμβάλου ἔπιον, ἐκερνοφόρησα, ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδυν (vulgo ὑπέδυον; illud præivit vir doctus in Zimmerm. *Zeitsch. f. A.* 1835, p. 84), quæ pronuntiabantur a mystis. Saltem hinc aliquid lucis adspergi dixeris iis quæ apud nostrum extrema sunt, ὁ δὲ τοῦτο (sc. τὸ κέρνος) βαστάσας, οἷον λικνοφορήσας (i. e. velut is qui gestavit τὸ λίκνον, scilicet in aliis sacris), τούτων γεύεται, h. e. de iis gustat

88.

Polemo in libro De Jovis vellere scribit : « Post hæc initiationis mysteria celebrat, et sumit * e sacello, distribuitque eis qui cernum gestaverant. Est autem *cernus* vas fictile, multos continens *cotyliscos* agglutinatos, in quibus sunt horminum, papaver candidum, triticum, hordeum, pisum, cicer, ervilia, lens, faba, zea, avena, ficuum massa, mel, oleum, vinum, lac, ovina lana illota : idque vas qui gestavit, sicut qui vannum gestavit, his rebus vescitur.

quæ insunt in cavernulis τοῦ κέρνους, quæ plerumque dicuntur τὰ ἄρρητα sive etiam τὰ μυστικά, τὰ μυστήρια, cf. Lobeck. Agl. p. 56. Hæc labiis vel manibus attrectabantur a mystis (τῶν μυστηρίων ἅπτεσθαι, γεύεσθαι), eaque actio particularis erat earum cærimoniarum, quæ cunctæ appellabantur τελετὴ sive μυστήρια. Jam hinc interpretanda hæc apud nostrum : μετὰ ταῦτα τὴν τελετὴν ποιεῖ scil. ὁ ἱερεὺς vel ὁ ἱεροφάντης, δᾳδοῦχος. Hic ποιεῖ τὴν τελετὴν h. e. δείκνυσι, φαίνει, παρέχει, νέμει τὰ ἄρρητα i. e. varia illa liborum genera, quæ adspiciantur, labiisque et manibus attingantur a mystis. — Sequuntur hæc : καὶ αἴρεῖται (sc. ὁ ἱεροφάντης) ἐκ τῆς θαλάμης (aut supplendum τὸ κέρνος, ut θαλάμη sit receptaculum aliquod sacrum ubi asservabatur τὸ κέρνος, aut θαλάμη est ipsum κέρνος, ut ex hujus cavernulis hierophanta sumpserit τὰ ἄρρητα) καὶ νέμει ὅσοι ἄνω τὸ κέρνος περιεννηνοχότες. Hæc carent sensu. Casaub. scribendum putabat ὅσοι ἂν ὦσι : ego interposui lacunæ sigilla; nam omissa esse nonnulla arguit et connexus sententiarum, et solent in talibus quæ propter unam vocem excerpuntur locis ea plerumque omitti, quæ officiebant ad illam vocem festinantibus. Omissa videntur fere hæc : καὶ νέμει τοῖς μύσταις, καὶ γεύονται αὐτῶν (sc. τῶν ἀρρήτων) ὅσοι ἄνω (sc. εἰσί), τὸ κέρνος περιεννηνοχότες. Hæc dici suspicor de iis qui κερνοφορήσαντες, ἐκ τυμπάνου φαγόντες etc. in sublimiorem aliquem locum, ubi stabat hierophantes, adscenderant, ab hoc qui jam faciebat τὴν τελετὴν sacra illa abdita accepturi et gustaturi : ὁ τὸ κέρνος βαστάσας τούτων γεύεται. Jam sequitur ipsa descriptio τοῦ κέρνους, quæ est et accuratissima et expedita. Primum ipsum vas quale fuerit enarratur. Κέρνος erat vas fictile (tum hoc tum figura et iis quæ intus erant differebat a κίστη, quæ erat deabus Eleusiniis et Libero sacra : quæ erat πλεκτὴ vel lignea, v. Ammon. De diff. verb. v. κιβωτός, Münter Dissertatt. antiq. p. 204), multas intus cavernulas habens, in quibus erant κοτυλίσκοι sive κρατῆρες, v. Pollux IV, 103, et qui laudantur a Casaub. ad Athen. p. 476, F, Schneid. ad Nicandr. Alexiph. p. 145, Lobeck. Agl. p. 26. In cotyliscis istis discreta asservabantur quæ a nostro enumerantur, ὅρμινοι, μήκωνες etc., quæ partim beneficiorum ab ea, quæ his sacris colebatur, dea hominibus tributorum monimenta fuisse videntur, partim ipsorum sacrorum, quibus hæc dea colebatur et quæ ab ipsa haud dubie instituta esse narrabantur, tanquam insignia, velut μέλι, ἔλαιον, οἶνος, γάλα, quibus constabant αἱ νηφάλιαι θυσίαι, in quibus rite faciendis etiam ὄϊον ἔριον ἄπλυτον adhiberi solebat, cf. Paus. VIII, 42, 5, qui Cereri Nigræ apud Phigalenses cultæ rite sacrificata esse narrat inter alia ἐρίων τὰ μὴ ἐς ἐργασίαν πω ἥκοντα, ἀλλὰ ἔτι ἀνάπλεα τοῦ οἰσύπου i. e. ὄϊον ἔριον ἄπλυτον. »

ΠΕΡΙ ΑΡΤΟΥ.

89.

Athenæus III, p. 108, F : Ἄρτου δεῖ, καὶ οὐ τῶν Μεσσαπίων βασιλέως, λέγω τῶν ἐν Ἰαπυγίᾳ, περὶ οὗ καὶ σύγγραμμά ἐστι Πολέμωνι. Μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Θουκυδίδης ἐν ἑβδόμῃ καὶ Δημήτριος ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ὁράματι Σικελίᾳ διὰ τούτων·

> Κἀκεῖθεν εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀνέμῳ νότῳ
> διεβάλομεν τὸ πέλαγος εἰς Μεσσαπίους·
> Ἄρτος δ' ἀναλαβὼν ἐξένισεν ἡμᾶς καλῶς·
> ξένος γε χαρίεις ἦν ἐκεῖνος καὶ μέγας
> καὶ λαμπρός.

Suid. v. Ἄρτος.... ἔστι δὲ καὶ ὄνομα τυράννου Μεσσαπίων, ὃν καὶ πρόξενον Ἀθηναίους ποιήσασθαί φησι Πολέμων.

De Arto regulo Thucydides VII, 33, 4 : Καὶ ὁρμηθέντες αὐτόθεν (sc. Δημοσθένης καὶ Εὐρυμέδων) κατίσχουσιν ἐς τὰς Χοιράδας νήσους Ἰαπυγίας, καὶ ἀκοντιστάς τέ τινας τῶν Ἰαπύγων πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν τοῦ Μεσσαπίου ἔθνους ἀναβιβάζονται ἐπὶ τὰς ναῦς, καὶ τῷ Ἄρτᾳ, ὅσπερ καὶ τοὺς ἀκοντιστὰς δυνάστης ὢν παρέσχεν αὐτοῖς, ἀνανεωσάμενοί τινα παλαιὰν φιλίαν ἀφικνοῦνται Μεταπόντιον τῆς Ἰταλίας. Palaiam illa φιλία, quæ Messapiis cum Atheniensibus intercessisse dicitur, explicanda est ex iis, quæ de Theseo ex Creta in Italiam profecto narrantur apud Plutarch. Qu. Gr. c. 35 et Strabon. VI, p. 282. Uberius hæc exposuisse Polemonem, consentaneum est. Idem num Thucydidis maxime locum illustrandum sibi proposuerit, quæ Prelleri suspicio est, in medio relinquo. Ceterum potuit hæc περὶ Ἄρτου scriptio, ut Prellerus monet, etiam pars fuisse ejus operis quod inscribebatur Κτίσεις Ἰταλιχῶν καὶ Σικελικῶν. Cf. de Arto Hesych.

DE ARTO.

89.

Arto (*pane*) nobis opus est. Nec vero illum *Artum* dico, Messapiorum in Apulia regem, de quo etiam exstat Polemonis commentarius. Ejusdemque et Thucydides meminit, et Demetrius comicus in fabula, cui Sicilia titulus, his verbis :

> Et inde in Italiam vento austro
> trajecimus pelagum in Messapios.
> Artus autem nos hospitio benigne excepit :
> hospes liberalis ibi, magnus et splendidus erat.

Artus, nomen reguli Messapiorum, quem proxenum Athenienses sibi constituisse Polemo narrat.

v. Ἄρτας et Ἄρτος; Bekk. An. p. 448, 9; Eustath. p. 265, 31.

VARIA INCERTÆ SEDIS.

90.

Schol. Pind. Ol. VII, 95 : Πολέμων γάρ φησι παρὰ Χίοις μὲν τὸν Διόνυσον δεδέσθαι καὶ παρ' Ἐρυθραίοις δὲ τὸ ἕδος τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ ὅλως πολὺν κατεσπάρθαι λόγον περὶ τῶν ἀγαλμάτων ὡς μὴ μενόντων, ἀλλὰ πορευομένων ἄλλοσε πολλάκις. Cf. Lobeck. Aglaoph. p. 275 sq.

91.

Athenæus II, p. 55, E : Πολέμων δέ φησι τοὺς Λακεδαιμονίους τοὺς θέρμους λυσιλαΐδας καλεῖν. « Villebrunius ait λυσιάδας in mss. legi quod e neutro ex nostris enotatum. In Natalis quidem versione Lysiadas h. l. scriptum video, quod et Dalecampius in ora adnotaverat; sed poterat is error vel interpretis esse vel operarum. » Schweigh.

92.

Idem II, p. 70, C : Καὶ περὶ τὸν Ἰνδὸν δέ φησι ποταμὸν γίνεσθαι τὴν κυνάραν. Καὶ Σκύλαξ δὲ ἢ Πολέμων γράφει· « εἶναι μὲν τὴν γῆν ὑδρηλὴν κρήνῃσι καὶ ὀχετοῖσιν, ἐν δὲ τοῖς οὔρεσι πέφυκε κυνάρα καὶ βοτάνη ἄλλη, » καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· « ἐντεῦθεν δὲ ὄρος παρέτεινε τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰνδοῦ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὑψηλόν τε καὶ δασὺ ἀγρίῃ ὕλῃ καὶ ἀκάνθῃ κυνάρᾳ. »

« Patet illa Scylacis esse, non Polemonis. Puto Polemonem (cujus nomen hic quoque per Didymum exstare videtur) de voce κυνάρα disputasse deque ea inter alia Scylacis illa testimonia apposuisse; certe ego hoc mihi identidem observasse videor, si idem locus a grammaticis sub duobus nominibus particula ἢ disjunctis laudatur, velut Σκύλαξ ἢ Πολέμων, et fr. 10 παρὰ Πολέμωνι ἢ Ἀλκμᾶνι et similia, tunc recentiorem scriptorem eum esse, apud quem is qui citat utrumque antiquioris testimonium appositum invenerit. » Preller. Cf. introduct.

93.

Hesych. s. v. Ἠλύσιον· μακάρων νῆσος... Ἄλλοι, κεχερευνωμένον χωρίον ἢ πεδίον. Τὰ δὲ τοιαῦτά ἐστιν ἄβατα, καλεῖται δὲ καὶ ἐνηλύσια. Πολέμων δὲ Ἀθηναίους φησὶ καὶ ἄλλοι τινὲς (ἄλλους τινὰς conj. Küster.) τὸ κατασκηφθὲν (κατασκαφὲν cod.) χωρίον ἢ ἱερόν.

Suidas : Ἠλύσιον·... οἱ δὲ τὸ κεχερευνωμένον χωρίον ἢ πεδίον· τὰ δὲ τοιαῦτά ἐστιν ἄβατα. Καλεῖται δὲ καὶ ἐνηλύσια. Πολέμων δὲ Ἀθηναίους φησὶ τὸ κατασκηφθὲν (sic Leopard., κατασκαφὲν codd.) χωρίον καλεῖν. « Polemonis observationem etsi lexicographi parum perspicue consignarunt, apparet tamen hanc fere sententiam effici : καλεῖται δὲ καὶ ἐνηλύσια, ὃ καὶ Πολέμων Ἀθηναίους φησὶ... καλεῖν. » *Bernhardy*. Cf. Hesych. v. Ἐνηλύσια, τὰ κατασκηφθέντα χωρία ἐνηλύσια λέγονται; idem v. Ἐνηλύσιος, ἐμβρόντητος, κεραυνόβλητος; Etym. M. p. 428, 30 et 341, 8; Pollux IX, 41; Artemidor. Oniroer. II, 8; Pausan. V, 14, 5 et 8. Festus v. *Bidental*, ibiq. interpr. Müller. *Etrusk.* II, p. 170 *sqq.*, Hartung. *Religion der Rœmer* II, p. 13 sqq. Laudat hæc Prellerus.

94.

Idem v. Προσωποῦττα· Πολέμων (sic Valesius; codex : πολε, supra scripto μ'), ἀγγεῖον χαλκοῦν, ἔχον ἐπὶ τοῖς χείλεσι πρόσωπα, ἐν ᾧ τὰ ἱερὰ ἔπεμπον. Cf. Poll. II, 48 : Προσωποῦττα δέ τι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὠνομάζετο χαλκοῦν ἀγγεῖον, ἐχίνῳ παραπλήσιον, περὶ τὸ στόμα ἔχον πρόσωπα λεόντων ἢ καὶ βοῶν, ἀφ' ὧν καὶ ὠνόμασται.

95.

Idem v. Συσπαστόν· τῶν τραγικῶν τι ἐγχειρίδιον ἐκαλεῖτο, ὡς Πολέμων φησὶ, τὸ συντρέχον ἐν Αἴαντος ὑποκρίσει.

Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 360 ed. 2. : « So-

VARIA INCERTÆ SEDIS.

90.

Polemo dicit apud Chios Bacchum et apud Erythræos Dianæ statuam vinciri, ac omnino multum circumferri sermonem de deorum statuis quæ non maneant in loco suo, sed alio sæpe transmigrent.

91.

Polemo dicit apud Lacedæmonios lupinos *lysilaidas* vocari.

92

Scylax aut Polemo scribit, esse terram fontibus et canalibus irriguam : « in montibus vero nascuntur, inquit, cynara aliæque herbæ. » Tum in sequentibus : « Inde ab utraque Indi fluminis ripa porrectus erat mons altus, et spissus silvestribus arboribus et spina cynara. »

93.

Elysium, Beatorum insula... Alii dicunt locum vel campum fulmine tactum ita vocari. Hujusmodi autem loca sunt inaccessa; et appellantur etiam *enelysia*. Sic Polemon et alii nonnulli apud Athenienses loca de cœlo tacta nominari dicunt.

94.

Prosoputta, vas æneum ad labra imagines habens, in quo sacra mittebant.

95.

Syspastum, pugio quidam contractilis tragicorum, quo utitur histrio Ajacem agens.

phocles scenam ita instruxit, ut spectatores Ajacem viderent quidem gladio incumbentem, sed e longinquo et quasi per transennam, quippe silvulæ contectum margine. Sed quo facilius fallerentur spectatorum oculi, Sophocles ut videtur dolonis scenici fraudem adjunxit, quo histriones πρὸς τὰς κιβδήλους σφαγὰς, uti tradit Achilles Tat. III, 20, p. 77 Jacobs., repertum in choragio histrionico gladium describens οὗ ὁ σίδηρος εἰς τὴν κώπην ἀνατρέχει. Atque hoc mortis mimicæ, ut dicitur Petronio c. 94, instrumento histriones, qui Ajacem agerent, esse usos apparet ex Hesychio v. συσπαστόν, ejusque idem duo alia nomina tradit, unum ἀνδρομητόν, συσπαστὸν ἐγχειρίδιον παρὰ τραγικοῖς, i. e. quod Achilles dicit ἀνατρέχον, alterum minus expeditum ἄηκτον [ἀήητον cod.], συσπαστὸν ἐγχειρίδιον παρὰ Ταραντίνοις[τραγικοῖς?]. Eundem ad usum comparatum fuisse cludinem mimorum Lipsii opinio est Elect. I, 18, et Carpzovii Parad. Arist. I, 7, p. 121, idemque clunaculum dici putant, quo potius παραμήριον significari videtur, v. Spanhem. ad Julian. Or. I, p. 252, Oudendorp. ad Appul. Apol. p. 560. Ad Polemonis testimonium gravissimum accedit quod schol. ad v. 864 perhibet Timotheum histrionem σφαγέα cognominatum esse, quod Ajacem agens speciem occidentis pulcerrime assimularet. »

96.

Idem v. Σκυδικαί· Πολέμων παρὰ Ἑρμοδώρῳ γεγράφθαι φησί· « ὑποδήματα δὲ φορεῖν τὴν ἐλευθέρην Σκυδικὰς λευκὰς καὶ μασθλητίνας. »

« Videtur vir diligentissimus, quum ageret de Scythicis, notasse sibi scripturam rariorem; nam vulgo et recte scribitur Σκυθικαί, v. Harpocr., Phot., Suid. s. v. Σκυθικαί· εἶδός τι ὑποδήματός εἰσιν, ὡς Ἀλκαῖος ἐν η'· Σκυθικὰς ὑποδησάμενος; cf. Steph. B. v. Σκύθαι, Moschopul. II. σχεδῶν p. 253 ed. Vindob. : Σκυθικαὶ, εἶδος ὑποδήματος Σκυθῶν, ὥσπερ αἱ Ἀργεῖαι Ἀργείων κτλ., quæ ducta sunt ex Poll. VII, 88. — Hermodorus videtur esse Platonicus, qui scripsit Περὶ μαθημάτων, Diog. L. I, 2, 8. II, 106. III, 6, et Περὶ Πλάτωνος, v. Simplic. in Aristot. Phys. fol. 54 a, et qui propter suorum ipsius librorum mercaturam, quam faciebat in Sicilia, abiit in proverbium, v. Zenob. Proverb. V, 6, Append. Vat. II, 63, Suid. v. Λόγοισιν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. » Preller.

97.

Idem v. Ἠδύπνουν, νεογνὸν καὶ ἁπαλὸν πρόβατον, γαλαθηνὸν, τὸ μήπω πόας γευσάμενον. Πολέμων φησὶν ὑπὸ τοῦ Πυθίου κληθῆναι.

« Musurus ἢ ὁ ῥέμων, ex ipso codice, ut videtur; nam nihil de hoc adnotat Schowius. Sopingius refingendum censuit Ἀρτέμων vel Ἑρμώναξ, qui appellatur Ἕρμων, de quo cogitavit etiam Küsterus. Is. Vossius Πολέμων, quod ad scripturam codicis (ΗΟΡΕΜΩΝ) proxime accedere videtur. Ὁ Πύθιος est Apollo Pythius. Ceterum cf. Phot. v. Ἠδύχρους, τὸ ἐν γάλακτι ὑπάρχον ἀρνίον καὶ μήπω γεγευμένον πόας, ὃ καὶ ἡδύπνουν λέγουσιν. » Preller. E Photio probabile fieri apud Hesychium ἡδύχρουν addendum esse ante κληθῆναι monet G. Dindorf. in Steph. Thes. v. Ἠδύπνους. Fortasse erat :.. γευσάμενον· ἡδύχρουν φασὶ ὑ. τ. Π. κλ.

98.

Suidas v. Ἵππος Νισαῖος. Μεταξὺ τῆς Σουσιανῆς καὶ τῆς Βακτριανῆς τόπος ἐστὶ Καταστιγώνα, ὅπερ Ἑλλάδι γλώσσῃ Νῖσος καλεῖται· ἐνταῦθα ἵπποι διάφοροι γίνονται. Οἱ δὲ, ἀπὸ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, εἶναι δὲ ξανθὰς πάσας. Ὁ δὲ Ἡρόδοτος τῆς Μηδίας εἶναι τὸν τόπον Νισαῖον. Ὁ δὲ Πολέμων κακῶς φησι λευκὸν ἵππον Νισαῖον. Cf. interpr. ad Herodot. VII, 40; III, 106; IX, 20.

99.

Ammonius De diff. verb. v. Χλαμὺς de differentia vocum χλαμὺς καὶ χλαῖνα disputans : Προάγεται (Δίδυμος) Ἀριστοτέλην, Φύλαρχον, Πολέμωνα, ὅτι πολὺ διαφέρουσι.

100.

Zenobius IV, 21 : Ἠλιθιώτερος Πραξίλλης Ἀδώνιδος. Πράξιλλα Σικυωνία μελοποιὸς ἐγένετο, ὡς

96.

Polemo apud Hermodorum scribi ait : « calceamenta ingenuam gestare Scydicas (*Scythicas*) albas et coriaceas. »

97.

Ἠδύπνουν, agnus recens natus, tener, subrumus, qui herbam nondum gustavit. Polemo sic ait (*aut :* Ἡδύχρουν aiunt) a Pythio esse vocatum.

98.

Equus Nisæus. Inter Sogdianam et Bactrianam locus est Catastigona qui Græca lingua Nisus vocatur. Hic equi nascuntur excellentes. Alii vero referunt ad mare Rubrum, traduntque omnes illos equos esse rufos. Herodotus tamen auctor est Nisum esse locum in Media. Polemo vero fallitur, dicens equum Nisæum esse album.

99.

Multum inter se differre chlænam et chlamydem Didymus comprobat adductis testimoniis Aristotelis, Phylarchi, Polemonis.

100.

Stupidior Praxillæ Adonide. Praxilla Sicyonia poetria

φησι Πολέμων. Αὕτη ἡ Πραξίλλα τὸν Ἄδωνιν ἐν τοῖς μέλεσιν εἰσάγει ἐρωτώμενον ὑπὸ τῶν κάτω, τί κάλλιστον καταλιπὼν ἥκει; ἀποκρίνασθαι· ἥλιον καὶ σελήνην καὶ σικύους καὶ μῆλα. Ὅθεν εἰς παροιμίαν παρήχθη ὁ λόγος· ἡλίθιον γὰρ τὸ τῷ ἡλίῳ παραβάλλειν τοὺς σικύους. Cf. Diogenian. V, 12; Apostol. IX, 81; Suidas v. Ἠλιθιάζω; Tatian. Or. ad Gr. § 52. Ipsos versus Praxillæ v. ap. Bergk. Corp. lyric. p. 818.

101.

Hellad. Chrestomath. apud Phot. Bibl. cod. 279, p. 533, 19 Bekk: Ὅτι παροιμίαν εἶναί φησι τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πόδα, τὸν δ' ἀριστερὸν νίζειν· φησὶ γὰρ ὁ Πολέμων, ὡς μαρτυρεῖ Δίδυμος· « δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδάνιπτρα. » Cf. Zenobius III, 36 et Suidas v. Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα κτλ. Helladii locum male Photius excerpsit.

102.

Jo. Lydi frgm. De mensibus p. 274, B ed. Hase: Καὶ βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν (sc. τὸν Κρόνον) ἡ ἱστορία παραδίδωσι... κατά τε τὴν Λιβύην καὶ Σικελίαν, [οἰκίσαι τε τοὺς τό]πους καὶ [πόλ]ιν κτίσαι, ὡς ὁ Χάραξ φησι, τ[ὴν τότε μὲν λεγ]ομένην Κρονίαν, νῦν δὲ Ἱερὰν πόλιν, ὡ[ς Ἴ]σίγον[ος περὶ Ἑλλην]ικῶν θεῶν καὶ Πολέμων καὶ Αἰσχύλος ἐν τῇ Αἴτνῃ π[αραδιδόασιν]. Cf. Diodorus III, 61; XV, 16; G. Hermann. De Æschyli Ætnæis p. 4. Fragmentum ad κτίσεις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν referre licet, monente Prellero.

---

lyrica erat, ut ait Polemo. Hæc Adonidem in canticis suis introducit interrogatum ab inferis, « quidnam pulcerrimum relinquens veniat, » respondentem vero, « solem et lunam atque cucumeres et poma piraque. »

101.

Proverbium esse Helladius dicit *calceare pedem dexterum, sinistrum vero lavare.* Nam Didymo teste Polemo dicit: *Dextrum pedem in calceum, sinistrum in pelluvium.*

102.

Cronum... in Libya et Sicilia regnasse, in iisque regionibus tum alia loca incolis frequentasse tum urbem condidisse quam, uti Charax ait, olim Croniam nominarunt, nunc Hieram polin, *sacram urbem*, vocant, ut Isigonus De Græcis diis et Polemon et Æschylus in Ætnæis tradunt.

MNASEAS PATRENSIS.

Cir. 200 B.C.

Mnaseas Patrensis (*) (vel secundum alios Patarensis), cujus fragmenta exhibemus, inter varios ejus nominis viros is esse videtur, quem Eratosthenis discipulum dicit Suidas v. Ἐρατοσθένης · μαθηταὶ δὲ αὐτοῦ καὶ Μνασέας καὶ Μένανδρος καὶ Ἄρτις (?). Condidit Περιήγησιν (fr. 13) sive Περίπλουν (fr. 6. 39 etc.), cujus partes inscriptæ erant Εὐρώπη (v. fr. 1. 2. 7. 11. 14. 16. 17; adde 12 et 15 ubi Εὐρωπιακά); Ἀσία (fr. 25. 31), Λιβύη (fr. 36). Eo opere terras mari mediterraneo adjacentes ita videtur perlustrasse, ut quæcunque ad origines urbium, ad locorum mirabilia fabulasque, ad mores populorum, deorumque cultum spectant, sedule colligeret. Nam antiquariis potius quam geographis (**) Mnaseam accensendum esse tum ex Peripli fragmentis liquet, tum alterum ejusdem scriptoris opus, quo Delphica oracula collegit (fr. 42 sqq.), subindicat.

Ceterum scriptorem nostrum hominem levissimum esse quum alii viri docti sæpius monuerunt, tum nuper Prellerus declaravit (ad Polemon. p. 180) verbis hisce : « Pessimi generis est, unus ex insolenti ista et fastidiosa, qui Euhemerum profitebantur, historicorum secta, ridicule credulus, aniliter loquax. Quamquam habet etiam sic talium scriptorum tractatio aliquem fructum, videlicet ut græcas literas cum multis præclaris etiam multa vulgaria et sane quam vilia tulisse moneamur; quo accedit quod in Mnasea veluti vivo exemplo judicare liceat pestem illam Euhemerismi, quæ tot Græcorum ingenia affecit inprimisque iis literis quæ versantur in fabulis antiquitatibusque examinandis, mirabile quantum nocuit. » V. fragm. 1. 2. 4. 8. 16. 31. 38. 42.

(*) Πατρεύς (Πάτραι, πόλις Ἀχαΐας · ὁ πολίτης Πατρεύς Steph. Byz.) nominatur ab Athenæo et Photio et Parœmiographis (fr. 6. 15. 32. 33. 39. 35), quod abiisse videtur in Παταρεύς (Πάταρα, πόλ. Λυκίας · ὁ πολίτης Παταρεύς St. B.) ap. schol. Pindari, Luciani, Hesiodi (fr. 5. 9. 32 a. 42). — *Mnaseas Berytius*, qui scripsit Τέχνην ῥητορικὴν καὶ περὶ ὀνομάτων Ἀττικῶν, memoratur Suidæ s. h. v. Add. *Mnaseas Locrus vel Colophonius*, παιγνίων poeta. Athen. VII, p. 321, F. Bœckh. Exp. Pind. p. 197. Bode *Dor. Lyrik.* p. 44. Ulrici *Gesch. d. hell. Poes.* II, p. 137. 473. — *Mnaseas Corcyræus*, astronomus, geometra, grammaticus. Bœckh. C. I. n. 1907. W. Müller. De Corcyr. Rep. p. 52. — *M. medicus*, Galen. IV, 42. Plinius XII. XIII. XXI. Aetius p. 508, 691, 761, 767, 822; Soranus De arte obstetr. c. 8, p. 21. 23 ed. Boisson. — *M. Phocensis*. Aristot. Pol. V, 3, 4. Diodor. XVI, 38. — *M. Argivus*. Demosthen. p. 324, 10. Polyb. XVII, 14, 3. — *M. Atheniensis*, Mionet. *Descript.* II, p. 125 Cf. Id. IV, p. 122 in numis Sardium, et III, p. 167 ubi Μνησίας in numo Mileti. — *M. Halicarnassensis*. Bœckh. C. I. n. 2666. — *M. Cyrenæus*, cursor, Pausan. VI, 13, 7. 18, 1. — *M. Cittiensis*, pater Zenonis. Pausan. I, 29, 15. II, 8, 4. Plutarch. Mor. p. 1069 Didot. — *M. Arati pater*, sec. nonnullos. Vit. Arat. II. — *M. Rhodiorum navarchus*. Appian. B. C. IV, 66. 71. — *M. Hesiodi filius*, quem finxerunt. Tzetz. ad Hes. Op. 269. De varietate scripturæ (Μνασάϊας, Μνασίας, Μνασείας, Μνησέας, Μνεσίας) v. L. Dindorf in St. Thes. gr. v. Μνασέας.

(**) Inter geographos Mnaseam sicuti Polemonem recenset Forbiger (*Handb. d. alt. Geogr.* p. 239), præeunte Ukerto.

ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ sive ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

α'. ΕΥΡΩΠΗ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Germanicus ad Arat. Phæn. p. 196 ed. Bas. : *Endymionem vero* (Diana) *amasse dicitur..., quod primus hominum Endymion cursum lunæ invenerit, unde et triginta annos dormisse dicitur, quia nihil aliud in vita sua, nisi huic repertioni studuit, sicut Mnaseas in primo libro de Europa scribens tradit.*

Eadem e Germanico Fulgentius Myth. II, 19. Cf. Plinius H. N. II, 6 : *Quæ singula in ea* (luna) *deprehendit hominum primus Endymion, et ob id amore ejus captus fama traditur.* Cf. schol. Apoll. Rhod. IV, 264 : Τινὲς δέ φασιν Ἐνδυμίωνα εὑρηκέναι τὰς περιόδους καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῆς Σελήνης, ὅθεν καὶ προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας κληθῆναι. Ἀρκὰς γὰρ ὁ Ἐνδυμίων. Aliter de Proselenorum nominis origine Mnaseas (fr. 4). Vulgo Endymion ex Elide oriundus dicitur. Ad eandem regionem revocari potest alterum quod e primo libro fragmentum superstes. Probabile itaque Mnaseam initium periegeseos fecisse a Peloponneso.

2.

Harpocratio : Ἱππία Ἀθηνᾶ. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Καλυδῶνα. Μνασέας ἐν α' Εὐρώπης τὴν Ἱππίαν Ἀθηνᾶν Ποσειδῶνος εἶναί φησι θυγατέρα καὶ Κορύφης τῆς Ὠκεανοῦ, ἅρμα δὲ πρώτην κατασκευάσασαν διὰ τοῦτο Ἱππίαν κεκλῆσθαι.

PERIEGESIS SIVE PERIPLUS.

EUROPA.

Mnaseas libro primo De Europa Minervam equestrem Neptuni et Coryphæ Oceano natæ filiam esse dicit, quæ quum prima equos currui junxisset, inde Equestris cognomen tulisset.

Μνασαίας A. — Εὐρώπης om. B C. — Κορύφης Vales. Πολύφης ABCD. νύμφης N. λύφης margo N. *Bekker*. Cf. Næke Chœrilus p. 143.

Bekker. Anecd. p. 350, 25 : Ἀθηνᾶ ἱππία· ἢ ὅτι ἐκ τοῦ Διὸς κεφαλῆς, ὡς ὁ μῦθος, μεθ' ἵππου ἀνήλατο, ἢ ὅτι, ὡς Μνασέας, ἡ Ποσειδῶνος καὶ Κόρης (scr. Κορύφης) τῆς Ὠκεανοῦ θυγάτηρ Ἀθηνᾶ τὸ ἅρμα τῶν ἵππων ἐξεῦρεν. Ἄλλοι δέ φασιν, ὡς Ἄδραστον φεύγοντα καὶ ἐπὶ Κολωνοῦ στήσαντα τοὺς ἵππους Ποσειδῶνα καὶ Ἀθηνᾶν ἱππίους προσαγορευθῆναι. Cf. Cicero De N. D. 3, 23, ubi Coryphe, Oceani f., ex Jove mater est Minervæ quartæ. Minerva Ἱππία colebatur Athenis, Tegeæ, Olympiæ (Pausan. I, 1, 30, 4; V, 15, 14; VIII, 41, 4). Peloponnesi dea h. l. disputandi ansam Mnaseæ dedisse videtur. V. fragm. 1.

3.

Zenobius II, 67 : Βούνας δικάζει· αὕτη λέγεται ἐπὶ τῶν τὰς κρίσεις ἀναβαλλομένων ἀεὶ καὶ ὑπερτιθεμένων. Βούνας γὰρ Ἀθηναῖος ἐγένετο, ὡς φησι Μνασέας· τούτῳ δὲ Ἠλεῖοι πρὸς Καλυδωνίους διαφερόμενοι ἐπέτρεψαν τὴν δίκην, νομίσαντες ἀναμένειν ἕως ἂν ἀποφήνηται. Γνοὺς δὲ ὁ Βούνας ταῦτο, ἤκουσε μὲν ἀμφοτέρων, ἀνεβάλλετο δὲ μέχρι τελευτῆς τὴν ἀπόφασιν.

Eadem brevius Zenobius II, 86, pro Βούνας δικάζει ponens Βουλίας δικάζει. Scilicet « quum reperisset διττογραφίαν e Βούνας et Βουλίας, idem proverbium bis posuit. Verum est Βουλίας. v. Nitzsch. Meletem. I, p. 157. Demetrius De eloc. § 153 : Ὁ παρὰ Σώφρονι ῥητορεύων Βουλίας οὐδὲν ἀκολουθοῦν ἑαυτῷ λέγει. » Leutsch. Paræmiogr. I, p. 50. Fragmentum h. l. posui propter mentionem Eleorum. Sequuntur reliqua quæ spectant ad Peloponnesum.

4.

Schol. Apoll. Rhod. IV, 264, variorum sententias afferens, unde Arcades Proseleni vocentur : Μνασέας δέ φησι Προσέληνον Ἀρκάδων βασιλεῦσαι. Sic recte Musurus in schol. Aldin. ad Aristoph. Nub. 397, p. 431 ed. Didot. Vulgo : πρὸ σελήνης Ἀρκάδας βασιλεῦσαι. Cf. Eudoc. p. 438.

5.

Schol. Pindar. P. IV, 104 : Ὅτι δὲ καὶ τὰς περὶ τὰ ἱερὰ διατελούσας Νύμφας Μελίσσας ἔλεγον, Μνασέας ὁ Πατρεὺς ἀφηγεῖται λέγων, ὡς αὐταὶ κατέπαυσαν σαρκοφαγοῦντας τοὺς ἀνθρώπους πείσασαι τῇ ἀπὸ τῶν δένδρων χρῆσθαι τροφῇ, καθ' ὃν καιρὸν καὶ μία τις αὐτῶν Μέλισσα κηρία μελισσῶν εὑροῦσα πρώτη ἔφαγε καὶ ὕδατι μίξασα ἔπιε, καὶ τὰς ἄλλας δὲ ἐδίδαξε, καὶ τὰ ζῶα μελίσσας ἐξ ἑαυτῆς ἐκάλεσε, καὶ φυλακὴν πλείστην ἐποιήσατο· ταῦτα δέ φησιν ἐν Πελοποννήσῳ γενέσθαι· ἄνευ γὰρ Νυμφῶν οὔτε Δήμητρος ἱερὸν τιμᾶται, διὰ τὸ ταύτας πρώτας καρπὸν ἀποδεῖξαι καὶ τὴν ἀλληλοφαγίαν παῦσαι καὶ περιβλήματα χάριν αἰδοῦς ἐξ ὕλης ἐπινοῆσαι· οὔτε γάμος οὐδεὶς ἄνευ Νυμφῶν συντελεῖται, ἀλλὰ ταύτας πρῶτον τιμῶμεν μνήμης χάριν, ὅτι εὐσεβείας τε καὶ ὁσιότητος ἀρχηγοὶ ἐγένοντο. Cf. Steph. Thes. v. Μέλισσα.

6.

Athenæus VIII, p. 331, E : Μνασέας δ' ὁ Πατρεὺς ἐν τῷ Περίπλῳ τοὺς ἐν τῷ Κλείτορι ποταμῷ φησιν ἰχθῦς φθέγγεσθαι, καίτοι μόνους εἰρηκότος Ἀριστοτέλους φθέγγεσθαι σκάρον καὶ τὸν ποτάμιον χοῖρον.

7.

Schol. Theocrit. I, 64 : Μνασέας δὲ ἐν τῷ Περὶ Εὐρώπης Πανὸς υἱόν φησι Βουκολίωνα, ἀφ' οὗ καὶ τὸ βουκολεῖν. Apud Apollod. II, 1, 5, 7 Bucolion est filius Lycaonis. Schol. Vatican. in Eurip. Rhes. 36 : Κρονίου πανός] Μνασέας δὲ ξενικώτερον ἀφηγεῖται

3.

Bunas (*Bulias*) *judex est.* Hoc proverbium de iis dicitur qui judicia in longum proferunt atque ampliant. Bunas enim Atheniensis fuit, ut Mnaseas refert, cui Elei cum Calydoniis litigantes causam controversiæ commiserant. Convenerant autem ab injuria ut temperarent, dum sententiam ille pronuntiasset. Qua re cognita, Bunas audivit quidem contendentes utrosque, pronuntiare autem ad extremum usque spiritum distulit.

4.

Mnaseas Proselenum Arcadum regem fuisse narrat.

5.

Nymphæ quoque sacrorum antistites Melissæ vocabantur, ut Mnaseas Patarensis (*Patrensis*) exponit, dicens persuasisse eas hominibus, ut a carnium esu abstinentes fructibus arborum vescerentur; eoque tempore unam eorum, Melissam nomine, apum favis, quas reperisset, primum pro cibo, iisdemque aquæ mixtis pro potu usam esse, idque reliquas docuisse, apesque de suo nomine μελίσσας vocasse, magnamque earum curam gessisse. Hoc vero in Peloponneso factum esse. Absque Nymphis enim neque Cereri sacrificatur, quod primæ illæ fructuum usum ostendentes inhibuissent homines, ne invicem se vorarent, et quod pudicitiæ causa amictum invenissent; neque nuptiæ ullæ absque Nymphis celebrantur, sed has primum honoramus memoriæ causa, quod pietatis et religiositatis auctores fuerunt.

6.

Mnaseas Patrensis in Periplo pisces in Clitore (Arcadiæ) fluvio ait esse vocales; quum solos scaros et fluviatiles porcos vocem edere scripserit Aristoteles.

7.

Mnaseas in Europa Panis filium Bucolionem esse ait.

Saturnius Pan.] Mnaseas minus scite de Pane exponens, eum Saturnium appellari dicit vel quod Saturni filius sit;

τὰ περὶ Πανὸς, ἢ ὅτι Κρόνου παῖς ἢ ὅτι παλαιός ἐστιν, Αἰθέρος γενεαλογούμενος (Κρόνους γὰρ καὶ Κρονίους τοὺς πάνυ ἀρχαίους ἔλεγον) ἢ παππωνυμικῶς, ὅτι Διὸς, ὡς τὸν Ἀχιλλέα Αἰακίδην [λέγουσιν].

8.

Schol. Apoll. Rhod. II, 1053 : Στυμφαλίδες δὲ λέγονται αἱ περὶ αὐτὴν (sc. τὴν Στυμφαλίδα λίμνην) ὄρνιθες... Ἰδίως δὲ Μνασέας φησὶ Στυμφάλου τινὸς ἥρωος καὶ Ὄρνιθος γυναικὸς γενέσθαι Στυμφαλίδας θυγατέρας· ἃς ἀνελεῖν τὸν Ἡρακλέα, ὅτι οὐ προσεδέξαντο αὐτὸν, καὶ ἐξένισαν τοὺς Μολίονας. V. Siebelis ad Pausan. VIII, 23, 4, p. 264.

9.

Schol. Pind. Ol. XI, 39 : Ὅτι ἐν τῷ πρὸς Αὐγείαν πολέμῳ ὁ Ἡρακλῆς ὑπὸ τῶν Μολιονιδῶν ἁλοὺς ἔφυγε, διὸ μηνίσας αὐτοῖς τὸν περὶ Κλεωνὰς συνεστήσατο λόχον, φησὶ Μνασέας ὁ Πατρεύς. Subjungimus reliqua quæ de Hercule traduntur.

10.

Schol. Apoll. Rhod. I, 131 : Ὕλας· οὗτος Ἡρακλέους ἐρώμενος, υἱὸς δὲ Θειοδάμαντος τοῦ Δρύοπος. Οὕτω Μνασέας. Ἑλλάνικος δὲ (fr. 39) κτλ. Cf. Argum. Theocrit. Id. XVIII. Fortasse de Hyla in Asiaticis dixerat.

11.

Ælianus H. A. XVIII, 47 : Λέγει Μνασέας ἐν τῇ Εὐρώπῃ [Διὸς] Ἡρακλέους ἱερὸν εἶναι καὶ τῆς τούτου γαμετῆς, ἣν ἄδουσιν οἱ ποιηταὶ τῆς Ἥρας θυγατέρα. Οὐκοῦν ἐν τῷ τοῦ νεὼ περιβόλῳ τιθασοὺς ὄρνιθας τρέφεσθαι πολλούς φησι, καὶ τοῦτο δὲ εἶναι ἀλεκτρυόνας τε καὶ ἀλεκτορίδας τούσδε τοὺς ὄρνις. Νέμονται δὲ καὶ συναγελάζονταί σφισι κατὰ γένος, καὶ δημοσίας ἔχουσι τροφὰς, καὶ τῶν θεῶν ἀναθήματά εἰσι τῶν προειρημένων. Αἱ μὲν οὖν ἀλεκτορίδες ἐν τῷ τῆς Ἥβης (Ἥρας codd.) νέμονται νεῷ, οἱ δὲ ἐν Ἡρακλέους οἱ τῶνδε γαμέται. Ὀχετὸς δὲ ἄρα ἀενάου τε καὶ καθαροῦ ὕδατος διαρρεῖ μέσος. Θῆλυς μὲν οὖν οὐδὲ εἷς εἰς Ἡρακλέους πάρεισιν, οἱ δὲ ἄρρενες, ὅταν ἡ καιρὸς ὑποθόρνυσθαι, ὑπερπέτονται τὸν ὀχετόν· εἶτα ὁμιλήσαντες ταῖς θηλείαις ἐπανίασιν εἰς τὰ σφέτερα αὖθις περὶ τὸν θεὸν ᾧ λατρεύουσιν, καθηράμενοι τῷ διείργοντι τὰ γένη τῶν ὀρνίθων ὕδατι. Τίκτεται οὖν, οἷα εἰκὸς, πρῶτα ἐκ τῆς ὁμιλίας ᾠά· εἶτα ὅταν αὐτὰ θάλψωσι καὶ ἐκλέψωσι τοὺς νεοττοὺς αἱ μητέρες, τοὺς υἱεῖς οἱ ἄρρενες παρ' ἑαυτοὺς ἄγουσι καὶ ἐκτρέφουσιν, αἱ δὲ ὄρνις κἀκείναις ἐστὶ τρέφειν τὰς θυγατέρας.

Ἐν τῇ Εὐρώπῃ Διός]. « Depravata; ἐν τῆς ἐρώπ Διὸς Ἱερακλέους ed. Gesn., qui in marg. conjecit ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς Ἡρακλέους. ἐν τῇ ἐρω. m. ἐν τῇ Εὐρώπῃ διὸς Ἱερακλέους M., quod recepit Gronovius, qui ἐν τοῖς Εὐρώπης δευτέρῳ malit. » *Jacobs.* ἐν τοῖς Εὐρωπιακοῖς Reines. in Var. Lect. — Unger. in Theban. Parad. p. 428 conj. ἐν τῇ Εὐρώπῃ πεδίον Ἡρακλ. vel ἐν Εὐρώπης πεδίῳ vel ἐν τῆς Εὐρωπίας Δίῳ (Macedoniæ urbe). Fortasse Διὸς vox huc irrepsit ex sequentibus, ubi fuerit οἱ ποιηταὶ Διὸς καὶ Ἥρας θυγατέρα.

E LIBRO TERTIO.

12.

Athenæus VII, p. 296, B : Μνασέας δ' ἐν τρίτῳ τῶν Εὐρωπιακῶν Ἀνθηδόνος καὶ Ἀλκυόνης αὐτὸν (τὸν Γλαῦκον) γενεαλογεῖ. Ναυτικὸν δὲ αὐτὸν καὶ κολυμβητὴν ἀγαθὸν γενόμενον Πόντιον καλεῖσθαι· ἁρπάσαντα δὲ Σύμην, τὴν Ἰαλύσου καὶ Δωτίδος θυγατέρα, ἀποπλεῦσαι εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ τὴν ἐγγὺς τῆς Καρίας νῆσον ἔρημον κατοικίσαντα ἀπὸ τῆς γυναικὸς Σύμην αὐτὴν προσαγορεῦσαι. Cf. Müller. *Min.* p. 195.

---

vel quod sit perantiquus, ab Æthere originem ducens (nimirum Saturnos et Saturnios pervetustos appellari), vel quod, quum Jovis filius sit, ab avo illud nomen habeat, sicuti Achillem Æacidam vocant.

8.

Stymphalides dicuntur aves quæ circa lacum Stymphalidem degunt. Contra Mnaseas mirum in modum Stymphali cujusdam herois et Ornithis (*Avis*) mulieris filias esse Stymphalides, easque ab Hercule interfectas esse ait, quod ipsum non admisissent, sed Molionidas hospitio excepissent.

9.

In bello contra Augeam Hercules a Molionidis victus fugam arripuit, ac propterea succensens illis prope Cleonas insidias struxit, ut Mnaseas Patarensis (*Patrensis*) ait.

10.

Hylas Herculis amasius et filius Thiodamantis Dryope nati fuit, teste Mnasea.

11.

Mnaseas in Europa scribit esse templum quoddam Herculis et uxoris ejus, quam (*Jovis et*) Junonis filiam poetæ celebrant. In hujus templi consepto cicures aves multas nutriri ait, nempe gallos et gallinas. Compascuntur autem, et gregatim pro sui generis sexu degunt, et sumptu aluntur publico, diis quos diximus consecrati. Gallinæ in æde Hebes, gallinacei in Herculis pascuntur. Fluit autem in medio rivus perennis et limpidæ aquæ. Gallinarum igitur nulla ad Herculis templum accedit; at suo tempore mares stimulati libidine rivum transvolant, et postquam impleverint feminas, ad deum suum et suas redeunt sedes, lustrati purgatique interfluente rivo, quo sexus uterque dispescitur. Natis igitur, ut consentaneum est, ovis gallinæ incubant, pullosque excludunt; ac mares genitoribus, feminæ novellæ matribus accedunt et aluntur.

12.

Mnaseas tertio Europaicorum Glaucum Anthedonis et Alcyones filium fuisse ait : appellari autem Pontium (*marinum*) eo quod navigandi urinandique fuisset peritissimus;

13.

Stephan. Byz. : Ἐγγελᾶνες, ἔθνος Ἰλλυρίας, οἱ αὐτοὶ τοῖς Ἐγχελέαις, ὡς Μνασέας ἐν γ' τῶν Περιηγήσεων. Quum ex fragm. 12 colligas Mnaseam libro tertio, Bœotiæ περιήγησιν instituisse, Enchelensium mentio haud dubie pertinet ad historiam Cadmi et Harmoniæ. V. Apollodor. III, 5, 4, 1.

14.

Athenæus XII, p. 530, C : Οὐ μόνος δὲ ὁ Σαρδανάπαλλος διετέθρυπτο, ἀλλὰ καὶ Ἀνδρόκοττος ὁ Φρύξ. Καὶ γὰρ οὗτος ἐνεδύσατο ἀνθινὴν ἐσθῆτα καὶ γυναικὸς εὐπρεπέστερον ἐκοσμεῖτο, ὡς Μνασέας φησὶν ἐν τρίτῳ Εὐρώπης. Hæc fortasse attulit de Hercule Thebano loquens; quem apud Omphalen Sardanapalli (Herculis Sandonis) more vixisse narrabant (Lydus De Mag. III, 64 p. 262; Lucian. D. D. XIII, 2), cujusque festis sacerdos muliebri veste ornatus conspiciebatur (Plutarch. Qu. gr. 58. Müller. *Dor.* I, 450 sq.).

15

Idem IV, p. 158, C : Οἶδα δὲ καὶ τὴν Ὀδυσσέως τοῦ φρονιμωτάτου καὶ συνετωτάτου ἀδελφὴν Φακῆν καλουμένην, ἣν ἄλλοι τινὲς Καλλιστὼ ὀνομάζουσιν, ὡς ἱστορεῖν Μνασέαν τὸν Πατρέα ἐν τρίτῳ Εὐρωπιακῶν φησὶ Λυσίμαχος ἐν τρίτῳ Νόστων. Cf. Eustath. p. 1572, 52. Hæc quoque ad Bœotiæ periegesin revocare licet, siquidem in Bœotia natus Ulysses dicitur apud Istrum fr. 52.

16.

Fulgentius Exp. serm. ant. p. 168 : *Mnaseas III Europæ libro scripsit Apollinem postquam a Jove ictus et interfectus est, a vespillonibus ad sepulturam elatum esse.*

III Europæ libro] Leid. cod. *in Europæ libro.* Vett. edd. *in Cecrope libro.* Munck. Nescio num numeri signum in libris quibusdam Munckerus invenerit, an ipse eruerit e voce *in*, quam codd. præbent. Ex eodem libro tertio fluxisse puto sequentia.

17.

Photius Lex. : Πραξιδίκη· θεὸς ἧς κεφαλὴν μόνον ἱδρύοντο. Μνασέας δὲ ἐν τῷ Περὶ Εὐρώπης, Σωτῆρος καὶ τῆς ἀδελφῆς Πραξιδίκης γενέσθαι Κτήσιον υἱὸν, καὶ θυγατέρας Ὁμόνοιαν καὶ Ἀρετήν· ἃς ἀπὸ τῆς μητρὸς Πραξιδίκας κληθῆναι. Διονύσιος δὲ ἐν Κτίσεσιν Ὠγύγου θυγατέρας, Ἀλαλκομένειαν (Ἀλκομενίαν Phot.), Θελξίνειαν (Θελξινίαν Phot.), Αὐλίδα, ἃς ὕστερον Πραξιδίκας ὀνομασθῆναι. Eadem Suidas. Cf. Hesychius : Πραξιδίκη· δαίμονά τινά φασιν, τὴν ὥσπερ τέλος ἐπιτιθεῖσαν τοῖς τε λεγομένοις καὶ πραττομένοις. Διὸ καὶ τὰ ἀγάλματα κεφαλὰς γίνεσθαι, καὶ τὰ θύματα ὁμοίως. Orpheus Hymn. in Proserp. 5 : Πραξιδίκη ἐρατοπλόκαμε, Δηοῦς θάλος ἁγνόν. Idem Argon. 30 : Ὄργια Πραξιδίκης καὶ ἀρείης νύκτας Ἀθήνης. De Praxidicis Haliarti v. Pausanias IX, 33, 2. 4. Cf. etiam Steph. Byz. v. Τρεμίλη; Meursius Regn. Athen. I, 9 p. 24; Müller. *Min.* p. 128.

18.

Schol. Eur. Phœn. 651 : Βρόμιον ἔνθα τέκετο μάτηρ Διὸς γάμοις, κισσὸς ὀν περιστεφὴς ἑλικτὸς εὐθὺς ἔτι βρέφος χλοηφόροισιν ἔρνεσιν κατασκίοισιν ὀλβίας ἐνώτισεν, βάκχιον χόρευμα παρθένοισι Θηβαίαισι καὶ γυναιξὶν εὐίοις.] Ἱστορεῖ γὰρ Μνασέας, ὅτι τῶν Καδμείων βασιλείων κεραυνωθέντων, κισσὸς περὶ τοὺς κίονας φυεὶς ἐκάλυψεν αὐτὸν, μὴ αὐθημερὸν καὶ ἐν μηδενὶ τὸ βρέφος διαφθαρῇ καλυφθέν. Διὸ καὶ περικιόνιος ὁ θεὸς ἐκλήθη παρὰ Θηβαίοις.

Codex Guelph., omissis vv. Ἱστορεῖ γὰρ Μνασέας, ita habet : Τῶν Κ. βασιλείων κερ., ἐξήμβλωσεν αὐ-

---

eundem rapta Syme Ialysi et Dotidis filia, in Asiam navigasse, insulamque desertam prope Cariam frequentasse, eamque ab uxoris nomine Symen vocasse.

13.

Enchelanes, gens Illyriæ, iidem cum Enchelensibus, ut Mnaseas ait tertio Periegeseos.

14.

Non unus Sardanapallus voluptatibus diffluxit, verum etiam Androcottus Phryx. Nam et hic floridam gestabat vestem, et quavis muliere venustius sese ornabat, ut ait Mnaseas libro tertio Europæ.

15.

Scio etiam Ulyssi prudentissimo intelligentissimoque sororem fuisse, cui Phace (*Lenticula*) fuerit nomen; quam nonnulli Callisto vocant, ut Mnaseam Patrensem tertio Europaicorum libro tradere ait Lysimachus in tertio Nostorum.

17.

Praxidice, dea, cujus caput solum consecrare solebant. Mnaseas autem in libris De Europa ait Soteris et sororis Praxidices filium fuisse Concordiam et Virtutem: easque de matre Praxidicas esse vocatas. Dionysius contra in Originibus perhibuit Ogygis filias, Alalcomeniam, Thelxiniam, Aulidem, quæ postea Praxidicæ vocatæ sint.

18.

Bacchum ubi peperit mater Jovis connubio, quem hedera circumdata flexuosa statim adhuc infantem virentibus frondibus umbrosis beans texit, bacchicis choreis celebrandam rem virginibus Thebanis et mulieribus Evis] Narrat enim Mnaseas, dum Cadmea regia Jovis fulmine incensa flagraret, [Semelen abortu Bacchum enixam esse,] hederamque columnis se circumvolventem texisse infantem, ne quidquam flammis lederetur. Quare etiam περικιόνιος Bacchus a Thebanis appellatus est.

τὸν ἡ μήτηρ καταφλεχθεῖσα, κισσὸς δὲ περὶ τοὺς κίονας φὺς ἔτι βρέφος ὄντα κατὰ τοῦ νώτου περιείλιξεν, ὅπως μὴ κτλ.

E LIBRO OCTAVO.

19.

Schol. Il. O, 336 : Ὁμοίως τῷ ποιητῇ καὶ Ἑλλάνικος τὴν Ἐριώπην μητέρα Αἴαντός (Ajacis Locri, Oilei f.) φησι. Φερεκύδης δὲ ἐν εω (i. e. ἐν πέμπτῳ) καὶ Μνασέας ἐν η' Ἀλκιμάχην· ὁ δὲ τῶν Ναυπακτικῶν ποιητὴς διώνυμον αὐτὴν φησι· « Τὴν δὲ μεθ' ὁπλοτάτην Ἐριώπην ἐξονόμαζεν, Ἀλκιμάχην δὲ πατήρ τε καὶ Ἄδμητος καλέεσκεν. »

E LIBRIS INCERTIS.

20.

Stephan. Byz. v. Δωδώνη Δίτται δ' εἰσὶ Δωδῶναι, αὕτη καὶ ἡ ἐν Ἰταλίᾳ, καθάπερ ἄλλοι καὶ Μνασέας. Italica Dodona aliunde non nota. « Fortassis incidit noster in depravatum Mnaseæ codicem, in quo pro *Bobonia* sive *Bononia*, *Dodone* vel *Dodonia*, vel simile mendum obrepserat. » Berkelius.

21.

Stephan. Byz. : Δώτιον, πόλις Θεσσαλίας, ὅπου μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι, ὧν ἡ χώρα Κνιδία.. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Δωτίας τῆς Ἐλάτου. Φερεκύδης δὲ ἀπὸ Δώτιος τοῦ Ἀστερίου καὶ Ἀμφικτυόνης τῆς Φθίου· ὡς δὲ Ἀρχῖνος, ἀπὸ Δώτου τοῦ Νεώνου τοῦ Ἕλληνος· Μνασέας δὲ ἀπὸ Δώτου τοῦ Πελασγοῦ. Cf. Müller. *Min.* p. 192.

22.

Stephan. Byz. : Ἄκανθος, πόλις Θρᾴκης ἀκάνθαις πεφραγμένη ὑπὲρ τὸν Ἄθω, ὅθεν κέκληται, ἢ ἀπό τινος Ἀκάνθου, ὡς Μνασέας.

23.

Photius Lex. : Ζάμολξις... Μνασέας δὲ παρὰ Γέταις τὸν Κρόνον (χρόνον Et. M.) τιμᾶσθαι καὶ καλεῖσθαι Ζάμολξιν.

24.

Schol. Apoll. Rh. II, 675 : Μνασέας δέ φησι νῦν τοὺς Ὑπερβορείους Δελφοὺς λέγεσθαι.

25.

Schol. Odyss. XVIII, 86 : Ἔχετος ἦν μὲν υἱὸς Βουχέτου, ἀφ' οὗ καὶ ἐν Σικελίᾳ πόλις Βούχετος καλεῖται. Σικελῶν δὲ τύραννος λέγεται. Τοῦτον τοὺς μὲν ἐγχωρίους κατὰ πάντα τρόπον σίνεσθαι, τοὺς δὲ ξένους ἀναιρεῖν λωβώμενον· τοσαύτην δὲ κακίαν ἔχειν, ὡς καὶ τοὺς μακρὰν οἰκοῦντας, ὅτε θέλοιεν σφόδρα τινὰ τιμωρῆσαι καὶ ξένῳ παριβαλεῖν θανάτῳ, ἐκπέμπειν αὐτῷ· πολλὰς γὰρ μηχανὰς ἐξευρεῖν τοῦτον κακίας· ὅθεν τὸν λαὸν οὐχ ὑπομένειν τὴν πικρὰν ταύτην τυραννίδα, λίθοις δὲ αὐτὸν ἀνελεῖν. Ἡ ἱστορία παρὰ Μνασέᾳ καὶ Μαρσύᾳ. Cf. not. ad fr. 10 Marsyæ Philippensis. Pro Μνασέα καὶ Μαρσύᾳ, olim fuerit M. ἢ M.; male exaratum nomen dubitationem movit scribæ.

25 a.

Schol. in Hom. Il. B, 671 ap. Cramer. Anecd. I, p. 277 : Ἀπὸ μιᾶς αἱ πᾶσαι [Μοῦσαι] λέγονται. Μνασέας δέ φησιν, ὅτι αἱ πᾶσαι τρεῖς εἰσίν· Μοῦσα, Θεὰ, Ὑμνώ. Ἐν μὲν οὖν Ἰλιάδι μεμνῆσθαι τῆς Θεᾶς· « Μῆνιν ἄειδε Θεά »· ἐν δὲ Ὀδυσσείᾳ τῆς Μούσας· « Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα »· ἐν δὲ τῇ Παλαμηδείᾳ τῆς Ὑμνοῦς.

19.

Cum Homero consentiens Hellanicus quoque Eriopen matrem Ajacis dicit. Pherecydes vero libro quinto et Mnaseas octavo Alcimachen ponunt.

20.

Duæ sunt Dodonæ, Epirotica hæc atque alia in Italia, uti tum alii tum Mnaseas testantur.

21.

Dotium urbs Thessaliæ, quo commigrarunt Cnidii, quorum regio Cnidia. Denominata est a Dotia Elati filia; secundum Pherecydem vero a Dotide, Asterii et Amphictyones, quæ ex Phthio nata est; secundum Archinum a Doto Neoni filio, Hellenis nepote; secundum Mnaseam, a Doto Pelasgi filio.

22.

Acanthus, urbs Thraciæ, super Athonem sita, spinisque circumsepta, unde etiam nomen habet, vel ab Acantho quodam, ut Mnaseas tradit.

23.

Mnaseas apud Getas Saturnum coli ac Zamolxin vocari.

24.

Mnaseas Hyperboreos nunc Delphos vocari ait.

25.

Echetus filius erat Bucheti, a quo Sicula urbs Buchetus nomen habet. Nimirum Siculorum tyrannus fuisse dicitur. Hunc aiunt indigenas omni modo vexasse, peregrinos autem contumeliosis suppliciis affecisse, tantamque ejus pravitatem fuisse, ut etiam longe remoti a Sicilia, si quem eximio modo punire et exquisito supplicii genere necare vellent, ad Echetum mitterent, ut qui multa sævitiæ instrumenta excogitasset. Quare populum sævæ tyrannidis impatientem lapidibus eum obruisse. Historia legitur apud Mnaseam et Marsyam.

(25 a

Ab una Musa omnes nominantur Musæ. Mnaseas dicit tres esse, quorum nomina, Musa, Thea, Hymno. In Iliade Homerum meminisse Theas, verbis : Μῆνιν ἄειδε, Θεά : in Odyssea vero Musæ : ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα; in Palamedea autem Hymnûs.

Non concinit cum his Arnobius Adv. gent. III, 16 p. 121 : *Musas Mnaseas auctor est filias esse Telluris et Cæli... Ephorus has igitur numero esse tres effert, Mnaseas quem diximus quattuor, Myrsilus inducit septem, octo asseverat Crates.*

25 b.

Ammonius : Νηρεΐδες τῶν τοῦ Νηρέως θυγατέρων διαφέρει, Δίδυμος ἐν Ὑπομνήματι Βακχυλίδου ἐπινικίων. Φησὶ γὰρ κατὰ λέξιν· « Εἰσὶ τοίνυν οἵ φασι διαφέρειν τὰς Νηρεΐδας τῶν τοῦ Νηρέως θυγατέρων· καὶ τὰς μὲν ἐκ Δωρίδος γνησίας αὐτοῦ θυγατέρας νομίζεσθαι, τὰς δὲ ἐξ ἄλλων ἤδη κοινότερον Νηρεΐδας καλεῖσθαι· καὶ τὰς μὴ γνησίας καὶ τὸν ἀριθμὸν [ν' εἶναι τὸν ἀρ. correx. Vulcanius), πλείους δὲ τὰς ἄλλας. Ταῦτά φησι Μνασέας ἐν τοῖς Περὶ τῆς Εὐρώπης τὸν τρόπον τοῦτον. »

β'. ΑΣΙΑ.

E LIBRO PRIMO.

26.

Schol. Apoll. Rhod. I, 1129 : Ὡς δὲ Μνασέας ἐν πρώτῳ Περὶ Ἀσίας, Ἰδαῖοι Δάκτυλοι λέγονται ἀπὸ τοῦ πατρὸς Δακτύλου καὶ τῆς μητρὸς Ἴδης. Cf. Welcker. *Trilog.* p. 179 not.

27.

Schol. Apoll. Rhod. I, 917 : Μυοῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθράκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ καὶ τὰ ὀνόματα. Τέσσαρες δ' εἰσὶ τὸν ἀριθμόν· Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ, Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη, Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Ἅδης· ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος, Κάσμιλος, ὁ Ἑρμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος.

Codex Parisinus : Τοὺς δὲ μυοῦντας ἐν Σαμοθράκῃ Καβείρους εἶναί φησι Μνασέας τρεῖς ὄντας τὸν ἀριθμὸν, Ἀξίερον, etc... Ἅδην. Οἱ δὲ προστιθέασι καὶ τέταρτον, Κάσμιλον. Ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἑρμῆς, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος. De re vid. Welcker. *Trilog.* p. 236. 241. Müller. *Min.* p. 455. Movers. *Phœniz.* p. 23.

28.

Stephan. Byz. : Δάρδανος, πόλις Τρωάδος, ἡ πρότερον Τευκρίς. Μνασέας δέ φησιν, ὅτι Δάρδανος ἐξιὼν ἐκ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ Παλλάδιον ἀράμενος ἀφίκετο εἰς Σαμοθράκην μετὰ Ἁρμονίας καὶ Ἰασίωνος, τῶν ἀδελφῶν· κἀκεῖ διάγοντα Κάδμος ὁ Ἀγήνορος ἐφιλοποιήσατο· καὶ ἀποθανούσης Τηλεφάης (l. Τηλεφάσσης) γαμεῖ τὴν Ἁρμονίαν ὁ Κάδμος καὶ ἀποστέλλει τὸν Δάρδανον εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ τῶν ἑταίρων πρὸς Τεῦκρον τὸν Τρῶα· ὁ δὲ Τρὼς ἀναγνωρίσας τὸν Δάρδανον δίδωσιν αὐτῷ τὴν θυγατέρα Βάτειαν καὶ ἀποθνήσκων τὴν βασιλείαν. Καὶ πόλιν ᾠκισε Δάρδανον, καὶ Δαρδανίαν τὴν χώραν ὠνόμασεν, ἣ Τευκρὶς πρότερον ἐκαλεῖτο.

29.

Schol. Il. T, 291 : Κατὰ Μνασέαν Βρισέως υἱὸς ἦν Ἠετίων. Brises, Pedasi et Lyrnessi rex et sacerdos. Homer. Il. A, 392 ; I, 132, 274.

30.

Schol. Il. Υ, 234 : Μνασέας δέ φησιν ὑπὸ Ταντάλου ἁρπάσθαι (Γανυμήδην) καὶ ἐν κυνηγεσίῳ ἀναιρεθῆναι· πεσόντα ταφῆναι ἐν τῷ Μυσίῳ Ὀλύμπῳ κατὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Ὀλυμπίου Διός. Cf. Dosiadis fr. 3 a.

31.

Schol. Theocrit. XIII, 75 : Μνασέας δὲ Κόλχους φησὶ κληθῆναι ἀπὸ Κόλχου τοῦ Φάσιδος.

(25 b.)

Nereides a filiabus Nerei differunt. Didymus in Commentario ad Bacchylidis Epinicia sic ait verbotenus : « Sunt qui differre dicant Nereidas a Nerei filiabus. Et has quidem e Doride susceptas legitimas ejus filias haberi, illas vero ex aliis mulieribus natas vulgo Nereidas appellari ; easque illegitimas numero esse quinquaginta, illarum autem majorem esse numerum. Hunc in modum de his Mnaseas in libris De Europa tradit. »

ASIA.

26.

Mnaseas libro primo De Asia Idæos Dactylos a Dactylo patre et ab Ida matre nominari tradit.

27.

Initiantur in Samothracia sacris Cabirorum, quorum nomina Mnaseas apponit. Quattuor (*tres*) numero sunt : Axieros, Axiocersa, Axiocersus ; ex quibus Axierus est Ceres, Axiocersa vero Persephone, Axiocersus autem Pluton. Qui his additur quartus, Casmilus, Mercurius est, ut Dionysodorus tradit.

28.

Dardanus, Troadis urbs, quæ prius Teucris. Mnaseas narrat Dardanum e templo Minervæ egredientem Palladium abstulisse, et in Samothraciam cum Harmonia et Iasione fratre pervenisse. Cum eo ibi degente Cadmus Agenoris filius amicitiam junxit, et mortua Telephassa Harmoniam in uxorem duxit, et Dardanum cum suis sociis contra Teucrum Trojanum in Asiam misit. Verum Tros Dardanum agnoscens, dedit ei uxorem filiam suam Bateam et moriens regnum. Ille vero urbem condidit Dardanum, et Dardaniam regionem appellavit, quæ prius Teucris vocabatur.

29.

Secundum Mnaseam Brisei filius erat Eetion.

30.

Mnaseas dicit a Tantalo raptum Ganymedem et in venatione occisum esse. Sepultum vero in Olympo Mysiæ monte ad templum Jovis Olympii.

31.

Mnaseas Colchos a Colcho Phasidis filio nominatos esse dicit.

32.

E LIBRO SECUNDO.

Athenæus VIII, p. 346, D : Μνασέας δὲ ἐν δευτέρῳ Περὶ Ἀσίας φησὶν οὕτως· « Ἐμοὶ μὲν ἡ Ἀτεργάτις δοκεῖ χαλεπὴ βασίλισσα γεγονέναι, καὶ τῶν λαῶν σκληρῶς ἐπεστατηκέναι, ὥστε καὶ ἀπονομίσαι αὐτοῖς ἰχθὺν μὴ ἐσθίειν, ἀλλὰ πρὸς αὐτὴν ἀναφέρειν, διὰ τὸ ἀρέσαι αὐτῇ τὸ βρῶμα. Καὶ διὰ τόδε νόμιμον ἔτι διαμένειν, ἐπὰν εὔξωνται τῇ θεῷ, ἰχθῦς ἀργυροῦς ἢ χρυσοῦς ἀνατιθέναι· τοὺς δὲ ἱερεῖς πᾶσαν ἡμέραν τῇ θεῷ ἀληθινοὺς ἰχθῦς ἐπὶ τὴν τράπεζαν ὀψοποιησαμένους παρατιθέναι, ἑφθούς τε ὁμοίως καὶ ὀπτούς, οὓς δὴ αὐτοὶ καταναλίσκουσιν οἱ τῆς θεοῦ ἱερεῖς. » Καὶ μικρὸν προελθὼν πάλιν φησίν· « Ἡ δέ γε Ἀτεργάτις, ὥσπερ Ξάνθος λέγει ὁ Λυδὸς, ὑπὸ Μόψου (l. Μόξου) τοῦ Λυδοῦ ἁλοῦσα κατεποντίσθη μετὰ Ἰχθύος τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ περὶ Ἀσκάλωνα λίμνῃ διὰ τὴν ὕβριν, καὶ ὑπὸ τῶν ἰχθύων κατεβρώθη. » Cf. Nicolai Dam. fr. 25, et quæ proxime antecedunt ap. Athenæum ex Antipatri Tarsensis Stoici libro quarto Περὶ δεισιδαιμονίας, quod testimonium probabiliter ab ipso Mnasea erat appositum.

33.

Idem VII, p. 301, D : Μνασέας δ' ὁ Πατρεύς φησιν· « Ἰχθύος δὲ γίνεται καὶ Ἡσυχίας τῆς ἀδελφῆς Γαλήνη καὶ Μύραινα καὶ Ἠλακατῆνες. »

34

Josephus C. Apion. I, 23, Mnaseam inter scriptores recenset, qui de Judæis aliqua tradiderint. Idem in Ant. Jud. I, 3, 6, postquam de diluvio et de arca quædam e Beroso apposuit, subjicit : Μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἱερώνυμος ὁ τὴν ἀρχαιολογίαν τὴν Φοινικικὴν συγγραψάμενος, καὶ Μνασέας δὲ καὶ ἄλλοι πλείους.

35.

Schol. Luc. Dial. deor. 23, p. 61 ed. Jacobitz. : Μνασέας δὲ ὁ Παταρεὺς ἑρμαφρόδιτον τὸν Πρίαπον λέγει. Idem repetitur in schol. ad Jov. trag. c 6.

36.

Harpocratio : Σαβοί· Δημοσθένης Ὑπὲρ Κτησιφῶντος (§ 260). Οἱ μὲν Σαβοὺς λέγεσθαι τοὺς τελουμένους τῷ Σαβαζίῳ, τουτέστι τῷ Διονύσῳ, καθάπερ τοὺς τῷ Βάκχῳ Βάκχους. Τὸν δὲ αὐτὸν εἶναι Σαβάζιον καὶ Διόνυσόν φασιν ἄλλοι τε καὶ Ἀμφίθεος β' Περὶ Ἡρακλείας. Οὕτω δέ φασι καὶ τοὺς Ἕλληνάς τινες (τῶν Ἑλλήνων τινὰς Suid.) τοὺς Βάκχους Σαβοὺς καλεῖν. Μνασέας δὲ ὁ Πατρεὺς υἱὸν εἶναί φησι τοῦ Διονύσου Σαβάζιον.

Eadem Suidas et Photius, missa Amphithei (i. e. Nymphidis) mentione; Etym. M. Pro Μνασέας, tres Harpocr. libri Μνασίας; pro Πατρεὺς unus liber Παταρεύς.

37.

Plutarchus De Is. et Os. c. 37 : Ἐῶ δὲ Μνασέαν τῷ Ἐπάφῳ προστιθέντα τὸν Διόνυσον καὶ τὸν Ὄσιριν καὶ τὸν Σάραπιν.

γ'. ΛΙΒΥΗ.

38.

Paræmiogr. Append. III, 91, p. 433 ed. Leutsch.: Μὴ ἔνι δούλων πόλις· πόλις ἐστὶν ἐν Λιβύῃ Δούλων πόλις καλουμένη, ὡς Μνασέας ἱστορεῖ ὁ Πατρεύς (Παταρεὺς cod. Vat.) ** καὶ τὸν εἰς ἐλευθερίαν * ἀναβοῶντα λέγειν·

Οὐκ ἔστι δούλων οὐδ' ἐλευθέρων πόλις

** ἐν ᾗ μόνος ἐλεύθερός ἐστιν ὁ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεύς.

« Lacunosam esse nostram explicationem nemo,

32.

Mnaseas secundo libro De Asia ita scribit : « Mihi quidem videtur Atergatis dura fuisse regina, et inclementer imperasse populis; ut quæ etiam piscibus eos vesci vetuerit, sed ad se perferri captos jusserit, quum cibo eo delectaretur. Atque inde etiam nunc morem servari ait, ut quum vota faciunt deæ, argenteos aureosve pisces ei consecrent : utque sacerdotes quotidie veros pisces deæ paratos apponant, elixos pariter assosque; quos nempe ipsi deinde consumunt deæ sacerdotes. » Dein, paucis interjectis, sic pergit scribere Mnaseas : « Ipsa quidem Atergatis, ut Xanthus tradit Lydius, a Moxo Lydo capta cum Ichthye filio, in lacu qui est prope Ascalonem demersa est ob contumeliosa injustaque facinora, et a piscibus vorata. »

33.

Mnaseas Patrensis ait : « Ex Ichthye (*Pisce*) ejusque sorore Hesychia (*Quiete*) gignuntur Galene et Muræna et Elacatenes.

35.

Mnaseas Patrensis Priapum esse hermaphroditum dicit.

36.

Sabi. Demosthenes in Oratione pro Ctesiphonte. Nonnulli Sabos aiunt vocari eos, qui sacris Sabazii sive Bacchi initientur; quemadmodum Bacchos, qui Bacchi sacris initiati sint. Sabazium autem et Bacchum eundem esse tum alii tum Amphitheus (?) secundo De Heraclea tradunt. Sic etiam a Græcorum nonnullis Bacchos vocari Sabos. Mnaseas autem Patrensis Sabazium ait esse Bacchi filium.

37.

Mitto Mnaseam qui cum Epapho componit Bacchum et Osirin et Sarapin.

LIBYA.

38.

In Libya urbs est, quæ Servorum urbs vocatur, ut Mnaseas Patrensis dicit.

opinor, infitiabitur, si cum nostro loco contulerit Stephan. Byz. v. Δούλων πόλις, Suidam s. v., Apostolium VII, 37, Arsen. 184. Itaque post Πατρεὺς excidisse putaverim id, quod sic legitur in Stephano (Hecat. fr. 318) : καὶ ἐὰν δοῦλος εἰς τὴν πόλιν ταύτην λίθον προσενέγκῃ, ἐλεύθερος γίγνεται, κἂν ξένος ᾖ : tum ante ἐν ᾗ κτλ. ex eodem Stephano inserenda : ἔστι καὶ ἑτέρα ἱεροδούλων. Denique moneo ante v. ἀναβοῶντα inserendam videri v. ἀφελόμενον vel simile quid. » Leutsch. Cf. Ephor. fr. 96, Theopomp. fr. 122.

39.

Schol. Apoll. Rh. II, 498 : Μνασέας δέ φησι κατ' ἰδίαν αὐτὴν (sc. τὴν Κυρήνην) προαίρεσιν ἐς Λιβύην ἐληλυθέναι, οὐκ ἀπ' Ἀπόλλωνος διαχθεῖσαν.

40.

Hesychius : Βαρκαίοις ὄχοις· Λιβυκοῖς. Οὗτοι γὰρ ἐσπούδαζον περὶ ἱπποτροφίαν. Φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ πρώτους ἅρμα ζεῦξαι διδαχθέντας ὑπὸ Ποσειδῶνος· τὸ δὲ ἡνιοχεῖν ὑπὸ Ἀθηνᾶς, ὡς Μνασέας ἐν τοῖς Περὶ Λιβύης. Cf. schol. ad Sophocl. Electr. 729.

41.

Plinius H. N. VII, 2, 11 : *Mnaseas Africæ locum Sicyonem appellat, et Crathin amnem in Oceanum effluentem e lacu, in quo aves, quas Meleagridas et Penelopas vocat : et vere ibi nasci* (electrum), *ratione eadem, qua supra dictum est de Electride lacu.*

42.

Hyginus Fab. astr. II, 21 p. 395 Munck. : *Pleiades autem appellatæ sunt, ut ait Mnaseas, quod ex Atlante et Pleione Oceani filia sint quindecim filiæ procreatæ, quarum quinque Hyadas appellatas demonstrat, quod earum Hyas fuerit frater a sororibus plurimum dilectus : qui quum venans a leone esset interfectus, quinque, de quibus supra diximus, lamentationibus assiduis permotæ dicuntur interiisse : quare eas, quod plurimum de ejus morte laborarent, Hyadas appellatas. Reliquas vero decem sorores deliberasse de sororum morte, et earum septem sibi mortem conscisse : quare quod plures idem senserunt, Pleiadas dictas.* Cf. Timæus fr. 25, qui proxime ad Mnaseæ narrationem accedit.

Mnaseas] in Veneta aliisque antiq. edd. *Musæus.* Fortasse *Mnaseas* pro *Musæus* reponendum erat etiam cap. XIII, ubi : *Musæus* (al. *Mnaseas* Munck.) *autem dicit Jovem nutritum a Themide et Amalthea nympha, quibus eum mater Ops tradidisse existimatur. Amaltheam autem habuisse capram quandam in deliciis, quæ Jovem dicitur aluisse.* Quæ quidem Mnaseæ ingenio optime conveniunt.

INCERTÆ SEDIS.

43.

Photius Lex. : Πύθου χελιδόνος· παροιμία ἀπό τινος Χελιδόνος θεολόγου ἀνδρὸς καὶ τερατοσκόπου καὶ περὶ τελετῶν διειλεγμένου, ὡς Μνασέας ὁ Πατρεὺς ἐν τῷ Περίπλῳ· οἱ δὲ ὅτι θρηνητικὸν τὸ ζῷον· οἱ δ' ὅτι τὸ ἔαρ προσημαίνει. Eadem Suidas, Apostol. XVII, 2, Arsen. p. 416. Hesych. De posteriore proverbii explicatione vide quæ laudat Leutsch. in Parœmiogr. I, p. 448, de altera idem ib. : « Chelidonem χρησμόλογόν τινα τῶν πάλαι nominat Suidas v. Χελιδόνας : adde Herodian. II. μον. λέξ. p. 9, 6: χελιδὼν... εἴτε τὸ ὄρνεον εἴτε ὁ περὶ τελευτῶντος γράψας, ubi τελετῶν corrigit Lobeckius Aglaoph. II, p. 1352 : idem ibid. I, p. 304 vatem e falsa proverbii nostri explicatione natum esse conjecit. » Verba οἱ δὲ ὅτι θρ. τὸ ζῷον om. Suidas.

44.

Bekker. Anecd. p. 783, 15 : Στησίχορος ἐν δευτέρῳ Ὀρεστείας τὸν Παλαμήδην φησὶν εὑρηκέναι (τὰ γράμματα), Μνασέας δὲ Ἑρμῆν, ἄλλοι δὲ ἄλλον. Πιθανὸν δὲ κατὰ τόπον εὑρετὰς γεγενῆσθαι, διὸ καὶ ἄλλοι παρ' ἄλλοις εἰσὶ χαρακτῆρες τῶν στοιχείων.

Eadem ibid. p. 786 ita : Στησ. Παλαμήδην εὑρετὴν αὐτῶν ποιεῖται, ᾧ συμφωνεῖ Εὐριπίδης· Μνασέας δὲ κατὰ πάντα τόπον εὑρετὰς γεγενῆσθαι τῶν στοιχείων.

---

39. Mnaseas dicit Cyrenen suo consilio in Libyam profectam, non vero ab Apolline eo transportatam esse.

40. Barcæis curribus, i. e. Libycis. Hi enim equis alendis eximiam navabant operam. Eosque a Neptuno doctos primos equos curribus junxisse, regere autem currus a Minerva edoctos esse testatur Mnaseas in libris De Libya.

43. *Percontare Chelidonem.* Proverbium ductum a quodam Chelidone, theologo et ostentorum interprete, qui de deorum initiis disseruerat, ut Mnaseas Patrensis in Periplo tradit.

44. Stesichorus in secundo Oresteæ Palamedem literarum inventorem dicit, Mnaseas Mercurium, alii alios; ac probabile est plurimis locis earum inventores fuisse, quare etiam apud alios alia sunt signa literarum.

45.

Herodian. p. 13, 25 ed. Df. : Ἴουρα· μέμνηται Μνασέας.

ΔΕΛΦΙΚΩΝ ΧΡΗΣΜΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

46.

Schol. Hesiod. Theog. 117 : Μνασέας ὁ Πατρεὺς (Παταρεὺς cod.) ἐν τῇ τῶν Δελφικῶν χρησμῶν συναγωγῇ Εὐρυστέρνας ἱερόν φησιν ἀναστῆσαι.

47.

Schol. Pindar. Ol. II, 70 : Ἐν δὲ τοῖς Παιᾶσιν (Πινδάρου) εἴρηται περὶ τοῦ χρησμοῦ τοῦ ἐκπεσόντος Λαΐῳ, καθὰ καὶ Μνασέας ἐν τῷ Περὶ χρησμῶν γράφει·

Λάΐε Λαβδακίδη, ἀνδρῶν περιώνυμε πάντων·

« Aliud hoc carmen ac vulgatum, cujus initium : Λαΐε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς. » *Bœckh.*

Ex eodem Mnasea fluxisse videtur oraculum Cadmo sororem frustra investiganti datum, quod servavit schol. Eurip. Phœniss. 608 (unde migravit in schol. Ald. Aristoph. Ran. 1225; cf. Tzetz. Exeg. in Il. p. 16, Chil. V, 819. X, 454. XII, 112) :

Φράζεο δή μοι μῦθον, Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε·
Ἣοῦς ἐγρόμενος προλιπὼν Ἰθι Πυθὼ δῖαν,
ἠθάδ' ἔχων ἐσθῆτα καὶ αἰγανέην μετὰ χερσί,
τὴν διά τε Φλεγύων καὶ Φωκίδος, ἔστ' ἂν ἵκηαι
βουκόλον ἠδὲ βόας κηριτρεφέος Πελάγοντος.
Ἐνθάδε προσπελάσας ξυλλάμβανε βοῦν ἐρίμυκον
τὴν, ἥ κεν νώτοισιν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔχῃσι
λευκὸν σῆμ' ἑκάτερθε περίτροχον ἠύτε μήνης·
τήνδε σὺ ἡγεμόνα σχὲ περιτρίπτοιο κελεύθου.
Σῆμα δέ τοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδὲς οὐδέ σε λήσει·
Ἔνθα κέ τοι πρώτιστα βοὸς κέρας ἀγραύλοιο
ἵζηται κλίνῃ τε πέδῳ γόνυ ποιήεντι,
καὶ τότε τὴν μὲν ἔπειτα μελαμφύλλῳ χθονὶ ῥέζειν
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, γαίῃ δ' ὅταν ἱερὰ ῥέξῃς,
ὄχθῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ κτίζειν πόλιν εὐρυάγυιαν,
ὄφρα σὸν Ἐνυαλίου πέμψας φύλακ' Ἄϊδος εἴσω.
Καὶ σύ γ' ἐπ' ἀνθρώπους ὀνομάκλυτος ἔσσεαι αὖθις
ἀθανάτων λεχέων ἀντήσας, ὄλβιε Κάδμε.

Cf. Ungerus in Thebanis Paradoxis p. 2 sq.

48.

Eurip. Phœniss. 410 : Ἔχρησ' Ἀδράστῳ Λοξίας χρησμόν τινα. — Ποῖον; — Κάπρῳ λέοντί θ' ἁρμόσαι παίδων γάμους.] Ad hæc scholiasta : Ὁ χρησμὸς ὑπὸ Μνασέου οὕτως ἀναγέγραπται·

Κουράων δὲ γάμους ζεῦξον κάπρῳ ἠδὲ λέοντι,
οὕς κεν ἴδῃς προθύροισι τεοῦ δόμου ἐξ ἱεροῖο
ἅμοῦ στείχοντας, μηδὲ φρεσὶ σῇσι πλανηθῇς.

Καὶ οἱ μὲν λέγουσιν, ὡς ἀπὸ τῶν ἐπισήμων τῶν ἀσπίδων συνέβαλλεν Ἄδραστος· ὁ μὲν γὰρ εἶχε Καλυδώνιον σῦν, ὁ δὲ τὴν λεοντοπρόσωπον Σφίγγα· οἱ δ', ὡς χρύους γενομένου ἀφίκοντο εἰς τὸ Ἀπόλλωνος ἱερὸν, καὶ δορὰς εὑρόντες λέοντος καὶ συὸς, ἀναθήματα κυνηγετῶν, ἐφιλονείκησάν τε καὶ περὶ τῆς στάσεως εἰς κρίσιν ἀχθέντες τῷ βασιλεῖ τῶν γάμων ἔτυχον· ἀπείκασε γὰρ τὸν μὲν λέοντι, τὸν δὲ Τυδέα κάπρῳ, ὃς ἔγημε Δηϊπύλην, ὁ δὲ Πολυνείκης Ἀργείαν. — Δύο δέρματα ἔκειντο εἰς τὰ οἰκήματα τοῦ Ἀδράστου εἰς ἀνάπαυσιν τῶν ξένων, τὸ μὲν ἓν λέοντος, τὸ δὲ ἕτερον κάπρου. Καὶ ἐλθόντες εἰς τὰ προλεχθέντα οἰκήματα τοῦ Ἀδράστου ὁ Τυδεύς τε καὶ Πολυνείκης φιλονεικίαν ἐποιήσαντο ἄμφω, ἵνα αὐτὰ ἐπάρωσιν. Τοῦτο δὲ νοήσας ὁ Ἄδραστος κατὰ τὸν χρησμὸν ἔδωκε τὰς αὑτοῦ θυγατέρας τοῖς δυσὶ τούτοις.

Ἐφιλονείκησαν κτλ.] Pro his cod. Barocc. habet ita : Τυδεὺς μὲν τὴν κάπρου, Πολυνείκης δὲ τὴν λέοντος εἰληφότες ἐνεδύθησαν. Καὶ εἰς Ἄργος ἔπειτ' ἐλθόντες τοῦ κήδους τοῦ Ἀδράστου ἔτυχον.

49.

Zenobius V, 74 : Πᾶσα γῆ πατρίς. Τοῦτο μέρος ἐστὶ χρησμοῦ, ὃν ἀνεῖλεν ὁ θεὸς Μελεῷ τῷ Πελασγῷ περὶ οἰκήσεως μαντευομένῳ. Μέμνηται τοῦ χρησμοῦ καὶ Μνασέας καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεύς (fr. 5).

Μελεῷ] « Servavi codd. scripturam, quum in Lutatio forma Μέλεος videatur exstare; a Pausania, aliis Μάλεος, Μάλης homo nominatur. V. O. Müllerus Etrusc. I, p. 83; II, p. 208. coll. G. Hermanno De Græca Minerva dissert. p. 6. » Leutsch.

50.

Suidas et Photius v. Ὑμεῖς, ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι. Vide Ionis fragm. 12.

45.

Iura; hujus nominis Mnaseas meminit.

ORACULORUM DELPHICORUM COLLECTIO.

46.

Mnaseas Patrensis in Delphicorum oraculorum collectione Eurysternas fanum dicit condidisse.

47.

In Pæanibus Pindari exponitur De oraculo Laio dato, sicuti Mnaseas quoque in libro De oraculis scribit :

Lai, Labdacida, virorum celeberrime cunctorum.

48.

Oraculum Adrasto datum a Mnasea consignatum est hunc in modum :

Filiarum nuptias junge apro et leoni,
quos videbis ad vestibula domus tuæ e fano
meo venientes, neque animo tuo fallaris.

49.

Omnis terra patria] Particula est oraculi, quod deus Meleo Pelasgo de sede figenda interroganti dedit. Meminit ejus oraculi Mnaseas et Dionysius Chalcidensis.

Nescio an Mnaseæ nomen corruptum sit ap. Plutarch. De Pyth. orac. c. 19, ubi Ἀλυρίου (Μνασίου?) τοίνυν καὶ Ἡροδότου καὶ Φιλοχόρου καὶ Ἴστρου, τῶν μάλιστα τὰς ἐμμέτρους μαντείας φιλοτιμηθέντων συναγαγεῖν, ἄνευ μέτρου χρησμοὺς γεγραφότων, Θεόπομπος κτλ. (v. Philochor. fr. 195). De Alyrio nihil constat. — Porro ap. Plutarch. Qu. Gr. c. 19, ubi quæritur de Pythiæ versibus :

Πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις,
οὐδ' ἱερὰν ὑπέραν, ὅθι γ' ἄτρυγον οἶνον ἔπινες,

postquam Aristotelis narratio apposita, pergitur : Ὁ δὲ Μνασιγείτων φησὶν, Ὑπέρητος ἀδελφὸν ὄντα τὸν Ἄνθον ἔτι νήπιον ἀπολέσθαι, καὶ τὸν Ὑπέρην κατὰ ζήτησιν αὐτοῦ πλανώμενον εἰς Φερὰς πρὸς Ἄκαστον (ἢ Ἄδραστον) ἐλθεῖν ὅπου κατὰ τύχην ὁ Ἄνθος ἐδούλευεν οἰνοχοεῖν τεταγμένος. Ὡς οὖν εἱστιῶντο, τὸν παῖδα προσφέροντα τῷ ἀδελφῷ τὸ ποτήριον, ἐπιγνῶναι, καὶ εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν ἡσυχῇ· Πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις. Hic quoque Mnaseæ nomen corruptum esse possit videri. Sed impedit Plinii locus (VII, s. 56) ubi : *Quadriremem Aristoteles Carthaginienses, quinqueremem Mnesigiton Salaminios* (primos fecisse dicunt).. *ab ea ad decemremem Mnesigiton Alexandrum Magnum ferunt instituisse.*

Schol. Theocrit. XIII, 46 laudatur Ὄνατος ἐν τοῖς Ἀμαζονικοῖς, de Hyla, quippe qui non a nymphis tractus, sed pede lapsus in fontem inciderit. Eandem rem narrat schol. Apoll. Rh. I, 1236 et 1207, ubi citatur Ὄνασος ἐν πρώτῳ Ἀμαζονίδων (scr. Ἀμαζονικῶν, cf. Welck. *Cycl.* p. 320). Onasus quum aliunde non notus sit, Reinesius (v. Westermann. ad Voss. p. 420, n. 42) corrigendum putavit Μνασέας ἐν α' Ἀμ. Quod in medio relinquo. Si quid mutandum, reponi malim Διονύσιος (sc. Mytilenæus. Apud utrumque scholiasten ante Ὄνασος legitur verbum γενέσθαι. Scriptum in cod. dixeris : γενέσθ. ΔΙΟΝΥΣΟΣ). Idem Reinesius l. l. nomen Mnaseæ restituendum censet ap. schol. Apollon. Rh. IV, 264, ubi Κνωσσὸς in primo Γεωγραφικῶν τῆς Ἀσίας Ægyptios omnium antiquissimos dixisse traditur. Verum nemo unquam Periplum Mnaseæ Γεωγραφικὰ nominavit, nec nominare recte potuit. Deinde autem ex fragmentis liquet Mnaseam libro primo Ἀσίας egisse de septemtrionali Asiæ minoris parte, secundo libro de Syria; ita ut tertio demum libro ad Ægyptum pervenisse videatur. Fortasse apud schol. Apoll. nomen scriptoris ex Cnoso Cretæ urbe oriundi excidit. Quodsi vero corruptum est illud Κνωσσὸς, reposuerim Εὔδοξος.

SATYRUS.

Satyrus *peripateticus* (fr. 2. 4.) scripsit *Vitas virorum illustrium*, tum philosophorum, oratorum, poetarum, tum vero etiam regum et imperatorum. Certe Vita Philippi bis laudatur verbis disertis (fr. 3. 4). Quare ex iis quæ de Alcibiade et Dionysio jun. traduntur, colligo horum quoque virorum, et aliorum haud dubie, vitas a Satyro perscriptas esse. Cf. Hieronymus in præf. libri De vir. illustribus : *Quod Tranquillus in enumerandis gentilium literarum viris fecit illustribus, id ego in nostris faciam... Fecerunt quidem hoc idem apud Græcos Hermippus peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus, doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus.* Ejus operis compendium fecit Heraclides Lembus, quem sub Ptolemæo Philometore (181-146) floruisse scimus. Eidem biographo vindicandum esse librum Περὶ χαρακτήρων (fr. 20.) argumenti ratio suadet quammaxime.

Præterea Satyro tribuuntur liber, quo *demos Alexandriæ* recensuerat (fr. 21), atque opus, quo collegerat μύθους ἀρχαίους (fr. 22). Quibus accedit, ut videtur, liber *De lapidibus pretiosis* (*). Mittam scriptum istud De gemmis (fr. 25), quippe quod ad nos parum pertineat ; quærendum autem est, num periegetica illa et mythologica ab eadem manu profecta sint, quæ historica et philosophica scripsit. Ex fragmentis hoc tantum liquet, eum, qui in demos Alexandriæ inquisiverat, non ante regnum Philopatoris opus suum composuisse. Neque dubito auctorem tum hujus libri, tum alterius De vetustis fabulis ejus esse Satyri, cujus Ptolemæus Hephæstion meminit lib. V (p. 194 in Mythogrr. Westermanni) : Σάτυρος, ait, ὁ Ἀριστάρχου γνώριμος, Ζῆτα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ζητητικὸν αὐτοῦ. Quod epitheton bene cadit in laboriosam istam periegetarum de locis earumque fabulis diligentiam (cf. Polemo στηλοκόπας, Nicanor Aristarcheus Στιγματίας dictus, διότι ἐπολυλόγησε περὶ στιγμῶν ap. Eustath. p. 20, 12. Dionysius Ἀσκάλαφος ap. Etym. M. p. 278). Jam quum Aristarchus sub Ptolemæo Philometore maxime floruerit, Satyrus, ejus *discipulus* (nam hoc sensu γνώριμος vox, ubi de viris literatis sermo est, adhiberi solet), non esse potest Satyrus peripateticus, cujus Vitas in compendium redegit Heraclides Lembus, qui et ipse sub Ptolemæo Philometore floruit. — Sin cum Clintono (F. H. ad an. 160) statuas γνώριμον vocabulum h. l. non *discipulum*, sed *familiarem* significare, atque Satyrum initio, Heraclidem vero versus finem regni Philometoris scripsisse, fieri sane potest ut alter alterius libro usus sit. Quamquam paullo artificiosior ratio hæc esse mihi videtur, præsertim quum scriptorum, quæ recensuimus, tam diversa sit indoles, ut inter duos potius auctores ea distribuere, quam ad eundem referre omnia animus inclinet. Nescio an Satyrus peripateticus, qui fragm. 15 cum Hieronymo Rhodio componitur, et ipse in Rhodo insula, peripateticorum tum seminario, docuerit, idemque sit cum *Satyro Rhodio*, qui anno 172 (sicuti postea Posidonius Rhodius) legationis princeps ad senatum Rom. a civibus missus est (Livius XLII, 14) (*).

(*) Satyri *De Mausoleo* librum, quem Vitruv. VIII præfat. memorat, architecti fuerit. Atque Satyrum architectum, qui sub Ptolemæo Philadelpho vixit, novimus ex Callixeno ap. Plin. XXXVI, s. 14, § 3.

(*) Alium Satyrum, qui eodem tempore vixit, *Iliensium legatum* pro Lyciis apud Romanos intercedentem habes ap. Polybium XXIII, 3, 3. — Satyrus *Achæorum legatus* ap. Polyb. XXXI, 6, 1. Addantur : *Satyrus Olynthius*, histrio, ap. Plutarch. Moral. p. 543, E ; Athenæum p. 591, E, ibique Schwgh., Diodor. XVI, 55, 3, ibique Wesseling. — *S. Theogitonis, Marathonius, tragœdus* ap. Lucian. Necyom. 16, p. 126, et Jup. trag. 41, p. 487 Didot. — *S. Heracleæ tyrannus* ap. Memnonem. — *S. duo Bospori reges* ap. Diodor. XIV, 93, 1. XX, 22, 1 sqq. — *S. dux servorum in Sicilia* ap. Diodor. XXXVI, 10. — *S. unus ex triginta viris* ap. Xenophont. H. Gr. III, 54 et alibi. — *S. sophista* ap. Athen. p. 350, F. — *S. quidam*, quem ex Aristot. memorat Plutarch. Mor. p. 459, A. — *Satyrus Timoleontis amicus*, Theopomp. fr. 215. — *S. Dionysii jun. assentator*, Timæi fr. 127. — *S. Galeni præceptor*, Galen. V, p. 172 et passim. — *S. Eleus, olympionica*, Pausan. VI, 4, 5, etc.

ΒΙΟΙ

[ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ]. [ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥ.]

1.

Athenæus XII, p. 534, B : Περὶ δὲ τοῦ καλοῦ Ἀλκιβιάδου Σάτυρος ἱστορῶν « Λέγεται (φησὶν), ὅτι ἐν Ἰωνίᾳ μὲν ὢν, Ἰώνων ἐφαίνετο τρυφερώτερος, ἐν Θήβαις δὲ σωμασκῶν καὶ γυμναζόμενος, τῶν Θηβαίων αὐτῶν μᾶλλον Βοιώτιος, ἐν Θετταλίᾳ δὲ ἱπποτροφῶν καὶ ἡνιοχῶν, τῶν Ἀλευαδῶν ἱππικώτερος, ἐν Σπάρτῃ δὲ καρτερίαν καὶ ἀφέλειαν ἐπιτηδεύων, ἐνίκα τοὺς Λάκωνας, ὑπερῆρε δὲ καὶ τὴν τῶν Θρᾳκῶν ἀκρατοποσίαν. Τὴν δὲ αὐτοῦ γυναῖκα πειρῶν, ὡς ἕτερος, ἔπεμψεν αὐτῇ χιλίους Δαρεικούς. Κάλλιστος δὲ ὢν τὴν μορφὴν, κόμην τε ἔτρεφεν ἐπὶ πολὺ τῆς ἡλικίας, καὶ ὑποδήματα παρηλλαγμένα ἐφόρει, ἃ ἀπ' αὐτοῦ Ἀλκιβιάδεις καλεῖται. Ὅτε δὲ χορηγοίη πομπεύων ἐν πορφυρίδι, εἰσιὼν εἰς τὸ θέατρον ἐθαυμάζετο οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν γυναικῶν. Διὸ καὶ Ἀντισθένης ὁ Σωκρατικὸς, ὡς ἂν αὐτὸς αὐτόπτης γεγονὼς τοῦ Ἀλκιβιάδου, ἰσχυρὸν αὐτὸν καὶ ἀνδρώδη καὶ ἀπαίδευτον καὶ τολμηρὸν καὶ ὡραῖον ἐφ' ἡλικίας γενέσθαι φησίν. Εἰς δὲ τὰς ἀποδημίας ὁπότε στέλλοιτο, τέσσαρσι τῶν συμμαχίδων πόλεων ὥσπερ θεραπαίναις ἐχρῆτο. Σκηνὴν μὲν γὰρ αὐτῷ Περσικὴν ἔπηξαν Ἐφέσιοι, τροφὴν δὲ τοῖς ἵπποις αὐτοῦ Χῖοι παρεῖχον, ἱερεῖα δὲ παρίστασαν εἰς τὰς θυσίας καὶ χρεανομίας Κυζικηνοὶ, Λέσβιοι δὲ οἶνον παρεῖχον καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν. Ἀφικόμενος δ' Ἀθήνησιν ἐξ Ὀλυμπίας, δύο πίνακας ἀνέθηκεν, Ἀγλαοφῶντος γραφήν· ὧν ὁ μὲν εἶχεν Ὀλυμπιάδα καὶ Πυθιάδα στεφανούσας αὐτὸν, ἐν δὲ θατέρῳ Νεμέα ἦν καθημένη, καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων αὐτῆς Ἀλκιβιάδης, καλλίων φαινόμενος τῶν γυναικείων προσώπων. Καὶ στρατηγῶν δὲ ἔτι καλὸς εἶναι ἤθελεν· ἀσπίδα γοῦν εἶχεν ἐκ χρυσίου καὶ ἐλέφαντος πεποιημένην, ἐφ' ᾗς ἦν ἐπίσημον ἔρως κεραυνὸν ἠγκυλημένος. Ἐπικωμάσας δέ ποτε ὡς Ἄνυτον, ἑραστὴν ὄντα καὶ πλούσιον, συνεπικωμάζοντος αὐτῷ τῶν ἑταίρων ἑνὸς Θρασύλλου (τῶν πενήτων δ' οὗτος ἦν), προπιὼν τῷ Θρασύλλῳ τὰ ἡμίσῃ τῶν ποτηρίων τῶν ἐπὶ τῷ κυλικείῳ προκειμένων ἐκέλευσε τοὺς ἀκουλούθους ἀποφέρειν πρὸς τὸν Θράσυλλον· εἶθ' οὕτω φιλοφρονησάμενος τὸν Ἄνυτον ἀπηλλάσσετο. Ὁ δὲ Ἄνυτος πάνυ ἐλευθερίως καὶ ἐρωτικῶς, λεγόντων τινῶν, ὡς ἀγνώμονα εἴη πεποιηκὼς ὁ Ἀλκιβιάδης, Οὐ μὰ Δί', ἔφη, ἀλλ' εὐγνώμονα· ἔχων ἐξουσίαν ἅπαντα λαβεῖν, τὰ ἡμίσῃ κατέλιπεν. »

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

2.

Idem XII, p. 541, C : Περὶ δὲ τῆς Διονυσίου τοῦ νεωτέρου Σικελίας τυράννου τρυφῆς Σάτυρος ὁ περιπατητικὸς ἱστορῶν ἐν τοῖς Βίοις, πληροῦσθαί φησι παρ' αὐτῷ τριακονταklίνους οἴκους ὑπὸ τῶν εὐωχουμένων.

VITÆ

[REGUM ET IMPERATORUM]. [ALCIBIADIS.]

1.

De formoso Alcibiade narrans Satyrus sic ait : « Dicunt, quum in Ionia esset, luxuriosiorem fuisse Ionibus; quum Thebis exercitationibus corporis daret operam, magis Bœotum quam ipsi Thebani; in Thessalia vero quum alendis equis et aurigationi vacaret, peritiorem illius artis fuisse quam Aleuadæ. Spartæ vero patientiæ et tenuitati victus cultusque studens, Spartanos superavit; in Thracia rursus Thraces meri potu antecelluit. Idem propriæ uxori (*Philaretæ*), quo eam tentaret, alieno nomine mille misit Daricos. Quum autem pulcerrima esset corporis forma, in magnam ætatis partem comam aluit, et insolitum genus calceorum gestabat, qui ab illo *Alcibiades* (cf. Pollux VII, 89) nominantur. Quoties ludos publicos suo sumptu ederet, purpura amictus in pompa procedens, atque ita theatrum ingrediens, admiratione percellebat non viros modo, verum mulieres quoque. Quare Antisthenes Socraticus, qui ipse etiam viderat Alcibiadem, ait, robustum eum et fortem et disciplinæ aspernantem et audacem et formosum tota fuisse ætate. Quoties peregre abiret, quattuor soctis civitatibus veluti famulis utebatur : nam tentorium ei Persicum figebant Ephesii; equis ipsius pabulum præbebant Chii; victimas ad sacrificia et ad viscerationes Cyziceni suppeditabant; Lesbii vero vinum et alia ad quotidianum victum necessaria. Athenas reversus ex Olympia, duas tabulas dedicavit, Aglaophontis pictoris opera : quarum altera Olympiadem exhibebat et Pythiadem coronantes illum; in altera erat Nemea sedens, et super ejus genibus Alcibiades, pulcriore forma faciei quam erant muliebres formæ. Jam dux quum esset exercitus, adhuc formosus esse volebat; itaque scutum habuit, ex auro et ebore confectum, in quo pro insigni erat Amor fulmen vibrans. Comessatum aliquando quum ivisset ad Anytum, a quo amabatur, divitem hominem, comite Thrasyllo uno e suis familiaribus (cui res erat angusta domi), propinans Thrasyllo dimidiam partem poculorum in abaco expositorum pedissequos auferre jussit et ad Thrasyllum asportare : deinde comiter valere jusso Anyto, discessit. Et liberaliter admodum amanterque Anytus, quibusdam dicentibus inique egisse Alcibiadem; « Imo vero, per Jovem, inquit, ex æquo et bono : quum enim potestatem habuisset omnia auferendi, dimidium reliquit. »

DIONYSII JUNIORIS.

2.

De Dionysii junioris luxuria, Siciliæ tyranni, verba faciens Satyrus Peripateticus in Vitis, « apud eum, ait, (*quotidie*) triginta lectos convivis laute epulantibus impleri solitos. »

ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

3.

Athenæus VI, p. 248, F : Σάτυρος δ' ἐν τῷ τοῦ Φιλίππου βίῳ « Ὅτε (φησὶ) Φίλιππος τὸν ὀφθαλμὸν ἐξεκόπη, συμπροῆλθεν αὐτῷ καὶ ὁ Κλείσοφος, τελαμωνισθεὶς τὸν αὐτὸν ὀφθαλμόν. Καὶ πάλιν, ὅτε τὸ σκέλος ἐπηρώθη, σκάζων συνεξώδευε τῷ βασιλεῖ. Καὶ εἴ ποτε ὀριμὺ προσφέροιτο τῶν ἐδεσμάτων ὁ Φίλιππος, αὐτὸς συνέστρεφε τὴν ὄψιν, ὡς συνδαινύμενος. Ἐν δὲ τῇ Ἀράβων χώρᾳ οὐχ ὡς ἐν κολακείᾳ τοῦτ' ἐποίουν, ἀλλὰ κατά τι νόμιμον, βασιλέως παθόντος τι τῶν μελῶν, συνυποκρίνεσθαι τὸ ὅμοιον πάθος, ἐπεὶ καὶ γελοῖον νομίζουσιν, ἀποθανόντι μὲν αὐτῷ σπουδάζειν συγκατορύττεσθαι, πηρωθέντι δὲ μὴ χαρίζεσθαι τὴν ἴσην δόξαν τοῦ πάθους. »

Eadem Eustath. ad Il. ξ' p. 990, 34, post ἐξεκόπη addens ὅϊστῷ βληθεὶς ἐν πολέμῳ ὑπὸ Ἀστέρος. Res nota. De altero vulnere v. Justin. IX, 3.

4.

Athenæus p. 248, D, e Lynceo quædam afferens de Clisopho, interponit hæc : Ἀθηναῖος δ' ἦν γένος, ὥς φησι Σάτυρος ὁ περιπατητικὸς ἐν τῷ Φιλίππου Βίῳ.

5.

Idem XII, p. 557, B : « Ὁ δὲ Φίλιππος ἀεὶ κατὰ πόλεμον ἐγάμει. Ἐν ἔτεσι γοῦν εἴκοσι καὶ δυσὶν, οἷς ἐβασίλευσεν, ὥς φησι Σάτυρος ἐν τῷ Περὶ τοῦ βίου αὐτῷ, Αὐδάταν Ἰλλυρίδα γήμας, ἔσχεν ἐξ αὐτῆς θυγατέρα Κύνναν· ἔγημε δὲ καὶ Φίλαν, ἀδελφὴν Δέρδα καὶ Μαχάτα. Οἰκειώσασθαι δὲ θέλων καὶ τὸ τῶν Θετταλῶν ἔθνος, ἐπαιδοποιήσατο ἐκ δύο Θετταλίδων γυναικῶν, ὧν ἡ μὲν ἦν Φεραία Νικησίπολις, ἥτις αὐτῷ ἐγέννησε Θετταλονίκην, ἡ δὲ Λαρισσαία Φίλιννα, ἐξ ἧς Ἀριδαῖον ἐτέκνωσε. Προσεκτήσατο δὲ καὶ τὴν Μολοττῶν βασιλείαν, γήμας Ὀλυμπιάδα, ἐξ ἧς ἔσχεν Ἀλέξανδρον καὶ Κλεοπάτραν. Καὶ τὴν Θρᾴκην δὲ ὅτε εἶλεν, ἦκε πρὸς αὐτὸν Κοθήλας ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς, ἄγων Μήδαν τὴν θυγατέρα καὶ δῶρα πολλά. Γήμας δὲ καὶ ταύτην ἐπεισήγαγε τῇ Ὀλυμπιάδι. Ἐπὶ πάσαις δὲ ἔγημε Κλεοπάτραν ἐρασθείς, τὴν Ἱπποστράτου μὲν ἀδελφὴν, Ἀττάλου δὲ ἀδελφιδῆν· καὶ ταύτην ἐπεισάγων τῇ Ὀλυμπιάδι, ἅπαντα τὸν βίον τὸν ἑαυτοῦ συνέχεεν. Εὐθέως γὰρ ἐν αὐτοῖς τοῖς γάμοις ὁ μὲν Ἄτταλος, Νῦν μέντοι γνήσιοι, ἔφη, καὶ οὐ νόθοι βασιλεῖς γεννηθήσονται. Καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἀκούσας ἔβαλεν ᾗ μετὰ χεῖρας εἶχε κύλικι τὸν Ἄτταλον, ἔπειτα κἀκεῖνος αὐτὸν τῷ ποτηρίῳ. Καὶ μετὰ ταῦτα Ὀλυμπιὰς μὲν εἰς Μολοττοὺς ἔφυγεν, Ἀλέξανδρος δ' εἰς Ἰλλυριούς. Καὶ ἡ Κλεοπάτρα δὲ ἐγέννησε τῷ Φιλίππῳ θυγατέρα, τὴν κληθεῖσαν Εὐρώπην. »

Εἴκοσι δυσί] Alii aliter, de quibus v. disputationem Clintoni in F. H. tom. II, p. 227.

ΠΟΙΗΤΩΝ.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.

6.

Vita Sophocl. p. 128 Westerm. : Σάτυρος δέ

PHILIPPI.

3.

Satyrus in Vita Philippi scribit : « Quum oculus excussus esset Philippo, prodibat cum illo Clisophus fasciis obligato eodem suo oculo : rursusque quum contuso crure claudicaret rex, una cum illo claudicans incedebat. Si quem cibum acriorem ori admoveret rex, ipse vultum contorquebat quasi simul eodem cibo vesceretur. In Arabum vero regione non ex adulatione hoc facere consueverunt, sed publico quodam instituto : ut, quum membro quodam doleat rex, eodem malo se affectos simulent. Quippe absurdum ducunt, mortuo rege studiose poscere homines, ut cum eo sepeliantur; quum autem aliqua corporis parte æger est, non in ejus gratiam ejusdem mali participationem præ se ferre. »

4.

Clisophus Atheniensis erat, ut S. peripateticus in Vita Philippi tradit.

5.

« Philippus semper, quoties bellum gereret, uxorem duxit. Viginti duobus quidem annis quos regnavit, ut ait Satyrus in libro De ejus vita, primum Audatam duxit Illyriam, quæ filiam ei peperit Cynnam : duxitque porro Philam, Derdæ et Machatæ sororem : tum, conciliaturus sibi Thessalorum gentem, ex duabus Thessalicis mulieribus liberos procreavit; quarum altera Pheræa erat, nomine Nicesipolis, quæ ei peperit Thessalonicam; altera Larissæa, Philinna, ex qua Aridæum suscepit. Molossorum vero regnum dotem accepit quum Olympiadem duceret, e qua ei natus est Alexander et Cleopatra. Dein Thraciam postquam cepit, venit ad eum Cothelas rex Thracum, Medam filiam ei adducens cum multis muneribus : quam et ipsam uxorem duxit secundum Olympiadem. Post istas omnes rursus Cleopatram duxit amore captus, Hippostrati sororem, Attali vero ex fratre neptem : qua juxta Olympiadem domum deducta, omnem reliquam vitam suam turbavit. Statim enim in ipsis nuptiis Attalus dixit : *Nunc quidem legitimi reges, non nothi, nascentur :* qua voce audita Alexander, quem in manibus habebat calicem, impegit Attalo, et hic rursus illi poculum. Et post hæc Olympias in Molossorum terram profugit, Alexander vero ad Illyrios. Cleopatra autem Philippo filiam peperit, cui Europæ nomen inditum. »

POETARUM.

SOPHOCLIS.

6.

Satyrus dicit Sophoclem etiam baculum incurvum in usum scenicum primum adhibuisse.

φησιν ὅτι καὶ τὴν καμπύλην βακτηρίαν αὐτὸς ἐπενόησε.

Ibid. p. 129 : Σάτυρος δέ φησιν αὐτὸν εἰπεῖν (sc. Sophoclem ab Iophonte tamquam ὑπὸ γήρως παραφρονοῦντα accusatum), « Εἰ μὲν εἰμὶ Σοφοκλῆς, οὐ παραφρονῶ· εἰ δὲ παραφρονῶ, οὐκ εἰμὶ Σοφοκλῆς », καὶ τότε τὸν Οἰδίποδα παραναγνῶναι.

Eadem Musurus transcripsit in schol. Arist. Ran. 73. De re inter alios v. C. Hermann. Qu. OEdip. p. 51. 52, F. Ritter. in *Rhein. Mus.*, 1843, p. 195.

Ibid. p. 130 : Σάτυρος δέ φησι τὴν Ἀντιγόνην ἀναγιγνώσκοντα, καὶ ἐμπεσόντα περὶ τὰ τέλη νοήματι μακρῷ καὶ μέσην ἢ ὑποστιγμὴν πρὸς ἀνάπαυσιν μὴ ἔχοντι, ἄγαν ἀποτείναντα τὴν φωνὴν σὺν τῇ φωνῇ καὶ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι.

ΡΗΤΟΡΩΝ.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ.

7.

Plutarch. V. X Oratt. p. 847, A, de Demosthene : Ἀποθανεῖν δ' αὐτὸν Φιλόχορος (fr. 138) μέν φησι φάρμακον πιόντα· Σάτυρος δὲ ὁ συγγραφεὺς, τὸν κάλαμον πεφαρμάχθαι, ᾧ γράφειν ἤρξατο τὴν ἐπιστολήν, οὗ γευσάμενον ἀποθανεῖν. Cf. Eratosthen. fr. 15 et Westermann. Qu. Dem. IV, 32.

ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ.

8.

Diog. L. I, 68 : Καὶ πρῶτος (sc. Χείλων Λακεδαιμόνιος) εἰσηγήσατο ἐφόρους τοῖς βασιλεῦσι παραζευγνύναι, Σάτυρος δὲ Λυκοῦργον.

Num hæc in Chilonis Vita monuerit Satyrus, an etiam Lycurgi aliorumque fortasse νομοθετῶν Vitas (sicuti Hermippus) condiderit, nescio. De re v. Müller. *Dor.* II, p. 112.

9.

Diog. L. I, 82 : Βίας Τευτάμου, Πριηνεύς, προκεκριμένος τῶν ἑπτὰ ὑπὸ Σατύρου.

Idem ib. : Ἐν ταῖς Ἀθήναις.. τοῦ τρίποδος εὑρεθέντος ὑπὸ τῶν ἁλιέων, τοῦ χαλκοῦ, ἐπιγραφὴν ἔχοντος, Τῷ σοφῷ, Σάτυρος μέν φησι παρελθεῖν τὰς κόρας (sc. Messenias, quas paullo ante captivas redemerat et dote instructas parentibus reddiderat Bion)... οἱ δὲ τὸν πατέρα αὐτῶν, ὡς καὶ Φανόδικος... εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰπεῖν τὸν Βίαντα σοφὸν, διηγησαμένας τὰ καθ' ἑαυτάς.

ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.

10.

Diog. L. VIII, 40, *de Pythagora* : Ἡρακλείδης δέ φησιν ἐν τῇ τῶν Σατύρου Βίων ἐπιτομῇ, κτλ. V. Heraclid. fr. 6.

11.

Diog. L. VIII, 53, *de Empedocle* : Σάτυρος δὲ ἐν τοῖς Βίοις φησὶν ὅτι Ἐμπεδοκλῆς υἱὸς μὲν ἦν Ἐξαινέτου, κατέλιπε δὲ καὶ αὐτὸς υἱὸν Ἐξαίνετον. Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς Ὀλυμπιάδος (Ol. 70 sec. Aristot.) τὸν μὲν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ πάλῃ, ἢ (ὡς Ἡρακλείδης ἐν τῇ Ἐπιτομῇ [Sotionis, uti videtur]) δρόμῳ.

12.

Idem VIII, 58, de eodem : Φησὶ δὲ Σάτυρος ἐν τοῖς Βίοις ὅτι καὶ ἰατρὸς ἦν καὶ ῥήτωρ ἄριστος. Γοργίαν

Satyrus narrat Sophoclem dementiæ accusatum dixisse : « Si sum Sophocles, non deliro; sin deliro, non sum Sophocles, » et deinde eum Œdipum fabulam recitasse.

Satyrus narrat Sophoclem Antigonam fab. recitantem, quum circa finem in perlongum comma, quod subdistinctionem ad respirationem non haberet, adeo vocem intendisse, ut una cum voce etiam animam amisisset.

ORATORUM.

DEMOSTHENIS.

7.

Mortuum Demosthenem esse tradit Philochorus epoto veneno; Satyrus autem historiarum scriptor, veneno imbutum fuisse calamum, quo scribere epistolam cœperit, eoque gustato ipsum periisse.

SEPTEM SAPIENTIUM.

8.

Chilo primus instituit, ut ephori regibus adjungerentur. Satyrus tamen non Chilonem, sed Lycurgum hoc fecisse dicit.

9.

Bias Teutami filius Prienensis, quem Satyrus reliquis septem sapientibus prætulit.

Invento Athenis a piscatoribus tripode æneo, cui erat inscriptum : *sapienti*, Satyrus quidem puellas, alii vero, ex quibus Phanodicus erat, illarum patrem in concionem venisse tradunt, Biantemque, expositis quæ in se egisset, appellasse sapientem.

PHILOSOPHORUM.

11.

Satyrus in Vitis Empedoclem ait filium fuisse Exæneti, reliquisse autem et filium Exænetum, eademque Olympiade ipsum quidem equestri certamine vicisse, filium vero illius lucta, sive, ut Heraclides in Epitome, cursu.

12.

Satyrus in Vitis refert et medicum illum fuisse oratoremque optimum. Gorgiam enim Leontinum ipsius fuisse discipulum, virum in oratoria insignem, qui et artem rhetoricam scripserit : quem tradit Apollodorus in Chronicis centum et novem ætatis implesse annos. Hunc ait Satyrus

γοῦν τὸν Λεοντῖνον αὐτοῦ γενέσθαι μαθητὴν, ἄνδρα ὑπερέχοντα ἐν ῥητορικῇ καὶ τέχνην ἀπολελοιπότα· ὃν φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιῶναι. Τοῦτόν φησιν ὁ Σάτυρος λέγειν ὡς αὐτὸς παρείη τῷ Ἐμπεδοκλεῖ γοητεύοντι. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸν διὰ τῶν ποιημάτων ἐπαγγέλλεσθαι τοῦτό τε καὶ ἄλλα πλείω, ὅτ' ὧν φησι·

Φάρμακα δ' ὅσσα γεγᾶσι κακῶν καὶ γήραος ἀλκαρ
πεύσῃ, ἐπεὶ μούνῳ σοὶ ἐγὼ κρανέω τάδε πάντα.
Παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν
ὀρνύμενοι πνοιαῖσι καταφθινύθουσιν ἄρουραν·
καὶ πάλιν, ἢν ἐθέλῃσθα, παλίντιτα πνεύματ' ἐπάξεις
θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν
ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
ῥεύματα δενδρεόθρεπτα, τά δ' ἐν θέρει ἀήσαντα·
ἄξεις δ' ἐξ Ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

Φησὶ δὲ καὶ Τίμαιος (fr. 94) κτλ.... Ἡρακλείδης δ' ἐν τῷ Περὶ νόσων φησὶ καὶ Παυσανίᾳ ὑφηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἄπνουν. Ἦν δ' ὁ Παυσανίας, ὥς φησιν Ἀρίστιππος καὶ Σάτυρος, ἐρώμενος αὐτοῦ, ᾧ δὴ καὶ τὰ Περὶ φύσεως προσπεφώνηκεν οὕτως,

Παυσανίη, σὺ δὲ κλῦθι, δαίφρονος Ἀγχίτου υἱέ.

Ἀλλὰ καὶ ἐπίγραμμα εἰς αὐτὸν ἐποίησε·

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον Ἀγχίτεω υἱόν
φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα,
ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
φῶτας ἀπέστρεψεν Φερσεφόνης ἀδύτων.

13.

Diog. L. IX, 26, *de Zenone Eleata*, vide Heraclidem fr. 7 ἐν τῇ Σατύρου Ἐπιτομῇ.

14.

Idem II, 12, *de Anaxagora* : Περὶ δὲ τῆς δίκης αὐτοῦ διάφορα λέγεται. Σωτίων μὲν γάρ φησιν ἐν τῇ Διαδοχῇ τῶν φιλοσόφων ὑπὸ Κλέωνος αὐτὸν ἀσεβείας κριθῆναι, διότι τὸν ἥλιον μύδρον ἔλεγε διάπυρον· ἀπολογησαμένου δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ Περικλέους τοῦ μαθητοῦ, πέντε ταλάντοις ζημιωθῆναι καὶ φυγαδευθῆναι. Σάτυρος δ' ἐν τοῖς Βίοις ὑπὸ Θουκυδίδου φησὶν εἰσαχθῆναι τὴν δίκην, ἀντιπολιτευομένου τῷ Περικλεῖ· καὶ οὐ μόνον ἀσεβείας, ἀλλὰ καὶ μηδισμοῦ· καὶ ἀπόντα καταδικασθῆναι θανάτου. Ὅτε καὶ ἀμφοτέρων αὐτῷ προσαγγελθέντων, τῆς τε καταδίκης καὶ τῆς τῶν παίδων τελευτῆς, εἰπεῖν περὶ μὲν τῆς καταδίκης, ὅτι ἄρα « κἀκείνων κἀμοῦ πάλαι ἡ φύσις κατεψηφίσατο· » περὶ δὲ τῶν παίδων, ὅτι « ἤδειν αὐτοὺς θνητοὺς γεννήσας. » Cf. Sintenis ad Plutarch. Pericl. p. 119.

15.

Diog. L. II, 26, *de Socratis uxoribus Xanthippe et Myrto* : Ἔνιοι δὲ καὶ ἀμφοτέρας ἔχειν ὁμοῦ (φασίν)· ὧν ἐστι Σάτυρός τε καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος. Φασὶ γὰρ βουλευθέντας Ἀθηναίους διὰ τὸ λειπανδρεῖν συναυξῆσαι τὸ πλῆθος, ψηφίσασθαι, γαμεῖν μὲν ἀστὴν μίαν, παιδοποιεῖσθαι δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας· ὅθεν τοῦτο ποιῆσαι καὶ Σωκράτην. Eadem, Satyri mentione facta, narrat Athenæus XIII, p. 556, A. V. Aristoxeni fr. 30.

16.

Diog. L. III, 9, *de Platone* : Λέγουσι δέ τινες (ὧν ἐστι καὶ Σάτυρος) ὅτι Δίωνι ἐπέστειλεν εἰς Σικελίαν, ὠνήσασθαι τρία βιβλία Πυθαγορικὰ παρὰ Φιλολάου

---

dicere solitum affuisse se Empedocli magiam exercenti. Ipsumque in poematibus id profiteri et complura alia, quum dicat :

Pharmaca queis pellas morbos relevesque senectam,
percipies, quæ cuncta tibi communico soli :
compescesque truces ventorum rite procellas,
exorti insanis qui vastant flatibus agros;
rursum, si libeat, mox flamina pigra ciebis,
atque atra induces e tempestate serenum;
induces media pluvias æstate salubres
et flatus sicca qui perflent omnia messe;
exstinctumque hominem nigro revocabis ab Orco.

Heraclides quoque in libro De morbis ait eum Pausaniæ dictasse quæ de femina exanimi ille scripsit. Erat autem Pausanias, ut ait Satyrus et Aristippus, amasius ejus; cui et De natura libros compositos ita dedicavit,

Pausania Anchiti sapientis, percipe, fili.

Sol et epigramma in eum fecit :

Pausaniam Anchiti natum unum Asclepiadarum,
clarum aluit medicum patria clara Gela :
qui multos diris homines languoribus ægros
eripuit furvis Persephones adytis.

14.

De accusatione Anaxagoræ varia fama est. Nam in Successione philosophorum tradit Sotion a Cleone impietatis accusatum, quod solem dixerit esse massam ignis candentis; defensum autem a Pericle discipulo, quinque talentis mulctatum exilioque damnatum fuisse. Sed Satyrus in Vitis, a Thucydide accusatum, qui contraria Pericli in reipublicæ administratione sentiebat; neque impietatis modo, verum et proditionis : absentemque capitis damnatum. Et quum illi renuntiata esset et damnatio sua et filiorum mors, de condemnatione dixit : Olim natura et illos (*judices*) et me mortis damnavit : de filiis, Sciebam me genuisse mortales.

15.

Nonnulli Socratem utramque uxorem, non alteram post alteram, sed simul habuisse tradunt; ex quibus et Satyrus est et Hieronymus Rhodius. Nam Athenienses, quum bellis ac lue civibus exhaustam civitatem reparare sobolemque excitare vellent, decrevisse ferunt, ut urbanam quidem unam uxorem cives ducerent, liceret autem et ex altera procreare liberos : id igitur et Socratem fecisse.

16.

Aiunt quidam, ex quibus Satyrus est, Dioni Platonem scripsisse in Siciliam, uti tres libros Pythagoricos sibi emeret a Philolao centum minis. Erat enim, ut aiunt, satis opulentus, acceptis a Dionysio plus quam octoginta talen-

μνῶν ἑκατόν. Καὶ γὰρ ἐν εὐπορίᾳ, φασὶν, ἦν, παρὰ Διονυσίου λαβὼν ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα τάλαντα, ὡς καὶ Ὀνήτωρ φησὶν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ· Εἰ χρηματιεῖται ὁ σοφός.

17.

E LIBRO QUARTO.

Idem VI, 80, postquam titulos scriptorum quæ *Diogenis* esse feruntur recensuerat : Σωσικράτης δ' ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Διαδοχῆς, καὶ Σάτυρος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν Βίων, οὐδὲν εἶναι Διογένους φασί. Τὰ δὲ τραγῳδάρια φησιν ὁ Σάτυρος Φιλίσκου εἶναι τοῦ Αἰγινήτου, γνωρίμου τοῦ Διογένους.

18.

Athenæus VI, p. 250, F, *de Anaxarcho :* Σάτυρος δ' ἐν τοῖς Βίοις Ἀνάξαρχόν φησι, τὸν Εὐδαιμονικὸν φιλόσοφον, ἕνα τῶν Ἀλεξάνδρου γενέσθαι κολάκων, καὶ συνοδεύοντα τῷ βασιλεῖ, ἐπεὶ ἐγένετό ποτε βροντὴ ἰσχυρὰ καὶ ἐξαίσιος, ὡς πάντας πτῆξαι, εἰπεῖν, Μή τι σὺ τοιοῦτον ἐποίησας, Ἀλέξανδρε, ὁ τοῦ Διός; Τὸν δὲ γελάσαντα εἰπεῖν, Οὐ γὰρ φοβερὸς βούλομαι εἶναι, καθάπερ σύ με διδάσκεις, ὁ τὰς τῶν σατραπῶν καὶ βασιλέων κελεύων με δειπνοῦντα προσφέρεσθαι κεφαλάς. Fortasse etiam Vitam Alexandri Satyrus scripsit, ad quam hæc referre liceret.

19.

Athenæus XIII, p. 584, A *de Stilpone :* Κατηγοροῦντος γοῦν ποτε Στίλπωνος Γλυκέρας παρὰ πότον, ὡς διαφθειρούσης τοὺς νέους, ὥς φησι Σάτυρος ἐν τοῖς Βίοις, ὑποτυχοῦσα ἡ Γλυκέρα, « Τὴν αὐτὴν, ἔφη, ἔχομεν αἰτίαν, ὦ Στίλπων. Σέ τε γὰρ λέγουσι διαφθείρειν τοὺς ἐντυγχάνοντάς σοι, ἀνωφελῆ καὶ ἐρωτικὰ σοφίσματα διδάσκοντα, ἐμέ τε ὡσαύτως. Μηδὲν οὖν διαφέρειν ἐπιτριβομένοις καὶ κακῶς πάσχουσιν ἢ μετὰ φιλοσόφου ζῆν, ἢ ἑταίρας. »

ΠΕΡΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΩΝ.

20.

Athenæus IV, p. 168, E : Οἱ δὲ μὴ οὕτως (sc. ut Democritus, de quo in antecedentibus sermo) ἄσωτοι κατὰ τὸν Ἄμφιν· « Πίνουσ' ἑκάστης ἡμέρας δι' ἡμέρας, » διασειόμενοι τοὺς κροτάφους ὑπὸ τοῦ ἀκράτου, καὶ κατὰ τὸν Δίφιλον « Κεφαλὰς ἔχοντες τρεῖς, ὥσπερ Ἀρτεμίσιον, « πολέμιοι τῆς οὐσίας ὑπάρχοντες, ὡς Σάτυρος ἐν τοῖς Περὶ χαρακτήρων εἴρηκε, κατατρέχοντες τὸν ἀγρὸν, διαρπάζοντες τὴν οἰκίαν, λαφυροπωλοῦντες τὰ ὑπάρχοντα, σκοποῦντες οὐ τί δεδαπάνηται, ἀλλὰ τί δαπανηθήσεται, οὐδὲ τί περιέσται, ἀλλὰ τί οὐ περιέσται· ἐν τῇ νεότητι τὰ τοῦ γήρως ἐφόδια προκαταναλίσκοντες, χαίροντες τῇ ἑταίρᾳ, οὐ τοῖς ἑταίροις, καὶ τῷ οἴνῳ, οὐ τοῖς συμπόταις. »

ΠΕΡΙ ΔΗΜΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ.

21.

Theophilus Ad Autolyc. II, p. 94 : Ἀλλὰ καὶ Σάτυρος, ἱστορῶν τοὺς δήμους Ἀλεξανδρέων, ἀρξάμενος ἀπὸ Φιλοπάτορος τοῦ καὶ Πτολεμαίου προσαγορευθέντος, τούτου μηνύει Διόνυσον ἀρχηγέτην γεγονέναι. Διὸ καὶ [suppl. τὴν Διονυσίαν] φυλὴν ὁ Πτολεμαῖος πρώτην κατέστησεν. Λέγει οὖν ὁ Σάτυρος οὕτως· « Διο-

---

tis, sicut et Onetor scribit in libro cujus est titulus, An quæstum facturus sit sapiens.

17.

Sosicrates in primo Successionis et Satyrus in quarto Vitarum nihil illorum scriptorum esse Diogenis affirmant : tragœdiolas autem ait Satyrus Philisci Æginetæ esse, Diogenis discipuli.

18.

Satyrus in Vitis Anaxarchum Eudæmonicum philosophum in assentatorum numero ait fuisse Alexandri : ad cujus latus aliquando ambulans, quum valido ac terribili fragore intonaret cœlum : « An tu hoc fecisti, inquit, Alexander, Jovis fili? » Et ille ridens : « Non ego, respondit : nec enim volo formidabilis esse, quemadmodum tu me doces, monens ut satraparum et regum capita inter cœnandum mihi afferri jubeam. »

19.

Quum Stilpo aliquando in compotatione accusaret Glyceram, quod adolescentes corrumperet, ut Satyrus narrat in Vitis, respondens illa, « At idem crimen, inquit, utrique nostrûm objicitur. Nam et te aiunt corrumpere eos qui te conveniunt, inutilia et amatoria sophismata docentem, similiterque me : nihil igitur referre eorum qui corrumpuntur et miseri reddantur, utrum cum philosopho vivant, an cum meretrice. »

DE CHARACTERIBUS.

20.

At isti non sic luxuriosi, secundum Amphim « Bibunt quovis die per totum diem, concussis meri potione temporibus », et secundum Diphilum « Tricipites sunt, veluti Dianæ imago » ; « Rei suæ familiaris hostes, ut ait Satyrus in libris De characteribus, agrum incursatione vastantes, domum diripientes, bona sua veluti spolia bello parta divendentes; spectantes, non quid expensum fuerit, sed quid expensuri sint; non quid superfuturum sit, sed quid non sit superfuturum : in juventute senectutis viatica ante absumentes; gaudentes meretrice, non amicis; et vino, non compotatoribus. »

DE DEMIS ALEXANDRINORUM.

21.

Satyrus, demos Alexandrinorum enarrans, a Ptolemæo Philopatore sermonis exordium faciens Bacchum familiæ auctorem ei fuisse declarat. Quare etiam Dionysiam tribum Ptolemæus primam constituit. Ceterum verba Satyri hæc sunt : « Bacchi, ait, et Althææ Thestio natæ fuisse

νύσου καὶ Ἀλθαίας τῆς Θεστίου γεγενῆσθαι Δηιάνειραν· τῆς δὲ καὶ Ἡρακλέους τοῦ Διός, οἶμαι, Ὕλλον, τοῦ δὲ Κλεόδημον (l. Κλεοδαῖον), τοῦ δὲ Ἀριστόμαχον, τοῦ δὲ Τήμενον, τοῦ δὲ Κεῖσον, τοῦ δὲ Μάρωνα, τοῦ δὲ Θέστιον, τοῦ δὲ Ἀκοὸν, τοῦ δὲ Ἀριστοδαμίδαν, τοῦ δὲ Κάρανον, τοῦ δὲ Κοινὸν, τοῦ δὲ Τυρίμμαν, τοῦ δὲ Περδίκκαν, τοῦ δὲ Φίλιππον, τοῦ δὲ Ἀέροπον, τοῦ δὲ Ἀλκέταν, τοῦ δὲ Ἀμύνταν, ** τοῦ δὲ Βόκρον (Βάλακρον?), τοῦ δὲ Μελέαγρον, τοῦ δὲ Ἀρσινόην, τῆς δὲ καὶ Λάγου Πτολεμαῖον τὸν καὶ Σωτῆρα, τοῦ δὲ καὶ Βερενίκης Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον, τοῦ δὲ καὶ Ἀρσινόης Πτολεμαῖον τὸν Εὐεργέτην, τοῦ δὲ καὶ Βερενίκης τῆς Μάγα τοῦ ἐν Κυρήνῃ βασιλεύοντος Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον (mgo recte Φιλοπάτορα). Ἡ μὲν οὖν πρὸς Διόνυσον τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλεύσασι συγγένεια οὕτως περιέχει. Ὅθεν καὶ ἐν τῇ Διονυσίᾳ φυλῇ ὄῆμοί εἰσιν κατακεχωρισμένοι· Ἀλθηὶς (Ἀλθὴς libri) ἀπὸ τῆς γενομένης γυναικὸς Διονύσου, θυγατρὸς δὲ Θεστίου, Ἀλθαίας· Δηιανειρὶς (Δηιανείρης libri), ἀπὸ [Δηιανείρας] τῆς θυγατρὸς Διονύσου καὶ Ἀλθαίας, γυναικὸς δὲ Ἡρακλέους. [Ὅθεν καὶ τὰς προσωνυμίας ἔχουσιν οἱ κατ' αὐτοὺς ὄῆμοι.] Ἀριαδνὶς (Ἀριάδνης libri) ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Μίνω, γυναικὸς δὲ Διονύσου, παιδὸς πατροφίλης τῆς μιχθείσης Διονύσῳ ἐν μορφῇ πρυμνίδι· Θεσεὶς ἀπὸ Θεστίου τοῦ Ἀλθαίας πατρός· Θοαντὶς ἀπὸ Θόαντος παιδὸς Διονύσου· Σταφυλὶς ἀπὸ Σταφύλου υἱοῦ Διονύσου· Εὐανθὶς (Εὐαινὶς libri) ἀπὸ Εὐάνθεος (Εὐνόος libri) υἱοῦ Διονύσου· Μαρωνὶς ἀπὸ Μάρωνος υἱοῦ Ἀριάδνης καὶ Διονύσου. Οὗτοι γὰρ πάντες υἱοὶ Διονύσου.

Ἀκοὸν] nomen vix genuinum. Sec. Theopompum (fr. 30) et Diodorum (VII, 14) post Cisum sequuntur : Thestius, Merops, Aristodamidas, Phido, Caranus. Alia series apud Syncellum p. 262 hæc est: Temenus, Lachares, Deballus, Eurybiades, Cleodæus, Crœsus, Pœas, Caranus. Alia denique statuisse videtur Marsyas Pellæus (fr. 2), ubi Carani pater Καράρων vel Κιράρων nominatur (fortasse fuit Μάρων, quem Satyrus inter majores Carani recenset). — Post Amyntæ mentionem lacunam notavi. Duo minimum nomina exciderint. Nam quum a morte Amyntæ I usque ad mortem Alexandri sec. Eusebium supra centum et sexaginta annos numerentur, spatium hoc nequit expleri tribus generationibus. Probabiliter Amyntæ nomen in seqq. repetebatur; scribaque a primo ad alterum transiluit. Balacrus (sic enim scribendum conjicio pro Βόκρος) Amyntæ filius, non noster tamen, memoratur in Arrian. Anab. I, 29, 3. III, 5, 5. — πατροφίλης... πρυμνίδι] Quid hæc sibi velint, non assequor. In Wolfii editione vertitur : *filia patrem amante, quæ forma obversa cum Baccho concubuit.* Fortasse in πατροφίλης latet Πασιφάης, quæ cum tauro consuevit sub forma bovis lignea. Probabilius tamen est verba corrupta ad alium demum pertinere, cujus mentio excidit. — In postremis scripsi Εὐανθὶς et Εὐάνθεος pro Εὐαινὶς et Εὐνόος. Primum cogitaveram de Œnopione Bacchi filio.

[ΑΡΧΑΙΩΝ ΜΥΘΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.]

22.

Dionysius Hal. A. R. I, 68, ubi de Palladii historia deque Samothraciis mysteriis laudatur Καλλίστρατός τε ὁ Περὶ Σαμοθράκης συνταξάμενος ἱστορίαν, καὶ Σάτυρος ὁ τοὺς ἀρχαίους μύθους συναγαγών. Locum exscripsimus in fragm. Callistrati, ubi vide. — Ad mythica hæc fortasse referenda sunt quæ leguntur in schol. Odyss. θ′, 288 et schol. Il. ξ′, 216) : Διατί τὰ ἐρωτικὰ ἐν Ἰμάντι (sc. Veneris) φησὶν Ὅμηρος κατεστίχθαι; Σάτυρος μὲν οὖν φησι, ἐπεὶ πληγῶν ἄξια ὁρῶσιν οἱ ἔρωτες· Ἀπίων δὲ κτλ. Sed fieri etiam potest, ut data opera Satyrus in Homerum commentarios scripserit.

[DE GEMMIS.]

23.

Plinius XXXVII, s. 24 : *Satyrus carnosas esse Indicas* (sc. onyches dicit), *parte carbunculi parte chrysolithi et amethysti, totumque id genus abdicat. Veram autem onychem plurimas variasque cum lacteis zonis habere venas, omnium in transitu colore inenarrabili, et in unum redeunte conventum, suavitate grata.*

24.

Idem XXXVII, s. 25 : *Satyrus In licos* (car-

Deianiram, hujus et Herculis Jove nati Hyllum, hujus Cleodæum, hujus Aristomachum, hujus Temenum, hujus Cisum, hujus Maronem, hujus Thestium, hujus Acoum, hujus Aristodamidam, hujus Caranum, hujus Cœnum, hujus Tyrimmam, hujus Perdiccam, hujus Philippum, hujus Aeropum, hujus Alcetam, hujus Amyntam, ** hujus Bocrum (*Balacrum?*), hujus Meleagrum, hujus Arsinoen, hujus et Lagi Ptolemæum quem et Soterem cognominant, hujus et Berenices Ptolemæum Philadelphum, hujus et Arsinoes Ptolemæum Euergetem, hujus et Berenices Magæ Cyrenarum regis filiæ Ptolemæum Philopatorem. Igitur cognatio quæ Alexandriæ regnantibus cum Baccho intercedit, ita se habet. Unde etiam in Dionysia tribu hi sunt separati demi : Altheis, ab uxore Bacchi et Thestii filia Althæa; Deianiris, a Deianira Bacchi et Althææ filia, Herculis uxore; Ariadnis, ab Ariadne Minois filia, Bacchi uxore; ***; Thestis, a Thestio Althææ patre; Thoantis, a Thoante Bacchi filio; Euanthis, ab Euanthe Bacchi filio; Maronis, a Marone Ariadnes et Bacchi filio. Hi enim omnes Bacchi filii sunt.

bunculos) *non esse claros dicit, ac plerumque sordidos ac semper fulgoris horridi : Æthiopicos pingues, lucemque non emittentes, aut fundentes, sed convolutos igne flagrare.*

25.

Idem XXXVII, s. 11 : *Phaethontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos, lacrimis electrum omnibus annis fundere juxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus : et electrum appellatum, quoniam sol vocatus sit Elector, plurimi poetæ dixere, primique, ut arbitror, Æschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides, Satyrus.* Igitur vincta oratione Satyrus hic, quicunque sit, de lapidibus scripsit.

HERACLIDES LEMBUS.

Suidas : Ἡρακλείδης, Ὀξυρυγχίτης (*), φιλόσοφος, ὁ τοῦ Σεραπίωνος, ὃς ἐπεκλήθη Λέμβος, γεγονὼς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ ἕκτου (i. e. Φιλομήτορος, 181–147) · ὃς τὰς πρὸς Ἀντίοχον ἔθετο συνθήκας. Ἔγραψε φιλόσοφα καὶ ἄλλα.

Diog. L. V, 94, Heraclides varios recensens : Πίμπτος (Ἡρακλείδης), Καλατιανὸς ἢ Ἀλεξανδρεύς, γεγραφὼς τὴν Διαδοχὴν ἐν ἓξ βιβλίοις, καὶ Λεμβευτικὸν λόγον, ὅθεν καὶ Λέμβος ἐκαλεῖτο.

Oxyrynchos nomus est et oppidum Ægypti (v. Strabo p. 812. Forbiger. *Geogr.* II, p. 787); *Callatis* ad Ponti oram oppidulum, colonia Heracleensium. Utra urbs Heraclidæ nostri patria recte dicatur, nescio. Fortasse in Ponti urbe natus, Alexandriæ educatus et deinceps muneribus fungens, postremam vitæ partem, in qua historiis scribendis operam dederit, Oxyrynchi habitavit. Quemnam Λίμβον Athenienses nominare consueverint, hisce verbis docet Anaxandrides comicus apud Athenæum VI, p. 243, E : Ἀκολουθεῖ κόλαξ τῳ; Λέμβος ἐπεκλήθη. At noster non a moribus id cognomen tulisse sed scripto quodam meruisse dicitur. Scilicet λόγον, Diogene teste, composuerat Λεμβευτικόν. Is quid sibi voluerit quum Hemsterhusius (in Steph. Thes. s. v.) enucleare non potuerit, ego haud quæro. Ceterum cum Heraclide τῷ Λέμβῳ contulerim Theodotum τὸν Ἡμιόλιον, Antiochi Magni ducem, qui inter alia contra duces Ptolemæi Philopatoris de Cœlesyria pugnavit, et post prœlium ad Raphiam legatus de pacis conditionibus ad Pt. Philopatorem missus est (Polyb. V, 42, 43, 59, 68, 79, 83, 87). Hunc Schweighæuserus in Indice ad Polyb. cognomen tulisse suspicatur a corporis proceritate, quasi statura viri cum dimidio. Ego nominatum malim a ἡμιολίοις, navigiis prædatoriis sive myoparonibus, sicuti Heraclides Lembus dictus est a λέμβοις navigiis. Qua vero occasione id nominis meruerint duces illi vel ministri, quorum uterque fortasse classis quondam præfectus erat, dicere non habeo. Memorant Heraclidem *Lembum* præter Suidam et Diogenem etiam Festus et Athenæus (v. fr. 1 sqq.), nec non Photius in Bibl. cod. 213, p. 171, 7 Bekk. : Τούτῳ (τῷ Ἀγαθαρχίδῃ) πατρὶς μὲν ἡ Κνίδος ἦν... Ὑπογραφέα δὲ καὶ ἀναγνώστην ὁ τοῦ λέμβρου (ὁ Λέμβος em. Casaub.) Ἡρακλείδης, ὃν' ὧν αὐτῷ ἐξυπηρετεῖτο, παρέσχε γνωρίζεσθαι. Unde præterea colligimus summi loci virum magnæque auctoritatis Heraclidem fuisse. Idque Suidas confirmat verbis : ὃς τὰς πρὸς Ἀντίοχον ἔθετο συνθήκας. Nam ad Heraclidem hæc referenda, atque ad controversias spectare mihi videntur, quæ Ptolemæo Philometori cum Antiocho Epiphane intercesserunt.

Operis historici, quod Heraclides composuit amplissimum, fragmenta numero et ambitu tenuissima tantum non omnia uni debemus Athenæo. Exorsus narrationem auctor ab antiquissimis temporibus, et ad suam fere usque ætatem deduxisse videtur. Libro XXXVII, eorum qui laudantur postremo, inter alia sermo erat de Cassandri filio Alexarcho. Cur tantæ molis intermortua pæne memoria sit, causam indicaverit Dionysius Hal. (De comp. verb. c. 4, tom. V, p. 30 R.), qui Heraclidem sicuti Hieronymum et Hegesiam, inter eos recenset, qui concinnam verborum compositionem adeo neglexerint, ut operum ab iis scriptorum lectionem ad finem perducere haud facile quisquam sustinuerit. Nullus enim dubito, quin ad Nostrum neque ad alium quemvis Heraclidem verba Dionysii referenda esse recte statuerint Santo-Crucius (*Exam. d. hist. d'Alex.* p. 20) et Roulez. (De *Heraclid. Pont.* p. 50), merito hic reprehendens Kœlerum, qui de Pontico Heraclide cogitaverat. Compendium historiarum Heraclidis (nostri, puto) concinnavit Hero Atheniensis (Suidas v. Ἥρων)

(*) Ex reliquis Heraclidis ad nos pertinent :

1. *Heraclides Cumanus*, cujus fragm. vide p. 95.

2. *Heraclides Odessita*, quem commemorat Steph. Byz. : Ὀδεσσός, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ .. Ὁ πολίτης Ὀδεσσίτης καὶ Ὀδεσσεύς. Ἐχρημάτιζον δὲ Ἡρακλείδης ἱστοριογράφος καὶ Δημήτριος ὁ περὶ τῆς πατρίδος γράψας.

3. *Heraclides Magnesius*, Μυθιδατικὰ γεγραφώς. Diog. L. V, 94. — Ceteros Heraclides recensent Jonsius p. 205 sq., Meursius in Gronov. Thes. tom. X, p. 607 sqq. et ad Chalcid. p. 10 sq.; Fabricius B. Gr. tom. X, p. 119 sqq. Roulez. De Heracl. Pontico p. 106 sqq.

De Serapione patre Heraclidis aliunde non constat, quantum sciam. Suppar ei ætate fuisse videtur *Serapio* Antiochenus, quem in libris Geographicis contexendis (II. IV. V.) adhibuit Plinius. Idem memoratur ap. Ciceron. Ad Att. II, 6 et II, 4, ubi : *Eratosthenes... a Serapione et Hipparcho reprehenditur.* Fragmentum in schedulis reperio unicum ex Cram. An. Parisin. I, p. 373, 25 : Ὁ μὲν γοῦν Σεραπίων ὀκτωκαιδεκαπλασίονα εἶναι τῆς γῆς τὸν ἥλιον ἔφη. Ἐρατοσθένης δὲ ἑκατονταπλασίονα μὲν τὸν ἥλιον τῆς γῆς, τριακονταεννεαπλασίονα δὲ τὴν σελήνην. Alium Serapionem mathematicum et astrologum tempore Caracallæ florentem v. ap. Glycam p. 243, Clement. Alex. p. 131, 25 ed. Sylb. Reliquos Serapiones recenset Fabricius.

Præterea Heraclides, Serapionis Sotionis f., opus (*) Περὶ φιλοσόφων διαδοχῶν in compendium redegit. Minus testata res est ad eundem Heraclidem pertinere Ἐπιτομὴν τῶν Σατύρου βίων. Veri tamen simillimum est, nec tempora repugnant.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

1.

Festus p. 269 ed. Müller. : *Lembos qui appellatur Heraclides existimat revertentibus ab Ilio Achivis quendam* [*quosdam* Ursin.] *tempestate dejectos in Italiæ regiones secutos Tiberis decursum pervenisse, ubi nunc sit Roma, ibique propter tædium navigationis impulsas captivas auctoritate virginis cujusdam tempestivæ nomine Rhomes, incendisse classem, atque ab ea necessitate ibi manendi urbem conditam ab is, et potissimum ejus nomine eam appellatam, a cujus consilio eas sedes sibi firmavissent.*

« Eadem Servius in Virg. Æn. I, 273, Solin. c. 1. Dionys. Hal. autem (I, 72) et Plutarch. Qu. Rom. 6, p. 314 H. simillimam huic narrationem ex Aristotele afferunt. Cf. Mulier. Virt. p. 265 Hut. » Müller. — *tempestivæ*] « i. e. ὡραίας, quanquam miror hoc sic a Verrio transferri potuisse. » Idem. — *ab is*] *ab his* Ursin.

(*) Sotionis διαδόχων opus XXIII nimirum libris constitisse apparet ex Diog. L. I, 1. Præterea scripsit περὶ τῶν Τίμωνος σίλλων et Διοκλείους ἐλέγχους. Vide Voss. p. 233; Jonsius II, 10, 1; Clinton. III, p. 526. — Alius Sotion est philosophus, præceptor Senecæ. Hieronym. ad Ol. 198, 1; Senec. Ep. 108. Cf. Stobæus Floril. XIV, 10; XX, 53; LXXXIV, 6-8, 17, 18; CVIII, 59; CXIII, 15; S.-Maxim. II, p. 567. 353; Anton. Meliss. I, c. 52. Per ætatem eundem intelligere licet ap. Plutarch. Alex. 61, quo referente Sotion ex Potamone Lesbio (Tiberii æquali) audivit Alexandrum in India struxisse urbem. Noli tamen hinc colligere opus historicum de gestis Alexandri. Sumpta illa procul dubio ex opere in quo varia παράδοξα et Memorabilia acervaverat. Sat multa habemus fragmenta τῶν Σωτίωνος Περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδοξολογουμένων. (Vide Westerm. Paradoxogr. p. 186 sqq.) Aliud ejusdem generis opus *multæ variæque historiæ refertum Sotion, e peripatetica disciplina haud sane ignobilis vir*, inscripserat Κέρας Ἀμαλθείας, ex quo de Demosthene et Laide historiunculam narrat Gellius N. A. I, 8. Alia vide ap. Theophylact. Qu. Phys. 22, Cramer. Anecd. Paris. I, p. 395, 3. Cf. Sotionem in Geoponicis sæpe laudatum (Fabric. B. Gr. VI, p. 509.) Jonsius II, 10, 1, p. 197.

2.

Athenæus XIII, p. 566, A : Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἱστορεῖ, ὅτι κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεται μᾶλλον ὁ κάλλιστος, καὶ γυνὴ ἡ καλλίστη, καλλίστας γεννώσης τῆς Σπάρτης τὰς γυναῖκας. Διὸ καὶ φασὶν Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως, γυναικὸς αὐτῷ καλῆς φαινομένης, ἑτέρας δὲ αἰσχρᾶς καὶ πλουσίας, ὡς ἀπέκλινεν ἐπὶ τὴν πλουσίαν, ζημιῶσαι τοὺς ἐφόρους αὐτὸν, ἐπιλέγοντας, ὅτι βασιλίσκους ἀντὶ βασιλέων τοῖς Σπαρτιάταις γενᾶν προαιρεῖται. Cf. Müller. *Dor.* II, p. 120. 282.

3.

E LIBRO VICESIMO PRIMO.

Idem VIII, p. 333 A : Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Λέμβος ἐν τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ τῶν Ἱστοριῶν· « Περὶ τὴν Παιονίαν καὶ Δαρδανίαν βατράχους (φησὶν) ὗσεν ὁ θεὸς, καὶ τοσοῦτον αὐτῶν ἐγένετο τὸ πλῆθος, ὡς τάς οἰκίας καὶ τὰς ὁδοὺς πλήρεις εἶναι. Τὰς μὲν οὖν πρώτας ἡμέρας κτείνοντες τούτους καὶ συγκλείοντες τὰς οἰκίας διεκαρτέρουν· ὡς δ' οὐδὲν ἤνυον, ἀλλὰ τά τε σκεύη ἐπληροῦτο, καὶ μετὰ τῶν ἐδεσμάτων εὑρίσκοντο συνεψόμενοι καὶ συνοπτώμενοι οἱ βάτραχοι, καὶ πρὸς τούτοις οὔτε τοῖς ὕδασιν ἦν χρῆσθαι, οὔτε τοὺς πόδας ἐπὶ τὴν γῆν θεῖναι, συσσεσωρευμένων αὐτῶν, ἐνοχλούμενοι δὲ καὶ ὑπὸ τῆς τῶν τετελευτηκότων ὀδμῆς, ἔρυγον τὴν χώραν. » Autariatas maxime hac ranarum peste afflictos esse refert Appianus Illyr. c. 4; pœnas has numen sumpsisse ait de Autariatis, ut qui Celtis in expeditione Delphica se adjunxissent.

4.

E LIBRO TRICESIMO SEXTO.

Idem XIII, p. 578, A : Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν Δημώ φησιν ἐρωμένην γενέσθαι τοῦ Δημητρίου· ἧ ἐπιμανῆναι κτλ.

HISTORIÆ.

2.

Heraclides Lembus tradit, apud Lacedæmonios maxima in admiratione fuisse pulcerrimum virum et feminam pulcerrimam, quum pulcerrimas omnium mulieres Sparta ferret. Quare etiam de Archidamo rege narrant, quum, proposita ei uxore pulcra, alia vero deformi et divite, ad divitem ille declinasset, mulctam ei irrogatam esse ab ephoris, dicentibus, regulos illum, non reges, generare velle Spartanis.

3.

Heraclides Lembus primo et vicesimo libro Historiarum scribit : « In Pannonia et Dardania ranis pluebat cœlum : ac tanta earum exstitit multitudo, ut publicas vias privatasque domos implerent. Primis igitur diebus interficientes eas, et domos occludentes, durarunt incolæ : sed quum nihil proficerent, verum vasa omnia complerentur, et una cum cibis elixæ assæque ranæ reperirentur, adhæc quum nec aquis uti possent homines, nec pedes in terram ponere præ ranarum ubique coacervatarum copia, denique etiam mortuarum odore vexati, e patria profugerunt. »

4.

Heraclides Lembus sexto et tricesimo Historiarum libro ait, amasiam fuisse Demo Demetrii, cujus amore insanisse etiam patrem ipsius Antigonum, et Oxythemidem occidisse

τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἀντίγονον, καὶ ἀποκτεῖναι Ὀξυόεμιν ὡς καὶ πολλὰ συνεξαμαρτάνοντα τῷ Δημητρίῳ, καὶ ὅτι ἀπέκτεινε τὰς τῆς Δημοῦς θεραπαίνας στρεβλῶν. Cf. Ptolemæi Megalopolit. fr. 4.

5.

E LIBRO TRICESIMO SEPTIMO.

Athenæus III, p. 98, D, postquam de Dionysio novorum verborum architecto locutus est, pergit : Τοιοῦτος ἦν καὶ Ἀλέξαρχος, ὁ Κασάνδρου τοῦ Μακεδονίας βασιλεύσαντος ἀδελφὸς, ὁ τὴν Οὐρανόπολιν καλουμένην κτίσας. Ἱστορεῖ δὲ περὶ αὐτοῦ Ἡρακλείδης ὁ Λέμβος ἐν τῇ τριακοστῇ ἑβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν, λέγων οὕτως· « Ἀλέξαρχος, ὁ τὴν Οὐρανόπολιν κτίσας, διαλέκτους ἰδίας εἰσήνεγκεν· ὀρθροβόαν μὲν τὸν ἀλεκτρυόνα καλῶν καὶ βροτοκέρτην τὸν κουρέα, καὶ τὴν ὁραχμὴν ἀργυρίδα, τὴν δὲ χοίνικα ἡμεροτροφίδα, καὶ τὸν κήρυκα ἀπύτην. Καὶ τοῖς Κασανδρέων δὲ ἄρχουσι τοιαῦτά ποτ' ἐπέστειλεν· « Ἀλέξαρχος ὁ μάρμων πρόμοις γαθεῖν. Τοὺς ἡλιοκρεῖς οἰῶν, οἷδα λιποῦσα θεωτῶν (λιπουσαθεωτων Ep.) ἔργων κρατήτορας μορσίμῳ τύχᾳ κεκυρωμένας θεοῦ πόγαις (θεουπογαις Ep.) χυτλώσαντες αὐτοὺς καὶ φύλακας ὀριγενεῖς. » Τί δὲ ἡ ἐπιστολὴ αὕτη δηλοῖ, νομίζω ἐγὼ μηδὲ τὸν Πύθιον διαγνῶναι. Epistolam vertere ausi sunt Villebrunius et Dalecampius; quorum hariolationes mittendas esse duxi. De Uranopoli in Atho monte ab Alexandro condita v. Droysen. *Hellenism.* II, p. 255, qui p. 740 ad nostrum Alexarchum refert locum Clementis Al. Protr. c. 4, p. 10 Sylb. : Τί με δεῖ καταλέγειν Ἀλέξαρχον; γραμματικὸς οὗτος τὴν ἐπιστήμην γεγονὼς, ὡς ἱστορεῖ Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος, αὐτὸν κατεσχημάτισεν εἰς Ἥλιον.

ΤΩΝ ΣΑΤΥΡΟΥ ΒΙΩΝ ΕΠΙΤΟΜΗ.

6.

Diogen. VIII, 40, de Pythagora : Ἡρακλείδης δέ φησιν ἐν τῇ τῶν Σατύρου βίων ἐπιτομῇ μετὰ τὸ θάψαι Φερεκύδην ἐν Δήλῳ ἐπανελθεῖν εἰς Ἰταλίαν, καὶ ** πανδαισίαν εὑρόντα Κύλωνος τοῦ Κροτωνιάτου εἰς Μεταπόντιον ἐξελθεῖν, κἀκεῖ τὸν βίον καταστρέψαι ἀσιτίᾳ, μὴ βουλόμενον περαιτέρω ζῆν.

Idem VIII, 44 : Ὁ δ' οὖν Πυθαγόρας, ὡς μὲν Ἡρακλείδης φησὶν ὁ τοῦ Σαραπίωνος, ὀγδοηκονταέτης ἐτελεύτα, κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπογραφὴν τῶν ἡλικιῶν· ὡς δ' οἱ πλείους, ἔτη βιοὺς ἐνενήκοντα.

Idem VIII, 53 : Σάτυρος δ' ἐν τοῖς Βίοις φησὶν ὅτι Ἐμπεδοκλῆς υἱὸς μὲν ἦν Ἐξαινέτου, κατέλιπε δὲ καὶ αὐτὸς υἱὸν Ἐξαίνετον· ἐπί τε τῆς αὐτῆς Ὀλυμπιάδος τὸν μὲν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι, τὸν δ' υἱὸν αὐτοῦ πάλῃ ἤ, ὡς Ἡρακλείδης ἐν τῇ Ἐπιτομῇ, δρόμῳ.

Ibid. : Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν, ἔτι δ' Ἡρακλείδης ἑξήκοντα ἐτῶν φησὶ τετελευτηκέναι.

Idem VIII, 58, de Empedocle : Ἡρακλείδης δὲ ὁ Σαραπίωνος ἕτερου φησὶν εἶναι τὰς τραγῳδίας.

7.

Idem IX, 26, de Zenone Eleata : Καθελεῖν δὲ θελήσας Νέαρχον τὸν τύραννον (οἱ δὲ, Διομέδοντα) συνελήφθη, καθά φησιν Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σατύρου Ἐπιτομῇ.

ΤΩΝ ΣΩΤΙΩΝΟΣ ΔΙΑΔΟΧΩΝ ΕΠΙΤΟΜΗ

ἐν βιβλίοις ἕξ.

9.

Idem VIII, 7 : Γέγραπται δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ συγ-

---

ut qui multa cum Demetrio peccasset et Demonis ancillas tormentis necasset.

5.

Talis etiam fuit Alexarchus, Cassandri Macedoniæ regis frater, qui oppidum, cui Uranopolis nomen, condidit : de quo narrat Heraclides Lembus septimo et tricesimo Historiarum libro, sic scribens : « Alexarchus, qui Uranopolim condidit, peculiares loquendi formas invexit : gallum gallinaceum vocans *diluculi-proclamatorem; tonsorem*, quem Græci κουρέα dicunt,) *hominum-tonsorem* [nempe, non *pecudum*]; drachmam, *argyridem* [quod alias *argenteam phialam* denotat]; semimodium, *in diem-nutrimentum*: præconem, *vociferatorem*. Idem aliquando Cassandrensium magistratibus epistolam scripsit hujusmodi : Ἀλέξαρχος ὁ μάρμων κτλ. » Cujus epistolæ quisnam sensus sit, ne Pythium quidem dignoscere equidem arbitror.

SATYRI VITARUM EPITOME.

6.

Heraclides in Epitome vitarum Satyri Pythagoram tradit, postquam in Delo Pherecydi justa persolverat, rediisse in Italiam et ** quum reperisset... Cylonis Crotoniatæ Metapontum se recepisse, ibique vitæ pertæsum inedia obiisse.

Pythagoras secundum Heraclidem Serapionis filium octogesimo ætatis anno mortuus est, secundum propriam ætatum descriptionem; secundum plurimos autem nonagesimo.

Satyrus in Vitis Empedoclem ait filium fuisse Exæneti, reliquisse autem et illum filium Exænetum, eademque Olympiade ipsum quidem equestri certamine vicisse, filium vero illius lucta sive, ut ait Heraclides in Epitome, cursu.

Heraclides, Serapionis f., tragœdias (quæ Empedocli adscribuntur) alius esse dicit.

7.

Zeno Eleates quum Nearchum tyrannum seu, ut alii volunt, Diomedontem, imperio exuere voluisset, comprehensus est, ut in Satyri Epitome ait Heraclides.

SOTIONIS DE DIADOCHIS OPERIS EPITOME.

8.

Scripsit Pythagoras tria volumina, De institutione, De civitate, De natura; quod autem nomine Pythagoræ legitur, Lysidis Tarentini Pythagorici est : qui quum

γράμματα τρία, παιδευτικόν, πολιτικόν, φυσικόν· τὸ δὲ φερόμενον ὡς Πυθαγόρου Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου Πυθαγορικοῦ, φυγόντος εἰς Θήβας καὶ Ἐπαμεινώνδα καθηγησαμένου. Φησὶ δ' Ἡρακλείδης ὁ τοῦ Σαραπίωνος ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ γεγραφέναι αὐτὸν καὶ περὶ τοῦ ὅλου ἐν ἔπεσι· δεύτερον τὸν ἱερὸν λόγον, οὗ ἡ ἀρχή,

Ὦ νέοι, ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίης τάδε πάντα·

τρίτον περὶ ψυχῆς, τέταρτον περὶ εὐσεβείας, πέμπτον Ἡλοθαλῆ τὸν Ἐπιχάρμου τοῦ Κώου πατέρα, ἕκτον Κρότωνα καὶ ἄλλους· τὸν δὲ μυστικὸν λόγον Ἱππάσου φασὶν εἶναι, γεγραμμένον ἐπὶ διαβολῇ Πυθαγόρου· πολλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ Ἄστωνος τοῦ Κροτωνιάτου γραφέντας ἀνατεθῆναι Πυθαγόρᾳ.

9.

Idem X, 1, de Epicuro : Τοῦτόν φασιν ἄλλοι τε καὶ Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ, κληρουχησάντων Ἀθηναίων τὴν Σάμον, ἐκεῖ τραφῆναι, ὀκτωκαιδεκέτη δ' ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας, Ξενοκράτους μὲν ἐν Ἀκαδημίᾳ, Ἀριστοτέλους δ' ἐν Χαλκίδι διατρίβοντος. Τελευτήσαντος δ' Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐκπεσόντων ὑπὸ Περδίκκου, μετελθεῖν εἰς Κολοφῶνα πρὸς τὸν πατέρα· χρόνον δέ τινα διατρίψαντ' αὐτόθι καὶ μαθητὰς ἀθροίσαντα πάλιν ἐπανελθεῖν εἰς Ἀθήνας ἐπ' Ἀναξικράτους, καὶ μέχρι μέν τινος κατ' ἐπιμιξίαν τοῖς ἄλλοις φιλοσοφεῖν, ἔπειτ' ἰδίᾳ πως τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν αἵρεσιν συστήσασθαι.

10.

Idem V, 79, de Demetrio Phalereo : Ἡρακλείδης δ' ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν Σωτίωνος διαδοχῶν, τῷ Φιλαδέλφῳ τὴν βασιλείαν θέλειν ἐχωρῆσαι τὸν Πτολεμαῖον· τὸν δ' (Demetrium) ἀποτρέπειν, φάσκοντα « Ἂν ἄλλῳ δῷς, σὺ οὐχ ἕξεις. »

Sequuntur fragmenta, ubi libri diserta mentio non injicitur.

11.

Idem I, 25, de Thalete : Κλύτος δέ φησιν, ὡς Ἡρακλείδης ἱστορεῖ, μονήρη αὐτὸν γεγονέναι καὶ ἰδιαστήν.

12.

Idem I, 98 : Σωτίων δὲ καὶ Ἡρακλείδης καὶ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Ὑπομνημάτων, δύο φασὶ Περιάνδρους γεγονέναι, τὸν μὲν τύραννον, τὸν δὲ σοφὸν καὶ Ἀμβρακιώτην.

13.

Idem II, 43, postquam de Socratis condemnatione locutus est, addit : Οὐ μόνον δ' ἐπὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι πεπόνθασι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστων ὅσων. Καὶ γὰρ Ὅμηρον, καθά φησιν Ἡρακλείδης, πεντήκοντα δραχμαῖς ὡς μαινόμενον ἐτίμησαν, καὶ Τυρταῖον παρακόπτειν ἔλεγον, καὶ Ἀστυδάμαντα πρότερον τῶν περὶ Αἰσχύλον ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ.

14.

Idem II, 113 : Στίλπων Μεγαρεὺς τῆς Ἑλλάδος διήκουσε μὲν τῶν ἀπ' Εὐκλείδου τινῶν· οἱ δὲ καὶ αὐτοῦ Εὐκλείδου ἀκοῦσαί φασιν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ Θρασυμάχου τοῦ Κορινθίου, ὃς ἦν Ἰχθύᾳ γνώριμος, καθά φησιν Ἡρακλείδης.

Idem II, 120 : Τούτου (τοῦ Στίλπωνος) καὶ Ἡρα-

Thebas perfugisset, Epaminondæ præceptor fuit. Refert Heraclides Sarapionis filius in Sotionis epitome scripsisse illum versibus et de toto; secundum item sacrum sermonem, cujus hoc initium,

O juvenes, cuncta hæc animo colitote quieto;

tertium de anima; quartum de pietate; quintum Helothalem, Epicharmi Coi patrem; sextum Crotonem et alios. Porro mysticum sermonem aiunt Hippasi fuisse, conscriptum ad diffamandum Pythagoram; plura item ab Astone Crotoniate scripta Pythagoræ inscripta esse.

9.

Hunc (Epicurum) tum alii dicunt, tum inprimis Heraclides in Sotionis epitome, quum Athenienses Samum colonos misissent, illic nutritum esse, atque octavum et decimum agentem ætatis annum Athenas concessisse, quo tempore Xenocrates in Academia, Aristoteles vero Chalcide scholam habebant. Defuncto autem Alexandro Macedonum rege, quum Athenienses a Perdicca subacti essent, Colophonem se ad patrem contulisse : ubi quum aliquamdiu commoratus esset congregassetque discipulos, Athenas iterum rediisse archonte Anaxicrate, ibique ad aliquod tempus cum ceteris in commune philosophatum esse, deinde seorsum sectam a se vocatam constituisse.

10.

Heraclides in Epitome Successionum Sotionis Ptolemæum ait Philadelpho concedere voluisse regnum, Demetrium vero prohibuisse dicendo, Si alteri dederis, ipse non habebis.

11.

Clytus asserit, ut tradit Heraclides, Thaletem solitarium fuisse ac privatam vitam adamasse.

12.

Sotion et Heraclides et Pamphila in quinto Commentariorum duos aiunt fuisse Periandros, tyrannum alterum, alterum vero sapientem, eumque Ambracioten.

13.

Idem Atheniensibus non modo in Socrate, verum et in aliis viris illustribus permultis accidit. Namque, ut ait Heraclides, Homerum veluti insanientem drachmis quinquaginta mulctarunt, Tyrtæum delirare dixerunt, Astydamantem prius quam Æschylum honorarunt imagine ærea.

14.

Stilpo Megarensis, ejus oppidi quod in Græcia est, audivit quosdam ex Euclidis familia : alii et ipsius Euclidis fuisse auditorem tradunt; Thrasymachi etiam Corinthii illius, qui Ichthyæ familiaris erat, ut ait Heraclides.

χλείδης φησὶ τὸν Ζήνωνα ἀκοῦσαι τὸν τῆς στοᾶς κτίστην.

15.

Diog. II, 138, de Menedemo : Ἦσαν δὲ τρεῖς (θυγατέρες), καθά φησιν Ἡρακλείδης, ἐξ Ὠρωπίας αὐτῷ γυναικὸς γεγεννημέναι.

Idem II, 143, de eodem : Φησὶ δ' Ἡρακλείδης αὐτὸν πᾶν τοὐναντίον, πρόβουλον γενόμενον τῶν Ἐρετριέων πολλάκις ἐλευθερῶσαι τὴν πόλιν ἀπὸ τῶν τυράννων ἐπαγόμενον Δημήτριον· οὐκ ἂν δὴ οὖν προδοῦναι αὐτὸν Ἀντιγόνῳ τὴν πόλιν, ἀλλὰ διαβολὴν ἀναλαβεῖν ψευδῆ· ἐπειτᾶν τε πρὸς τὸν Ἀντίγονον καὶ βούλεσθαι ἐλευθερῶσαι τὴν πατρίδα· τοῦ δὲ μὴ εἴκοντος ὑπ' ἀθυμίας ἀσιτήσαντα ἑπτὰ ἡμέρας τὸν βίον μεταλλάξαι. Τὰ ὅμοια τούτῳ καὶ Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἱστορεῖ. In antecedentibus Diogenes Hermippi narrationem attulerat.

16.

Idem III, 26, de Platone : Φησὶ δ' Ἡρακλείδης, ὅτι νέος ὢν οὕτως ἦν αἰδήμων καὶ κόσμιος, ὥστε μηδέποτ' ὀφθῆναι γελῶν ὑπεράγαν.

17.

Eutocius in Archimedem De circul. dimens. p. 49 ed. Basil. : Ἀλλ' ἔστι μὲν τοῦτο τὸ βιβλίον (sc. περὶ τῆς τοῦ κύκλου μετρήσεως), ὡς φησιν Ἡρακλείδης ἐν τῷ Ἀρχιμήδους βίῳ, πρὸς τὰς τοῦ βίου χρείας ἀναγκαῖον.

Stilponis auditorem fuisse etiam Zenonem Stoicorum principem Heraclides refert.

15.

Menedemus ex Oropia uxore tres habuit filias, teste Heraclide.

Refert Heraclides bis omnino contraria : nam Menedemum senatus principem Eretriam sæpe arcessito Demetrio liberasse ab iis, qui tyrannidem affectarent : non igitur Antigono prodidisse civitatem, sed falsam subiisse calumniam, profectumque ad Antigonum, quum, ut patriam e servitute eriperet, illum inducere non posset, ex animi dolore septem dies totos cibo abstinuisse atque vita excessisse.

16.

Tradit Heraclides juvenem Platonem adeo fuisse verecundum atque compositum, ut nemo unquam viderit effuse ridentem.

17.

Archimedis de circuli mensuratione liber ad vitæ usus perutilis est, uti Heraclides in Vita Archimedis ait.

POSIDONIUS. STRATO. POSTUMIUS. ZENO ET ANTISTHENES RHODII.

Posidonium quendam Persei Macedonis temporibus vixisse ejusque historiam pluribus libris ita exposuisse, ut famæ regis quam narrationis veritati magis inserviisse videatur, ex solo novimus Plutarcho (fr. 1). Si unus est ex variis Posidoniis, quorum aliunde notitia ad nos pervenit, cum Bakio (De Posidon. Rhod. p. 254) intellexerim Posidonium Olbiopolitam, de quo ita Suidas :

Ποσειδώνιος Ὀλβιοπολίτης, σοφιστὴς καὶ ἱστορικός. [Περὶ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῶν κατ' αὐτόν·] Περὶ τῆς Τυρικῆς καλουμένης χώρας· Ἀττικὰς ἱστορίας ἐν βιβλίοις δ'. Λιβυκὰ ἐν βιβλίοις ια' καὶ ἄλλα τινά.

Olbiopolita est civis Olbiæ, urbis Ponticæ. Pro Τυρικῆς Bernhardyus vel Τυριακῆς vel Τυριγετικῆς scribi vult. Cum vulgata cf. Τανικὸν στόμα, ap. Scylac. Peripl. p. 104. Si quid mutandum, malim Τυριτικῆς (gentile est : Τυρίτης. V. Steph. B. s. v.). Scilicet opus erat de regionibus quæ a Tyra (*Dniestr*) fluvio et urbe nomen habent, vel quæ habitantur a Tyrigetis (*Tyrasgetis*, Eichwald. in Annal. Dorpat. III, 1, p. 6). Liber de Oceano pertinet ad Posidonium Rhodium. E reliquis Olbiopolitæ scriptis quæ Suidas l. l. recenset, nihil tulit ætatem. Præterea Suidas s. v. Ποσειδώνιος Ἀλεξανδρεὺς, commemorat Historiarum opus libris LII constans et Μελέτας ῥητορικάς et Ὑποθέσεις εἰς Δημοσθένη, quæ ab aliis Posidonio Alexandrino philosopho, ab aliis probabilius Olbiopolitæ Nostro vindicarentur. In his quoque aliena miscet. Nam magnum istud Historiarum opus procul dubio est Rhodii philosophi. Rhetorica quæ deinceps ponuntur, quominus Olbiopolitæ sint, nihil adeo obstat.

ΠΕΡΙ ΠΕΡΣΕΩΣ.

1.

Plutarchus Paul. Æmil. c. 19, 3 (de pugna loquens, qua Persei exercitum Paullus devicit) : Ὁ δὲ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, ὥς φησι Πολύβιος, τῆς μάχης ἀρχὴν λαμβανούσης ἀποδειλιάσας εἰς πόλιν ἀφιππάσατο σκηψάμενος Ἡρακλεῖ θύειν, δειλὰ παρὰ δειλῶν ἱερὰ μὴ δεχομένῳ μηδ' εὐχὰς ἀθεμίτους ἐπιτελοῦντι. Θεμιτὸν γὰρ οὐκ ἔστιν οὔτε τὸν μὴ βάλλοντα κατευστοχεῖν οὔτε τὸν μὴ μένοντα κρατεῖν οὐδ' ὅλως τὸν ἄπρακτον εὐπραγεῖν οὔτε τὸν κακὸν εὐδαιμονεῖν. Ἀλλὰ ταῖς Αἰμιλίου παρῆν εὐχαῖς ὁ θεός· εὔχετο γὰρ κράτος πολέμου καὶ νίκην δόρυ κρατῶν καὶ μαχόμενος παρεκάλει σύμμαχον τὸν θεόν. Οὐ μὴν ἀλλὰ Ποσειδώνιός τις ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις καὶ ταῖς πράξεσι γεγονέναι λέγων, ἱστορίαν δὲ γεγραφὼς περὶ Περσέως ἐν πλείοσι βιβλίοις, φησὶν αὐτὸν οὐχ ὑπὸ δειλίας οὐδὲ τὴν θυσίαν ποιησάμενον αἰτίαν ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τῇ προτέρᾳ τῆς μάχης τυχεῖν λελακτισμένον ὑφ' ἵππου τὸ σκέλος· ἐν δὲ τῇ μάχῃ, καίπερ ἔχοντα δυσχρήστως καὶ κωλυόμενον ὑπὸ τῶν φίλων, ἵππον αὐτῷ κελεῦσαι τῶν φορείων προσαγαγεῖν καὶ περιδάντα συμμῖξαι τοῖς ἐπὶ τῆς φάλαγγος ἀθωράκιστον· φερομένων δὲ παντοδαπῶν ἑκατέρωθεν βελῶν, παλτὸν ἐμπεσεῖν ὁλοσίδηρον αὐτῷ καὶ τῇ μὲν ἀκμῇ μὴ θιγεῖν, ἀλλὰ πλάγιον παρὰ τὴν ἀριστερὰν πλευρὰν παραδραμεῖν, ῥύμῃ δὲ τῆς παρόδου τόν τε χιτῶνα διακόψαι καὶ τὴν σάρκα φοινίξαι τυφλῷ μώλωπι πολὺν χρόνον διαφυλάξαντι τὸν τύπον. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ποσειδώνιος ὑπὲρ τοῦ Περσέως ἀπολογεῖται.

DE REBUS PERSEI.

1.

Rex Macedonum, ut Polybius refert, commisso prœlio metum non ferens in urbem equo avectus est, sacram se Herculi rem facere simulans, qui tamen deus trepida a trepido non accipit sacra, neque voti illiciti damnat; atqui fas non est, vel eum qui non jaculetur, scopum tangere, vel eum qui fugiat, victoria potiri, et omnino neque bene agere qui nihil agit, neque malus homo felix esse potest. Æmilii vero votum deus probabat; is enim hastam tenens robur in bello et victoriam flagitabat, pugnansque dei auxilium poscebat. Verum Posidonius quidam, qui se eo tempore vixisse rebusque his interfuisse scribit atque historiam Persei pluribus libris composuit, Perseum non timoris causa neque sacrificii prætextu discessisse, sed quod pridie equus ei calce crus feriisset, auctor est, in pugna quoque eum, quanquam esset male affecto corpore et amici dehortarentur, jussisse equum sibi, quo extra bellum vehi consuevisset, adduci, eoque consenso nudum thorace ad phalangem equitasse : ibi volitantibus utrinque omnis generis telis, jaculum ei ferreum adactum, quod mucrone quidem eum non attigerit, sed obliquum juxta latus ejus sinistrum transvolaverit, impetu tamen motus tunicam discinderit, carnemque ita perstrinxerit, ut obscuram sugillationis notam reliquerit, quæ ictum multo tempore testata sit. Hoc modo Perseum Posidonius excusat

2.

Idem ibid. c. 20 : Romani phalangem Macedonicam aggressi primo impetu nihil profecerunt, magnoque damno affecti sunt. Καὶ φυγὴ μὲν οὐκ ἦν, ἀναχώρησις δὲ πρὸς ὄρος τὸ καλούμενον Ὀλόκρον, ὥστε καὶ τὸν Αἰμίλιον ἰδόντα φησὶν ὁ Ποσειδώνιος καταρρήξασθαι τὸν χιτῶνα, τούτων μὲν ἐνδιδόντων, τῶν δ' ἄλλων Ῥωμαίων διατρεπομένων τὴν φάλαγγα προσβολὴν οὐκ ἔχουσαν, ἀλλ' ὥσπερ χαρακώματι τῷ πυκνώματι τῶν σαρισσῶν ὑπαντιάζουσαν πάντοθεν ἀπρόσμαχον.

3.

Idem ibid. c. 21 : In pugna modo memorata λέγονται ὑπὲρ δισμυρίους πεντακισχιλίους ἀποθανεῖν. Τῶν δὲ Ῥωμαίων ἔπεσον, ὡς μὲν Ποσειδώνιός φησιν, ἑκατόν, ὡς δὲ Νασικᾶς, ὀγδοήκοντα.

STRATO.

Diogenes Laert. V, 61 : Γεγόνασι δὲ Στράτωνες ὀκτώ.... Τέταρτος, ἱστορικὸς, Φιλίππου καὶ Περσέως τῶν Ῥωμαίοις πολεμησάντων γεγραφὼς πράξεις. Nihil superstes.

A. POSTUMIUS ALBINUS.

Krause (*Vitt. et fragm. hist. lat.* p. 127) : « A. Postumius Albinus vivo Catone Censorio sed minor floruit, fuitque homo literatus et disertus, censor cum Q. Fulvio Q. F. Flacco a. U. c. 580 (Liv. XLI, 27. XLII, 10. XLIII, 16), consul denique cum L. Licinio Lucullo anno 603, quod Cicero in Brut. c. 21 init., Gellius in N. A. XI, 8, et Macrobius in Saturnalium præfatione iisdem pæne verbis referunt. Iidem cum Plutarcho in Catone (c. 12) auctores sunt, Græce eum historiam scripsisse, de qua tamen nihil præterea constat. Polybius laudat ejus ποίημα et πραγματικὴν ἱστορίαν ita scribens lib. XL, 6 (coll. Plut. l. l.) : Αὖλος Ποστούμιος ἄξιος γέγονεν ἐπισημασίας ἀπ' ἐντεῦθεν. Οἰκίας μὲν γὰρ ἦν καὶ γένους πρώτου, κατὰ δὲ τὴν ἰδίαν φύσιν στωμύλος καὶ λάλος καὶ πέρπερος διαφερόντως. Ἐπιθυμήσας δὲ εὐθέως ἐκ παίδων τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς καὶ διαλέκτου, πολὺς μὲν ἦν ἐν τούτοις καὶ κατακορής· ὥστε δι' ἐκεῖνον καὶ τὴν αἵρεσιν τὴν Ἑλληνικὴν προσκόψαι τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς ἀξιολογωτάτοις τῶν Ῥωμαίων. Τέλος δὲ καὶ ποίημα γράφειν καὶ πραγματικὴν ἱστορίαν ἐνεχείρησεν, ἐν ᾗ διὰ τοῦ προοιμίου παρεκάλει τοὺς ἐντυγχάνοντας συγγνώμην ἔχειν, εἰ Ῥωμαῖος ὢν μὴ δύναται κατακρατεῖν τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου καὶ τῆς κατὰ τὸν χειρισμὸν οἰκονομίας. Πρὸς ὃν οἰκείως ἀπηντηκέναι δοκεῖ Μάρκος Πόρκιος Κάτων· θαυμάζειν γὰρ ἔφη, πρὸς τίνα λόγον ποιεῖται τοιαύτην παραίτησιν. Εἰ μὲν γὰρ αὐτῷ τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον συνέταττε γράφειν ἱστορίαν, ἴσως ἔδει προφέρεσθαι ταῦτα καὶ παραιτεῖσθαι· μηδεμιᾶς δ' ἀνάγκης οὔσης, ἐθελοντὴν ἀπογράψασθαι, κἄπειτα παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν, ἐὰν βαρβαρίζῃ, τῆς ἀπάσης ἀτοπίας εἶναι σημεῖον· καὶ παραπλήσιον, ὡς ἂν εἴ τις, εἰς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἀπογραψάμενος πυγμὴν ἢ παγκράτιον, παρελθὼν εἰς τὸ στάδιον, ὅτε δέοι μάχεσθαι, παραιτοῖτο τοὺς θεωμένους συγγνώμην ἔχειν, ἐὰν μὴ δύνηται μήτε τὸν πόνον ὑπομένειν μήτε τὰς πληγάς. Δῆλον γὰρ, ὡς εἰκὸς, γέλωτα τὸν τοιοῦτον ὄφλειν, καὶ τὴν δίκην ἐκ χειρὸς λαμβάνειν, ὅπερ ἔδει καὶ τοὺς τοιούτους ἱστοριογράφους, ἵνα μὴ κατετόλμων τοῦ καλῶς ἔχοντος. Παραπλησίως δὲ καὶ κατὰ τὸν λοιπὸν βίον ἐζηλώκει τὰ χείριστα τῶν Ἑλληνικῶν. Καὶ γὰρ φιλήδονος ἦν καὶ φυγόπονος. Τοῦτο δ' ἔσται δῆλον ἐξ αὐτῶν τῶν ἐνεστώτων. Ὃς πρῶτος, παρὼν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόποις, καθ' ὃν καιρὸν συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν ἐν Φωκίδι μάχην, σκηψάμενος ἀσθένειαν εἰς Θήβας ἀνεχώρησε, χάριν τοῦ μὴ μετασχεῖν τοῦ κινδύνου· συντελεσθείσης δὲ τῆς μάχης, πρῶτος ἔγραψε τῇ συγκλήτῳ περὶ τοῦ κατορθώματος, προδιασαφῶν τὰ κατὰ μέρος, ὡς μετεσχηκὼς αὐτὸς ἀγώνων. Gellius N. A. XI, 8, ex libro Cornelii Nepotis De illustribus viris ita hæc rettulit : *Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, res Romanas oratione Græca scriptitavit. In ejus Historiæ principio scriptum est ad hanc sententiam : Neminem succensere sibi convenire, si quid in his libris parum composite aut minus eleganter scriptum foret. Nam sum, inquit, homo Romanus, natus in Latio : Græca oratio a nobis alienissima est. Ideoque veniam gratiamque malæ existimationis, si quid esset erratum, postulavit. Eam quum legisset M. Cato : Næ tu, inquit, Aule, nimium nugator es, quum maluisti culpam deprecari quam culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut quum imprudentes erravimus aut quum compulsi peccavimus. Tibi, inquit, oro te, quis perpulit ut id committeres, quod priusquam face-*

2.

Fugam quidem nondum dabant, pedem modo ad Olocrum montem referebant : adeo ut id cernens Æmilius præ dolore tunicam suam disciderit (si Posidonio credimus), quum, cedentibus prioribus ordinibus, reliqui Romani phalangem inaccessam videntes densisque sarissis tanquam vallo præmunitam et ab oppugnatione tutam aversarentur.

3.

Cæsa Macedonum plus quam viginti quinque millia perhibentur : de Romanis autem, ut Posidonius tradit, centum, ut Nasica, octoginta desiderati sunt.

res, peteres ut ignosceretur? Iisdem pæne verbis, ut solet, rem narravit Macrobius in Saturnal. præfatione : cf. etiam Suidas s. v. Ποστούμιος, qui tamen nihil habet de ejus scriptis. Sed ut ad ipsam Albini Historiam revertar, quod Macrobius II, 16 ex Postumii Albini Annali primo affert (*Postumius Albinus Annali primo de Bruto : « Ea causa sese stultum brutumque faciebat; grossulos ex melle edebat* »), videtur hæc latino sermone confecta historia ad alium quendam Albinum referenda esse. Nam quum Cicero, Gellius, Macrobius, Plutarchus accurate animadvertant, Græce nostrum scripsisse Historiam, quumque Plutarcho excepto addant etiam consulem cum L. Lucullo fuisse : nihil sane videtur probabilius, quam voluisse eos Albinum illum ab alio ejusdem nominis, qui Latine annales scripserat, distinguere. Pari modo, qui Lucium Calpurnium Pisonem, cognominatum Frugi, auctorem exhibent, ut ab altero Pisone discernant, appellant etiam censorium. Neque ego adduci possum, ut aut cogitem de translatione latina, aut assentiar Vossio De hist. lat. I, 6, nostrum Albinum et Græcam Historiam et Annales latinos reliquisse statuenti : utriusque enim rei satis diserta testimonia desidero, neque Albini prænomen Macrobius addidit. Deinde Auli Postumii liber De adventu Æneæ citatur a Servio et auctore libelli De origine gentis Romanæ. Sed quum veteres in laudandis librorum indicibus minus accurati esse soleant, ambiguum esse arbitror, num nostri scriptoris Græca historia significetur, an alius homo intelligendus sit. Illud denique recte vidit Vossius De hist. Gr. I, 20, non nostro tribuendos versus esse, quos lib. VII Priscianus (p. 711 ed. Putsch.) affert ex Albini lib. I rerum Romanarum :

Ille cui ternis Capitolia celsa triumphis
sponte deûm patuere, cui freta nulla repostos
abscondere sinus, non tutæ mœnibus urbes.

Nimirum triplex Pompeii triumphus designatur ex tribus orbis partibus reportatus, unus ex Africa de Hiarba, alter ex Hispania de Sertorio, tertius ex Asia de Mithridate ac piratis. Cf. Putschii annot. in Indice et Marium Victorinum p. 1959. »

AULI POSTUMII

LIBER DE ADVENTU ÆNEÆ.

De orig. gent. Rom. c. 15 : *Itaque vino et omni vindemia Jovi publice voto consecratoque, Latini urbe eruperunt, fusoque præsidio, interfectoque Lauso, Mezentium fugam facere coegerunt. Is postea per legatos amicitiam societatemque Latinorum impetravit, ut docet Julius Cæsar lib. I, itemque Aulus Postumius in eo volumine, quod De adventu Æneæ conscripsit atque edidit.*

Servius ad Virg. Æn. IX, 710 : *Postumius De adventu Æneæ et Lutatius Communium historiarum, Baiam Euxini (Oxynii?) comitis Æneæ nutricem et ab ejus nomine Baias vocatas dicunt.*

ZENO ET ANTISTHENES RHODII.

Diogenes Laertius VII, 35 : Γεγόνασι δὲ Ζήνωνες ὀκτώ... Τρίτος, Ῥόδιος, τὴν ἐντόπιον γεγραφὼς ἱστορίαν ἐνιαίαν. Τέταρτος, ἱστορικὸς, τὴν Πύρρου γεγραφὼς στρατείαν εἰς Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπιτομὴν τῶν πεπραγμένων Ῥωμαίοις τε καὶ Καρχηδονίοις.

De Zenone qui Pyrrhi in Italia et Sicilia res gestas scripsit nec non bellorum Punicorum historiam compendiariam confecit, aliunde non constat. Neque magis liquet de Σιδωνιακῶν opere, quod Suidas tribuit Zenoni Sidonio : Ζήνων, Μουσαίου, Σιδώνιος (*), φιλόσοφος Στωικὸς (Ἐριστικὸς conj. Menag.), μαθητὴς Διοδώρου τοῦ κληθέντος Κρόνου, διδάσκαλος δὲ καὶ αὐτὸς Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως. Ἔγραψεν Ἀπολογίαν ὑπὲρ Σωκράτους καὶ Σιδωνιακά. Denique in nullum ex tribus his Zenonibus quadrare videtur quod apud Syncellum p. 167, A, ex Cephalionis Musis narratur, Babylonem a Semiramide muris cinctam esse, ὡς πολλοῖσι λέλεκται, Κτησίᾳ, Ζήνωνι, Ἡροδότῳ. In mentem venit Zeno ille Cretensis qui una cum Ctesia in aula Artaxerxis Memnonis degebat, et sicuti Polycritus Mendæus quamplurimum apud regem valebat (Plutarch. Artox. c. 21; Athenæus I, p. 22, A. Cf. Ctesiæ fragm. 46 et 47) : verum quo magis ille saltandi arte excelluisse dicitur, tanto alienior a scribendis historiis fuerit. Quare nescio an recte conjecerim pro Ζήνωνι reponendum esse Δείνωνι, ita ut notissimi tres rerum Persicarum scriptores apud Syncellum componantur.

Quod Rhodium Zenonem, patriæ historiæ scriptorem, Polybii æqualem, attinet, omnia quæ de vita ejus, scribendi genere, fide et auctoritate comperta habemus, apud unum leguntur Polybium XVI, 14 sqq. (infra fr. 2), ubi tu videas. Verba Diogenis τὴν ἐντόπιον γεγραφὼς ἱστορίαν ἐνιαίαν, quum aperte corrupta sint, Casaubonus scribendum proposuit ἐνιαῖαν, « i. e. μονοδικὴν seu singularem, hoc est singulari volumine con-

(*) Alius est Zeno Sidonius, Epicureus, de quo v. Diog. L. l. l. ibique Menagius.

tentam. » Quod parum mihi probatur : nam satis amplum fuisse historiarum opus ex reliquiis colligitur. Magis arridet Menagii conjectura. « Legi posset, inquit, ἐν ια', i. e. *in undecim libris.* » Ego, ne ἀσύμβολος discedam, reponendum proposuerim : ἐνιαυσιαίαν. Ἐνιαύσιοι dicuntur *Annales* (v. Steph. Thes. s. v.); adjectiva vero ἐνιαύσιος et ἐνιαυσιαῖος usurpantur promiscue. Igitur narrationem suam ita Zeno digesserit, ut, quantum ejus fieri posset, comprehenderet res quæ uno eodemque anno evenerant. Eodem modo Diodorus rem instituit, quem Zenonis historia usum esse novimus.

[ΡΟΔΙΑΚΑ.]

ΕΝΤΟΠΙΟΣ ΙΣΤΟΡΙΑ [ΕΝΙΑΥΣΙΑΙΑ].

Eadem brevius narrantur in Ant. Jud. XII, 1 : Μαρτυρεῖ δὲ λόγῳ τούτῳ καὶ Ἀγαθαρχίδης ὁ Κνίδιος, ὃς τὰς τῶν διαδόχων πράξεις συγγραψάμενος, ὀνειδίζων ἡμῖν δεισιδαιμονίαν, ὡς δι' αὐτὴν ἀποβαλοῦσι τὴν ἐλευθερίαν, λέγει οὕτως· « Ἔστιν ἔθνος Ἰουδαίων λεγόμενον, οἳ πολιν ὀχυρὰν καὶ μεγάλην ἔχοντες Ἱεροσόλυμα, ταύτην ὑπερεῖδον ὑπὸ Πτολεμαίῳ γενομένην, ὅπλα λαβεῖν οὐ θελήσαντες, ἀλλὰ διὰ τὴν ἄκαιρον δεισιδαιμονίαν χαλεπὸν ὑπέμειναν ἔχειν δεσπότην. »

EX INCERTIS OPERIBUS.

20.

Plinius H. N. VII, 2, p. 4. Tchn. : *Similis et in Africa gens Psyllorum fuit, ut Agatharchides scribit, a Psyllo rege dicta, cujus sepulcrum in parte Syrtium majorum est. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, et cujus odore sopirent eas. Mos vero liberos genitos protinus objiciendi sævissimis earum, eoque genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hæc gens ipsa quidem prope internecione sublata est a Nasamonibus, qui nunc eas tenent sedes : genus tamen hominum ex iis, qui profugerant, aut, quum pugnatum est, abfuerant, hodieque remanet in paucis.*

Eadem Ælian. H. A. XVI, 27 : Ἀγαθαρχίδης φησὶν εἶναι γένος ἐν τῇ Λιβύῃ τινῶν ἀνθρώπων, καὶ μέντοι καὶ καλεῖσθαι αὐτοὺς Ψύλλους· καὶ ὅσα μὲν κατὰ τὸν ἄλλον βίον τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων διαφέρειν οὐδέν, τὸ δὲ σῶμα ἔχειν ξένον τε καὶ παράδοξον ὡς πρὸς τοὺς ἑτεροφύλους ἀντικρινόμενον· τὰ γάρ τοι ζῷα τὰ ὄφεις καὶ τὰ ἐγχρίμπτοντα πάμπολλα ὄντα, μηδὲν αὐτοὺς μόνους ἀδικεῖν· οὔτε γοῦν ὄφεως δακόντος ἐπαίουσιν, οὔτε φαλαγγίου νύξαντος ὡς τοὺς ἄλλους εἰς θάνατον, οὔτε μὴν σκορπίου κέντρον ἀπερείσαντος. Ἐπὰν δὲ ἄρα τούτων προσπελάσῃ τι ἅμα καὶ παραψαύσῃ τοῦ σώματος, καὶ ἅμα τι καὶ [τῆς] ὀσμῆς τῆς ἐκείνων [ψαύσῃ ἢ]σπάσῃ, ὥσπερ οὖν φαρμάκου γευσάμενον ὑπνοποιοῦ, κάρωσίν τινα ἑλκτικὴν εἰς ἀναισθησίαν ἐμποιοῦντος, ἐξασθενεῖ καὶ παρεῖται, ἔστ' ἂν παραδράμῃ ὁ ἄνθρωπος. Ὅπως δὲ ἐλέγχουσι τὰ ἑαυτῶν βρέφη, εἴτε ἐστὶ γνήσια, εἴτε καὶ νόθα, ἐν τοῖς ἑρπετοῖς βασανίζοντες, ὡς ἐν τῷ πυρὶ τὸν χρυσὸν οἱ βάναυσοι χρυσουργοί, ἀνωτέρω εἶπον (I, 57). Fortasse hæc quoque in libris De mari Rubro narrata.

Subjicimus quæ e Persicis *Agatharchidis Samii* affert Plutarchus in Parall. minoribus. Ad eundem auctorem revocandos puto Agatharchidis libros De rebus Phrygiis et De lapidibus, qui ab eodem Plutarcho in libro De fluviis commemorantur. Ceterum fuere qui Samium eundem cum Cnidio auctore esse opinarentur.

AGATHARCHIDES SAMIUS.

ΠΕΡΣΙΚΑ.

E LIBRO SECUNDO.

Plutarch. Par. min. c. 2 : Ξέρξης μετὰ πεντακοσίων μυριάδων Ἀρτεμισίῳ προσορμίσας, πόλεμον τοῖς ἐγχωρίοις κατήγγειλεν. Ἀθηναῖοι δὲ συγκεχυμένοι, κατάσκοπον ἔπεμψαν Ἀγησίλαον, τὸν Θεμιστοκλέους ἀδελφὸν, καίπερ Νεοκλέους, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, (καὶ) κατ' ὄναρ ἑωρακότος ἀμφοτέρας ἀποβεβλημένας τὰς χεῖρας. Παραγενόμενος δὲ εἰς τοὺς βαρβάρους ἐν σχήματι Περσικῷ, Μαρδόνιον ἕνα τῶν σωματοφυλάκων ἀνεῖλεν, ὑπολαμβάνων Ξέρξην εἶναι. Συλληφθεὶς δὲ πρὸς τῶν περὶ ξ, δέσμιος ἤχθη πρὸς τὸν βασιλέα. Βουθυτεῖν δὲ τοῦ προειρημένου μέλλοντος ἐπὶ τῷ τοῦ ἡλίου βωμῷ, τὴν δεξιὰν ἀπέθηκε χεῖρα, καὶ ἀστενάκτως ὑπομείνας τὴν ἀνάγκην τῶν βασάνων, ἠλευθερώθη τῶν δεσμῶν εἰπών· « Πάντες μὲν τοιοῦτοι Ἀθηναῖοι· εἰ δ' ἀπιστεῖς, καὶ τὴν ἀριστερὰν ἐπιθήσω. » Φοβηθεὶς δὲ ὁ Ξέρξης φρουρεῖσθαι αὐτὸν προσέταξε, καθάπερ ἱστορεῖ Ἀγαθαρχίδης Σάμιος ἐν δευτέρᾳ τῶν Περσικῶν. Eadem Stobæus Floril. VII, 63, nisi quod pro ἐν δευτέρᾳ τῶν Π. est ἐν δ' τῶν Π.

---

quum illam urbem intraret Ptolemæus Lagi filius cum exercitu, et hominibus, qui urbem custodire debebant, stultitiam observantibus, patria quidem ipsorum acerbum accepit dominum; lex vero convicta est stultam habere consuetudinem. Docuit autem alios omnes, præter ipsos, eventus ille, ut tunc somnia fugerent et a concepta per legem opinione desisterent, ubi in rebus ambiguis humana eos consilia destituunt. »

PERSICA.

1.

Xerxes quingentorum millium exercitu instructus ad Artemisium appulit, ejusque regionis incolas tum hostilia abs se exspectare jussit. Athenienses conturbatis animis, Agesilaum Themistoclis fratrem miserunt exploratum, quanquam pater ejus Neocles in somnis vidisset illum ambabus truncatum manibus. Is Agesilaus ubi pervenit habitu Persico ad barbaros, Mardonium quendam de regis stipatoribus, Xerxem ratus esse, interfecit : comprehensusque a circumstantibus, vinctus ad regem est adductus. Bove tum litaturus erat rex ad aram Solis. Ibi Agesilaus igni in ara excitato dextram imposuit manum, cruciatumque absque ullo pertulit gemitu; vinculis proinde solutus, dixit : « Tales sunt omnes Athenienses : quod si non credis, etiam sini-

ΦΡΥΓΙΑΚΑ.

2.

Plutarchus De fluv. 10, 5 : Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (τῷ Μαρσύᾳ ποταμῷ) λίθος καλούμενος Μάχαιρα· ἔστι γὰρ σιδήρου παραπλήσιος· ὃν ἐὰν εὕρῃ τις τῶν μυστηρίων ἐπιτελουμένων τῆς θεᾶς, ἐμμανὴς γίνεται· καθὼς ἱστορεῖ Ἀγαθαρχίδης ἐν τοῖς Φρυγιακοῖς.

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ.

E LIBRO QUARTO.

3.

Id. ib. 9, 5 : Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (τῷ Μαιάνδρῳ) λίθος παρόμοιος κυλίνδρῳ. Ὃν οἱ εὐσεβεῖς υἱοὶ ὅταν εὕρωσιν, ἐν τῷ τεμένει τῆς μητρὸς τῶν θεῶν τιθέασι, καὶ οὐδέποτε χάριν ἀσεβείας ἁμάρτουσιν, ἀλλὰ φιλοπάτορες ὑπάρχουσι, καὶ πρὸς τοὺς προσήκοντας συμπαθοῦσιν, ὡς ἱστορεῖ Ἀγαθαρχίδης ὁ Σάμιος ἐν δ' Περὶ λίθων. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Δημάρατος ἐν δ' Φρυγίας.

PSAON PLATÆENSIS.

Diodorus XXI, 5 (Exc. Hœsch.) : Ὅτι Δίυλλος Ἀθηναῖος συγγραφεὺς τὰς κοινὰς πράξεις συντάξας ἔγραψε βιβλία εἴκοσιν ἓξ· Ψάων δὲ ὁ Πλαταιεὺς τὰς ἀπὸ τούτου διαδεξάμενος πράξεις ἔγραψε βιβλία τριάκοντα.

Diylli historias pertinuisse usque ad annum 295 supra posuimus (tom. II, p. 360). Hinc suam narrationem exordiens Psaon quantum temporis spatium libris triginta sit complexus, accuratius dici nequit. Probabile est eum ad suam usque ætatem res deduxisse. Suspicor autem Psaonem, Dionysio Halicarnassense antiquiorem, Polybio fuisse paullo juniorem. Certe apud Dionysium De comp. verb. (tom. V, p. 30 ed. R.) Psaonem (vgo Σάωνα) *post* Polybium inter eos poni videmus, qui aptam verborum compositionem neglexerint. Idem Dionysius De Dinarch. c. 8 (tom. V, p. 646) de Psaonis oratione notat hæc : Οἱ δὲ Ἰσοκράτην καὶ τὰ Ἰσοκράτους ἀποτυπώσασθαι θελήσαντες, ὕπτιοι καὶ ψυχροὶ καὶ ἀσύστροφοι καὶ ἀναλθεῖς· οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ περὶ Τιμαῖον καὶ Ψάωνα (sic Ruhnk. pro vg. Πλάτωνα) καὶ Σωσιγένην. — De Sosigene, qui item historicus fuisse videtur, aliunde mihi non constat.

---

stram imposuero. » Xerxes metu concepto in custodia eum jussit asservari. Narratio est Agatharchidæ Samii, libro Persicarum rerum secundo (*al.* quarto).

PHRYGIACA.

2.

Nascitur in Marsya fluvio lapis, qui *machæra* dicitur; nam ferro similis est; quem si quis in deæ mysteria initiatus reperit, in insaniam incidit, ut narrat Agatharchides in Phrygiacis.

DE LAPIDIBUS.

3.

Generatur in Mæandro lapis cylindro similis, quem ubi pii filii invenere, in templo Matris deorum ipsum recondunt nec unquam impie peccant, imo parentes diligunt, et cognatis suis morigeri sunt, ut scribit Agatharchides Samius quarto De lapidibus.

CN. AUFIDIUS ET P. RUTILIUS RUFUS.

CN. AUFIDIUS.

Cicero Tuscul. V, 38 : *Pueris nobis Cn. Aufidius prætorius et in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus decrat, et Græcam scribebat historiam, et videbat in literis.* « Ubi *videbat* retineo, etsi et *vivebat* legere possis ; sed prius malo, quia cæcorum tantum exempla referuntur. Unde et Steph. Pighius Annal. tom. III a. an. U. c. 634 censet, post *prætorius* deesse verba illa, *licet cæcus.* Fortasse est Cn. Aufidius, qui quæstor fuit a. U. c. 635, Cæcilio Metello et Cotta coss., quique a. 640, Balbo et Catone coss., fuit tribunus plebis, et a quo lex Aufidia lata, ut liceret Africanas advehere in Italiam Circensium gratia (Plin. H. N. VIII, 17). Nec diffitendum tamen, duos fuisse Cn. Aufidios, unum prætorium, ut eum Cicero vocat l. l., alterum consularem, quem prior ille adoptarat (Cic. Or. pro dom. 13). » Vossius.

EPITOMÆ.

1.

De orig. gent. Rom. c. 18, 4 : *Aufidius sane in Epitomis et Domitius lib. I* (Aremulum Silvium) *non fulmine ictum, sed terræ motu prolapsum, simul cum eo regiam, in Albanum lacum tradunt.*

2.

Plinius H. N. VI, c. 9, 10 : *Universæ* (Armeniæ) *magnitudinem Aufidius centena millia prodidit.*

P. RUTILIUS RUFUS.

Krause (*Vit. et fragm. hist. Rom.* p. 227) : « P. Rutilius Rufus M. Æmilio Scauro paullo minor natu, Sisennæ æqualis (Vellei. II, 9), est P. Rutilius Sp. F. Sp. N. Rufus. Alii P. Rutilii sunt P. F. P. N. et P. F. L. N. Sed noster natus est patre prætorio ; quæstor fuit anno 633 ; tribunus plebis cum C. Flavio Fimbria a. 639 ; prætor a. 643 ; consul cum Cn. Mallio Marcio a. 649. De morte denique non constat. Notus est autem vitæ probitate et calamite animique constantia et magnitudine, quam præ ceteris prædicat Seneca. A Velleio (II, 13) appellatur *vir non sæculi sui, sed omnis ævi optimus.* Etsi plura de viro tam præstanti commemorari possunt, tamen mittimus hoc loco imperatorem, oratorem, philosophum, jurisconsultum, dicimusque tantum de Rutilio historico. Latine scripsit de vita sua, et minimum quidem quinque libris, cujus operis raro meminit Charisius, rarius etiam et minus accurate Diomedes et Isidorus. Eosdem libros designat Tacitus in Agric. c. 1. Deinde græce condidit Historiam Romanam, ut testis est Athenæus IV, p. 168, D : Οὗτος δ' ἐστὶν Ἀπίκιος ὁ καὶ τῆς φυγῆς αἴτιος γενόμενος Ῥουτιλίῳ τῷ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἐκδεδωκότι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ. Cf. VI, p. 274, C : Μούκιος Σκευόλας τρίτος ἐν Ῥώμῃ τὸν Φάννιον ἐτήρει νόμον καὶ Αἴλιος Τουβέρων καὶ Ῥουτίλιος Ῥοῦφος, ὁ τὴν πάτριον ἱστορίαν γεγραφώς. Quum de antiquissimo tempore auctor non satis diserte laudetur, sunt quibus in Græca historia sua tantum tempora descripsisse videatur. Qui enim exstat locus apud Macrobium Sat. I, 16, ubi explicat Rutilius, cur Romani nundinas instituerint, non cogit nos, ut ab U. c. res gestas eum narrasse arbitremur. At vero quum ejusmodi fragmentum de antiquissimis temporibus supersit, quumque non perspiciatur, cur sui temporis historia confecta etiam vitam suam narrarit, in tanta testimoniorum penuria nihil impedit quominus eodem jure historias ab Urbis origine incepisse putemus. Scripsit autem historiam quum Smyrnæ in exilio esset : saltem eum literarum studiis ibi intentum consenuisse tradit Orosius lib. V, c. 17 extr. Hannibalica autem vel Numantini belli historia, quæ quidem vulgo enumerantur, non est diversus liber, sed eadem historia, quam Athenæus aliique laudant. Suidas v. Ῥουτίλιος ita : Ῥοῦφος, ἐπὶ Σκιπίωνος ἦν, ὃς αὐτῷ συνεστράτευσεν, συγγράψας τὰ τότε φθάσαντα γενέσθαι· ὃς τηνικαῦτα χιλίαρχος ἐγεγόνει, ὥς φησιν Ἀππιανὸς ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἱστορίᾳ. Appianus vero (De bell. Hannib. c. 88) : Ὁ δὲ (Scipio) Ῥουτίλιον Ῥοῦφον συγγραφέα τῶν ἔργων τότε χιλιαρχοῦντα ἐκέλευσε τέτταρας ἱππέων ἴλας λαβόντα, ἀναστεῖλαι τοὺς ἐνοχλοῦντας. Quod pertinet ad ejus auctoritatem, Livius (XXXIX, 52) ei Polybioque fidem derogat, parum firmo argumento usus ; Plutarchus vero in Mario (c. 28), quamquam ipse non optimus judex, si in universum judices, non injuria eum res vere scripsisse dixerit. Sed quamvis res, quibus ipse interfuit, perscripserit, tamen in æstimanda ejus auctoritate obliviscendum non est, vitam eum valde ærumnosam degisse. Denique de stilo Cicero in Brut. c. 30 contendit Rutilium in quodam tristi et severo genere dicendi

versatum esse, id quod etiam sine testimonio suspicari facile possumus, quum dicendi genus a moribus ac vitæ ratione discrepare non queat. In Bruto autem cap. 31 Rutilio non magnam eloquentiam tribuit, et cap. 30 orationes appellat jejunas. » Cf. Vossius p. 184 ed. Westerm.; Lachmann. de font. Liv. II, p. 27. De Rutilio oratore v. Westermann. *Gesch. d. rœm. Bereds.* § 42 et 33, 11. 75, 8. Cf. Bæhr. *Gesch. d. rœm. Lit.* p. 350. 483. 742.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

1.

Macrob. Sat. I, 16 : *Rutilius scribit Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die, intermisso rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent, et ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita a singulis atque universis facile noscebantur.* Ceterum num hæc ex historia petita sint an alio ex opere, haud liquet.

2.

Gellius N. A. VII, 14, 10 : *Admirationi fuisse aiunt Rutilius et Polybius philosophorum trium cujusque generis facundiam. Violenta, inquiunt, et rapida Carneades dicebat, scita et teretia Critolaus, modesta Diogenes et sobria.* Cf. Macrob. I, 5; Plinius H. N. VII, 30; Lact. XV, 17.

3.

Livius XXXIX, 52 : *Scipionem et Polybius et Rutilius hoc anno* (570 anno U.) *mortuum scribunt. Ego neque his neque Valerio assentior*, etc.

4.

Plutarch. Marius c. 28 : Ὡς δὲ Ῥουτίλιος ἱστορεῖ, τὰ μὲν ἄλλα φιλαλήθης ἀνὴρ καὶ χρηστὸς, ἰδίᾳ δὲ τῷ Μαρίῳ προσκεκρουκὼς, καὶ τῆς ἕκτης ἔτυχεν ὑπατείας, ἀργύριον εἰς τὰς φυλὰς καταβαλὼν πολὺ, καὶ πριάμενος τὸν Μέτελλον ἐκκροῦσαι τῆς ἀρχῆς, Οὐαλέριον δὲ Φλάκκον ὑπηρέτην μᾶλλον ἢ συνάρχοντα τῆς ὑπατείας λαβεῖν.

5.

Idem Pompei. c. 37 : Πομπήιον, οὗ τὸν πατέρα παμπόνηρον ἀπέδειξεν ὁ Ῥουτίλιος ἐν ταῖς Ἱστορίαις. Quare Theophanes (fr. 1) in historia sua calumniis Rutilium persecutus esse videtur. Lege antecedentia ap. Plutarch. Locus a Krausio omissus.

6.

Athenæus XII, p. 543, A : Διαβόητος δ' ἦν παρὰ Ῥωμαίοις καὶ Σίττιος ἐπὶ τρυφῇ καὶ μαλακίᾳ, ὥς φησι Ῥουτίλιος.

DE VITA SUA.

7.

E LIBRO I.

Charisius II, p. 176 ed. Putsch. : *P. Rutilius Rufus De vita sua libro primo : Pompeius elaboravit, uti populum Romanum nosset, eumque artificiose salutaret.*

E LIBRO II.

Idem I, p. 100 : *P. Rutilius de vita sua libro secundo : Animo, inquit, constante.*

E LIBRO III.

Idem I, 105 : *Familiare recte P. Rutilius De vita sua libro tertio : Pro L. familiare veniebam.*

E LIBRO IV.

Idem I, p. 119 : *P. quoque Rutilius De vita sua libro quarto, Scaurus libro tertio : Vectigalium se minus fructos.*

E LIBRO V.

Idem I, p. 112 : *P. Rutilius De vita sua V : Ex orbi terrarum.*

Idem p. 96 : *Ædile, ab hoc ædile, non ædili. P. Rutilius De vita sua quinto.*

E LIBRIS INCERTIS.

Diomedes I, p. 371 ed. Putsch. : *Sino, sini, ut P. Rutilius De vita sua : Quodsi me invitum abire sinisset.*

Idem p. 372 : *P. Rutilius De vita sua : Uni una ostentura est.*

Isidorus Hispal. Origg. XX, 11 : *Lecticæ sive plutei lecti, de quibus Rutilius* (vg. *Satilius*) *Rufus De vita sua : Primum, inquit, contra consuetudinem imperatorum ipse pro lectis lecticis utebatur.*

ORATIONES.

De modo ædificiorum. Sueton. Aug. c. 89.

Pro L. Cærucio. Diomedes I, p. 372 ed. P.

Pro se contra Publicanos. Livius epit. 70; Cicero De orat. I, 53. Cf. Meyer. Oratt. Rom. fragm. p. 132.

4.

Rutilius, bonus alioqui vir et verax, sed cui privatim cum Mario offensæ intercesserint, auctor est divisa tributim pecunia Marium sextum consulatum obtinuisse : simulque id, ut Metello repulso Valerius Flaccus sibi administer magis quam collega daretur.

5.

Pompeii patrem Rutilius in Historiis pessimum fuisse hominem demonstravit.

6.

Sittius quoque ob luxuriam et mollitiem apud Romanos famosus erat, ut Rutilius dicit.

PROMATHIDAS HERACLEOTA.

Promathidas Apollonio Rhodio antiquior vel certe æqualis fuit, siquidem recte scholiasta (fr. 4) Apollonium quædam e Promathida mutuatum esse dicit. Contra erravit scholiasta atque junior fuit Promathidas, si verum est, uti est verisimile, Heracleensis historiæ auctorem eundem esse cum Promathida *Heracleota*, cujus ἡμιάμβους atque aliud scriptum quoddam laudat Athenæus (fr. 6 et 7). Eum paullo ante tempora Augustea vixisse statuit Passovius in Schedis criticis (v. Præfat. ad Stephani Byz. edit. Lips. p. LXII). Quod accuratius definiam. Viderat et descripserat Promathidas poculum quod Dionysius Thrax argento a discipulis collato confici sibi curaverat ad imitationem celebrati istius poculi, quod Nestori tribuit Homerus. Narrat hæc Athenæus (fr. 7); neque tamen ipse Promathidæ scriptum inspexerat, sed sua sumpserat ex Asclepiade Myrleano, qui peculiari opere De Nestoride exponens, antequam suam sententiam afferret, aliorum judicia recensuit. Colligitur hoc ex verbis Athenæi, qui post memoratum locum Promathidæ pergit : ἐγὼ δὲ (φησὶν ὁ Μυρλεανὸς) τάδε λέγω, κτλ. Jam vero Asclepiades Myrleanus Romæ floruisse dicitur Pompeii temporibus (Suidas s. v.). Dionysius Thrax floruit circa 110 a. C. Igitur medius ponendus est Promathidas, qui (discipulus, opinor, Dionysii) florere cœperit inde ab an. 80 a. C. Laudatur jam ab Alexandro Polyhistore (fr. 5), qui ætate suppar erat.

Quod historiam Heracleæ attinet, eam fortasse provectior jam ætate Promathidas paullo post annum 69 a. C. composuit. Eo enim anno Heraclea a Romanis eversa est. Fatum vero hoc tristissimum patriæ celeberrimæ, idoneam suppeditabat causam cur post Herodorum et Nymphidem res Heracleensium denuo enarranda Noster sibi sumpserit.

ΠΕΡΙ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ.

1.

Schol. Apoll. Rhod. I, 1126 : Καὶ Προμαθίδας (vg. Προμαχίδας) δὲ ἐν τοῖς Περὶ Ἡρακλείας λέγει περὶ Τιτίου ὅστις ἦν, καὶ Θεοφάνης. Vide Callistratus Περὶ Ἡρακλείας fr. 2.

2.

Idem II, 815, de Idmone apud Mariandynos mortuo Promathidam (Προμηθίδας libri) et Herodorum citat. V. Herodor. fr. 56, tom. II, p. 40.

3.

Idem II, 845 : Οὗτός ἐστιν ὁ Ἴδμων, ὃν ἐχρησμῴδησεν ὁ θεὸς ἐξιλάσκεσθαι Μεγαρεῦσι καὶ Βοιωτοῖς, ὅτε τὴν Ἡράκλειαν ἔμελλον κτίζειν. Τοῦτο δὲ ἔφη ὁ Ἀπολλώνιος, ὡς μὴ εἰδότων τῶν Ἡρακλεωτῶν, τίς εἴη ὁ τεθαμμένος παρ' αὐτοῖς, καὶ χρησμῳδηθεὶς εἶναι πολιοῦχος ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Λέγει δὲ καὶ Προμαθίδας, ὅτι διὰ τὸ ἀγνοεῖν, ὅστις εἴη, ἐπιχώριον ἥρωα καλοῦσιν οἱ Ἡρακλεῶται.

Cod. Paris. sic habet : Οὗτός ἐστιν ὁ Ἴδμων, ὃν ἔχρησεν ἡ Πυθία Μεγαρεῦσι καὶ Βοιωτοῖς ὡς πολιοῦχον ἱλάσκεσθαι, ὅτε Ἡράκλειαν κτίζειν ἔμελλον. Τοῦτο δὲ λέγει, ἐπειδὴ οἱ Ἡρακλεῶται ἠγνόουν τὸν ὀηλωθέντα πολιοῦχον ὑπὸ Ἀπόλλωνος διὰ χρησμοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἀντ' ἐκείνου Ἀγαπήστορα (l. Ἀγαμήστορα) τινὰ, ἐγχώριον ἥρωα, ἐτίμων. Τοῦτο δὲ Προμαθίδας φησίν. Conf. Herodor. fr. 57. Verba Apollonii hæc sunt : Εἰ δέ με καὶ τὸ Χρειὼ ἀπηλεγέως Μουσέων ὕπο γηρύσασθαι, Τόνδε πολισσοῦχον διεπέφραδε Βοιωτοῖσιν Νισαίοισί τε Φοίβος ἐπιρρήδην ἱλάεσθαι, Ἀμφὶ δὲ τήν γε φάλαγγα παλαιγένεος κοτίνοιο Ἄστυ βαλεῖν· οἱ δ' ἀντὶ θεουδέος Αἰολίδαο Ἴδμονος εἰσέτι νῦν Ἀγαμήστορα κυδαίνουσιν.

4.

Idem II, 911 : Ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ Σθενέλου τάφος ἐστὶ τοῦ Ἄκτορος· ὃς συστρατεύσας Ἡρακλεῖ ἐπ' Ἀμαζόνας, τρωθεὶς ἀνεχώρησεν, καὶ ἀπέθανε καθ' ὁδὸν περὶ τὴν Παφλαγονίαν. Τὴν δὲ περὶ [τοῦ] Σθενέλου [τάφου] ἱστορίαν ἔλαβε παρὰ Προμαθίδα, τὰ δὲ περὶ τοῦ εἰδώλου αὐτὸς ἔπλασεν.

Prope tumulum Sthenelı Argonautæ aram ex-

HISTORIA HERACLEÆ.

1.

Etiam Promathidas in iis, quæ de Heraclea scripsit, quis fuerit Titius exponit.

3.

Hic est Idmon, quem ut placarent et pro urbis patrono colerent oraculo dei jussi sunt Megarenses et Bœoti Heracleam condituri. Ita vero dixit Apollonius, quod nesciebant Heraclienses quisnam esset ille apud ipsos sepultus et pro patrono urbis secundum oraculum dei colendus; adeo ut illius loco Agamestorem quendam heroem indigenam colerent, sicuti Promathidas narrat.

4.

In Paphlagonia Sthenelı est sepulcrum Actoridæ, qui Herculis in expeditione contra Amazones socius, quum vul-

struunt Apollini, in qua Orpheus dedicavit lyram : unde Lyræ nomen est loco. Ad hæc schol. II, 929 : Οὗτος μέν φησιν ἐπὶ τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος βωμῷ τὴν λύραν ἀνατεθεῖσθαι ὑπὸ Ὀρφέως, ὁ δὲ Προμαθίδας, ἐπὶ στήλης τινός.

5.

Steph. Byz. : Γάλλος, ποταμὸς Φρυγίας. Οἱ περίοικοι κατὰ μὲν Τιμόθεον Ποταμογαλλῖται, κατὰ δὲ Προμαθίδαν Ποταμογαλληνοί, οὓς παρατίθεται ὁ Πολυίστωρ ἐν τῷ Περὶ Φρυγίας τρίτῳ· καὶ ὅτι τὸν Γάλλον καὶ τὸν Ἄττιν ἀποκόψαι τὰ αἰδοῖα· καὶ τὸν μὲν Γάλλον ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Τύραν ποταμὸν καὶ οἰκῆσαι καὶ τὸν ποταμὸν Γάλλον καλέσαι. Ἀπ' ἐκείνου γὰρ τοὺς τεμνομένους τὰ αἰδοῖα Γάλλους καλοῦσι.

Οἱ περίοικοι... Ποταμογαλληνοί] sic cod. Rhed.; vulg. οἱ περίοικοι Προμαθίδαν Ποταμογαλληνοί. — Τύραν] Holstenius; vulg. Τυρίαν; Τηρίαν Rhedig. — De Gallis nominatis a Gallo fluvio, quippe ad quem initiarentur, v. Etym. p. 220, 23. Plinio 5, 32, 42, tamquam Galatiæ fluvius memoratur *Gallus, a quo nomen traxere Matris deum sacerdotes*. Cf. Forbiger. Geogr. II, p. 378. Timotheum Passovius intelligi vult Milesium citharœdum (de quo laudat sua Melet. crit. in Æschyl. Pers. p. 44, Harles. ad Fabric. B. Gr. III, p. 478; Ast. ad Platon. Resp. 4, 3, p. 483, Gœrenz. ad Cic. Legg. II, 15, Jacobs ad. Anthol. Palat. App. 295, tom. III, p. 948. Alia v. ap. Bode, *Gesch. d. dor. Lyrik* p. 324 sqq). Quod ut credam longe absum. Cogitandum potius de Timotheo theologo, ex quo plura de Phrygum diis, ut de Attye, Berecynthia, affert Arnobius V, 6. Cf. Macrob. Sat. I, 17. Idemque est qui laudatur ap. Plutarch. De Osir. et Is. p. 442, ex quo loco de ætate ejus constat (vid. Manethonis fr. 62). Vixit sub Ptolemæo I. Ceterum fragmentum de Gallo Phrygiæ et Bithyniæ fl. ad Heracleæ historiam apte referre licet; etsi etiam in Hemiambis mythica tractavit Promathidas.

6.

HMIAMBOI.

Athenæus VII, p. 296, B : Προμαθίδας ὁ Ἡρακλεώτης ἐν Ἡμιάμβοις, Πολύβου, τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Εὐβοίας, τῆς Λαρύμνου, γενεαλογεῖ τὸν Γλαῦκον.

E SCRIPTO INCERTO.

7.

Athenæus XI, p. 489, A : Διονύσιος δὲ ὁ Θρᾷξ ἐν Ῥόδῳ λέγεται τὴν Νεστορίδα κατασκευάσαι τῶν μαθητῶν αὐτῷ συνενεγκάντων τἀργύριον. Ὅπερ Προμαθίδας ὁ Ἡρακλεώτης, ἐξηγούμενος τὴν κατὰ τὸν Διονύσιον διάταξιν, φησὶ σκύφον εἶναι, παρακειμένως ἔχοντα τὰ ὦτα καθάπερ αἱ δίπρωροι τῶν νεῶν, περὶ δὲ τὰ ὦτα τὰς περιστερὰς· ὥσπερεὶ δέ τινα ῥοπάλια δύο ὑποκεῖσθαι τῷ ποτηρίῳ πλάγια διὰ μήκους· ταῦτα δ' εἶναι τοὺς δύο πυθμένας. Ὁποῖόν τι καὶ νῦν ἐστιν ἰδεῖν ἐν Καπύῃ πόλει τῆς Καμπανίας ἀνακείμενον τῇ Ἀρτέμιδι ποτήριον, ὅπερ λέγουσιν ἐκεῖνοι Νέστορος γεγονέναι· ἔστι δὲ ἀργύρεον, χρυσοῖς γράμμασιν ἐντετυπωμένα ἔχον τὰ Ὁμηρικὰ ἔπη. Ἐγὼ δὲ (φησὶν ὁ Μυρλεανὸς) τάδε λέγω περὶ τοῦ ποτηρίου κτλ.

PROMATHION.

Promathiones tres habes Chalcedonios (Προμαθίων Θεοδότου et Προμαθίων Προμαθίωνος) in inscript. Chalced. ap. Bœckh. C. I. II, n. 3794. Quartum præbet inscript. Cyzicena (n. 3660), ubi Δίων Προμηθίωνος. De historico Promathione, quem Plutarchus memorat, aliunde non constat,

---

nus accepisset, reversus est, sed iter faciens in Paphlagonia diem obiit. Hanc de Stheneli sepulcro historiam Apollonius sumpsit e Promathida; quæ vero de simulacro *Stheneli Argonautis apparente* adjicit, ipse finxit.

Apollonius in ara, Promathidas vero in columna lyram Apollini dedicatam ab Orpheo esse dicit.

5.

Gallus, Phrygiæ fluvius. Accolæ secundum Timotheum Potamogallitæ, secundum Promathidam Potamogalleni; quos auctores apponit Alexander Polyhistor De Phrygia libro tertio; narratque Gallum et Attyn pudenda abscidisse; atque Gallum ad Tyram fluvium venisse ibique consedisse, fluviumque de suo nomine Gallum appellasse. Hic est a quo castratos vocitant Gallos.

HEMIAMBI.

6.

Promathidas Heracliensis in Hemiambis Glaucum dicit, filium Polybi, qui parentes habuerit Mercurium et Eubœam Larymno natam.

7.

Dionysius Thrax perhibetur Rhodi Nestoridem conficiendam curasse, argentum ei conferentibus discipulis. Quam Promathidas Heracleota, exponens structuram ex Dionysii ratione, ait esse scyphum ansas habentem similiter formatas atque puppes earum navium, quibus duplex puppis est; circaque ansas sedere columbas : subjectas autem esse poculo e transverso, secundum latitudinem, duas veluti minutas clavas aut baculos; atque hos esse duos illos fundos, quos dixit poeta. Quale etiam nunc videre est Capuæ in Campania poculum quoddam Dianæ dicatum, quod aiunt illi fuisse Nestoris : est autem argenteum, aureis literis insculptos habens versus Homericos.

nisi forte Promathionem corrupte pro Promathida laudari statueris.

ΙΣΤΟΡΙΑ ΙΤΑΛΙΚΗ.

Plutarch. Rom. c. 27 : Οἱ δὲ μυθώδη παντάπασι περὶ τῆς γενέσεως διεξίασι. Ταρχετίῳ γὰρ Ἀλβανῶν βασιλεῖ παρανομωτάτῳ καὶ ὠμοτάτῳ φάσμα δαιμόνιον οἶκοι γενέσθαι· φαλλὸν γὰρ ἐκ τῆς ἑστίας ἀνασχεῖν, καὶ διαμένειν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας· εἶναι δὲ Τηθύος ἐν Τυρρηνίᾳ χρηστήριον, ἀφ' οὗ κομισθῆναι τῷ Ταρχετίῳ χρησμὸν, ὥστε συμμῖξαι τῷ φάσματι παρθένον· ἔσεσθαι γὰρ ἐξ αὐτῆς παῖδα κλεινότατον, ἀρετῇ καὶ τύχῃ καὶ ῥώμῃ διαφέροντα. Φράσαντος οὖν τὸ μάντευμα τοῦ Ταρχετίου μιᾷ τῶν θυγατέρων, καὶ συγγενέσθαι τῷ φαλλῷ προσταξάντος, αὐτὴν μὲν ἀπαξιῶσαι, θεράπαιναν δὲ εἰσπέμψαι. Τὸν δὲ Ταρχέτιον, ὡς ἔγνω, χαλεπῶς φέροντα, συλλαβεῖν μὲν ἀμφοτέρας ἐπὶ θανάτῳ· τὴν δ' Ἑστίαν ἰδόντα κατὰ τοὺς ὕπνους ἀπαγορεύουσαν αὐτῷ τὸν φόνον, ἱστόν τινα παρεγγυῆσαι ταῖς κόραις ὑφαίνειν δεδεμέναις, ὡς ὅταν διεξυφήνωσι, τότε δοθησομένας πρὸς γάμον. Ἐκείνας μὲν οὖν δι' ἡμέρας ὑφαίνειν, ἑτέρας δὲ νύκτωρ, τοῦ Ταρχετίου κελεύοντος, ἀναλύειν τὸν ἱστόν. Ἐκ δὲ τοῦ φαλλοῦ τῆς θεραπαινίδος τεκούσης δίδυμα, δοῦναι τινὶ Τερατίῳ τὸν Ταρχέτιον ἀνελεῖν κελεύσαντα. Τὸν δὲ θεῖναι φέροντα τοῦ ποταμοῦ πλησίον· εἶτα λύκαιναν μὲν ἐπιφοιτᾶν μαστὸν διδοῦσαν, ὄρνιθας δὲ παντοδαπούς, ψωμίσματα κομίζοντας, ἐντιθέναι τοῖς βρέφεσιν· ἄχρις οὗ βουκόλον ἰδόντα καὶ θαυμάσαντα, τολμῆσαι προσελθεῖν, καὶ ἀνελέσθαι τὰ παιδία. Τοιαύτης δὲ τῆς σωτηρίας αὐτοῖς γενομένης, ἐκτραφέντας ἐπιθέσθαι τῷ Ταρχετίῳ καὶ κρατῆσαι. Ταῦτα μὲν οὖν Προμαθίων τις ἱστορίαν Ἰταλικὴν συντεταγμένος εἴρηκε.

METRODORUS SCEPSIUS.

Diogenes L. V, 84 : Δημήτριος Σκήψιος, πλούσιος καὶ εὐγενὴς ἄνθρωπος, καὶ φιλόλογος ἄκρως. Οὗτος καὶ Μητρόδωρον προεβίβασε τὸν πολίτην.

Demetrius μειράκιον erat quo tempore primum Romani in Asiam transgressi sunt (Strabo XIII, p. 594), i. e. 190 a. Chr. Natum igitur Clinton. (F. H. tom. III, p. 65) ponit circa an. 214. Metrodorum autem supplicio a Mithridate affectum scimus an. 70. Unde sequitur Demetrio jam senescente Metrodorum fuisse adhuc juvenem. Natales ejus ad annum circiter 145 referendas esse censet Clinton. l. l. p. 143. Quæ de vita ejus produntur hæc sunt :

Strabo XIII, p. 609 : Ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως καὶ ὁ Δημήτριός ἐστιν, οὗ μεμνήμεθα πολλάκις, ὁ τὸν Τρωϊκὸν διάκοσμον ἐξηγησάμενος γραμματικὸς, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς Κράτητι καὶ Ἀριστάρχῳ· καὶ μετὰ τοῦτον Μητρόδωρος, ἀνὴρ ἐκ τοῦ φιλοσόφου μεταβεβληκὼς ἐπὶ τὸν πολιτικὸν βίον, καὶ ῥητορεύων τὸ πλέον ἐν τοῖς συγγράμμασιν· ἐχρήσατο δὲ φράσεώς τινι χαρακτῆρι καινῷ, καὶ κατεπλήξατο πολλούς· διὰ δὲ τὴν δόξαν ἐν Χαλκηδόνι γάμου λαμπροῦ πένης ὢν ἔτυχε, καὶ ἐχρημάτιζε Χαλκηδόνιος· Μιθριδάτην δὲ θεραπεύσας τὸν Εὐπάτορα, συναπῆρεν εἰς τὸν Πόντον ἐκείνῳ μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ ἐτιμήθη διαφερόντως, ταχθεὶς ἐπὶ τῆς δικαιοδοσίας, ἐφ' ἧς οὐκ ἦν τῷ κριθέντι βουλὴ (?) τῆς δίκης ἐπὶ τὸν βασιλέα. Οὐ μέντοι διηυτύχησεν, ἀλλ' ἐμπεσὼν εἰς ἔχθραν ἀδικωτέρων ἀνθρώπων, ἀπέστη τοῦ βασιλέως κατὰ τὴν πρὸς Τιγράνην τὸν Ἀρμένιον πρεσβείαν· ὁ δ' ἄκοντα ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ Εὐπάτορι, φεύγοντι ἤδη τὴν προγονικὴν βασιλείαν· κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν κατέστρεψε τὸν βίον, εἴθ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως, εἴθ' ὑπὸ νόσου· λέγεται γὰρ ἀμφότερα. Περὶ μὲν τῶν Σκηψίων ταῦτα.

Plutarch. Lucull. 22 : Τιγράνης δὲ Μιθριδάτην πρότερον μὲν οὐδ' ἰδεῖν ἠξίωσεν, οὐδὲ προσειπεῖν, οἰκεῖον ἄνδρα, βασιλείας ἐκπεπτωκότα τηλικαύτης, ἀλλ' ἀτίμως καὶ ὑπερηφάνως ἀπωτάτω περιεῖδεν αὐτὸν τρόπον τινὰ φρουρούμενον ἐν χωρίοις ἑλώδεσι καὶ νοσεροῖς· τότε δὲ σὺν τιμῇ καὶ φιλοφροσύνῃ μετεπέμψατο αὐτόν. Καὶ δὴ λόγων εἰς τὰ βασίλεια γενομένων ἀπορρήτων, τὰς πρὸς ἀλλήλους ἐθεράπευον ὑποψίας ἐπὶ κακῷ τῶν φίλων, εἰς ἐκείνους τὰς αἰτίας τρέποντες. Ὧν ἦν καὶ Μητρόδωρος ὁ Σκήψιος, ἀνὴρ εἰπεῖν οὐκ ἀδὴς, καὶ πολυμαθὴς, ἀκμῇ δὲ φιλίας τοσαύτῃ χρησάμενος, ὥστε πατὴρ προσαγορεύεσθαι τοῦ βασιλέως. Τοῦτον,

---

Nonnulli fabulosa plane de ejus ortu referunt : spectrum Tarchetio Albanorum regi, homini teterrimo et sævissimo, divinum domi esse oblatum : genitale enim ex foco ejus masculini sexus exstitisse, per multosque dies comparuisse : ab oraculo autem, quod in Etruria fuerit, Tethydis allatum esse Tarchetio responsum, ut virgo cum spectro coiret, ex qua filium nasciturum clarissimum, virtute, fortuna, robore insignem. Hoc responsum Tarchetius quum uni ex filiabus exposuisset, jussissetque cum genitali illo ut jungeret se ; eam, quod aspernaretur, summisisse ancillam : Tarchetium vero, ut resciverit, graviter offensum ambas in vincula conjecisse, morte vindicaturum ; sed quum Vestæ illi in somnis oblata deterruisset eum a cæde, telam vinctas texere puellas jussisse, ea lege, ut ea detexta in nuptias darentur : atque illas texuisse intordiu, at alias per noctem mandato Tarchetii retexuisse telam. Deinde quum ancilla ex genitali illo geminos esset enixa, Teratio cuidam Tarchetium necandos tradidisse. Illum ad fluvii ripam eos exposuisse ; lupam inde commeasse eo et ubera præbuisse, aves autem varii generis alimenta illis minuta ori indidisse : bubulcum tandem, re cum admiratione conspecta, accedere ausum, infantes sustulisse. Ad hunc modum salvos eductos invasisse in Tarchetium, et superasse. Hæc Promathion quidam in historia, quam scripsit de rebus Italicis, retulit.

ὡς ἔοικεν, ὁ Τιγράνης, πεμφθέντα πρεσβευτὴν ὑπὸ τοῦ Μιθριδάτου πρὸς αὐτὸν, δεομένου βοηθεῖν ἐπὶ Ῥωμαίους, ἤρετο· « Σὺ δ' αὐτὸς, ὦ Μητρόδωρε, τί μοι περὶ τούτων παραινεῖς; » Κἀκεῖνος, εἴτε πρὸς τὸ Τιγράνου συμφέρον, εἴτε Μιθριδάτην σώζεσθαι μὴ βουλόμενος, ὡς μὲν πρεσβευτὴς, ἔφη, κελεύειν, ὡς δὲ σύμβουλος, ἀπαγορεύειν. Ταῦτ' ἐξήνεγκεν ὁ Τιγράνης τῷ Μιθριδάτῃ, καὶ κατεῖπεν, ὡς οὐδὲν ἐργασομένῳ τὸν Μητρόδωρον ἀνήκεστον. Ὁ δ' εὐθὺς ἀνῄρητο· καὶ μετάνοια τὸν Τιγράνην εἶχεν, οὐ παντελῶς ὄντα τῷ Μητροδώρῳ τῆς συμφορᾶς αἴτιον, ἀλλὰ ῥοπήν τινα τῷ πρὸς αὐτὸν ἔχθει τοῦ Μιθριδάτου προσθέντα. Πάλαι γὰρ ὑπούλως εἶχε πρὸς τὸν ἄνδρα· καὶ τοῦτ' ἐφωράθη, τῶν ἀπορρήτων αὐτοῦ γραμμάτων ἁλόντων, ἐν οἷς ἦν καὶ Μητρόδωρον ἀπολέσθαι διατεταγμένον. Ἔθαψεν οὖν ὁ Τιγράνης λαμπρῶς τὸ σῶμα, μηδεμιᾶς πολυτελείας φεισάμενος εἰς νεκρὸν, ὃν ζῶντα προὔδωκεν (70 a. Chr.). De cognomine Μισορωμαίου vid. Plin. H. N. XXXIV, 16 (fr. 9).

Cicero De orat. II, 88 : *Vidi ego summos homines et divina prope memoria, Athenis Charmadam, in Asia quem vivere hodie aiunt* (sc. consule Philippo, 91 a. C. cf. Cic. I, 7) *Scepsium Metrodorum, quorum uterque tamquam literis in cera, sic se aiebat imaginibus in iis locis, quos haberet, quæ meminisse vellet, perscribere* (*).

Id. ib. III, 20 : *Quæstor in Asia quum essem, æqualem fere meum ex Academia rhetorem nactus Metrodorum.* Id. ib. II, 90 : *Audivi et Athenis quum essem doctissimos viros et in Asia istum ipsum Metrodorum Scepsium.* De oratore M. cf. Seneca Contr. V. 34. Westermann. *G. d. gr. Bereds.* p. 188.

Id. Tusc. Qu. I, 24 : *Quanta* (sc. memoria fuisse dicitur), *qui nuper fuit, Scepsius Metrodorus.* (Quæ scripta sunt a. 45.)

(*) Cf. Quintil. I. O. X, 6, 4 et XI, 2, 22, ubi hæc : *Miror quomodo Metrodorus in XII signis, per quæ sol meat, trecenos et sexagenos invenerit locos. Vanitas nimirum fuit atque jactatio circa memoriam suam potius arte quam natura gloriantis.* Plinius H. N. VII, 24 : *Ars* (memnonica) *inventa est a Simonide melico, consummata a Metrodoro Scepsio.*

ΤΑ ΠΕΡΙ ΤΙΓΡΑΝΗΝ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Schol. Apoll. Rh. IV, 133 : Μητρόδωρος ἐν πρώτῳ τῶν Περὶ Τιγράνην τὸν Θερμώδοντα Ἀράξην φησὶ λέγεσθαι. Hunc esse M. Scepsium dubium esse vix potest. Plura de Ponticis locis in seqq. fragmentis occurrunt, quæ ad easdem historias referre licet.

2.

ΠΕΡΙ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Schol. Apoll. Rhod. IV, 834 : Περὶ τὸν πορθμὸν (Siculum) ἐν τῇ θαλάσσῃ πυρὸς ἀναφυσήματα γίνεται, ὥστε καὶ τὴν θάλασσαν θερμαίνεσθαι, ὡς φησι καὶ Μητρόδωρος ἐν πρώτῳ Περὶ Ἱστορίας. Titulus libri vereor ne mancus vel corruptus sit.

Subjicio reliqua, quæ partim ex historiis partim ex opere geographico vel periegetico fluxisse videntur.

3.

Stephan. Byz. : Ὕπανις, ποταμὸς καὶ πόλις μεταξὺ τοῦ Πόντου καὶ τῆς Μαιώτιδος λίμνης... Μητρόδωρος δ' ἐν τετάρτῳ καὶ κρήνην τινὰ πικρὰν ἐς αὐτὸν ἐγχεῖσθαι καὶ ἄποτον ποιεῖν τὸν ποταμόν.

4.

Strabo XI, p. 504 : Ὁ Σκήψιος Μητρόδωρος καὶ Ὑψικράτης, οὐδὲ αὐτοὶ ἄπειροι τῶν τόπων γεγονότες Γαργαρεῦσιν ὁμόρους αὐτάς (sc. τὰς Ἀμαζόνας) φασιν οἰκεῖν ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς πρὸς ἄρκτον τῶν Καυκασίων ὀρῶν, ἃ καλεῖται Κεραύνια.

5.

Plinius XXVIII, 23 : *Quocunque autem alio menstruo, si nudatæ segetem ambiant* (mulieres), *erucas ac vermiculos scarabæosque ac noxia alia decidere. Metrodorus Scepsius in Cappadocia inventum prodit, ob multitudinem cantharidum. Ire ergo per media arva, retectis super clunes vestibus.*

DE REBUS TIGRANIS.

1.

Metrodorus libro primo De rebus Tigranis Thermodontem Araxen dici ait.

2.

DE HISTORIA.

Ad fretum Siculum ignis sunt in mari efflationes, adeo ut iis mare calefiat, teste Metrodoro libro primo De historia.

3.

Hypanis, fluvius et urbs inter Pontum et paludem Mæotidem. Metrodorus libro quarto etiam fontem quendam amarum in eum influere dicit, indeque fieri ut aqua fluvii non sit potabilis.

4.

Metrodorus Scepsius et Hypsicrates, qui et ipsi non ignari horum locorum sunt, Amazones Gargarensibus finitimas habitasse asserunt in radicibus Caucasiorum montium septemtrioni obversorum, qui Ceraunia dicuntur.

6.

Plin. VIII, 14 : *Metrodorus circa Rhyndacum amnem in Ponto* (serpentes tantæ magnitudinis esse dicit), *ut supervolantes quamvis alte perniciter alites haustu raptas absorbeant.*

7.

Idem V, 38 : *Chios... quam Æthaliam Ephorus prisco nomine appellat; Metrodorus et Cleobulus, Chiam, a Chione nympha.*

7 *a*.

Lactant. ad Statii Theb. III, 478 : *Branchus Thessalus fuit dilectus Apollini, ut Hyacinthus, quem acriter interfectum dolens templo et sepulcro consecravit. Illic Branchiades Apollo dicitur; hic Zoamacon (?) opinione Metrodori Periegetici condidit.*

8.

Idem III, 20 : *Metrodorus tamen Scepsius dicit, quoniam circa fontem* (Padi fluvii) *arbor multa sit picea, quales Gallice vocentur Padi, hoc nomen accepisse. Ligurum quidem lingua amnem ipsum Bodincum vocari, quod significet fundo carentem.*

9.

Idem XXXIV, 16 : *Signa quoque Tuscanica per terras dispersa, quæ in Etruria factitata non est dubium. Deorum tantum putarem ea fuisse, ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen a Romani nominis odio inditum est, propter duo millia statuarum Volsinios expugnatos objiceret.*

10.

Tzetzes ad Lyc. 697 : Κύμη καὶ Ὄσσα, ὄρη Ἰταλίας μέγιστα, ὥς φησι Μητρόδωρος.

11.

Plinius XXXVII : *Metrodorus Scepsius* (adamantem) *in eadem Germania et Basilia insula nasci, in qua et succinum, quod equidem legerim, solus dicit, et præfert Arabicis, quod falsum esse quis dubitet?*

12.

ΠΕΡΙ ΣΥΝΗΘΕΙΑΣ.

Strabo XVI, p. 775 : Κροκούττας (in Arabia) δ' ἐστὶ μίγμα λύκου καὶ κυνὸς, ὥς φησιν οὗτος (ὁ Ἀρτεμίδωρος). Ἃ δ' ὁ Σκήψιος λέγει Μητρόδωρος ἐν τῷ Περὶ συνηθείας μύθοις ἔοικε, καὶ οὐ φροντιστέον αὐτῶν. De crocota vel crocotta v. Plinius VII, 45, 30, Schneider. ad Ælian. N. A. VII, 22.

13.

Athenæus IX, p. 391, D : Καὶ Μητρόδωρος δ' ἐν τῷ Περὶ συνηθείας ἀντορχουμένους φησὶν ἁλίσκεσθαι τοὺς σκῶπας.

ΠΕΡΙ ΑΛΕΙΠΤΙΚΗΣ.

14.

Athenæus XII, p. 552, C : Μητρόδωρος ὁ Σκήψιος ἐν β' Περὶ ἀλειπτικῆς Ἱππώνακτα τὸν ποιητὴν οὐ μόνον μικρὸν γενέσθαι τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ λεπτόν· ἀκρότονον δ' οὕτως, ὡς πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ κενὴν λήκυθον βάλλειν μέγιστόν τι διάστημα, τῶν ἐλαφρῶν σωμάτων διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸν ἀέρα τέμνειν, οὐκ ἐχόντων βιαίαν τὴν φοράν.

De *reliquis Metrodoris* v. Voss. H. Gr. p. 475 sq. 54. 180. Jonsius I, 20, 4. — *Metrodori Chii* laudantur Τρωικὰ ap. Athen. IV, p. 184, A (Μητρόδ. ὁ Χῖος ἐν Τρωικοῖς σύριγγα μέν φησιν εὑρεῖν Μαρσύαν καὶ αὐλὸν ἐν Κελαιναῖς, τῶν πρότερον ἑνὶ καλάμῳ συριζόντων), et ejusdem, ut videtur, Ἰωνικὰ ap. Plutarch. Qu. Conv. VI, 2, p. 694, B : Τὸ δὲ τεκμήριον ἐλαμβάνομεν ἐκ τῶν Μητροδώρου Ἰωνικῶν· ἱστορεῖ γὰρ ὅτι Σμυρναῖοι τὸ παλαιὸν Αἰολεῖς ὄντες θύουσι Βουβρώστει ταῦρον μέλανα, καὶ καταχόψαντες, αὐτόδορον ὁλοκαυστοῦσιν. Ceterum num is sit philosophus Metrodorus Chius, Anaxarchi magister, an alius, tu videas.

10.

Cyme et Ossa, Italiæ montes maximi, ut Metrodorus.

DE CONSUETUDINE.

12.

Crocuta (vel crocota) ex cane et lupo hybrida est, ut Artemidorus ait. Quæ vero Metrodorus Scepsius in libro De consuetudine dicit, fabulosa sunt et nullius momenti.

13.

Metrodorus in libro De consuetudine scribit, capi scopes ex adverso aucupum saltantium saltantes.

DE ALIPTICA.

14.

Metrodorus Scepsius secundo libro De aliptica ait, Hipponactem poetam non modo pusillo fuisse corpore, sed et gracili : at tam validis lacertis, ut, præter alia, vacuam olei ampullam ad longissimum intervallum projiceret; quum levia corpora, quoniam minus facile aerem findunt, non violento impetu ferantur.

CORNELIUS ALEXANDER POLYHISTOR.

Suidas : Ἀλέξανδρος ὁ Μιλήσιος, ὃς Πολυΐστωρ ἐπεκλήθη, καὶ Κορνήλιος, διότι Κορνηλίῳ Λεντούλῳ αἰχμαλωτισθεὶς ἐπράθη καὶ αὐτῷ παιδαγωγὸς ἐγένετο· εἶτα ἠλευθερώθη· ἦν δὲ ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τῶν Σύλλα χρόνων καὶ ἐπὶ τάδε (*). Ἀνῃρέθη δὲ ἐν Λαυρεντοῖς, ὑπὸ πυρὸς τῆς οἰκίας φθαρείσης. Καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἑλένη μαθοῦσα τὸ συμβὰν ἀπήγξατο. Ἦν δὲ γραμματικὸς τῶν Κράτητος μαθητῶν. Οὗτος συνέγραψε βιβλία ἀριθμοῦ κρείττω, καὶ Περὶ Ῥώμης βιβλία πέντε. Ἐν τούτοις λέγει ὡς γυνὴ γέγονεν Ἑβραία Μωσὼ, ἧς ἐστι σύγγραμμα ὁ παρ' Ἑβραίοις νόμος. Cf. Eudocia p. 62, ubi eadem brevius. Schol. Apoll. Rh. I, 925 : Ἔστι καὶ .. Χερσόννησος Καρίας, ἔνθεν ἦν Ἀλέξανδρος ὁ Περὶ Καρίας γράψας, qui a Milesio non diversus, Chersonesi natus, Mileti educatus fuerit.

Servius in Virgil. Æn. X, 388 (vid. fr. 28) : *Alexander Polyhistor,.. quem (Lucius) Sylla civitate donavit.*

Suetonius De illustr. gram. c. 20 : C. *Julius Hyginus, Augusti libertus,... studiose et audivit et imitatus est Cornelium Alexandrum, grammaticum Græcum, quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorem multi, quidam Historiam vocant.*

Hæc sunt quæ de vita Alexandri tradita accepimus. Difficultatem movet, quod Alexander discipulus Cratetis et magister Hygini fuisse dicitur. Nam Crates e Wegeneri (De aula Attal.) calculis moritur circa an. 142 a. C., adeo ut Alexandri natales minimum referendi sint ad an. 160 a. C. Hyginus vero Augusti libertus vix potuit nasci ante 70 a. C., adeo ut Alexander etiam post an. 60 centenarius et amplius docendo occupatus fuerit. Hæc a vero abhorrent. Solvere nodum vel secare tentavit Rumpf. (Commentat. De Alex. Pol. p. 5. Heidelbg. 1845). « Errorem, ait, in Suetonii verbis subesse liquet. Mihi verba *et audiit* omnino ejicienda e textu videntur. Ea primus probavit Casaubonus; receperunt Oudendorpius ex Mss., ut ait, Ernestius ex editione Florentina, retinuerunt F. A. Wolfius et Baumgarten-Crusius. Antea legebatur *et avide;* quæ quidem verba quum manifesto sint corrupta, a docto quodam librario in *et audiit* correcta esse videntur. Igitur neutra vera est lectio; illam tamen speciosam quidem maximeque arridentem Suetonii editores receperunt, quod Polyhistoris ætatem non satis cognitam habebant. » — Clintonus F. H. ad an. 83 in Suetonii loco exhibet *studiose et avide imitatus* est, nihil monens de lectionis diversitate. Vel sic tamen statuendum putat Cratetem vixisse usque ad annum 123 a. C., quo tempore Alexander viginti fere annos natus fuisset, adeo ut Sullæ dictatoris temporibus, quibus civitate donatus est, sexagenarius fuerit. Hæc si admittis, admitti fortasse etiam potest Hyginum puerulum audiisse senem nostrum octogenarium. Sed parum hoc probabile (*). Rumpfii vero sententia omnino rejicienda. Etenim Alexander (fr. 47) laudat Promathidam. Is Dionysio Thrace est junior ejusque, ut videtur, discipulus. Dionysius est discipulus Aristarchi. Cum Aristarcho componendus Crates; adeo ut Alexander cum Dionysio componi deberet, si Alexander reapse Cratetem audiisset. Jam vero Alexander laudat auctorem ipso Dionysio juniorem. Hinc igitur colligas Alexandrum componendum potius esse cum Dionysii discipulis, qui Pompeii ætate florebant. Eademque tempora postulant verba Suetonii, uti ex conjectura et deinde e Mss. constituta nunc legi solent. Itaque bene habet Suetonius; perperam Suidas, quem tamen defendere quodammodo possis aliis locis, ubi μαθηταὶ laxiori sensu dicuntur, non auditores,

(*) Καὶ ἐπὶ τάδε] hæc non intellexit Rumpf. vertens *usque ad illius facinora.*

(*) Quæ præterea Clintonus l. l. notat erronea sunt. Polyhistor, ait, though called a Milesian by Suidas, was born in Phrygia. Stephan. Byz. : Κοτιάειον, πόλις Φρυγίας,... ἔνθα ἦν Ἀλέξανδρος ὁ Ἀσκληπιάδου, γραμματικὸς πολυμαθέστατος χρηματίζων, ὃς Περὶ παντοδαπῆς ὕλης τεσσαράκοντα δύο ἔγραψε λόγους [in cod. Rhediger. κδ' ἔγραψε βίους (sueta vocum βίος et βίβλος commutatione)]. Similiter ante Clintonem statuerant Vossius H. Gr. p. 187 sq., Kuster. ad Suid. l. l., Jonsius Scr. H. phil. II, 16 p. 235, Schœll. in Hist. lit. Gr. tom. II, p. 723 (ed. Berlin. 1830). Quibus adde Forbigerum *Geogr.* I, 251, quem hæc opinio in alium etiam induxit errorem. At luce clarius est Al. Asclepiadis filium M. Antonini imperatoris fuisse magistrum, cui λόγον ἐπιτάφιον scripsit Aristides, Orat. XII, tom. I, p. 134 sqq. Dindf., uti monuerunt post Meursium (notæ ad Chalcid. p. 7), Fabricium (B. Gr. IV, p. 379), Burettium (Mém. de l'Acad. X, p. 253), Wegenerus (De aula Attal. p. 192), J. Rumpf. (Commentat. de Alexandri Polyh. vita et script. Heidelberg. 1845, p. 6), Lehrsius (Quæst. Epic. p. 8-16), qui fuse docteque quæ ad Cotyæensem grammaticum pertinent exposuit. Wegeneri sententiam, ex qua Alexander Milesius idem foret cum Alexandro Ephesio et Alexandro Myndio, memorasse sufficiat. Vide Rumpf. l. l. p. 7 sq. — De Alexandro Ephesio vide infra. Ceteros Alexandros recensent Meursius, Voss. l. l., Fabricius B. Gr. tom. II, p. 232 sqq. ed. pr. — Apud Stephan. Byz. v. Παφλαγονία et Αὐλη pro Ἀλέξανδρος legendum Ἀλεξανδρίδης. V. fragm. Alexandridæ Delphi.

sed disciplinæ alicujus addicti. Secundum hæc Alexander libertus Romæ floruerit inter an. 82-60. Quando natus, quando captus, quando mortuus sit, in medio debet relinqui.

SCRIPTA ALEXANDRI.

Historica.

1. Χαλδαϊκά et Ἀσσυριακά (fr. 1-2).
2. Περὶ Ἰουδαίων (fr. 3-24).
3. Ἰταλικά (Περὶ Ῥώμης) βιβλ. ε' (fr. 25-29).

Geographica vel Periegetica.

4. *De Illyrico tractu* (fr. 30).
5. Κρητικά, libris minimum II (fr. 32).
6. Περὶ Εὐξείνου πόντου (fr. 33-38).
7. Περὶ Βιθυνίας (fr. 39-41).
8. Περὶ Παφλαγονίας (fr. 42-44).
9. Περὶ Φρυγίας, libris min. III (fr. 45-53).
10. Περὶ Καρίας, libris min. II (fr. 54-64).
11. Λυκιακά (Περίπλους Λυκίας), lib. m. II (fr. 66-88).
12. Περὶ Κιλικίας (fr. 89-93).
13. Περὶ Κύπρου (fr. 94).
14. Ἰνδικά (fr. 95-97).
15. Περὶ Συρίας (fr. 98-102).
16. Αἰγυπτιακά, libris III (fr. 104-116).
17. Λιβυκά, libris min. III (fr. 117-135).

[Περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης? fr. 135 *a*].

Grammatica.

19. Περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων (fr. 136, 137).

Philosophica.

20. Περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων (fr. 138).

Opera quæ ex conjectura Al. Polyhistori vindicavimus.

21. Φιλοσόφων διαδοχαί (fr. 139-146).
22. Θαυμασίων συναγωγή.

Fragmenta operum incertorum (fr. 147-152).

Tituli geographici num ad unum opus totius orbis terrarum descriptionem complexum referendi sint, an singula opuscula singillatim prodierint, non liquet. Hoc tamen probabilius est. Rerum tractatio, quatenus e Stephani ἀποσπασματίοις judicari potest, eadem prorsus erat, quam apud plurimos Κτίσεων, Περίπλων, Περιηγήσεων scriptores ætatis sequioris obtinuisse novimus. Propria laus Alexandri in eo maxime posita fuisse videtur, ut non unum alterumve scriptorem, prouti optimum quemque judicaret, tacite sequeretur et pro suis aliena venderet; sed varias variorum de eadem re sententias et narrationes undique congestas componeret. An sit ulterius progressus, ac diligentiæ coacervandi et copiæ eruditionis acumen etiam judicis sociaverit, ex reliquiis dignosci nequit; ceterum negare quam affirmare malueris. Quam modo diximus indolem scriptoris vel tenuissima illa quæ apud Stephanum leguntur fragmina comprobant. Nam in libro De Ponto Euxino *Diophantum* laudat (fr. 33); in libro De Paphlagonia *Nicostratum* (fr. 42); in libro De Phrygia *Promathidam* et *Timotheum* (fr. 47.); in libro De Cilicia *Zopyrum* (fr. 89); in libro De Syria *Xenophontem* ἐν ταῖς ἀναμετρήσεσι τῶν ὁρῶν τῆς Συρίας (fr. 99); in Libycis denique *Demosthenem* nescio quem (fr. 131). Similiter etiam in opere De mirabilibus Alexander ἄλλους τῶν οὐκ ἀφανῶν εἰσάγει ταῦτα προϊστορήσαντας, uti testatur Photius. Omnium autem luculentissime sedulitatem excerptoris ostendit liber *De Judæis*, qui totus, ut videtur, ex centonibus auctorum diversissimorum consarcinatus erat. In nostris exscribuntur:

Historici.

1. *Aristeas* ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων, fr. 12.
2. *Artapanus*, ἐν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς, fr. 4. 10. 14.
3. *Cleodemus s. Malchus*, ὁ ἱστορῶν τὰ Περὶ Ἰουδαίων, fr. 7.
4. *Demetrius*, fr. 8, 16.
6. *Eupolemus*, ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων sive Περὶ τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ βασιλέων, fr. 3. 13. 18. 20. 24.
6. *Molo*, ὁ τὴν συσκευὴν τὴν κατὰ Ἰουδαίων γράψας, fr. 5.
7. *Timochares* ἐν τοῖς Περὶ Ἀντιόχου, fr. 21.
8. *Theophilus*, fr. 19.

Geographi.

1. Ὁ τῆς Συρίας σχοινομέτρησιν γράψας, fr. 22.

Poetæ.

1. *Philo*, ἐν τῷ Περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, fr. 6. 11. 23.
2. *Theodotus*, ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων, fr. 9.
3. *Ezechiel*, ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητής, in dramate Ἐξαγωγή inscripto, fr. 15 et 16.

Historicos Aristeam, Artapanum, Cleodemum, Demetrium et Eupolemum, non Græcos, sed Judæos Græcienses fuisse nemo qui fragmenta nostra perlegerit non intelligit, ac de Demetrio quidem et Eupolemo rem testatur Eusebius in Hist. Eccles. VI, 13 (et ex eo Hieronym. De vir. ill. tom. II, p. 865 ed. Veron.), ubi Clemens Alex. meminisse dicitur Φίλωνος καὶ Ἀριστοβούλου Ἰωσήπου τε καὶ Δημητρίου καὶ Εὐπολέμου Ἰουδαίων συγγραφέων. Plura in hanc sententiam disputat Valckenarius

De Aristobulo c. 6. p. 17 sqq. (in Euseb. Pr. Ev. tom. IV, p. 357 ed. Gsfd.).

De *Aristeæ* Ptolemæi Philadelphi æqualis historia Judaica aliunde, quantum sciam, non constat; num genuina hæc historia fuerit, an sicuti notus ille De septuaginta interpretibus liber a seriore Judæo sub Aristæi nomine editus sit, nescitur (v. Rosenmüller. *Handb. d. bibl. Krit.* II, p. 358 sqq.). Vide etiam quos laudat Schœll. in *Gesch. d. Gr. Lit.* tom. II, p. 288.

Artapani præter Eusebium mentionem faciunt Clemens Alex. I, c. 23, p. 149, 1, Chron. Pasch. et Anonym. Chron. in Cram. Anecd. Parisin. tom. II, p. 176; neque tamen novi quidquam, et quod de tempore scriptoris certiores nos reddere possit, afferunt (v. not. ad fr. 14).

De *Cleodemo* aliunde non constat.

Demetrium sub Ptolemæo Philopatore (222-205) Chronica sua composuisse indicare videtur locus Clementis, Strom. I, 21, p. 146 ed. Sylb., ubi hæc :

Δημήτριος δέ φησιν ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων τὴν Ἰούδα φυλὴν καὶ Βενιαμεὶν καὶ Λευὶ μὴ αἰχμαλωτισθῆναι ὑπὸ τοῦ Σεναχηρείμ, ἀλλ' εἶναι ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ταύτης εἰς τὴν ἐσχάτην ἣν ἐποιήσατο Ναβουχοδονόσορ ἐξ Ἱεροσολύμων ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι ὀκτὼ μῆνας ἕξ· ἀφ' οὗ δὲ αἱ φυλαὶ αἱ δέκα ἐκ Σαμαρίας αἰχμάλωτοι γεγόνασιν ἕως Πτολεμαίου τετάρτου ἔτη πενταχόσια [τετρακόσια em. Reinesius] ἑβδομήκοντα τρία μῆνας ἐννέα, ἀφ' οὗ δὲ ἐξ Ἱεροσολύμων ἔτη τριακόσια τριάκοντα ὀκτὼ μῆνας τρεῖς.

Fortasse idem est Demetrius, quem Περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον scripsisse dicit Athenæus XV, p. 680, B. Demetrium eundem esse cum Damocrito, qui de Judæis scripsisse dicitur a Suida voce Δαμόκριτος, statuit Jonsius Scr. Hist. ph. I, 4, 2. Quod minime probabile. Nam quæ Suidas e Damocriti libro affert, hominem ostendunt rerum Judaicarum ignarum, alterumque Apionem, infestum Judæorum detrectatorem.

Eupolemus una generatione quam Alexander antiquior floruisse videtur inter 140-100 a. C. Scilicet ex eo Clemens Alex. Strom. I, 21, p. 146, 16, hæc : Εὐπόλεμος ἐν τῇ ὁμοίᾳ πραγματείᾳ (sc. Περὶ Ἰουδαίων) τὰ πάντα ἔτη φησὶν ἀπὸ Ἀδὰμ ἄχρι τοῦ πέμπτου ἔτους Δημητρίου βασιλείας, Πτολεμαίου (Euerg. II) τὸ δωδέκατον (l. τότε τὸ ἕκτον) βασιλεύοντος Αἰγύπτου συνάγεσθαι ἔτη ,ερμθ', i. e. 5149 (*). Innuit vero Demetrium Nicatorem, qui regnum suscepit a. 146 exeunte. Ejus anno quinto (142 exeunt. — 141 a. C.) quum libertatem Judæis rex concesserit, vides cur ad hunc terminum Eupolemus numeros suos direxerit. Cf. Huet. Demonstr. Ev. Prop. IV, c. 2, qui hunc Eupolemum filium fuisse censet Johannis quem Judas Maccabæus Romam misit legatum. Præter eos scriptores, quos nominavimus ad fr. 13 et 18, Eupolemi meminit Josephus C. Apionem I, 23 : Ὁ μέντοι Φαληρεὺς Δημήτριος (i. e. Pseudo-Dem.) καὶ Φίλων ὁ πρεσβύτερος (poeta, ab Alexandro Polyh. citatus) καὶ Εὐπόλεμος οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον· οἷς συγγινώσκειν ἄξιον· οὐ γὰρ ἐνῆν αὐτοῖς μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς ἡμετέροις γράμμασι παρακολουθεῖν. Igitur Josephus Eupolemum non Judæum, sed Græcum scriptorem esse opinatus est (*).

Molo (plerique Eus. codices exhibent Μήλων) est *Apollonius* Molo Alabandensis, Alexandri Polyhistoris æqualis fere, rhetor celeberrimus, quem Cicero primum Romæ (a. 88), deinde in Rhodo (a. 78) insula audivit (**). Quæ contra Judæos Molo scripsit, eorum complura affert Josephus (***).

mortalibus dedisse annos 3755 (,ψνε'), non vero 3555 (,φνε'); quorum primus incideret in 4106 a. C. Jam vero diis et semideis ex Panodori calculis dantur anni 1184 (vel accuratim 1183½). Igitur deorum regni initium cadit in an. 5290 a. C., qui ex Eupolemi computo mundi annus primus est. Jam quum simili modo Eusebii auctorem dynastiarum mortalium initium cum initio mundi ex alia æra composuisse probabili ratione demonstrasse mihi videar, ac ejusmodi rerum adornatio Judæis chronologis sponte fere in mentem venire deberet, vix dubito quin de annis istis 3755 recte conjecerim, atque calculis his eadem mundi æra subsit, quam Eupolemus noster sequitur.

(*) Fragmenta nostra Eupolemi separatim edidit et commentario instruxit Kuhlmey. Berlin. 1840, notante Rumpfio l. l. p. 20.

(**) Cicero Brut. c. 89 : *Eodem anno* (sc. Sulla et Pompeio coss. a. 88) *etiam Moloni Rhodio Romæ dedimus operam et actori summo causarum et magistro.* Id. ib. c. 91 : *Post a me lota Asia peragrata est et cum summis quidem oratoribus*, etc. *Quibus non contentus, Rhodum veni, meque ad eundem, quem Romæ audiveram, Molonem applicavi.* Cf. Plutarch. Cic. c. 4. Strabo XIV, p. 655, Molonem inter illustres Alabandenses recenset, et p. 660 inter eos, qui Rhodi ἐσοφίστευσαν. Molonem audivit etiam Lucceius (Cic. Ep. ad Att. II, 1) et Cæsar (Plut. Cæs. c. 3; Sueton. Cæs. c. 4). Cf. præterea Cic. De orat. I, 17, 28, De divin. I, 56; Quinctil. XII, 6. III, 1, 16; Walz. Rhet. Gr. tom. VIII, p. 494; Phœbammon p. 89; Porphyr. Qu. Hom. 4. Schol. Arist. Nub. 144, ubi : Τοῦτον (sc. τὸν χρησμὸν Pythiæ versibus trimetris conceptum de Socrate omnium hominum sapientissimo) Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων ἐν τῷ Κατὰ φιλοσόφων ἐψεῦσθαί φησι· τοὺς γὰρ Πυθικοὺς χρησμοὺς ἑξαμέτρους εἶναι. Inter eos qui de rebus Ægyptiorum scripserint, nominatur ap. Cosmam Topograph. Christ. XII, p. 341. Cf. Clinton. F. H. ad an. 88 et 78. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* p. 177, n. 9.

(***) Josephus C. Ap. II, 14 : Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων καὶ Λυσίμαχος καί τινες ἄλλοι τὰ μὲν ὑπ' ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον

(*) Igitur mundi annus primus secundum Eupolemum erat 5290 (5149+141) a. Chr. Vellem hoc mihi innotuisset eo loco ubi de ratione qua Syncelli auctor Panodorus Ægyptiam chronologiam adornaverit, verba feci pag. 537. Suspicatus ibi sum auctorem Syncelli Ægyptiorum regibus

Timochares, qui De rebus Antiochi scripsit, aliunde mihi non notus est. Diversus haud dubie fuit ab Timochare astronomo (schol. Arat. Phæn. 269), de quo vide Schœll. *Gesch. d. Gr. Lit.*, II, p. 244.

Theophilus num is sit qui Ἰταλικά, Πελοποννησιακά, Σικελίας περιήγησιν, alia scripsit (vide auctores ætatis incertæ), non dijudico.

Syriæ mensorem intelligo *Xenophontem*, quem ipse Alexander (Περὶ Συρίας) laudat fr. 97. Eundem esse statuo cum Xenophonte Lampsaceno et Peripli auctore, cujus meminit Plinius (*).

Ceterum sunt qui Judæorum Historiam Alexandro abjudicandam esse censeant. Argumentum rei idoneum non protulerunt, nisi forte argumenti speciem habere putes quæ Rumpfius affert p. 25 : « Ejusmodi commentarios de rebus Judæorum in unum redigere, id quod libro nomen Polyhistoris præ se ferente factum, Judæi neque Græci hominis est. Neque mirum, compilantem istum hominem historiæ suæ Alexandri Polyhistoris nomen inscripsisse, quippe qui diligentissimus antiquitatis mythorumque Asiæ minoris et Syriæ investigator eo tempore haberetur. Quum vero Christiani scriptores posterioris ætatis rem suam paganorum testimoniis confirmandam esse putarent eoque in studio criticam artem prorsus negligerent, nec Eusebius illam fraudem detexisse videtur. » Hæc ille. Videlicet constat scriptores Græcos usque ad Alexandri tempora Judæorum vix nomen protulisse, historiam omnino non curasse. Hoc ad omnes sequentis ævi historicos, qui Græci natione fuerint, transferunt. Si quæ obstare huic sententiæ videntur, ea indicta causa condemnant et verbo removent, figmenta dicentes ævi infimi virorumque obscurorum, qui Græcis nominibus abusi suis suorumque commodis consulere voluissent. Quod quo firmius animis multorum inhæret, tanto est absurdius et in literarum historiam recte intelligendam perniciosius. Quod fusius exponere non hic est locus.

In *Babyloniis* sive *Chaldæis* historiis Alexander præ ceteris *Berosum* exscripsit, cujus ampla fragmenta eidem debemus Eusebio, qui Judaica servavit. Ceterum videri possit Alexander non ipsum Berosum ob oculos habuisse, sed sua ex Apollodori libro nescio quo exscripsisse. Etenim in Eusebio Armen. p. 5 (fr. 5 Berosi) legitur ita : *Hac vero ratione narrationem exorditur* (Berosus), *ut Apollodorus ait*. At laborare ambiguitate h. l. textum Armeniacum annotavit Majus. Rumpf. probabiliter statuit in græcis fuisse ὡς καὶ Ἀπολλόδωρος λέγει. Idemque recte monet Syncellum p. 39, B (Berosi fr. 6) iis quæ Polyhistor e Beroso notaverit opponere ea quæ de eadem re ex eodem Beroso notaverit Apollodorus, adeo ut Polyhistor sua non possit ex Apollodoro mutuatus esse. Nisi fallor, ista καθὼς καὶ Ἀπολλόδωρος λέγει ex glossa ad marginem Eusebii adscripta in textum deinde illata sunt. Ceterum de Babyloniacis hisce Apollodori idem plane valet quod de Ægyptiacis ejusdem auctoris ad Manethonem notavimus.

δὲ κατὰ δυσμένειαν περί τε τοῦ νομοθετήσαντος ἡμῖν Μωϋσέως καὶ περὶ τῶν νόμων πεποίηνται λόγους οὔτε δικαίους οὔτε ἀληθεῖς, τὸν μὲν ὡς γόητα καὶ ἀπατεῶνα διαβάλλοντες, τοὺς νόμους δὲ κακίας ἡμῖν καὶ οὐδεμιᾶς ἀρετῆς φάσκοντες εἶναι διδασκάλους... Τὴν κατηγορίαν ὁ Ἀπολλώνιος οὐκ ἀῤῥόαν, ὥσπερ ὁ Ἀπίων, ἔταξεν ἀλλὰ σποράδην καὶ διὰ πάσης τῆς συγγραφῆς. Ποτὲ μὲν ὡς ἀθέους καὶ μισανθρώπους λοιδορεῖ, ποτὲ δ' αὖ δειλίαν ἡμῖν ὀνειδίζει· καὶ τοὔμπαλιν ἔστιν ὅπου τόλμαν κατηγορεῖ καὶ ἀπόνοιαν. Λέγει δὲ καὶ ἀφυεστάτους εἶναι τῶν βαρβάρων· καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν εἰς τὸν βίον εὕρημα συμβεβλῆσθαι μόνους. Quæ longa disputatione Josephus refellere studet. — II, 7 : *Admiror autem etiam eos, qui ei* (Apioni) *hujusmodi* (Judæos accusandi) *fomitem præbuere, Posidonium et Apollonium Molonem : quoniam accusant quidem nos, quare nos eosdem deos cum aliis non velimus. Mentientes autem pariter, et de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impie agere.* (Sequitur ex Apione historia de asini capite in templo Hieros.) — II, 2 : Μόλων δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς, ὡς αὐτοῖς ἔδοξεν, de tempore exitus Jud. statuerunt.

(*) Plinius H. N. VII, s. 49 : *Xenophon in Periplo Tyriorum insulæ regem DC, atque, ut parce mentitus, filium ejus DCCC* (sc. annis vixisse ait). Antecedunt similia quædam ex Alexandro Polyhistore deprompta (v. fr. 39). Cf. Valer. Max. VIII, 13, 7 : ... *Xenophon, cujus* Περίπλους *legitur; is enim Latmiorum* (?) *regem octingentis vitæ annis donavit. Ac ne pater ejus parum benigne acceptus videretur, ei quoque sexcentos assignavit annos.*

Plinius IV, s. 27 : *Xenophon Lampsacenus a litore Scytharum tridui navigatione insulam esse immensæ magnitudinis, Balliam, tradit. Eandem Pytheas Basileam vocat.* Eadem Solinus c. 22.

Plinius VI, s. 36 : *Contra hoc quoque promontorium* (sc. Hesperion ceras) *Gorgades insulæ narrantur, Gorgonum quondam domus, bidui navigatione distantes a continente, ut tradit Xenophon Lampsacenus. Penetravit in eas Hanno Pœnorum imperator, prodiditque*, etc. Quæ sequuntur ex Hannone petita, ea tamquam Xenophontis narrationem affert Solinus c. 60, sueta negligentia Plinium exscribens. — Præterea hujus Xenophontis nomen legis inter auctores ad Plin. lib. III et V. Cf. Salmasius in Solin. p. 17. — Ad Lampsacenum Xenoph. Reinesius referenda esse putat quæ leguntur ap. Tzetzem ad Lyc. 702 : Καὶ Ξενοφῶν καὶ ἕτεροι μυρίοι περί τε τοῦ Λόρνου στομίου καὶ τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης ἱστόρησαν

ΧΑΛΔΑΙΚΑ.

Excerpsit Alexander libros Berosi, atque aliorum quorundam, ut videtur. Hæc exscripsimus in fragmentis Berosi, ubi vide. Sequentia duo fragmenta Ἀσσυριακά inscribimus, quamquam peculiare de rebus Assyriorum opus disertis verbis Alexandro non tribuitur.

[ΑΣΣΥΡΙΑΚΑ.]

1.

Syncell. p. 359, C : Ἐβασίλευσαν Ἀσσύριοι ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως μέχρι Βελεοῦν τοῦ Δελκετάδου· εἰς τοῦτον γὰρ τοῦ Σεμιράμεως γένους λήξαντος, Βελιταρᾶν κηπουρὸς ἐβασίλευσε καὶ τὸ ἐκείνου γένος ἑξῆς μέχρι Σαρδαναπάλλου, καθὰ Βίωνι δοκεῖ καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πολυίστορι.

2.

Agathias II, 25, p. 119 ed. Bonn. : Πρῶτοι μὲν γὰρ, ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, Ἀσσύριοι λέγονται ἅπασαν τὴν Ἀσίαν χειρώσασθαι, πλὴν Ἰνδῶν τῶν ὑπὲρ Γάγγην ποταμὸν ἱδρυμένων. Νίνος τε πρότερον φαίνεται καὶ βασιλείαν ἐνταῦθα βεβαίαν καταστησάμενος, Σεμίραμίς τε αὖ μετ' ἐκεῖνον, καὶ ἑξῆς ἅπαντες οἱ τούτων ἀπόγονοι μέχρι καὶ ἐς Βελεοῦν τὸν Δερκετάδου· ἐς τοῦτον γὰρ δὴ τὸν Βελεοῦν τῆς τοῦ Σεμιραμείου φύλου διαδοχῆς παυσαμένης, Βελιταράς τις ὄνομα, φυτουργὸς ἀνὴρ καὶ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις κήπων μελεδωνὸς καὶ ἐπιστάτης, ἁρπώσατο παραλόγως τὴν βασιλείαν, καὶ τῷ οἰκείῳ ἐνεφύτευσε γένει, ὥς που Βίωνι γέγραπται καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πολυίστορι, ἕως ἐς Σαρδανάπαλλον, [ἐφ' οὗ] ὡς ἐκεῖνοί φασι, τῆς ἀρχῆς ἀπομαρανθείσης, Ἀρβάκης ὁ Μῆδος καὶ Βέλεσυς ὁ Βαβυλώνιος ἀνήρηνται αὐτὴν τοὺς Ἀσσυρίους, καθελόντες τὸν βασιλέα, καὶ ἐς τὸ Μηδικὸν μετέστησαν ἔθνος, ἔξ τε καὶ τριακοσίων ἤδη πρὸς τοῖς χιλίοις καὶ ὀλίγῳ πλειόνων ἐτῶν παρῳχηκότων, ἐξ οὗ τὰ πρῶτα ὁ Νίνος τῶν ἐκείνῃ κατέσχε πραγμάτων. Οὕτω γὰρ Κτησίᾳ τῷ Κνιδίῳ τοὺς χρόνους ἀναγραψαμένῳ καὶ Διόδωρος ξύμψηφον δ Σικελιώτης. Μῆδοι τοίνυν αὖθις ἐκράτουν, καὶ ἅπαντα τοῖς ἐκείνων ἐτάττοντο νόμοις. Ἔτη δὲ καὶ τούτων ἐν τῇ ἀρχῇ διανυσάντων οὐ μεῖον ἢ τριακόσια Κῦρος ὁ Καμβύσου τὸν Ἀστυάγην καταπολεμήσας, ἐπὶ Πέρσας τὴν ἡγεμονίαν μετήγαγε. Πῶς δὲ οὐκ ἤμελλεν, Πέρσης τε ὢν αὐτὸς ἰθαγενὴς, καὶ ἅμα χαλεπαίνων τοῖς Μήδοις διὰ τὰς σὺν Ἀστυάγει παρατάξεις; Κρατήσαντες δὲ καὶ οἱ Περσικοὶ βασιλεῖς ὀκτώ τε καὶ εἴκοσι καὶ διακόσια ἔτη, καὶ μέντοι καὶ τούτων ἀρχὴ τελεώτατα διερρύη, στρατῷ ἐπηλύτῃ καὶ βασιλεῖ ἀλλοτρίῳ καταλυθεῖσα. Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ Φιλίππου Δαρεῖον ἀποκτείνας τὸν Ἀρσάμου τὸν βασιλέα, καὶ ἅπασαν τὴν Περσίδα παραστησάμενος ἐς Μακεδονικὴν τὰ πράγματα μετέθηκε πολιτείαν. Οὕτω γὰρ ἦν μεγαλουργὸς ἐς τὰ μάλιστα καὶ ἀμαχώτατος, ὡς, ἐπειδὴ αὐτὸν καὶ ἀποβιῶναι ξυνέβη, ὅμως τοὺς ἐκείνου διαδόχους, Μακεδόνας γε ὄντας, κατασχεῖν ἐπιπλεῖστον τῆς ἀλλοδαπῆς καὶ ὀθνείας, καὶ ἐπὶ μέγα δυνάμεως ἀφικέσθαι. Καὶ οἶμαι ἄχρι καὶ ἐς τόδε τοῦ καιροῦ ἦρχον ἂν καὶ ἐπεκράτουν, τῇ τοῦ οἰκιστοῦ κρατυνόμενοι δόξῃ, εἰ μὴ ἐς ἀλλήλους στασιάσαντες, καὶ θαμὰ κατά τε σφῶν αὐτῶν καὶ πρὸς Ῥωμαίους παραταξάμενοι, τοῦ πλείονος ἔκατι, διέλυσαν τὰς οἰκείας δυνάμεις, καὶ οὐκέτι ἀνάλωτοι τοῖς πέλας

[DE REBUS ASSYRIORUM.]

1.

Regnarunt Assyrii inde a Nino et Semiramide usque ad Beleum Dercetadæ filium : in hoc enim quum Semiramidis genus defecisset, Belitaran hortulanus ejusque posteri deinceps regnarunt usque ad Sardanapallum, uti Bioni et Alexandro Polyhistori videtur.

2.

Primi omnium, de quibus auditu aliquid accepimus, Assyrii dicuntur totam subegisse Asiam præter Indos, qui ultra Gangem fluvium sedes habent. Ninus ibi primum regiam potestatem constituisse dicitur, et post hunc Semiramis, et deinde omnes horum posteri usque ad Beleum Dercetadæ filium. In hunc enim Beleum successio stirpis Semiramideæ desiit, et Belitaras quidam nomine, vir insitor, regiorum hortorum præfectus et inspector, inopinato regnum sibi vindicavit, et suæ generi insevit, ut apud Bionem alicubi scribitur et apud Alexandrum Polyhistorem, usque ad Sardanapallum, cujus temporibus quum emarcuisset, ut illi dicunt, regia potestas, Arbaces Medus et Belesys Babylonius, rege interfecto, Assyriis eam ademerunt et in Medicam gentem transtulerunt, annis mille trecentis et paullo amplius jam præterlapsis, inde a quo primum Ninus in his regionibus rerum potitus erat. Ita enim Ctesiæ Cnidio tempora describenti Diodorus etiam Siculus assentitur. Medi itaque rursum imperium sunt adepti, omniaque ipsorum legibus constituebantur. Quum vero etiam hi annis non minus trecentis imperio essent potiti, Cyrus Cambysæ filius Astyage debellato ad Persas imperium traduxit. Quo pacto enim id non erat facturus, quum et Persa ipse esset indigena, simulque Medis infensus ob prœlia cum Astyage habita? Quum vero etiam Persici reges annis octo et viginti supra ducentos imperassent, etiam horum imperium penitus est collapsum, ab externo exercitu et rege alienigena dissipatum. Alexander enim Philippi filius interfecto Dario rege, Arsami filio, totaque Perside subacta, ad Macedonicum imperium res transtulit. Ita enim rerum gestarum magnitudine eximie clarus erat belloque insuperabilis, ut etiam postea, quum e vivis excessisset, successores tamen ipsius, Macedones quum essent, alienam exteramque regionem quam diutissime in potestate retinuerint, et ad summam potentiam evaserint. Et sane arbitror eos etiam in hunc usque diem regnaturos imperiumque obtenturos fuisse, Alexandri gloria suffultos, nisi inter se dissidentes frequentibusque prœliis tum adversus se mutuo tum adversus Romanos habitis, plura habendi studio suas ipsorum vires potentiamque fregissent,

ἐδόκουν. Τοιγάρτοι ἄρξαντες οὐ λίαν ἐλάττονα χρόνον τῶν Μήδων ὅτι μὴ ἑπτὰ ἔτεσι δέοντα (πειστέον γὰρ κἀνταῦθα τῷ Πολυΐστορι), ἐς τοσοῦτον δὴ οὖν κρατήσαντες, Παρθυαῖοί γε αὐτοὺς, ἔθνος κατήκοον καὶ ἥκιστα ἐν τῷ πρὸ τοῦ ὀνομαστότατον, παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς τοὺς Μακεδόνας. Καὶ εἶτα ἐκεῖνοι τῶν ὅλων πλὴν Αἰγύπτου ἡγοῦντο, Ἀρσάκου μὲν πρότερον τῆς ἀποστάσεως ἀρξαμένου, ὡς καὶ Ἀρσακίδας τοὺς μετ' αὐτὸν ὀνομάζεσθαι, Μιθριδάτου δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον ἐς μέγα τι κλέος τὸ Παρθυαίων ὄνομα ἐξενεγκότος. Ἑβδομήκοντα δὲ ἐτῶν ἤδη ἐπὶ διακοσίοις παρωχηκότων ἀπὸ Ἀρσάκου τοῦ προτέρου ἐς Ἀρτάβανον τὸν ἔσχατον βασιλέα, ἡνίκα τὰ Ῥωμαίων πράγματα ὑπὸ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μαμαίας παιδὶ ἐτετάχατο, κατ' ἐκεῖνο δὴ τοῦ καιροῦ τὸ Χοσρόου τοῦ καθ' ἡμᾶς βασιλεύειν ἤρξατο γένος.

In hoc loco quam maxime offendunt verba : πειστέον γὰρ κἀνταῦθα τῷ Πολυΐστορι κτλ. Statuerat igitur Alexander Polyhistor successores Alexandri M. (i. e. reges Syriæ) Asiam tenuisse septem tantum annis minus quam Medos olim. Medis in antecc. tribuuntur anni circiter trecenti. Secundum hæc Macedones regnassent an. 293 (331-39 a. C.). Ac revera ita computasse Agathiam liquet ex seqq., ubi Parthi deinceps principatum Asiæ tenuisse dicuntur per annos 270, i. e. usque ad an. 229 p. Chr.; quamquam is quoque computus non est accuratissimus; quum Parthorum imperium eversum sit an. 226 p. C. Sed hoc utut est, satis patet quæ de Macedonum regno inepta produntur, non dicta esse ex mente Alexandri Polyhistoris. Temere hujus auctoris testimonium adduci censuit Niebuhrius ad h. l. Ne longus sim, Alexander hæc tradidisse mihi videtur. « Post Medos, dixerit, in Asia regnarunt Persæ per annos 228 (559-331 a. C.); deinde Alexander ejusque successores, Syriæ reges, per annos 345 (231-87) ad illud usque tempus quo Syriam occupavit Tigranes. Hinc Asiæ principatus penes Parthos erat, qui olim (an. 250 vel 256) sub Arsace a Syris defecerant. Igitur Macedonicæ stirpis reges septem tantum annis minus quam Medi olim regnarunt. Nam Medi regnarunt annis 252 (252 — 245 = 7). » Sic, puto, Alexander. Agathias eo peccavit quod in calculis subducendis profectus est ab annis 300, quos in antecc. Medis assignaverat. Alexander si ita statuisset, perineptus homo foret, et quam erat junior. Deinde quum Macedonum regnum ad annum exputet, jure postulamus etiam Medorum tempora, ex quibus pendet alter computus, accurate fuisse tradita, non vero indicata esse ore rotundo vagisque illis : ἔτη οὐ μεῖον ἢ τριακόσια (quibus Ctesianus computus, annorum 315, inest). Probabile igitur, Alexandrum pro more suo diversas de Medorum regno sententias protulisse, eam vero, qua Alexandri de Macedonum in Asia temporibus supputatio nititur, ab Agathia confusam esse cum altera. Ceterum annos 252 Medis assignat æqualis Polyhistoris Castor Rhodius (v. fragm. Chron. p. 160); Tigranem vero anno 87 a. C. Seleucidarum regnum occupasse cum Nostro statuit Justinus XL, 1 (Cf. Clinton. F. H. tom. III, p. 340).

ΠΕΡΙ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

Eusebius Pr. Ev. IX, 17 p. 418 sqq. (tom. II, p. 370 sqq. ed. Gaisfd.)

3.

ΕΥΠΟΛΕΜΟΥ

περὶ Ἀβραὰμ,

ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος Περὶ Ἰουδαίων γραφῆς.

Cap. 17 : Συνᾴδει δὲ τούτοις καὶ ὁ Πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος, πολύνους ὢν καὶ πολυμαθὴς ἀνὴρ, τοῖς τε μὴ πάρεργον τὸν ἀπὸ παιδείας καρπὸν πεποιημένοις Ἕλλησι γνωριμώτατος, ὃς ἐν τῇ Περὶ Ἰουδαίων συντάξει τὰ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ τοῦτον ἱστορεῖ κατὰ λέξιν τὸν τρόπον.

« Εὐπόλεμος δὲ ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων, τῆς Ἀσσυρίας φησὶ πόλιν Βαβυλῶνα πρῶτον μὲν κτισθῆναι ὑπὸ

effecissentque ut non amplius finitimis insuperabiles viderentur, quum alioquin imperassent non minore temporis spatio quam Medi, septem videlicet annis minus; nam etiam hac in re credendum est Polyhistori. Quum itaque tanto tempore imperassent, a Parthis, gente aliis subdita minimeque antea celebri, imperio sunt exuti; qui deinceps eo universo, Ægypto excepta, sunt potiti, Arsace quidem primum defectionis auctore, adeo ut Arsacidæ, qui eum secuti sunt, dicti fuerint. Mithridates vero non multo post ad magnam gloriam Parthorum nomen evexit. Annis autem septuaginta supra ducentos ab Arsace primo ad Artabanum ultimum regem usque elapsis, quum Romanorum res sub Alexandro Mamææ filio essent constitutæ, sub id tempus Chosrois progenies apud nos regnare cœpit.

3.

EUPOLEMI NARRATIO.

De Abrahamo ex Alexandri Polyhistoris opere De Judæis.

Hisce Polyhistor Alexander plane suffragatur, vir summi ingenii multæque eruditionis idemque Græcis hominibus, qui non leviter et defunctorie doctrinæ fructum degustarunt, longe notissimus. Is igitur in ea quam de Judæis texuit historia res Abrahami sic ad verbum exsequitur.

« Eupolemus, inquit, in ea quam de Judæis Assyriis habet disputatione auctor est primum quidem Babylonem urbem

τῶν διασωθέντων ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ· εἶναι δὲ αὐτοὺς Γίγαντας· οἰκοδομεῖν δὲ τὸν ἱστορούμενον πύργον. Πεσόντος δὲ τούτου ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας, τοὺς Γίγαντας διασπαρῆναι καθ' ὅλην τὴν γῆν. Δεκάτῃ δὲ γενεᾷ, φησὶν, ἐν πόλει τῆς Βαβυλωνίας Καμαρίνῃ (ἣν τινας λέγειν πόλιν Οὐρίην, εἶναι δὲ μεθερμηνευομένην Χαλδαίων πόλιν) ἐν τρισκαιδεκάτῃ [fort. ἐν τοίνυν ὃ.] γενέσθαι Ἀβραὰμ γενεᾷ, εὐγενείᾳ καὶ σοφίᾳ πάντας ὑπερβεβηκότα, ὃν δὴ καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ Χαλδαϊκὴν εὑρεῖν, ἐπί τε τὴν εὐσέβειαν ὁρμήσαντα εὐαρεστῆσαι τῷ θεῷ. Τοῦτον δὲ διὰ τὰ προστάγματα τοῦ θεοῦ εἰς Φοινίκην ἐλθόντα κατοικῆσαι, καὶ τροπὰς ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τὰ ἄλλα πάντα διδάξαντα τοὺς Φοίνικας εὐαρεστῆσαι τῷ βασιλεῖ αὐτῶν. Ὕστερον δὲ Ἀρμενίους ἐπιστρατεῦσαι τοῖς Φοίνιξι· νικησάντων δὲ καὶ αἰχμαλωτισαμένων τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ, τὸν Ἀβραὰμ μετὰ οἰκετῶν βοηθήσαντα ἐγκρατῆ γενέσθαι τῶν αἰχμαλωτισαμένων, καὶ τῶν πολεμίων αἰχμαλωτίσαι τέκνα καὶ γυναῖκας. Πρέσβεων δὲ παραγενομένων πρὸς αὐτὸν, ὅπως χρήματα λαβὼν ἀπολυτρώσῃ ταῦτα, μὴ προελέσθαι τοῖς δυστυχοῦσιν ἐπεμβαίνειν, ἀλλὰ τὰς τροφὰς λαβόντα τῶν νεανίσκων ἀποδοῦναι τὰ αἰχμάλωτα, ξενισθῆναί τε αὐτὸν ὑπὸ πόλεως ἱερὸν Ἀργαριζίν, ὃ εἶναι μεθερμηνευόμενον ὄρος Ὑψίστου· παρὰ δὲ τοῦ Μελχισεδὲκ ἱερέως ὄντος τοῦ Θεοῦ καὶ βασιλεύοντος λαβεῖν δῶρα. Λιμοῦ δὲ γενομένου, τὸν Ἀβραὰμ ἀπαλλαγῆναι εἰς Αἴγυπτον πανοικίᾳ κἀκεῖ κατοικεῖν, τήν τε γυναῖκα αὐτοῦ τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων γῆμαι, φάντος αὐτοῦ ἀδελφὴν εἶναι. Περισσότερον δὲ ἱστόρησεν ὅτι οὐκ ἠδύνατο αὐτῇ συγγενέσθαι, καὶ ὅτι συνέβη φθείρεσθαι αὐτοῦ τὸν λαὸν καὶ τὸν οἶκον· μάντεις δὲ, αὐτοῦ καλέσαντος, τοῦτο φάναι, μὴ εἶναι χήραν τὴν γυναῖκα· τὸν δὲ βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων οὕτως ἐπιγνῶναι, ὅτι γυνὴ ἦν τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ἀποδοῦναι αὐτὴν τῷ ἀνδρί. Συζήσαντα δὲ τὸν Ἀβραὰμ ἐν Ἡλιουπόλει τοῖς Αἰγυπτίων ἱερεῦσι πολλὰ μεταδιδάξαι αὐτοὺς, καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ τὰ λοιπὰ τοῦτον αὐτοῖς εἰσηγήσασθαι, φάμενον Βαβυλωνίους ταῦτα καὶ αὐτὸν εὑρηκέναι, τὴν δὲ εὕρησιν αὐτῶν εἰς Ἐνὼχ ἀναπέμπειν, καὶ τοῦτον εὑρηκέναι πρῶτον τὴν ἀστρολογίαν, οὐκ Αἰγυπτίους. Βαβυλωνίους γὰρ λέγειν πρῶτον γενέσθαι Βῆλον, ὃν εἶναι Κρόνον· ἐκ τούτου δὲ γενέσθαι Βῆλον καὶ Χαναὰν, τοῦτον δὲ τὸν Χαναὰν γεννῆσαι τὸν πατέρα τῶν Φοινίκων, τούτου δὲ Χοὺμ υἱὸν γενέσθαι, ὃν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λέγεσθαι Ἄσβολον, πατέρα δὲ Αἰθιόπων, ἀδελφὸν δὲ τοῦ Μισραΐμ, πατέρα Αἰγυπτίων. Ἕλληνας δὲ λέγειν τὸν Ἄτλαντα εὑρηκέναι ἀστρολογίαν· εἶναι δὲ τὸν Ἄτλαντα τὸν αὐτὸν καὶ Ἐνώχ· τοῦ δὲ Ἐνὼχ γενέσθαι υἱὸν Μαθουσάλαν, ὃν πάντα δι' ἀγγέλων Θεοῦ γνῶναι, καὶ ἡμᾶς οὕτως ἐπιγνῶναι.

4.

ΑΡΤΑΠΑΝΟΥ

Περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς αὐτῆς γραφῆς τοῦ Πολυΐστορος.

Cap. 18 : Ἀρτάπανος δέ φησιν ἐν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς

---

ac postmodo turrim illam historicorum omnium ore jactatam ab iis qui diluvium effugissent (Gigantes illi erant) excitatam, eaque deinde summa numinis potestate disjecta, toto passim orbe distractos ac dissipatos Gigantes. Idem ætate decima Camarinæ, quæ Babyloniæ civitas est, quamque Urien nonnulli vocant, Græci Chaldæopolin interpretantur, Abrahamum natum esse tradit, qui quum nobilitate et sapientia omnes anteiret, tum vero astrologiam pariter et Chaldaicam invenerit, et singulari studio pietatis divinam sibi gratiam conciliarit. Hunc porro divino jussu, collocato rerum suarum in Phœnicia domicilio, solis lunæque conversiones ac reliqua id genus omnia Phœnices docuisse, quæ res summe gratiosum eum apud regem effecerit. Postea vero quum appetitos bello Phœnices Armenii superassent, ipsumque Abrahami nepotem captivum abducerent, Abrahamum servorum manu stipatum auxilium ei tulisse, victores suam in potestatem redegisse, eorumque liberos et uxores belli jure captos abegisse. Verum legatis ad ipsum ab hoste missis, qui captivos pecunia redimerent, victis eum insultare ferocius noluisse, sed militum suorum stipendio contentum captivos liberaliter reddidisse. Addit insuper eum in sacro urbis Argarizin, hoc est Altissimi monte, susceptum hospitio, dona simul a Melchisedeco dei sacerdote, qui ibidem regnabat, accepisse. Postmodum urgente fame Abrahamum in Ægyptum cum universa familia secessisse, ibique fixa sede, cum ejus uxore, quam sororem ille suam vocaret, Ægyptiorum regem matrimonium iniisse. Hic vero fusius exsequitur, quemadmodum nec illius congressu rex frui potuerit, et populum ejus universum regiamque adeo familiam gravissima pestis invaserit: tandemque rex, consultis vatibus minime viduam esse mulierem respondentibus, ubi eam Abrahami uxorem esse comperisset, viro suo reddiderit. Ceterum quum apud Heliopolim Abrahamus Ægyptiorum sacerdotum consuetudine plurimum uteretur, multa ipsos necnon astrologiam quæque ad eam pertinent omnia, illo docente didicisse tradit, sic tamen eorum inventionem Babyloniis atque Abrahamo ipsi attribuens, ut principem illorum auctorem Enochum fuisse statuat, quippe qui primus omnium astrologiam invenerit, non autem Ægyptii. Enimvero Babylonios dicere solitos, primum exstitisse Belum, qui Saturnus vulgo nominetur, quique Belum alterum cum Chanaane susceperit: hunc vero Chanaanem Phœnicum parentem genuisse, cujus filius Chumus exstiterit, quem Asbolum Græci nominant: eum Mestraimi fratrem, Æthiopumque simul et Ægyptiorum parentem fuisse: tametsi Atlantem Græci astrologiæ inventorem esse velint; sed nimirum Atlantem eundem esse quem Enochum, qui Methusalamum filium habuerit, huncque ab angelis dei omnia didicisse, quæ tandem ad nos cognitionemque nostram permánarint.

4.

ARTAPANI NARRATIO.

De eodem, ex eodem Polyhistoris opere.

Artapanus in rerum Judaicarum historia Judæos scribit Erinuth nominari, quæ vox, si græce loqui velis, Judæos

τοὺς μὲν Ἰουδαίους ὀνομάζεσθαι Ἑρμιοὺθ', ὃ εἶναι μεθερμηνευθὲν κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν, Ἰουδαῖοι· καλεῖσθαι δὲ αὐτοὺς Ἑβραίους ἀπὸ Ἀβραάμου. Τοῦτον δέ φησι πανοικίᾳ ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον πρὸς τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα Φαρεθώνην, καὶ τὴν ἀστρολογίαν αὐτὸν διδάξαι· μείναντα δὲ ἔτη ἐκεῖ εἴκοσι πάλιν εἰς τοὺς κατὰ Συρίαν ἀπαλλαγῆναι τόπους· τῶν δὲ τούτῳ συνελθόντων πολλοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καταμεῖναι διὰ τὴν εὐδαιμονίαν τῆς χώρας. Ἐν δὲ ἀδεσπότοις εὕρομεν τὸν Ἀβραὰμ ἀναφέροντα εἰς τοὺς Γίγαντας, τούτους δὲ οἰκοῦντας ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ, διὰ τὴν ἀσέβειαν ὑπὸ τῶν θεῶν ἀναιρεθῆναι, ὧν ἕνα Βῆλον ἐκφεύγοντα τὸν θάνατον ἐν Βαβυλῶνι κατοικῆσαι, πύργον τε κατασκευάσαντα ἐν αὐτῷ διαιτᾶσθαι, ὃν δὴ ἀπὸ τοῦ κατασκευάσαντος Βήλου Βῆλον ὀνομασθῆναι. Τὸν δὲ Ἄβραμον τὴν ἀστρολογικὴν ἐπιστήμην παιδευθέντα πρῶτον μὲν ἐλθεῖν εἰς Φοινίκην, καὶ τοὺς Φοίνικας ἀστρολογίαν διδάξαι, ὕστερον δὲ εἰς Αἴγυπτον παραγενέσθαι.

5.

ΜΟΛΩΝΟΣ

Περὶ τοῦ αὐτοῦ

ἀπὸ τῆς αὐτῆς γραφῆς.

Cap. 19 : Ὁ δὲ τὴν συσκευὴν τὴν κατὰ Ἰουδαίων γράψας Μόλων, κατὰ τὸν κατακλυσμὸν φησιν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ἀπελθεῖν τὸν περιλειφθέντα ἄνθρωπον μετὰ τῶν υἱῶν, ἐκ τῶν ἰδίων ἐξελαυνόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων· διανύσαντα δὲ τὴν μεταξὺ χώραν ἐλθεῖν εἰς τὴν ὀρεινὴν τῆς Συρίας οὖσαν ἔρημον. Μετὰ δὲ τρεῖς γενεὰς Ἀβραὰμ γενέσθαι, ὃν δὴ μεθερμηνεύεσθαι Πατρὸς φίλον, ὃν δὴ σοφὸν γενόμενον τὴν ἐρημίαν μεταδιώκειν· λαβόντα δὲ δύο γυναῖκας, τὴν μὲν ἐντοπίαν συγγενῆ, τὴν δὲ Αἰγυπτίαν θεράπαιναν, ἐκ μὲν τῆς Αἰγυπτίας γεννῆσαι υἱοὺς ιβ', οὓς δὴ εἰς Ἀραβίαν ἀπαλλαγέντας διελέσθαι τὴν χώραν, καὶ πρώτους βασιλεῦσαι τῶν ἐγχωρίων· ὅθεν ἕως καθ' ἡμᾶς δώδεκα εἶναι βασιλεῖς Ἀράβων ὁμωνύμους ἐκείνοις. Ἐκ δὲ τῆς γαμετῆς υἱὸν αὐτῷ γενέσθαι ἕνα, ὃν Ἑλληνιστὶ Γέλωτα ὀνομασθῆναι. Καὶ τὸν μὲν Ἀβραὰμ γήρᾳ τελευτῆσαι· Γέλωτος δὲ καὶ γυναικὸς ἐγχωρίου υἱοὺς ἕνδεκα γενέσθαι, καὶ δωδέκατον Ἰωσὴφ, καὶ ἀπὸ τούτου τρίτον Μωσῆν. »

Τοσαῦτα ὁ Πολυΐστωρ, οἷς μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων·

« Μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον τὸν θεὸν τῷ Ἀβραὰμ προστάξαι, Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν ὁλοκαρπῶσαι αὐτῷ· τὸν δὲ ἀναγαγόντα τὸν παῖδα ἐπὶ τὸ ὄρος πυρὰν νῆσαι καὶ ἐπιθεῖναι τὸν Ἰσαάκ. Σφάζειν δὲ μέλλοντα κωλυθῆναι ὑπὸ ἀγγέλου, κριὸν αὐτῷ πρὸς τὴν κάρπωσιν παραστήσαντος. Τὸν δὲ Ἀβραὰμ τὸν μὲν παῖδα καθελεῖν ἀπὸ τῆς πυρᾶς, τὸν δὲ κριὸν καρπῶσαι.

6.

ΦΙΛΩΝΟΣ

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Cap. 20 : Φησὶ δὲ περὶ τούτου καὶ Φίλων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Περὶ Ἱεροσόλυμα·

> Ἔκλυον ἀρχεγόνοισι τὸ μυρίον ὣς ποτε θεσμοῖς
> Ἀβραὰμ κλυτοπηχὲς ὑπέρτερον ἄμματι δεσμῶν
> Παμφαὲς, πλήμμυρε, μεγαυχήτοῖσι λογισμοῖς
> θειοφιλῆ θέλγητρα. Λιπόντι γὰρ ἀγλαὸν ἔρκος
> αἰνοφύτων, ἔκκαυμα βριήπυος αἰνετὸς ἰσχων.

---

sonet; eosdem vero Abrahami ex nomine Hebræos nuncupari. Abrahamum autem in Ægyptum cum universa familia ad Pharethonen Ægyptiorum regem sese contulisse, quem quum astrologiæ præceptis instituisset, atque viginti continentes annos ibidem degisset, in Syriam denuo remigrasse, plerisque suorum ob regionis ubertatem in Ægypto residentibus. Quamquam in libris quibusdam, quorum auctores incerti sunt, Abrahamum invenimus ad Gigantes referri; hos porro quum Babyloniam incolerent a diis propter impietatem exstinctos ac sublatos fuisse, uno tantum Belo superstite, qui exitio subductus Babylonem tenuerit, sedemque sibi in ea turri, quam ipsemet excitaverat, quamque Belum conditoris ex nomine appellarunt, delegerit. Abrahamum autem astrologiam apprime callentem, primum in Phœniciam, ubi Phœnices eadem scientia imbuerit, ac deinde in Ægyptum migrasse.

5.

MOLONIS NARRATIO

De eodem, ex eodem Alexandri opere.

Molo, qui adversus Judæos opus integrum edidit, virum quendam, qui cum filiis diluvium effugerat, ab indigenis ex Armenia pulsum, ædibusque ac possessionibus ejectum suis, intermedia regione peragrata in desertos Syriæ montes secessisse commemorat. Abrahamum vero post tertiam ætatem natum esse, cujus nomen Patris amicum significet. Eundem, quum sapientiæ laude præstaret, solitudinem percurrisse ac perlustrasse universam : tum duabus ductis uxoribus, altera quidem indigena et affini, Ægyptia vero altera, quæ servitutem ante serviebat; ex Ægyptia liberos duodecim genuisse, qui in Arabiam profecti eam inter se diviserint, locique hominibus principes imperaverint : ex quo factum sit ut reges Arabum duodecim primis illis cognomines ad nostra usque tempora numerentur. Ex legitima autem uxore filium unicum suscepisse, cujus nomen apud Græcos γέλωτα, *i. e. risum*, sonet, quique Abrahamo seniore jam defuncto, liberos ex conjuge indigena duodecim procrearit, quorum postremo Josepho nomen fuit, a quo Moses tertius numeretur. » Hæc Polyhistor, qui nonnullis interjectis, rursus ita subdit : « Paullo post jussum a deo Abrahamum fuisse ait, ut Isaacum filium ipsi in holocaustum immolaret, eundem adolescente secum in montem abducto, succensisse pyram, eique simul Isaacum imposuisse. Verum ipsi, quum jam filium jugulaturus esset, ab angelo facinus inhibente arietem ad sacrificium oblatum esse, quem ille, subducto pyræ filio, immolarit. »

Ἀθάνατον ποίησεν ἐὴν φάτιν, ἐξ ὅτ' ἐκείνου
ἔκγονος αἰνογόνοιο πολύμνιον ἔλλαχε κῦδος.
Ἀρτίχερος θηκτοῖο ξιφηφόρον ἐντύνοντος
λήμμασι, καὶ σφαράγοιο παρακλιδὸν ἀθροισθέντος,
ἀλλ' ὁ μὲν ἐν χείρεσσι κερασφόρον ὦπασε κριόν·

καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. »

Ταῦτα μὲν δὴ ἀπὸ τῆς προειρημένης τοῦ Πολυΐστορος γραφῆς.

Φίλωνος] « Is credo est, quem Josephus In Apion. I, p. 1051 Demetrio et Eupolemo annumerat, ac πρεσβύτερον Φίλωνα vocat : fortassis ut eum a Philone Judæo et Philone Byblio distinguat, qui ambo juniores. At sequentes vetustioris hujus poetæ versus, mihi quidem tenebræ καὶ μηδὲν ὑγιές. Nec manuscripti codices hilum juvant. Saltu igitur hæc superare malui, quam in singulis fere verbis offendere. » Vigen.

7.

ΚΛΕΟΔΗΜΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙ ΜΑΛΧΟΥ.

Josephus Ant. Jud. I, 15 init. (et Euseb. P. E. IX, 20, p. 422, B) : Γαμεῖ δ' αὐτὸς Χετούραν ὕστερον, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἓξ γίνονται, πρός τε πόνους καρτεροὶ καὶ δεινοὶ συνιέναι· Ζαμβράνης, Ἰαζάρης, Μαδάνης, Μαδιάνης, Ἰωσούβακος, Σοῦος. Φύονται δὲ καὶ τούτοις παῖδες· καὶ Σούου μὲν Σαβαθάνης γίνεται καὶ Δαδάνης. Τούτου δὲ Λατούσιμος, Ἄσσουρις, Λουόμης· Μαδιάνου δὲ Ἔφας, Ὤφρην, Ἄνωχος, Ἐβιδᾶς, Ἐλδᾶς. Τούτοις ἅπασι τοῖς παισὶ καὶ υἱωνοῖς Ἀβραμος ἀποικιῶν στόλους μηχανᾶται, καὶ τήν τε Τρωγλοδύτην καταλαμβάνουσι, καὶ τὴν τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας, ὅσον ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν καθήκει. Λέγεται δὲ ὡς οὗτος ὁ Ὤφρὴν (Ἄφρὴν Eus.) στρατεύσας ἐπὶ τὴν Λιβύην κατέσχεν αὐτὴν καὶ οἱ υἱωνοὶ αὐτοῦ, κατοικήσαντες ἐν αὐτῇ, τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ ἐκείνου ὀνόματος Ἀφρικὴν προσηγόρευσαν. Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ, λέγων οὕτως· « Κλεόδημος δέ φησιν ὁ προφήτης, ὁ καὶ Μάλχος, ὁ ἱστορῶν τὰ περὶ Ἰουδαίων, καθὼς καὶ Μωϋσῆς ἱστόρησεν ὁ νομοθέτης αὐτῶν, ὅτι ἐκ τῆς Χετούρας Ἀβράμῳ ἐγένοντο παῖδες ἱκανοί. » Λέγει δὲ αὐτῶν καὶ τὰ ὀνόματα, ὀνομάζων τρεῖς, Ἄφεραν, Σουρείμ, Ἴαφραν (Ἀφὲρ, Ἀσοὺρ, Ἀφρὰν Eus.). Ἀπὸ Σουρείμ μὲν τὴν Ἀσσυρίαν κεκλῆσθαι, ἀπὸ δὲ τῶν δύο, Ἄφερά τε καὶ Ἴαφρα, πόλιν τε Ἄφραν καὶ τὴν χώραν Ἀφρικὴν ὀνομασθῆναι. Τούτους γὰρ Ἡρακλεῖ συστρατεῦσαι ἐπὶ Λιβύην καὶ Ἀνταῖον, γήμαντά τε τὴν Ἄφρα θυγατέρα Ἡρακλέα γεννῆσαι υἱὸν ἐξ αὐτῆς Δίωρον (Διόδωρον E.), τούτου δὲ γενέσθαι Σοφῶνα (Σοφωνᾶν Eus.), ἀφ' οὗ τοὺς βαρβάρους Σόφακας (Σοφὰς Eus.) λέγεσθαι.

8.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ

Περὶ τοῦ Ἰακώβ.

Euseb. l. l. cap. 21 : Ἀπίωμεν δὲ πάλιν ἐπὶ τὸν Πολυΐστορα.

« Δημήτριός φησι τὸν Ἰακὼβ γενόμενον ἐτῶν ἑβδομήκοντα πέντε φυγεῖν εἰς Χαρρὰν τῆς Μεσοποταμίας, ἀποσταλέντα ὑπὸ τῶν γονέων διὰ τῆς πρὸς ἀδελφὸν κρυφίαν ἔχθραν Ἡσαῦ, διὰ τὸ εὐλογῆσαι αὐτὸν πατέρα δοκοῦντα εἶναι τὸν Ἡσαῦ, καὶ ὅπως λάβῃ ἐκεῖθεν γυναῖκα. Ἀφορμῆσαι οὖν τὸν Ἰακὼβ εἰς Χαρρὰν τῆς Μεσοποταμίας, τὸν δὲ πατέρα καταλιπόντα Ἰσαὰκ ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα ἑπτά, αὐτὸν δὲ ὄντα ἐτῶν ἑβδο-

---

7.

Duxit ille (*Abrahamus*) Cheturam, ex qua nati sunt ei sex filii, viribus ad labores et acri ingenio prædili : Zambranes, Jazares, Madanes, Madianes, Josubacus, Suus. Ipsis vero etiam liberi nascuntur : et Suo quidem Sabathanes atque Dadanes. Huic autem Latusimus, Assuris, Luomes; Madianæ vero Ephas, Ophren, Anochus, Ebidas, Eldas. Filiis his omnibus ac nepotibus Abrahamus deducendi colonias auctor fuit, terramque occupaverunt Troglodyticam et regionem Arabiæ Felicis, quatenus ad Rubrum mare protenditur. Dicitur autem Ophrenem expeditione in Libyam suscepta ipsam occupasse, ejusque nepotes, collocatis in ea sedibus, terram ex illius nomine Africam nuncupasse. Hujus autem sermonis testem habeo etiam Alexandrum Polyhistorem, qui sic loquitur : « Cleodemus vates, qui et Malchus vocatur, rerum Judaicarum historiam contexens, sicuti etiam Moyses Judæorum legislator narravit, Abrahamo natos esse dicit plures ex Chetura liberos. » Refert autem illorum etiam nomina, tres recensens, Apheram, Surim, Japhram. A Suri quidem Assyriam appellatam : a duobus vero, Aphera et Japhra, urbem Aphram et regionem Africam nomen accepisse. Hos porro Herculi contra Libyam et Antæum militanti auxilium tulisse ait; Herculem etiam, quum Aphræ filiam uxorem duxisset, ex illa genuisse Didorum; ex hoc vero Sophonem prognatum, a quo Sophaces inter Barbaros nomen habent.

8.

E DEMETRIO.

De Jacobo.

Deinceps ad Polyhistorem redeamus. « Demetrius, inquit, auctor est Jacobum annos quinque et septuaginta natum, Charram Mesopotamiæ civitatem confugisse, idque parentum suorum voluntatem secutum, partim ut occulto esse Esau fratris odio subduceret, paternæ jactura benedictionis, quam sibi ipse furtim simulata Esau specie Jacobus expresserat, concitato; partim ut inde uxorem duceret. Sic igitur eum, relicto Isaaco parente septimum ac trigesimum supra centesimum annum agente, hanc in urbem pervenisse, ubi jam ipse annum septimum ac septuagesimum attigisset. Eundem post septem annos quos ibi versatus erat, filias Labani materni avunculi duas, Liam et Rachelem, duxisse, circa annum ætatis quartum et octo-

μήκοντα ἑπτά. Διατρίψαντα οὖν αὐτὸν ἐκεῖ ἑπτὰ ἔτη Λαβαν τοῦ μητρώου δύο θυγατέρας γῆμαι, Λείαν καὶ Ῥαχήλ, ὄντα ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων· καὶ γενέσθαι ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν ἄλλοις αὐτῷ παιδία ιϐ'· ὀγδόῳ μὲν ἔτει, μηνὶ δεκάτῳ, Ῥουβίν· καὶ τῷ ἔτει τῷ ἐννάτῳ, μηνὶ ὀγδόῳ, Συμεών· καὶ τῷ ἔτει δὲ τῷ δεκάτῳ, μηνὶ ἕκτῳ, Λευί· τῷ δὲ ἑνδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ τετάρτῳ, Ἰούδαν. Ῥαχὴλ τε μὴ τίκτουσαν ζηλῶσαι τὴν ἀδελφήν, καὶ παρακοιμίσαι τῷ Ἰακὼϐ τὴν ἑαυτῆς παιδίσκην Ζελφάν, τῷ αὐτῷ χρόνῳ ᾧ καὶ Βάλλαν συλλαβεῖν τὸν Νεφθαλείμ, τῷ ἑνδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ πέμπτῳ, καὶ τεκεῖν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει μηνὶ δευτέρῳ υἱόν, ὃν ὑπὸ Λείας Γὰὸ (vg. Γὰθ) ὀνομασθῆναι· καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ αὐτοῦ ἔτους καὶ μηνὸς δωδεκάτου ἕτερον τεκεῖν, ὃν καὶ αὐτὸν προσαγορευθῆναι ὑπὸ Λείας Ἀσήρ. Καὶ Λείαν πάλιν ἀντὶ τῶν μήλων τῶν μανδραγόρου, ἃ Ῥουβὶν εἰσενεγκεῖν παρὰ Ῥαχήλ, συλλαβεῖν ἐν γαστρὶ, καὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τὴν παιδίσκην αὐτῆς Ζελφάν, τῷ δωδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ τρίτῳ, καὶ τεκεῖν τοῦ αὐτοῦ ἔτους μηνὸς δωδεκάτου υἱὸν, καὶ ὄνομα αὐτῷ θέσθαι Ἰσσαχάρ. Καὶ πάλιν Λείαν τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ δεκάτῳ υἱὸν ἄλλον τεκεῖν ᾧ ὄνομα Ζαβουλών, καὶ τὴν αὐτὴν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει μηνὶ ὀγδόῳ τεκεῖν υἱὸν ὄνομα Δάν. Ἐν ᾧ καὶ Ῥαχὴλ λαϐεῖν ἐν γαστρὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ, ᾧ καὶ Λείαν τεκεῖν θυγατέρα Δείναν, καὶ τεκεῖν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει μηνὶ ὀγδόῳ υἱὸν, ὃν ὀνομασθῆναι Ἰωσὴφ, ὥστε γεγονέναι ἐν τοῖς ἑπτὰ ἔτεσι τοῖς παρὰ Λάβαν ὠδεκα παιδία. Θέλοντα δὲ τὸν Ἰακὼϐ πρὸς τὸν πατέρα εἰς Χαναὰν ἀπιέναι, ἀξιωθέντα ὑπὸ Λάβαν ἄλλα ἔτη ἓξ μεῖναι, ὥστε τὰ πάντα αὐτὸν μεῖναι ἐν Χαρρὰν παρὰ Λάβαν ἔτη εἴκοσι. Πορευομένῳ δὲ αὐτῷ εἰς Χαναὰν ἄγγελον τοῦ Θεοῦ παλαῖσαι, καὶ ἅψασθαι τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ τοῦ Ἰακώϐ· τὸν δὲ ναρκήσαντα ἐπισκάζειν· ὅθεν οὐκ ἐσθίεσθαι τῶν κτηνῶν τὸ ἐν τοῖς μηροῖς νεῦρον. Καὶ φάναι αὐτῷ τὸν ἄγγελον, ἀπὸ τοῦδε μηκέτι Ἰακὼϐ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ὀνομασθήσεσθαι. Καὶ ἐλθεῖν αὐτὸν τῆς Χαναὰν γῆς εἰς ἑτέραν πόλιν Σικίμων, ἔχοντα παιδία Ῥουβὶν ἐτῶν ιϐ' μηνῶν δυοῖν, Συμεῶνα ἐτῶν ιϐ' (ια' C. F. G.) μηνῶν τεσσάρων, Λευὶν ἐτῶν ιϐ' (ι' C. F. G.) μηνῶν ἓξ, Ἰουδὰν ἐτῶν θ' μηνῶν ὀκτὼ, Νεφθαλείμ ἐτῶν ὀκτὼ μηνῶν δέκα (τριῶν C. F. G.), Γὰὸ ἐτῶν ὀκτὼ μηνῶν δέκα, Ἀσὴρ ἐτῶν ὀκτὼ, Ἰσσαχὰρ ἐτῶν ὀκτὼ, Ζαβουλὼν ἐτῶν ἑπτὰ μηνῶν δυοῖν, Δείναν ἐτῶν ἓξ μηνῶν τεσσάρων, Ἰωσὴφ ἐτῶν ἓξ μηνῶν τεσσάρων. Παροικῆσαι δὲ Ἰσραὴλ παρὰ Ἐμμὼρ ἔτη δέκα, καὶ φθαρῆναι τὴν Ἰσραὴλ θυγατέρα Δείναν ὑπὸ Συχὲμ τοῦ Ἐμμὼρ υἱοῦ, ἐτῶν οὖσαν δεκαἓξ μηνῶν τεσσάρων. Ἐξαλλομένους δὲ τοῦ Ἰσραὴλ υἱοὺς, Συμεῶνα μὲν ὄντα ἐτῶν εἰκοσιενὸς μηνῶν τεσσάρων, Λευὶν δὲ ἐτῶν εἴκοσι μηνῶν ἓξ, ἀποκτεῖναι τόν τε Ἐμμὼρ, καὶ Συχὲμ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ πάντας

gesimum, aliorumque septem annorum spatio liberos omnino suscepisse duodecim. Quippe octavi anni mense decimo Rubenum genuisse, noni octavo Simeonem, decimi sexto Levinum, undecimi quarto Judam. Tum vero a Rachele, quod sterilis esset, muliebri adversus sororem invidia flagrante, Zelpham ancillam in Jacobi lectum eodem tempore submissam esse, quo etiam Balla Nephthalimum conceperit, anni scilicet undecimi mense quinto, ac duodecimi secundo filium peperisse, quem Gadum Lia nominaverit; alterumque deinceps ejusdem anni mense duodecimo, cui Aseris nomen eadem Lia dederit. Rursus vero Liam pro mandragoræ pomis, quæ Rubenus ad Rachelem attulerat, eodemque tempore Zelpham ancillam, hoc est anni duodecimi mense tertio, filium concepisse, ejusdemque anni duodecimo genuisse, quem Issacharem nuncuparit. Atque iterum Liam decimi tertii decimo alterum suscepisse nomine Zabulonem, iterumque decimi quarti octavo Danum peperisse. Rachelem vero quum eodem fere tempore, quo Lia Dinam filiam susceperat, uterum gestare cœpisset, anni decimi quarti mense octavo filium procreasse, quem Josephum appellarit; atque ita liberos omnino duodecim Jacobo, septem annis quibus apud Labanum vixerat, natos fuisse. Jam vero, ad patrem licet in terram Chananæam redire cupientem, Labani tamen precibus victum alios sex annos ibidem commoratum esse, itaque Charræ apud Labanum totos et continentes viginti annos egisse. Quibus exactis, patriam repetenti obvium Dei angelum, postquam aliquamdiu cum eo luctatus esset, femur ejus qua parte latius est, percussisse, Jacobumque simul eo membro torpescentem claudicare cœpisse. Quo factum deinceps, ut ex pecudibus femoris nervum Judæorum attingat nemo. Ab angelo autem futurum audiisse, ut in posterum non Jacobus, sed Israel vocaretur. Itaque in eam terræ Chanaan successisse partem, quæ Sicimis adversa esset, liberorum suorum comitatu stipatum. E quibus Rubenus annos duodecim mensesque duos natus erat, Simeon annos totidem ac menses quattuor, Levinus annos duodecim mensesque sex, Judas annos novem ac menses octo, Nephthalimus annos octo mensesque decem, Gadus totidem, Aser et Issachar annos octo, Zabulon annos septem mensesque duos, Dina et Josephus annos sex et menses quattuor. Ceterum Israelem annis sibi decem juxta Emmorem domicilium delegisse; cujus filiæ Dinæ annos natæ sedecim mensesque quattuor, quum Sychemus Emmoris filius stuprum obtulisset, Symeonem, qui mensem quartum supra annum vigesimum primum, et Levinum, qui mensem sextum supra annum vigesimum ageret, Israelis filios, sororis injuria graviter commotos, Emmonem ac Sychemum ejus filium, maresque universos impetu facto cecidisse, quo tempore annorum septem supra centum Jacobus esset. Eum porro, quum Lusam Bathelis urbem venisset, a Deo jussum, relicto Jacobi nomine, Israelem nuncupari cœpisse. Tum Caphratham, indeque Ephratham, quam Bethleemum vocant, petiisse, ubi Rachel, suscepto Benjamino, diem supremum obierit, postquam annos tres et viginti cum ea Jacobus vixisset; inde rursus Mambren Chebronis oppidum ad Isaacum patrem venisse. At Josephum eo tempore quum esset annorum septendecim, Ægyptiis venditum, totos tredecim annos in vinculis fuisse, donec ipse quidem tricesimum, Jacobus vero decimum supra centesimum ætatis an-

τοὺς ἄρσενας, διὰ τῆς Δείνης τὴν φθοράν· Ἰακὼβ δὲ τότε εἶναι ἐτῶν ἑκατὸν ἑπτά. Ἐλθόντα δὲ οὖν αὐτὸν εἰς Λουζὰ τῆς Βαιθὴλ, φάναι τὸν Θεὸν μηκέτι Ἰακὼβ ἀλλ' Ἰσραὴλ ὀνομάζεσθαι. Ἐκεῖθεν δὲ ἐλθεῖν εἰς Χαφραθὰ, ἔνθεν παραγενέσθαι εἰς Ἐφραθὰ, ἣν εἶναι Βηθλεέμ, καὶ γεννῆσαι αὐτὸν ἐκεῖ Βενιαμὶν, καὶ τελευτῆσαι Ῥαχὴλ, τεκοῦσαν τὸν Βενιαμὶν, συμβιῶσαι δ' αὐτῇ τὸν Ἰακὼβ ἔτη εἰκοσιτρία. Αὐτόθεν δὲ ἐλθεῖν τὸν Ἰακὼβ εἰς Μαμβρὶ τῆς Χεβρὼν, πρὸς Ἰσαὰκ τὸν πατέρα. Εἶναι δὲ τότε τὸν Ἰωσὴφ ἐτῶν δεκαεπτὰ, καὶ πραθῆναι αὐτὸν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ μεῖναι ἔτη δεκατρία, ὥστ' εἶναι αὐτὸν ἐτῶν τριάκοντα, Ἰακὼβ δὲ ἐτῶν ἑκατὸν δέκα, ἐν ᾧ καὶ τελευτῆσαι τὸν Ἰσαὰκ ἔτει ἑνὶ ἔμπροσθεν, ἐτῶν ὄντα ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. Κρίνοντα δὲ τῷ βασιλεῖ τὸν Ἰωσὴφ τὰ ἐνύπνια, ἄρξαι Αἰγύπτου ἔτη ἑπτὰ, ἐν οἷς καὶ συνοικῆσαι Ἀσενὲθ, Πεντεφρῆ τοῦ Ἡλιουπόλεως ἱερέως θυγατρὶ, καὶ γεννῆσαι Μανασσῆν καὶ Ἐφραίμ· καὶ τοῦ λιμοῦ ἐπιγενέσθαι ἔτη β'. Τὸν δὲ Ἰωσὴφ ἔτη ἐννέα εὐτυχήσαντα, πρὸς τὸν πατέρα μὴ πέμψαι, διὰ τὸ ποιμένα αὐτόν τε καὶ τοὺς ἀδελφοὺς εἶναι· ἐπονείδιστον δὲ Αἰγυπτίοις εἶναι τὸ ποιμαίνειν. Ὅτι δὲ διὰ τοῦτο οὐκ ἔπεμψεν αὐτὸν δεδηλωκέναι. Ἐλθόντων γὰρ αὐτοῦ τῶν συγγενῶν, φάναι αὐτοῖς, ἐὰν κληθῶσιν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐρωτῶνται τί διαπράσσονται, λέγειν κτηνοτρόφους αὐτοὺς εἶναι. Διαπορεῖσθαι δὲ, διὰ τί ποτε ὁ Ἰωσὴφ Βενιαμὶν ἐπὶ τοῦ ἀρίστου πενταπλάσιονα μερίδα ἔδωκε, μὴ δυναμένου αὐτοῦ τοσαῦτα καταναλῶσαι κρέα. Τοῦτο οὖν αὐτὸν πεποιηκέναι διὰ τὸ ἐκ τῆς Λείας τῷ πατρὶ αὐτοῦ γεγονέναι υἱοὺς ἑπτὰ, ἐκ δὲ Ῥαχὴλ τῆς μητρὸς αὐτοῦ δύο· διὰ τοῦτο τῷ Βενιαμὶν πέντε μερίδας παραθεῖναι, καὶ αὐτὸν λαβεῖν μίαν· γενέσθαι οὖν ἑπτὰ, ὅσας καὶ τοὺς ἐκ τῆς Λείας υἱοὺς λαβεῖν. Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τοῦ τὰς στολὰς δοῦναι ἑκάστῳ διπλᾶς, τῷ δὲ Βενιαμὶν πέντε καὶ τριακοσίους χρυσοῦς, καὶ τῷ πατρὶ ἀποστεῖλαι κατὰ ταὐτὰ, ὥστε τὸν οἶκον αὐτοῦ τῆς μητρὸς εἶναι ἴσον. Οἰκῆσαι δὲ αὐτοὺς ἐν γῇ Χαναὰν, ἀφ' οὗ ἐκλεγῆναι Ἀβραὰμ ἐκ τῶν ἐθνῶν καὶ μετελθεῖν εἰς Χαναὰν, Ἀβραὰμ ἐτῶν εἴκοσι πέντε, Ἰσαὰκ ἐτῶν ἑξήκοντα, Ἰακὼβ ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα, γίνεσθαι τὰ πάντα ἔτη ἐν γῇ Χαναὰν σιε'. Καὶ τῷ τρίτῳ ἔτει λιμοῦ οὔσης ἐν Αἰγύπτῳ, ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον τὸν Ἰακὼβ, ὄντα ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα, Ῥουβὶν ἐτῶν με', Συμεῶνα ἐτῶν μδ', Λευὶν ἐτῶν μγ', Ἰούδαν ἐτῶν μβ' μηνῶν τριῶν, Ἀσὴρ ἐτῶν μ' μηνῶν ὀκτὼ, Νεφθαλεὶμ ἐτῶν μα' μηνῶν ζ', Γὰδ ἐτῶν μα' μηνῶν γ', Ζαβουλὼν ἐτῶν μ', Δείναν ἐτῶν λθ', Βενιαμὶν ἐτῶν κη'. Τὸν δὲ Ἰωσὴφ φησὶ γενέσθαι ἐν Αἰγύπτῳ ἔτη λθ'. Εἶναι δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τοῦ εἰσελθεῖν εἰς Αἴγυπτον τοὺς τοῦ Ἰωσὴφ συγγενεῖς ἔτη γχδ'· ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τῆς Ἰακὼβ παρουσίας εἰς Αἴγυπτον ἔτη ,ατξ'· ἀφ' οὗ δὲ ἐκλεγῆναι Ἀβραὰμ ἐκ τῶν ἐθνῶν καὶ ἐλθεῖν ἐκ Χαρρὰν εἰς Χαναὰν ἕως εἰς Αἴγυπτον τοὺς περὶ Ἰακὼβ ἐλθεῖν ἔτη σιε'. Ἰακὼβ δὲ ἐκ Χαρρὰν πρὸς Λάβαν ἐλθεῖν, ἐτῶν ὄντα π', καὶ γεννῆσαι Λευί· Λευὶν δὲ ἐν Αἰγύπτῳ ἐπιγενέσθαι ἔτη ιζ', ἀφ' οὗ ἐκ Χαναὰν αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον, ὥστε εἶναι αὐτὸν ἐτῶν ξ', καὶ γεννῆσαι Κλὰθ· τῷ αὐτῷ δὲ ἔτει ᾧ γενέσθαι Κλὰθ, τελευτῆσαι Ἰακὼβ ἐν Αἰγύπτῳ, εὐλογήσαντα τοὺς Ἰωσὴφ υἱοὺς, ὄντα

---

num confecisset, Isaaco jam anno superiore, hoc est ætatis octogesimo supra centesimum, vita functo. Ac Josephum quidem post felicem regis somniorum explicationem, toti Ægypto annis septem præfuisse, quo tempore Asenethem Pentephræ Heliopolios sacerdotis filiam conjugem duxerit, atque ex ea Manassem Ephraimumque susceperit. Tum annis duobus fame laborari cœptum. Eundem vero novem annorum spatio, quibus fortunate admodum vixerit, patrem accersere noluisse, quod tam ipse quam fratres pascendis ovibus operam darent, quæ vitæ ratio apud Ægyptios probro duceretur. Atque hanc ei cur patrem non acciret causam fuisse, ab eo re ipsa declaratum. Fratribus enim suis, quum ad eum aliquando venissent, hoc in mandatis ipsum dedisse, ut, si forte a rege accerserentur, rogati quod vitæ genus profiterentur, equis alendis sese vacare responderent. Benjaminum quod attinet, quæsitum a plerisque, quamobrem Josephus inter prandendum partem ei quintuplo singulis majorem apponi voluerit, quum tot cibis adolescens par esse non posset. Cujus rei hanc ille rationem afferebat, quod Jacobo patri septem ex Lia, ex Rachele vero matre sua duo tantum liberi nati essent; eoque Benjamino partes quinque, sibi autem duas tribuisse, ut cum septenario Liæ filiorum numero partium numerus æquaretur. Similiter stolas singulis quidem geminas, at Benjamino quinque cum aureis trecentis dedisse, totidemque ad patrem misisse, ne qua in re materna familia alteri concederet. Ceterum ex quo Abrahamus universis e gentibus divina voluntate selectus, in terram Chananæam primus concesserat, ipsum quidem annos viginti quinque, Isaacum vero sexaginta, Jacobum denique triginta supra centum ibidem degisse, qui omnes annorum quindecim supra ducentos summam efficiant. Atque hoc ipso, qui famis apud Ægyptios tertius erat, cunctam eorum familiam in Ægyptum migrasse, quum Rubenus annos quinque supra quadraginta natus esset, Simeon quattuor et quadraginta, Levinus tres et quadraginta cum tribus insuper mensibus, Aser quadraginta et menses octo, Nephthalimus unum et quadraginta mensesque septem, Gadus totidem mensesque tres, Zabulon quadraginta, Dina novem ac triginta, Benjaminus octo et viginti. Josephum autem in Ægypto annis novem ac triginta vixisse. Itaque ab Adamo ad illud usque tempus, quo Josephi cognatio in Ægyptum migravit, annos sexcentos et viginti quattuor supra tres mille numerari: a diluvio usque ad eundem Jacobi in Ægyptum adventum, trecentos et sexaginta supra mille: ex quo autem Abrahamus e gentium medio segregatus, Charrâ in terram Chananæam venerat, quindecim supra ducentos. Porro Jacobum ad Labanum Charra venisse circiter octogenarium, ibique Levinum genuisse, qui anno decimo septimo quam in Ægyptum venerat, hoc est ætatis sexagesimo, Clathum procreavit; eoque ipso anno Jacobum in Ægypto, postquam Josephi liberis bene precatus esset, annosque quadraginta

ἐτῶν ρμζ', καταλιπόντα Ἰωσὴφ ἐτῶν νς'. Λευὶν δὲ γενόμενον ἐτῶν ρλζ' τελευτῆσαι, Κλὰθ δὲ ὄντα ἐτῶν μ' γεννῆσαι Ἀμράμ, ὃν ἐτῶν εἶναι ιδ' ἐν ᾧ τελευτῆσαι Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ ὄντα ρι' ἐτῶν· Κλὰθ δὲ γενόμενον ἐτῶν ἑκατὸν λγ' τελευτῆσαι. Ἀμρὰμ λαβεῖν γυναῖκα τὴν τοῦ θείου θυγατέρα Ἰωχαβέτ, καὶ ὄντα ἐνιαυτῶν οε' γεννῆσαι Ἀαρὼν καὶ Μωσῆν· γεννῆσαι δὲ Μωσῆν τὸν Ἀμρὰμ ὄντα ἐτῶν οη', καὶ γενόμενον Ἀμρὰμ ἐτῶν ρλς' τελευτῆσαι. »

Ταῦτά μοι κείσθω ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος γραφῆς. Ἐξῆς [l. ἐξ ἧς] ἐπισυνήφθω καὶ τάδε. Postrema hæc nonnullos induxerunt, ut quod sequitur Theodoti fragmentum Eusebium non ex Alexandro sed aliunde assumpsisse putarent. Sed quum reliqua omnia ex eodem Polyhistore fluxerint, et fr. 10 Eusebius pergat : Τούτοις καὶ τὰ ἑξῆς περὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἐκ τῆς αὐτῆς Πολυΐστορος γραφῆς ἐπισυνήφθω, quæ parum apte dicta forent, si proxime antecedentia aliunde deprompta essent : nullus dubito quin Theodoti quoque narratio ex Alexandro petita sit. Quare scribi velim ἐξ ἧς (pro ἑξῆς) ἐπισ. καὶ τάδε.

9.

ΘΕΟΔΟΤΟΥ

περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Cap. 22. Τὰ δὲ Σίκιμά φησι Θεόδοτος ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων ἀπὸ Σικιμίου τοῦ Ἑρμοῦ λαβεῖν τὴν ὀνομασίαν· τοῦτον γὰρ καὶ κτίσαι τὴν πολιν· κεῖσθαι δ' αὐτὴν φησιν ἐν τῇ Περὶ Ἰουδαίων οὕτως·

Ἡ δ' ἀρ' ἔην ἀγαθή τε καὶ αἰγινόμος καὶ ὑδρηλὴ,
οὐδὲ μὲν ἔσκεν ὁδὸς δολιχὴ πόλιν εἰσαφικέσθαι [v. l.)
ἀγρόθεν· οὐδέ ποτε δριὰ λαχνήεντα πονεῦσιν (πονοῦσιν
(δρία λαχνήεντ' ἀπόερσεν tentavit H. Grot. ad Ev. Joh.
ἐξ αὐτῆς δὲ μάλ' ἄγχι δύ' οὔρεα φαίνετ' ἐρυμνὰ. [IV, 5)
ποίης τε πλήθοντα καὶ ὕλης· τῶν δὲ μεσηγὺ
ἀτραπιτὸς τέτμηται, ἀραίη [αὐλῶπις]· ἐν δ' ἑτέρωθι
(τέτμητ' ἀραὴ αὐλῶπις· ἔνερθεν Ἡ ἱερὴ Σίκιμον conj.
ἥδ' ἱερὴ Σικίμων καταφαίνεται, ἱερὸν ἄστυ, [Grotius)
νέρθεν ὑπὸ ῥίζῃ δεδμημένον, ἀμφὶ δὲ τεῖχος
λισσὸν ὑπώρειαν, ὑπὸ δ' ἔδραμεν αἰπύθεν (αἰπύεν Scal.)
(ὑποδέδραμεν αἰπυὸν ἕρκος conj. Grot.) [ἕρκος

Ὕστερον δέ φησιν αὐτὴν ὑπὸ Ἑβραίων κατασχεθῆναι, δυναστεύοντος Ἐμμώρ· τὸν γὰρ Ἐμμὼρ υἱὸν γεννῆσαι Συχέμ. Φησὶ δέ·

Ἐνθένδε, ξένε, ποιμενόθι πόλιν ἦλυθ' Ἰακώβ,
εὐρεῖαν Σικίμων· ἐπὶ δ' ἀνδράσι τοῖσιν ἔτησιν
ἀρχὸς Ἐμὼρ σὺν παιδὶ Συχέμ, μάλ' ἀτειρέε φῶτε.

Εἶτα περὶ Ἰακὼβ καὶ τὴν εἰς Μεσαποταμίαν αὐτοῦ παρουσίαν, καὶ τῶν δύο γυναικῶν γάμον, καὶ τὴν τῶν τέκνων γένεσιν, καὶ τὴν παρουσίαν τὴν ἐκ Μεσοποταμίας εἰς τὰ Σίκιμα,

(Ἐπεὶ δ') Ἰακὼβ Συρίην κτηνοτρόφον ἵκατο, καὶ εὐρὺ
ῥεῖθρον Εὐφρήταο λίπεν ποταμοῦ κελάδοντος·
ἦλυθε γὰρ κἀκεῖθι λιπὼν δριμεῖαν ἐνιπὴν
αὐτοκασιγνήτοιο· πρόφρων ὑπέδεκτο δόμοισιν
Λάβαν, ὃς οἱ ἔην μὲν ἀνεψιός, ἀλλὰ τότ' οἷος
ἤνασσεν Συρίης, νειηγενὲς αἷμα λελογχώς.
Τῷ δὲ γάμον κούρης μὲν ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν
ὁπλοτάτης· οὐ μὴν τελέθειν ἐπεμαίετο πάμπαν,
ἀλλὰ δόλον τολύπευσεν, καὶ ἐς λέχος ἀνέρι πέμπε
Λείαν, ἣ οἱ ἔην προγενεστέρη. Οὐδέ μιν ἔμπης
ἔλλαθεν, ἀλλ' ἐνόησε κακορραφίην, καὶ ἔδεκτο

---

septem supra centum exegisset, diem obiisse; relicto Josepho annorum sex et quinquaginta. Addit Levinum anno ætatis trigesimo septimo supra centesimum vita excessisse; Clathum vero annorum quadraginta quum esset, Abrahamum genuisse, cujus anno decimo quarto Josephus circa annum ætatis decimum supra centesimum obierit : supremum autem Clathi diem anno illius tricesimo tertio supra centesimum contigisse. Rursus Abrahamum cum avunculi sui filia, quam Jochabaren vocabant, matrimonium iniisse, ex eaque anno ætatis suæ quinto ac septuagesimo Aaronem, tertioque post anno Mosem suscepisse; ac tandem annos natum sex et triginta supra centum ex hac vita migrasse. Atque hæc omnia ex Alexandri Polyhistoris scripto, ex quo etiam sequentia attexemus.

EX THEODOTO

de eodem.

Ille enim eo quem de Judæis scripsit libro, Sicima a Sicimo quodam Mercurii filio, ejus urbis conditore, nomen acrepisse auctor est, cujus situm his expressit versibus :

Quippe hæc terra ferax, tenerisque aptissima capris,
irriguique soli; brevis unde excursus in urbem.
At nulli fessos molli lanugine saltus
hic recreant. Tecti juncto prope vertice montes
hinc gemini excipiunt, herbasque nemusque ministrant.
Quos inter raro angustus discrimine callis
rumpit iter. Parte adversa se tollit in auras
urbs ingens Sicimûm, radicem exstructa sub imam :
quâ circum lævi consurgunt mœnia saxo,
atque infra supraque urbem munimine cingunt.

Eandem ab Hebræis regnante Emmore occupatam fuisse, postmodum affirmat. Emmorem enim Sychemum genuisse. Sic autem cecinit :

Illinc, o hospes, tandem vaga liquit Iacob
pascua, et immensam Sicimum successit in urbem
dum socios Emmor populos, atque Emmore natus
imperio premeret Sychemus, patri æmula pestis.

Tum Jacobi partim in Mesopotamiam adventum, partim nuptias duabus cum mulieribus initas, partim liberos ex utraque susceptos, partim denique hanc ipsam ex Mesopotamiæ finibus Sicimorum in urbem migrationem exsequitur :

At pecorum altricem in Syriam concedit Iacob,
atque sonante vagos volventem gurgite fluctus
deserit Euphratem : fratri simul aspera fratris
jurgia declinat. Blando pia tecta nepoti
pectore Labanus, Syriæ tum, stirpe recenti,
sceptra tenens, pandit. Cui mox promissa minoris
(sic male certa fides) natæ connubia mutat,
majoremque viro thalami in penetralia furtim

παῖδ' ἑτέρην, ἀμφοῖν δ' ἐμίγη σὺν ὁμαίμοσιν ἧπι
Τῷ δ' υἷες ἐγένοντο νόῳ πεπνυμένοι αἰνῶς
Ἕνδεκα, καὶ κούρη Δείνα περικαλλὲς ἔχουσα
εἶδος, ἐπίτρεπτον δὲ δέμας, καὶ ἀμύμονα θυμόν.

Ἀπὸ δὲ Εὐφράτου φησὶ τὸν Ἰακὼβ ἐλθεῖν εἰς τὰ Σίκιμα πρὸς Ἐμμώρ· τὸν δ' ὑποδέξασθαι αὐτὸν, καὶ μέρος τι τῆς χώρας δοῦναι.

Καὶ αὐτὸν μὲν τὸν Ἰακὼβ γεωμορεῖν, τοὺς δὲ υἱοὺς αὐτοῦ ἕνδεκα τὸν ἀριθμὸν ὄντας ποιμαίνειν, τὴν δὲ θυγατέρα Δείναν καὶ τὰς γυναῖκας ἐριουργεῖν· καὶ τὴν Δείναν παρθένον οὖσαν εἰς τὰ Σίκιμα ἐλθεῖν πανηγύρεως οὔσης, βουλομένην θεάσασθαι τὴν πόλιν· Συχὲμ δὲ τὸν τοῦ Ἐμμὼρ υἱὸν ἰδόντα ἐρασθῆναι αὐτῆς, καὶ ἁρπάσαντα ὡς ἑαυτὸν διακομίσαι καὶ φθεῖραι αὐτήν. Αὖθις δὲ σὺν τῷ πατρὶ ἐλθόντα πρὸς τὸν Ἰακὼβ, αἰτεῖν αὐτὴν πρὸς γάμου κοινωνίαν· τὸν δὲ οὐφάναι δώσειν πρὶν ἂν ἅπαντας τοὺς οἰκοῦντας τὰ Σίκιμα περιτεμνομένους Ἰουδαΐσαι· τὸν δὲ Ἐμμὼρ φάναι πείσειν αὐτούς. Φησὶ δὲ περὶ τοῦ δεῖν περιτέμνεσθαι αὐτοὺς ὁ Ἰακὼβ,

Οὐ μὲν γὰρ θεμιτόν γε τόδ' Ἑβραίοισι τέτυκται,
γαμβροὺς ἀλλοθεν εἰς γε νοὺς ἀγέμεν ποτὶ δῶμα,
ἀλλ' ὅστις γενεῆς ἐξοίχεται εἶναι ὁμοίης.

Εἶτα ὑποβὰς περὶ τῆς περιτομῆς,

Ὅς ποτ' ἐῆς πάτρης ἐξήγαγε δῖον Ἀβραὰμ,
αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν κέλετ' ἀνέρα παντὶ σὺν οἴκῳ
σάρκ' ἀποσυλῆσαι πόσθης ἄπο, καί ῥ' ἐτέλεσσεν·
ἀστεμφὲς δὲ τέτυκται, ἐπεὶ θεὸς αὐτὸς ἔειπε.

Πορευθέντος οὖν εἰς τὴν πόλιν τοῦ Ἐμμὼρ, καὶ τοὺς ὑποτασσομένους παρακαλοῦντος περιτέμνεσθαι, ἕνα τῶν Ἰακὼβ υἱῶν τὸ ὄνομα Συμεῶνα διαγνῶναι τόν τε Ἐμμὼρ καὶ τὸν Συχὲμ ἀνελεῖν, τὴν ὕβριν τῆς ἀδελφῆς μὴ βουληθέντα πολιτικῶς ἐνεγκεῖν· ταῦτα δὲ διαγνόντα Λευὶν τῷ ἀδελφῷ κοινώσασθαι· λαβόντα δ' αὐτὸν συγκατανεῦσαι ἐπὶ τὴν πρᾶξιν παρορμῆσαι, λόγιον προφερόμενον τὸν Θεὸν ἀνελεῖν φάμενον τοῖς Ἀβραὰμ ἀπογόνοις δέκα ἔθνη δώσειν. Φησὶ δὲ οὕτως ὁ Συμεὼν πρὸς τὸν Λευὶν,

Εὖ γὰρ ἐγὼ μῦθόν γε πεπυσμένος εἰμὶ θεοῖο·
δώσειν γάρ ποτ' ἔφησε δέκ' ἔθνεα παισὶν Ἀβραάμ.

Τὸν δὲ θεὸν αὐτοῖς τοῦτον τὸν νοῦν ἐμβαλεῖν διὰ τὸ τοὺς ἐν Σικίμοις ἀσεβεῖς εἶναι. Φησὶ δὲ,

Βλάπτε θεὸς Σικίμων οἰκήτορας, οὐ γάρ ἔτιον
εἰς αὐτοὺς ὅστις κε μόλῃ κακὸς, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸς·
οὐδὲ δίκας ἐδίκαζον ἀνὰ πτόλιν οὐδὲ θέμιστας·
λοίγια δ' ὠρώρει τοῖσιν μεμελημένα ἔργα.

Τὸν οὖν Λευὶν καὶ τὸν Συμεῶνα εἰς τὴν πόλιν καθωπλισμένους ἐλθεῖν, καὶ πρῶτα μὲν τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀναιρεῖν, ἔπειτα δὲ καὶ τὸν Ἐμμὼρ καὶ τὸν Συχὲμ φονεῦσαι. Λέγει δὲ περὶ τῆς ἀναιρέσεως αὐτῶν οὕτως·

Ὡς τότε δὴ Συμεὼν μὲν Ἐμὼρ ὤρουσεν ἐπ' αὐτὸν,
πλῆξέ τε οἱ κεφαλὴν, δειρὴν δ' ἔλεν ἐν χερὶ λειῇ,
λεῖψε δ' ἔτι σπαίρουσαν, ἐπεὶ πόνος ἄλλος ὀρώρει·
Τόφρα δὲ καὶ Λευὶν ἀσχετος ἔλλαβε χαίτης
γούνων ἁπτόμενον Συχὲμ, ἄσπετα μαργήναντα.
Ἤλασε δὲ κληῖδα μέσην· δοῦ δὲ ξίφος ὀξὺ
σπλάγχνα διὰ στέρνων, λίπε δὲ ψυχὴ δέμας εὐῢς.

---

summittit Liam genitor : sed fraude retecta,
(sensit enim conjux) natuque minore potitus,
esse utramque dedit solerti prole parentem
Undenis maribus pulchro spectabilis ore
additur et molli præstans in corpore Dina
exserit ingenium.

Ab Euphrate vero Jacobum scribit quum ad Emmorem in Sicima venisset, exceptum ab eo humaniter, agrique parte donatum fuisse : ubi quum agriculturæ operam ipse daret, tum vero undecim filii in pastionem, Dinaque filia cum ceteris mulieribus in lanificium incumberet. Verum quo die solennis forte conventus Sicimis ageretur, Dinam tametsi adhuc virginem, in urbem tamen visendi studio penetrasse, ac Sychemum Emmoris filium, ejus simulac vidisset amore captum, ipsi per vim raptæ ac domum abductæ stuprum quum obtulisset, paullo post una cum patre ad Jacobum venisse, ab eoque filiæ nuptias expetivisse : quas ille quum negaret, priusquam incolæ Sicimorum universi et circumcisionem et ritus Judaicos accepissent : Emmorem futurum spopondisse, ut eos hanc ad conditionem adducere conaretur. Et eos quidem circumcidi omnes oportere, Jacobus ita declarat :

Hebræam divina vetant oracula gentem
externos sponsæ generos in tecta vocare :
hæc patrius tantum novit commercia sanguis.

Et mox de circumcisione :

Qui magnum patriis Abrahamum eduxit ab oris
cœlitus hunc tota jussit cum stirpe recurvo,
glande sub extrema, præputia demere ferro.
Paruit, atque Dei verbis immotus inhæsit.

Emmor itaque in civitatem reversus, quum suos ad capessendum circumcisionis ritum hortatus esset, unum ex Jacobi filiis Symeonem, quod sororis injuriam iniquius graviusque ferret, Emmorem ac Sychemum interficere statuisse; communicatoque cum Levino fratre consilio, socium eum comitemque facinoris adhibuisse, quum decem ille gentes Abrahami posteris divino promissas oraculo esse jactaret. Sic autem Levinum alloquitur Symeon :

Verba Dei penitus medio sub pectore servo,
quem denas Abraæ natis promittere gentes
commemini.

Ac Deum quidem propter Sicimitarum impietatem hanc iis mentem injecisse testatur his verbis :

Ardenti vindex Sicimos Deus obruit ira,
quo virtutis amans nemo inviolatus adiret :
hic ubi nulla æqui tenuit reverentia cives,
sed tantum infandi sceleris vesana libido.

Ergo Levinum ac Symeonem armatos in urbem venisse, obviisque primum cæsis, Emmorem ac Sychemum peremisse, quam ille cædem ita describit :

Tunc Emori vasto Symeon caput arduus ictu
amputat, ac læva truncam suspendere gestit
cervicem; donec, quod pugna atrocior instet,
linquat humi singultantem. At violentior ardet
Levinus frustraque solo pedibusque volutum,
ausum immane nefas Sychemum, pendentibus hærens
crinibus invadit. Jugulum delatus in altum,
mox toto gladius subit in præcordia ferro,
exturbatque animam.

Πυθομένους δὲ καὶ τοὺς ἑτέρους ἀδελφοὺς τὴν πρᾶξιν αὐτῶν ἐπιβοηθῆσαι, καὶ τὴν πόλιν ἐκπορθῆσαι, καὶ τὴν ἀδελφὴν ἀναρρυσαμένους μετὰ τῶν αἰχμαλώτων εἰς τὴν πατρῴαν ἔπαυλιν διακομίσαι. »

10.

ΑΡΤΑΠΑΝΟΥ

περὶ Ἰωσήφ.

Cap. 23 : Τούτοις καὶ τὰ ἑξῆς περὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἐκ τῆς αὐτῆς Πολυΐστορος γραφῆς ἐπισυνήφθω.

« Ἀρτάπανος δέ φησιν ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων τῷ Ἀβραὰμ Ἰωσὴφ ἀπόγονον γενέσθαι, υἱὸν δὲ Ἰακώβου· συνέσει δὲ καὶ φρονήσει παρὰ τοὺς ἄλλους διενεγκόντα ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐπιβουλευθῆναι· προειδόμενον δὲ τὴν ἐπισύστασιν δεηθῆναι τῶν ἀστυγειτόνων Ἀράβων εἰς τὴν Αἴγυπτον αὐτὸν διακομίσαι· τοὺς δὲ τὸ ἐπιτυγχανόμενον ποιῆσαι· εἶναι γὰρ τοὺς τῶν Ἀράβων βασιλεῖς ἀπογόνους Ἰσραὴλ, υἱοὺς δὲ Ἀβραάμ, Ἰσαὰκ δὲ ἀδελφούς. Ἐλθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον καὶ συσταθέντα τῷ βασιλεῖ διοικητὴν τῆς ὅλης γενέσθαι χώρας. Καὶ πρότερον ἀτάκτως τῶν Αἰγυπτίων γεωμορούντων, διὰ τὸ τὴν χώραν ἀδιαίρετον εἶναι καὶ τῶν ἐλασσόνων ὑπὸ τῶν κρεισσόνων ἀδικουμένων, τοῦτον πρῶτον τήν τε γῆν διελεῖν καὶ ὅροις διασημήνασθαι, καὶ πολλὴν χερσευομένην γεωργήσιμον ἀποτελέσαι, καί τινας τῶν ἀρουρῶν τοῖς ἱερεῦσιν ἀποκληρῶσαι. Τοῦτον δὲ καὶ μέτρα εὑρεῖν, καὶ μεγάλως αὐτὸν ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων διὰ ταῦτα ἀγαπηθῆναι. Γῆμαι δὲ αὐτὸν Ἡλιουπολίτου ἱερέως Ἀσενὲθ θυγατέρα, ἐξ ἧς γεννῆσαι παῖδας. Μετὰ δὲ ταῦτα παραγενέσθαι πρὸς αὐτὸν τόν τε πατέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς κομίζοντας πολλὴν ὕπαρξιν, καὶ κατοικισθῆναι ἐν τῇ πόλει Καισὰν, καὶ τοὺς Σύρους πλεονάσαι ἐν τῇ Αἰγύπτῳ. Τούτους δέ φησι καὶ τὸ ἐν Ἀθὼς καὶ τὸ ἐν Ἡλιουπόλει ἱερὸν κατασκευάσαι τοὺς Ἑρμιοὺθ ὀνομαζομένους. Μετὰ δὲ ταῦτα τελευτῆσαι τόν τε Ἰωσὴφ καὶ τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων. Τὸν οὖν Ἰωσὴφ κρατοῦντα τῆς Αἰγύπτου τὸν τῶν ἐτῶν ἑπτὰ σῖτον, γενόμενον κατὰ τὴν φορὰν ἄπλετον, παραθέσθαι, καὶ τῆς Αἰγύπτου δεσπότην γενέσθαι.

11.

ΦΙΛΩΝΟΣ

ἀπὸ τῆς αὐτῆς γραφῆς περὶ τοῦ Ἰωσήφ.

Cap. 24 : Μαρτυρεῖ δὲ ταῖς ἱεραῖς βίβλοις καὶ Φίλων ἐν τῇ ιδ' τῶν Περὶ Ἱεροσολυμα, λέγων οὕτως·

> Τοῖσιν ἔδος μακαριστὸν ὅλης μέγας ἔκτισεν ἄκτωρ
> ὕψιστος, καὶ πρόσθεν ἀπ' Ἀβραμοῖο καὶ Ἰσάκ,
> Ἰακὼβ εὐτέκνοιο τόκος Ἰωσὴφ, ὃς ὀνείρων
> θεσπιστὴς, σκηπτοῦχος ἐν Αἰγύπτοιο θρόνοισι,
> δινεύσας λαθραίᾳ χρόνου πλημμύριδι μοίρης,

καὶ τὰ ἑξῆς. » Ταῦτα δὲ καὶ περὶ τοῦ Ἰωσήφ.

Postmodum vero fratres ceteros, ubi rem inaudiissent, conjunctis viribus civitatem diripuisse, ac sororem cum ipsa captivorum manu paternam in villam transtulisse. »

10.

EX ARTAPANO

de Josepho.

Quibus deinceps Alexander Josephi rerum commemorationem adjungit, hunc in modum. « Artapanus autem in suo De Judæis commentario Josephum ait Abrahami nepotem, Jacobi filium, quum reliquis fratribus ingenio sapientiaque præstaret, eorum insidiis appetitum esse; quorum ipse conjuratione prospecta, vicinos Arabes, uti se in Ægyptum abducerent, obsecravit, ejusque precibus illos annuisse. Arabum enim reges Israelis nepotes, Abrahami filios et Isaaci fratres esse. Ergo Josephum, paullo post quam Ægyptum attigisset, eo regis studio ac benevolentia exceptum esse ut præfectus ab eo totius regni constitueretur. Eundem vero, quum Ægyptii terram eatenus magna perturbatione coluissent, quod neque divisa regio esset, ac tenuioris fortunæ homines a potentioribus iniquius haberentur, agros ante omnia divisisse, certis passim finibus terminisque descriptos, adeoque magnam soli partem incultam prius atque silvescentem, culturæ opportunam commodamque reddidisse, suosque sacerdotibus agros singulares atque proprios assignasse. Mensuras præterea invenisse, quibus ille officiis Ægyptiorum sibi voluntatem majorem in modum devinxerit. Ceterum Asenethen Heliopolitani sacerdotis filiam uxorem duxisse, ac liberos ex ea suscepisse. Postea vero patrem cunctosque fratres multis cum opibus ac facultatibus ad eum venisse, fixisque in urbe Cæsana domiciliis, Syrorum in Ægypto auctam admodum ac propagatam sobolem fuisse. Eosdem insuper tum quod apud Athon, tum quod apud Heliopolin est templum condidisse Hermiuth vulgo nominatos. Postremo Josephum Ægyptiorumque regem obiisse. Ac Josephum quidem quum Ægypto præesset, immensam frumenti vim, quæ toto septennio provenerat, in medium contulisse, ac totius Ægypti dominum fuisse.

11.

E PHILONE

Ex eodem scripto de Josepho.

Quin etiam Philonis testimonium divinis literis suffragatur. Is enim in libro De Hierosolymis decimo quarto ita scribit :

> Illis ampla potens ultro dat jugera princeps,
> facundoque solo locat incorruptus Ioseph,
> Abrami Isacique nepos, quemque almus Iacob
> sustulit, obscuræ cui pervia somnia noctis,
> qui solio incumbens Ægyptia regna tuetur,
> ambiguo fati varie jactatus ab æstu. »

12.

ΑΡΙΣΤΕΟΥ

περὶ τοῦ Ἰώβ.

Cap. 25 : Ἄκουε δὲ οἷα καὶ περὶ τοῦ Ἰὼβ ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ.

« Ἀριστέας δέ φησι ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων τὸν Ἡσαῦ γήμαντα Βασσάραν ἐν Ἐδὼμ, γεννῆσαι Ἰώβ· κατοικεῖν δὲ τοῦτον ἐν τῇ Αὐσίτιδι χώρᾳ, ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Ἰδουμαίας καὶ Ἀραβίας. Γενέσθαι δ' αὐτὸν δίκαιον καὶ πολύκτηνον· κτήσασθαι γὰρ αὐτὸν πρόβατα μὲν ἑπτακισχίλια, καμήλους δὲ τρισχιλίας, ζεύγη βοῶν πεντακόσια, ὄνους θηλείας νομάδας πεντακοσίας· εἶχε δὲ καὶ γεωργίας ἱκανάς. Τοῦτον δὲ τὸν Ἰὼβ πρότερον Ἰωβὰθ ὀνομάζεσθαι. Πειράζοντα δ' αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐμμεῖναι, μεγάλαις δὲ περιβαλεῖν αὐτὸν ἀτυχίαις. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτοῦ τούς τε ὄνους καὶ βοῦς ὑπὸ λῃστῶν ἀπελαθῆναι, εἶτα τὰ πρόβατα ὑπὸ πυρὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντος κατακαῆναι σὺν τοῖς ποιμέσι· μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τὰς καμήλους ὑπὸ λῃστῶν ἀπελαθῆναι· εἶτα τὰ τέκνα αὐτοῦ ἀποθανεῖν, πεσούσης τῆς οἰκίας· αὐθημερὸν δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ σῶμα ἑλκῶσαι. Φαύλως δὲ αὐτοῦ διακειμένου, ἐλθεῖν εἰς ἐπίσκηψιν Ἐλίφαν τὸν Θαιμανιτῶν βασιλέα, καὶ Βαλδὰδ τῶν Σαυχαίων τύραννον, καὶ Σωφὰρ τὸν Μιναίων βασιλέα, ἐλθεῖν δὲ καὶ Ἐλιοῦν τὸν Βαραχιὴλ τὸν Ζωβίτην. Παρακαλούμενον δὲ φάναι καὶ χωρὶς παρακλήσεως ἐμμενεῖν αὐτὸν ἔν τε τῇ εὐσεβείᾳ καὶ τοῖς δεινοῖς. Τὸν δὲ Θεὸν ἀγασθέντα τὴν εὐψυχίαν αὐτοῦ, τῆς τε νόσου αὐτὸν ἀπολῦσαι, καὶ πολλῶν κύριον ὑπάρξεων ποιῆσαι. »

Τοσαῦτα καὶ περὶ τούτων ὁ Πολυίστωρ.

13.

ΕΥΠΟΛΕΜΟΥ

περὶ Μωσέως.

Cap. 26 : Καὶ περὶ Μωσέως δὲ ὁ αὐτὸς πάλιν πλεῖστα παρατίθεται, ὧν καὶ αὐτῶν ἐπακοῦσαι ἄξιον.

« Εὐπόλεμος δέ φησι τὸν Μωσῆν πρῶτον σοφὸν γενέσθαι καὶ γράμματα παραδοῦναι τοῖς Ἰουδαίοις πρῶτον, παρὰ δὲ Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν, Ἕλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων, νόμους τε πρῶτον γράψαι Μωσῆν τοῖς Ἰουδαίοις. » Eadem ex Eupolemo ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων narrat Clem. Alex. Strom. I, 23, p. 148, 47 Sylb. et Chron. Alexand. p. 148, Cyrill. Adv. Jul. p. 231, D, et Georg. Hamartol. Chron. in Cramer. Anecd. tom. IV, p. 245.

14.

ΑΡΤΑΠΑΝΟΥ

περὶ Μωσέως.

Cap. 27 : « Ἀρτάπανος δέ φησιν ἐν τῇ Περὶ Ἰουδαίων, Ἀβραὰμ τελευτήσαντος, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Μεμφασθενὼθ, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων, τὴν δυναστείαν παραλαβεῖν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Παλμανώθην. Τοῦτον δὲ τοῖς Ἰουδαίοις φαύλως προσφέρεσθαι·

12.

EX ARISTÆO

de Jobo.

Nunc autem audi quæ de Jobo idem commemorat. « Aristeas, inquit, in sua De Judæis historia auctor est Esaum e Bassara conjuge Jobum in Idumæa filium genuisse, sedemque sibi in Ausitide regione apud ipsum Idumææ et Arabiæ confinium delegisse. Eundem æquitate præstantem, ac pecore in primis abundantem fuisse : ovium enim septem, camelorum tria millia, paria bovum quingenta, gregalesque asinas totidem numerasse. Copiam agrorum non absimilem. Ac Jobum quidem Jobathum antea nominatum esse. Porro deum exploranda hominis probandæque virtutis gratia, diuturnis eum grandibusque calamitatibus exercuisse. Primum enim asinarum bovumque armenta a latronibus per vim abacta esse, tum oves simul atque pastores igne cœlitus immisso conflagrasse, mox camelos quoque a latronibus similiter abductos, filiosque omnes ædium ruina oppressos fuisse; postremo illum etiam eo ipso die fœdissimo totius corporis ulcere laborasse. Quibus in angustiis positus quum esset, ad eum invisendi causa Elipham Thæmanitarum regem, Baldadem Sauchæorum tyrannum, Sopharem Minnæorum regem, et Elium Barachielis filium Zobitem convenisse. Qui quum eum alloquio solarentur, ipsum, tametsi consolatione omni careret, futurum tamen respondisse, uti pietatis suæ laudem hac in tanta malorum acerbitate perpetuam retineret. Deum vero hac ejus integritatis et constantiæ vi majorem in modum probata, non ipsum tantum morbo liberasse, verum etiam ingentibus deinceps opibus ac fortunis cumulasse. » Hæc omnia Polyhistor.

13.

EX EUPOLEMO

de Mose.

Idem quoque plurima de Mose habet auditu digna. « Mosem, inquit, narrat Eupolemus, primum sapientem fuisse, Judæisque primum literas tradidisse, a quibus eas Phœnices, ut a Phœnicibus Græci accepissent, eundemque Judæis leges principem condidisse. »

EX ARTAPANO

de Mose.

14.

« Artapanus autem in suo De Judæis opere scribit Abrahamo cum Mempsasthenothe filio, ipsoque Ægyptiorum rege, vita functo, Palmanothem alterum ejusdem filium Ægypti imperium cepisse, Judæumque populum durius habuisse. Ab hoc primum Cessam conditam, in eaque delubrum,

καὶ πρῶτον μὲν τὴν Κεσσὰν οἰκοδομῆσαι, τότε ἐπ' αὐτῇ ἱερὸν καθιδρύσασθαι, εἶτα τὸν ἐν Ἡλιουπόλει ναὸν κατασκευάσαι. Τοῦτον δὲ γεννῆσαι θυγατέρα Μέρριν, ἣν Χενεφρῇ τινὶ κατεγγυῆσαι, τῶν ὑπὲρ Μέμφιν τόπων βασιλεύοντι· πολλοὺς γὰρ τότε τῆς Αἰγύπτου βασιλεύειν· ταύτην δὲ στείραν ὑπάρχουσαν ὑποβαλέσθαι τινὸς τῶν Ἰουδαίων παιδίον, τοῦτο δὲ Μώυσον ὀνομάσαι· ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων αὐτὸν ἀνδρωθέντα Μουσαῖον προσαγορευθῆναι. Γενέσθαι δὲ τὸν Μώυσον τοῦτον Ὀρφέως διδάσκαλον· ἀνδρωθέντα δ' αὐτὸν πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις εὔχρηστα παραδοῦναι· καὶ γὰρ πλοῖα καὶ μηχανὰς πρὸς τὰς λιθοθεσίας καὶ τὰ Αἰγύπτια ὅπλα καὶ τὰ ὄργανα τὰ ὑδρευτικὰ καὶ πολεμικὰ καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐξευρεῖν· ἔτι δὲ τὴν πόλιν εἰς λς' νομοὺς διελεῖν, καὶ ἑκάστῳ τῶν νομῶν ἀποτάξαι τὸν Θεὸν σεβήσεσθαι, τά τε ἱερὰ γράμματα τοῖς ἱερεῦσιν· εἶναι δὲ καὶ αἰλούρους καὶ κύνας καὶ ἴβεις· ἀπονεῖμαι δὲ καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἐξαίρετον χώραν. Ταῦτα δὲ πάντα ποιῆσαι χάριν τοῦ τὴν μοναρχίαν βεβαίαν τῷ Χενεφρῇ διαφυλάξαι. Πρότερον γὰρ ἀδιατάκτους ὄντας τοὺς ὄχλους ποτὲ μὲν ἐκβάλλειν ποτὲ δὲ καθιστάνειν βασιλεῖς, καὶ πολλάκις μὲν τοὺς αὐτούς, ἐνιάκις δὲ ἄλλους. Διὰ ταῦτα οὖν τὸν Μώυσον ὑπὸ τῶν ὄχλων ἀγαπηθῆναι, καὶ ὑπὸ τῶν ἱερέων ἰσοθέου τιμῆς καταξιωθέντα προσαγορευθῆναι Ἑρμῆν διὰ τὴν τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἑρμηνείαν. Τὸν δὲ Χενεφρῆν ὁρῶντα τὴν ἀρετὴν Μωύσου φθονῆσαι αὐτῷ, καὶ ζητεῖν αὐτὸν ἐπ' εὐλόγῳ αἰτίᾳ τινὶ ἀνελεῖν. Καὶ δή ποτε τῶν Αἰθιόπων ἐπιστρατευσαμένων τῇ Αἰγύπτῳ, τὸν Χενεφρῆν ὑπολαβόντα εὐρηκέναι καιρὸν εὔθετον πέμψαι τὸν Μώυσον ἐπ' αὐτοὺς στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως, τὸ δὲ τῶν γεωργῶν αὐτῷ συστῆσαι πλῆθος, ὑπολαβόντα ῥᾳδίως αὐτὸν διὰ τὴν τῶν στρατιωτῶν ἀσθένειαν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναιρεθήσεσθαι. Τὸν δὲ Μώυσον ἐλθόντα ἐπὶ τὸν Ἑρμοπολίτην ὀνομαζόμενον νομὸν, ἔχοντα περὶ δέκα μυριάδας γεωργῶν, αὐτοῦ καταστρατοπεδεῦσαι· πέμψαι δὲ στρατηγοὺς τοὺς προκαθεδουμένους τῆς χώρας, οὓς δὴ πλεονεκτεῖν ἐπιφανῶς κατὰ τὰς μάχας· λέγειν δέ φησιν τοὺς Ἡλιουπολίτας γενέσθαι τὸν πόλεμον τοῦτον ἔτη δέκα. Τοὺς οὖν περὶ τὸν Μώυσον διὰ τὸ μέγεθος τῆς στρατιᾶς πόλιν ἐν τούτῳ κτίσαι τῷ τόπῳ, καὶ τὴν ἴβιν ἐν αὐτῇ καθιερῶσαι διὰ τὸ ταύτην τὰ βλάπτοντα ζῷα τοὺς ἀνθρώπους ἀναιρεῖν. Προσαγορεῦσαι δὲ αὐτὴν Ἑρμοῦ πόλιν. Οὕτω δὴ τοὺς Αἰθίοπας, καίπερ ὄντας πολεμίους, στέρξαι τὸν Μώυσον, ὥστε καὶ τὴν περιτομὴν τῶν αἰδοίων παρ' ἐκείνου μαθεῖν· οὐ μόνον δὲ τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἅπαντας. Τὸν δὲ Χενεφρῆν, λυθέντος τοῦ πολέμου, λόγῳ μὲν αὐτὸν ἀποδέξασθαι, ἔργῳ δὲ ἐπιβουλεύειν. Παρελόμενον γοῦν αὐτοῦ τοὺς ὄχλους, τοὺς μὲν ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς Αἰθιοπίας πέμψαι, προφυλακῆς χάριν· τοῖς δὲ προστάξαι τὸν ἐν Διὸς πόλει ναὸν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου κατεσκευασμένον καθαιρεῖν, ἕτερον δὲ λίθινον κατασκευάσαι τὸ πλησίον ὄρος λατομήσαντας· τάξαι δὲ ἐπὶ τῆς οἰκοδομίας ἐπιστάτην Ναχέρωτα. Τὸν δὲ ἐλθόντα μετὰ Μωύσου εἰς Μέμφιν πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ, εἴ τι ἄλλο ἐστὶν εὔχρηστον τοῖς ἀνθρώποις· τὸν δὲ φάναι γένος τῶν βοῶν διὰ τὸ τὴν γῆν ὑπὸ τούτων ἀροῦσθαι· τὸν δὲ Χενεφρῆν, προσαγορεύσαντα ταῦρον

---

mox templum apud Heliopolim excitatum esse. Ab eodem Merrhin filiam susceptam, ac Chenephræ cuidam regioni supra Memphim sitæ imperanti desponsam fuisse. Tum enim plures Ægyptum regulos tenuisse. Hanc porro, sterilis quum esset, Judææ mulieris infantem supposuisse, quem Moysum ipsa primum, deinde vero Græci, quum ad virilem ætatem pervenisset, Musæum nominarint. Atque hunc Orphei magistrum fuisse memorant, ac permulta humano generi utilissima tradidisse. Illi enim et navigiorum et machinarum, quibus adducti sursum lapides inter sese postea coagmententur, et armorum Ægyptiacorum, et instrumentorum partim hauriendæ vel deducendæ aquæ, partim bello necessariorum, ipsiusque adeo philosophiæ inventionem acceptam ferunt. Ad hæc civitatem ab eo in sex et triginta præfecturas divisam, suosque singulis numini colendo ritus assignatos, literasque sacras, puta felium, canum, ibium figuras, sacerdotibus cum singulari ac propria regione attributas esse. Quæ omnia eo consilio perfecerit, ut summum Chenephræ imperium stabiliret, quum nullo distincta ordine multitudo reges antea modo ejiceret, modo crearet, ac sæpe quidem eosdem, interdum etiam alios. Quibus ipse rebus non modo populorum sibi amorem conciliarit, verum etiam parem superis honorem a sacerdotibus, qui Hermen illum, i.e. interpretem, ob sacrarum literarum ἑρμηνείαν sive interpretationem appellarunt, facile impetrarit. At vero Chenephren Moysi virtutibus invidentem, perimendi hominis colorem aliquem honestamque speciem quæsivisse. Itaque quum in Ægyptum armati Æthiopes invasissent, commodam sibi facinoris occasionem esse oblatam ratum, Moysum imperatorem adversus eos cum exercitu ex agricolis maximam partem conflato misisse, quod eum propter militum imbecillitatem ab hoste nullo negotio conficiendum putaret. Moysum autem ad præfecturam quandam, cui Hermopolitæ nomen, quæque colonorum ad centum millia numerabat, profectum castra ibi posuisse, legatorum suorum fortissimis et strenuissimis quibusque præmissis, qui locum ac sedem occuparent. Quod bellum toto decennio gestum esse, ab Heliopolitanis sese accepisse testatur. Porro Moysum copiarum magnitudine instructum, eodem in loco urbem condidisse, Hermopolin nomine, in qua primum ibim, quod noxias hominibus animantes perimat, consecrarit. Æthiopes autem ipsos, tametsi hostes, tam propenso tamen in Moysum animo fuisse, ut ipsius quoque circumcisionis ab eo ritum acciperent. Id quod a sacerdotibus etiam omnibus præstitum fuerit. Ceterum Chenephren, confecto bello, tametsi benevolentiam ore simularet, clam tamen ei insidiari re ipsa perrexisse. Itaque Moysi copias ita distraxisse, ut partim ad Æthiopiæ confinia per causam præsidii ablegaret, partim Diospoleos templum operis latericii dirnere, aliudque, lapidibus e vicino monte cæsis, lapideum ædificare juberet. Huic operi Nacherotem quendam ab eo præfectum esse, qui Memphim una cum Moyso profectus, quæsierit ex eo, num quid præterea humano generi commodum utileque nosset. Cui Moses,

Ἆπιν, κελεῦσαι ἱερὸν αὐτοῦ τοὺς ὄχλους καθιδρύσασθαι, καὶ τὰ ζῷα τὰ καθιερωθέντα ὑπὸ τοῦ Μωύσου κελεύειν ἐκεῖ φέροντας θάπτειν, κατακρύπτειν θέλοντα τὰ τοῦ Μωύσου ἐπινοήματα. Ἀποξενωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν Αἰγυπτίων, ὁρκωμοτῆσαι τοὺς φίλους μὴ ἐξαγγεῖλαι τῷ Μωύσῳ τὴν ἐπισυνισταμένην αὐτῷ ἐπιβουλήν, καὶ προβαλέσθαι τοὺς ἀναιρήσοντας αὐτόν. Μηδενὸς δ' ὑπακούσαντος, ὀνειδίσαι τὸν Χενεφρῆν Χανεθώθην, τὸν μάλιστα προσαγορευόμενον ὑπ' αὐτοῦ· τὸν δὲ ὀνειδισθέντα ὑποσχέσθαι τὴν ἐπίθεσιν, λαβόντα καιρόν. Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν τῆς Μερρίδος τελευτησάσης, ὑποσχέσθαι τὸν Χενεφρῆν τῷ τε Μωύσῳ καὶ τῷ Χανεθώθῃ τὸ σῶμα διακομίσαντας εἰς τοὺς ὑπὲρ Αἴγυπτον τόπους θάψαι, ὑπολαβόντα τὸν Μώυσον ὑπὸ τοῦ Χανεθὼθ ἀναιρεθήσεσθαι. Πορευομένων δὲ αὐτῶν τὴν ἐπιβουλὴν τῷ Μωύσῳ τῶν συνειδότων ἐξαγγεῖλαί τινα· τὸν δὲ φυλάσσοντα αὐτὸν τὴν μὲν Μέρριν θάψαι, τὸν δὲ ποταμὸν καὶ τὴν ἐν ἐκείνῳ πόλιν Μερόην προσαγορεῦσαι. Τιμᾶσθαι δὲ τὴν Μέρριν ταύτην ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων οὐκ ἔλαττον ἢ τὴν Ἶσιν. Ἀαρῶνα δὲ τὸν τοῦ Μωύσου ἀδελφὸν τὰ περὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἐπιγνόντα, συμβουλεῦσαι τῷ ἀδελφῷ φυγεῖν εἰς τὴν Ἀραβίαν· τὸν δὲ πεισθέντα ἀπὸ Μέμφεως τὸν Νεῖλον διαπλεύσαντα ἀπαλλάσσεσθαι εἰς τὴν Ἀραβίαν. Τὸν δὲ Χανεθώθην πυθόμενον τοῦ Μωύσου τὴν φυγὴν ἐνεδρεύειν ὡς ἀναιρήσοντα· ἰδόντα δὲ ἐρχόμενον σπάσασθαι τὴν μάχαιραν ἐπ' αὐτὸν, τὸν δὲ Μώυσον προκαταλαβόντα, τήν τε χεῖρα κατασχεῖν αὐτοῦ, καὶ σπασάμενον τὸ ξίφος φονεῦσαι τὸν Χανεθώθην· διεκδρᾶναι δὲ εἰς τὴν Ἀραβίαν, καὶ Ῥαγουήλῳ τῷ τῶν τόπων ἄρχοντι συμβιοῦν, λαβόντα τὴν ἐκείνου θυγατέρα· τὸν δὲ Ῥαγουῆλον βούλεσθαι στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους, κατάγειν βουλόμενον τὸν Μώυσον, καὶ τὴν δυναστείαν τῇ τε θυγατρὶ καὶ τῷ γαμβρῷ κατασκευάσαι· τὸν δὲ Μώυσον ἀποκωλῦσαι, στοχαζόμενον τῶν ὁμοζύλων· τὸν δὲ Ῥαγουῆλον διακωλύοντα στρατεύειν τοῖς Ἄραψι προστάξαι λῃστεύειν τὴν Αἴγυπτον. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ τὸν Χενεφρῆν πρῶτον ἁπάντων ἀνθρώπων ἐλεφαντιάσαντα μεταλλάξαι· τούτῳ δὲ τῷ πάθει περιπεσεῖν διὰ τὸ τοὺς Ἰουδαίους προστάξαι σινδόνας ἀμφιέννυσθαι, ἐρεᾶν δ' ἐσθῆτα μὴ ἀμπέχεσθαι, ὅπως ὄντες ἐπίσημοι κολάζωνται ὑπ' αὐτοῦ. Τὸν δὲ Μώυσον εὔχεσθαι τῷ Θεῷ ἤδη ποτὲ τοὺς λαοὺς παῦσαι τῶν κακοπαθειῶν. Ἱλασκομένου δ' αὐτοῦ, αἰφνιδίως φησὶν ἐκ τῆς γῆς πῦρ ἀναφθῆναι, καὶ τοῦτο κάεσθαι, μήτε ὕλης μήτε ἄλλης τινὸς ξυλείας οὔσης ἐν τῷ τόπῳ. Τὸν δὲ Μώυσον δείσαντα τὸ γεγονὸς φεύγειν· φωνὴν δ' αὐτῷ θείαν εἰπεῖν, στρατεύειν ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ τοὺς Ἰουδαίους διασώσαντα εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀγαγεῖν πατρίδα. Τὸν δὲ θαρρήσαντα δύναμιν πολεμίαν ἐπάγειν διαγνῶναι τοῖς Αἰγυπτίοις. Πρῶτον δὲ πρὸς Ἀαρῶνα τὸν ἀδελφὸν ἐλθεῖν· τὸν δὲ βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων πυθόμενον τὴν τοῦ Μωύσου παρουσίαν καλέσαι πρὸς αὐτὸν, καὶ πυνθάνεσθαι ἐφ' ὅ τι ἥκοι· τὸν δὲ φάναι, διότι προστάσσειν αὐτῷ τὸν τῆς οἰκουμένης δεσπότην ἀπολῦσαι τοὺς Ἰουδαίους. Τὸν δὲ πυθόμενον εἰς φυλακὴν αὐτὸν καθεῖρξαι. Νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης, τάς τε θύρας πάσας αὐτομάτως ἀνοιχθῆναι τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ τῶν φυλάκων οὓς μὲν τελευτῆσαι, τινὰς δὲ

---

se vero nosse, boves nimirum, quibus in aranda terra uti liceret. At Chenephren, ubi tauro Apidis nomen indidisset, ei continuo templum a multitudine poni, eodemque translatas animantes a Moyse prius consecratas sepeliri voluisse, uti rerum ab eo institutarum memoriam una sepeliret. Verum abalienatos a se propterea quum Ægyptiorum animos intelligeret, clam jurejurando amicorum suorum fidem obstrinxisse, uti ne quis Moyso paratas insidias aperiret, simulque futuros cædis auctores designasse. Reclamantibus omnibus, Chanethothen, quem ex omnibus præcipuum nominant, acerbius increpasse, qui regis tandem offensione permotus, commodo se tempore facinus obiturum receperit. Ergo quum in eos forte dies Merrhis obitus incidisset, Chenephren transferendi ultra Ægypti fines corporis, ibidemque sepeliendi Moyso et Chanethothæ potestatem fecisse, quum interfectum iri ab isto Moysum putaret. Verum insidiis a conscio quodam in itinere sibi patefactis, Moysum saluti suæ diligentius cavisse : cui post sepultam Merrhin, Meroesque nomen fluvio atque urbi ad fluvium ædificatæ impositum, (quam quidem Merrhin indigenæ haud minori quam Isim ipsam religione venerentur,) Aaron frater, qui et ipse conjurationem resciverat, auctor fuerit ut fugam in Arabiam capesseret. Illum ergo consilium fratris secutum Memphi solvisse, Niloque trajecto in Arabiam contendisse. Chanethothen vero, fuga intellecta, insidias ei tetendisse, quibus exceptum opprimeret; adeoque venienti stricto gladio occurrisse : at Moysum hominem occupasse, nec ejus tantum inhibuisse manum, sed etiam illum educto ense confodisse. E vestigio elapsum in Arabiam, ad Raguelum ejus tum regionis principem adhæsisse, ab eoque filiam in uxorem accepisse. Porro quum in Ægyptios movere Raguelus vehementer optaret, ut Moysum eo deduceret, filiæque simul ac genero imperium assereret : Moysum, quod gentilibus suis metueret, ab ea ipsum mente amovere conatum esse; Raguelum vero, missa expeditione, Arabes jussisse ex Ægypto prædas agere. Interea Chenephren elephantiasi morbo mortalium omnium principem obisse, quum in eum incidisset, quod Judæos, lanea vestis usu prohibito, sindones jussisset induere, quo facilius in eos hoc a ceteris cultu distinctos sævire posset. At Moysum gentis suæ miserias apud Deum assidue deprecantem, eo demum tempore numen propitium habuisse, ac repente succensum a terra ignem erupisse ait, qui, tametsi locus ab omni ligno aliaque materia igni pascendo apta vacuus esset, ardere tamen non desineret. Quo prodigio Moysum, quum exterritus fugeret, voce divinitus immissa admonitum esse, ut in Ægyptum expeditione suscepta Judæos liberaret, ac pristinam in patriam aliquando reduceret. Itaque confirmato animo bellum Ægyptiis inferre statuisse, sic tamen ut Aaronem fratrem ante omnia conveniret. Cujus adventu nuntiato, Ægyptium regem ex eo, quem ad se confestim evocaverat, quæsivisse, quorsum illuc venisset : ipsum autem, orbis universi moderatoris jussu ac nomine regi nuntiasse, ut Judæos liberos secumque dimitteret.

ὑπὸ τοῦ ὕπνου παρειθῆναι, τά τε ὅπλα κατεαγῆναι. Ἐξελθόντα δὲ τὸν Μώυσον ἐπὶ τὰ βασίλεια ἐλθεῖν· εὑρόντα δὲ ἀνεῳγμένας τὰς θύρας εἰσελθεῖν, καὶ ἐνθάδε τῶν φυλάκων παρειμένων τὸν βασιλέα ἐξεγεῖραι. Τὸν δὲ ἐκπλαγέντα ἐπὶ τῷ γεγονότι κελεῦσαι τῷ Μωύσῳ τὸ τοῦ πέμψαντος αὐτὸν θεοῦ εἰπεῖν ὄνομα, διαχλευάσαντα αὐτόν· τὸν δὲ προσκύψαντα πρὸς τὸ οὖς εἰπεῖν, ἀκούσαντα δὲ τὸν βασιλέα πεσεῖν ἄφωνον, διακρατηθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Μωύσου πάλιν ἀναβιῶσαι· γράψαντα δὲ τοὔνομα εἰς δέλτον κατασφραγίσασθαι· τῶν δὲ ἱερέων τὸν ἐκφαυλίσαντα ἐν τῇ πινακίδι τὰ γεγραμμένα μετὰ σπασμοῦ τὸν βίον ἐκλιμπάνειν· εἰπεῖν δὲ τὸν βασιλέα σημεῖόν τι αὐτῷ ποιῆσαι· τὸν δὲ Μώυσον ἣν εἶχε ῥάβδον ἐκβαλόντα ὄφιν ποιῆσαι· πτοηθέντων δὲ πάντων, ἐπιλαβόμενον τῆς οὐρᾶς ἀνελέσθαι, καὶ πάλιν ῥάβδον ποιῆσαι. Προελθόντα δὲ μικρὸν, τὸν Νεῖλον τῇ ῥάβδῳ πατάξαι· τὸν δὲ ποταμὸν πολύχουν γενόμενον κατακλύζειν ὅλην τὴν Αἴγυπτον· ἀπὸ τότε δὲ καὶ τὴν κατάβασιν αὐτοῦ γίνεσθαι· συναγαγὸν δὲ τὸ ὕδωρ ἀποζέσαι, καὶ τὰ ποτάμια διαφθεῖραι ζῷα, τούς τε λαοὺς διὰ τὴν δίψαν φθείρεσθαι. Τὸν δὲ βασιλέα, τούτων γενομένων τῶν τεράτων, φάναι μετὰ μῆνα τοὺς λαοὺς ἀπολύσειν, ἐὰν ἀποκαταστήσῃ τὸν ποταμόν· τὸν δὲ Μώυσον πάλιν τῇ ῥάβδῳ πατάξαντα τὸ ὕδωρ συστεῖλαι τὸ ῥεῦμα. Τούτου δὲ γενομένου, τὸν βασιλέα τοὺς ἱερεῖς τοὺς ὑπὲρ Μέμφιν καλέσαι, καὶ φάναι αὐτοὺς ἀναιρήσειν καὶ τὰ ἱερὰ κατασκάψειν, ἐὰν μὴ καὶ αὐτοὶ τερατουργήγωσί τι. Τοὺς δὲ τότε διά τινων μαγγάνων καὶ ἐπαοιδῶν ὁράκοντα ποιῆσαι, καὶ τὸν ποταμὸν μεταχρῶσαι. Τὸν δὲ βασιλέα φρονηματισθέντα ἐπὶ τῷ γεγονότι, πάσῃ τιμωρίᾳ καὶ κολάσει καταικίζειν τοὺς Ἰουδαίους. Τὸν δὲ Μώυσον ταῦτα ὁρῶντα ἄλλα τε σημεῖα ποιῆσαι καὶ πατάξαντα τὴν γῆν τῇ ῥάβδῳ ζῷόν τι πτηνὸν ἀνεῖναι λυμαίνεσθαι τοὺς Αἰγυπτίους, πάντα τε ἐξελκωθῆναι τὰ σώματα. Τῶν δὲ ἰατρῶν μὴ δυναμένων ἰᾶσθαι τοὺς κάμνοντας, οὕτως πάλιν ἀνέσεως τυχεῖν τοὺς Ἰουδαίους. Πάλιν δὲ τὸν Μώυσον βάτραχον διὰ τῆς ῥάβδου ἀνεῖναι, πρὸς δὲ τούτοις ἀκρίδας καὶ σκνῖφας. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τοὺς Αἰγυπτίους τὴν ῥάβδον ἀνατιθέναι εἰς πᾶν ἱερὸν, ὁμοίως δὲ καὶ τῇ Ἴσιδι, διὰ τὸ τὴν γῆν εἶναι Ἶσιν, παιομένην δὲ τῇ ῥάβδῳ τὰ τέρατα ἀνεῖναι. Τοῦ δὲ βασιλέως ἔτι ἀφρονουμένου, τὸν Μώυσον χάλαζάν τε καὶ σεισμοὺς διὰ νυκτὸς ἀποτελέσαι, ὥστε τοὺς τὸν σεισμὸν φεύγοντας ἀπὸ τῆς χαλάζης ἀναιρεῖσθαι, τούς τε τὴν χάλαζαν ἐκκλίνοντας ὑπὸ τῶν σεισμῶν διαφθείρεσθαι. Συμπεσεῖν δὲ τότε τὰς μὲν οἰκίας πάσας, τῶν δὲ ναῶν τοὺς πλείστους. Τελευταῖον τοσαύταις συμφοραῖς περιπεσόντα τὸν βασιλέα τοὺς Ἰουδαίους ἀπολῦσαι· τοὺς δὲ χρησαμένους παρὰ τῶν Αἰγυπτίων πολλὰ μὲν ἐκπώματα, οὐκ ὀλίγον δὲ ἱματισμὸν, ἄλλην τε παμπληθῆ γάζαν, διαβάντας ἱκανὸν τόπον ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὰν τριταίους ἐλθεῖν θάλασσαν. Μεμφίτας μὲν οὖν λέγειν, ἔμπειρον ὄντα τὸν Μώυσον τῆς χώρας τὴν ἄμπωτιν τηρήσαντα διὰ ξηρᾶς τῆς θαλάσσης τὸ πλῆθος περαιῶ-

---

Quam ob rem quum in carcerem ab eo conjectus esset, noctu omnes portas carceris sponte patuisse, custodesque partim repentino sublatos interitu, partim alto somno solutos fractis passim armis jacuisse. Moysum e vestigio sese in regiam, patefactis etiam ultro januis, intulisse, ac præsidiariis militibus profundo quoque somno sepultis, regem excitasse: qui facti novitatem primum quidem obstupuerit, mox tamen, quasi ludos Moysum faceret, Dei, a quo missus esset, nomen aperire jusserit. Quod ubi Moysus in aurem insinuasset, regem illico mutum concidisse, donec ab eodem arreptus sibi ac vitæ redderetur. Et illum quidem indicatum nomen tabellis inscripsisse, quas postmodum obsignarit: quendam vero sacerdotem, qui scripti nominis majestatem elevaret, repentino spasmo correptum periisse. Præterea quum rex a Moyso prodigium aliquod expeteret, eum quam manu virgam tenebat in serpentem subito convertisse; omnibusque stupentibus, arrepta cauda priorem ei rursus virgæ formam reddidisse. Paullo post Nilum eadem virga percussum, intumescentibus undis Ægyptum universam proluisse; ex eoque tempore statis deinceps vicibus in agros sese Nilum effudisse. Mox collectas et stagnantes passim aquas efferbuisse, nec piscibus modo interitum, sed exitialem hominibus sitim attulisse. Itaque regem tot prodigiis territum, sese post mensem Judæos dimissurum spopondisse, si pristinus flumini status a Moyso redderetur. Illum aqua denuo virga tetigisse, eodemque momento insolentem ejus impetum cohibuisse. Hic vero regem, evocatis qui trans Memphim habitant sacerdotibus necem omnibus interminatum, nisi similia ipsi quoque prodigia ostenderent. Eos præstigiis et incantationibus quibusdam repente draconis speciem objecisse ac fluminis colorem immutasse; quo facto elatiorem ac tumidiorem quam antea regem, omni poenarum ac suppliciorum genere postmodum Judæos vexasse. Quod ubi Moysus videret, quum alia pleraque ab eo miracula edita esse, tum ex terra quam virga percusserat, genus quoddam alati animantis exstitisse, quod Ægyptios pessime vexaret, omniumque corporibus fœdum morsibus punctionibusque suis vulnus inureret. Cui morbo quum nullum medici remedium invenirent, Judæos aliquantulum denuo respirasse, Moysum vero ejusdem virgæ contactu ranas præterea, locustas ac culices excitasse: quæ quidem in causa fuerint, quamobrem singulis in templis virgam Ægypti consecrarint, eademque omnino qua ipsam et Isim religione voluerint: Isim quippe terram esse rati, quæ virga percussa tot miraculorum formas exclusisset. At furente nihilominus rege, Moysum ad grandinis calamitatem nocturnos terræ motus addidisse, ut qui se motui subducere conarentur, grandine afflicti et contusi perirent; qui autem grandinis impetum declinarent, terræ quassatione interirent. Ac domos quidem universas fanaque tum plurima corruisse, regem vero tot malis cladibusque fractum, Judæos, sero licet, aliquando tamen dimisisse. Qui multis ab Ægyptiorum poculis tum vestibus corrogatis, aliaque multiplici gaza, magno confecto itinere ad mare Rubrum tertio denique die pervenerint. Atque a Memphitis quidem ita narrari, Moysum totius regionis scientissimum, observato reciprocantis æstus tempore, sicco mari universam multitudinem transmisisse: ab Heliopolitanis vero secus;

σαι· Ἡλιουπολίτας δὲ λέγειν, ἐπικαταδραμεῖν τὸν βασιλέα μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἅμα καὶ τοῖς καθιερωμένοις ζῴοις, διὰ τὸ τὴν ὕπαρξιν τοὺς Ἰουδαίους τῶν Αἰγυπτίων χρησαμένους διακομίζειν. Τῷ δὲ Μωύσῳ θείαν φωνὴν γενέσθαι, πατάξαι τὴν θάλασσαν τῇ ῥάβδῳ καὶ διαστῆναι· τὸν δὲ Μώυσον ἀκούσαντα, ἐπιθιγεῖν τῇ ῥάβδῳ τοῦ ὕδατος, καὶ οὕτω τὸ μὲν νᾶμα διαστῆναι, τὴν δὲ δύναμιν διὰ ξηρᾶς ὁδοῦ πορεύεσθαι. Συνεμβάντων δὲ τῶν Αἰγυπτίων καὶ διωκόντων, φησὶ πῦρ αὐτοῖς ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἐκλάμψαι, τὴν δὲ θάλασσαν πάλιν τὴν ὁδὸν ἐπικλύσαι· τοὺς δὲ Αἰγυπτίους ὑπό τε τοῦ πυρὸς καὶ τῆς πλημμυρίδος πάντας διαφθαρῆναι· τοὺς δὲ Ἰουδαίους διαφυγόντας τὸν κίνδυνον τεσσαράκοντα ἔτη ἐν τῇ ἐρήμῳ διατρῖψαι, βρέχοντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ κρῖμνον, ὅμοιον ἐλύμῳ, χιόνι παραπλήσιον τὴν χρόαν. Γεγονέναι δέ φησι τὸν Μώυσον μακρὸν, πυρρακῆ, πολιὸν, κομήτην, ἀξιωματικόν. Ταῦτα δὲ πρᾶξαι περὶ ἔτη ὄντα ὀγδοήκοντα ἐννέα. »

Quæ de Mose h. l. narrantur, eadem ex Artapano paucis memorant Clemens Alex. Strom. I, p. 149, 1 Sylb., Chron. Paschale p. 64, et Chron. in Crameri Anecdot. Parisin. II, p. 176.

15.

Sequitur apud Euseb. c. 28 de Mose narratio ex EZECHIELIS tragœdia, quæ Ἐξαγωγὴ, *Judæorum exitus*, inscribitur, deprompta. Quam quum Dübnerus meus ediderit ad calcem voluminis, quod Euripidis et reliquorum tragicorum fragmenta continet, denuo eam h. l. exhibere supersedeo.

16.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ

περὶ Μωσέως.

Cap. 29 : Δημήτριος δὲ περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ Αἰγυπτίου καὶ τῆς διαφορᾶς τῆς πρὸς τὸν μηνύσαντα τὸν τελευτήσαντα, ὁμοίως τῷ τὴν ἱερὰν βίβλον γράψαντι ἱστόρησε· φυγεῖν μέντοι γε τὸν Μωσῆν εἰς Μαδιὰμ, καὶ συνοικῆσαι ἐκεῖ τῇ Ἰοθὸρ θυγατρὶ Σεπφώρᾳ, ἣν εἶναι, ὅσα στοιχάζεσθαι ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, τῶν γενομένων ἐκ Χεττούρας, τοῦ Ἀβραὰμ γένους, ἐκ τοῦ Ἰεζὰν τοῦ γενομένου Ἀβραὰμ ἐκ Χεττούρας· ἐκ δὲ τοῦ Ἰεζὰν γενέσθαι Δαδάν· ἐκ δὲ τοῦ Δαδὰν Ῥαγουὴλ· ἐκ δὲ τοῦ Ῥαγουὴλ Ἰοθὸρ καὶ Ἀβάβ (καὶ Ἰοβάβ in Cram. An. Par. II, p. 256, ubi eadem)· ἐκ δὲ τοῦ Ἰοθὸρ Σεπφώραν, ἣν γῆμαι Μωσῆν. Καὶ τὰς γενεὰς δὲ συμφωνεῖν· τὸν γὰρ Μωσῆν εἶναι ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕβδομον, τὴν δὲ Σεπφώραν ἕκτην. Συνοικοῦντος γὰρ ἤδη τοῦ Ἰσαὰκ, ἀφ' οὗ Μωσῆν εἶναι, γῆμαι Ἀβραὰμ τὴν Χεττούραν ὄντα ἐτῶν ρμ', καὶ γεννῆσαι Ἰσαὰρ ἐξ αὐτῆς δεύτερον· τὸν δὲ Ἰσαὰκ ὄντα ἐτῶν ἑκατὸν γεννῆσαι. Ὥστε μθ' ἐτῶν ὕστερον γεγονέναι τὸν Ἰσαὰρ ἀφ' οὗ τὴν Σεπφώραν γεγενεαλογῆσθαι. Οὐδὲν οὖν ἀντιπίπτει τὸν Μωσῆν καὶ τὴν Σεπφώραν κατὰ τοὺς αὐτοὺς γεγονέναι χρόνους. Κατοικεῖν δ' αὐτοὺς Μαδιὰμ πόλιν, ἣν ἀπὸ ἑνὸς τῶν Ἀβραὰμ παίδων ὀνομασθῆναι. Φησὶ γὰρ τὸν Ἀβραὰμ τοὺς παῖδας πρὸς ἀνατολὰς ἐπὶ κατοικίαν πέμψαι· διὰ τοῦτο δὲ καὶ Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ εἰπεῖν ἐν Ἀσηρὼθ Μωσῆν Αἰθιοπίδα γῆμαι γυναῖκα.

---

quippe regem abeuntes Judæos, quæque ab Ægyptiis mutuo acceperant auferentes, ingenti exercitu cum animantibus consecratis persecutum esse. At Moysum uti mare virga percuteret, divinitus admonitum, aquam virga tetigisse, ac discedentibus illico fluctibus, copias sicco tramite deduxisse. Eandem porro viam tentantibus ac fugientium terga prementibus Ægyptiis, quum adversum repente ignem coruscasse, tum ipsum quoque mare patentem semitam refluentibus undis obruisse, itaque partim igni partim æstu maritimo Ægyptios ad unum omnes periisse. Judæos vero ab imminenti periculo liberatos, per solitudinem annos quadraginta continenter vagatos esse, ac farina, quam cœlitus iis Deus pluerit, panicum figura, candore nivem referente, vitam sustentasse. Ceterum idem Moysum statura proceriorem, colore subrufum, promissa cæsarie canum, toloque corpore augustiorem fuisse, hæcque omnia circa annum ætatis nonum et octogesimum perfecisse tradit. »

16.

E DEMETRIO

de eodem.

Demetrius autem et hominis Ægyptii cædem et susceptæ a Mose cum eo, a quo facti suggillatus est, altercationis exitum eundem in modum quo Sacra historia commemorat. Quippe Mosem quum se ad Madianitas fuga recepisset, Jothoris filiam uxorem duxisse, nomine Sepphoram, quo ex nomine eam ex Chetturæ nepotibus et Abrahami genere satam esse conjiciat : Abrahamum enim Jezanem ex Chettura suscepisse, ab Jezane vero Dadanem, ab hoc Raguelem, a Raguele Jothorem atque Ababum procreatos esse; postremo Jothoris filiam Sepphoram hanc exstitisse, quam secum matrimonio Moses copularit. Et vero ætatum seriem haud inepte huic suspicioni quadrare. Nam Mosem quidem septimam, Sepphoram vero sextam post Abrahamum numerari. Isaaco enim, ex quo Moses originem duxerit, jam secum habitante, Abrahamum annos natum quadraginta supra centum Chetturam duxisse, et Isaarum ex ea secundo loco suscepisse, quum Isaacum anno centesimo genuisset, sicque annis circiter duobus et quadraginta serius Isaarum illum esse natum, cujus ex stirpe Sepphora prodiisset. Causæ igitur nihil esse, quamobrem Moses et Sepphora eodem tempore vivere non potuerint. Ceterum eos Madiam urbem incoluisse, quæ ab uno ex Abrahami liberis nomen acceperit. Liberos enim suos orientem versus domicilii quærendi causa Abrahamum dimisisse, ac propterea Mosi deinceps ad Aserothem exprobratum ab Aarone ac Maria fuisse, quod Æthiopissam mulierem uxorem duxisset.

17.

Sequitur ap. Euseb. c. 29 alterum fragmentum peramplum ex Ezechielis Ἐξαγωγῇ petitum. Vide fr. 15.

18.

ΕΥΠΟΛΕΜΟΥ,

περὶ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος.

Cap. 30 : Εὐπόλεμος δέ φησιν ἔν τινι περὶ τῆς Ἠλίου προφητείας, Μωσῆν προφητεῦσαι ἔτη μ΄· εἶτα Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ υἱὸν ἔτη λ΄, βιῶσαι δ' αὐτὸν ἔτη ρι΄, πῆξαί τε τὴν ἱερὰν σκηνὴν ἐν Σηλοῖ. Μετὰ δὲ ταῦτα προφήτην γενέσθαι Σαμουήλ. Εἶτα δὲ τοῦ Θεοῦ βουλήσει ὑπὸ Σαμουὴλ Σαοῦλον βασιλέα αἱρεθῆναι, ἄρξαντα δὲ ἔτη κα΄ τελευτῆσαι. Εἶτα Δαβὶδ τὸν τούτου υἱὸν διαναστεῦσαι, ὃν καταστρέψασθαι Σύρους τοὺς παρὰ τὸν Εὐφράτην οἰκοῦντας ποταμὸν, καὶ τὴν Κομμαγηνὴν, καὶ τοὺς ἐν Γαλαδηνῇ Ἀσσυρίους καὶ Φοίνικας. Στρατεῦσαι δ' αὐτὸν καὶ ἐπὶ Ἰδουμαίους καὶ Ἀμμανίτας καὶ Μωαβίτας καὶ Ἰτουραίους καὶ Ναβαταίους καὶ Ναβδαίους, αὖθις δὲ ἐπιστρατεῦσαι ἐπὶ Σούρωνα βασιλέα Τύρου καὶ Φοινίκης, οὓς καὶ ἀναγκάσαι φόρους Ἰουδαίοις ὑποτελεῖν· πρός τε Οὐαφρῆν τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα φιλίαν συνθέσθαι. Βουλόμενόν τε Δαβὶδ οἰκοδομῆσαι ἱερὸν τῷ Θεῷ, ἀξιοῦν τὸν Θεὸν τόπον αὐτῷ δεῖξαι τοῦ θυσιαστηρίου· ἔνθα δὴ ἄγγελον αὐτῷ ὀφθῆναι ἑστῶτα ἐπάνω τοῦ τόπου, οὗ τὸν βωμὸν ἱδρῦσθαι ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ κελεύειν αὐτὸν μὴ ἱδρῦσθαι τὸ ἱερὸν διὰ τὸ αἵματι ἀνθρωπίνῳ πεφῦρθαι καὶ πολλὰ ἔτη πολεμηκέναι. Εἶναι δ' αὐτῷ ὄνομα Διαναδάν· προστάξαι δὲ αὐτῷ τοῦτον, ὅπως τῷ υἱῷ ἐπιτρέψῃ τὴν οἰκοδομίαν· αὐτὸν δὲ εὐτρεπίζειν τὰ πρὸς τὴν κατασκευὴν ἀνήκοντα, ἀργύριον, χαλκὸν, λίθους, ξύλα κυπαρίσσινα καὶ κέδρινα. Ἀκούσαντα δὲ τὸν Δαβὶδ πλοῖα ναυπηγήσασθαι ἐν Αἰλάνοις πόλει τῆς Ἀραβίας, καὶ πέμψαι μεταλλευτὰς εἰς τὴν Οὐρφῆ νῆσον, κειμένην ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, μέταλλα χρυσικὰ ἔχουσαν· καὶ τὸ χρυσίον ἐκεῖθεν μετακομίσαι τοὺς μεταλλευτὰς εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Βασιλεύσαντα δὲ τὸν Δαβὶδ ἔτη μ΄ Σολομῶνι τῷ υἱῷ τὴν ἀρχὴν παραδοῦναι, ὄντι ἐτῶν ιβ΄, ἐνώπιον Ἠλεὶ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν ιβ΄ φυλάρχων, καὶ παραδοῦναι αὐτῷ τόν τε χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ χαλκὸν καὶ λίθον καὶ ξύλα κυπαρίσσινα καὶ κέδρινα. Καὶ αὐτὸν μὲν τελευτῆσαι, Σολομῶνα δὲ βασιλεύειν, καὶ γράψαι πρὸς Οὐαφρῆν τὸν Αἰγύπτου βασιλέα τὴν ὑπογεγραμμένην ἐπιστολήν.

Cap. 31 : Βασιλεὺς Σολομῶν Οὐαφρῇ βασιλεῖ Αἰγύπτου φίλῳ πατρικῷ χαίρειν.

Γίνωσκέ με παρειληφότα τὴν βασιλείαν παρὰ Δαβὶδ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ μεγίστου, καὶ ἐπιτεταγότος μοι οἰκοδομῆσαι ἱερὸν τῷ Θεῷ, ὃς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἔκτισεν· ἅμα δέ σοι γράψαι, ἀποστεῖλαί μοι τῶν παρά σου λαῶν, οἳ παραστήσονταί μοι μέχρι τοῦ ἐπιτελέσαι πάντα κατὰ τὴν χρείαν, καθότι ἐπιτέταχται.

Cap. 32 : Βασιλεὺς Οὐαφρῆς Σολομῶνι βασιλεῖ μεγάλῳ χαίρειν.

Ἅμα τῷ ἀναγνῶναι τὴν παρά σου ἐπιστολὴν σφόδρα ἐχάρην, καὶ λαμπρὰν ἡμέραν ἤγαγον ἐγώ τε καὶ ἡ δύναμίς μου πᾶσα ἐπὶ τῷ παρειληφέναι σε τὴν βασιλείαν

18.

EX EUPOLEMO

de Davide, Salomone et Hierosolymis.

Eupolemus, in libro ubi de Eliæ prophetia agit, auctor est Mosem annos quadraginta prophetæ munus obiisse, cui Jesus Nauæ filius successerit, eodem annos triginta perfunctus, vita ad annum decimum supra centesimum propagata. Ab hoc sacrum præterea tabernaculum in Silo fixum esse. Postea Samuelem prophetam exstitisse, ab eoque postmodum Saulem regem Dei jussu creatum fuisse, qui circa annum regni vicesimum primum obierit. Eidem vero Davidem ipsius filium successisse, qui Syros ad Euphratem incolentes et Commagenen cum iis qui Galadenen tenebant Assyriis ac Phœnicibus debellarit. Eundem adversus Idumæos, Ammanitas, Moabitas, Ituræos, Nabatæos et Nabdæos, itemque contra Suronem Tyri Phœniciæque regem movisse, quos ille omnes Judæis in posterum tributa pendere coegerit. At cum Uaphre Ægyptiorum rege fœdus percussisse. Porro quum Deo templum excitare percuperet, vehementius a Deo contendisse, uti sibi statuendo altari locum indicaret : simulque repente oblatum ei angelum esse, qui supra locum eum, ubi Hierosolymæ ara posita est, consisteret; a quo tamen ejusmodi templum ædificari prohibitus fuerit, quod sese humano sanguine polluisset, an nosque plurimos bello gerendo occupatus fuisset. Angeli nomen Dianadanum esse refert, jussumque ab eo Davidem, relicta filio ædificationis molliendæ cura, quæ futuri operis substructio postularet, aurum, argentum, æs, lapides, ligna, tam cupressina quam cedrina, diligenter ante comparare. Ergo Davidem, his auditis navibusque apud Ailana Arabiæ civitatem ædificatis, effodiendi metalli artifices in Urphen, Rubri maris insulam auri fodinis abundantem, misisse, qui auri plurimum in Judæam inde retulerint. Davidem autem postquam annos quadraginta regnasset, imperium Salomoni filio annos duodecim nato, coram Helio sacerdotum principe ac tribunis duodecim, cum auro, argento, ære, lapidibus lignisque omnibus cupressinis ac cedrinis tradidisse. Salomonem vero quum defuncto patre regnum capessisset, ad Uaphrem Ægypti regem eam quæ sequitur epistolam scripsisse.

Salomon rex Uaphræ Ægypti regi, amico paterno, salutem.

Noveris me summi numinis beneficio regnum a Davide patre accepisse, a quo templum Deo cœli terrarumque molitori ædificare jussus fuerim, simulque abs te literis petere, ut ad me ex regni tui hominibus fabrisque mittas, qui suam

παρὰ χρηστοῦ ἀνδρὸς καὶ δεδοκιμασμένου ὑπὸ τηλικούτου θεοῦ. Περὶ δὲ ὧν γράφεις μοι περὶ τῶν κατὰ τοὺς λαοὺς τοὺς παρ' ἡμῖν, ἀπέσταλκά σοι μυριάδας ὀκτὼ, ὧν καὶ τὰ πλήθη, ἐξ ὧν εἰσὶ, διασεσάφηκά σοι. Ἐκ μὲν τοῦ Σεβριθίτου νομοῦ, μυρίους· ἐκ δὲ τοῦ Μενδησίου καὶ Σεβεννύτου, δισμυρίους· [ἐκ δὲ τοῦ] Βουσιρίτου, Λεοντοπολίτου καὶ Βαθριθίτου (Ἀθριβίτου Holsten. ad St. B. p. 12), ἀνὰ μυρίους. Φρόντισον δὲ καὶ τὰ δέοντα αὐτοῖς καὶ τὰ ἄλλα, ὅπως εὐταχτῇ, καὶ ἵνα ἀποκατασταθῶσιν εἰς τὴν ἰδίαν, ὡς ἂν ἀπὸ τῆς χρείας γενομένης (sic). Eadem tangit Chronic. Alexandrin. p. 214.

Cap. 33 : Βασιλεὺς Σαλομῶν Σούρωνι τῷ βασιλεῖ Τύρου καὶ Σιδῶνος καὶ Φοινίκης, φίλῳ πατρικῷ, χαίρειν.

Γίνωσκέ με παρειληφότα τὴν βασιλείαν παρὰ Δαβὶδ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ μεγίστου, ἐπιτεταχότος μοι οἰκοδομῆσαι ἱερὸν τῷ Θεῷ, ὃς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἔκτισεν· ἅμα δὲ καί σοι γράψαι, ἀποστεῖλαί μοι τῶν παρά σου λαῶν, οἳ συμπαραστήσονται ἡμῖν μέχρι τοῦ ἐπιτελέσαι τὴν τοῦ Θεοῦ χρείαν, καθότι μοι ἐπιτέτακται. Γέγραφα δὲ καὶ εἰς τὴν Γαλιλαίαν καὶ Σαμαρεῖτιν καὶ Μωαβῖτιν καὶ Ἀμμανῖτιν καὶ Γαλαδῖτιν χορηγεῖσθαι αὐτοῖς τὰ δέοντα ἐκ τῆς χώρας κατὰ μῆνα, κόρους σίτου μυρίους· ὁ δὲ κόρος ἐστὶν ἀρταβῶν ἕξ· καὶ οἴνου κόρους μυρίους· ὁ δὲ κόρος τοῦ οἴνου ἐστὶ μέτρα δέκα. Τὸ δὲ ἔλαιον καὶ τὰ ἄλλα χορηγηθήσεται αὐτοῖς ἐκ τῆς Ἰουδαίας, ἱερεῖα δὲ εἰς χρεοφαγίαν ἐκ τῆς Ἀραβίας.

Cap. 34 : Σούρων Σαλομῶνι βασιλεῖ μεγάλῳ χαίρειν.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἔκτισεν, ὃς εἵλετο ἄνθρωπον χρηστὸν ἐκ χρηστοῦ ἀνδρός. Ἅμα τῷ ἀναγνῶναι τὴν παρά σου ἐπιστολὴν σφόδρα ἐχάρην, καὶ εὐλόγησα τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ παρειληφέναι σε τὴν βασιλείαν. Περὶ δὲ ὧν γράφεις μοι περὶ τῶν κατὰ τοὺς λαοὺς τοὺς παρ' ἡμῖν, ἀπέσταλκά σοι Τυρίων καὶ Φοινίκων ὀκτακισμυρίους, καὶ ἀρχιτέκτονά σοι ἀπέσταλκα ἄνθρωπον Τύριον, ἐκ μητρὸς Ἰουδαίας ἐκ τῆς φυλῆς τῆς Δαβίδ. Ὑπὲρ ὧν ἂν αὐτὸν ἐρωτήσῃς τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πάντων [τῶν κατὰ] ἀρχιτεκτονίαν, ὑφηγήσεταί σοι καὶ ποιήσει. Περὶ δὲ τῶν δεόντων καὶ ἀποστελλομένων σοι παίδων καλῶς ποιήσεις ἐπιστείλας τοῖς κατὰ τόπον ἐπάρχοις, ὅπως χορηγῆται τὰ δέοντα. (Harum epistolarum ex Alexandro Polyhistore obiter meminit etiam Clem. Alex. p. 143,45 Sylb.)

Διελθὼν δὲ Σαλομῶν, ἔχων τοὺς πατρικοὺς φίλους, ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦ Λιβάνου, μετὰ τῶν Σιδωνίων καὶ Τυρίων, μετήνεγκε τὰ ξύλα τὰ προκεκομμένα ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ διὰ τῆς θαλάττης εἰς Ἰόππην, ἐκεῖθεν δὲ πεζῇ εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ ἄρξασθαι οἰκοδομεῖν τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ, ὄντα ἐτῶν ιγ' · ἐργάζεσθαι δὲ τὰ ἔθνη τὰ προειρημένα καὶ φυλὰς ιϐ' τῶν Ἰουδαίων, καὶ παρέχειν ταῖς ἑκκαίδεκα μυριάσι τὰ δέοντα πάντα κατὰ μῆνα φυλὴν μίαν, θεμελιῶσαί τε τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, μῆκος πηχῶν ξ', πλάτος πηχῶν ξ', τὸ δὲ πλάτος τῆς οἰκοδομῆς καὶ τῶν θεμελίων, πηχῶν ί· οὕτω γὰρ αὐτῷ

---

mihi operam navent, donec, uti par est, cuncta, prout jussus ego sum, accurate perfecero.

Vaphres rex Salomoni regi magno salutem.

Literas tuas simulatque perlegi, quum ingentem animo cepi lætitiam, tum genialem cum universo exercitu populoque meo diem egi, quod a viro optimo tantoque numini probatissimo regnum acceperis. Quod autem a nobis homines fabrosque postulas, eorum octoginta ad te millia misi, quorum etiam natale tibi solum indicare juvat. E Sebrithide præfectura decem millia, ex Mendesia et Sebennytide viginti millia, e Busiritide, Leontopolitide et Athribitide circiter triginta millia numerantur. Superest ut iis quæcunque opus fuerint, abunde suppeditari cures, partim ne quid inter eos turbarum excitetur, partim ut ædificatione perfecta, salvi ad suos incolumesque revertantur.

Salomon rex Suroni Tyri, Sidonis ac Phœniciæ regi, amico paterno, salutem.

Noveris me summi numinis beneficio regnum a Davide patre accepisse, a quo templum Deo cœli terrarumque molitori ædificare jussus fuerim, simulque abs te per literas petere, ut ad me ex regni tui hominibus fabrisque mittas, qui suam nobis operam navent, donec divinum illud opus, prout jussus sum, accurate perfecero. Ceterum in Galilæam, Samariam, Moabitidem, Amanitidem et Galaditidem scripsi, ut ex regionibus illis quæcunque opus fuerint, iis affatim suppetant; nempe in singulos menses, cororum tritici decem millia, qui singuli attabas sex continent; itemque cororum vini decem millia, qui singuli metra decem efficiunt, oleum autem et cetera ex Judæa, hostias vero, quarum carnibus vescantur, ex Arabia suppeditari jussi.

Suron Salomoni regi magno salutem.

Benedictus Deus, terræ ac cœli conditor, qui virum optimum ac parentis optimi filium elegerit. Literas tuas simulatque perlegi, summam animo voluptatem cepi, Deoque gratias egi, quod regnum capessisses. Quod autem a nobis homines operasque postulas, Tyriorum ac Phœnicum octoginta millia ad te misi, et inter ceteros architectum, patria Tyrium, sed matre Judæa eademque ex Davidis tribu natum, qui tibi quæcunque ex eo quæsieris, quæ cœli hujus ambitu continentur, si modo ad architecturam pertinent, ea scienter edisseret omnia facileque perficiet. Quod superest, partium tuarum erit, ad locorum præfectos scribere, ut huic tantæ hominum multitudini quæcunque necessaria fuerint, diligenter et abundanter provideant.

Salomon igitur, his lectis, paternorum amicorum auxilio fretus et Tyriorum et Sidoniorum manu stipatus, instrato monte Libano, quidquid lignorum a parente casum olim fuerat, per mare Joppen usque transvexit, indeque pedestri ductu Hierosolyma comportavit. Protinus ad templi Deo voti se ædificationem accingit, anno ætatis decimo tertio. Quod in opus dum universa illa diversorum populorum mul-

προστάξαι Νάθαν τὸν προφήτην τοῦ Θεοῦ. Οἰκοδομεῖν δὲ ἐναλλὰξ δόμον λίθινον καὶ ἔνδεσμον κυπαρίσσινον, πελεκίνοις χαλκοῖς ταλαντιαίοις καταλαμβάνοντας τοὺς β' δόμους. Οὕτω δ' αὐτὸν οἰκοδομήσαντα ξυλῶσαι ἔξωθεν κεδρίνοις ξύλοις καὶ κυπαρισσίνοις, ὥστε τὴν λιθίνην οἰκοδομὴν μὴ φαίνεσθαι· χρυσῶσαί τε τὸν ναὸν ἔσωθεν χωννύντα πλινθία χρυσᾶ πενταπήχη, καὶ προστιθέναι προσηλοῦντα ἥλοις ἀργυροῖς, ταλαντιαίοις τὴν ὁλκήν, μαστοειδέσι τὸν ῥυθμὸν, τέτταρσι δὲ τὸν ἀριθμόν. Οὕτω δ' αὐτὸν χρυσῶσαι ἀπὸ ἐδάφους ἕως τῆς ὀροφῆς, τό τε ὀρόφωμα ποιῆσαι ἐκ φατνωμάτων χρυσῶν, τὸ δὲ ὦμα ποιῆσαι χαλκοῦν ἀπὸ κεραμίδων χαλκῶν, χαλκὸν χωνεύσαντα, καὶ τοῦτον καταχέαντα. Ποιῆσαι δὲ δύο στύλους χαλκοῦς, καὶ καταχρυσῶσαι αὐτοὺς χρυσίῳ ἀδόλῳ, ἑκτύλῳ τὸ πάχος. Εἶναι δὲ τοὺς στύλους τῷ ναῷ ἰσομεγέθεις, τὸ δὲ πλάτος, κύκλῳ ἕκαστον κίονα πηχῶν δέκα· στῆναι δὲ αὐτοὺς τοῦ οἴκου ὧν μὲν ἐκ δεξιῶν, ὧν δὲ ἐξ εὐωνύμων. Ποιῆσαι δὲ καὶ λυχνίας χρυσᾶς, δέκα τάλαντα ἑκάστην ὁλκὴν ἀγούσας, ὑπόδειγμα λαβόντα τὴν ὑπὸ Μωσέως ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου τεθεῖσαν. Στῆσαι δ' ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ σηκοῦ τὰς μὲν ἐκ δεξιῶν, τὰς δὲ ἐξ εὐωνύμων. Ποιῆσαι δ' αὐτὸν καὶ λύχνους χρυσοῦς ο', ὥστε καίεσθαι ἐφ' ἑκάστης λυχνίας ἑπτά. Οἰκοδομῆσαι δὲ τὰς πύλας τοῦ ἱεροῦ, καὶ κατακοσμῆσαι χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ· καὶ καταστεγάσαι φατνώμασι κεδρίνοις καὶ κυπαρισσίνοις. Ποιῆσαι δὲ καὶ κατὰ τὸ πρὸς βορρᾶν μέρος τοῦ ἱεροῦ στοὰν, καὶ στύλους αὐτῇ ὑποστῆσαι χαλκοῦς μή'. Κατασκευάσαι δὲ καὶ λουτῆρα χαλκοῦν, μῆκος πηχῶν κ', καὶ πλάτος πηχῶν κ', τὸ δὲ ὕψος πηχῶν ε'. Ποιῆσαι δὲ ἐπ' αὐτῷ στεφάνην πρὸς τὴν βάσιν ἔξω ὑπερέχουσαν πῆχυν ἕνα πρὸς τὸ τοὺς ἱερεῖς τούς τε πόδας προκλύζεσθαι καὶ τὰς χεῖρας νίπτεσθαι ἐπιβαίνοντας· ποιῆσαι δὲ καὶ τὰς βάσεις τοῦ λουτῆρος τορευτὰς, χωνευτὰς δώδεκα, καὶ τῷ ὕψει ἀνδρομήκεις, καὶ στῆσαι ἐξ ὑστέρου μέρους ὑπὸ τὸν λουτῆρα, ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου. Ποιῆσαι δὲ καὶ βάσιν χαλκῆν τῷ ὕψει πηχῶν δυοῖν, κατὰ τὸν λουτῆρα, ἵν' ἐφεστήκῃ ἐπ' αὐτῆς ὁ βασιλεὺς, ὅταν προσεύχηται, ὅπως ὀπτάνηται τῷ λαῷ τῶν Ἰουδαίων. Οἰκοδομῆσαι δὲ καὶ τὸ θυσιαστήριον πηχῶν κε' ἐπὶ πήχεις κ', τὸ δὲ ὕψος πηχῶν ιθ'. Ποιῆσαι δὲ καὶ δακτυλίους δύο χαλκοῦς ἁλυσιδωτοὺς, καὶ στῆσαι αὐτοὺς ἐπὶ μηχανημάτων ὑπερεχόντων τῷ ὕψει τὸν ναὸν πήχεις κ', καὶ σκιάζειν ἐπάνω παντὸς τοῦ ἱεροῦ· καὶ προσχρεμάσαι ἑκάστῃ δικτύῃ κώδωνας χαλκοῦς ταλαντιαίους τετρακοσίους· καὶ ποιῆσαι ὅλας τὰς δικτύας πρὸς τὸ ψοφεῖν τοὺς κώδωνας, καὶ ἀποσοβεῖν τὰ ὄρνεα, ὅπως μὴ καθίζῃ ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ, μήτε νοσσεύῃ ἐπὶ τοῖς φατνώμασι τῶν πυλῶν καὶ στοῶν, καὶ μολύνῃ τοῖς ἀποπατήμασι τὸ ἱερόν. Περιβαλεῖν δὲ καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τὴν πόλιν τείχεσι καὶ πύργοις καὶ τάφροις· οἰκοδομῆσαι δὲ καὶ βασίλεια ἑαυτῷ. Προσαγορευθῆναι δὲ τὸ ἀνάκτορον πρῶτον μὲν Ἱερὸν Σαλομῶνος, ὕστερον δὲ παρεφθαρμένως τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ

---

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡ' ΑΛΚΜΑΝΙ ΤΟΠΙΚΩΣ ΕΙΡΗΜΕΝΩΝ.

136-137.

Steph. Byz. : Ἄραξαι ἢ Ἀραξοί, ἔθνος Ἰλλυρίας, ὡς Ἀλ. Κορνήλιος ἐν τῷ Περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων.

Ἄσσος... Ἀλέξανδρος δ' ὁ Κορνήλιος ἐν τῷ Περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς ἱστορημένων, Μυτιληναίων ἄποικον ἐν τῇ Μυσίᾳ φησὶν Ἄσσον, ὅπου ὁ σαρκοφάγος γίγνεται λίθος.

ΠΕΡΙ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΩΝ ΣΥΜΒΟΛΩΝ.

138.

Clem. Al. Strom. I, 15, p. 131, 18 Sylb. : Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τῷ Περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων Ναζαράτῳ τῷ Ἀσσυρίῳ μαθητεῦσαι ἱστορεῖ τὸν Πυθαγόραν (Ἰεζεκιὴλ τοῦτον ἡγοῦνταί τινες, οὐκ ἔστι δὲ, ὡς ἔπειτα δηλωθήσεται), ἀκηκοέναι τε πρὸς τούτοις Γαλατῶν καὶ Βραχμάνων τὸν Πυθαγόραν βούλεται. —

Scythopolis urbs, teste Alexandro in Libycorum libro tertio.

Chalcea, urbs Libyæ, ut ait Polyhistor in Libycorum libro tertio, secundum Demosthenem, quem reprehendens Polybius libro duodecimo ita scribit : « Prorsus ignorat Demosthenes etiam ea quæ ad Chalcea pertinent, neque enim urbs est, sed æris officinæ sunt. »

Cherronesus. Quinta ejus nominis urbs Libyæ est Cherrura nominata, sicuti Alexander tertio Libycorum. « Sequitur Cherronesus, cui Cherrura nomen. »

133—134.

Anetussa, urbs Libyæ. Civis Anetussæus, ut Scotussæus, teste Polyhistore.

Thyne, urbs Libyæ, ut Alexander Polyhistor.

135.

Alii dicunt Perseum, postquam caput Gorgoni abscidisset, cum eo per auras supra Libyam volasse. Ex guttis vero sanguinis quæ in terram decidissent belluas ortas esse. Atque propterea Libyam poeta belluis abundantem dixit. Eadem etiam Alexander dicit.

[PERIPLUS MARIS RUBRI.]

[135 a.]

In Periplo maris Rubri Alexander dicit se serpentes vidisse longitudine quadraginta cubitorum et crassitudine pro rata longitudinis portione : item genus cancrorum, quorum testæ circumferentia undique pedis mensuram implebat; et chelæ maxime prominebant; neminem vero iis insidiari, quia sacri habentur Neptuno, et deo consecrantur et quasi donaria sint ejus ab omni noxa et omnibus insidiis tuta.

DE LOCIS ET REGIONIBUS APUD ALCMANEM MEMORATIS.

136—137.

Araxæ sive Araxi, Illyriæ gens, ut Cornelius Alexander in libro De locis et regionibus, quorum in Alcmanis carminibus mentio fit.

Assus. Alexander Cornelius in libro De locis apud Alcmanem commemoratis dicit Assum in Mysia Mytilenæorum coloniam esse, ubi lapis sarcophagus reperitur.

DE PYTHAGORICIS SYMBOLIS.

138.

Alexander ubi de symbolis Pythagoricis agit Pythagoram discipulum fuisse tradit Nazarati Assyrii (quem nonnulli Ezechielem esse censent, falso illi quidem, ut in sequentibus demonstrabitur); ac præterea etiam Galatas et Brachmanes audiisse Pythagoram vult.

Cyrill. Adv. Julian. IX, p. 133 : Ἱστορεῖ γοῦν Ἀλέξανδρος ὁ ἐπίκλην Πολυΐστωρ ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων Ἀσσυρίῳ τὸ γένος ὄντι τῷ Ζάρᾳ φοιτῆσαι τὸν Πυθαγόραν. Fortasse hæc partem constituerunt operis sequentis.

ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ ΔΙΑΔΟΧΑΙ.

Polyhistori opus tribuit Jonsius, p. 238; recte, puto. Vossius incertus hæret num Milesio nostro an Ephesio sit vindicandum; Reinesius assignat Alex. Ægiensi, peripatetico, præceptori Neronis (v. Suid. v. Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος). Brandis. quoque *Gesch. d. Phil.* I, p. 31, et Rumpf. p. 17, Alexandrum Polyhistorem intelligunt.

139.

Diog. L. I, 116 : Φερεκύδης, Βάβυος, Σύριος, καθά φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς, Πιττακοῦ διακήκοε.

140.

Idem VIII, 22 : Λέγεται παρεγγυᾶν αὐτὸν (Πυθαγόραν) ἑκάστοτε τοῖς μαθηταῖς τάδε λέγειν εἰς τὸν οἶκον εἰσιοῦσι,

Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Σφάγιά τε θεοῖς προσφέρειν κωλύειν, μόνον δὲ τὸν ἀναίμακτον βωμὸν προσκυνεῖν. Μηδ' ὀμνύναι θεούς· ἀσκεῖν γὰρ αὐτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν. Τούς τε πρεσβυτέρους τιμᾶν, τὸ προηγούμενον τῷ χρόνῳ τιμιώτερον ἡγουμένους· ὡς ἐν κόσμῳ μὲν ἀνατολὴν δύσεως, ἐν βίῳ δ' ἀρχὴν τελευτῆς, ἐν ζωῇ δὲ γένεσιν φθορᾶς. (23) Καὶ θεοὺς μὲν δαιμόνων προτιμᾶν, ἥρωας δ' ἀνθρώπων, ἀνθρώπων δὲ μάλιστα τοὺς γονέας. Ἀλλήλοις θ' ὁμιλεῖν, ὡς τοὺς μὲν φίλους ἐχθροὺς μὴ ποιῆσαι, τοὺς δ' ἐχθροὺς φίλους ἐργάσασθαι. Ἴδιόν τε μηδὲν ἡγεῖσθαι. Νόμῳ βοηθεῖν, ἀνομίᾳ πολεμεῖν· φυτὸν ἥμερον μήτε φθίνειν μήτε σίνεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ ζῷον δ μὴ βλάπτει ἀνθρώπους. Αἰδῶ καὶ εὐλάβειαν εἶναι μήτε γέλωτι κατέχεσθαι μήτε σκυθρωπάζειν. Φεύγειν σαρκῶν πλεονασμόν, ὁδοιπορίης ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν ποιεῖσθαι, μνήμην ἀσκεῖν, ἐν ὀργῇ μήτε τι λέγειν μήτε πράσσειν, μαντικὴν (οὐ) πᾶσαν τιμᾶν, (24) ᾠδαῖς χρῆσθαι πρὸς λύραν ὕμνῳ τε θεῶν καὶ ἀνδρῶν ἀγαθῶν εὔλογον χάριν ἔχειν. Τῶν δὲ κυάμων ἀπέχεσθαι διὰ τὸ πνευματώδεις ὄντας μάλιστα μετέχειν τοῦ ψυχικοῦ· καὶ ἄλλως κοσμιωτέρας ἀπεργάζεσθαι τὰς γαστέρας, μὴ παραληφθέντας. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς καθ' ὕπνους φαντασίας λείας καὶ ἀταράχους ἀποτελεῖν. Φησὶ δ' ὁ Ἀλέξανδρος ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων Διαδοχαῖς καὶ ταῦτα εὑρηκέναι ἐν Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν. (25) Ἀρχὴν μὲν ἁπάντων μονάδα· ἐκ δὲ τῆς μονάδος ἀόριστον δυάδα ὡς ἂν ὕλην τῇ μονάδι αἰτίῳ ὄντι ὑποστῆναι· ἐκ δὲ τῆς μονάδος καὶ τῆς ἀορίστου δυάδος τοὺς ἀριθμούς· ἐκ δὲ τῶν ἀριθμῶν τὰ σημεῖα· ἐκ δὲ τούτων τὰς γραμμάς, ἐξ ὧν τὰ ἐπίπεδα σχήματα· ἐκ δὲ τῶν ἐπιπέδων τὰ στερεὰ σχήματα· ἐκ δὲ τούτων τὰ αἰσθητὰ σώματα, ὧν καὶ τὰ στοιχεῖα εἶναι τέτταρα, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα· μεταβάλλειν δὲ καὶ τρέπεσθαι δι' ὅλων, καὶ γίνεσθαι ἐξ αὐτῶν κόσμον ἔμψυχον, νοερὸν, σφαιροειδῆ, μέσην περιέχοντα τὴν

Alexander cui Polyhistoris cognomen in libro de Pythagoricis symbolis ait Pythagoram Zara, Assyrio genere, magistro usum esse.

PHILOSOPHORUM SUCCESSIONES.

139.

Pherecydes, Babyis filius, Syrius, ut ait Alexander in Successionibus, Pittaci auditor fuit.

140.

Fertur Pythagoras discipulos admonere solitus ut ista quotidie quum domum ingrederentur, dicerent,

Quæ lapsus? quæ perfeci? quæ debita omisi?

Cruentas hostias diis offerri prohibebat, solamque aram quæ esset sine sanguine adorandam. Dejerare itidem per deos vetabat : quemque enim id studiose curare oportere ut se ipsum fide dignum præstet. Majores honorandos, quod tempore præcederet honorabilius existimantibus : quemadmodum in mundo occasu ortum, in vita principium fine, in vivendo generationem interitu. (23) Deos quidem semideis in honore præferendos, hominibus autem heroas, parentes vero hominibus ceteris. Invicem ea ratione conversandum, uti ne ex amicis inimicos, verum ex inimicis amicos faciamus. Propriumque nihil arbitrandum. Legi opitulandum : insectandum quidquid legibus adversatur. Mitem arborem non corrumpendam nec lædendam; ac ne animal quidem quod hominibus non noceat. Pudorem et verecundiam in eo consistere, ut neque effusius rideas neque severiore sis vultu. Fugiendam carnis superfluam pinguedinem; itinerum contentionem remissione temperandam, exercendam memoriam, irato animo nihil aut dicendum aut faciendum; divinationem (non) quamcunque honorandam; (24) cantibus ad lyram utendum laudeque deorum virorumque præstantium habendam veram gratiam. Porro fabarum usu interdicebat, quia flatu repletæ maxime animatam naturam continerent, ac præterea ventres fieri modestiores (*i. e. crepitus non fieri*), si ab iis abstineretur : atque eo etiam quæ in somnis contingunt imagines leves ac perturbatione vacuas perfici. Refert autem Alexander in Successionibus philosophorum et ista se in Pythagoricis Commentariis reperisse. (25) Principium omnium esse unitatem; porro ex unitate infinitam dualitatem veluti materiam auctori unitati subjectam esse; ex unitate vero et infinita dualitate numeros gigni, ex numeris puncta, ex punctis lineas, ex quibus planæ figuræ constent; ex planis autem solidas figuras, ex quibus item sub sensum cadentia consistere corpora, quorum et quattuor elementa esse, ignem, aquam, terram, aerem, quæ per omnia se mutent ac vertant, ex quibus fieri mundum animatum, intelligibilem, rotundum, mediam terram continentem, quam et ipsam rotundam esse et globosam ac circum habitari. (26) Esse vero etiam antipodas, quibus summa esse quæ

γῆν καὶ αὐτὴν σφαιροειδῆ καὶ περιοικουμένην. (26) Εἶναι δὲ καὶ ἀντίποδας καὶ τὰ ἡμῖν κάτω ἐκείνοις ἄνω. Ἰσόμοιρά τ' εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ φῶς καὶ σκότος, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρόν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν· ὧν κατ' ἐπικράτειαν θερμοῦ μὲν θέρος γίνεσθαι, ψυχροῦ δὲ χειμῶνα, ξηροῦ δ' ἔαρ, καὶ ὑγροῦ φθινόπωρον. Ἐὰν δὲ ἰσομοιρῇ, τὰ κάλλιστα εἶναι τοῦ ἔτους, οὗ τὸ μὲν θάλλον ἔαρ ὑγιεινόν, τὸ δὲ φθίνον φθινόπωρον νοσερόν. Ἀλλὰ καὶ τῆς ἡμέρας θάλλειν μὲν τὴν ἕω, φθίνειν δὲ τὴν ἑσπέραν· ὅθεν καὶ νοσερωτέραν εἶναι. Τόν τε περὶ τὴν γῆν ἀέρα ἄσειστον καὶ νοσερὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα θνητά· τὸν δὲ ἀνωτάτω ἀεικίνητόν τ' εἶναι καὶ καθαρὸν καὶ ὑγιᾶ καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἀθάνατα καὶ διὰ τοῦτο θεῖα. (27) Ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεούς· ἐπικρατεῖν γὰρ τὸ θερμὸν ἐν αὐτοῖς, ὅπερ ἐστὶ ζωῆς αἴτιον. Τὴν τε σελήνην λάμπεσθαι ὑφ' ἡλίου. Καὶ ἀνθρώποις εἶναι πρὸς θεοὺς συγγένειαν, κατὰ τὸ μετέχειν ἄνθρωπον θερμοῦ· διὸ καὶ προνοεῖσθαι τὸν θεὸν ἡμῶν. Εἱμαρμένην τε τῶν ὅλων καὶ κατὰ μέρος αἰτίαν εἶναι τῆς διοικήσεως. Διήκειν τ' ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνα διὰ τοῦ αἰθέρος τοῦ τε ψυχροῦ καὶ παχέος. Καλοῦσι δὲ τὸν μὲν ἀέρα ψυχρὸν αἰθέρα, τὴν δὲ θάλασσαν καὶ τὸ ὑγρὸν παχὺν αἰθέρα. Ταύτην δὲ τὴν ἀκτῖνα καὶ εἰς τὰ βένθη δύεσθαι καὶ διὰ τοῦτο ζωοποιεῖν πάντα. (28) Καὶ ζῆν μὲν πάνθ' ὅσα μετέχει τοῦ θερμοῦ· διὸ καὶ τὰ φυτὰ ζῷα εἶναι· ψυχὴν μέντοι μὴ ἔχειν πάντα. Εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόσπασμα αἰθέρος καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, τῷ συμμετέχειν ψυχροῦ αἰθέρος. Διαφέρειν τε ψυχὴν ζωῆς· ἀθάνατόν τ' εἶναι αὐτὴν, ἐπειδήπερ καὶ τὸ ἀφ' οὗ ἀπέσπασται ἀθάνατόν ἐστι. Τὰ δὲ ζῷα γεννᾶσθαι ἐξ ἀλλήλων ἀπὸ σπερμάτων, τὴν δ' ἐκ γῆς γένεσιν ἀδύνατον ὑφίστασθαι. Τὸ δὲ σπέρμα εἶναι σταγόνα ἐγκεφάλου περιέχουσαν ἐν ἑαυτῇ θερμὸν ἀτμόν· ταύτην δὲ προσφερομένην τῇ μήτρᾳ ἀπὸ μὲν τοῦ ἐγκεφάλου ἰχῶρα καὶ ὑγρὸν καὶ αἷμα προΐεσθαι, ἐξ ὧν σάρκας τε καὶ νεῦρα καὶ ὀστᾶ καὶ τρίχας καὶ τὸ ὅλον συνίστασθαι σῶμα· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀτμοῦ ψυχὴν καὶ αἴσθησιν. (29) Μορφοῦσθαι δὲ τὸ μὲν πρῶτον παγὲν ἐν ἡμέραις τεσσαράκοντα, κατὰ δὲ τοὺς τῆς ἁρμονίας λόγους ἐν ἑπτὰ ἢ ἐννέα ἢ δέκα τὸ πλεῖστον μησὶ τελεωθὲν ἀποκυΐσκεσθαι τὸ βρέφος· ἔχειν δ' ἐν αὐτῷ πάντας τοὺς λόγους τῆς ζωῆς, ὧν εἰρομένων συνέχεσθαι κατὰ τοὺς τῆς ἁρμονίας λόγους, ἑκάστων ἐν τεταγμένοις καιροῖς ἐπιγινομένων. Τήν τ' αἴσθησιν κοινῶς καὶ κατ' εἶδος τὴν ὅρασιν ἀτμόν τιν' εἶναι ἄγαν θερμόν. Καὶ διὰ τοῦτο λέγεται δι' ἀέρος ὁρᾶν καὶ δι' ὕδατος· ἀντερείδεσθαι γὰρ τὸ θερμὸν ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. Ἐπεί τοι εἰ ψυχρὸς ἦν ὁ ἐν τοῖς ὄμμασιν ἀτμὸς, διειστήκει ἂν πρὸς τὸν ὅμοιον ἀέρα· νῦν δὲ ** ἔστιν ἐν οἷς ἡλίου πύλας καλεῖ τοὺς ὀφθαλμούς. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τῆς ἀκοῆς καὶ τῶν λοιπῶν αἰσθήσεων δογματίζει. (30) Τὴν δ' ἀνθρώπου ψυχὴν διαιρεῖσθαι τριχῇ, εἴς τε νοῦν καὶ φρένας καὶ θυμόν. Νοῦν μὲν οὖν καὶ θυμὸν εἶναι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις, φρένας δὲ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ. Εἶναι δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ καρδίας μέχρις ἐγκεφάλου· καὶ τὸ μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ μέρος αὐτῆς ὑπάρχειν θυμόν, φρένας δὲ καὶ νοῦν τὰ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ·

---

nobis infima sunt. Æquis etiam partibus mundo inesse lucem ac tenebras, calidumque et frigidum, et siccum et humidum : ex iis dum calor superat, æstatem; dum frigus, hiemem; dum humor, brumam fieri. Ea dum æquis partibus sunt, optima anni tempora confici : namque virescens est veris grata salubrisque temperies; occidens vero autumni tempestas morbosa. Diei quoque virescere auroram, vesperam occidere : quocirca insalubriorem esse. Eum item qui terram complectitur aera immotum ac morbosum, et quæ in illo sunt omnia esse mortalia. Summum vero æthera semper moveri et esse liquidissimum ac saluberrimum et quæ in eo sunt immortalia omnia atque idcirco divina. (27) Solem item et lunam et reliqua sidera deos esse : quippe in illis superare calorem, qui sit vitæ auctor. Lunam autem a sole illustrari. Hominibusque esse cum diis cognationem, quod homo quoque caloris particeps sit : unde et deum nostri providentiam gerere. Fatumque universorum et singulorum administrandorum causam esse. Penetrare item a sole radium per æthera frigidum et concretum. Vocant autem aerem quidem frigidum æthera; mare autem et humorem, concretum æthera. Hunc vero radium etiam profunda penetrare atque ideo vivificare omnia. (28) Vivere item omnia quæ caloris participia sunt, atque ideo et plantas esse animantes : animam tamen non habere omnes. Animam esse particulam ex æthere avulsam et calido et frigido, eo quod sit simul particeps frigidi ætheris. Differre autem a vita animam, eamque esse immortalem, quandoquidem et id a quo avulsa est immortale sit. Porro animalia ex se invicem nasci ex seminibus; quæ vero e terra fiat generationem non posse subsistere. Semen autem esse cerebri stillam, quæ in se calidum contineat vaporem : hæc vero dum infunditur vulvæ, ex cerebro quidem saniem et humorem sanguinemque profluere, ex quibus caro, nervi, ossa, pili totumque consistat corpus; e vapore autem animam atque sensum. (29) Formari autem primo quidem concretum et compactum intra dies quadraginta, secundum vero rationem harmoniæ intra septem aut novem aut decem uti plurimum menses consummatum atque perfectum infantem edi in lucem. Habere autem in se omnes vitæ rationes, quibus sua serie connexis contineri secundum congruentiæ rationes, quum singula statutis temporibus accedant. Sensum communiter quidem omnem ac speciatim visum vaporem esse quendam valde calidum. Atque ideo per aerem aquamque videre dicitur : affligi enim calidum a frigido. Nam si esset frigidus ille in oculis vapor, distaret profecto adversus aerem similem : nunc vero ** alicubi oculos solis portas appellat. Eadem et de auditu statuit ac sensibus reliquis. (30) Porro mentem et animam humanam trifariam dividere, in intellectum et mentem et animum. Intellectum autem atque animum inesse etiam reliquis animalibus, sed mentem in solo homine. Esse autem principatum animæ a corde usque ad cerebrum, et eam quidem quæ sit in corde ipsius partem animum esse, mentem vero et intellectum quæ sunt in ce

σταγόνας δ' εἶναι ἀπὸ τούτων τὰς αἰσθήσεις. Καὶ τὸ μὲν φρόνιμον ἀθάνατον, τὰ δὲ λοιπὰ θνητά. Τρέφεσθαί τε τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ αἵματος· τοὺς δὲ λόγους ψυχῆς ἀνέμους εἶναι. Ἀόρατόν τ' εἶναι αὐτὴν καὶ τοὺς λόγους, ἐπεὶ καὶ ὁ αἰθὴρ ἀόρατος. (31) Δεσμά τ' εἶναι τῆς ψυχῆς τὰς φλέβας καὶ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰ νεῦρα· ὅταν δ' ἰσχύῃ καὶ καθ' αὑτὴν γενομένη ἠρεμῇ, δεσμὰ γίνεσθαι αὐτῆς τοὺς λόγους καὶ τὰ ἔργα. Ἐκριφθεῖσαν δ' αὐτὴν ἐπὶ γῆς πλάζεσθαι ἐν τῷ ἀέρι ὁμοίαν τῷ σώματι. Τὸν δ' Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν καὶ διὰ τοῦτο πομπαῖον λέγεσθαι καὶ ἐμπολαῖον καὶ χθόνιον, ἐπειδήπερ οὗτος εἰσπέμπει ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχὰς ἀπό τε γῆς καὶ ἐξ ἁλάττης· καὶ ἄγεσθαι τὰς μὲν καθαρὰς ἐπὶ τὸν ὕψιστον, τὰς δ' ἀκαθάρτους μήτ' ἐκείναις πελάζειν μήτ' ἀλλήλαις, δεῖσθαι δ' ἐν ἀρρήκτοις δεσμοῖς ὑπὸ Ἐρινύων. (32) Εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων· καὶ τούτους δαίμονάς τε καὶ ἥρωας ὀνομάζεσθαι· καὶ ὑπὸ τούτων πέμπεσθαι ἀνθρώποις τούς τ' ὀνείρους καὶ τὰ σημεῖα νόσου τε καὶ ὑγιείας, καὶ οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ προβάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις κτήνεσιν· εἴς τε τούτους γίνεσθαι τούς τε καθαρμοὺς καὶ ἀποτροπιασμοὺς μαντικήν τε πᾶσαν καὶ κληδόνας καὶ τὰ ὅμοια. Μέγιστον δέ φησιν εἶναι τῶν ἐν ἀνθρώποις τὸ τὴν ψυχὴν πεῖσαι ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἢ ἐπὶ τὸ κακόν. Εὐδαιμονεῖν τ' ἀνθρώπους ὅταν ἀγαθὴ ψυχὴ προσγένηται, μηδέποτε δ' ἠρεμεῖν μηδὲ τὸν αὐτὸν * ῥόον κρατεῖν. (33) Ὅρκιόν τ' εἶναι τὸ δίκαιον καὶ διὰ τοῦτο Δία ὅρκιον λέγεσθαι. Τήν τ' ἀρετὴν ἁρμονίαν εἶναι καὶ τὴν ὑγίειαν καὶ τὸ ἀγαθὸν ἅπαν καὶ τὸν θεόν· διὸ καὶ καθ' ἁρμονίαν συνεστάναι τὰ ὅλα. Φιλίαν τ' εἶναι ἐναρμόνιον ἰσότητα. Τιμὰς θεοῖς δεῖν νομίζειν καὶ ἥρωσι μὴ τὰς ἴσας, ἀλλὰ θεοῖς ἀεὶ μετ' εὐφημίας λευχειμονοῦντας καὶ ἁγνεύοντας, ἥρωσι δ' ἀπὸ μέσου ἡμέρας. Τὴν δ' ἁγνείαν εἶναι διὰ καθαρμῶν καὶ λουτρῶν καὶ περιρραντηρίων καὶ διὰ τοῦ καθαρεύειν ἀπό τε κήδους καὶ λεχοῦς καὶ μιάσματος παντὸς καὶ ἀπέχεσθαι βρωτῶν θνησειδίων τε χρεῶν καὶ τριχλῶν καὶ μελανούρων καὶ ᾠῶν καὶ τῶν ᾠοτόκων ζώων καὶ κυάμων καὶ τῶν ἄλλων ὧν παρακελεύονται καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιτελοῦντες. (34) Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης περὶ τῶν κυάμων παραγγέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, κτλ... . (36) Καὶ ταῦτα μέν φησι ὁ Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν εὑρηκέναι καὶ τὰ ἐκείνων ἐχόμενα ὁ Ἀριστοτέλης.

(140 a.)

Chalcidius in Platon. Timæum p. 155 ed. Meurs.: *Positionem vero atque ordinem collocationis globorum vel etiam orbium, quibus collocati feruntur planetes, quidam ex Pythagoreis hanc esse dixerunt. Citimum quidem terræ præcipue esse Lunæ globum, post quem Mercurii secundo loco, supra quos Luciferi, superque eum Solis, ultra quos globum Martium, ulterius Jovium, ultimum vero et vicinum aplani, stellisque adhærentibus ei, Saturnium sidus. Scilicet ut inter planetas Sol medius locatus, cordis, immo vitalium omnium, præstantiam obtinere intelligatur. Consentit his Alexander Milesius ita dicens:*

> Sortitos celsis replicant anfractibus orbes :
> vicinum terris circumvolat aurea Luna :
> Quam super invehitur Cyllenius : alma superne
> nectareum ridens late splendet Cytherea.
> Quadrigis invectus equis Sol igneus ambit
> quartus et æthereas metas, quem deinde superne
> despicit Armipotens : sextus Phaethontius ardor
> suspicit excelsum brumali frigore sidus,
> plectricanæ citharæ septem discriminibus quos
> adsimilans genitor concordi examine junxit.

rebro : quasi guttas ab his manare sensus. Ac rationem quidem esse immortalem, cetera vero mortalia. Nutririque ex sanguine animam : ejus autem rationes ventos esse. Ipsam vero una cum suis rationibus esse invisibilem, quod æther quoque sit invisibilis. (31) Ceterum animæ vincula venas esse et arterias et nervos : ubi vero invaluerit et in se fuerit quieta, vincula ipsius fieri rationes atque opera. Eandem expulsam et projectam in terra per aerem vagari corpori similem. Porro Mercurium animarum custodem esse atque ideo ductorem dici, animarum mercatorem ac terrenum, quod is adducit animas a corporibus, a terra marique; et puras quidem atque purgatas in altissimum locum duci, impuras vero illis ne appropinquare quidem neque invicem sibi ipsis, ceterum a Furiis astringi vinculis, quæ nullo modo perfringi possint. (32) Cunctum item aera plenum esse animarum, easque esse quæ et dæmones et heroes appellentur : porro ab his mitti hominibus et somnia et signa morbi ac valetudinis, nec modo hominibus, verum et pecudibus ac jumentis reliquis : item ad hos referri lustrationes et expiationes divinationemque omnem et vaticinia et cetera id genus. Maximum vero eorum quæ in hominibus sunt dixit esse animam sive ad bonum inducere sive ad malum. Felicesque ac beatos esse homines, quibus bona anima contigerit : neque vero unquam quiescere neque eundem * fluxum obtinere. (33) Justum item vim habere juramenti atque ideo Jovem jurisjurandi vindicem dici. Virtutem et sanitatem bonumque omne atque deum esse harmoniam : ideo etiam harmonia constare omnia. Amicitiam itidem esse æqualitatem harmonia temperatam. Honores diis exhibendos et heroibus non æquales, sed diis quidem semper et cum laudibus amictuque candido et casto corpore honores adhibendos, heroibus vero a meridie. Puritatem vero expiationibus lavacrisque atque aspersionibus fieri, vacando a funere et puerpera et inquinamento omni, item abstinendo ab arrosis morticinisque carnibus triglisque ac melanuriis ovisque et quæ ova pariunt animalibus, fabis quoque et ceteris quæ monent qui in templis mysteria ritusque consummant. (34) Ait autem Aristoteles de fabis, admonuisse illum fabis abstinendum, etc. (36) Hæc sunt quæ Alexander in Pythagoricis reperisse se commentariis tradit, et his affinia, Aristoteles.

Dubium maxime est recte hæc Alexandro Milesio nostro vindicari, quandoquidem Fabricius (Bibl. Gr. III, p. 56) versus illos in Mss. adscribi dicit Alexandro Ætolo, ex cujus Musis petitos esse suspicatur tom. II, p. 283. Argumentum fragmenti optime caderet in Alexandrum Ephesium, qui carmine De rebus cœlestibus scripsit. Sin *Milesius* ille vulgatæ recte habet, statuendum foret apposuisse Alexandrum versus nescio cujus auctoris.

141.

Diogenes L. II, 19, de Socrate : Ἀκούσας δὲ Ἀναξαγόρου κατά τινας, ἀλλὰ καὶ Δάμωνος, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς, μετὰ τὴν ἐκείνου καταδίκην διήκουσεν Ἀρχελάου τοῦ φυσικοῦ.

142.

Idem II, 106 : Εὐκλείδης ἀπὸ Μεγάρων τῶν πρὸς Ἰσθμῷ, ἢ Γελῶος κατ' ἐνίους, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς.

143.

Idem III, 4, de Platone : Καὶ ἐπαιδεύθη μὲν γράμματα παρὰ Διονυσίῳ, οὗ καὶ μνημονεύει ἐν τοῖς Ἀντερασταῖς· ἐγυμνάσατο δὲ παρ' Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ· ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων διὰ τὴν εὐεξίαν μετωνομάσθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς ἀπὸ τοῦ πάππου καλούμενος [ὄνομα], καθά φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς.

Idem III, 5 : Ἐφιλοσόφει δὲ τὴν ἀρχὴν ἐν Ἀκαδημίᾳ, εἶτα ἐν τῷ κήπῳ τῷ παρὰ τὸν Κολωνὸν, ὥς ἐησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς καθ' Ἡράκλειτον.

144.

Idem IV, 62 : Καρνεάδης, Ἐπικώμου ἢ Φιλοκώμου, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς, Κυρηναῖος.

145.

Idem VII, 179 : Χρύσιππος, Ἀπολλωνίου, Σολεὺς ἢ Ταρσεὺς, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς, μαθητὴς Κλεάνθους.

146.

Idem IX, 61, de Pyrrhone : Ἤκουσε Βρύσωνος τοῦ Στίλπωνος, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς, εἶτ' Ἀναξάρχῳ ξυναπολουθῶν πανταχοῦ, ὡς καὶ τοῖς Γυμνοσοφισταῖς ἐν Ἰνδίᾳ συμμῖξαι καὶ τοῖς Μάγοις.

ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

Testimonium de hoc libro exstat apud Photium in Bibl. cod. 158 :

Ἀνεγνώσθη Ἀλεξάνδρου Θαυμασίων συναγωγή. Λέγει μὲν ἐν τῷ βιβλίῳ πολλὰ τερατώδη καὶ ἄπιστα, πλὴν ἄλλους τῶν οὐκ ἀφανῶν εἰσάγει ταῦτα προϊστορήσαντας. Λέγει δὲ περί τε ζώων καὶ φυτῶν καὶ χωρῶν τινων καὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ βοτανῶν καὶ τῶν τοιούτων. Σαφὴς δὲ τὴν φράσιν καὶ κεφαλαιώδης ἐστὶ καὶ οὐδὲ τοῦ ἡδέος ἀπεστερημένος.

Cf. cod. 189, p. 146, a. — Eundem Alexandrum intellexerit Tzetzes Hist. VII, 647, ubi cum inter scriptores recenset rerum mirabilium amantissimos, Ctesiam, Iambulum, Isigonum, Rheginum, Sotionem, alios.

E SCRIPTIS INCERTIS.

147.

Plinius H. N. XIII, 39 : *Alexander Cornelius arborem eonem appellavit, ex qua facta esset Argo, similem robori viscum ferenti, quæ nec aqua nec igne posset corrumpi, sicuti nec viscum : nulli alii cognitum, quod equidem sciam.*

148.

Idem XVI, 6 : *Dulcissima omnium* (sc. glans) *fagi, ut qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio tradat Cornelius Alexander.*

149.

Idem IX, 56 : *Nec in Acarnania autem laudati*

141.

Socrates quum Anaxagoræ secundum quosdam auditor fuisset, et Damonis quoque, ut Alexander in Successionibus ait, post illius condemnationem ad Archelaum se physicum contulit.

142.

Euclides natus Megaris apud Isthmum, sive secundum quosdam Gelous, ut in Successionibus tradit Alexander.

143.

Literas Plato didicit apud Dionysium, cujus et in Anterastis meminit. Exercitatusque est apud Aristonem Argivum luctationis magistrum, a quo et Plato propter egregium corporis habitum cognominatus est, quum prius Aristocles ex avi nomine vocatus esset, ut in Successionibus tradit Alexander.

Philosophari Plato cœpit in Academia; inde se in hortum qui juxta Colonum est contulit, ut Alexander in Successionibus scripsit, Heraclitum adducens testem.

144.

Carneades Epicomi sive, ut Alexander in Successionibus tradit, Philocomi filius, Cyrenæus.

145.

Chrysippus Apollonii filius Solensis seu Tarsensis, ut Alexander in Successionibus ait, discipulus Cleanthis.

146.

Pyrrho, ut Alexander in Successionibus scribit, Brysonem Stilponis filium audivit, deinde Anaxarchum, illi ubique adhærens, ita ut cum eo Gymnosophistas quoque in India adierit, Magisque congressus sit.

non reperiuntur (sc. uniones). *Meliores circa Actium, sed et hi parvi; et in Mauritaniæ maritimis. Alexander Polyhistor et Sudines senescere eos putant, coloremque exspirare.*

Plinii loci e libro ad historiam naturalem pertinente fluxerint. Rumpfius l. l. in indice Fragmentorum p. 36 hæc ad libros Mirabilium retulit.

150.

Plutarch. Qu. Rom. c. 104, p. 289, A : Διὰ τί τὸν Διόνυσον Λίβερουμ πάτρεμ καλοῦσι; ... ἢ, ὡς Ἀλέξανδρός φησιν, ἀπὸ τοῦ παρ' Ἐλευθερὰς τῆς Βοιωτίας Ἐλευθερέως Διονύσου προσαγορευομένου;

151.

Macrobius Saturn. I, 18 : *Item in Thracia eundem haberi Solem atque Liberum accipimus, quem illi Sabadium nuncupantes, magnifica religione celebrant, ut Alexander scribit : eique deo in colle Zilmisso ædes dedicata est specie rotunda; cujus in medium interpatet tectum.*

Tzetzes ad Lycophr. 177 (p. 455 ed. Müller.) in fabulis narrandis et explicandis sese dicit esse ἱστοριχώτερον Alexandro Polyhistore, Artemone, Cassandro Salaminio, reliquis omnibus.

Quæ apud Tertullianum De pallio c. 9 leguntur : *Cedo jam de vestro, quod Ægyptii narrant, et Alexander digerit et mater legit, de tempestate Osiridis, qua ad illum ex Libya Ammon facit, ovium dives;* ea non pertinent ad Alex. Polyhistorem, uti putarunt. Intelligendus Alexander Magnus De diis Ægyptiis ad Olympiadem matrem scribens. Vide Pseudocallisth. præf. p. XIX, not., coll. Leonis Pellæi fragm. 6, tom. II, p. 332.

E LIBRO ARGUMENTI RHETORICI.

152.

Schol. in Hermogen. Στάσεις c. 17 codd. Mon. et Paris. in Rh. Gr. tom. VII, 1, p. 245 Walz. : Ὁ τοίνυν Ἀλέξανδρος οἱ Πολυίστωρ ὄνομα ἔχων οὕτως ὁρίζεται· Διαίρεσις, φησὶν, ἐστὶ τιμὴ τοῦ περιέχοντος ζητήματος εἰς τὰ περιεχόμενα ζητήματα, ἢ τομὴ συνεζευγμένου ζητήματος εἰς τὰ συνεζευγμένα ζητήματα.

ALEXANDER EPHESIUS.

Strabo XIV, p. 642 : Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι γεγόνασιν ἐν αὐτῇ (τῇ Ἐφέσῳ)... τῶν δὲ νεωτέρων Ἀλέξανδρος ῥήτωρ, ὁ Λύχνος προσαγορευθείς, ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο, καὶ συνέγραψεν ἱστορίαν, καὶ ἔπη κατέλιπεν ἐν οἷς τά τε οὐράνια διατίθεται καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφεῖ, καθ' ἑκάστην ἐκδοὺς ποιήματα.

Scripsit Alexander historiam belli Marsici. Bellum illud ipse viderit. Carmina ejus geographica et astronomica, quæ sæpius laudantur, jam nihil curo. Probabiliter ad nostrum referenda sunt verba Ciceronis in Ep. ad Att. II, 22 : *Libros Alexandri, negligentis hominis et non boni poetæ, sed tamen non inutilis, tibi remisi.*

BELLUM MARSICUM.

E LIBRO PRIMO.

Aurelius Victor De orig. gent. Rom. p. 9 ed. Lugd. 1670 : *Post Faunum Latino ejus filio regnante, Æneas, Ilio Achivis prodito ab Antenore aliisque principibus, quum præ se deos penates patremque Anchisen humeris gestans, nec non parvulum filium manu trahens, noctu excederet : orta luce cognitus ab hostibus, eo quod tanta onustus pietatis sarcina erat, non modo a nullo interpellatus, sed etiam a rege Agamemnone quo vellet ire permissus Idam petit; ibique navibus fabricatis cum multis diversi sexus, oraculi admonitu Italiam petit, ut docet Alexander Ephesius libro I belli Marsici.*

150.

Cur Baccho Liberi Patris nomen imposuerunt? Num, ut Alexander tradit, ab eo, quod Bacchus ab Eleutheris Bœotiæ urbe Eleutherius, i. e. *liber* dictus fuit?

POSIDONIUS APAMENSIS.

Suidas : Ποσειδώνιος Ἀπαμεὺς ἐκ Συρίας ἢ Ῥόδιος, φιλόσοφος στωικὸς, ὃς ἐπεκλήθη Ἀθλητής. Σχολὴν δ' ἔσχεν ἐν Ῥόδῳ, διάδοχος γεγονὼς καὶ μαθητὴς Παναιτίου. Ἦλθε δὲ καὶ ἐς Ῥώμην ἐπὶ Μάρκου Μαρκέλλου. Ἔγραψε πολλά. Cf. Eudoc. p. 365. Strabo XVI, p. 753 : Ἐντεῦθεν (ἐξ Ἀπαμείας) δ' ἔστι Ποσειδώνιος ὁ στωικός, ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος. Idem XIV, p. 655 : Ποσειδώνιος ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ καὶ ἐσοφίστευσεν. Ἦν δὲ Ἀπαμεὺς ἐκ τῆς Συρίας. Cf. Athenæus VI, p. 252, E. Lucian. Macrob. c. 20, p. 643 ed. Didot. : Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς τῆς Συρίας, νόμῳ δὲ Ῥόδιος, φιλόσοφός τε ἅμα καὶ ἱστορίας συγγραφεὺς τέτταρα καὶ ὀγδοήκοντα (sc. ἔτη ἐβίωσεν).

De ætate Posidonii JANUS BAKE (*Posidonii Rhodii Reliquiæ doctrinæ. Lugd. Bat.* 1810, 8.) p. 8 ita statuit : « Panætius, ait, quem audivit Posidonius (Suidas; Cic. Offic. III, 2, Divin. I, 3.) mortuus est circiter a. u. 642 [Ol. 167, 1; 112 a. C.] secundum rationes Lyndeni (*De Panætio* I, 3), ut hic annus in ejus adolescentiam incidere videatur. Porro deinceps eum Rhodi Cicero audivit, eo ipso anno quo Sylla mortuus est, qui est a. u 676 (78 a. C.), teste Plutarcho in Cicerone c. 4 (cf. Cicero Brut. 91) : et reliqua quæ de eo nobis innotuerunt, in idem fere temporis spatium incidunt, quum ante tum post eum annum. Restat Suidas qui tradit Romam venisse Posidonium ἐπὶ Μάρκου Μαρκέλλου, sub M. Marcello consule, id est a. u. 703, Ol. 182, 2 (51 a. C.) : qui annus Posidonio vitæ ultimus fuit, ut nostra sententia est; siquidem quattuor et octoginta annos implevit, teste Luciano l. l. : unde conficitur eum natum esse a. u. 619, Ol. 161, 2 (135 a. C.), Panætium audire potuisse usque ad annum vicesimum tertium ætatis. » Post hæc perstringit Bakius errorem Athenæi, qui libro XII, p. 549, E ita habet : Ποσειδώνιος ὁ στωικὸς συναποδημήσας Σκιπίωνι τῷ Ἀφρικανῷ κληθέντι εἰς Ἀλεξάνδρειαν κτλ. (v. fr. 11). « Nam Panætium Africano in hoc itinere socium fuisse [Ol. 159, 2; 143 a. C., ut vgo statuunt sec. Cic. Acad. IV, 2] aliunde manifesto constat, ut minime ad hanc ætatem referendus sit Posidonius, sed potius ipsum hæc a Panætio accepta in Historiis prodidisse, neque hoc satis attendisse Athenæum æstimandum sit. Ita recte monuit elegantissimus Lyndenus (De Panætio p. 45). » BAKE. Certe ne putemus librariorum culpa verba Athenæi depravata esse, auctoremque scripsisse Ποσειδώνιος ὁ στωικὸς, Παναιτίου μαθητὴς τοῦ συναποδημήσαντος, impedimur altero loco, ubi eundem Athenæus errorem repetit. Etenim libro XIV, p. 657, leguntur hæc : Μνημονεύει δὲ αὐτῶν (sc. τῶν περνῶν) Στράβων ἐν τρίτῃ Γεωγραφουμένων, ἀνὴρ οὐ πάνυ νεώτερος· λέγει γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς αὐτῆς πραγματείας (in deperdita libri parte) ἐγνωκέναι Ποσειδώνιον τὸν ἀπὸ τῆς στοᾶς φιλόσοφον, οὗ πολλάκις μεμνήμεθα, συγγενομένου Σκιπίωνι τῷ τὴν Καρχηδόνα ἑλόντι. Ceterum ex hoc loco discimus pueritiam Strabonis attigisse senectutem Posidonii. Nam longe sane petitum est quod post Schweighæuserum statuit Bakius, scilicet verba λέγει.. ἐγνωκέναι Ποσειδώνιον, quæ e Strabonis libro *septimo* citantur, spectare librum *decimum sextum* (p. 753), ubi Posidonium Strabo dicit τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατον, eo autem loco istud καθ' ἡμᾶς laxiore sensu dictum videri de viro, qui paullulum nostram ætatem antecesserit. At liberiorem istum verborum καθ' ἡμᾶς usum a Strabone alienum esse, congestis exemplis Clintonus (III, p. 553) de natalibus Strabonis disputans bene demonstravit. Jam igitur quum Strabo natus sit circa annum 54 a. C., dicere non potuit se novisse Posidonium, si vere is defunctus esset anno 51 a. Chr. Ego quidem decem fere annis juniorem fuisse Posidonium suspicor. Quæ fr. 45 de M. Bruto leguntur arguere mihi videntur eum post mortem Cæsaris (44 a. C.) scribendo adhuc occupatum fuisse. Quod denique attinet Lyndeni sententiam de Panætii anno fatali (a. 112), a quo Bakius in calculis subducendis proficiscitur, eam scito nullo testimonio, sed mera niti conjectura. Clintonus annum quo mortuus sit Panætius definiri omnino non posse fatetur ad an. 144 et 143, p. 108, probabiliter tamen statui ait defunctum esse paullo ante 100 a. C. Quod in nostros calculos caderet optime. Annum quo Panætius Scipionem in legatione comitatus sit, ex Cicerone, Acad. IV, 2, ita definiunt, ut pertineat ad an. 143 a. C. vel ad proxime antecedentem. At octo fere annis posteriorem fuisse e Posidonio et Diodoro demonstrare studui ad Diodori Exc. De insidiis, c. 25.

Quæ de fatis Posidonii tradita accepimus, haud multa sunt. Quare « ne vacuam hanc partem relinquere cogeremur, Bakius ait, adsumpsimus nobis id, ut partim veterum scriptorum fidentes testimoniis, *plurimum nostra ipsi ducti conjectura*, pro-

habiliter quidem Posidonii vitam exponeremus. » Quibus præmissis, pergit hunc in modum : « Hic enim, ut primum patriam Syriam reliquit, Athenas se, ubi tum Panætius erat, contulit, et cum summo doctore ita vixisse videtur, non ut disciplinæ tantum scholæque inter eos esset, sed et vitæ haud exigua communitas atque consuetudo, in eaque consuetudine socium ac sodalem habuit Mnesarchum, alterum Panætii discipulum ejusque in schola Atheniensi successorem. Mortuo Panætio, a. u. 642 vel paullo post, alias item regiones lustrare decrevit (1), nobilissimorum philosophorum secutus exemplum, Aristotelis, Zenonis, Chrysippi, aliorum, qui semel patria egressi nunquam domum redierunt (Cic. Tusc. V, 37)... Nam primum Athenis profectus Hispaniam adiit, cujus ora Phœnicum jam antiquitus, postea Carthaginiensium frequentata coloniis, postremo universa a Romanis devicta inque provinciæ formam redacta, incredibiles easque hucusque absconditas naturæ opes continebat : ut M. Cato, qui consul Hispaniam Citeriorem obtinuerat, multa inde admiranda in Origines retulerit, auctore Nepote in Catone c. 3. Gadibus, præter reliquum tempus, quod ibi degit, triginta dies fuit, ut aniles Hispanorum de sole occidente fabulas et commenta argueret, et rem ipsam diligentissime cognosceret (Strabo p. 138), tum ut maris æstus explicaret, sidera quæ in eo climate per maritimam Hispaniæ oram viderentur, observaret. Regionem ipsam item ulterius ingressus, multa quæ vel ad geographiam vel ad historiam naturalem pertinerent, animadvertit. Inde in Italiam navigavit (Strabo p. 144. 827), ita quidem, ut neque in ipsa quidem navigatione diligentiam ejus requireres : nam aut ventos servabat, vel oræ quam prætervehebatur naturam indagabat. Siciliam quoque visit vicinasque insulas, tum regiones ad mare Superum, Dalmatiam, Illyricum, plurimorum locorum proprietates et terræ indolem investigans (Vitruv. De arch. VIII. 4).

« Hinc, a. u. circiter 650 (104 a. C.) repulso Cimbrorum ac Teutonum impetu, Massiliam profectus, Narbonensem Galliam indeque Ligures adiit : ita, ut in omni itinere et physici et geographi et historici munere fungeretur; unde factum est ut triplici hoc eoque diverso conjuncto officio, alterum ad alterius conferret vel illustrationem vel ornamentum.

(1) Hæc itinera num recte in hanc Posidonii vitæ partem transtulerit Bakius, in dubium vocaveris. Serius instituta a philosopho Romanorum potentium amicitia jam gaudentem putaverim. Certe illud tempus, quo Cimbrorum bello Romani premebantur (a. 641 sqq.) itineribus istis parum accommodatum.

« Cum hoc uberrimo peregrinationis fructu Rhodum se contulit, quum ut multiplicem scientiæ varietatem digereret, tum vero ut eam vel institutione vel scriptione earum rerum studiosis traderet. Scholam quidem Stoicam, a Panætio Rhodi relictam, suscepisse dicitur Posidonius, ut Suidas testatur : neque hanc minori cum rei publicæ quam philosophiæ emolumento tenuit. Nam et ad rempublicam accessit, teste Strabone p. 655, in eaque quum alios honores tum Prytanis munus gessit (ibid. p. 316), qui summus erat Rhodi magistratus. Quibus honoribus quum ornatus esset, legatus Romam ad Marium VII consulem, missus est, a. u. 668 (86 a. C.), ætatis fere 50; quum Mithridatico bello cuncta prope Græcia a barbaro occupata, una Rhodus in Romanorum mansisset fide atque amicitia, seque contra hostium impetum tutata esset. In ea igitur legatione Marium vidit, afflictum fortunæ valitudinisque calamitate, ut ex ejus Historiis refert Plutarchus in Mario (fr. 41). Nec quidquam amplius de hac Rhodiorum legatione invenire potui : diversa enim fuit a nobili illa de Rhodiorum præmiis ad senatum, Sylla dictatore, tribus postea annis; in qua Molon, celeberrimus rhetor, fuit, quem tum Romæ audivit Cicero, ut ipse testatur in Bruto, c. 90. Igitur insecutum est illud tempus, quo Sylla rempublicam summo imperio tenens, eam tyrannide, crudelitate et proscriptionibus vexavit : ut Cicero, istius videlicet metuens insolentiam, in Græciam abiret, seque Athenas conferret : ubi tum Ascalonitam Antiochum audiens, qui, relicta Carneadis et Philonis ratione, propius ad Stoam accesserat, ejus argumentis plurimum delectabatur. Mortuo Sylla, a. u. 676 (78 a. C.), Cicero ad rempublicam accedere constituens, ejusque rei veluti ὄργανον arbitratus eloquentiam forensem illam, continuo Asiam primum, deinde Rhodum adiit, ibique multum Molone rhetore, tum etiam Posidonio usus est (Plutarch. Cicero, c. 4; Cicero De N. D. I, 3; De fin. I, 3; De fato c. 3; Brut. 91), sive commotus viri celebritate, sive quod esset ejus ratio magis cum Antiochea, quam ante audiverat, conjuncta. Ex qua disciplina plurimum in libros Ciceronis, quos præstantissimos de philosophia reliquit, pervenisse, quis dubitabit? siquidem hunc unum in primis legebat (Fin. I, 2). Hinc Cicero Romam redux ad res publicas tractandas, insigni philosophiæ scientia instructus atque eloquentiæ facultate, se contulit. Posidonius, Rhodi manens, præclara institutione bonarum artium studia in ea civitate frequentavit, quum alumni ex ejus disciplina prodirent, quum alii multi tum qui ad posteritatis notitiam pervenerunt,

potissimum tres, Phanias (Diog. L. VII, 41), Asclepiodotus (Senec. Qu. Nat. II, 26; VI, 17; II, 30; V, 15; VI, 22), Iason (Suidas v. Ἰάσων, Μενεκράτους, Νυσαεύς); quem postremum, nepotem e filia, successorem in schola reliquit. Quid? quod ejus nominis celebritas non scholæ umbra arctisque finibus continebatur, sed late abundeque quasi fluebat ac dimanabat; id quod clarissimi in Romana civitate viri testantur, Vellejus, Balbus, Cotta (Cicero N. D. I, 44): quos Posidonii familiaritas et erudivit et nobilitavit. Maxime denique celebrata est consuetudo quæ ipsi cum Cn. Pompeio erat: quem quum rerum publicarum usus atque tractatio bellique strepitus paullo ab his mansuetis studiis abalienasse viderentur, eas disciplinas nihilominus tanti putavit, ut earum vel admirationem laudis aliquantum habituram existimaret. Nam Posidonio, quoties Rhodi fuit Pompeius, ita semper utebatur, ut præ ceteris vel sapientiæ vel eloquentiæ doctoribus plurimum hujus disputationibus delectaretur. Quam summorum virorum consuetudinem significavit Strabo XI, p. 401 extr. Quum enim a. u. 687 ad Piraticum bellum proficisceretur Pompeius, in eoque itinere Rhodi consisteret, disserentem Posidonium audivit: quumque proficiscens nobilissimum philosophum, *Numquid vellet*, rogaret, hic maximum imperatorem Homerico illo versu ad fortitudinem persequendam hortatus fertur:

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

« Quattuor postea annis, quum belli Mithridatici incendium restinxisset, Syriam, Judæam, Armeniam, multas alias Asiæ partes Romanorum subjecisset imperio, Italiam rediens, Mytilenæ, Rhodi, Athenis ita fuit, ut dubium esset magisne bello potens, an pacem pacisque artes fovens conspiceretur. Plutarchus in Pompeio c. 42: Ἐν δὲ Ῥόδῳ γενόμενος (Πομπήϊος) πάντων μὲν ἠκροάσατο τῶν σοφιστῶν, καὶ ὠρεὰν ἑκάστῳ τάλαντον ἔδωκε. Ποσειδώνιος δὲ καὶ τὴν ἀκρόασιν ἀνέγραψεν ἣν ἔσχεν ἐπ' αὐτοῦ πρὸς Ἑρμαγόραν τὸν ῥήτορα περὶ τῆς καθ' ὅλου ζητήσεως ἀντιταξάμενος. « Posidonius etiam disputationem « eam enotavit quam Pompeio audiente, adversus « Hermagoram rhetorem habuit de generali quæstione. » De quo loco in sequentibus plura dicemus. Nunc quidem sufficiat monere de errore Jo. Jonsii (Script. Hist. Phil. II, 16), qui hanc disputationem cum alio ejus sermone confundit. Nam quum præclara et in primis illustris esset hæc Stoicorum sententia, non esse malum dolorem, tum sine dubio maxime laudabiles sunt ii qui eandem non solum disserendo ac definiendo, sed fortitudine in contemnendo dolore probant atque confirmant: contra nihil turpius istis qui, quam ante in schola probaverant sententiam, ab ea in ipsa vita desciscunt eamque flagitiose deserunt. Quo nomine Dionysium Heracleoten criminatur Cicero Fin. V, 31 et Tusc. II, 25, quod quum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore dedoctus est. *At non noster*, inquit, *Posidonius: quem et ipse sæpe vidi, et id dicam, quod solebat narrare Pompeius: se, quum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium: sed quum audivisset eum graviter esse ægrum, quod vehementer ejus artus laborarent, voluisse tamen nobilissimum philosophum visere: quem ut vidisset et salutavisset honorificisque verbis prosecutus esset molesteque se dixisset ferre, quod eum non posset audire; at ille, Tu vero, inquit, potes; nec committam, ut dolor corporis efficiat, ut frustra tantus vir ad me venerit. Itaque narrabat eum graviter et copiose de hoc ipso cubantem disputavisse: quumque quasi faces ei doloris admoverentur, sæpe dixisse: Nihil agis, dolor; quamvis sis molestus, nunquam te esse confitebor malum.* Hunc sermonem diversum esse ab illa disputatione adversus Hermagoram, non opus est ut demonstremus: de tempore autem ita nobis videtur, hunc Ciceronis iocum referendum esse ad annum Piratici belli, a. u. 687; quo brevissimo tempore confecto, Asiam obiisse Pompeium constat, et ἐπέρχεσθαι τὰς πόλεις, ut est apud Plutarchum in ejus Vita. Ad illud iter, quod supra significavimus, confecto Mithridatico bello, pertinet locus Plinii H. N. VII, s. 31: *Cn. Pompeius, confecto Mithridatico bello, intraturus Posidonii sapientiæ professione clari domum, fores percuti de more a lictore vetuit: et fasces litterarum januæ submisit is, cui se Oriens Occidensque submiserat.* Quod iisdem verbis repetiit Solinus Polyhist. c. 1. Jam hæc familiaritas, ut Pompeio laudem, ita Posidonio fructum attulit atque utilitatem: qui, prout Aristoteles Magni discipuli opera adjutus, ita ipse e Pompeii itineribus, mirifice geographiæ scientiam naturæque cognitionem auxerit: quod Strabo significavit XI, p. 491 extr., Posidonium erroris arguens in definienda isthmi latitudine qui est Colchidem inter et Paludem Mæotin: καὶ ταῦτα, inquit, φίλος Πομπηΐῳ γεγονὼς, τῷ στρατεύσαντι ἐπὶ τοὺς Ἴβηρας καὶ Ἀλβανοὺς μέχρι τῆς ἑφ' ἑκάτερα θαλάττης, τῆς τε Κασπίας καὶ τῆς Κολχικῆς. Ceterum hæc omnia eo valuerunt, ut Pompeii res gestas peculiari volumine explicaret (Strabo p. 492 init.), doctissimorum virorum exemplo, qui vel multifariam doctrinam, cognitionemque singulorum indolis populorum, hominum, tum regionum ipsarum, illustri historiæ argumento illustrarunt, vel ipsius

viri factorumque præstantiam, ornate, magnifice, luculentis quum verbis tum sententiis exposuerunt; ut dubitares magisne laude dignum esset facere scribenda, an scribere legenda.

« Hanc eruditionis scribendique laudem ad extrema tempora ætatis retinuit, ut in hoc item studiorum agitatio vitæ æqualis fuerit. Et de eruditione quidem, qualis quantaque exstiterit, quamque longinquam vitam et laboriosam desideraverit, infra videbimus : de scribendi facultate, hoc unum in primis memorabile, quod cum Cicero rogavit, ut consulatum suum, quem ipse splendidissimum existimavit, eloquentiæ splendore non dicam æquaret scribendo, sed etiam ornaret : ut ipse Cicero prodit in Epp. ad Att. II, 1; quam epistolam scriptam esse constat a. u. 694 : *Quamquam ad me rescripsit jam Rhodo Posidonius, se, nostrum illud* ὑπόμνημα *quum legeret, quod ego ad eum, ut ornatius de iisdem rebus scriberet, miseram, non modo excitatum esse ad scribendum, sed etiam plane deterritum. Quid quæris? conturbavi Græcam rationem. Ita vulgo qui instabant, ut darem sibi, quod ornarent, jam exhibere mihi molestiam destiterunt.*

« Venimus ad a. u. 703, Posidonii quartum et octogesimum, qui ipsi extremus fuit, secundum nostram supputationem, quam supra exposuimus. Hoc igitur anno Romam venit Posidonius, M. Marcello consule . siquidem fides habenda est Suidæ testimonio.

« Tantum de Posidonii vita : quam et bene actam, et vero doctrinæ fama, honoribus, amicitiis floruisse, e paucissimis indiciis, abunde intelligatur oportet. (1) » Hactenus Bakius.

Opera Posidonii tum physica et philosophica et mathematica et rhetorica sunt, tum historica et geographica.

Illa quum ad nos nihil pertineant, titulos eorum in veterum scriptis obvios apposuisse habebimus satis. Sunt vero hi :

1. Φυσικὸς λόγος, libris minimum XV (1).
2. Περὶ κόσμου, libris min. II (2).
3. Περὶ μετεώρων libris min. XVII. Μετεωρολογικὴ στοιχείωσις s. Μετεωρολογική (3).
4. Περὶ ὠκεανοῦ (4).
5. Περὶ κενοῦ, libris min. II (5).
6. Περὶ ψυχῆς (6).

(1) Præter Rhodium Posidonium memorantur : 1. *Posidonius Alexandrinus*, stoicus, Zenonis discipulus. Suidas s. v.; Diog. L. VII, 38. — 2. *Posidonius, Anniceridis discipulus*. Suidas v. Ἀννίκερις. — 3. *Posidonius Olbiopolita*, sophista et historicus. Suidas s. v. — 4. Ποσειδώνιος, ὄνομα κύριον, ὃς συνέγραψε τὸ παλμικὸν οἰώνισμα (de ratione ominis e palpitatione captandi), ὅτι, ἐὰν πάλλῃ ὁ δεξιὸς ὀφθαλμὸς τόδε σημαίνει. Quod opus Meursius partem fuisse putavit librorum, quos Rhodius De divinatione scripsit. Improbante Bakio p. 255.— 5. *Posidonius Aristarchi anagnosta*, Eustath. ad Hom. p. 659, 16. 1096, 13. Fortasse grammaticus, cujus Περὶ συνδεσμῶν opus laudatur in Bekk. Anecdot p. 480. — 6. *P. Corinthius*, Ἁλιευτικῶν poematis auctor. Athenæus, I, p. 13, B. — 7. *P. Ephesius*, cælator et statuarius, Plinius H. N. XXXIII, 55. XXXIV, 19. — 8. *P. medicus*, sub Valente imperatore, scripsit Περὶ μελαγχολίας. Galen. tom. X, p. 500 sqq. — 9. *Posidonius* ad quem Apsyrtus in Hippiatricis scripsit p. 134 ed. Bas. — 10. *P. Spartiata* in pugna ad Platæas. Herodot. IX, 71. 85. — 11. *P. lecticarius Lyconis* peripatetici. Diog. L. V, 73. — 11. *Posidonius*, « unus e legatis Nicanoris, quem Demetrius I Soter miserat ad Judaeorum dissensiones inspiciendas, ut e libris Maccabæorum refert Valliantus De Imper. Seleuc. » *Bake* p. 255. — *Posidonius*, pater Apionis grammatici. Suidas v. Ἀπίων.

(1) Diog. L. VII, 143 (βίβλ. α'). 134 et 140 (β'). 145 (ς'). 153 (η'). 149 (ιϐ'). 140 (ιε'). Eodem pertinent Diog. L. VII, 41 ; Stobæus Ecl. Phys. I, 16, p. 31 ; I, 14, p. 30 ed. Cant. Plutarch. Mor. p. 951, F.

(2) Diog. L. VII, 142 (α'). Huc refer Philon. Jud. De æternit. mund. tom. II, p. 497 ; Stobæus E. Ph. I, 21, p. 37 ; Cicero De nat. deor. II, 34.

(3) Diog. L. VII, 135 (π. μετεώρων γ'); VII, 144 (ιζ'); VII, 138 (μετεωρολογικὴ στοιχείωσις); VII, 152 (μετεωρολογική; quem titulum Bak. reponi etiam VII, 154 vult. Huic loco junge Senecæ Qu. Nat. I, 5). Epitomen operis confecit Geminus Rhodius, cujus partem servavit Simplicius ad Phys. Aristot. p. 64 sq.

(4) De hoc opere, quod Suidas et Strabo laudant, dicemus infra. Hic ei locum dedimus, quia plurima continebat ad physicam pertinentia. — Ceterum ad libros hucusque laudatos referenda sunt etiam hæc : Stobæus Ecl. Ph. I, 23, p. 54; Achill. Tat. in Phæn. Arat. c. 12 et 13 (quid sit ἀστρον). Macrob. Saturn. I, 23 ; Somn. Scip. I, 20 ; Cleomed. Cycl. theor. p. 424. 452 (coll. Strabon. p. 138); Plinius H. N. II, 21 (de sole). Stobæus Ecl. Ph. I, p. 59 ; Cleomed. l. l. p. 500 ; Plutarch. Mor. p. 929 D. 932 B ; Diog. L. VII, 146 (de luna). Cleomed. I, p. 396 ; Proclus in Timæum p. 277 ed. Bas. coll. Strab. II, p. 119 (de Canobo astro.). Schol. Arat. 148 (de parheliis). Alex. Aphrodis. in Aristot. Meteor. III, p. 116 ed. Ven. (de area). Stobæus Ecl. Ph. I, p. 62; Macrob. Somn. Scip. I, 15 (de lacteo orbe). Seneca Qu. Nat. VII, 20; Schol. Arat. 209 (de cometis). Seneca l. l. II, 26. 54 (de fulmine et tonitru). Idem ib. VI, 22. 24 coll. Strabon. p. 102 et 57 (de terræ motu). Diog. L. VII, 153 (de nive). Seneca Qu. Nat. IV, 3 (de grandine). Ceterum cf. etiam fragmenta operis De oceano, quæ Historiarum reliquiis subjunximus.

(5) Librum primum citant Plutarchus Mor. p. 888, A et Euseb. Pr. Ev. p 844, D. Adde Stob. Ecl. Ph. I, p. 39. Posidonii *de tempore* sententiam habes apud eundem Stobæum p. 20.

(6) Unus laudat Eustathius in Il. p. 910, 40 Rom. Animæ definitionem et partes e Posidonio docent Diog. L. VII, 157 ; Tertullian. De an. c. 14 ; Plutarch. p. 1013, C. D ; Theon Smyrnæus in Mathem. Platon. p. 162; Schol. in Platon. Phædon. p. 344, D ed. Lugd. Ad eandem disputationem pertinet locus Sexti Empir. Adv. math. VII, 93, ubi quum legantur verba : Ποσειδώνιος τὸν Πλάτωνος Τίμαιον ἐξηγούμενος, Bak. Fabricium secutus putat peculiare opus Τιμαίου Πλ. ἐξήγησις inscriptum a Posidonio compositum esse. Quod non persuasit.

7. Περὶ θεῶν, libris min. XIII (1).
8. Περὶ ἡρώων καὶ δαιμόνων (2).
9. Περὶ εἱμαρμένης, libris min. II (3).
10. Περὶ μαντικῆς, libris V (4).
11. Ἠθικὸς λόγος, libris min. II (5).
12. Περὶ καθήκοντος, libris min. II (6).
13. Περὶ ἀρετῶν (7).
14. Περὶ παθῶν, libris min. II (8).
15. Περὶ κριτηρίου (9).
16. Προτρεπτικά (10).
17. Πρὸς Ἑρμαγόραν περὶ τῆς καθόλου ζητήσεως (11).

(1) Diog. L. VII, 148 (α'); Cicero De nat. deor. I, 44 (ε'); Diog. L. VII, 138 (ιγ'); 139; Lactant. De ira c. 4. Pertinet huc Stobæus Ecl. Ph. I, p. 2. Adde Joh. Lydum De mens. IV, 48 p. 224 ed. Rœth.: Ποσειδώνιος τὸν Δία τὸν πάντα διοικοῦντα esse ait.

(2) Macrob. Sat. I, 23.

(3) Diog L. VII, 149 (β'). Cf. Cicero De div. I, 55, De fato c. 3; Plutarch. Mor. p. 885, B.

(4) Cicero De div. I, 3 (*quinque noster Posidonius* sc. de divinatione libros edidit), 57, 30. II, 15. 21. Diog. L. VII, 149 (ε'). Adde Fragm. Boethii De diis et præsensionibus p. 355 ed. Hase: « *Qui stellas putant hanc habere potestatem, ut volentes nociva decernant, magnam cœlo faciunt injuriam, in cujus velut clarissimo senatu ac splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni, qualia si aliqua civitas terrena decrevisset, genere humano decernente, fuerit evertenda. In hujusmodi vero tractatu Posidonii atque Julii Firmici sive reliquorum regnat oratio.* »

(5) Diog. L. VII, 91 (α'). Eodem pertinent VII, 84. 87. 92. 103. 128. Seneca Ep. 87. Clemens Al. Strom. II, p. 416, B.

(6) Diog. L. VII, 124 et 129 (α'); Cicero De off. I, 45, III, 1; Seneca Ep. 78. 83. 94. 95. 113. 121. Cf. Cicero ad Att. XVI, 11.

(7) « Locum de virtutibus ex animi facultatibus esse explicandum peculiari volumine demonstravit, auctore Galeno De placit. Hippocr. et Platon. VIII, p. 319, 33: Τὸν περὶ τῶν ἀρετῶν λόγον ἐπὶ ταύταις ταῖς ἀρχαῖς ὀρθῶς φησι (ὁ Ποσ.) περαίνεσθαι, καὶ δείκνυσιν αὐτὸ διὰ μεγάλης πραγματείας ἰδίᾳ γεγραμμένης αὐτῷ. » *Bake.*

(8) Librum primum citat Galenus l. l. V, p. 291, 8 et 30. Ex eodem opere fluxerunt quæ leguntur apud eundem IV, p. 277, 41; 279, 35; 280, 40 et 48; 281, 3. 21; 283, 30; 284, 15. 18. 20. 42. 44. 53; V, p. 285, 22. 48; 290, 16 33. 40; 291, 5. 29. 32. 44. 53; 292, 15. 55; 293, 12; 295, 9; 296, 33; 298, 30; VII, p. 309, 39; 319, 20. Plutarch. Moral. p. 700, A; Lactant. De ira c. 17. « Haud scio an huc pertineat illud quod Hieronymus ait in Epitaphio Nepotiani tom. I, p. 52 ed. Bas. Posidonium librum reliquisse *ad sedandos luctus.* » *Bake* p. 247.

(9) Diog. L. VII, 54. Cf. Sext. Empir. C. math. VII, 93.

(10) Diog. L. VII, 91. 129. Inde petita quæ habet Seneca in Epist. 90. — Alia quædam de philosophiæ partitione, nescio e quo libro petita, leguntur apud Diog. L. VII, 19, et Sext. Empir. Adv. math. VII, 19.

(11) Est hæc oratio, quam coram Pompeio habitam deinde literis consignavit, teste Plutarcho in Vit. Pomp. Vide Vitam Posidonii p. 247. « Posidonii disputatio περὶ τῆς καθόλου ζητήσεως ad similem Hermagoræ reprehensionem pertinuisse videtur, atque ea quæ a Cicerone proponitur Invent. 1, 6: *Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere, nec quid pollicealur intelligere videtur: qui oratori, materiam in caussam et in quæstionem dividat: caussam esse dicat rem, quæ habeat in se controversiam in dicendo positam cum personarum certarum interpositione, quam nos quoque oratori dicimus attributam. — Quæstionem autem eam appellat, quæ habeat in se controversiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum: ecquid sit bonum præter honestatem; Verine sint sensus; Quæ sit mundi forma; Quæ solis magnitudo Quæ quæstiones procul ab oratoris officio remotas facile omnes intelligere existimamus.* Igitur vel de hujusmodi quæstione infiniti generis disputasse Posidonius videtur, vel de tota hac ratione, utrum oratoris propria sit an philosophi. » *Bake* p. 232 sq.

18. Εἰσαγωγὴ περὶ λέξεως (1).
19. Geometrica (2).
20. Πρὸς Ζήνωνα τὸν Σιδώνιον (3).
21. Τέχνη τακτική (4).
22. Ἐπιστολαί (5).

Restant opera duo, de quibus accuratius nobis dicendum est. *Historias* dico et tractatum Περὶ ὠκεανοῦ. Hunc Posidonio Olbiopolitæ, illas vel eidem vel Alexandrino Posidonio solennia errans tribuit Suidas:

Ποσειδώνιος Ἀλεξανδρεὺς, φιλόσοφος Στωικὸς, μαθητὴς Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως. Ἔγραψεν Ἱστορίαν τὴν μετὰ Πολύβιον ἐν βιβλίοις νϛ', ἕως τοῦ πολέμου τοῦ Κυρηναϊκοῦ καὶ Πτολεμαίου· καὶ Μελέτας ῥητορικάς· Ὑποθέσεις εἰς Δημοσθένην. Καὶ οἶμαι ταῦτα μᾶλλον Ποσειδωνίου τοῦ σοφιστοῦ εἶναι τοῦ Ὀλβιοπολίτου. Cf. Eudoc. p. 365, ubi postrema: Ταὐτά τινες εἰς Ποσειδώνιον τὸν σοφιστὴν τὸν Ὀλβιοπολίτην ἀναφέρουσιν.

(1) Diogen. L. VII, 60. Cf VII, 62. Quinctilian. III, 6. — Posidonius opus Περὶ συνδεσμῶν, quod citat Apollon. Alexandr. in Bekk. Anecd. Gr. p. 480, retulerim ad P. grammaticum Aristarchum. Ad eundem pertinere videtur schol Apoll. Rh. II, 106 (de voce λάξ), et Etym. M. v. ἀψίς.

(2) Proclus in Euclid. p. 23. 40. 47. 49. 55. 59 ed. Bas. Titulus operis nusquam memoratur.

(3) Proclus in Euclid. p. 55: Τοῦτον γὰρ τὸν τόπον τῆς ἀντειρήσεως μετῆλθε Ζήνων ὁ Σιδώνιος μὲν, τῆς δὲ Ἐπικούρου μετέχων αἱρέσεως· πρὸς ὃν καὶ ὁ Ποσειδώνιος ὅλον γέγραφε βιβλίον, δεικνὺς σαθρὰν αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ἐπίνοιαν. « Est argumenti mathematici. Neque tamen affirmem, Bakius ait p. 244, hoc titulo, πρὸς Ζήνωνα τὸν Σιδώνιον opus exstitisse: potest enim hic liber pars fuisse majoris operis, quod nobis quidem verisimilius videtur. Zeno Sidonius Epicureus intelligitur non ita multis annis Posidonio major; quippe quem senem Athenis Cicero et Atticus audiverunt: v. Cic. De fin. I, 5; Tusc. III, 17, ubi Epicureorum acutissimus dicitur: idem Carneadem præ ceteris mirabatur, Acad. I, 12. Sed in Stoicos nonnunquam acrius invehebatur (cf. Jonsius Scr. h. phil. II, 15). Posidonii studium refellendi Epicuri et exagitandi aliquoties apparet et manifesto significatur a Diog. L. X, 4. »

(4) Ælian. Tact. 1: ὁ δὲ Στωικὸς Ποσ. καὶ τέχνην τακτικὴν ἔγραψεν. Arrian. Tact. init.: Ποσ. ὁ Ῥόδιος καὶ τέχνην τινὰ τακτικὴν συγγράψας κατέλιπεν.

(5) Cicero De off. III, 2; ad Attic. II, 1. — De schola Posidoniana scripsit Phanias quidem Diog. Laertio VII, 41.

Ποσειδώνιος Ὀλβιοπολίτης, σοφιστὴς καὶ ἱστορικός. Περὶ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῶν κατ' αὐτόν· Περὶ τῆς Τυρικῆς καλουμένης χώρας· Ἀττικὰς ἱστορίας ἐν βιβλίοις δ'. Λιβυκὰ ἐν βιβλίοις ια', καὶ ἄλλα τινά.

Jam quod HISTORIAS attinet, earum opus amplissimum a Posidonio Rhodio compositum esse ex Athenæi locis quam plurimis constat luculentissime, ut operæ vix pretium sit addere testimonium Luciani l. l., qui philosophum nostrum simul etiam ἱστορίας συγγραφέα fuisse dicit. Contra quam inepte Alexandrinus iste *Zenonis* alumnus historias Polybii continuasse perhibeatur, nemo non intelligit. Optime vero ejusmodi consilium cadit in Rhodium Posidonium, et studiis, quæ ad historiam scribendam attulit, Megalopolitano simillimum, iisque viventem temporibus, quæ continuando cœpto Polybiano erant accommodatissima. Porro numerus librorum LII, quem historiis Suidas assignat, apte referri potest ad Nostri opus, quippe cujus librum quadragesimum nonum ab Athenæo (IV, p. 168, D) laudatum videmus. Quæ vero deinceps apud Suidam leguntur verba : ἕως τοῦ πολέμου τοῦ Κυρηναϊκοῦ καὶ Πτολεμαίου, vel aliunde huc irrepsisse vel librariorum culpa corrupta esse videntur. Neque enim nos novimus bellum Cyrenaicum, ad quod finem narrationis direxisse Posidonius dici queat. Notissimum omnium bellum est, quo Ptolemæus Lagi Cyrenæos sibi subjecit; neque aliud Suidæ auctor, modo recte se verba ejus habeant, intellexerit. Hoc si est, ac si revera Posidonius Alexandrinus opus quoddam historicum composuit, hujus auctoris historias ad hunc usque terminum pertinuisse, ideoque Rhodii et Alexandrini historici memoriam temere misceri aliquis suspicetur. Quamquam tale commentum artificiosius quam verisimilius esse duco, præsertim quum de Alexandrino Posidonio aliunde omnino nihil constet, nisi quod Zenonis discipulus fuerit, uti Diogenes Laertius (VII, 38) tradit, ex quo sua Suidam hausisse haud improbabiliter conjecit Bernhardius. Huc accedit ipsius Suidæ dubitatio : Οἶμαι, ait, ταῦτα μᾶλλον Ποσειδωνίου τοῦ σοφιστοῦ εἶναι τοῦ Ὀλβιοπολίτου. Quæ quidem non modo ad Μελέτας ῥητορικὰς et Ὑποθέσεις εἰς Δημοσθένην, sed ad ipsas etiam Historias referenda sunt. Nam apud Suidam v. Πολύβιος vetus appendix apponit: Ἰστέον δὲ ὅτι διαδέχεται τὴν Πολυβίου ἱστορίαν Ποσειδώνιος Ὀλβιοπολίτης σοφιστής. Sed partim contra Olbiopolitam faciunt eadem quæ de Alexandrino loquentes supra monuimus, partim facile patet etiam de hujus scriptis fallaces duces Suidam secutum esse, quippe qui Olbiopolitæ tribuat etiam Περὶ ὠκεανοῦ librum, quem Rhodii esse certum est. Nam quæ Strabo (p. 102) ex iis affert, diserte tribuuntur celebri philosopho Περὶ πρωτείων ἀγωνιζομένῳ. Contra Suidæ auctor historica hæc et geographica, quum a philosopho aliena putaret, ad Olbiopolitam retulit haud graviore, ut videtur, de causa quam quod hunc historica et periegetica argumenta tractasse compertum haberet.

Igitur ut revertamur unde digressi sumus, persuasum nobis est verba ista ἕως τοῦ πολέμου τοῦ Κυρηναϊκοῦ καὶ Πτολεμαίου traxisse mendam. Pro πολέμου reponendum puto Πτολεμαίου; verba καὶ Πτολεμαίου, quæ sic posita nihil definiunt, ejicienda sunt, opinor. Etenim lectionem corruptam πολέμου quidam emendaverat in margine scribens Πτολεμαίου; glossa hæc deinde in textum illata et particula καὶ cum reliquis juncta est. Atque hoc quidem simplicissimum esse mihi videtur. Sin servare velis voces καὶ Πτολεμαίου, scribendum propono : ἕως Ἀπίωνος τοῦ Κυρηναϊκοῦ τοῦ καὶ Πτολεμαίου. Ut ut statuas, extra dubitationis aleam est, quin Ptolemæus ille sit Ptolemæus Apion, rex Cyrenarum, de quo ita Livii Epit. 70 : *Ptolemæus Cyrenarum rex, cui cognomentum Apioni fuit, mortuus heredem P. R. reliquit, et ejus regni civitates senatus liberas esse jussit.* Justinus XL, 5 : *Dum hæc aguntur, frater ejus* (Alexandri) *ex pellice susceptus cui pater Cyrenæorum regnum reliquerat, herede populo Romano instituto decedit. Jam enim fortuna Romana porrigere se ad orientalia regna... cœperat. Itaque et ea pars Libyæ provincia facta est.* Res pertinet ad Ol. 171, 1; 658 a. u. c.; 96 a. C., Cn. Domitio Ahenobarbo et C. Cassio Longino coss., ut recte tradunt Euseb. Chron. Ol. 171, 1; Obsequens c. 109 et Cassiodorus. Vide Clinton. ad an. 96 et tom. III, p. 389 not. Ipsum hunc annum Posidonius terminum Historiarum operis posuisse putandus est (1). Quemadmodum Polybius finem

(1) Quæ Bakius p. 249 sq. de Historiarum opere disserit, pleraque erronea sunt. Postquam recensuit argumenta fragmentorum, « Hinc, ait, quod ad temporis spatium, illud fere historiis complexus Posidonius videtur, quod est *inde ab Alexandro Magno* usque ad suam ætatem : argumentum præcipue illud, ut regnorum Græcorum ab Alexandro per Asiam conditorum historiam exponeret, tum de Romanis deque finitimis gentibus præcipua adjiceret Hæc si teneamus, facile nobis cavebimus, ne τὰ μετὰ Πολύβιον, quod fuit opus LII libris constans, Posidonio nostro tribuamus »... « Quod Vossius hujus Historiæ post Polybium, Posidonium nostrum auctorem facit, nostro quidem judicio minus recte statuit : quippe cujus consilii ne levissimum quidem vestigium in iis deprehendimus, quæ nobis e Posidonii historiis servata sunt; ne dicam a Polybio res multo recentiores traditas quibusdam Historiarum partibus [eos locos intelligit ubi data occasione ad antiquiora Posidonius excurrit]; cujus rei quum alia exstant exempla, tum hoc apud Athenæum p. 439, E, ubi e Posidonio citatur locus de Antiocho Deo [quod vel si verum esset, nihil probaret]. Fortasse rectius LII libros τῶν

Historiarum fecit annum quo Carthago in Romanorum potestatem venit (146), sic in locum ejus succedens Posidonius narrationem ad eum usque annum continuavit quo orientalis quoque Libyæ pars in provinciæ formam redacta est, sive usque ad illud tempus, quo fortuna Romana porrigere se ad orientalia regna cœperat, uti Justinus ait, qui in tota hac historiæ parte Posidonii nostri premit vestigia. Eodem anno 96 a. C. fato defunctus est Antiochus Grypus, Syriæ rex (125-96). Ad res vero Syriæ præ ceteris Syrum auctorem attendisse putaveris, ad easque major fragmentorum pars pertinet.

Jam quærendum est num quod Suidæ verbis insistentes modo posuimus, Historiarum reliquiis possit confirmari. Quæ e libro II narrantur (fr. 1) temporis definitionem non admittunt. Libri III fragmentum ad tempora pertinet Demetrii Nicatoris, qui per paucos annos regnavit inde ab anno 146 a. C. Eodem tempore in Ægypto regnum suscepit Ptolemæus Euergetes II sive Physcon, de cujus adulatore, Hierace Antiochense, sermo est fragmento (7) libri IV. Libro V quum de Parthorum institutis regiis plura referantur, aperte illud indicatur tempus quo Demetrius Nicator prœlio victus in Arsacis venit captivitatem (138 a. C.). Quæ libro VII de Ptolemæo Physcone leguntur, spectant annum 136, quo celebrem istam legationem Scipio Africanus obiit (fr. 11). E libro VIII quæ supersunt (fr. 15) pertinent ad initia servorum belli Siculorum, cujus historiam Diodorus ad verbum fere e Posidonio descripsit. Ortum bellum jam inde ab anno 141 (v. Diodor. XXXIV, 2, 1), verum anno 134 demum, quum opprimi ab urbium præfectis non potuisset, Fulvio consuli demandatum est. Atque in hujus anni historia Diodorus altius rem repetens originem et progressum seditionis exposuit. Eodem modo etiam Livius rem instituit (v. Epit. lib. 56). Uterque secutus est fontem communem, Posidonium. Libro XI quum item de servis exponatur (fr. 16), haud dubie desumpta hæc sunt e rebus anni 132, quo bellum servile compositum est. Libro XIV (fr. 17) agebatur de expeditione Parthica Antiochi Sidetæ (129 a. C.), qui post magnos successus clade affectus cecidit (128 init.). Mortem regis et sepulturam auctor exposuit libro XVI (fr. 19. 20). Unde patet narrationem hujus belli fuisse uberrimam. Hucusque igitur Historiæ ita fere distributæ, ut unusquisque liber unius circiter anni res gestas contineret. Quam rationem si ad sequentia transferimus, libro XXIII, ubi de Bituito sermo erat, ad annum devenimus 121 a. C., quo Bituitum hunc, Arvernorum regem, insigni prœlio devicit consul Q. Fabius Maximus. Hæc sicuti reliqua quæ de moribus Gallorum ex eodem libro referuntur, ex narratione petita sunt de bello quod contra Ligures, Salluvios, Allobroges, Arvernos, alios Galliæ meridionalis populos, Romani sustinuerunt (125-118 a. C.). Quæ libro XXVII (fr. 29) de plantis Dalmatiæ leguntur, sponte nos ducunt ad annum 117, quo Metellus consul Dalmatas debellavit. Eodem modo fragmentum libri XXX de moribus Germanorum annum 113 indicat, quo in Italiam invasimus. Igitur quum prioribus libris triginta historia contineatur annorum triginta trium, narratio vero tanto prolixior fuisse putanda sit quo propius auctor ad suam ipsius ætatem accederet, nihil mirum est sequentes libros viginti duos (XXXI-LII) nonnisi septemdecim annorum res gestas continuisse usque ad annum 96, quo mortuus est Ptolemæus Apion. Quæ e libro quadragesimo nono citantur de luxuria Apicii (quem an. 93 Rutilio auctorem exilii fuisse scimus) explicationem chronologicam non admittunt.

Jam vero e Strabone (XI, p. 491, fr. 89) constat descripsisse Posidonium res a Pompeio gestas, quæ libris illis LII comprehendi nullo pacto poterant. Porro Athenarum fata postrema (a. 86) fuse admodum a Nostro exposita esse fragmento (40 cll. fr. 41) probatur luculentissime. Hinc igitur jure colligimus alteram fuisse Historiarum partem nova librorum serie distinctam et fortasse etiam reliqua adornatione ab altera diversam, cujus nullam Suidas mentionem injecerit. In ea Pompeii res præ ceteris auctorem extulisse consentaneum est. Quominus omnem ejus viri historiam prosequeretur, morte impeditus foret, siquidem ex Bakii calculis diem Posidonius obiit a. 51, quo ipso Romam venisse a Suida perhibetur. Sed parum hoc probabile esse supra diximus. Immo quæ fr. 45 de M. Bruto a J. Bruto Tarquinii interfectore oriundo leguntur, haud obscure indicant vel usque ad mortem Cæsaris (44 a. C.) narrationem pertinuisse, vel certe post id tempus Posidonium in scribendo occupatum adhuc fuisse. Nam ista de M. Bruti genere opinio quum gravissimis argumentis a Dionysio Hal. (V, 3) et a Dione (XLIV, 14) impugnetur, aperte ex ipso M. Bruti facinore duxit originem. Ceterum quum præter ea quæ ad hujus temporis historiam spectant, multa in fr. legantur de celebri isto Marcello belli Punici II,

μετὰ Πολύβιον Olbiopolitæ Posidonii existimat Is. Casaubonus Comment. in Polyb. I, p. 41. » — Heynium quoque miror, qui in Comment. De fontib. Diodori p. 89 : « Posidonius historias post Polybium libris LII persecutus, usque ad bellum Cyrenaicum, quod illud esse necesse est, quod a Ptolemæo Physcone gestum est sub Ol. 154, 4. 161 a. C. »

ejus Marcelli, quo consule Romam venit Posidonius, proavo, nescio an peculiari scripto vitam ejus narraverit. Quamquam illa etiam Historiis inserta legi poterant.

Historiis subjunximus Τὰ περὶ ὠκεανοῦ sive τὴν περὶ ὠκεανοῦ πραγματείαν. Quod opus quamvis propter principale argumentum physicis scriptis annumerandum, ideoque a nobis alienum sit, apponenda tamen curavimus quæ ex eo servantur vel servari videntur. Nam quum multa in eo Posidonium non modo μαθηματικῶς sed etiam οἰκείως γεωγραφῆσαι Strabo (1) testetur, sæpenumero dijudicari vix potest num fragmentum aliquod ex Historiis an ex opere Περὶ ὠκεανοῦ desumptum sit.

Quæ de indole Historiarum certiora dici queant haud admodum multa sunt. Fragmentorum pars longe major quum Athenæo et Straboni debeatur, factum est ut ad ipsam rerum gestarum personarumque historiam perpauca, plurima vero pertineant vel ad mores et instituta populorum vel ad descriptionem regionum locorumque. Utrisque Posidonium in paucis insignem fuisse non est quod dubitemus. Nam quanta congerendi diligentia, quantoque causas rerum investigandi studio (2) geographica tractaverit, e fragmentis patet satis abunde (3). Contra obvium quemque disputare, Strabo ait (p. 14), non est operæ pretium; contra Eratosthenem, Polybium, Hipparchum, Posidonium, id vero καλόν est (Cf. id. p. 2). Ipse Posidonius de Polybio similiter sensisse videtur (4), atque operis sui argumento sæpissime adduci debuit, ut Polybiana retractaret accuratiusque constitueret. Qua in re non solum temporum conditione adjutus est, sed eo etiam, quod majorem quam alius quivis historicus physices et mathematices cognitionem ad ejusmodi res tractandas attulit (1). In iis vero, quæ ad describenda populorum instituta moresque pertinent, vulgus scriptorum superasse censendus est eo, quod philosophicæ doctrinæ condimentis nudæ eruditionis jejunitatem temperaverit. Quamquam ex reliquiis id minus apparet. Accedit denique dictio elegans, vivida, ornata (2), eo magis illa laudanda, quo minus curare eam Stoici solebant. Neque minimum etiam hæc orationis jucunditas contulisse videtur, ut seriores historici Posidonium ducem sibi sumerent. Certe Diodorum tum in Geographicis suis (lib. V) tum in Historiarum parte quæ tempora a Nostro exposita continet, Posidonio se addixisse liquet. Porro Trogum Pompeium eundem auctorem ante oculos habuisse e Justino colligimus. Idem, puto, de Athenæo dicendum foret, si quam composuit regum Syrorum historia ad nos perdurasset. Nicolaum denique Damascenum tum in magno suo Historiarum opere, tum in iis quæ De gentium moribus congessit, non neglexisse Syrum nostrum historicum, eo lubentius largieris, quo apertius est plurima eum ex aliorum libris corrasisse.

(1) Vide fr. 68 init. Cf. Strabo VIII, p. 332 : Οἱ δ' ἐν τῇ κοινῇ τῆς ἱστορίας γραφῇ χωρὶς ἀποδείξαντες τὴν τῶν ἠπείρων τοπογραφίαν, καθάπερ Ἔφορός τε ἐποίησε καὶ Πολύβιος· ἄλλοι δὲ εἰς τὸν φυσικὸν τόπον καὶ τὸν μαθηματικὸν προσέλαβόν τινα τῶν τοιούτων, καθάπερ Ποσειδώνιος καὶ Ἵππαρχος.

(2) Cf. Vitruvius Archit. VIII, 4 : *Theophrastus, Timæus, Posidonius, Hegesias, Aristides, Metrodorus, qui magna vigilantia et infinito studio locorum proprietates, aquarum virtutes ab inclinatione cœli ita distributas esse scriptis declararunt.*

(3) Strabo II (fr. 69 extr.) : Πολὺ γάρ ἐστι τὸ αἰτιολογικὸν παρ' αὐτῷ (Ποσειδωνίῳ) καὶ τὸ ἀριστοτελίζον, ὅπερ ἐκκλίνουσιν οἱ ἡμέτεροι διὰ τὴν ἐπίκρυψιν τῶν αἰτιῶν.

(4) Cf. Strabo X, p. 465 : Σύγε, ὦ Πολύβιε, ὁ τὰς λαοδογματικὰς ἀποφάσεις περὶ τῶν διαστημάτων εἰσάγων, οὐκ ἐν τοῖς ἔξω τῆς Ἑλλάδος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς, δίδως εὐθύνας τὰς μὲν Ποσειδωνίῳ, τὰς δὲ Ἀρτεμιδώρῳ, τὰς δὲ ἄλλοις πλείοσι.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

1.

E LIBRO SECUNDO.

Athenæus IV, p. 153, C : Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ (sc. Ποσειδώνιος)· « Ἐν τῇ Ῥωμαίων, φησί, πόλει, ὅταν εὐωχῶνται ἐν τῷ τοῦ Ἡρακλέους ἱερῷ, δειπνίζοντος τοῦ κατὰ καιρὸν θριαμβεύοντος, καὶ ἡ παρασκευὴ τῆς εὐωχίας Ἡρακλεωτική ἐστι. Διοινοχοεῖται μὲν γὰρ οἰνόμελι, τὰ δὲ βρώματα ἄρτοι μεγάλοι, καὶ καπνιστὰ ἑφθὰ κρέα, καὶ τῶν προσφάτως καθιερωθέντων ὀπτὰ ἀφιλῆ. Παρὰ δὲ Τυρρηνοῖς ὅλης τῆς ἡμέρας τράπεζαι πολυτελεῖς παρασκευάζονται, ἀνθιναί τε στρωμναὶ καὶ ἐκπώματα ἀργυρᾶ παντοδαπά, καὶ δούλων πλῆθος εὐπρεπῶν παρέστηκεν, ἐσθήσεσι πολυτελέσι κεκοσμη-

(1) Cf. Galenus De placit. Plat. et Hippocr. VIII, p. 319, 21 : Ποσειδώνιος ὁ ἐπιστημονικώτατος τῶν στωικῶν διὰ τὸ γεγυμνάσθαι κατὰ γεωμετρίαν.

(2) Cf. Strabo III, p. 147 (fr. 46 init.) Τὸ πλῆθος τῶν μετάλλων ἐπαινῶν καὶ τὴν ἀρετὴν οὐκ ἀπέχεται τῆς συνήθους ῥητορείας, ἀλλὰ συνενθουσιᾷ ταῖς ὑπερβολαῖς. Præter hoc fragmentum lege fr. 40 ex Athenæo V, p. 211 sq.

HISTORIÆ.

1.

Libro secundo Posidonius ait : « In Romanorum urbe, quum in Herculis templo epulantur, cœnam præbente eo qui per id tempus triumphum agit, apparatus etiam epularum Herculeus est. Tota enim cœna mulsum pro vino infunditur; cibi vero sunt panes magni, et fumo durata caro elixa, et assæ carnis larga e victimis modo cæsis larga copia. Apud Etruscos vero bis per diem mensæ struuntur sumptuosæ; et stragula sunt floribus distincta, pocula autem argentea varii generis : et servorum adstat multitudo formosorum, pretiosis vestibus ornatorum.

μένων. » Subjicimus alia quædam de moribus Romanorum, quæ idem Athenæus e Posidonio affert.

2.

Idem VI, p. 274, A : Πάτριος μὲν γὰρ ἦν αὐτοῖς, ὡς φησι Ποσειδώνιος, καρτερία καὶ λιτὴ δίαιτα, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑπὸ τὴν κτῆσιν ἀφελὴς καὶ ἀπερίεργος χρῆσις, ἔτι δὲ εὐσέβεια θαυμαστὴ περὶ τὸ δαιμόνιον, δικαιοσύνη τε καὶ πολλὴ τοῦ πλημμελεῖν εὐλάβεια πρὸς πάντας ἀνθρώπους, μετὰ τῆς κατὰ γεωργίαν ἀσκήσεως. Cf. etiam fr. 12.

3.

Idem VI, p. 275, A : Πρότερον δὲ οὕτως ὀλιγοδεεῖς ἦσαν οἱ τὴν Ἰταλίαν κατοικοῦντες, ὥστε καὶ καθ' ἡμᾶς ἔτι, φησὶν ὁ Ποσειδώνιος, οἱ σφόδρα εὐκαιρούμενοι τοῖς βίοις ἦγον τοὺς υἱοὺς ὕδωρ μὲν ὡς τὸ πολὺ πίνοντας, ἐσθίοντας δ' ὅ τι ἂν τύχῃ. Καὶ πολλάκις, φησὶ, πατὴρ ἢ μήτηρ υἱὸν ἠρώτα, πότερον ἀπίους ἢ κάρυα βούλεται δειπνῆσαι· καὶ τούτων τι φαγὼν, ἠρκεῖτο καὶ ἐκοιμᾶτο. Ex eodem loco ubi de continentia Romanorum (οἱ ἀντείχοντο τῶν ἐκ τῆς Στοᾶς δογμάτων, Athen. p. 274, E) sermo erat, fortasse fluxerunt quæ mox opponuntur de Græcorum quorundam luxuria.

4.

Idem VII, p. 279, D : Ἀσπάζονται δὲ οὐ μόνον οἱ Ἐπικούρειοι τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ καὶ οἱ Κυρηναϊκοὶ καὶ Μνησιστράτειοι δὲ καλούμενοι. Καὶ γὰρ οὗτοι ζῆν μὲν ἡδέως χαίρουσιν, ὥς φησι Ποσειδώνιος.

5.

E LIBRO TERTIO.

Idem IV, p. 176, D : Ποσειδώνιος δ' ὁ ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν διηγούμενος περὶ τοῦ Ἀπαμέων πρὸς Λαρισσαίους πολέμου, γράφει τάδε· « Παραζωνίδια καὶ λογχάρι' ἀνειληφότες ἰῷ καὶ ῥύπῳ κεκρυμμένα, πετάσια δ' ἐπιτεθειμένοι καὶ προσκόπια, σκιὰν μὲν ποιοῦντα, καταπνεῖσθαι δ' οὐ κωλύοντα τοὺς τραχήλους, ὄνους ἐφελκόμενοι, γέμοντας οἴνου καὶ βρωμάτων παντοδαπῶν, οἷς παρέκειτο φωτίγγια καὶ μοναύλια, κώμων, οὐ πολέμων ὄργανα. »

Hinc sua Eustathius p. 1157, 44. « Ad quam ætatem hoc bellum pertineat, certo definiri nequit, propterea quod de peculiaribus Apamensium rebus nihil proditum est, nisi eos una cum Antiocheis ceterisque Syriæ civitatibus a Demetrio II defecisse, dum hic in Ægypto abesset. V. Justin. XXXIX, 1. » Bake. Ceterum ad tempora Demetrii II Nicatoris (qui regnavit inde ab 146 a. C.) et ad annum 143 vel 142 Posidonii locum referendum esse ex libri numero colligere licet. Magnis variisque turbis sub initium regni Demetrii Nicatoris civitates Syriæ dilaceratas esse satis constat. Vide v. c. Diodor. XXXIII, 5 de bello inter Aradios et Marathenos. De Larissæis, quos Diodotus Apamensis a Demetrio Nicatore deficiens sibi adjunxit, v. Diodor. Exc. De insidiis fr. 20. Diodorum inde ab an. 146 Posidonium maxime secutum esse dubitari nequit.

6.

Idem XIV, p. 649, D : Καὶ Ποσειδώνιος δὲ ὁ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν γράφει οὕτως· « Φέρει δὲ καὶ τὸ πέρσειον ἡ Ἀραβία καὶ ἡ Συρία, καὶ τὸ καλούμενον βιστάκιον· ὃ δὴ καὶ βοτρυώδη τὸν καρπὸν ἀφίησι, λευκόφλοιον ὄντα καὶ μακρὸν, παρεμφερῆ τοῖς δακρύοις, ἃ δὴ ῥαγῶν τρόπον ἀλλήλοις ἐπιβάλλει· τὰ δ' ἔνδον ἔγχλωρον, καὶ τοῦ κωνίου τῶν στροβίλων ἧττον μὲν εὔχυμον, εὐώδη δὲ μᾶλλον. »

2.

Patriæ Romanis erant hæ virtutes, ut ait Posidonius, tolerantia laborum et tenuitas victus et in omnibus rebus, quas possiderent, in earumque usu simplicitas quædam, ab omni nimia aut curiosiore diligentia abhorrens. Ad hæc mira adversus deos pietas et justitia, et ne quid adversus homines quoscunque peccarent diligens cautio, cum agriculturæ studio et labore.

3.

Priscis temporibus ita parce vivebant Italiæ incolæ, ut nostra etiam ætate, ait Posidonius, homines admodum opulenti filios suos assuefecerint aquam utplurimum bibere et cibo uti vilissimo. Sæpe enim, inquit, pater aut mater interrogabat filium, utrum pyris aut nucibus vellet vesci? Et hac ille cœna contentus cubitum ibat.

4.

Non modo Epicurei amplexantur voluptatem, verum etiam qui Cyrenaici et Menesistratei vocantur. Nam hi quoque, ut Posidonius ait, vita gaudent voluptuaria.

5.

Posidonius e Stoa philosophus tertio Historiarum exponens Apamensium bellum cum Larissæis, hæc scribit : « Pugiunculos illi et parvulas lanceas sumpserunt, ærugine et sordibus obsitas : petasunculis caput, personis faciem tectam habebant, quibus præstaretur umbra, nec vero ventus prohiberetur quominus cervices perflaret : asellos [vasis id genus est] circumferebant vino et variis ciborum generibus repletos, adjunctis photingiis et monaulis, comessationum instrumentis, non bellorum. »

6.

Posidonius quoque Stoicus tertio libro Historiarum ita scribit : « Gignit autem Arabia atque Syria etiam Persicum malum et bistacium quod dicitur, sive bistaciam arborem, quæ fructum fert racemosum, ex fusco albentem, oblongum, lacrimis similem, quæ nimirum ad acinorum instar aliæ aliis incumbunt; intrinsecus subviridem, et non tam boni quidem succi quam nuclei pinearum nucum, sed fragrantiorem. »

7.

E LIBRO QUARTO.

Idem VI, p. 252, E : Ποσειδώνιος δ' ὁ Ἀπαμεὺς, ὕστερον δὲ Ῥόδιος χρηματίσας, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἱστοριῶν Ἱέρακά φησι τὸν Ἀντιοχέα, πρότερον λυσιῳδοῖς ὑπαυλοῦντα, ὕστερον γενέσθαι κόλακα δεινὸν Πτολεμαίου τοῦ ἑβδόμου βασιλέως, τοῦ καὶ Εὐεργέτου ἐπικληθέντος, καὶ τὰ μέγιστα δυνηθέντα παρ' αὐτῷ, καθάπερ καὶ παρὰ τῷ Φιλομήτορι, ὕστερον ὑπ' αὐτοῦ διαφθαρῆναι. Hunc Hieracem novimus ex loco Diodori XXXIII, 23, ubi postquam de tetra Ptolemæi Euergetæ indole dixerat, pergit : Ὁ δὲ στρατηγὸς Ἱέραξ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις θαυμαστὸς ὢν κτλ. Conf. Diodori Exc. De insidiis fr. 23 not.

8.

E LIBRO QUINTO.

Idem IV, p. 152, F : Ἐν δὲ τῇ πέμπτῃ Περὶ Πάρθων διηγούμενος (Ποσειδώνιός) φησιν· « Ὁ δὲ καλούμενος φίλος τραπέζης μὲν οὐ κοινωνεῖ, χαμαὶ δ' ὑποκαθήμενος ἐφ' ὑψηλῆς κλίνης κατακειμένῳ τῷ βασιλεῖ, τὸ παραβληθὲν ὑπ' αὐτοῦ κυνιστὶ σιτεῖται, καὶ πολλάκις διὰ τὴν τυχοῦσαν αἰτίαν ἀποσπασθεὶς τοῦ χαμαιπετοῦς δείπνου, ῥάβδοις καὶ ἱμᾶσιν ἀστραγαλωτοῖς μαστιγοῦται, καὶ γενόμενος αἱμόφυρτος, τὸν τιμωρησάμενον, ὡς εὐεργέτην, ἐπὶ τὸ ἔδαφος πρηνὴς προσπεσὼν προσκυνεῖ. » Hæc ex narratione de bello, quod Demetrius Nicator contra Parthos gessit (Ol. 159, 4; 140 a. C.), in quo victus prœlio vivus venit in manus hostium (138). V. Justin. XXXVI, 1; XXXVIII, 9. Josephus XIII, 5, 11. Eodem pertinent sequentia.

9.

Strabo XI, p. 515 : Εἰρηκότες δὲ πολλὰ περὶ τῶν Παρθικῶν νομίμων ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἱστορικῶν ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρᾳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον, παραλείψομεν ἐνταῦθα, μὴ ταυτολογεῖν δόξωμεν, τοσοῦτον εἰπόντες μόνον, ὅτι τῶν Παρθυαίων συνέδριόν φησι εἶναι Ποσειδώνιος διττὸν, τὸ μὲν συγγενῶν, τὸ δὲ σοφῶν καὶ μάγων, ἐξ ὧν ἀμφοῖν τοὺς βασιλεῖς καθίστασθαι. Pro συγγενῶν Coraÿus dedit εὐγενῶν, improbante Cramero, merito. V. Brissonius De imper. Persarum p. 132, Freinshemius ad Curt. III, 3. Ex eodem hoc Posidonii libro peti potuit, quæ de *Rhagis*, Parthorum regia, terræ motu nomen adeptis, e Posidonio affert Strabo p. 514 (v. fr. 77).

10.

Dum Demetrius Nicanor apud Parthos captivus degit, Syriæ regnum occupat Diodotus Apamensis sive Tryphon, de quo Posidonii locum servavit :

Athenæus VIII, p. 333, B : Οἶδα δὲ καὶ Ποσειδώνιον, τὸν ἀπὸ τῆς Στοᾶς, εἰπόντα περὶ πλήθους ἰχθύων τάδε· « Ὅτε Τρύφων ὁ Ἀπαμεὺς, ὁ τὴν τῶν Σύρων βασιλείαν ἁρπάσας, ἐπολεμεῖτο ὑπὸ Σαρπηδόνος, τοῦ Δημητρίου στρατηγοῦ, περὶ Πτολεμαΐδα πόλιν, καὶ ὡς ὁ Σαρπηδὼν λειφθεὶς ἀνεχώρησεν εἰς τὴν μεσόγαιαν μετὰ τῶν ἰδίων στρατιωτῶν, οἱ δὲ τοῦ Τρύφωνος ὠθεῦσιν κατὰ τὸ πλησίαλον, νικήσαντες τὴν μάχην, ἐξαίφνης πελάγιον κῦμα, ἐξαρθὲν μετέωρον εἰς ὕψος ἐξαίσιον, ἐπῆλθε τῇ γῇ, καὶ πάντας αὐτοὺς ἐπέκλυσε, διέφθειρέ τε ὑποβρυχίους, ἰχθύων τε πολὺν σωρὸν ἀναχωροῦν τὸ κῦμα μετὰ τῶν νεκρῶν κατέλιπε. Καὶ οἱ περὶ τὸν Σαρπηδόνα, ἀκούσαντες τὴν συμφορὰν, ἐπελθόντες τοῖς μὲν τῶν πολεμίων σώμασιν ἐφήσθησαν, ἰχθύων δὲ ἀφθονίαν ἀπηνέγκαντο, καὶ ἔθυσαν Ποσειδῶνι τροπαίῳ πρὸς τοῖς προαστείοις τῆς πόλεως. » Quodsi Athenæus ipsissima verba Posidonii apposuit, locus noster non ex Historiis, sed ex alio scripto fluxerit.

7.

Posidonius Apamensis, is qui Rhodius postea cognominatus est, quarto Historiarum libro, Hieracem Antiochenum, ait, quum prius tibia succinere consuevisset lysiodis, solertissimum postea assentatorem factum Ptolemæi septimi regis, illius qui Evergetes etiam cognominatus est : apud quem quum plurimum posset, quemadmodum etiam apud Philometorem, ad extremum ab eo interfectus est.

8.

Libro quinto Posidonius De Parthis disserens ait : « Qui amicus vocatur, is mensæ non est particeps; verum humi subsidens infra regem in sublimi lecto recumbentem, quod ab illo projicitur, id canis instar comedit : ac sæpe quamlibet leviculam ob causam ab humili illa cœna abreptus, flagris lorisque cæditur nodosis; et cruore fœdatus, cum a quo est supplicio affectus, veluti accepto beneficio, in terram procumbens veneratur. »

9.

Quum multa de legibus et institutis Parthorum dixerimus in sexto Historicorum commentariorum libro, qui secundus est eorum quibus Post-Polybiana enarrantur, nunc ea prætermittemus, ne bis eadem dicere videamur. Id unum dicamus, Posidonio teste duplex esse concilium Parthorum, unum cognatorum, alterum sapientium et magorum : reges ex utroque deligi.

10.

Scio etiam Stoicum Posidonium de mira quadam piscium multitudine hæcce scripsisse : « Quum Tryphoni Apamensi, ei qui Syriæ regnum ad se rapuerat, bellum intulisset Sarpedon, copiarum dux Demetrii, circa urbem Ptolemaidem, prœlioque victus Sarpedon cum suis militibus in mediterranea se recepisset, Tryphonis autem victrices copiæ secundum mare facerent iter; subito exortus e mari fluctus, et in miram altitudinem sublatus, in terram ingruit, cunctosque illos obrutos interemit in undis; rursusque inde recedens fluctus piscium ingentem acervum simul cum cadaveribus in litore reliquit. Qua cognita calamitate, Sarpedon cum suis regressus, lætatus est hostilium adspectu cadaverum, piscium vero ingentem copiam abstulit, et Neptuno Tropæo prope suburbia Ptolemaidis sacra fecit. »

De hoc Sarpedone, quem Tryphon post interfectum Antiochum bello aggressus est, cf. Diodor. Exc. De insid. fr. 24 (ex Posidonio). Porro Posidonium ante oculos habuisse videtur Strabo XVI, p. 758 : Ἱστορεῖται δὲ παράδοξον πάθος τῶν πάνυ σπανίων κατὰ τὸν αἰγιαλὸν τοῦτον τὸν μεταξὺ τῆς τε Τύρου καὶ τῆς Πτολεμαΐδος. Καθ' ὃν γὰρ καιρὸν οἱ Πτολεμαεῖς μάχην συνάψαντες πρὸς Σαρπηδόνα τὸν στρατηγὸν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, τροπῆς γενομένης λαμπρᾶς, ἐπέκλυσεν ἐκ τοῦ πελάγους κῦμα τοὺς φεύγοντας ὅμοιον πλημμυρίδι· καὶ τοὺς μὲν εἰς τὸ πέλαγος ἀφήρπασε καὶ διέφθειρεν· οἱ δ' ἐν τοῖς κοίλοις τόποις ἔμειναν νεκροί· διαδεξαμένη δὲ ἡ ἄμπωτις πάλιν ἀνεκάλυψε, καὶ ἔδειξε τὰ σώματα τῶν κειμένων ἀναμὶξ ἐν νεκροῖς ἰχθύσι.

11.

E LIBRO SEPTIMO.

Athenæus XII, p. 549, D : Τοιοῦτος ἐγεγόνει καὶ Πτολεμαῖος ὁ ἕβδομος Αἰγύπτου βασιλεύσας, ὁ αὐτὸν μὲν Εὐεργέτην ἀνακηρύττων, ὑπὸ δὲ Ἀλεξανδρέων Κακεργέτης ὀνομαζόμενος. Ποσειδώνιος γοῦν ὁ Στωικὸς, συναποδημήσας Σκιπίωνι τῷ Ἀφρικανῷ κληθέντι εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ θεασάμενος αὐτὸν, γράφει ἐν ἑβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν οὕτως· « Διὰ δὲ τρυφὴν διέφθαρτο τὸ σῶμα ὑπὸ παχύτητος καὶ γαστρὸς μεγέθους, ἣν δυσπερίληπτον εἶναι συνέβαινεν· ἐφ' ᾗς χιτωνίσκον ἐνδεδυκὼς ποδήρη, μέχρι τῶν καρπῶν χειρίδας ἔχοντα, προῆει μηδέποτε πεζὸς, εἰ μὴ διὰ Σκιπίωνα. »

Συναποδημήσας] De his diximus in Vita Posidonii. Legatio ista referenda est ad an. 136 v. 135.

12.

Idem VI, p. 273, A : Σώφρονες δ' ἦσαν καὶ πάντ' ἄριστοι οἱ ἀρχαῖοι Ῥωμαῖοι. Σκιπίων γοῦν ὁ Ἀφρικανὸς ἐπίκλην ἐκπεμπόμενος ὑπὸ τῆς συγκλήτου ἐπὶ τὸ καταστήσασθαι τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην βασιλείας, ἵνα τοῖς προσήκουσιν ἐγχειρισθῶσι, πέντε μόνους ἐπήγετο οἰκέτας, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος. Καὶ ἑνὸς ἀποθανόντος κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν, ἐπέστειλε τοῖς οἰκείοις, ἄλλον ἀντ' ἐκείνου πριαμένους πέμψαι αὐτῷ. Scipionis reliquorumque, qui socii hujus legationis erant, victum sobrium et continentiam etiam Diodorus XXXIII, 18 effert ex eodem, puta, Posidonio. Polybius (fragm. histor. 63, tom. II, p. 159 ed. Didot.) data occasione hoc commemorasse debet.

13.

Plutarch. Moral. p. 777, A : Καὶ Σκιπίων μετεπέμψατο Παναίτιον, ὅτε αὐτὸν ἡ σύγκλητος ἐξέπεμψεν

Ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντα,

ὥς φησι Ποσειδώνιος.

Idem ibid. p. 200, E : Ἐκπεμφθέντα δ' αὐτὸν ὑπὸ τῆς βουλῆς τρίτον, ὥς φησι Κλειτόμαχος,

Ἀνθρώπων πόλεων (l. ὕβριν) τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντα,

πόλεων, ἐθνῶν, βασιλέων ἐπίσκοπον, ὡς εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἦκε, καὶ τῆς νεὼς ἀποβὰς, ἐβάδιζε κατὰ τῆς κεφαλῆς ἔχων τὸ ἱμάτιον, ἠξίουν ἀποκαλύψασθαι περιθέοντες οἱ Ἀλεξανδρεῖς, καὶ δεῖξαι ποθοῦσιν αὐτοῖς τὸ πρόσωπον. Ἀποκαλυψαμένου, κραυγὴν καὶ κρότον ἐποίησαν. Τοῦ δὲ βασιλέως μόλις ἀμιλλωμένου βαδίζουσιν αὐτοῖς, δι' ἀργίαν καὶ τρυφὴν τοῦ σώματος, ὁ Σκιπίων ἀτρέμα πρὸς τὸν Παναίτιον ψιθυρίσας εἶπεν, Ἤδη τι τῆς ἐπιδημίας ἡμῶν Ἀλεξανδρεῖς ἀπολελαύκασι· δι' ἡμᾶς γὰρ ἑωράκασι τὸν βασιλέα περιπατοῦντα.

Συναπεδήμει δὲ αὐτῷ φίλος μὲν εἷς φιλόσοφος Παναίτιος, οἰκέται δὲ πέντε· καὶ τοῦ ἑνὸς ἀποθανόντος ἐπὶ

11.

Talis erat etiam Ptolemæus septimus Ægypti rex, se ipse Benefactorem proclamans, Alexandrini vero Malefactorem appellabant. Posidonius igitur Stoicus, qui cum Scipione Africano Alexandriam profectus illum viderat, septimo Historiarum libro ita scribit : « Ob luxuriosam vitam monstrosum et iners erat ei corpus obesitate et ventris mole tanta, ut vix ulnis complecti quis posset : quem tegebat ille tunica ad talos usque descendente et manicata usque ad manuum cum brachio juncturam : neque unquam pedibus e regia prodibat, nisi tunc Scipionis causa. »

12.

Moderati et omni virtutis genere excellentes fuerant veteres Romani. Scipio certe, cui Africano cognomen erat, quum a senatu esset missus ad constituenda orbis terrarum regna, ut his traderentur ad quos jure pertinerent, nonnisi quinque servos secum habebat, ut narrat Polybius et Posidonius. E quibus quum unus in itinere esset mortuus, literis datis mandavit familiaribus, ut illius loco alium sibi emerent mitterentque.

13.

Scipio quoque Panætium arcessivit, quum esset legatus a senatu, ut, quemadmodum Posidonius ait,

Inspiceret mores hominum pravosque bonosque.

Scipio missus a senatu tertium, ut ait Clitomachus,

Ut mores hominum ac jura inspiceret,

urbesque, gentes et reges inviseret : ut Alexandriam pervenit, egressus est navi, processitque cooperto capite : circum vero cursitantes Alexandrini rogaverunt ut retegeret faciem, desiderioque ejus videndi captis spectandam præberet : vocemque et plausum eo impetrato sustulerunt; quorum ambulationem quum rex ob ignaviam et mollitiem corporis ægre magno nisu æquaret, Scipio Panætio in aurem insusurravit : « Jam nunc Alexandrini fructum nostræ peregrinationis ceperunt, qui propter nos regem viderint deambulantem. »

τῆς ξένης, ἄλλον μὴ βουλόμενος πρίασθαι, ἀπὸ τῆς Ῥώμης μετεπέμψατο.

Pro Κλειτόμαχος Lyndenius De Panætio p. 45, probante Bakio p. 156, reponi jubet Ποσειδώνιος. Quæ quidem correctio violentior est. E Posidonio narrationem petitam esse largior; probabile vero est versum istum esse Clitomachi, quem ipse Posidonius laudaverit. Versus quosdam Clitomachi laudat Stobæus Florileg. CV, 29. Nescio an sit Clitomachus Carthaginiensis, Scipionis æqualis, Carneadis successor.

Cf. Justinus XXXVIII, 8: *Obvius legatis Romanorum, Scipioni Africano et Spurio Mummio et L. Metello, qui ad inspicienda sociorum regna veniebant, procedit. Sed quam cruentus civibus, tam ridiculus Romanis fuit. Erat enim et cultu deformis, et statura brevis, et sagina ventris non homini sed belluæ similis. Quam fœditatem nimia subtilitas pellucidæ vestis augebat*, etc. Quæ ex Posidonio fluxisse putanda sunt.

14.

Josephus C. Apion. II, 7, ubi verba facit de iis quæ Apion contra mores Judæorum et religionem protulerat: *Admiror autem etiam eos qui ei* (Apioni) *ejusmodi fomitem præbuere, id est Posidonium et Apollonium Molonem: quoniam accusant quidem nos, quare nos eosdem deos cum aliis non colimus. Mentientes autem pariter, et de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impie agere: quum sit valde turpissimum liberis qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere asini caput collocasse Judæos, et id colere et dignum facere tanta religione: et hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes et exspoliasset templum et illud caput invenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum.*

Deinde cap. 8: *Alteram vero fabulam* (Apion) *derogatione nostra plenam de Græcis* (ex Posidonio et Apollonio Molone) *apposuit: Antiochum in templo invenisse lectum et hominem in eo jacentem* etc. (v. fragm. Apionis).

Huncce Posidonii locum (qui fugit Bakium) Apion petivit ex ea Historiarum parte, ubi de Antiocho Sidete Judæam invadente (134 a. C.) et Hierosolyma oppugnante, sermo erat. Nam Diodorus quum in reliquis hujus ætatis rebus Posidonium potissimum sequatur, libro XXXIV, 1 (ex Exc. De virtut.) de Antiocho Sidete Judæos bello petente loquens ejusdem plane argumenti excursum narrationi intexuit. Ita tamen Posidonius rem instituit, ut quæ contra Judæos protulit, non ex sua persona afferret. Quod ut intelligatur locum Diodori apponere liceat: Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς ἐπολιόρκει τὰ Ἱεροσόλυμα, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι μέχρι μέν τινος ἀντέσχον, ἐξαναλωθέντων δὲ τῶν ἐπιτηδείων ἁπάντων, ἠναγκάσθησαν περὶ διαλύσεως διαπρεσβεύσασθαι. Οἱ δὲ πλείους αὐτῷ τῶν φίλων συνεβούλευον κατὰ κράτος αἱρήσειν τὴν πόλιν καὶ τὸ γένος ἀρδην ἀνελεῖν τῶν Ἰουδαίων· μόνους γὰρ ἁπάντων ἐθνῶν ἀκοινωνήτους εἶναι τῆς πρὸς ἄλλο ἔθνος ἐπιμιξίας καὶ πολεμίους ὑπολαμβάνειν πάντας. Ἀπεδείκνυον δὲ καὶ τοὺς προγόνους αὐτῶν ὡς ἀσεβεῖς καὶ μισουμένους ὑπὸ τῶν θεῶν ἐξ ἁπάσης τῆς Αἰγύπτου πεφυγαδευμένους. Τοὺς γὰρ ἀλφοὺς ἢ λέπρας ἔχοντας ἐν τοῖς σώμασι καθαρμοῦ χάριν ὡς ἐναγεῖς συναθροισθέντας ὑπερορίους ἐκβεβλῆσθαι· τοὺς δὲ ἐξορισθέντας καταλαβέσθαι μὲν τοὺς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τόπους, συστησαμένους δὲ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος παραδόσιμον ποιῆσαι τὸ μῖσος τὸ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους· διὰ τοῦτο δὲ καὶ νόμιμα παντελῶς ἐξηλλαγμένα καταδεῖξαι, τὸ μηδενὶ ἄλλῳ ἔθνει τραπέζης κοινωνεῖν μηδ' εὐνοεῖν τὸ παράπαν. Ὑπέμνησαν δὲ αὐτὸν καὶ περὶ τοῦ προγεγονότος μίσους τοῖς προγόνοις πρὸς τοῦτο τὸ ἔθνος. Ἀντίοχος γὰρ ὁ προσαγορευθεὶς Ἐπιφανὴς καταπολεμήσας τοὺς Ἰουδαίους, εἰσῆλθεν εἰς τὸν ἄδυτον τοῦ θεοῦ σηκόν, οὗ νόμιμον εἰσιέναι μόνον τὸν ἱερέα· εὑρὼν δὲ ἐν αὐτῷ λίθινον ἄγαλμα ἀνδρὸς βαθυπώγωνος καθήμενον ἐπ' ὄνου μετὰ χεῖρας ἔχον βιβλίον, τοῦτο μὲν ὑπέλαβε Μωϋσέως εἶναι τοῦ κτίσαντος τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ συστησαμένου τὸ ἔθνος, πρὸς δὲ τούτοις νομοθετήσαντος τὰ μισάνθρωπα καὶ παράνομα ἔθη τοῖς Ἰουδαίοις· αὐτὸς δὲ στυγήσας τὴν μισανθρωπίαν πάντων ἐθνῶν, ἐφιλοτιμήθη καταλῦσαι τὰ νόμιμα. Διὸ τῷ ἀγάλματι τοῦ κτίστου καὶ τῷ ὑπαίθρῳ βωμῷ τοῦ θεοῦ μεγάλην ὖν θύσας, τό τε αἷμα προσέχεεν αὐτοῖς, καὶ τὰ κρέα σκευάσας, προσέταξε τῷ μὲν ἀπὸ τούτων ζωμῷ τὰς ἱερὰς αὐτῶν βίβλους καὶ περιεχούσας τὰ μισόξενα νόμιμα καταρρᾶναι, τὸν δὲ ἀθάνατον λεγόμενον παρ' αὐτοῖς λύχνον καὶ καιόμενον ἀδιαλείπτως ἐν τῷ ναῷ κατασβέσαι, τῶν τε κριῶν ἀναγκάσας προσενέγκασθαι τὸν ἀρχιερέα καὶ τοὺς ἄλλους Ἰουδαίους. Ταῦτα δὴ διεξιόντες οἱ φίλοι τὸν Ἀντίοχον παρεκάλουν μάλιστα μὲν ἄρδην ἀνελεῖν τὸ ἔθνος, εἰ δὲ μή, καταλῦσαι τὰ νόμιμα καὶ συναναγκάσαι τὰς ἀγωγὰς μεταθέσθαι. Ὁ δὲ βασιλεὺς μεγαλόψυχος ὢν καὶ τὸ ἦθος ἥμερος, λαβὼν ὁμήρους, ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων τοὺς Ἰουδαίους, φόρους τε τοὺς ὀφειλομένους πραξάμενος καὶ τὰ τείχη περιελὼν τῶν Ἱεροσολύμων.

Dubium non est quin fragmentum ex septimo

Unum omnino ea in legatione habuit de amicis comitem Panætium philosophum, servos quinque: de his uno in peregrinatione mortuo, quum alium nollet emere, Roma accivit.

vel ex octavo libro petitum sit. Nam sequens fragmentum 15, qui libro octavo adscribitur, eadem continet, quæ Diodorus in Exc. De virtut. [XXXIV, 2] loco modo laudato subjungit.

15.

E LIBRO OCTAVO.

Athenæus XII, p. 542, B : Ποσειδώνιος δὲ ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Ἱστοριῶν, περὶ Δαμοφίλου λέγων τοῦ Σικελιώτου, δι' ὃν ὁ δουλικὸς ἐκινήθη πόλεμος, ὅτι τρυφῆς ἦν οἰκεῖος, γράφει καὶ ταῦτα· « Τρυφῆς οὖν δοῦλος ἦν καὶ κακουργίας, διὰ μὲν τῆς χώρας τετρακύκλους ἀπήνας περιαγόμενος, καὶ ἵππους, καὶ θεράποντας ὡραίους, καὶ παραδρομὴν ἀνάγωγον κολάκων τε καὶ παίδων στρατιωτικῶν. Ὕστερον δὲ πανοικίᾳ ἐφυβρίστως κατέστρεψε τὸν βίον, ὑπὸ τῶν οἰκετῶν περιυβρισθείς. »

Diodorus, etsi Siculus, nihilominus tamen bellorum Siculorum historiam e Posidonio sumpsit, cujus ipsa fere verba reddidit. Ita enim habet in Exc. De virtut. p. 600 (XXXIV, 2) : Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς χώρας ἵππους τε πολυτελεῖς καὶ τετρακύκλους ἀπήνας μετ' οἰκετῶν στρατιωτικῶν περιήγετο· πρὸς δὲ τούτοις εὐπρεπῶν παίδων πλῆθος, ἔτι δὲ κολάκων ἀνάγωγον παραδρομὴν ἔχειν ἐφιλοτιμεῖτο. Cf. Exc. Photii ibid. c. 2, 10 : Ἀρχὴ δὲ τῆς ὅλης ἀποστάσεως ἐγένετο τοιαύτη. Δαμόφιλός τις ἦν κτλ.

16.

E LIBRO UNDECIMO.

Idem VI, p. 263, C : Ποσειδώνιος δέ φησιν, ὁ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἐν τῇ τῶν Ἱστοριῶν ἑνδεκάτῃ· « Πολλούς τινας, ἑαυτῶν οὐ δυναμένους προΐστασθαι διὰ τὸ τῆς διανοίας ἀσθενὲς, ἐπιδοῦναι ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν συνετωτέρων ὑπηρεσίαν, ὅπως, παρ' ἐκείνων τυγχάνοντες τῆς εἰς τὰ ἀναγκαῖα ἐπιμελείας, αὐτοὶ πάλιν ἀποδιδῶσιν ἐκείνοις δι' αὐτῶν, ἅπερ ἂν ὦσιν ὑπηρετεῖν δυνατοί. Καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ Μαριανδυνοὶ μὲν Ἡρακλεώταις ὑπετάγησαν, διὰ τέλους ὑποσχόμενοι θητεύσειν παρέχουσιν αὐτοῖς τὰ δέοντα, προσδιαστειλάμενοι, μηδενὸς αὐτῶν ἔσεσθαι πρᾶσιν ἔξω τῆς Ἡρακλεωτῶν χώρας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ μόνον τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ. » Cf. reliquos auctores ab Athenæo laudatos. Nostra ex narratione de bellis servorum fluxerunt. Eodem pertinere videntur quæ sequuntur fragmenta de servis Atticis et Chiis.

17.

E LIBRO DECIMO QUARTO.

Idem XII, p. 540, B : Ἐν δὲ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, περὶ τοῦ ὁμωνύμου αὐτοῦ Ἀντιόχου λέγων (sc. Ποσειδώνιος), τοῦ ἐπ' Ἀρσάκην εἰς Μηδίαν στρατεύσαντος, φησὶν, ὅτι « ὑποδοχὰς ἐποιεῖτο καθ' ἡμέραν ὀχλικάς· ἐν αἷς χωρὶς τῶν ἀναλισκομένων καὶ ἐκφατνιζομένων σωρευμάτων ἕκαστος ἀπέφερε τῶν ἑστιατόρων ὁλομελῆ κρέα χερσαίων τε καὶ πτηνῶν καὶ θαλαττίων ζώων ἀδιαίρετα ἐσκευασμένα, ἅμαξαν πληρῶσαι δυνάμενα· καὶ μετὰ ταῦτα μελιπήκτων, καὶ στεφάνων ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ σὺν ἀνδρομήκεσι λημνίσκων χρυσῶν πιλήμασι πλήθη. »

Quæ antecedunt apud Athenæum de Antiocho Grypo vide in lib. XXVIII. Nostrum locum iterum affert Athenæus V, p. 210, C : Εἰπόντες οὖν περὶ ἐγγυθήκης ἑξῆς, πάλιν μνησθησόμεθα φιλοδείπνων βασιλέων. Ὁ γὰρ τῷ προειρημένῳ Ἀντιόχῳ ὁμώνυμος βασιλεὺς, Δημητρίου δ' υἱὸς, ὡς ἱστορεῖ Ποσειδώνιος, ὑποδοχὰς ποιούμενος καθ' ἡμέραν ὀχλικὰς, χωρὶς τῶν ἀναλισκομένων, σωρεύματα ἑκάστῳ ἀποφέρειν ἐδίδου τῶν ἑστιατόρων ὁλομελῆ κρέα χερσαίων τε καὶ πτηνῶν καὶ θαλαττίων ζώων ἀδιαίρετα ἐσκευασμένα, ἅμαξαν πληρῶσαι δυνάμενα· καὶ μετὰ ταῦτα μελιπήκτων καὶ στεφάνων ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ σὺν ἀνδρομήκεσι

15.

Posidonius octavo Historiarum libro, de Damophilo loquens Siculo, a quo concitatum est bellum Servile, eumque voluptatibus dicens fuisse deditum, hæc scribit : « Voluptatis igitur mancipium erat et improbitatis. Per regionem rhedis circumvehebatur, equites et pulcros famulos secum trahens, petulantemque turbam adulatorum et puerorum militarium circa eum discurrentium. Ad extremum vero cum tota domo contumeliose periit, a domesticis omni contumeliæ genere affectus. »

16.

Posidonius Stoicus, Historiarum libro undecimo, ait : « repertos esse multos, qui, quod se ipsi gubernare non possent propter ingenii tarditatem, prudentioribus se ministros traderent, ut illi curam sui haberent rebusque sibi necessariis prospicerent, ipsi vicissim illis operam suam, quibuscumque rebus possent, præstarent. Eaque ratione Mariandyni subjecti sunt Heracleotis, perpetuo se illis ministeria facturos polliciti, si, quæ ad vitam necessaria sunt, sibi illi suppeditarent; diserte quidem insuper et hoc pacti, ne unquam extra Heracleotarum fines venderentur, sed in sola propria terra servirent. »

17.

Libro decimo quarto Posidonius cognominem ejus (*Antiochi Grypi*) Antiochum (*i. e. Antiochum Sideten, Demetrii I Soteris filium, Demetrii II Nicanoris fratrem*), qui contra Arsacen in Mediam expeditionem suscepit, narrat epulis quotidie ingentem hominum turbam excepisse : in quibus præter ea quæ consumebantur, et præter reliquiarum cumulos, convivarum quisque auferebat integras carnes animantium terrestrium et volucrium et marinorum paratas et intactas, quæ plaustrum implere possent; et post hæc bellariorum et coronarum ex myrrha et thure multitudinem, cum mitris longitudine hominis ex aureis fasciis.

λημνίσκων πιλήμασι χρυσοῖς πλήθη. A vero aberravit Bakius p. 145, qui duobus hisce locis repugnantia sibi inesse opinatur; etenim p. 540, B signari Antiochum II Θεὸν, p. 210, C, falso idem referri de Antiocho Grypo, Demetrii Nicanoris filio statuit. Verum ipsa librorum series docet sermonem esse de Antiocho Sidete, Demetrii Soteris filio. Athenæus, et hic et fr. 19, Parthorum regem *Arsacen* dicit quum apud Justinum dicatur *Phraates*. Arsacen simpliciter dicit etiam Diodorus XXXIV, 15 sqq. E Posidonio, ut puto, sua hausit Trogus Pompeius. Ex quo ita Justinus XXXIX, 10: *His auditis, Antiochus, occupandum bellum ratus, exercitum, quem multis finitimorum bellis induraverat, adversus Parthos ducit* (129 a. C. v. Clinton. p. 346). *Sed luxuriæ non minor apparatus quam militiæ fuit: quippe LXXX millia armatorum secuta sunt, CCC millia lixarum, ex quibus coquorum, pistorum, scenicorumque major numerus fuit. Argenti certe aurique tantum, ut etiam gregarii milites caligas auro figerent, proculcarentque materiam, cujus amore populi ferro dimicant. Culinarum quoque argentea instrumenta fuere, prorsus quasi ad epulas, non ad bella pergerent*, etc.

18.

E LIBRO DECIMO SEXTO.

Idem XII, p. 527, E: Ποσειδώνιος δὲ ἐν ἑκκαιδεκάτῃ Ἱστοριῶν περὶ τῶν κατὰ τὴν Συρίαν πόλεων λέγων ὡς ἐτρύφων, γράφει καὶ ταῦτα· « Τῶν γοῦν ἐν ταῖς πόλεσιν ἀνθρώπων διὰ τὴν εὐδοσίαν τῆς χώρας ἀπὸ (ἀπούσης conj. Bak.) τῆς περὶ τὰ ἀναγκαῖα κακοπαθείας συνόδους νεμόντων πλείονας, ἐν αἷς εὐωχοῦντο συνεχῶς, τοῖς μὲν γυμνασίοις ὡς βαλανείοις χρώμενοι, ἀλειφόμενοι δ' ἐλαίῳ πολυτελεῖ καὶ μύροις, τοῖς δὲ γραμματείοις (οὕτως γὰρ ἐκάλουν τὰ κοινὰ τῶν συνδείπνων), ὡς ἐν οἰκητηρίοις διαιτώμενοι, καὶ τὸ πλεῖον τῆς ἡμέρας γαστριζόμενοι ἐν αὐτοῖς οἴνοις καὶ βρώμασιν, ὥστε καὶ προσαποφέρειν πολλὰ καὶ καταυλουμένους πρὸς χελωνίδος πολυχρότου ψόφον, ὥστε τὰς πόλεις ὅλας τοιούτοις κελάδοις συνηχεῖσθαι. » Eadem non indicato libro leguntur V, p. 210, F.

19.

Idem IV, p. 153, A: Ἐν δὲ τῇ ἑκκαιδεκάτῃ περὶ Σελεύκου διηγούμενος (Ποσειδώνιος) τοῦ βασιλέως, ὡς εἰς Μηδίαν ἀνελθὼν καὶ πολεμῶν Ἀρσάκει, ἡμαλωτίσθη ὑπὸ τοῦ βαρβάρου, καὶ ὡς πολὺν χρόνον παρὰ τῷ Ἀρσάκει διέτριψεν, ἀγόμενος βασιλικῶς, γράφει καὶ ταῦτα· « Παρὰ Πάρθοις ἐν τοῖς δείπνοις ὁ βασιλεὺς τήν τε κλίνην, ἐφ' ἧς μόνος κατέκειτο, μετεωροτέραν τῶν ἄλλων καὶ κεχωρισμένην εἶχε, καὶ τὴν τράπεζαν μόνῳ, καθάπερ ἥρωι, πλήρη βαρβαρικῶν θοινημάτων παρακειμένην. »

Sequente libri XVI fragmento narratur quomodo Antiochus Sidetes ab Arsace captus perierit (Ol. 162, 4. 128 vere). Paullo ante (162, 4. 129 auctumno) Demetrius Nicator e captivitate dimissus erat. (Justin. XXXVIII, 10: *Phraates Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum Parthico præsidio mittit, ut eo pacto Antiochus ad sua tuenda e Parthia revocaretur.*) Quæ quum ita sint, exspectamus sane h. l. non de Seleuci captivitate, sed de Demetrii sermonem fuisse, in quem optime quadrant verba πολὺν χρόνον παρὰ τῷ Ἀρσάκει διέτριψεν (scil. per annos decem). Seleuci Callinici expeditio Parthica memoratur quidem apud Justin. XLI, 4: *Nec multo post* (*Arsaces*) *cum Seleuco rege, ad defectores persequendos veniente, congressus victor fuit.* Verum non captus rex est, sed in Syriam statim post cladem reversus, ut ex iis quæ sequuntur apud Justinum patet. Quæ quum ita sint, Frœlichius (Annal. Regum Syr. Prolegg. p. 66) et Clintonus (III, p. 313) duas Seleuci expeditiones distinguunt, quarum altera ex Athenæi loco eruenda sit. Igitur Posidonius dicendus foret ad antiquiora tempora data

---

18.

Posidonius sexto decimo libro Historiarum, de Syriæ civitatibus earumque luxuria loquens, hæc scribit: « Oppidorum incolæ, ob agri fertilitatem res ad vitam necessarias absque labore comparantes, frequentes conventus celebrabant, in quibus assidue epulabantur, gymnasiis pro balneis utentes, pretiosoque oleo et unguentis sese inungentes: in *grammateis* vero, sive scholis (sic enim appellabant publica cœnacula), tanquam domibus suis vitam agentes, in illisque majorem diei partem vino et epulis indulgentes, sic ut multa etiam insuper domum auferrent; denique aures oblectantes tumultuoso testudinis impetu, ita ut tota oppida talibus strepitibus personarent. »

19.

Libro decimo sexto ubi de Seleuco (*deb.* Demetrio) rege, refert, quo pacto expeditione in Mediam suscepta adversus Arsacen, captus a Barbaro et diu apud Arsacen commoratus, regie apud eum habitus esset, præter alia hæc scribit: « Apud Parthos rex, quum cœnabat, altiorem ceteris lectum habebat, et separatum ab aliis, in quo solus recumbebat: et mensam sibi soli, veluti heroi, appositam, barbaricis ferculis refertam. »

20.

Bibax vero etiam fuit ejusdem cum hoc (sc. *Antiocho Epiphane*) nominis, Antiochus *Sidetes* ille qui in Media cum Arsace bellum gessit; ut refert Posidonius Apamensis decimo sexto Historiarum libro. Quem occisum Arsaces quum sepeliendum curaret, dixit: « Evertit te, Antioche, confidentia et vinolentia: speraveras enim, te majoribus poculis regnum Arsacis epotaturum. »

occasione aberrasse. Equidem Athenæum quæ in antecedentibus Posidonius narrasset indicaturum errasse, et Seleucum posuisse statuo pro Demetrio, in quem et reliqua Athenæi verba, et series librorum cadunt optime. Quod rem narratam attinet, cf. fr. 8.

20.

Athenæus X, p. 439, D : Φιλοπότης δ' ἦν καὶ ὁ ὁμώνυμος αὐτῷ Ἀντίοχος ἐν Μηδείᾳ πρὸς Ἀρσάκην πολεμήσας, ὡς ἱστορεῖ Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν. Ἀναιρεθέντος γοῦν αὐτοῦ, τὸν Ἀρσάκην θάπτοντα αὐτὸν λέγειν· « Ἔσφηλέ σε, Ἀντίοχε, θάρσος καὶ μέθη· ἤλπιζες γὰρ ἐν μεγάλοις ποτηρίοις τὴν Ἀρσάκου βασιλείαν ἐκπιεῖν. » Interfectus Antiochus Sidetes est Ol. 162, 4. 128 vere. Cf. Diodor. XXXIV, 15; Clinton. F. H. III, p. 332; Justin. XXXIII, 10.

21.

Athenæus XI, p. 466, B : Ποσειδώνιος δ' ἐν τῇ εἰκοστῇ ἕκτῃ (scr. δεκάτῃ ἕκτῃ) τῶν Ἱστοριῶν Λυσίμαχόν φησι τὸν Βαβυλώνιον, καλέσαντα ἐπὶ δεῖπνον Ἵμερον, τὸν τυραννήσαντα οὐ μόνον Βαβυλωνίων, ἀλλὰ καὶ Σελευκέων, μετὰ τριακοσίων, μετὰ τὸ τὰς τραπέζας ἀρθῆναι, τετράμνουν ἑκάστῳ τῶν τριακοσίων ἔκπωμα δοῦναι ἀργυροῦν, καὶ σπονδοποιησάμενον προπιεῖν ἅμα πᾶσι, καὶ ἀποφέρεσθαι ἔδωκε τὰ ποτήρια.

Cf. Justinus XLII, 1 : *Phraates quum adversus eos* (sc. Scythas quos in auxilium adversus Antiochum Sidetem advocaverat, sed, quum confecto jam bello supervenissent, negata mercede dimiserat) *proficisceretur, ad tutelam regni reliquit Himerum quendam, pueritiæ sibi flore conciliatum : qui tyrannica crudelitate, oblitus et vitæ præteritæ et vicarii officii, Babylonios multasque alias civitates importune vexavit.* Trogi Pompeii prolog. ad lib. XLII : *Ut præfectus Parthis a Phraate Mesenis bellum intulit et in Babylonios et Seleucenses sæviit.* Hæc igitur quum statim post ea acciderint, quæ libro XVI Posidonius narrat, atque Diodorus quoque (XXXIV, 21, in Exc. Virtut.) de ejusdem Himeri (cod. Εὐημέρου) sævitia statim post cladem Antiochi loquatur, dubium vix est, hæc non XXVI, verum XVI^mo Posidonii libro exposita esse. Ceterum quæ apud Diodorum leguntur : Εὐήμερος ὁ τῶν Πάρθων βασιλεύς, Ὑρκάνιος ὢν τὸ γένος, excerptoris culpa corrupta sunt. Dixit Diodorus Ἵμερος ὁ τοῦ Π. βασιλέως σατράπης vel tale quid, notante Valesio.

22.

E LIBRO VICESIMO SECUNDO.

Idem XIII, p. 594, E : Ἅρπαλος δὲ ὁ Μακεδών, ὁ τῶν Ἀλεξάνδρου πολλὰ χρημάτων συλήσας καὶ καταφυγὼν εἰς Ἀθήνας, ἐρασθεὶς Πυθιονίκης, πολλὰ εἰς αὐτὴν κατανάλωσεν ἑταίραν οὖσαν· καὶ ἀποθανούσῃ πολυτάλαντον μνημεῖον κατεσκεύασεν· ἐκφέρων τε αὐτὴν ἐπὶ τὰς ταφάς, ὥς φησι Ποσειδώνιος ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, τεχνιτῶν τῶν ἐπισημοτάτων χορῷ μεγάλῳ καὶ παντοίοις ὀργάνοις καὶ εὐφωνίαις παρέπεμπε τὸ σῶμα. Cf. Diodor. XVII, 108, Theopomp. fr. 277 et quos ibi laudavimus. Quanam occasione ad hæc excurrerit Posidonius nescimus.

23.

E LIBRO VICESIMO TERTIO.

Idem VI, p. 246, C : Ποσειδώνιος δ' ὁ Ἀπαμεὺς ἐν τῇ εἰκοστῇ καὶ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν, « Κελτοὶ (φησὶ) περιάγονται μεθ' αὑτῶν καὶ πολεμοῦντες συμβιωτάς, οὓς καλοῦσι παρασίτους. Οὗτοι δὲ ἐγκώμια αὐτῶν καὶ πρὸς ἀθρόους λέγουσιν ἀνθρώπους συνεστῶτας, καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν κατὰ μέρος ἐκείνων ἀκροωμένων. Τὰ δὲ ἀκούσματα αὐτῶν εἰσιν οἱ καλούμενοι Βάρδοι· ποιηταὶ δὲ οὗτοι τυγχάνουσι μετ' ᾠδῆς ἐπαίνους λέγοντες. »

24.

Idem IV, p. 154, A : Ποσειδώνιος δ' ἐν τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν· « Κελτοί, φησὶν, ἐνίοτε παρὰ

21.

Posidonius decimo sexto Historiarum refert Lysimachum Babylonium, quum Himerum, qui non modo Babyloniorum, sed etiam Seleucensium erat tyrannus, ad cœnam vocasset cum trecentis, sublatis mensis unicuique trecentorum poculum argenteum quattuor minarum pondo dedisse, factaque libatione, simul omnibus propinasse, et quemque suum poculum secum auferre jussisse.

22.

Harpalus Macedo, is qui Alexandrum ingenti pecuniæ summa spoliavit, Athenasque confugit, Pythionicæ amore captus, multa in eam insumpserat, quum scortum ipsius esset; post cujus obitum multorum talentorum monumentum ei posuit : quumque ad sepulturam efferret, ut ait Posidonius libro vicesimo secundo Historiarum, cum ingenti celeberrimorum artificum choro, et omnifariorum musicorum instrumentorum et carminum cantibus cadaver est prosecutus.

23.

Posidonius Apamensis Historiarum libro vicesimo tertio : « Galli, ait, secum circumducunt, etiam quum in bellum proficiscuntur, convictores, quos parasitos vocant. Hi, quum in frequentibus hominum circulis, tum apud singulos privatim qui audire velint, laudes illorum celebrant. Acroamata eorum sunt qui *Bardi* vocantur : hi poetæ sunt, qui cum cantu laudes celebrant. »

24.

Posidonius tertio et vicesimo Historiarum : « Celtæ, ait, nonnumquam inter cœnam gladiatorio certamine congrediuntur. Quum enim armati conveniant, umbra-

τὸ δεῖπνον μονομαχοῦσιν· ἐν γὰρ τοῖς ὅπλοις ἀγερθέντες σκιαμαχοῦσι καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀκροχειρίζονται, ποτὲ δὲ καὶ μέχρι τραύματος προΐασι, καὶ ἐκ τούτου ἐρεθισθέντες, ἐὰν μὴ ἐπισχῶσιν οἱ παρόντες, καὶ ἕως ἀναιρέσεως ἔρχονται. Τὸ δὲ παλαιὸν φησιν ὅτι παρατεθέντων κωλήνων τὸ μηρίον ὁ κράτιστος ἐλάμβανεν· εἰ δέ τις ἕτερος ἀντιποιήσαιτο, συνίσταντο μονομαχήσοντες μέχρι θανάτου. Ἄλλοι δ' ἐν θεάτρῳ λαβόντες ἀργύριον ἢ χρυσίον, οἱ δὲ οἴνου κεραμίων ἀριθμόν τινα, καὶ πιστωσάμενοι τὴν δόσιν, καὶ τοῖς ἀναγκαίοις ἢ φίλοις διαδωρησάμενοι, ὕπτιοι ἐκταθέντες ἐπὶ θυρεῶν κεῖνται, καὶ παραστάς τις ξίφει τὸν λαιμὸν ἀποκόπτει. » Cf. Diodor. V, 28. Ex Athenæo hausit Eustath. p. 1606, 14.

25.

Athenæus IV, p. 151, E : Ποσειδώνιος δὲ ὁ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἐν ταῖς Ἱστορίαις αἷς συνέθηκεν οὐκ ἀλλοτρίως ἧς προῄρητο φιλοσοφίας, πολλὰ παρὰ πολλοῖς ἔθιμα καὶ νόμιμα ἀναγράφων, « Κελτοὶ (φησὶ) τὰς τροφὰς προτίθενται, χόρτον ὑποβάλλοντες, καὶ ἐπὶ τραπεζῶν ξυλίνων, μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπηρμένων. Ἡ τροφὴ δ' ἐστὶν ἄρτοι μὲν ὀλίγοι, κρέα δὲ πολλὰ ἐν ὕδατι, καὶ ὀπτὰ ἐπ' ἀνθράκων ἢ ὀβελίσκων. Προσφέρονται δὲ ταῦτα καθαρείως μέν, λεοντωδῶς δὲ, ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις αἴροντες ὅλα μέλη, καὶ ἀποδάκνοντες· ἐὰν δὲ ᾖ τι δυσαπόσπαστον, μαχαιρίῳ μικρῷ παρατέμνοντες, ὃ τοῖς κολεοῖς ἐν ἰδίᾳ θήκῃ παράκειται. Προσφέρονται δὲ καὶ ἰχθῦς οἵ τε παρὰ τοὺς ποταμοὺς οἰκοῦντες, καὶ παρὰ τὴν ἐντὸς καὶ τὴν ἔξω θάλασσαν, καὶ τούτους ὀπτοὺς μετὰ ἁλῶν καὶ ὄξους καὶ κυμίνου. Τοῦτο δὲ καὶ εἰς τὸ ποτὸν ἐμβάλλουσιν. Ἐλαίῳ δ' οὐ χρῶνται διὰ σπάνιν, καὶ διὰ τὸ ἀσύνηθες ἀηδὲς αὐτοῖς φαίνεται. Ὅταν δὲ πλείονες συνδειπνῶσι, κάθηνται μὲν ἐν κύκλῳ, μέσος δ' ὁ κράτιστος, ὡς ἂν κορυφαῖος χοροῦ, διαφέρων τῶν ἄλλων ἢ κατὰ τὴν πολεμικὴν εὐχέρειαν, ἢ κατὰ τὸ γένος, ἢ κατὰ πλοῦτον· ὁ δ' ὑποδεχόμενος παρ' αὐτὸν, ἐφεξῆς δ' ἑκατέρωθε κατ' ἀξίαν ἧς ἔχουσιν ὑπεροχῆς. Καὶ οἱ μὲν τοὺς θυρεοὺς ὁπλοφοροῦντες ἐκ τῶν ὀπίσω παρεστᾶσιν, οἱ δὲ δορυφόροι κατὰ τὴν ἀντικρὺ καθήμενοι κύκλῳ, καθάπερ οἱ δεσπόται, συνευωχοῦνται. Τὸ δὲ ποτὸν οἱ διακονοῦντες ἐν ἀγγείοις περιφέρουσιν ἐοικόσι μὲν ἀμβίκοις ἢ κεραμέοις ἢ ἀργυροῖς· καὶ γὰρ τοὺς πίνακας, ἐφ' ὧν τὰς τροφὰς προτίθενται, τοιούτους ἔχουσιν· οἱ δὲ χαλκοῦς, οἱ δὲ κάνεα ξύλινα καὶ πλεκτά. Τὸ δὲ πινόμενόν ἐστι παρὰ μὲν τοῖς πλουτοῦσιν οἶνος, ἐξ Ἰταλίας καὶ τῆς Μασσαλιητῶν χώρας παρακομιζόμενος, ἄκρατος δ' οὗτος· ἐνίοτε δὲ καὶ ὀλίγον ὕδωρ παραμίγνυται· παρὰ δὲ τοῖς ὑποδεεστέροις ζύθος πύρινον μετὰ μέλιτος ἐσκευασμένον· παρὰ δὲ τοῖς πολλοῖς καθ' αὑτό· καλεῖται δὲ κόρμα. Ἀπορροφοῦσι δὲ ἐκ τοῦ ποτηρίου κατὰ μικρὸν, οὐ πλεῖον κυάθου· πυκνότερον δὲ τοῦτο ποιοῦσι. Περιφέρει δὲ ὁ παῖς ἐπὶ τὰ δεξιὰ καὶ τὰ λαιά. Οὕτως διακονοῦνται· καὶ τοὺς θεοὺς προσκυνοῦσιν, ἐπὶ τὰ δεξιὰ στρεφόμενοι. »

Ἔτι δὲ ὁ Ποσειδώνιος διηγούμενος καὶ τὸν Λουερ-

---

tilem quandam pugnam instituunt, et exercitii causa inter se conflictantur : interdum vero etiam usque ad vulnera procedunt; et inde irritati, nisi alii præsentes inhibeant, ad cædem usque progrediuntur. Priscis vero temporibus, inquit, moris apud eosdem fuerat, ut appositis in cœna pernis, quicunque fortissimus esset, femur acciperet : sin alius quispiam id sibi vindicaret, singulari certamine congressi ad mortem depugnabant. Alii in theatro, stipulata auri vel argenti summa, aut doliolorum vini numero aliquo, captis de præstando promisso pignoribus, initaque ratione ut merces ista inter necessarios ipsorum, quos maxime caros habent, dividatur, supinos sese super clypeis humi jacientibus extendunt : et adstans aliquis guttur eis gladio præcidit. »

25.

Posidonius Stoicus in Historiis quas composuit ratione minime aliena ab ea quam secutus est philosophia, varia variorum populorum instituta moresque recensens : « Celtæ, inquit, [*sive*, Galli Galliam incolentes] convivis substrato fœno insidentibus cibos apponunt super mensis ligneis, parum supra terram elatis. Sunt autem cibi : parum quidem panis, sed caro multa, partim elixa, partim assa sive super prunis sive in verutis. Comedunt autem illa satis quidem munde illata, sed leonino more ambabus manibus integros artus capientes, et morsu dilaniantes : quodsi quid ægrius divellitur, cultello præcidunt, qui vagina tectus peculiari in loculo adjacet. Vescuntur autem etiam piscibus hi qui fluvios accolunt, aut maris sive interioris sive exterioris litora; eisque assis, cum sale et aceto et cumino : hoc autem etiam potioni injiciunt. Oleo vero non utuntur, ob raritatem; et, quoniam insolitum, ingratum illis videtur. Ubi plures una cœnant, in orbem sedent : in medio quidem præstantissimus, veluti chorum ducens; nempe qui ceteris vel bellica dexteritate vel nobilitate vel divitiis antecellit. Huic adsidet convivator : et reliqui deinde utrimque ordine, prout quisque dignitate alterum præit. Et armigeri quidem, qui scuta gestant, pone stant : satellites vero, e regione opposita in orbem sedentes, epulantur et ipsi haud secus quam heri. Potum vero famuli in vasis circumferunt, quæ cadis illis, quos *ambicas* Græci vocant, similia sunt, ceterum vel fictilia vel argentea : nam et lances, in quibus cibos apponunt, argenteas nonnulli habent; alii vero æneas; alii canistra lignea aut vimine texta. Est vero potus, apud divites quidem, vinum ex Italia aut ex Massiliensium regione advectum; et id quidem merum : interdum vero parum aquæ mixtum habet : apud paulo tenuiores, cerevisia triticea, cum melle parata; apud plerosque autem vulgo, cerevisia absque melle : *corma* eum potum vocant. Sorbillant autem ex eodem poculo paulatim non amplius cyatho; sed id sæpius faciunt. Circumfert autem puer a dextra versus sinistram. Ita ministrant : atque etiam deos adorant, ad dextram conversi. »

Idem Posidonius, divitias enarrans Luernii [*Lueriі* sec. *Strabon.*] patris Bituitis illius, qui a Romanis sublatus est, ait : « popularem gratiam aucupantem, quum

νίου, τοῦ Βιτύϊτος πατρὸς, πλοῦτον, τοῦ ὑπὸ Ῥωμαίων καθαιρεθέντος, φησὶ « δημαγωγοῦντα αὐτὸν τοὺς ὄχλους ἅρματι φέρεσθαι διὰ τῶν πεδίων, καὶ σπείρειν χρυσὸν καὶ ἄργυρον ταῖς ἀκολουθούσαις τῶν Κελτῶν μυριάσι, ῥάγμα τε ποιεῖν ὠδεκαστάδιον, τετράγωνον, ἐν ᾧ πληρουμένους ληνοὺς πολυτελοῦς πόματος, παρασκευάζειν τε τοσοῦτο βρωμάτων πλῆθος, ὥστε ἐφ' ἡμέρας πλείονας ἐξεῖναι τοῖς βουλομένοις εἰσερχομένοις τῶν παρασκευασθέντων ἀπολαύειν, ἀδιαλείπτως διακονουμένους. Ἀφορίσαντος δ' αὐτοῦ προθεσμίαν ποτὲ τῆς θοίνης, ἀρυστερήσαντά τινα τῶν βαρβάρων ποιητὴν ἀφικέσθαι, καὶ συναντήσαντα μετὰ ᾠδῆς ὑμνεῖν αὐτοῦ τὴν ὑπεροχὴν, ἑαυτὸν δ' ἀποθρηνεῖν ὅτι ὑστέρηκε, τὸν δὲ τερφθέντα θυλάκιον αἰτῆσαι χρυσίου, καὶ ῥῖψαι αὐτῷ παρατρέχοντι, ἀνελόμενον δ' ἐκεῖνον πάλιν ὑμνεῖν, λέγοντα, διότι τὰ ἴχνη τῆς γῆς, ἐφ' ἧς ἁρματηλατεῖ, χρυσὸν καὶ εὐεργεσίας ἀνθρώποις φέρει. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ ἱστόρησεν. Cf. Strabo IV, p. 191.

De Bituito, Arvernorum rege, contra quem feliciter pugnavit consul Q. Fabius Maximus, Paulli nepos (a. 121 a. Chr.; 633 a. u. c.), vid. Florus III, 2, Epitom. Liv. LXI, 44, Oros. V, 14, Eutrop. IV, 22. — Aliud fragm. libro XXIII in codd. nonnullis adscriptum vide sub N° 32. Subjungimus reliqua quæ de Gallis Galliaque e Posidonio traduntur.

26.

Strabo IV, p. 197, de Gallorum moribus loquens : Πρόσεστι δὲ τῇ ἀνοίᾳ καὶ τὸ βάρβαρον καὶ τὸ ἔκφυλον, ὃ τοῖς προσβόρροις ἔθνεσι παρακολουθεῖ πλεῖστον, τὸ ἀπὸ τῆς μάχης ἀπιόντας τὰς κεφαλὰς τῶν πολεμίων ἐξάπτειν ἐκ τῶν αὐχένων τῶν ἵππων, κομίσαντας δὲ προσπατταλεύειν τὴν θέαν τοῖς προπυλαίοις. Φησὶ γοῦν Ποσειδώνιος αὐτὸς ἰδεῖν ταύτην πολλαχοῦ καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀηθίζεσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα φέρειν πράως διὰ τὴν συνήθειαν. Cf. Diodorus, V, 29, 4. Reliqua quæ Strabo et Diodorus de Gallorum moribus narrant, ex eodem Posidonio maximam partem petita fuerint.

27.

Strabo IV, p. 188, postquam de auro Tolosano Timagenis narrationem exposuit, pergit : Πιθανώτερος δ' ἐστὶν ὁ Ποσειδωνίου λόγος· τὰ μὲν γὰρ εὑρεθέντα (sc. ὑπὸ Καιπίωνος τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων) ἐν τῇ Τολώσσῃ χρήματα μυρίων που καὶ πεντακισχιλίων ταλάντων γενέσθαι φησὶ, τὰ μὲν ἐν σηκοῖς ἀποκείμενα, τὰ δ' ἐν λίμναις ἱεραῖς, οὐδεμίαν κατασκευὴν ἔχοντα, ἀλλ' ἀργὸν χρυσίον καὶ ἄργυρον· τὸ δ' ἐν Δελφοῖς ἱερὸν κατ' ἐκείνους ἤδη τοὺς χρόνους ὑπάρξαι κενὸν τῶν τοιούτων, σεσυληµένον ὑπὸ τῶν Φωκέων κατὰ τὸν ἱερὸν πόλεμον· εἰ δὲ καί τι ἐλείφθη, διανείμασθαι πολλούς· οὐδὲ σωθῆναι δὲ αὐτοὺς εἰκὸς εἰς τὴν οἰκείαν, ἀθλίως ἀπαλλάξαντας μετὰ τὴν ἐκ Δελφῶν ἀποχώρησιν καὶ σκεδασθέντας ἄλλους ἐπ' ἄλλα μέρη κατὰ δυσχωρίαν· ἀλλ', ὥσπερ ἐκεῖνός τε εἴρηκε καὶ ἄλλοι πλείους, ἡ χώρα πολύχρυσος οὖσα καὶ δεισιδαιμόνων καὶ οὐ πολυτελῶν τοῖς βίοις πολλαχοῦ (τῆς Κελτικῆς) ἔσχε θησαυρούς· μάλιστα δ' αὐτοῖς αἱ λίμναι τὴν ἀσυλίαν παρεῖχον, εἰς ἃς καθίεσαν ἀργύρου ἢ καὶ χρυσοῦ βάρη. Οἱ γοῦν Ῥωμαῖοι κρατήσαντες τῶν τόπων ἀπέδοντο τὰς λίμνας δημοσίᾳ, καὶ τῶν ὠνησαμένων πολλοὶ μύλους εὗρον σφυρηλάτους ἀργυροῦς. Ἐν δὲ τῇ Τολώσσῃ καὶ τὸ ἱερὸν ἦν ἅγιον, τιμώμενον σφόδρα ὑπὸ τῶν περιοίκων, καὶ τὰ χρήματα ἐπλεόνασε διὰ τοῦτο, πολλῶν ἀνατιθέντων, καὶ μηδενὸς προσάπτεσθαι θαρ-

per agros curru veheretur, aurum argentumque sparsisse prosequentibus eum Gallorum myriadibus : et septum duodecim stadiorum cinxisse quadratum, in quo plures essent lacus, sumptuosa potione repletos, et cibariorum tantam copiam paratam, ut per complures dies, quicumque voluisset, potestatem intrandi haberet, et rebus paratis fruendi, ministrantibus indesinenter famulis. Eidem, quum epularum diem aliquando constituisset, barbarum quendam poetam, sero nec ad ipsum diem adventantem, occurrisse in via, hymnumque cecinisse, quo et illius laudes prædicabat, et suam sortem, quod sero venisset, lamentabatur : quo carmine delectatum illum, sacculum auri poposcisse, et cantori a latere currenti projecisse : quo sublato poetam, denuo laudes ejus canentem, dixisse, *vestigia terræ, in qua ille curru vehatur, aurum et beneficia mortalibus ferre.* » Hæc igitur tertio et vicesimo libro ille memoriæ prodidit.

26.

Stoliditati accedit etiam barbaricum quippiam et inusitatum, quod plerumque septentrionalibus gentibus comitatur, quod quum a pugna redeunt, capita hostium de collis equorum suspendunt, et reportata spectaculi gratia vestibulis ædium affigunt; id se multis in Galliæ locis vidisse ait Posidonius, quumque initio rem insolentem aversaretur, consuetudine eam sibi minus molestam redditam.

27.

Probabilior autem est Posidonii narratio. Is inventas Tolosæ pecunias ait quindecim circiter fuisse millium talentùm, partim in sacrariis repositas, partim in sacris lacubus, artificis manus non expertas, sed aurum argentumque infectum fuisse : at templum Delphicum illo jam tempore vacuum fuisse hujusmodi rerum, utpote in Sacro bello a Phocensibus spoliatum; quodsi autem quid fuerit ibi repertum, fuisse id inter multos divisum. Neque verisimile esse, Tectosages in patriam rediisse salvos, qui post discessum a Delphis miseriis pressi, ob dissensionem alii alio dispersi abierint. Ergo, quod hic cum aliis pluribus tradit, regio illa auri dives quum esset, hominesque eam tenerent superstitiosi, ac in vitam degendam non sumptuosi, factum est ut multis in locis ea thesauros haberet; maxime autem paludes eos tutos præstabant, in quas argenti aut etiam auri pondera demittebant. Romani itaque potiti ea ditione, paludes publice vendiderunt; multique eorum qui emerunt, molas ex argento ductas repererunt. Tolosæ porro templum fuit sacrosanctum, quod valde venerabantur vicini, ideo-

ῥοῦντος. Ἵδρυται δ' ἡ Τολῶσσα κατὰ τὸ στενότατον τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ διείργοντος ἀπὸ τῆς κατὰ Νάρβωνα θαλάττης τὸν ὠκεανὸν, ὃν φησι Ποσειδώνιος ἐλάττω τῶν τρισχιλίων σταδίων.

Antecedentia vide in fragm. 10 Timagenis. De auro in fanis deorum disseminato cf. Diodor. V, 27, 4. Ceterum hæc petita non ex libro 23, sed ex uno librorum sequentium. Nam res pertinet ad an. 106, quo consul fuit Q. Servilius Cæpio. Cf. Justin. XXXII, 3 : *Tectosagi autem, quum (Delphis) in antiquam patriam Tolosam venissent, comprehensique pestifera lue essent, non prius sanitatem recuperare, quam haruspicum responsis moniti, aurum argentumque bellis sacrilegiisque quæsitum in Tolosensem lacum mergerent : quod omne magno post tempore Cæpio Romanus consul abstulit. Fuere autem argenti pondo centum decem millia, auri pondo quinquies decies centum millia. Quod sacrilegium causa excidii Cæpioni exercituique postea* (105 a. C.) *fuit.* Quæ Timagenis potius quam Posidonii sunt. Cf. etiam Cicero De orat. II, 47, De nat. deor. II, 30.

28.

Strabo IV, p. 182 : Μεταξὺ γὰρ τῆς Μασσαλίας καὶ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ πεδίον ἐστὶ τῆς θαλάττης διέχον εἰς ἑκατὸν σταδίους, τοσοῦτον δὲ καὶ τὴν διάμετρον, κυκλοτερὲς τὸ σχῆμα· καλεῖται δὲ Λιθῶδες ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος. Μεστὸν γάρ ἐστι λίθων χειροπληθῶν, ὑποπεφυκυῖαν ἐχόντων αὐτοῖς ἄγρωστιν, ἀφ' ἧς ἄρθονοι νομαὶ βοσκήμασίν εἰσιν· ἐν μέσῳ δ' ὕδατα καὶ ἁλυκίδες ἐνίστανται καὶ ἅλες. Ἅπασα μὲν οὖν καὶ ἡ ὑπερκειμένη χώρα προσήνεμός ἐστι, διαφερόντως δ' εἰς τὸ πεδίον τοῦτο [τὸ] μελαμβόρειον καταιγίζει πνεῦμα βίαιον καὶ ῥιπώδες· φασὶ γοῦν σύρεσθαι καὶ κυλινδεῖσθαι τῶν λίθων ἐνίους, τανακλᾶσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ὀχημάτων καὶ γυμνοῦσθαι καὶ ὅπλων καὶ ἐσθῆτος ἀπὸ τῆς ἐμπνοῆς. Ἀριστοτέλης μὲν οὖν φησιν ὑπὸ σεισμῶν, τῶν καλουμένων βραστῶν, ἐκπεσόντας τοὺς λίθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν συνολισθεῖν εἰς τὰ κοῖλα τῶν χωρίων. Ποσειδώνιος δὲ λίμνην οὖσαν παγῆναι μετὰ κλυδασμοῦ, καὶ διὰ τοῦτο εἰς πλείονας μερισθῆναι λίθους, καθάπερ τοὺς ποταμίους κάχληκας καὶ τὰς ψήφους τὰς αἰγιαλίτιδας, ὁμοίως δὲ καὶ λείους καὶ ἰσομεγέθεις τῇ ὁμοιότητι· καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδεδώκασιν ἀμφότεροι. Πιθανὸς μὲν οὖν ὁ παρ' ἀμφοῖν λόγος· ἀνάγκη γὰρ τοὺς οὕτω συνεστῶτας λίθους, οὐ καθ' ἑαυτοὺς ἢ ἐξ ὑγροῦ παγέντας μεταβαλεῖν, [ἢ] ἐκ πετρῶν μεγάλων ῥήγματα συνεχῆ λαβουσῶν ἀποκριθῆναι. Τὸ μέντοι δυσαπολόγητον Αἰσχύλος καταμαθὼν, ἢ παρ' ἄλλου λαβὼν εἰς μῦθον ἐξετόπισε. Φησὶ γοῦν Προμηθεὺς παρ' αὐτῷ, καθηγούμενος Ἡρακλεῖ τῶν ὁδῶν τῶν ἀπὸ Καυκάσου πρὸς τὰς Ἑσπερίδας·

> Ἥξεις δὲ Λιγύων εἰς ἀτάρβητον στρατὸν,
> ἔνθ' οὐ μάχης, σάφ' οἶδα, καὶ θοῦρός περ ὢν
> μέμψει· πέπρωται γάρ σε καὶ βέλη λιπεῖν
> ἐνταῦθ' ἐλέσθαι θ' οὗ τιν' ἐκ γαίας λίθον
> ἔξεις, ἐπεὶ πᾶς χῶρός ἐστι μαλθακός.
> Ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' ὁ Ζεὺς οἰκτερεῖ,
> νεφέλην δ' ὑποσχὼν νιφάδι γογγύλων πέτρων
> ὑπόσκιον θήσει χθόν', οἷς ἔπειτα σὺ
> βαλὼν διώσει ῥᾳδίως Λίγυν στρατόν·

ὥσπερ οὐ κρεῖττον ὄν, φησὶν ὁ Ποσειδώνιος, εἰς αὐτοὺς τοὺς Λίγυας ἐμβαλεῖν τοὺς λίθους καὶ καταχῶσαι πάντας, ἢ τοσούτων δεόμενον ποιῆσαι λίθων τὸν Ἡρακλέα. Τὸ μὲν οὖν τοσούτων, ἀναγκαῖον ἦν, εἴπερ καὶ πρὸς ὄγλον

---

que abundabat thesauris, multis donaria dedicantibus, et nemine attingere auso. Sita est Tolosa quo loco arctissimus est isthmus, qui a Narbonensi mari Oceanum distinguit, quem isthmum Posidonius ait minorem esse tribus stadiorum millibus.

28.

Inter Massiliam et ostia Rhodani campus est a mari centum circiter dissitus stadiis, diametro ejusdem quantitatis, forma circulari : is Lapidosus seu Saxosus ab eventu dicitur; est enim plenus lapidum qui manum implere possint, inter quos gramen nascitur, abunde pascuis pecoris suppeditans; in medio autem aquæ et salinæ sunt et sales. Tota quidem ea quæ superius adjacet regio ventis est exposita; in hunc autem maxime campum ventus incumbit ac defertur melamboreus (*quasi* ater septentrionalis), violentus ac horribilis, quo ferunt et lapides agitari atque volvi, et homines de vehiculis deturbari, ac vi flatus armis vestibusque nudari. Aristoteles ergo ait a terræ motibus, quibus ob ejiciendi vim Brastôn nomen est, lapides in superficiem egestos, in cava loca confertim delapsos esse. Posidonius lacum fuisse dicit, qui quum fluctuatione quadam exaruerit, ideoque in plures dissipatus sit lapides, sicut fluminum lapillos, et littorum scrupulos, similes inter se ut lævitate, ita magnitudine. Sane uterque probabilem rei rationem exposuit. Necesse est enim lapides qui sic constituuntur, non per se [*esse ortos, sed*] aut humidi alicujus concretione hanc formam accepisse, aut ex magnis saxis frequentes rupturas expertis esse avulsos. Æschylus quidem aut intelligens difficulter causas rei exponi posse, aut ab alio accipiens, hoc in fabulam detorsit. Nam apud eum Prometheus Herculi exponens iter a Caucaso ad Hesperidas, in hanc loquitur sententiam :

> Venies et impavidas ad Ligurum copias.
> Ibi, bellicosus etsi sis, tamen (hoc scio)
> satis arduo tibi conflictabere prœlio,
> fato jubente desitui te spiculis :
> mollique saxa nec poteris avellere
> tellure. Sed tuas miserabitur pater
> angustias : plenam rotundorum nive
> lapidum polo subtendet nubem, umbra solum
> teget : hisce tu lapidibus armatus ferum
> facile Ligusticum fundes exercitum.

Quasi vero, inquit Posidonius, non præstasset saxa in ipsos injicere Ligures potius, iisque hos obruere, quam tot fingere lapidibus eguisse Herculem. At vero tot lapidibus opus erat contra tam ingentem multitudinem : ut hac quidem in parte fabulæ auctor probabiliora dixerit quam fabulæ

παμπληθῆ· ὥστε ταύτῃ γε πιθανώτερος ὁ μυθογράφος τοῦ ἀνασκευάζοντος τὸν μῦθον. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα πεπρῶσθαι φήσας ὁ ποιητὴς οὐκ ἐᾷ μέμφεσθαι φιλαιτίως. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῆς προνοίας καὶ τῆς εἱμαρμένης λόγοις εὕροι τις ἂν πολλὰ τοιαῦτα τῶν ἀνθρωπίνων καὶ τῶν φύσει γινομένων, ὥστ' ἐπ' αὐτῶν φάναι πολὺ χρεῖττον εἶναι τόδε ἢ τόδε γενέσθαι, οἷον εὔομβρον εἶναι τὴν Αἴγυπτον, ἀλλὰ μὴ τὴν Αἰθιοπίαν ποτίζειν τὴν γῆν· καὶ τὸν Πάριν εἰς Σπάρτην πλέοντα ναυαγίῳ περιπεσεῖν, ἀλλὰ μὴ τὴν Ἑλένην ἁρπάσαντα δίκας τῖσαι τοῖς ἀδικηθεῖσιν ὕστερον, ἡνίκα τοσοῦτον ἀπειργάσατο φθόρον Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων· ὅπερ Εὐριπίδης ἀνήνεγκεν εἰς τὸν Δία·

> Ζεὺς γὰρ κακὸν μὲν Τρωσί, πῆμα δ' Ἕλλάδι
> θέλων γενέσθαι, ταῦτ' ἐβούλευσεν πατήρ.

Cf. Pompon. Mela II, 5; Plinius H. N. III, 4.

29.

E LIBRO VICESIMO SEPTIMO.

Athenæus IX, p. 369, C : Ποσειδώνιος δ' ὁ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἐν τῇ εἰκοστῇ ἑβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν, περὶ τὴν Δαλματίαν φησὶ γίγνεσθαι γογγυλίδας ἀκηπεύτους, καὶ ἀγρίους σταφυλίνους.

Δαλματίαν] ἀλματίαν editt. vett. Dalmatas debellavit L. Cæcilius Metellus consul, a. 117 a. C. 637 a. u. (V. Liv. epitom. LXII; Appian. Illyr. c. 11; Eutrop. IV, 23). Ad hunc annum Posidonii fragm. refero.

30.

E LIBRO VICESIMO OCTAVO.

Idem XV, p. 662, C : Ἥδιστον δέ, ἄνδρες φίλοι, ἀναγιγνώσκων τὴν ὀγδόην καὶ εἰκοστὴν τῶν Ποσειδωνίου Ἱστοριῶν, περὶ μύρων τι λεγόμενον ἐτήρησα οὐκ ἀλλότριον ἡμῶν τοῦ συμποσίου. Φησὶ γὰρ ὁ φιλόσοφος· « Ἐν Συρίᾳ ἐν τοῖς βασιλικοῖς συμποσίοις, ὅταν τοῖς εὐωχουμένοις δοθῶσιν οἱ στέφανοι, εἰσίασί τινες μύρων Βαβυλωνίων ἔχοντες ἀσκίδια καὶ πόρρωθεν ἐκ τούτων περιπορευόμενοι τοὺς μὲν στεφάνους τῶν κατακειμένων δροσίζουσι τοῖς μύροις, ἄλλο μηδὲν ἔξωθεν παραρραίνοντες. »

31.

Idem XII, p. 540, A : Ἀντίοχον δὲ τὸν Γρυπὸν ἐπικαλούμενον βασιλέα, φησὶ Ποσειδώνιος ἐν τῇ ὀγδόῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, τὰς ἐπὶ Δάφνῃ πανηγύρεις ἐπιτελοῦντα, ὑποδοχὰς λαμπρὰς ἐπιτελεῖν. Ἐν αἷς τὸ μὲν πρῶτον ἀναδόσεις ἐγίγνοντο ὁλομελῶν βρωμάτων, εἶτ' ἤδη καὶ ζώντων χηνῶν καὶ λαγωῶν καὶ δορκάδων. Ἀνεδίδοντο δὲ, φησὶ, καὶ χρυσοῖ στέφανοι τοῖς δειπνοῦσι, καὶ ἀργυρωμάτων πλῆθος, καὶ θεραπόντων καὶ ἵππων καὶ καμήλων. Ἔδει τε ἀναβάντα ἐπὶ τὴν κάμηλον ἕκαστον πιεῖν, καὶ λαβεῖν τε τὴν κάμηλον καὶ τὰ ἐπὶ τῆς καμήλου, καὶ τὸν παρεστῶτα παῖδα. » Cf. f. 17.

Idem V, p. 210, E : Καὶ ἄλλος δ' Ἀντίοχος βασιλεὺς, ἐπιτελῶν τοὺς ἐν Δάφνῃ ἀγῶνας, ἐποιήσατο καὶ αὐτὸς ὑποδοχὰς λαμπρὰς, ὡς ὁ αὐτός φησι Ποσειδώνιος. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἀναδόσεις ἐποιήσατο κατ' ἄνδρα ὁλομελῶν βρωμάτων· μετὰ δὲ καὶ ζώντων χηνῶν, λαγωῶν καὶ δορκάδων. Ἀνεδίδοντο δὲ καὶ χρυσοῖ στέφανοι τοῖς δειπνοῦσι, καὶ ἀργυρωμάτων πλῆθος, καὶ θεραπόντων καὶ ἵππων καὶ καμήλων. Καὶ ἔδει ἀναβάντα ἐπὶ τὴν κάμηλον πιεῖν ἕκαστον, καὶ λαβεῖν τὴν κάμηλον, καὶ τὸν παρεστῶτα παῖδα.

Antiochus Grypus regnavit inde ab anno 123 a. Chr. Quæ h. l. narrantur, ad annum 116 vel 115 pertinere ex serie librorum collegeris.

---

reprehensor. Sed alias quoque poeta, hæc ita in fatis esse dicens, non patitur in ea culpandi studio inquiri. Nam ubi de providentia et fato disputatur, multa inveneris alioqui in rebus humanis ac naturalibus, de quibus diceres, præstitisse alio quam hoc modo ea fieri : ut verbi gratia, imbribus potius irriguam Ægyptum debuisse esse quam ab Æthiopia humorem accipere, et Paridem, quum Spartam peteret, debuisse potius naufragium facere, quam rapta Helena pœnas postmodo dare læsis, quando auctor exstiterat tantæ cladis Græcorum ac barbarorum; quam Euripides Jovi imputat :

> Jupiter malum quum Trois, et Græciæ
> inferre cladem vult, ea decrevit pater.

29.

Posidonius Stoicus septimo et vicesimo libro Historiarum circa Dalmatiam rapas nasci sine cultura et silvestres pastinacas.

30.

Historiarum Posidonii librum vicesimum octavum perlegens, jucundissimum quidpiam, amici, observavi de unguentis ibi traditum, non alienum a nostro convivio. Ait enim philosophus : « In Syria in regis conviviis, postquam convivantibus distributæ sunt coronæ, intrant nonnulli utriculos habentes unguentorum Babyloniorum : qui circumeuntes ex illis utriculis coronas adcumbentium irrorant unguentis, aliud nihil præterea conspergentes. »

31.

Antiochum regem, cum qui Grypus est cognominatus, scribit Posidonius vigesimo octavo Historiarum libro, quum ludos ad Daphnen celebraret, splendida epula exhibuisse. In quibus primum viritim distribuebantur integra fercula parata; tum deinde vivi etiam anseres, lepores, et dorcades. Distribuebantur vero etiam, ait, convivis aureæ coronæ, et argenteorum vasorum multitudo, et servorum et equorum et camelorum : et quemque, ut camelum conscenderat, sic bibere oportebat, et camelum abducere, et quæ imposita camelo erant, et adstantem puerum. »

32.

E LIBRO TRICESIMO.

Athen. IV, 153, E: Γερμανοὶ δέ, ὡς ἱστορεῖ Ποσειδώνιος ἐν τῇ τριαχοστῇ, ἄριστον προσφέρονται κρέα μεληδὸν ὠπτημένα καὶ ἐπιπίνουσι γάλα καὶ τὸν οἶνον ἄκρατον.

τριαχοστῇ] in nonnullis codd. τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ. Libro 23 vidimus sermonem fuisse de moribus Gallorum; ibidem nostra quoque locum nancisci poterant. Sed alter numerus, quem cum Dindorfio exhibuimus, faciliorem etiam explicationem habet. Nam series librorum nos ducit ad annum 113 a. C., quo Cimbri et Teutoni in Italiam transierunt. — μεληδὸν] num ἀμεληδὸν? Diodorus V, 28, 4 de Gallis : πλησίον αὐτῶν ἐσχάραι κεῖνται ἔχουσαι... ὀβελοὺς πλήρεις κρεῶν ὁλομερῶν.

33.

E LIBRO TRICESIMO QUARTO.

Idem VI, p. 246, D : Ἐν δὲ τῇ τετάρτῃ καὶ τριαχοστῇ ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς (sc. Ποσειδώνιος) Ἀπολλώνιόν τινα ἀναγράφει, παράσιτον γεγονότα Ἀντιόχου τοῦ Γρυποῦ ἐπικαλουμένου, τοῦ τῆς Συρίας βασιλέως.

34.

E LIBRO TRICESIMO SEXTO.

Idem XI, p. 494, F : Παναθηναϊκόν. Ποσειδώνιος ὁ φιλόσοφος ἐν ἕκτῃ καὶ τριαχοστῇ τῶν Ἱστοριῶν ὡς οὕτω καλουμένων τινῶν ποτηρίων μνημονεύει, γράφων οὕτως· « Ἦσαν δὲ καὶ ὀνύχινοι σκύφοι, καὶ συνδέσεις τούτων μέχρι δικοτύλων· καὶ Παναθηναϊκὰ μέγιστα, τὰ μὲν δίχοα, τὰ δὲ καὶ μείζονα. »

E LIBRIS INCERTIS.

34 a.

Strabo VII, p. 309, de Chersoneso : Αὕτη δ' ἦν πρότερον αὐτόνομος, πορθουμένη δὲ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἠναγκάσθη προστάτην ἑλέσθαι Μιθριδάτην τὸν Εὐπάτορα, στρατηγιῶντα ἐπὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ ἰσθμοῦ μέχρι Βορυσθένους βαρβάρους καὶ τοῦ Ἀδρίου· ταῦτα δ' ἦν ἐπὶ Ῥωμαίους παρασκευή. Ἐκεῖνος μὲν οὖν κατὰ ταύτας τὰς ἐλπίδας ἄσμενος πέμψας εἰς τὴν Χερρόνησον στρατιὰν, ἅμα πρός τε τοὺς Σκύθας ἐπολέμει, Σκίλουρόν τε καὶ τοὺς Σκιλούρου παῖδας τοὺς περὶ Πάλακον· οὓς Ποσειδώνιος μὲν πεντήκοντά φησιν, Ἀπολλωνίδης δ' ὀγδοήκοντα· ἅμα δὲ τούτους τε ἐχειρώσατο βίᾳ, καὶ Βοσπόρου κατέστη κύριος παρ' ἑκόντος λαβὼν Παρισάδου τοῦ κατέχοντος. Ἐξ ἐκείνου δὴ τοῦ χρόνου τοῖς τοῦ Βοσπόρου δυνάσταις ἡ τῶν Χερρονησιτῶν πόλις ὑπήκοος μέχρι νῦν ἐστι.

Res pertinet ad priora tempora Mithridatis, qui regnavit inde ab a. 120 a. C. Accuratius rem definire vix licet.

35.

Athen. VI, p. 272, E : Ποσειδώνιος γοῦν, οὗ συνεχῶς μέμνησαι, ὁ φιλόσοφος, καὶ ἀποστάντας φησὶν αὐτοὺς (servos Atticos) καταφονεῦσαι μὲν τοὺς ἐπὶ τῶν μετάλλων φύλακας, καταλαβέσθαι δὲ τὴν ἐπὶ Σουνίῳ ἀκρόπολιν, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον πορθῆσαι τὴν Ἀττικήν. Οὗτος δ' ἦν ὁ καιρὸς, ὅτε καὶ ἐν Σικελίᾳ ἡ δευτέρα τῶν δούλων ἐπανάστασις ἐγένετο· πολλαὶ δὲ αὗται ἐγένοντο καὶ ἀπώλοντο οἰκετῶν ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν μυριάδας.

Cf. Diodor. XXXVI, 1 sqq. Bellum servile alterum gestum a. 102-99 a. C.

32.

Germani, uti narrat Posidonius libro trigesimo, in prandio vescuntur carne membratim assata, bibuntque lac et vinum merum.

33.

Idem scriptor, libro trigesimo tertio, Apollonium aliquem commemorat, quem parasitum fuisse ait Antiochi Syriæ regis, illius qui Grypus cognominatus est.

34.

Panathenaicum. Horum meminit Posidonius philosophus, sexto et trigesimo Historiarum libro, tanquam poculorum sic nominatorum, his verbis : « Erant vero etiam scyphi ex onyche, et compactiones horum, usque ad duarum cotylarum capacitatem; et Panathenaica maxima, duorum congiorum alia, alia vero etiam majora. »

24 a.

Chersonesus prius libera suique juris erat; deinde a barbaris infestata patronum sibi sumere coacta est Mithridatem Eupatora, ducis munus ambientem contra barbaros qui supra isthmum ad Borysthenem usque et Adriam habitabant. Idque contra Romanos præparabat. Hac igitur ductus spe libenter misso in Chersonesum exercitu, simul contra Scythas bellabat, et contra Scilurum ejusque liberos, quorum princeps Palacus erat, quosque numero quinquaginta Posidonius, octoginta Apollonides fuisse dicunt. Atque tum hos vi subegit, tum Bosporo potitus est, quem sponte ei tradidit Parisades (*Pærisades*) regulus. Inde ab hoc tempore Bospori principibus urbs Chersonitarum ad hunc usque diem subjecta est.

35.

Posidonius philosophus, quem tu adeo frequenter commemoras, tradit rebellantes eos (servos Atticos), interfectis metallorum præfectis, Sunii arcem occupasse, et multo tempore devastasse Atticam. Accidit id per idem tempus, quo in Sicilia altera servorum defectio concitata est. Multæ vero eorum seditiones tumultusque fuere, in quibus perierunt servorum ultra decies centena millia.

[E LIBRO QUADRAGESIMO QUARTO.]

36.

Idem IV, p. 153, B : Ἱστορῶν δὲ (sc. Ποσειδώνιος) καὶ περὶ Ἡρακλέωνος τοῦ Βεροιαίου, ὃς ὑπὸ τοῦ Γρυποῦ καλουμένου Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως προαχθεὶς μικροῦ δεῖν τῆς βασιλείας ἐξέβαλε τὸν εὐεργέτην, γράφει ἐν τῇ τετάρτῃ [καὶ τετταρακοστῇ] τῶν Ἱστοριῶν τάδε· « Ἐποιεῖτό τε τῶν στρατιωτῶν τὰς κατακλίσεις ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, ἐν ὑπαίθρῳ, ἀνὰ χιλίους δειπνίζων. Τὸ δὲ δεῖπνον ἦν ἄρτος μέγας καὶ κρέας, τὸ δὲ ποτὸν κεκραμένος οἶνος οἷος δήποτε ὕδατι ψυχρῷ. Διηκόνουν δὲ ἄνδρες μαχαιροφόροι, καὶ σιωπὴ ἦν εὔτακτος. »

« Heracleonem post Antiochi Grypi mortem regnum occupasse cognovimus e prologo libri XXXIX Pompeii Trogi. Vaillantus dubito an recte cum Antiochi Epiphanis ætati adscripserit, qui quinquaginta amplius annis ante floruit (De imper. Seleuc. p. 205). Neque id prætermittendum est in citando libro Posidonii vitium esse commissum et pro τετάρτῃ restituendum τετάρτῃ καὶ τριακοστῇ, ut superiore loco (sc. fr. 33), qui ad eandem ætatem pertinet. » Bake p. 148. Ego retuli ad librum XLIV, quia hæc videbatur facilior emendatio, atque libri numerus melius convenit temporibus, quæ indicat Trogus Pompeius et Josephus A. J. XIII, 13, 4 : Ἀντίοχος ὁ Γρυπὸς ἐπιχληθεὶς ἀποθνήσκει ὑπὸ Ἡρακλέωνος ἐπιβουληθεὶς βιώσας μὲν ἔτη τεσσαράκοντα καὶ πέντε, βασιλεύσας δ' ἐννέα καὶ εἴκοσι (125-96). Antiochus Grypus mortuus est Ol. 170, 4. a. 96 a. C. Noster tamen locus non ad hunc mortis annum, sed ad superiores (circ. 100 a. C.) pertinere putandus est.

37.

E LIBRO QUADRAGESIMO SEPTIMO.

Idem XII, p. 550, B : Εἰς πάχος δ' ἐπεδεδώκει καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος, ὁ τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ἀποκτείνας συμβασιλεύουσαν αὐτῷ. Φησὶ γοῦν περὶ αὐτοῦ Ποσειδώνιος ἐν τῇ ἑβδόμῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν οὕτως· « Ὁ δὲ τῆς Αἰγύπτου δυνάστης, μισούμενος μὲν ὑπὸ τῶν ὄχλων, κολακευόμενος δὲ ὑπὸ τῶν περὶ αὐτὸν, ἐν πολλῇ δὲ τρυφῇ ζῶν, οὐδὲ πατεῖν οἷός τε ἦν, εἰ μὴ δυσὶν ἐπαπερειδόμενος ἐπορεύετο. Εἰς δὲ τὰς ἐν τοῖς συμποσίοις ὀρχήσεις ἀπὸ μετεώρων κλινῶν καθαλλόμενος ἀνυπόδητος συντονωτέρας αὐτὰς τῶν ἠσκηκότων ἐποιεῖτο. »

ὁ υἱὸς αὐτοῦ] sc. Ptolemæi VII Euergetæ II filius junior Ptolemæus IX Alexander I, qui post fratrem Ptolemæum Soterem II una cum Cleopatra matre regnavit 107-89 a. C. V. Letronn., *Inscr. de l'Égypte*, tom. I, 73 sqq. Matrem occidit anno 90. Ceterum hoc de suo addidit Athenæus.

38.

E LIBRO QUADRAGESIMO NONO.

Idem IV, p. 168, D : Παρὰ δὲ Ῥωμαίοις μνημονεύεται, ὥς φησι Ποσειδώνιος ἐν τῇ ἑνάτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, Ἀπίκιόν τινα ἐπὶ ἀσωτίᾳ πάντας ἀνθρώπους ὑπερηκοντικέναι. Οὗτος δ' ἐστὶν Ἀπίκιος ὁ καὶ τῆς φυγῆς αἴτιος γενόμενος Ῥουτιλίῳ, τῷ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἐκδεδωκότι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ. Posidonius tamen de prioribus temporibus loquutus est, quum historiæ ejus nonnisi ad 96 a. C. descendant. Rutilius Rufus in exilium profectus est a. 93. a. u. c. 649 (v. Liv. Epit. 70; Vellej. II, 13; Cicero Brut. c. 30).

PARS ALTERA.

39.

Idem VI, p. 266, E : Νικόλαος (fr. 79) δ' ὁ περιπατητικὸς καὶ Ποσειδώνιος ὁ στωικὸς ἐν ταῖς Ἱστορίαις ἑκάτερος τοὺς Χίους φησὶν, ἐξανδραποδισθέντας ὑπὸ Μιθριδάτου τοῦ Καππάδοκος, παραδοθῆναι τοῖς

36.

Idem Posidonius, ubi de Heracleone exponit Beroense, qui, quum ab Antiocho rege, cui cognomen Grypus erat, ad dignitatem esset promotus, parum abfuit quin regno ejiceret benefactorem, hæc scribit, Historiarum quarto (?): « Cœnam exhibens militibus, discumbere eos humi sub dio jussit, per millenos distributos. Erat autem cœna, panis magnus et caro; potus autem, vinum qualecumque, frigida temperatum. Ministrabant autem viri gladiis cincti, et silentium erat modestum. »

37.

Ejusdem filius etiam, Alexander, sagina multa factus est obesior; is qui matrem suam, quum esset regni particeps, necavit. De quo scribit idem Posidonius, septimo et quadragesimo Historiarum libro, in hunc modum : « Ægypti dominus, exosus multitudini, sed assentationibus familiarium circumventus, multa in luxuria mollitieque vivebat, nec ambulare poterat, nisi duobus ministris suffultus incederet. At saltationes inter epulas idem, nudis pedibus e sublimibus lectulis prosiliens, acriori contentione peragebat, quam qui ad eas ex professo erant exercitati. »

38.

Apud Romanos, ut ait Posidonius quadragesimo nono Historiarum libro, Apicius quidam traditur homines omnes luxuria superasse. Est autem hic Apicius, quo auctore exilio damnatus est Rutilius, qui Romanam historiam Græco sermone scripsit.

39.

Nicolaus Peripateticus et Posidonius Stoicus suis in Historiis tradunt uterque Chios subjugatos a Mithridate Cappadoce propriis servis vinctos esse traditos, ut in Colchorum terram deportarentur. Ita vero illis succensuit deus, quod

ἰδίοις δούλοις δεδεμένους, ἵν' εἰς τὴν Κόλχων γῆν κατοικισθῶσιν. Οὕτως αὐτοῖς ἀληθῶς τὸ δαιμόνιον ἐμήνισε, πρώτοις χρησαμένοις ὠνητοῖς ἀνδραπόδοις, τῶν πολλῶν αὐτουργῶν ὄντων κατὰ τὰς διακονίας. Μήποτ' οὖν διὰ ταῦτα καὶ ἡ παροιμία, Χῖος δεσπότην ὠνήσατο, ᾗ κέχρηται Εὔπολις ἐν Φίλοις. Res pertinet ad annum 86. Plura de his vide apud Appian. Bell. Mithrid. c. 47.

40.

Plutarch. Mario c. 45, 3 : Ὕπατος μὲν οὖν ἀπεδείχθη τὸ ἕβδομον Μάριος καὶ προελθὼν αὐταῖς Καλάνδαις Ἰανουαρίαις, ἔτους ἀρχῇ, Σέξτον τινὰ Λικίνιον κατεκρήμνισεν· ὃ κἀκείνοις καὶ τῇ πόλει τῶν αὖθις ἐδόκει κακῶν γεγονέναι σημεῖον μέγιστον. Αὐτὸς δὲ ἤδη τοῖς τε πόνοις ἀπειρηκὼς καὶ ταῖς φροντίσιν οἷον ὑπέραντλος ὢν καὶ κατάπονος τὴν ψυχὴν πρὸς τοσαύτην αὖθις ἐπίνοιαν νέου πολέμου καὶ καινῶν ἀγώνων καὶ φόβων ὑπ' ἐμπειρίας δεινῶν καὶ καμάτου τρέμουσαν οὐκ ἀνέφερε, λογιζόμενος ὡς οὐ πρὸς Ὀκτάβιον οὐδὲ Μερουλᾶν σύγκλυδος ὅμιλος καὶ στασιώδους ὄχλου στρατηγοὺς ὁ κίνδυνος ἔσοιτο, Σύλλας δὲ ἐκεῖνος ἔπεισιν ὁ τῆς πατρίδος αὐτὸν ἐξελάσας πάλαι, νῦν δὲ Μιθριδάτην συνεσταλκὼς εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον. Ὑπὸ τοιούτων θρανούμενος λογισμῶν καὶ τὴν μακρὰν ἄλην αὐτοῦ καὶ φυγὰς καὶ κινδύνους διὰ γῆς καὶ θαλάττης ἐλαυνομένου λαμβάνων πρὸ ὀφθαλμῶν εἰς ἀπορίας ἐνέπιπτε δεινὰς καὶ νυκτερινὰ δείματα καὶ ταραχώδεις ὀνείρους, ἀεί τινος ἀκούειν φθεγγομένου δοκῶν,

Δειναὶ γὰρ κοῖται καὶ ἀποιχομένοιο λέοντος.

Μάλιστα δὲ πάντων φοβούμενος τὰς ἀγρυπνίας ἐνέβαλεν εἰς πότους ἑαυτὸν καὶ μέθας ἀώρους καὶ παρ' ἡλικίαν, ὥσπερ ἀπόδρασιν τῶν φροντίδων τὸν ὕπνον μηχανώμενος. Τέλος δὲ ὡς ἦκέ τις ἀπαγγέλλων ἀπὸ θαλάσσης, νέοι προσπίπτοντες αὐτῷ φόβοι, τὰ μὲν δέει τοῦ μέλλοντος, τὰ δὲ ὥσπερ ἄχθει καὶ κόρῳ τῶν παρόντων, ῥοπῆς βραχείας ἐπιγενομένης εἰς νόσον κατηνέχθη πλευρῖτιν, ὡς ἱστορεῖ Ποσειδώνιος ὁ φιλόσοφος, αὐτὸς εἰσελθεῖν καὶ διαλεχθῆναι περὶ ὧν ἐπρέσβευεν ἤδη νοσοῦντι φάσκων αὐτῷ. Moritur Marius d. XIII Januar. an. 86 a. C. sec. Livium Epit. 80; die XVII Januar. sec. Plutarch. Mar. c. 46.

41.

Athenæus V, p. 211, D : Ὁ δ' Ἀλέξανδρος (sc. Bala) προσηνὴς ἦν ἐν πᾶσι, καὶ φιλόλογος ἐν ταῖς ὁμιλίαις, καὶ οὐχ ὅμοιος Ἀθηνίωνι τῷ περιπατητικῷ φιλοσόφῳ, τῷ καὶ διατριβῆς προστάντι φιλοσόφου Ἀθήνησί τε καὶ ἐν Μεσσήνῃ, ἔτι δὲ καὶ ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θετταλίας, καὶ μετὰ ταῦτα τῆς Ἀθηναίων πόλεως τυραννήσαντι. Περὶ οὗ καθ' ἕκαστα ἱστορεῖ Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεύς. Ἅπερ εἰ καὶ μακρότερά ἐστιν, ἐκθήσομαι, ἵν' ἐπιμελῶς πάντας ἐξετάζωμεν τοὺς φάσκοντας εἶναι φιλοσόφους, καὶ μὴ τοῖς τριβωνίοις καὶ τοῖς ἀκάρτοις πώγωσι πιστεύωμεν. Κατὰ γὰρ τὸν Ἀγάθωνα,

Εἰ μὲν φράσω τἀληθές, οὐχὶ σ' εὐφρανῶ·
εἰ σ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τἀληθὲς φράσω.

Ἀλλὰ φίλη, φασίν, ἡ ἀλήθεια· ἐκθήσομαι τὰ περὶ τὸν ἄνδρα, ὡς ἐγένετο.

« Ἐν τῇ Ἐρυμνέως τοῦ περιπατητικοῦ σχολῇ διέ-

primi servis usi essent pretio emptis, quum tamen plurimi præsto fuissent liberi homines, qui, quo victum sibi pararent, suam illis operam erant locaturi. Fortasse igitur inde etiam obtinuit proverbium, *Chius sibi dominum emit*, quo usus est Eupolis in fabula Amicis.

40.

Marius septimum consul est creatus : progressusque ipsis Januarii Kalendis, quendam Sext. Licinium de saxo præcipitavit; id quod Romanis urbique malorum, quæ post paulo evenerunt, evidens videbatur signum. At vero Marius jam et laboribus confectus curisque animo quasi oppresso et fatigato, erigere mentem ad tantas de novo bello recentibusque certaminibus et periculis atque laboribus (quorum omnium, jam ante ea expertus, molem noverat) cogitationes trepidantem, non valuit : veniebatque ei in animum non se cum Octavio aut Merula, promiscuæ turbæ factiosæque catervæ ducibus congressurum, sed Syllam adesse qui ipsum ante Roma ejecisset, et nunc compulso ad Euxinum Pontum Mithridate adduceret exercitum. His fractus cogitationibus longumque suum errorem, fugas et pericula, quæ mari terraque pulsus pertulerat, ante oculos sibi fingens, in anxietates incidit graves nocturnosque terrores et turbulenta somnia, semper aliquem audire putans, qui diceret :

Terribile absentis adeo esse cubile leonis.

Maxime quoque insomnium metuens, potationibus se dedit, ebrietatique ab ætate sua alienæ indulsit, somnum veluti effugium sollicitudinum alliciens. Tandem a mari allato nuncio et novis insuper terroribus accidentibus, partim metu futurorum, partim præsentium fastidio atque molestia levi addito momento, in morbum laterum incidit : ita enim Posidonius narrat, qui se ad eum jam decumbentem intrasse, et legationem suam obivisse ait.

41.

Alexander (*Antiochi Epiphanis f.*) adversus omnes mitis ac lenis erat et in congressibus disputare de rebus ad literarum studia pertinentibus amabat, minime similis Athenioni philosopho Peripatetico; qui postquam scholæ quoque philosophicæ præfuerat Athenis, et Messenæ, atque etiam Larissæ in Thessalia, postremo tyrannus exstitit civitatis Atheniensium; de quo accurate et particulatim omnia scripsit Posidonius Apamensis. Quæ ego quamquam longiora sunt, exponam; quo diligentius cunctos explorare discamus, qui se philosophos esse profitentur, neque detritis palliis aut intonsis barbis temere fidem habeamus. Nam quod ait Agathon :

Si vera dicam, gaudio tibi non ero :
si gaudio sum, vera non dicam tibi.

Sed *amica*, ut in proverbio aiunt, *sit veritas* : exponam equidem hujus hominis historiam, uti res habet.

τριβέ τις Ἀθηνίων, προσκαρτερῶν τοῖς λόγοις· ὅστις Αἰγυπτίαν ὠνησάμενος θεράπαιναν, ἐπεπλέκετο αὐτῇ. Ταύτης οὖν, εἴτ' ἐξ αὐτοῦ τεκούσης, εἴτ' ἐξ ἄλλου τινός, ὁμώνυμος Ἀθηνίωνι τῷ δεσπότῃ παρετρέφετο. Γράμματα δὲ μαθὼν, καὶ πρεσβύτην γενόμενον τὸν δεσπότην μετὰ τῆς μητρὸς ἐχειραγώγει, καὶ ἀποθανόντα κληρονομήσας, παρέγγραφος Ἀθηναίων πολίτης ἐγένετο. Γήμας τε παιδισκάριον εὔμορφον, μετὰ τοῦτο πρὸς τὸ σοφιστεύειν ὥρμησε, μειράκια σχολαστικὰ θηρεύων. Καὶ σοφιστεύσας ἐν Μεσσήνῃ κἀν Λαρίσσῃ τῇ Θετταλικῇ, καὶ πολλὰ ἐργασάμενος χρήματα, ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας. Καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων πρεσβευτὴς, ὅτε εἰς Μιθριδάτην τὰ πράγματα μετέρρει, ὑποδραμὼν τὸν βασιλέα, τῶν φίλων εἷς ἐγένετο, μεγίστης τυχὼν προαγωγῆς. Διόπερ μετεώριζε τοὺς Ἀθηναίους δι' ἐπιστολῶν, ὡς τὰ μέγιστα παρὰ τῷ Καππαδόκῃ δυνάμενος, ὥστε μὴ μόνον τῶν ἐπιφερομένων ὀρλημάτων ἀπολυθέντας ἐν ὁμονοίᾳ ζῆν, ἀλλὰ καὶ τὴν δημοκρατίαν ἀνακτησαμένους καὶ δωρεῶν μεγάλων τυχεῖν ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. Ταῦτα οἱ Ἀθηναῖοι διεκόμπουν, τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν καταλελύσθαι πεπιστευκότες.

« Ἤδη οὖν τῆς Ἀσίας μεταβεβλημένης, ὁ Ἀθηνίων ἐπανῆγεν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ὑπὸ χειμῶνος ἐνοχληθεὶς εἰς τὴν Καρυστίαν κατηνέχθη. Τοῦτο μαθόντες οἱ Κεκροπίδαι ἔπεμψαν ἐπὶ τὴν ἀνακομιδὴν αὐτοῦ ναῦς μακρὰς καὶ φορεῖον ἀργυρόπουν. Ἀλλ' εἴσεισιν ἤδη καὶ σχεδὸν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν ἐκδοχὴν αὐτοῦ ἐξεκέχυτο· συνέτρεχον δὲ πολλοὶ καὶ ἄλλοι θεαταὶ, τὸ παράδοξον τῆς τύχης θαυμάζοντες, εἰ ὁ παρέγγραφος Ἀθηνίων εἰς Ἀθήνας ἐπ' ἀργυρόποδος κατακομίζεται φορείου καὶ πορφυρῶν στρωμάτων ὁ μηδέποτε ἐπὶ τοῦ τρίβωνος ἑωρακὼς πορφύραν πρότερον, οὐδενὸς οὐδὲ Ῥωμαίων ἐν τοσαύτῃ φαντασίᾳ καταχλιδῶντος τῆς Ἀττικῆς. Συνέτρεχον οὖν πρὸς τὴν θέαν ταύτην ἄνδρες, γυναῖκες, παῖδες, τὰ κάλλιστα προσδοκῶντες παρὰ Μιθριδάτου, ὁπότε Ἀθηνίων ὁ πένης καὶ τὰς ἐρανικὰς ποιησάμενος ἀκροάσεις διὰ τὸν βασιλέα σιληπορδῶν διὰ τῆς χώρας καὶ πόλεως πομπεύει. Συνήντησαν δ' αὐτῷ καὶ οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται, τὸν ἄγγελον τοῦ νέου Διονύσου καλοῦντες ἐπὶ τὴν κοινὴν ἑστίαν καὶ τὰς περὶ ταύτην εὐχάς τε καὶ σπονδάς. Ὁ δὲ πρότερον ἐκ μισθωτῆς οἰκίας ἐξιὼν εἰς τὴν Δι... οἰκίαν, τοῦ τότε πλουτοῦντος ἀνθρώπου ταῖς ἐκ Δήλου προσόδοις, εἰσηνέχθη κεκοσμημένην στρωμναῖς τε καὶ γραφαῖς καὶ ἀνδριᾶσι καὶ ἀργυρωμάτων ἐκθέσει. Ἀφ' ἧς ἐξῄει χλαμύδα λαμπρὰν ἐκσύρων, καὶ περικείμενος δακτύλιον χρυσίου, ἐγγεγλυμμένην ἔχοντα τὴν Μιθριδάτου εἰκόνα· προεπόμπευον δ' αὐτοῦ καὶ ἐφείποντο θεράποντες πολλοί. Ἐν δὲ τῷ τεμένει τῶν τεχνιτῶν θυσίαι τ' ἐπετελοῦντο ἐπὶ τῇ Ἀθηνίωνος παρουσίᾳ, καὶ μετὰ κήρυκος προαναφωνήσεως σπονδαί. Καὶ τῇ ὑστεραίᾳ πολλοὶ μὲν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐλθόντες ἀνέμενον αὐτοῦ τὴν πρόοδον· πλήρης δ' ἦν καὶ ὁ Κεραμεικὸς ἀστῶν καὶ ξένων, καὶ αὐτόκλητος εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν ὄχλων συνδρομή. Ὁ δὲ μόλις προῆλθε

« In Erymnei Peripatetici schola versabatur quidam Athenio, doctrinæ sedulam dans operam. Is postquam Ægyptiam emisset famulam, cum ea consuetudinem habebat. Ex hac igitur, sive ex ipsius complexu, sive ex nescio cujus, natus ejusdem cum Athenione nominis servulus, in ejus domo educabatur. Qui quum didicisset literas, et senem jam dominum cum matre manu ducere solitus esset, mortuo illi hæres successit, et adscriptitius civis Atheniensis factus est. Deinde in matrimonium ducta formosa puella, simul cum ea ad docendas literas se contulit, adolescentes venans qui scholam ipsius frequentarent. Igitur literarum doctrinam professus quum Messenæ, tum Larissæ in Thessalia, multa comparata pecunia, Athenas rediit. Ibi populi suffragiis nominatus legatus ad Mithridatem, cujus tunc maxime eminebat potentia, ita se insinuavit in regis benevolentiam, ut in amicorum numerum ab eo receptus, summo in honore apud eum haberetur. Itaque ad rerum novarum spem animos erexit Atheniensium, crebris missis epistolis; quibus, pro summa qua apud Cappadocem ipse valeret auctoritate, fore pollicebatur, ut non modo mulctis irrogatis liberati in pace et concordia viverent, sed et restituta populi potestate magna insuper munera et privatim et publice essent nacturi. Quibus promissis fastuose gloriabantur Athenienses, jamjam eversam esse Romanorum potentiam sibi persuadentes.

« Quum jam Asia omnis ad regem defecisset, Athenas reversus est Athenio : sed tempestate jactatus, Carystum delatus est. Id ubi resciverunt Cecropidæ, mittunt ad eum deducendum naves longas, et lecticam argenteis pedibus fultam. Sed jam ille urbem intrat : et plurima fere civium pars ad eum excipiendum effusa erat : confluebatque simul aliorum multitudo spectatorum, inopinatum mirantium fortunæ lusum, adscriptitium Athenionem Athenas intrantem, lectica gestatum argenteis ornata pedibus, et purpureis stragulis strata; eum qui trito pallio vestitus purpuram nunquam antea vidisset; quum nullus ne Romanus quidem tanto fastu Atticæ terræ insultasset. Confluebant igitur ad id spectaculum viri, mulieres, pueri, lætissima quæque a Mithridate exspectantes : interea dum Athenio, quondam inops, et opera quæstuaria ludimagister, regis favore nixus per regionem et urbem cum insolenti lascivia pompam ducit. Obviam ei processerant etiam artifices Bacchi (scenici), nuncium novi Bacchi ad communem focum et preces libationesque ibi peragendas vocantes. Et qui olim ex ædibus mercede conductis egressus erat, nunc in Di... domum, hominis Deli reditibus omnium ditissimi, deductus est, stragulis, picturis, statuis et argenteorum vasorum expositione splendentem : e qua exibat nitentem chlamydem trahens, et aureum annulum gestans, cui Mithridatis insculpta effigies erat : et comitabatur eum sequebaturque famulorum multitudo. In delubro vero (scenicorum) artificum sacrificia peragebantur, et libationes præconis voce proclamatæ, adventus causa Athenionis. Et postero die hominum multitudo ad ædes conveniebant, egressum ejus exspectantes : et repletus erat Ceramicus civibus et peregrinis; eratque spontaneus, nemine indicente, ad concionem

δορυφορούμενος ὑπὸ τῶν εὐδοκιμεῖν παρὰ τῷ δήμῳ θελόντων, ἑκάστου σπεύδοντος κἂν προσάψασθαι τῆς ἐσθῆτος.

« Ἀναβὰς οὖν ἐπὶ τὸ βῆμα τὸ πρὸ τῆς Ἀττάλου στοᾶς ᾠκοδομημένον τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς, στὰς ἐπὶ τούτου καὶ περιβλέψας κυκληδὸν τὸ πλῆθος, ἔπειτ' ἀναβλέψας, « Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἔφη, τὰ πράγματά με βιάζεται καὶ τὸ τῆς πατρίδος συμφέρον, ἀπαγγέλλειν ἃ οἶδα. Τὸ δὲ μέγεθος τῶν μελλόντων λέγεσθαι, διὰ τὸ παράδοξον τῆς περιστάσεως, ἐμποδίζει με. » Ἀθρόως δ' ἐπιβοησάντων αὐτῷ τῶν περιεστώτων, θαρρεῖν καὶ λέγειν· « Λέγω τοίνυν, ἔφη, τὰ μηδέποτε ἐλπισθέντα, μηδ' ἐν ὀνείρῳ φαντασθέντα. Βασιλεὺς Μιθριδάτης κρατεῖ μὲν Βιθυνίας καὶ τῆς ἄνω Καππαδοκίας, κρατεῖ δὲ τῆς συνεχοῦς Ἀσίας ἁπάσης ἄχρι Παμφυλίας καὶ Κιλικίας. Καὶ βασιλεῖς μὲν αὐτὸν Ἀρμενίων καὶ Περσῶν δορυφοροῦσι· συναστεύει δὲ τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν καὶ τὸν ὅλον Πόντον κατῳκισμένων ἐθνῶν ἐν περιμέτρῳ τρισμυρίων σταδίων. Ῥωμαίων δὲ στρατηγὸς μὲν Παμφυλίας Κόϊντος Ὄππιος παραδοθεὶς ἀκολουθεῖ δέσμιος, Μάνιος δὲ Ἀκύλλιος, ὁ ὑπατευκώς, ὁ τὸν ἀπὸ Σικελίας καταγαγὼν θρίαμβον, συνδέτην ἔχων ἁλύσει μακρᾷ Βαστάρνην πεντάπηχυν, πεζὸς ὑπὸ ἱππέως ἕλκεται. Τῶν δ' ἄλλων Ῥωμαίων οἱ μὲν θεῶν ἀγάλμασι προσπεπτώκασιν, οἱ δὲ λοιποὶ μεταμφιεσάμενοι τετράγωνα ἱμάτια, τὰς ἐξ ἀρχῆς πατρίδας πάλιν ὀνομάζουσι. Πᾶσα δὲ πόλις ταῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον τιμαῖς ὑπαντῶσα καταλαλεῖται τὸν θεὸν βασιλέα· χρησμοὶ δὲ πάντοθεν τὸ κράτος τῆς οἰκουμένης θεσπιῳδοῦσι. Διὸ καὶ πρὸς τὴν Θρᾴκην καὶ τὴν Μακεδονίαν μεγάλα πέμπεται στρατόπεδα, καὶ τὰ τῆς Εὐρώπης ἅπαντα μέρη ἀθρόα εἰς αὐτὸν μεταβέβληται. Πάρεισι γὰρ πρὸς αὐτὸν πρέσβεις οὐ μόνον ἐκ τῶν Ἰταλικῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ καὶ παρὰ Καρχηδονίων, συμμαχεῖν ἀξιοῦντες ἐπὶ τὴν τῆς Ῥώμης ἀναίρεσιν. »

« Μικρὸν δ' ἐπισχὼν ἐπὶ τούτοις, καὶ ἐάσας τοὺς πολλοὺς συλλαλῆσαι περὶ τῶν παραδόξως προηγγελμένων, τρίψας τὸ μέτωπον, « Τί οὖν, εἶπε, συμβουλεύω; μὴ ἀνέχεσθαι τῆς ἀναρχίας, ἣν ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος ἐπισχεθῆναι πεποίηκεν, ἕως αὐτὴ δοκιμάσῃ περὶ τοῦ πῶς ἡμᾶς πολιτεύεσθαι δεῖ. Καὶ μὴ περιίδωμεν τὰ ἱερὰ κεκλεισμένα, αὐχμῶντα δὲ τὰ γυμνάσια, τὸ θέατρον ἀνεκκλησίαστον, ἄφωνα δὲ τὰ δικαστήρια, καὶ τὴν θεῶν χρησμοῖς καθωσιωμένην πύκν' ἀφῃρημένην τοῦ δήμου. Μὴ περιίδωμεν δὲ, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἱερὰν τοῦ Ἰάκχου φωνὴν κατασεσιγασμένην, καὶ τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον τοῖν θεοῖν κεκλεισμένον, καὶ τῶν φιλοσόφων τὰς διατριβὰς ἀφώνους. » Πολλῶν οὖν καὶ ἄλλων τοιούτων λεχθέντων ὑπὸ τοῦ οἰκότριβος, συλλαλήσαντες αὐτοῖς οἱ ὄχλοι, καὶ συνδραμόντες εἰς τὸ θέατρον, εἵλοντο τὸν Ἀθηνίωνα στρατηγὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων. Καὶ παρελθὼν ὁ περιπατητικὸς εἰς τὴν ὀρχήστραν, ἅτα βαίνων Πυθοκλεῖ, εὐχαρίστησέ τε τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἔφη διότι « Νῦν ὑμεῖς ἑαυτῶν στρατηγεῖτε, προέστηκα δ' ἐγώ. Καὶ ἂν συνεπισχύσητε, τοσοῦτον δυνήσομαι, ὅσον κοινῇ πάντες ὑμεῖς. » Ταῦτ' εἰπὼν συγκατέστησεν

---

concursus. Ille vero ad extremum egressus est, stipatus ab iis qui populi favorem captabant : et magni faciebat quisque, si vel vestimenta hominis contrectare posset.

« Jam postquam tribunal conscenderat, quod ante Attali porticum prætoribus Romanis fuerat exstructum; in eo stans, primum in orbem circumtulit oculos in præsentem multitudinem; deinde sursum spectans, sic exorsus est : « Res ipsa me cogit, Athenienses, et patriæ utilitas, ut quæ comperta habeo, ea enunciem. Sed eorum, quæ dicenda sunt, magnitudo, quum prorsus incredibilis sit hæc rerum conversio, me retinet. » Tum vero una voce cunctis qui circumstabant, « fidenter proloqueretur, » clamantibus, in hunc modum perrexit : « Dicam igitur, inquit, quæ præter omnium acciderunt opinionem, quæque nemo ne per somnium quidem sibi fingere poterat. Rex Mithridates Bithyniam obtinet et superiorem Cappadociam; obtinetque continentem omnem Asiam, ad Pamphyliam usque et Ciliciam. Armeniorum reges Persarumque pro custodibus corporis habet; dominaturque populis omnibus qui circa Mæotim totumque Pontum in tricies mille stadiorum circuitu habitant. Romanus vero Pamphyliæ prætor, Quintus Oppius, traditus vinctusque sequitur eum. Manius Aquillius, vir consularis, is qui de Sicilia triumphum egit, pedes ab equite trahitur, cum Bastarna, quinque cubitorum homine, longa catena colligatus. Ceterorum Romanorum civium alii ad deorum simulacra procubuerunt; reliqui, sumpta denuo quadrata veste, priorem quisque patriam rursus fatentur. Cunctæ autem civitates augustiore honore quam pro mortalium sorte regem prosequentes, deum illum invocant; et oracula undique imperium orbis eidem vaticinantur. Igitur numerosi exercitus adversus Thraciam Macedoniamque ab eo mittuntur; et omnes Europæ partes certatim ad ejusdem partes transierunt. Sunt enim apud eum legati, non modo ab Italicis populis missi, verum etiam a Carthaginiensibus, ad societatem armorum eum invitantes in Romanorum exitium. »

Idem XVI, p. 749 : Ἡ δὲ Σελευκὶς ἀρίστη μέν ἐστι τῶν λεχθεισῶν μερίδων, καλεῖται δὲ Τετράπολις, καὶ ἔστι κατὰ τὰς ἐξεχούσας ἐν αὐτῇ πόλεις, ἐπεὶ πλείους γέ εἰσι· μέγισται δὲ τέτταρες, Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ καὶ Σελεύκεια ἡ ἐν Πιερίᾳ καὶ Ἀπάμεια καὶ Λαοδίκεια· αἵπερ καὶ ἐλέγοντο ἀλλήλων ἀδελφαὶ διὰ τὴν ὁμόνοιαν, Σελεύκου τοῦ Νικάτορος κτίσματα... Οἰκείως δὲ τῇ Τετραπόλει, καὶ εἰς σατραπείας διῄρετο τέτταρας ἡ Σελευκὶς, ὥς φησι Ποσειδώνιος, εἰς ὅσας καὶ ἡ Κοίλη Συρία, εἰς μίαν δ' ἡ Μεσοποταμία.

60.

Idem XVI, p. 755 : Τῶν δὲ πεδίων (Cœlesyriæ) τὸ μὲν πρῶτον, τὸ ἀπὸ τῆς θαλάττης, Μάκρας καλεῖται, καὶ Μάκρα πεδίον· ἐν τούτῳ δὲ Ποσειδώνιος ἱστορεῖ τὸν δράκοντα πεπτωκότα δραθῆναι νεκρὸν, μῆκος μὲν σχεδόν τι * καὶ * πλεθριαῖον, πάχος δ', ὥσθ' ἱππέας ἑκατέρωθεν παραστάντας ἀλλήλους μὴ καθορᾶν, χάσμα δὲ, ὥστ' ἔφιππον δέξασθαι· τῆς δὲ φολίδος λεπίδα ἑκάστην ὑπεραίρουσαν θυρεοῦ.

61.

Strabo XVI, p. 757 (de Phœnicum inventis loquitur) : Εἰ δὲ δεῖ Ποσειδωνίῳ πιστεῦσαι, καὶ τὸ περὶ τῶν ἀτόμων δόγμα παλαιοῦ ἐστιν ἀνδρὸς Σιδονίου, Μώχου, πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γεγονότος.

62.

Idem XIV, p. 743 : Ποσειδώνιος δέ φησι τοῦ ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ νάφθα τὰς πηγὰς, τὰς μὲν εἶναι λευκοῦ, τὰς δὲ μέλανος· τούτων δὲ τὰς μὲν εἶναι θείου ὑγροῦ, λέγω δὴ τὰς τοῦ λευκοῦ· ταύτας δ' εἶναι τὰς ἐπισπώσας τὰς φλόγας· τὰς δὲ τοῦ μέλανος, ἀσφάλτου ὑγρᾶς, ᾧ ἀντ' ἐλαίου τοὺς λύχνους καίουσι.

63.

Idem XVI, p. 764 (de ratione loquitur qua asphaltum e Serbonide lacu Syri educant) : Γόητας δὲ ὄντας σκήπτεσθαί φησιν ἐπῳδὰς ὁ Ποσειδώνιος τοὺς ἀνθρώπους, καὶ οὖρα καὶ ἄλλα δυσώδη ὑγρὰ, ἃ περιχαταχέαντας καὶ ἐκπιάσαντας πήττειν τὴν ἄσφαλτον, εἶτα τέμνειν· εἰ μή τις ἐστὶν ἐπιτηδειότης τῶν οὐρῶν τοιαύτη, καθάπερ καὶ ἐν ταῖς κύστεσι τῶν λιθιώντων καὶ ἐκ τῶν παιδικῶν οὔρων ἡ χρυσοκόλλα συνίσταται. Ἐν μέσῃ δὲ τῇ λίμνῃ τὸ πάθος συμβαίνειν εὔλογον, ὅτι καὶ ἡ πηγὴ τοῦ πυρὸς καὶ τῆς ἀσφάλτου κατὰ μέσην ἐστὶ, καὶ τὸ πλῆθος· ἄτακτος δὲ ἡ ἀναφύσησις, ὅτι καὶ ἡ τοῦ πυρὸς κίνησις οὐκ ἔχει τάξιν ἡμῖν φανερὰν, ὥσπερ καὶ ἄλλων πνευμάτων πολλῶν. Τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ Ἠπειρώτιδι.

Quæ antecedunt apud Strabonem et quæ se-

---

sanguinem degustassent. Post istam potationem unguento caput illinunt, rosaceo maxime, aut, si id non suppetit, melino, ad prohibendum potus effectum, et ne vini vapore lædantur : si melinum non adest, liliaceo aut nardino utuntur.

58.

Persarum rex Chalybonium solum vinum bibebat, quod Posidonius ait Damasci in Syria quoque nasci, transplantatis eo loci vitibus a Persis.

59.

Seleucis portionum quas diximus optima est : vocatur autem Tetrapolis a quattuor ante ceteras (sunt enim plures etiam) illustribus urbibus istius regionis, Antiochia apud Daphnen, Seleucia in Pieria, Apamea et Laodicea : quæ propter concordiam sorores dicebantur. Porro sicuti in quattuor urbes, sic etiam, Posidonio teste, in quattuor satrapias, quemadmodum etiam Cava Syria, Seleucis divisa est, dum Mesopotamia nonnisi unam satrapiam constituit.

60.

Pars camporum prima a mari Macras vocatur, et Macra campus, in quo Posidonius scribit visum fuisse serpentem mortuum jugeri longitudine, crassitudine tanta, ut equites ex utraque parte adsistentes, alter alterum videre nequiret; rictu eo, qui hominem equo insidentem reciperet, exuvii squamam quamlibet clypeo majorem.

61.

Si Posidonio credimus, etiam antiquum de atomis dogma est hominis Sidonii, Moschi, qui ante Trojani belli tempus vixit.

62.

Posidonius scribit e fontibus naphthæ Babyloniis quosdam nigrum naphtha, quosdam album producere : atque ex iis alios esse liquidi sulphuris, eos scilicet, qui album naphtha habent, quod et flammæ arripiant : eos vero, qui nigrum habent, bituminis liquidi esse quod pro oleo in lucernis usurpant.

63.

Posidonius narrat accolas, præstigiis deditos homines, incantationibus quibusdam uti, et lotia et alios ejusmodi fœtidos humores inspergere atque exprimere, quibus bitumen coaguletur; postea incidere : nisi forte aliqua lotii vis est, qualis in vesica eorum, qui calculo laborant, et ut ex pueri lotio chrysocolla conficitur. In medio autem lacus ista evenire consentaneum rationi est. Ignis enim ac bituminis fons et copia in medio est : quod autem non stato efflatur tempore, causa est, quia ignis motus ordinem non habet nobis manifestum, quemadmodum et multorum aliorum flatuum. Talia etiam apud Apolloniam Epiroticam eveniunt.

quuntur ex eodem fonte fluxerunt procul dubio. Τὰ ἐν Ἀπολλωνίᾳ quænam sint, e Posidonio docet Strabo libro septimo.

64.

Strabo VII, p. 316 : Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῶν Ἀπολλωνιατῶν καλεῖταί τι Νυμφαῖον· πέτρα δ' ἐστὶ πῦρ ἀναδιδοῦσα· ὑπ' αὐτῇ δὲ κρῆναι ῥέουσι χλιαροῦ καὶ ἀσφάλτου, καιομένης, ὡς εἰκὸς, τῆς βώλου τῆς ἀσφαλτίτιδος· μέταλλον δ' αὐτῆς ἐστιν πλησίον ἐπὶ λόφου· τὸ δὲ τμηθὲν ἐκπληροῦται πάλιν τῷ χρόνῳ, τῆς ἐγχωννυμένης εἰς τὰ ὀρύγματα γῆς μεταβαλλούσης εἰς ἄσφαλτον, ὥς φησι Ποσειδώνιος. Λέγει δ' ἐκεῖνος καὶ τὴν ἀμπελῖτιν γῆν ἀσφαλτώδη, τὴν ἐν Σελευκείᾳ τῇ Πιερίᾳ μεταλλευομένην, ἄκος τῆς φθειριώσης ἀμπέλου· χρισθεῖσαν γὰρ μετ' ἐλαίου, φθείρειν τὸ θηρίον, πρὶν ἐπὶ τοὺς βλαστοὺς τῆς ῥίζης ἀναβῆναι· τοιαύτην δ' εὑρεθῆναι καὶ ἐν Ῥόδῳ, πρυτανεύοντος αὐτοῦ, πλείονος δ' ἐλαίου δεῖσθαι.

65.

Idem XVI, p. 780 : Εἰσὶ δὲ ἅλες εὐώδεις ἐν Ἄραψιν, ὥς φησι Ποσειδώνιος.

66.

Strabo XVII, p. 827 : Mauritania tum alias bestias quam plurimas nutrit, tum πιθήκων πάμπολυ πλῆθος. Περὶ ὧν καὶ Ποσειδώνιος εἴρηκεν, ὅτι πλέων ἐκ Γαδείρων εἰς τὴν Ἰταλίαν προσενεχθείη τῇ Λιβυκῇ παραλίᾳ καὶ ἴδοι τῶν θηρίων μεστόν τινα τούτων ἅλιτενῆ δρυμὸν, τῶν μὲν ἐν τοῖς δένδρεσι, τῶν δ' ἐπὶ γῆς, ἐχόντων ἐνίων καὶ σκύμνους καὶ ἐπεχόντων μαστόν· καὶ γελᾶν οὖν ὁρῶν βαρυμάστους, ἐνίους δὲ φαλακροὺς καὶ κηλήτας, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐπιφαίνοντας σίνη.

67.

Athenæus XIV, p. 635, C, D : Διαποροῦσι δὲ ἔνιοι, ὅπως, τῆς μαγάδιδος οὐκ οὔσης κατὰ Ἀνακρέοντα (ὀψὲ γάρ ποτε τὰ πολύχορδα ὀφθῆναι), μνημονεύων αὐτῆς ὁ Ἀνακρέων λέγει· « Ψάλλω δ' εἴκοσι χορδαῖσι μάγαδιν ἔχων, ὦ Λεύκασπι. » Καὶ ὁ μὲν Ποσειδώνιός φησι, τριῶν μελῳδιῶν αὐτὸν μνημονεύειν, Φρυγίου τε, καὶ Δωρίου, καὶ Λυδίου· ταύταις γὰρ μόναις τὸν Ἀνακρέοντα κεχρῆσθαι· ὧν ἑπτὰ χορδαῖς ἑκάστης περαινομένης, εἰκότως φάναι, ψάλλειν αὐτὸν εἴκοσι χορδαῖς, τῷ ἀρτίῳ χρησάμενον ἀριθμῷ, τὴν μίαν ἀφελόντα. Ἀγνοεῖ δὲ ὁ Ποσειδώνιος, ὅτι ἀρχαῖόν ἐστιν ὄργανον ἡ μάγαδις, σαφῶς Πινδάρου λέγοντος τὸν Τέρπανδρον ἀντίφθογγον εὑρεῖν τῇ παρὰ Λυδοῖς πηκτίδι τὸν βάρβιτον. Argumentum loci non suadet hæc ex Historiis desumpta esse; adjeci tamen, quod reliqua omnia quæ Athenæus habet ex Historiis deprompta sunt.

ΠΕΡΙ ΩΚΕΑΝΟΥ.

68.

Strabo II, p. 94 : Ἴδωμεν δὲ καὶ Ποσειδώνιον, ἅ φησιν ἐν τοῖς Περὶ ὠκεανοῦ· δοκεῖ γὰρ ἐν αὐτοῖς τὰ πολλὰ γεωγραφεῖν, τὰ μὲν οἰκείως, τὰ δὲ μαθηματικώτερον. Οὐκ ἄτοπον οὖν ἔνια καὶ τῶν ὑπὸ τούτου λεγομένων διαιτῆσαι, τὰ μὲν νῦν, τὰ δ' ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, ὡς ἂν ὑποπίπτῃ, μέτρου τινὸς ἐχομένους. Ἔστιν οὖν τι τῶν πρὸς γεωγραφίαν οἰκείων τὸ τὴν γῆν ὅλην ὑποθέσθαι σφαιροειδῆ (cf. fr. 69), καθάπερ καὶ τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἄλλα παραδέξασθαι τὰ ἀκόλουθα τῇ ὑποθέσει ταύτῃ· τούτων δ' ἐστὶ καὶ τὸ πεντάζωνον αὐτὴν εἶναι.

(3) Φησὶ δὴ ὁ Ποσειδώνιος τῆς εἰς πέντε ζώνας

65.

Sunt apud Arabes etiam sales odorati, ut Posidonius refert.

66.

Simiarum quoque maximam multitudinem Mauritania habet. Posidonius narrat se, quum e Gadibus in Italiam navigaret, in Libyæ oram delatum, ac silvam quandam mari contiguam vidisse, simiis plenam, quarum aliæ super arboribus, aliæ in terra sederent, nonnullæ catulos haberent, et ubera præberent, nec sine risu vidisse alias uberibus graves, nonnullas etiam calvas, nonnullas herniosas et alia quædam id genus vitia ostendentes.

67.

Quærunt vero nonnulli, quo pacto, quum Anacreontis ætate non exstiterit magadis (nam sero demum conspecta esse instrumenta multis fidibus tensa), mentionem ejus faciens Anacreon dixerit : *Cano, viginti chordis tensam pulsans magadin, o Leucaspi.* Ac Posidonius quidem ait, trium melodiarum in illis verbis meminisse poetam, Phrygiæ, Doriæ et Lydiæ : his enim solis usum esse Anacreontem : quarum quum quæque septem peragatur chordis, recte illum dixisse, *viginti se chordis psallere*, dempta una rotundo numero utentem. At ignorat Posidonius, antiquum instrumentum esse magadin; quandoquidem clare Pindarus dixit, Terpandrum ex adverso respondentem Lydiæ pectidi invenisse *barbitum*.

DE OCEANO.

68.

Videamus jam nunc quæ Posidonius dicat in opere De Oceano, in quo videtur multa geographica tradere, partim instituto proprie, partim magis mathematice. Haud abs re igitur fuerit etiam quædam ab ipso dicta perpendere, partim nunc, partim ut suis singula locis sese offerent, justi modi memores. Ex iis igitur quæ ad geographiam proprie pertinent, hoc est quod ponitur, totam terram æque globi forma esse ac mundum, et quod quæ ad hanc consequuntur positionem admittuntur : inter quæ et hoc est, quinque zonis terram distingui.

(2) Posidonius primum hujus divisionis auctorem Parme-

διαιρέσεως ἀρχηγὸν γενέσθαι Παρμενίδην· ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν σχεδόν τι διπλασίαν ἀποφαίνειν τὸ πλάτος τὴν διακεκαυμένην (τῆς μεταξὺ τῶν τροπικῶν), ὑπερπίπτουσαν ἑκατέρων τῶν τροπικῶν εἰς τὸ ἐκτὸς καὶ πρὸς ταῖς εὐκράτοις· Ἀριστοτέλη δὲ αὐτὴν καλεῖν τὴν μεταξὺ τῶν τροπικῶν, [τὰς δὲ μεταξὺ τῶν τροπικῶν] καὶ τῶν ἀρκτικῶν εὐκράτους. Ἀμφοτέροις δ' ἐπιτιμᾷ δικαίως. Διακεκαυμένην γὰρ λέγεσθαι τὸ ἀοίκητον διὰ καῦμα· τῆς δὲ μεταξὺ τῶν τροπικῶν πλέον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ πλάτους [οὐκ] οἰκήσιμόν ἐστιν ἐκ τῶν ὑπὲρ Αἰγύπτου στοχαζομένοις Αἰθιόπων, εἴπερ τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ παντὸς πλάτους ἐστὶν, ὃ διαιρεῖ ἐφ' ἑκάτερα ὁ ἰσημερινός. Τούτου δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς Συήνης, ἥπερ ἐστὶν ὅριον τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ, εἰς Μερόην εἰσὶ πεντακισχίλιοι· τὸ δ' ἐνθένδε ἕως [τοῦ] τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλου, ὅσπερ ἐστὶν ἀρχὴ τῆς διακεκαυμένης, τρισχίλιοι. Τοῦτο μὲν οὖν τὸ διάστημα πᾶν ἐστι μετρητὸν, πλεῖταί τε γὰρ καὶ ὁδεύεται· τὸ δ' ἑξῆς, μέχρι τοῦ ἰσημερινοῦ λέγω, δείκνυται κατὰ τὴν ὑπ' Ἐρατοσθένους γενομένην ἀναμέτρησιν τῆς γῆς, ὅτι ἐστὶ σταδίων ὀκτακισχιλίων ὀκτακοσίων· ὧν ὃν λόγον ἔχει τὰ μύρια ἑξακισχίλια [ὀκτακόσια] πρὸς τὰ ὀκτακισχίλια ὀκτακόσια, τοῦτον ἂν ἔχοι τὸ μεταξὺ τῶν τροπικῶν διάστημα πρὸς τὸ τῆς διακεκαυμένης πλάτος. Κἂν τῶν νεωτέρων δὲ ἀναμετρήσεων εἰσάγηται ἡ ἐλαχίστην ποιοῦσα τὴν γῆν, οἵαν ὁ Ποσειδώνιος ἐγκρίνει περὶ ὀκτωκαίδεκα μυριάδας οὖσαν, περὶ ἥμισύ που ἀποφαίνει τὴν διακεκαυμένην τῆς μεταξὺ τῶν τροπικῶν, ἢ μικρῷ τοῦ ἡμίσους μείζονα· ἴσην δὲ καὶ τὴν αὐτὴν οὐδαμῶς. Τοῖς τε ἀρκτικοῖς, οὔτε παρὰ πᾶσιν οὖσιν, οὔτε τοῖς αὐτοῖς πανταχοῦ, τίς ἂν διορίζοι τὰς εὐκράτους, αἵπερ εἰσὶν ἀμετάπτωτοι; Τὸ μὲν οὖν μὴ παρὰ πᾶσιν εἶναι τοὺς ἀρκτικοὺς, οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὸν ἔλεγχον· δεῖ γὰρ παρὰ τοῖς τὴν εὔκρατον οἰκοῦσιν εἶναι πᾶσι, πρὸς οὕσπερ καὶ λέγεται μόνους εὔκρατος. Τὸ δὲ μὴ πανταχοῦ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλὰ μεταπίπτειν, καλῶς εἴληπται.

(3) Αὐτὸς δὲ διαιρῶν εἰς τὰς ζώνας (cf. fr. 71-74) πέντε μέν φησιν εἶναι χρησίμους πρὸς τὰ οὐράνια. Τούτων δὲ περισκίους δύο τὰς ὑπὸ τοῖς πόλοις μέχρι τῶν ἐχόντων τοὺς τροπικοὺς ἀρκτικοὺς, ἑτεροσκίους δὲ τὰς ἐφεξῆς ταύταις δύο μέχρι τῶν ὑπὸ τοῖς τροπικοῖς οἰκούντων, ἀμφίσκιον δὲ τὴν μεταξὺ τῶν τροπικῶν. Πρὸς δὲ τὰ ἀνθρώπεια ταύτας τε καὶ δύο ἄλλας στενὰς τὰς ὑπὸ τοῖς τροπικοῖς, καθ' ἃς ἥμισύ πως μηνὸς κατὰ κορυφὴν ἐστιν ὁ ἥλιος, δίχα διαιρουμένας ὑπὸ τῶν τροπικῶν. Ἔχειν γάρ τι ἴδιον τὰς ζώνας ταύτας, αὐχμηράς τε ἰδίως καὶ ἀμμώδεις ὑπαρχούσας καὶ ἀφόρους πλὴν σιλφίου καὶ πυρωδῶν τινων καρπῶν συγκεκαυμένων. Ὄρη γὰρ μὴ εἶναι πλησίον, ὥστε τὰ νέφη προσπίπτοντα ὄμβρους ποιεῖν, μηδὲ δὴ ποταμοῖς διαρρεῖσθαι· διόπερ οὐλότριχας καὶ οὐλόκερως καὶ προχείλους καὶ πλατύρρινας γεννᾶσθαι· τὰ γὰρ ἄκρα αὐτῶν συστρέφεσθαι· καὶ τοὺς ἰχθυοφάγους δὲ κατὰ ταύτας τὰς ζώνας οἰκεῖν. Ὅτι δὲ ταῦτ' ἴδια τῶν ζωνῶν τούτων δηλοῦν φησι τὸ τοὺς νοτιωτέρους αὐτῶν ἔχειν τὸ περιέχον εὐκρατότερον καὶ τὴν γῆν καρπιμωτέραν καὶ εὐυδροτέραν.

In sequentibus (p. 96 et 97) Strabo rationem

---

nidem fuisse ait; sed hunc adustam zonam duplo fere latiorem quam oportebat statuere, quum eam extra tropicos producat utrinque usque ad temperatas zonas: Aristotelem autem vocare torridam eam quæ inter tropicos est, eas autem quæ inter tropicos et arcticos circulos intercipiuntur, temperatas. Horum utrumque merito reprehendit. Torrida nempe zona (inquit) ea dicitur quæ habitari ob æstum non potest: at amplius dimidio ejus latitudinis quæ tropicis includitur non posse habitari, argumento sunt supra Ægyptum incolentes Æthiopes. Nimirum enim dimidium totius latitudinis est, quod utrinque ab æquatore ad tropicos pertinet. In ea latitudine a Syena, qui est limes æstivi tropici, ad Meroen stadia sunt quinquies mille: atque inde ad Cinnamomiferæ regionis parallelum, qui initium est zonæ torridæ, tria stadiorum millia: totiusque hujus intervalli dimensio haberi potest, quum et navigetur et peragretur. Quod autem restat, usque ad æquatorem inquam, id ex dimensione terræ ab Eratosthene tradita cognoscitur stadiorum esse octies mille et octingentorum. Quæ igitur ratio est sex millium et octingentorum ad octo millia et octingenta, ea erit spatii inter tropicos intercepti ad latitudinem torridæ. Quodsi recentiorum dimensionum ea introducatur, quæ minimam facit terram, qualem Posidonius refert centum et octoginta millium, ea torridam zonam spatii ejus quod est inter tropicos aut semissem circiter, aut semisse non multo majorem ostendet, æqualem et eandem minime. Jam quum arcti circuli neque sint apud omnes, neque ubi sunt, iidem omnibus sint, quomodo iis poterunt zonæ temperatæ distingui, quæ quidem sunt immutabiles? Id quidem ad refellendum nihil facit, quod arctici non sunt ubique: nam apud eos exsistant omnes necesse est qui temperatis zonis inhabitant, de quibus quidem solis temperata zona dicitur. Id autem recte ad refellendum adhibetur, quod sunt hi non iidem ubique, sed variantur.

(3) Ipse zonas dividens, quinque ait utiles esse ad res cœlestes: ex his duas periscios, sub polis usque ad eos quibus tropicus est pro arctico: inde duas heteroscios, quæ ab his sunt usque ad habitantes sub ipsis tropicis: tum unam amphiscion, quæ est spatium tropicis inclusum habitantium. Ad humanas autem res adhiberi vult quum has, tum alias duas arctas sub tropicis, et ab iis per medium diversas, secundum quas semissem mensis sol vertici incolarum imminet. Has enim zonas habere quippiam peculiare, quod et singulariter siccæ et arenosæ sint, et nullius rei feraces præterquam silphii et frugum quarundam tritico similium, sed adustarum: nam neque montes esse in propinquo, ut nubium concursu imbres fieri possint, neque amnibus eas rigari. Itaque villosa ibi, admodum cornuta, labiis promissis et latis nasis animalia nasci; extrema enim eorum contorqueri: et Ichthyophagos iis in zonis habitare. Atque hæc propria esse istarum zonarum inde liquere, quod qui vicinius austro habitant, aerem habent melius temperatum, solumque fertilius et magis irriguum.

Quodsi (ut ait Eratosthenes) plaga quædam temperata

exponit, qua Polybius non quinque verum sex zonas distinxerit. Eam disputationem hisce concludit verbis : Εἰ δ' ὥσπερ Ἐρατοσθένης φησίν, ἡ ὑποπίπτουσα τῷ ἰσημερινῷ ἐστιν εὔκρατος, καθάπερ καὶ Πολύβιος ὁμοδοξεῖ (προστίθησι δ' οὗτος καὶ διότι ὑψηλοτάτη ἐστί· διόπερ καὶ κατομβρεῖται, τῶν βορείων νεφῶν κατὰ τοὺς ἐτησίας ἐκεῖ τοῖς ἀναστήμασι προσπιπτόντων πλείστων), πολὺ κρεῖττον τρίτην (τὴν) εὔκρατον ταύτην ποιεῖν στενήν τινα, ἢ τὰς ὑπὸ τοῖς τροπικοῖς εἰσάγειν. Συνηγορεῖ δὲ τούτοις καὶ τὰ τοιαῦτα, ὧν μέμνηται καὶ Ποσειδώνιος, τὸ ἐκεῖ τὰς μεταστάσεις ὀξυτέρας εἶναι τὰς εἰς τὰ πλάγια, ὡς δ' αὕτως καὶ τὰς ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν τοῦ ἡλίου· ὀξύτεραι γὰρ αἱ κατὰ μεγίστου κύκλου τῶν ὁμοταχῶν κινήσεων.

(4) Ἐνίσταται δ' ὁ Ποσειδώνιος τῷ Πολυβίῳ, διότι φησὶ τὴν ὑπὸ τῷ ἰσημερινῷ οἴκησιν ὑψηλοτάτην· οὐδὲν γὰρ εἶναι κατὰ τὴν σφαιρικὴν ἐπιφάνειαν ὕψος διὰ τὴν ὁμαλότητα, οὐδὲ δὴ ὀρεινὴν εἶναι τὴν ὑπὸ τῷ ἰσημερινῷ, ἀλλὰ μᾶλλον πεδιάδα ἰσόπεδόν πως τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς θαλάττης· τοὺς δὲ πληροῦντας τὸν Νεῖλον ὄμβρους ἐκ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρῶν συμβαίνειν. Ταῦτα δ' εἰπὼν ἐνταῦθα ἐν ἄλλοις συγχωρεῖ, φήσας ὑπονοεῖν ὄρη εἶναι τὰ ὑπὸ τῷ ἰσημερινῷ, πρὸς ἃ ἑκατέρωθεν ἀπὸ τῶν εὐκράτων ἀμφοῖν προσπίπτοντα τὰ νέφη ποιεῖν τοὺς ὄμβρους. Αὕτη μὲν οὖν ἡ ἀνομολογία φανερά· ἀλλὰ καὶ δοθέντος τοῦ ὀρεινὴν εἶναι τὴν ὑπὸ τῷ ἰσημερινῷ, ἄλλη τις ἀνακύπτειν ἂν δόξειεν. Οἱ γὰρ αὐτοὶ σύρρουν φασὶν εἶναι τὸν ὠκεανόν· πῶς οὖν ὄρη κατὰ μέσον ἰδρύουσιν αὐτόν; πλὴν εἰ νήσους τινὰς βούλονται λέγειν. Ὅπως δὲ [δή] ποτε τοῦτ' ἔχει, τῆς γεωγραφικῆς μερίδος ἔξω πίπτει· ὁτιοῦν δ' ἴσως τῷ προθεμένῳ τὴν περὶ ὠκεανοῦ πραγματείαν ταῦτ' ἐξετάζειν.

(5) Μνησθεὶς δὲ τῶν περιπλεῦσαι λεγομένων τὴν Λιβύην, Ἡρόδοτον μὲν οἴεσθαί φησιν ὑπὸ Δαρείου πεμφθέντας τινὰς τελέσαι τὸν περίπλουν· Ἡρακλείδην δὲ τὸν Ποντικὸν ἐν διαλόγῳ ποιεῖν ἀφιγμένον παρὰ Γέλωνι μάγον τινὰ περιπλεῦσαι φάσκοντα. Ἀμάρτυρα δὲ ταῦτ' εἶναι φήσας καὶ Εὔδοξόν τινα Κυζικηνὸν θεωρὸν καὶ σπονδοφόρον τοῦ τῶν Κορείων (Κορινθίων v. l.) ἀγῶνος ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον ἱστορεῖ κατὰ τὸν δεύτερον Εὐεργέτην· συσταθῆναι δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν καὶ μάλιστα κατὰ τοὺς ἀνάπλους τοῦ Νείλου, θαυμαστικὸν ὄντα τῶν τοπικῶν ἰδιωμάτων ἅμα καὶ οὐκ ἀπαίδευτον. Τυχεῖν δή τινα Ἰνδὸν κομισθέντα ὡς τὸν βασιλέα ὑπὸ τῶν φυλάκων τοῦ Ἀραβίου μυχοῦ, λεγόντων εὑρεῖν ἡμιθανῆ καταχθέντα μόνον ἐν νηΐ, τίς δ' εἴη καὶ πόθεν, ἀγνοεῖν, μὴ συνιέντας τὴν διάλεκτον· τὸν δὲ παραδοῦναι τοῖς διδάξουσιν ἑλληνίζειν. Ἐκμαθόντα δὲ διηγήσασθαι, διότι ἐκ τῆς Ἰνδικῆς πλέων περιπέσοι πλάνῃ καὶ σωθείη δεῦρο, τοὺς σύμπλους ἀποβαλὼν λιμῷ· ὑποληφθέντα δὲ ὑποσχέσθαι τὸν εἰς Ἰνδοὺς πλοῦν ἡγήσασθαι τοῖς ὑπὸ τοῦ βασιλέως προχειρισθεῖσι· τούτων δὲ γενέσθαι τὸν Εὔδοξον. Πλεύσαντα δὴ μετὰ δώρων ἐπανελθεῖν ἀντιφορτισάμενον ἀρώματα καὶ λίθους πολυτελεῖς, ὧν τοὺς μὲν καταφέρουσιν οἱ ποταμοὶ μετὰ τῶν ψήφων, τοὺς δ' ὀρυκτοὺς εὑρίσκουσι, πεπηγότας ἐξ ὑγροῦ, καθάπερ τὰ κρυστάλλινα παρ' ἡμῖν· διαψευσθῆναι δὲ

æquatori subjecta est (*in* quod etiam Polybius consentit, et addit quod, quum sit sublimissima, imbribus rigatur, quando flantibus Etesiis nubes a borea plurimæ eminentibus locis appelluntur), multo rectius esset tertiam hanc angustam zonam temperatam constituere quam tropicis subjectas admittere. His adstipulantur ista quoque, etiam a Posidonio commemorata, quod illic solis progressiones celeriores sunt, in obliquum factæ itemque ab ortu in occasum : nam motionum ejusdem ordinis celerrimæ sunt quæ fiunt maximo circulo.

(4) Reprehendit porro Posidonius Polybium, qui habitationem sub æquatore dixerit esse editissimam, quum neque in globosa superficie, utpote æquabili, altitudo locum habeat, neque montosa sit terra æquinoctiali subdita, sed campestris potius ac fere eadem cum mari planitie ; quibus Nilus impletur imbribus, eos ex Æthiopicis decurrere montibus. Hæc ille hoc fatus loco, alibi concedit, inquiens se arbitrari montes esse id quod sub æquatore jacet, ad quos utrinque a temperatis plagis concurrant nubes, et imbres generent. Atque hæc quidem a se ipso dissensio est evidens. Præterea autem etiam hoc concesso, montosam esse regionem quæ substrata est æquatori, alia videtur emergere. Iidem enim in sese confluere oceanum affirmant : quomodo ergo in medio montes ponunt? nisi si insulas aliquas intelligi volunt. Utut res ea habet, extra geographiæ ea professionem cadit, sed ei fortasse qui de oceano tractationem instituerit, fuerit committenda.

(5) Facta deinde mentione eorum qui navigando Libyam ambiverint, scribit Herodotum in ea fuisse opinione, quosdam a Dario [*dicendum erat* Necone] missos ambitum istum confecisse ; Heraclidem vero Ponticum in dialogo perhibere, magum quendam ad Gelonem venisse, qui se navigio circumivisse diceret : sed ea testibus carere ait, et narrat Eudoxum quendam Cyzicenum, sacrum legatum et inducias nunciantem caduceatorem in ludis solennibus Proserpinæ [*alii* in ludis Corinthiorum *Isthmicis*], in Ægyptum venisse, quo tempore Euergetes secundus regnum tenuit : eumque cum rege et ejus familiaribus sermones contulisse, maxime de sursum navigando Nilo, utpote hominem et admiratione eorum quæ singulis locis propria sunt præditum, neque ineruditum. Forte tum a custodibus Arabici sinus Indum quendam ad regem fuisse allatum, dicentibus eum semimortuum ab ipsis inventum fuisse in navi solum deprehensum, neque se scire quis aut cujas esset, quod sermonem ejus non intelligerent. Eum a rege mandatum iis qui Græcam eum linguam docerent : qua percepta hominem narrasse ex India se navigantem recto cursu excidisse, atque huc evasisse, sociis fame amissis : simulque pollicitum se navigationis ad Indos monstratorem fore iis quibus eam rem rex demandaret, quos inter et Eudoxus fuerit. Hunc ad Indos cum donis navigasse, et eorum loco reportasse aromata ac lapides pretiosos, quorum alios fluvii cum scrupis devehunt, alii effodiuntur concreti ex humore, ut apud nos crystalli. Ceterum Eudoxum sua fuisse spo

τῶν ἐλπίδων· ἀφελέσθαι γὰρ αὐτὸν ἅπαντα τὸν φόρτον τὸν Εὐεργέτην. Τελευτήσαντος δ' ἐκείνου τὸν βίον, Κλεοπάτραν τὴν γυναῖκα διαδέξασθαι τὴν ἀρχήν· πάλιν οὖν καὶ ὑπὸ ταύτης πεμφθῆναι τὸν Εὔδοξον μετὰ μείζονος παρασκευῆς. Ἐπανιόντα δ' ἀνέμοις παρενεχθῆναι ὑπὲρ τὴν Αἰθιοπίαν· προσφερόμενον δέ τισι τόποις ἐξοικειοῦσθαι τοὺς ἀνθρώπους μεταδόσει σιτίων τε καὶ οἴνου καὶ παλαθίδων, ὧν ἐκείνοις οὐ μετῆν, ἀντὶ δὲ τούτων ὑδρείας τε τυγχάνειν καὶ καθοδηγίας, ἀπογράφεσθαί τε τῶν ῥημάτων ἔνια. Εὑρόντα δ' ἀκρόπρωρον ξύλινον ἐκ ναυαγίου ἵππον ἔχον ἐγγεγλυμμένον, πυθόμενον ὡς ἀπὸ τῆς ἑσπέρας πλεόντων τινῶν εἴη τὸ ναυάγιον τοῦτο, κομίζειν αὐτὸ ἀναστρέψαντα πρὸς τὸν οἰκεῖον πλοῦν. Σωθέντα δ' εἰς Αἴγυπτον, οὐκέτι τῆς Κλεοπάτρας ἡγουμένης, ἀλλὰ τοῦ παιδὸς, ἀφαιρεθῆναι πάλιν πάντα· φωραθῆναι γὰρ νενοσφισμένον πολλά. Τὸ δ' ἀκρόπρωρον προφέροντα ἐς τὸ ἐμπόριον, δεικνύναι τοῖς ναυκλήροις, γνῶναι δὲ Γαδειριτῶν ὄν. Τούτων γὰρ τοὺς μὲν ἐμπόρους μεγάλα στέλλειν πλοῖα, τοὺς δὲ πένητας μιαρὰ, ἃ καλεῖν ἵππους, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πρῴραις ἐπισήμων· τούτους δὲ πλεῖν μέχρι τοῦ Λίξου ποταμοῦ περὶ τὴν Μαυρουσίαν ἁλιευομένους· ἀλλὰ τῶν δὴ ναυκλήρων τινὰς γνωρίσαι τὸ ἀκρόπρωρον ἑνὸς τῶν ἀπὸ τοῦ Λίξου ποταμοῦ πορρώτερον πλευσάντων καὶ μὴ σωθέντων ὑπάρξαν. Ἐκ δὲ τούτου συμβαλόντα τὸν Εὔδοξον, ὡς δυνατὸς εἴη ὁ περίπλους ὁ Λιβυκὸς, πορευθέντα οἴκαδε τὴν οὐσίαν ἐνθέμενον πᾶσαν ἐξορμῆσαι. Καὶ πρῶτον μὲν εἰς Δικαιαρχίαν, εἶτ' εἰς Μασσαλίαν ἐλθεῖν, καὶ τὴν ἑξῆς παραλίαν μέχρι Γαδείρων, παν-

ταχοῦ δὲ διακωδωνίζοντα ταῦτα καὶ χρηματιζόμενον κατασκευάσασθαι πλοῖον μέγα καὶ ἐφόλκια δύο λέμβοις λῃστρικοῖς ὅμοια, [οἷς] ἐμβιβάσασθαι μουσικὰ παιδισκάρια καὶ ἰατροὺς καὶ ἄλλους τεχνίτας, ἔπειτα πλεῖν ἐπὶ τὴν Ἰνδικὴν μετέωρον ζεφύροις συνεχέσι. Καμνόντων δὲ τῷ πλῷ τῶν συνόντων, ἄκοντα ἐπουρίσαι πρὸς γῆν, δεδοικότα τὰς πλημμυρίδας καὶ τὰς ἀμπώτεις. Καὶ δὴ καὶ συμβῆναι ὅπερ ἐδεδίει· καθίσαι γὰρ τὸ πλοῖον, ἡσυχῇ δὲ, ὥστε μηδ' ἀθροῦν διαλυθῆναι, ἀλλὰ ῥᾳδίως θῆναι τὰ φορτία σωθέντα εἰς γῆν καὶ τῶν ξύλων τὰ πλεῖστα· ἐξ ὧν τρίτον λέμβον συμπηξάμενον πεντηκοντόρῳ πάρισον πλεῖν, ἕως ἀνθρώποις συνέμιξε τὰ αὐτὰ ῥήματα φθεγγομένοις, ἅπερ πρότερον ἀπογέγραπται· ἅμα δὲ τοῦτό γε γνῶναι, ὅτι τε οἱ ἐνταῦθα ἄνθρωποι ὁμοεθνεῖς εἶεν τοῖς Αἰθίοψιν ἐκείνοις, καὶ ὅτι ὁμοροῖεν τῇ Βόγου βασιλείᾳ. Ἀφέντα δὴ τὸν ἐπὶ Ἰνδοὺς πλοῦν ἀναστρέφειν· ἐν δὲ τῷ παράπλῳ νῆσον εὔυδρον καὶ εὐδένδρον ἐρήμην ἰδόντα σημειώσασθαι. Σωθέντα δὲ εἰς τὴν Μαυρουσίαν, διαθέμενον τοὺς λέμβους πεζῇ κομισθῆναι πρὸς τὸν Βόγον καὶ συμβουλεύειν αὐτῷ τὴν ναυστολίαν ἐπανελέσθαι ταύτην, ἰσχῦσαι δ' εἰς τἀναντία τοὺς φίλους ὑποτείνοντας φόβον, μὴ συμβῇ τὴν χώραν εὐεπιβούλευτον γενέσθαι, δεικνύειν παρόδου τοῖς ἔξωθεν ἐπιστρατεύειν ἐθέλουσιν. Ὡς δ' ἐπύθετο λόγῳ μὲν πεμπόμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν ἀναδειχθεῖσαν ναυστολίαν, ἔργῳ δ' ἐκτεθησόμενον εἰς ἐρήμην τινὰ νῆσον, φυγεῖν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν, κἀκεῖθεν εἰς τὴν Ἰβηρίαν διᾶραι. Πάλιν δὲ κατασκευασάμενον στρογγύλον πλοῖον καὶ μακρὸν πεντη-

falsum, Euergeta quidquid navi advexerat adimente. Mortuo Euergeta, uxorem ejus Cleopatram regnum tenuisse, cursumque ab hac missum Eudoxum majore cum apparatu, in reditu ventis supra Æthiopiam fuisse delatum: ubi quum ad quædam loca appulisset, animos incolentium sibi conciliasse frumenti, vini et caricarum largitione, quibus illi carebant, ab iisque contra aquam et navigationis duces accepisse, et vocabula quædam descripsisse. Quumque invenisset ligneam summitatem proræ e naufragio superstitem, equoque insculpto insignem, idque cujusdam navis ab occasu advecti naufragium esse inaudivisset, secum in reditu detulisse, salvumque in Ægyptum rediisse: ubi filio jam Cleopatræ suffecto in regnum, denuo omnibus spoliatum fuisse, comperto multa ipsum intervertisse. Proræ autem summitatem ab ipso in emporium delatam, nauclerisque exhibitam; fuisseque ab his edoctum, Gaditanæ esse id navis: nam Gaditanorum mercatores ingentibus uti navibus, pauperes parvis, quas equos appellent a proræ insignibus, iisque eos piscandi gratia usque ad Lixum amnem circa Maurusiam navigare: atque adeo quosdam nauclerorum agnovisse lignum illud unius eorum fuisse, qui ulterius a Lixo fluvio navigarant, neque reversi fuerant. Ex his Eudoxum collegisse, posse Libyam navigio circumiri: ita domum revertisse, omnibusque suis facultatibus impositis navigationem instituisse, et primum Dicæarchiam, inde Massiliam, ac reliqua deinde ora maritima navigata Gades pervenisse. Ubique autem divulgato instituto, rem fecisse, magnaque navi comparata, et duabus scaphis lemborum piraticorum similibus, impositis pueris symphoniacis, medicis, aliisque artificibus, Indiam versus per altum navigasse, subvectum continentibus Favoniis. Iis autem qui una vehebantur ex navigatione defessis, invitum ad terram secundo vento appulisse, metuentem sibi a maris æstuum vicibus; et evenisse id quod metuerat: subsedisse enim navim, sensim tamen, neque subito fuisse solutam, sed et merces prius, et lignorum deinde majorem partem in terram fuisse egestam. Quibus cum e lignis tertium confecisse lembum, assimilem quinquaginta remorum navi, et navigasse usque ad eos homines, qui sermone uterentur qualem ante litteris ab eo fuisse consignatum retulimus: quod simul senserit, simul etiam certiorem se factum, hos ejusdem cum illis Æthiopibus gentis esse, et esse vicinos Bogi regno. Inde omissa ad Indos navigatione cum revertisse, interque navigandum annotasse insulam desertam, quam aqua et arboribus bene instructam vidisset. Hinc quum in Maurusiam incolumis pervenisset, divenditis lembis, terrestri itinere ad Bogum ivisse, eique suscipiendæ hujus navigationis auctorem fuisse: vicisse tamen sententiam familiarium, qui monebant metuendum esse ne ditio hæc ita insidiis aliorum opportuna reddatur, commonstrato aditu iis qui extrinsecus bellum inferre vellent. Itaque se, quum audiret verbis se ad eam destinari navigationem, futurum autem ut in desertam aliquam exponeretur insulam, in Romanorum effugisse provinciam, indeque in Iberiam navigasse. Tum

κόντορον, ὥστε τῷ μὲν πελαγίζειν, τῷ δὲ πειρᾶσθαι τῆς γῆς, ἐνθέμενον γεωργικὰ ἐργαλεῖα καὶ σπέρματα καὶ οἰκοδόμους ὁρμῆσαι πρὸς τὸν αὐτὸν περίπλουν· διανοούμενον, εἰ βραδύνοιτο ὁ πλοῦς, ἐνδιαχειμάσαι τῇ προεσκεμμένῃ νήσῳ, καὶ σπείραντα καὶ ἀνελόμενον τοὺς καρποὺς τελέσαι τὸν ἐγνωσμένον ἐξ ἀρχῆς πλοῦν.

Ἐγὼ μὲν οὖν, φησὶ, μέχρι [τῆσδε] τῆς περὶ τὸν Εὔδοξον ἱστορίας ἥκω· τί δ' ὕστερον συνέβη, τοὺς ἐκ Γαδείρων καὶ τῆς Ἰβηρίας εἰκὸς εἰδέναι. Ἐκ πάντων δὴ τούτων φησὶ δείκνυσθαι, διότι ἡ οἰκουμένη κύκλῳ περιρρεῖται τῷ ὠκεανῷ·

> Οὐ γάρ μιν δεσμὸς περιβάλλεται ἠπείροιο,
> ἀλλ' ἐς ἀπειρεσίην κέχυται· τό μιν οὔτι μιαίνει.

Θαυμαστὸς δὴ κατὰ πάντα ἐστὶν ὁ Ποσειδώνιος, τὸν μὲν τοῦ μάγου περίπλουν, ὃν Ἡρακλείδης εἶπεν, ἀμάρτυρον νομίσας, καὶ αὐτῶν τῶν ὑπὸ Δαρείου πεμφθέντων, ὃν Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, τὸ δὲ Βεργαῖον διήγημα τοῦτο ἐν πίστεως μέρει τιθεὶς, εἴθ' ὑπ' αὐτοῦ πεπλασμένον, εἴτ' ἄλλων πλασάντων πιστευθέν. (Quæ in hac narratione de temporibus regum Ægypti memorantur, primus explicuit et aliunde qua solet sagacitate confirmavit Letronnius, *Inscr. de l'Ég.* I, p. 58 sqq.)

Pluribus deinde narrationis hujus falsitatem postquam Strabo probavit, subjicit: Οὐ πολὺ οὖν ἀπολείπεται ταῦτα τῶν Πυθέου καὶ Εὐημέρου καὶ Ἀντιφάνους ψευσμάτων. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν συγγνώμη, τοῦτ' αὐτὸ ἐπιτηδεύουσιν, ὥσπερ τοῖς θαυματοποιοῖς· τῷ δ' ἀποδεικτικῷ καὶ φιλοσόφῳ, σχεδόν τι περὶ πρωτείων ἀγωνιζομένῳ, τίς ἂν συγγνοίη; Ταῦτα μὲν οὖν οὐκ εὖ.

Post hæc pergit: (6) Τὸ δὲ ἐξαίρεσθαι τὴν γῆν ποτε καὶ ἴζήματα λαμβάνειν καὶ μεταβολὰς τὰς ἐκ τῶν σεισμῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν παραπλησίων, ὅσα διηριθμησάμεθα καὶ ἡμεῖς, ὀρθῶς κεῖται παρ' αὐτῷ· πρὸς ὃ καὶ τὸ τοῦ Πλάτωνος εὖ παρατίθησιν, ὅτι ἐνδέχεται καὶ μὴ πλάσμα εἶναι τὸ περὶ τῆς νήσου τῆς Ἀτλαντίδος, περὶ ἧς ἐκεῖνος ἱστορῆσαι Σόλωνά φησι πεπυσμένον παρὰ τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων, ὡς ὑπάρχουσά ποτε ἀφανισθείη τὸ μέγεθος οὐκ ἐλάττων ἠπείρου· καὶ τοῦτο οἴεται βέλτιον εἶναι λέγειν ἢ διότι ὁ πλάσας αὐτὴν ἠφάνισεν, ὡς ὁ ποιητὴς τὸ τῶν Ἀχαιῶν τεῖχος (cf. Strabo p. 598). Εἰκάζει δὲ καὶ τὴν τῶν Κίμβρων (cf. fr. 75) καὶ τῶν συγγενῶν ἐξανάστασιν ἐκ τῆς οἰκείας ** γενέσθαι κατὰ θαλάττης ἔφοδον, οὐκ ἀθρόαν συμβᾶσαν.

(7) Ὑπονοεῖ δὲ τὸ τῆς οἰκουμένης μῆκος ἑπτά που μυριάδων σταδίων ὑπάρχον ἥμισυ εἶναι τοῦ ὅλου κύκλου, καθ' ὃν εἴληπται, ὥστε, φησὶν, ἀπὸ τῆς δύσεως εὖρῳ πλέων ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἔλθοι ἂν εἰς Ἰνδούς. (8) Ἐπιχειρήσας δὲ αἰτιᾶσθαι τοὺς οὕτω τὰς ἠπείρους διορίσαντας, ἀλλὰ μὴ παραλλήλοις τισὶ τῷ ἰσημερινῷ, δι' ὧν ἔμελλον ἐξαλλάξεις δείκνυσθαι ζώων τε καὶ φυτῶν καὶ ἀέρων, τῶν μὲν τῇ κατεψυγμένῃ συναπτόντων, τῶν δὲ τῇ διακεκαυμένῃ, ὥστε οἱονεὶ ζώνας εἶναι τὰς ἠπείρους, ἀνασκευάζει πάλιν καὶ ἐν ἀναλύσει δίκης γίνεται, ἐπαινῶν πάλιν τὴν οὖσαν διαίρεσιν, θετικὴν ποιούμενος τὴν ζήτησιν πρὸς οὐδὲν χρησίμως. Αἱ γὰρ τοιαῦται διατάξεις οὐκ ἐκ προνοίας γίνονται, καθάπερ

---

rursus constructa rotunda navi, et longa quinquaginta remorum alia, ut per altum veheretur illa, hac pone terram, impositis instrumentis rusticis, seminibus et ædificandi peritis, ad eandem circumnavigationem se contulisse, eo consilio, ut, si tardius hæc succederet, in antea observata insula hiemaret, consitisque agris et perceptis fructibus, initio propositam absolveret navigationem.

Hactenus mihi quidem (inquit) cognita est historia Eudoxi: quid vero postea illi acciderit, par est Gaditanos scire et Hispanos. Ex his ergo omnibus demonstrari ait, oceanum terrarum orbi circuli in morem esse circumfusum:

> Non etenim terræ vinclo circumdatur ille:
> fusus in immensum est, ne quicquam polluat ipsum.

Enimvero mirum se in his omnibus præbet Posidonius, qui quum Magi circumnavigationem ab Heraclide expositam testimonio destitui censeat, itemque eorum qui a Dario [*imo* Necone] missi fuerant ab Herodoto narratam, fidem adhibet huic Bergæo commento, sive ipse confinxerit, sive ab alio confictum pro vero habuerit.

Hæc igitur non multum absunt a Pytheæ, Euhemeri et Antiphanis mendaciis. Verum hi quidem digni sunt venia, quibus idem fuit quod præstigiatoribus propositum; demonstratori autem, philosopho, ac nonnihil etiam de palma certanti quis ignoscat? Hæc itaque male.

(6) Recte autem apud eum exposita sunt, terram aliquando attolli, aliquando subsidere, mutarique terræ motibus, et alia id genus, etiam a nobis enumerata; quibus etiam Platonis sententiam commode apponit, fieri nempe posse ut non sit figmentum id quod de Atlantide insula fertur, de qua is ait tradidisse Solonem, qui ita ab Ægyptiis didicisset sacerdotibus, deletam eam esse, quum fuerit aliquando continente tota non minor insula, existimatque hoc rectius dici, quam id, deletam fuisse ab eo ipso qui eam commentus fuerit, sicut apud Homerum accidit muro Achæorum. Conjectura etiam colligit Cimbrorum illisque cognatorum populorum migrationem e patria factam esse [prædandi causa, non] ob maris incursiones subito obortas.

7. Suspicatur etiam habitatæ terræ longitudinem septuaginta circiter millibus stadiorum constare, dimidiumque esse totius in quo sumitur circuli: itaque (inquit) ab occasu Euro spirante navigans tantum spatium, ad Indos pervenias. (8) Aggressus deinde eos reprehendere qui continentis partes hoc modo distinxerunt, non lineis quibusdam respectu æquatoris parallelis, quibus ductis diversitates animalium, plantarum et aeris demonstrari potuissent, quatenus alia ad frigidam, alia ad torridam pertinent plagam, retractat et insolvenda accusatione versatur, laudans eam quæ obtinet divisionem et disputationem in utramque partem instituens, nulla sane cum utilitate. Hujusmodi enim dispositiones non magis dedita opera institutæ sunt, quam gentium et linguarum differentiæ, sed casu quodam et fortuna; quin etiam artes, facultates, et studia, si ab uno

οὐδὲ αἱ κατὰ τὰ ἔθνη διαφοραὶ, οὐδὲ [αἱ] διάλεκτοι, ἀλλὰ κατὰ ἐπίπτωσιν καὶ συντυχίαν· καὶ τέχναι τε καὶ δυνάμεις καὶ ἐπιτηδεύσεις, ἀρξάντων τινῶν, κρατοῦσιν αἱ πλείους ἐν ὁποιῳοῦν κλίματι, ἔστι δέ τι καὶ παρὰ τὰ κλίματα, ὥστε τὰ μὲν φύσει ἐστὶν ἐπιχώριά τισι, τὰ δ' ἔθει καὶ ἀσκήσει. Οὐ γὰρ φύσει Ἀθηναῖοι μὲν φιλόλογοι, Λακεδαιμόνιοι δ' οὔ, καὶ οἱ ἔτι ἐγγυτέρω Θηβαῖοι, ἀλλὰ μᾶλλον ἔθει· οὕτως οὐδὲ Βαβυλώνιοι φιλόσοφοι φύσει καὶ Αἰγύπτιοι, ἀλλ' ἀσκήσει καὶ ἔθει· καὶ ἵππων τε καὶ βοῶν ἀρετὰς καὶ ἄλλων ζώων, οὐ τόποι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσκήσεις ποιοῦσιν· ὁ δὲ συγχεῖ ταῦτα. Ἐπαινῶν δὲ τὴν τοιαύτην διαίρεσιν τῶν ἠπείρων, οἵα νῦν ἐστι, παραδείγματι χρῆται τῷ τοὺς Ἰνδοὺς τῶν Αἰθιόπων διαφέρειν τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ· εὐερνεστέρους γὰρ εἶναι καὶ ἧττον ἔψεσθαι τῇ ξηρασίᾳ τοῦ περιέχοντος· διὸ καὶ Ὅμηρον πάντας λέγοντα Αἰθίοπας δίχα διελεῖν,

οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος·

* * καὶ εἰσάγοντα τὴν ἑτέραν οἰκουμένην, ἣν οὐκ οἶδεν Ὅμηρος, δουλεύειν ὑποθέσει· καὶ ἔδει, φησὶ, μεταγράφειν οὕτως·

ἠμὲν ἀπερχομένου Ὑπερίονος,

οἷον ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ περικλίνοντος.

8. Πρῶτον μὲν οὖν οἱ πρὸς Αἰγύπτῳ Αἰθίοπες καὶ αὐτοὶ δίχα διαιροῦνται· οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ Ἀσίᾳ εἰσὶν, οἱ δ' ἐν τῇ Λιβύῃ, οὐδὲν διαφέροντες ἀλλήλων. Ἔπειθ' Ὅμηρος οὐ διὰ τοῦτο διαιρεῖ τοὺς Αἰθίοπας, (ἢ) ὅτι τοὺς Ἰνδοὺς ᾔδει τοιούτους τινὰς τοῖς σώμασιν (οὐδὲ γὰρ ἀρχὴν εἰδέναι τοὺς Ἰνδοὺς εἰκὸς Ὅμηρον, ὅπου γε οὐδ' ὁ Εὐεργέτης κατὰ τὸν Εὐδόξειον μῦθον ᾔδει τὰ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν, οὐδὲ τὸν πλοῦν τὸν ἐπ' αὐτήν), ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ τὴν λεχθεῖσαν ὑφ' ἡμῶν πρότερον διαίρεσιν. Ἐκεῖ δὲ καὶ περὶ τῆς γραφῆς τῆς Κρατητείου διητήσαμεν, ὅτι οὐδὲν διαφέρει, οὕτως ἢ ἐκείνως γράφειν· ὁ δὲ τοῦτο μὲν διαφέρειν φησὶ, κρεῖττον δ' οὕτως εἶναι μεταθεῖναι « ἠμὲν ἀπερχομένου. » Τί οὖν διαφέρει τοῦτο τοῦ « ἠμὲν δυσομένου; » πᾶν γὰρ τὸ τμῆμα τὸ ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ ἐπὶ δύσιν δύσις καλεῖται, καθάπερ καὶ τὸ τοῦ ὁρίζοντος ἡμικύκλιον· ὅπερ καὶ Ἄρατος ἐπισημαίνεται,

ᾗχί περ ἄκραι
μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσιν.

Εἰ δ' ἐπὶ τῆς Κρατητείου γραφῆς οὕτω βέλτιον, φήσει τις καὶ ἐπὶ τῆς Ἀριστάρχειου δεῖν. Τοσαῦτα καὶ πρὸς Ποσειδώνιον. Πολλὰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα τυγχάνει τῆς προσηκούσης διαίτης, ὅσα γεωγραφικά· ὅσα δὲ φυσικώτερα, ἐπισκεπτέον ἐν ἄλλοις, ἢ οὐδὲ φροντιστέον· πολὺ γάρ ἐστι τὸ αἰτιολογικὸν παρὰ αὐτῷ καὶ τὸ Ἀριστοτελίζον, ὅπερ ἐκκλίνουσιν οἱ ἡμέτεροι διὰ τὴν ἐπίκρυψιν τῶν αἰτιῶν.

Jam reliqua subjicimus quæ ex hoc libro petita sunt vel petita esse videntur. Ordinem rerum observabimus eundem, quem Strabo l. l. secutus est. — Ac primum quidem de *forma terræ* conferatur:

69.

Agathemerus in Hudson. Geogr. Min. tom. II,

---

fiat initium, plerumque invalescunt in quocunque terræ situ: quanquam et climati aliquid tribuendum est: itaque alia domestica fiunt natura, alia institutione et exercitio. Non enim natura fit quod Athenienses studiosi sunt litterarum, Lacedæmonii non item, ac ne Thebani quidem illis viciniores, sed institutione potius. Ita neque Babylonios natura philosophos facit, aut Ægyptios, sed exercitatio et consuetudo. Quin et equorum, boum, aliorumque animalium præstantia non locis tantum, sed et assuefactioni debetur. Hæc iste confundit. Porro laudans talem continentis regionum distinctionem, qualis nunc est, exemplo utitur, Indos Æthiopibus qui sunt in Africa præstare, quia robustiores sint, minusque aeris siccitate adusti: ideo Homerum quoque de universis loquentem Æthiopibus, sic eos divisisse (*Od.* A, 24):

Hi qua sol cadit, et qua nascitur illi:

** [et Cratetem] qui alterius habitatæ terræ, quam Homerus ignoravit, mentionem hoc in loco invenire voluit, opinionis suæ tenacem esse, dum ait, ita potius scribendum esse:

Aut qua sol abit,

utpote declinante eo a meridiano.

8. Primum quidem Æthiopes Ægypto contermini, ipsi quoque bifariam dividuntur, quum in Asia partim eorum sit, partim in Africa, nihilque a se invicem differant. Deinde Homerus non ideo dividit Æthiopas, quod tales fere corporibus Indos nosset (quos ei plane ignotos fuisse probabile est, quum secundum Eudoxeam fabulam ne Euergetes quidem Indiam navigationemque ad eam cognitam habuerit), sed respexit Homerus potius ad supra dictam a nobis divisionem. Atque ibi etiam de Cratetis lectione pronunciavimus, nihil ad rem interesse utro modo legatur. Posidonius tamen interesse aliquid sentit, sed ita potius corrigendum:

Hi qua sol abit.

Quid autem interest inter *abit* et *cadit*? nam tota quidem portio quæ a meridie versus occasum est, occasus dicitur, sicut et horizontis ille semicirculus: quod et Aratus indicat (*Phæn.* 61):

supremus
Ortus ubi atque Obitus parte admiscentur in una.

Quodsi quis rectius hoc habere in Cratetis scriptura dicat, etiam in Aristarchea eandem is dicet obtinere rationem. Atque hæc adversus Posidonium. Multa enim quæ ad geographiam pertinent in ipsa tractatione singulatim sub censuram vocabimus; quæ autem ad naturæ contemplationem pertinent, ea alibi sunt excutienda, aut potius nihil curanda. Multas enim habet is de causis disputationes, in multis Aristotelem imitatur, quæ nostri declinant ob causarum obscuritatem.

69.

Posidonius Stoicus formam terræ esse fundæ similem,

p. 2 : Ποσειδώνιος δὲ ὁ Στωϊκὸς σφενδονοειδῆ καὶ μεσόπλατον ἀπὸ νότου εἰς βορρᾶν, στενὴν πρὸς ἕω καὶ δύσιν· τὰ πρὸς εὖρον δ' ὅμως πλατύτερα πρὸς Ἰνδικήν.

Eustathius in Il. p. 690, 43 : Τὴν δὲ οἰκουμένην γῆν Ποσειδώνιος ὁ Στωϊκὸς καὶ Διονύσιος σφενδονοειδῆ φασι. Eadem notat Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 1.

70.

Strabo I, p. 145 : Τρανότερα δ'ἐστὶ καὶ τὰ περὶ τῶν περισκίων καὶ ἀμφισκίων καὶ ἑτεροσκίων, ἃ φησι Ποσειδώνιος. Ὅμως γε καὶ τούτων τό γε τοσοῦτον ἐπιμνηστέον, ὥστε τὴν ἐπίνοιαν διασαφῆσαι, καὶ πῇ χρήσιμον πρὸς τὴν γεωγραφίαν, καὶ πῇ ἄχρηστον. Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἀφ' ἡλίου σκιῶν ὁ λόγος ἐστὶν, ὁ δ' ἥλιος πρὸς αἴσθησιν κατὰ παραλλήλου φέρεται, καθ' οὗ καὶ ὁ κόσμος· παρ' οἷς καθ' ἑκάστην κόσμου περιστροφὴν ἡμέρα γίνεται καὶ νὺξ, ὅτε μὲν ὑπὲρ γῆς τοῦ ἡλίου φερομένου, ὅτε δ' ὑπὸ γῆν, παρὰ τούτοις οἵ τε ἀμφίσκιοι ἐπινοοῦνται καὶ οἱ ἑτερόσκιοι. Ἀμφίσκιοι μὲν, ὅσοι κατὰ μέσον ἡμέρας τοτὲ μὲν ἐπὶ τάδε πιπτούσας ἔχουσι τὰς σκιὰς, ὅταν ὁ ἥλιος ἀπὸ μεσημβρίας τῷ γνώμονι προσπίπτῃ τῷ ὀρθῷ πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον, τοτὲ δ' εἰς τοὐναντίον ὅταν ὁ ἥλιος εἰς τοὐναντίον περιστῇ· τοῦτο δὲ συμβέβηκε μόνοις τοῖς μεταξὺ τῶν τροπικῶν οἰκοῦσιν. Ἑτερόσκιοι δ' ὅσοις ἡ ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἀεὶ πίπτουσιν, ὥσπερ ἡμῖν, ἢ ἐπὶ τὰ νότια, ὥσπερ τοῖς ἐν τῇ ἑτέρᾳ εὐκράτῳ ζώνῃ οἰκοῦσι· τοῦτο δὲ συμβαίνει πᾶσι τοῖς ἐλάττονα ἔχουσι τοῦ τροπικοῦ τὸν ἀρκτικόν. Ὅταν δὲ τὸν αὐτὸν ἢ μείζονα, ἀρχὴ τῶν περισκίων ἐστὶ μέχρι τῶν οἰκούντων ὑπὸ τῷ πόλῳ. Τοῦ γὰρ ἡλίου καθ' ὅλην τὴν τοῦ κόσμου περιστροφὴν ὑπὲρ γῆς φερομένου, ὁηλονότι καὶ ἡ σκιὰ κύκλῳ περιενεχθήσεται περὶ τὸν γνώμονα. Καθ' ὃ δὴ καὶ περισκίους αὐτοὺς ἐκάλεσεν, οὐδὲν ὄντας πρὸς τὴν γεωγραφίαν· οὐ γάρ ἐστιν οἰκήσιμα ταῦτα τὰ μέρη διὰ ψῦχος, ὥσπερ ἐν τοῖς πρὸς Πυθέαν λόγοις εἰρήκαμεν.

71.

Sequitur locus qui *de zonis* est. Achilles Tatius c. 12 : Οἱ μὲν γὰρ ἓξ αὐτὰς (τὰς ζώνας) εἶπον, ὡς Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος, τὴν διακεκαυμένην εἰς δύο διαιροῦντες. In his perperam Polybio sociari Posidonium patet.

72.

Cleomedes Cycl. Theor. I, c. 6, p. 40 ed. Bak. : Σχολαιότερον δὲ... τοῦ ἡλίου προσιόντος τοῖς τροπικοῖς καὶ ἀποχωροῦντος, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλέον περὶ αὐτοὺς ἐγχρονίζοντος, καὶ οὐκ ὄντων οἰκητῶν τῶν ὑπ' αὐτοῖς, οὐδὲ τῶν ἔτι ἐνδοτέρω (ἡ γὰρ Συήνη ὑπὸ τῷ θερινῷ κεῖται κύκλῳ, ἡ δὲ Αἰθιοπία ἔτι ταύτης ἐνδοτέρω), ἀπὸ τούτων ὁ Ποσειδώνιος τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν, καὶ πᾶν τὸ ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν κλίμα εὔκρατον εἶναι ὑπέλαβε. Καὶ πέντε ζώνας εἶναι τῆς γῆς τῶν εὐδοκίμων φυσικῶν ἀποφηναμένων, αὐτὸς τὴν ὑπ' ἐκείνων διακεκαῦσθαι λεγομένην, οἰκουμένην καὶ εὔκρατον εἶναι ἀπεφήνατο. Ὅπου γάρ, φησὶ, πλέον τοῦ ἡλίου περὶ τοὺς τροπικοὺς διατρίβοντος, οὐκ ἔστιν ἀοίκητα τὰ ὑπ' αὐτοῖς, οὐδὲ τὰ ἔτι τούτων ἐνδοτέρω, πῶς οὐκ ἂν πολὺ πλέον τὰ ὑπὸ τῷ ἰσημερινῷ εὔκρατα εἴη, ταχέως τῷ κύκλῳ τούτῳ καὶ προσιόντος τοῦ ἡλίου καὶ πάλιν ἴσῳ τάχει ἀφισταμένου αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐγχρονίζοντος περὶ τὸ κλίμα, καὶ μὴν διὰ παντὸς, φησὶν, ἴσης τῆς νυκτὸς

---

ita ut media pars latior sit a meridie versus septemtrionem, angustiora sint orientem et occidentem versus, ita tamen ut orientalis pars Indica sit occidentali latior.

70.

Magis sunt luculenta quæ de Perisciis, Amphisciis et Heterosciis Posidonius prodidit. Attamen horum quoque eo usque mentio facienda, ut explicemus quatenus vel utilia sint ea, vel inutilia geographo. Quoniam autem verba fiunt de solis umbris, et sol, quantum sensu deprehendi potest, eodem circulo ad eum quo mundus versatur, parallelo convertitur, itaque apud quos in mundi conversione dies fiet eo supra terram, nox infra terram vehente, apud hos Amphiscii intelliguntur et Heteroscii : amphiscii sunt quorum gnomoni sub meridiem erecto sol affulgens in supposita planitie umbram modo in hanc, alias in diversam partem projicit, sole in oppositam priori regionem delato : hoc autem iis tantummodo contingit, qui inter tropicos habitant. Heteroscii sunt, quibus id genus umbræ aut semper versus septentrionem cadunt, ut nobis; aut versus meridiem, ut iis qui in altera temperata zona degunt : usu venit hoc omnibus, qui arcticum tropico minorem habent. Perisciorum principium est, ubi vel æqualis tropico arcticus est, vel major; usque ad eos qui sub polo habitant. Quum enim sol secundum totam cœli conversionem supra terram feratur, nimirum et umbra in orbem ambiet gnomonem : unde et periscios (*quasi* circumumbros) eos nuncupavit, nihil ad geographiam attinentes, quippe partes istæ ob frigus habitari non possunt, uti in refutatione Pytheæ ostendimus.

71.

Nonnulli sex zonas esse statuunt, ut Polybius et Posidonius, qui torridam in duas dirimunt.

72.

Quum autem segnius et accedat ad tropicos sol et recedat, ac propterea diutius circa eos commoretur, atque eo minus plagæ quæ iis subjectæ sunt habitentur, quin et eæ quæ illis interiores sunt (Syene enim æstivo tropico subest, et Æthiopia interior etiam) : hinc ansam nactus Posidonius, totam etiam illam plagam quæ sub æquinoctiali est, temperatam esse suspicatus est. Et quum quinque zonas terræ esse nobiles physici demonstrassent, ipse eam, quam illi torridam appellabant, habitatam et temperatam esse ostendit. Quum enim, inquit, ea quæ tropicis subjecta sunt, in quibus sol diutius immoratur, habitentur, atque etiam quæ interiora sunt, quidni multo magis ea quæ æquinoctiali subsunt, temperata sint, siquidem ad eum circulum et accedat sol, et rursus pari celeritate recedat, neque in eo climate commoretur, quum præsertim perpetuo.

τῇ ἡμέρᾳ οὔσης ἐνταῦθα, καὶ διὰ τοῦτο σύμμετρον ἐχούσης πρὸς ἀνάψυξιν τὸ διάστημα. Καὶ τοῦ ἀέρος τούτου ἐν τῷ μεσαιτάτῳ καὶ βαθυτάτῳ τῆς σκιᾶς ὄντος, καὶ ὄμβροι γενήσονται, καὶ πνεύματα γενήσονται, δυνάμενα ἀναψύχειν τὸν ἀέρα· ἐπεὶ καὶ περὶ τὴν Αἰθιοπίαν ὄμβρους συνεχεῖς καταφέρεσθαι ἱστοροῦσι περὶ τὸ θέρος καὶ μάλιστα τὴν ἀκμὴν αὐτοῦ, ἀφ' ὧν καὶ ὁ Νεῖλος πληθύνειν τοῦ θέρους ὑπονοεῖται. Ὁ μὲν οὖν Ποσειδώνιος οὕτω φέρεται.

73.

Strabo XVII, p. 830 : Ποσειδώνιος δ' οὐκ οἶδ' εἰ ἀληθῆ ἔφη ὀλίγοις καὶ μικροῖς διαρρεῖσθαι ποταμοῖς τὴν Λιβύην· αὐτοὺς γὰρ οὓς [πολλοὺς γὰρ αὐτοὺς?] Ἀρτεμίδωρος εἴρηκε καὶ μεγάλους. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ ταῦτ' ἀληθέστερον εἰπεῖν· εἴρηκε δὲ τούτου τὴν αἰτίαν αὐτός· μὴ γὰρ κατομβρεῖσθαι τοῖς ἀρκτικοῖς μέρεσι, καθάπερ οὐδὲ τὴν Αἰθιοπίαν φασί· διὸ πολλάκις λοιμικὰ ἐμπίπτειν ὑπὸ αὐχμῶν καὶ τὰς λίμνας τελμάτων πίμπλασθαι, καὶ τὴν ἀκρίδα ἐπιπολάζειν. Ἔτι φησὶ τὰ μὲν ἀνατολικὰ ὑγρὰ εἶναι· τὸν γὰρ ἥλιον ἀνίσχοντα ταχὺ παραλλάττειν, τὰ δ' ἑσπέρια ξηρά· ἐκεῖ γὰρ καταστρέφειν· ὑγρὰ γὰρ καὶ ξηρὰ τὰ μὲν παρ' ὑδάτων ἀφθονίαν ἢ σπάνιν λέγεται, τὰ δὲ παρὰ τὴν τῶν ἡλίων. Sequitur disputatio Strabonis.

74.

Strabo XVII, p. 790 : Nili incrementorum causas si inquisitione dignas habuissent Ægyptii antiquiores, non cogeremur talibus testibus uti, οἵους Ποσειδώνιος εἴρηκε. Φησὶ γὰρ Καλλισθένη λέγειν τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων αἰτίαν τῶν θερινῶν, παρὰ Ἀριστοτέλους λαβόντα· ἐκεῖνον δὲ παρὰ Θρασυάλκου τοῦ Θασίου (τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἷς οὗτος)· ἐκεῖνον δὲ παρ' ἄλλου· τὸν δὲ παρ' Ὁμήρου διιπετέα φάσκοντος τὸν Νεῖλον·

ἂψ δ' εἰς Αἰγυπτοῖο διιπετέος ποταμοῖο.

De mutationibus, quæ terræ motibus et inundationibus, etc., factæ sint (vide fr. 68 § 6) :

75.

Strabo VII, p. 293 : Περὶ δὲ Κίμβρων τὰ μὲν οὐκ εὖ λέγεται, τὰ δ' ἔχει πιθανότητας οὐ μετρίας. Οὔτε γὰρ τὴν τοιαύτην αἰτίαν τοῦ πλάνητας γενέσθαι καὶ λῃστρικοὺς ἀποδέξαιτ' ἄν τις, ὅτι χερρόνησον οἰκοῦντες μεγάλῃ πλημμυρίδι ἐξελασθεῖεν ἐκ τῶν τόπων· καὶ γὰρ νῦν ἔχουσι τὴν χώραν, ἣν εἶχον πρότερον... Γελοῖον δὲ τῷ φυσικῷ καὶ αἰωνίῳ πάθει, ὃς ἑκάστης ἡμέρας συμβαίνοντι, προσοργισθέντας ἀπελθεῖν ἐκ τοῦ τόπου. Ἔοικε δὲ πλάσματι τὸ συμβῆναί ποτε ὑπερβάλλουσαν πλημμυρίδα· ἐπιτάσεις μὲν γὰρ καὶ ἀνέσεις δέχεται, τεταγμένας δὲ καὶ περιοδιζούσας ὁ ὠκεανὸς ἐν τοῖς τοιούτοις πάθεσιν. Οὐκ εὖ δ' οὐδ' ὁ φήσας ὅπλα αἴρεσθαι πρὸς τὰς πλημμυρίδας τοὺς Κίμβρους, οὐδ' ὅτι ἀφοβίαν οἱ Κελτοὶ ἀσκοῦντες, καταχλύζεσθαι τὰς οἰκίας ὑπομένουσιν, εἶτ' ἀνοικοδομοῦσι, καὶ ὅτι πλείων αὐτοῖς συμβαίνει φθόρος ἐξ ὕδατος ἢ πολέμου, ὅπερ Ἔφορός φησιν. Ἡ γὰρ τάξις ἡ τῶν πλημμυρίδων, καὶ τὸ τὴν ἐπικλυζομένην χώραν εἶναι γνώριμον οὐκ ἐμελλε ταύτας τὰς ἀτοπίας παρέξειν. Δὶς γὰρ ἑκάστης ἡμέρας τούτου συμβαίνοντος, τὸ μηδ' ἅπαξ αἰσθάνεσθαι φυσικὴν οὖσαν τὴν παλίρροιαν καὶ ἀβλαβῆ, καὶ οὐ μόνοις τούτοις συμβαίνουσαν, ἀλλὰ τοῖς παρωκεανίταις πᾶσι,

---

inquit, nox æqualis ibi sit dici, itaque justum habeat ad refrigerandum intervallum? Quum aer ille in media et profundissima umbra sit, et imbres erunt et venti et flatus, qui aerem poterunt refrigerare. Siquidem et in Æthiopia continui imbres decidere traduntur, æstatis tempore, maximeque circa vim ejus : e quibus Nilus etiam augescere æstivo tempore existimatur. Posidonius igitur sic disputat.

73.

Posidonius scribit (nescio quam vere) raris parvisque fluminibus Libyam irrigari; nam multos eos esse magnosque Artemidorus dicit. De mediterraneis tamen non absque verisimilitudine illud dici potest. Ipse enim Posidonius causam rei affert. Scilicet ea non complui in partibus septentrionalibus; sicuti neque Æthiopiam dicunt; atque hinc sæpe propter siccitatem pestem incidere et lacus cænosos fieri, locustarumque exsistere copiam. Addit orientalia humida esse, quod sol exoriens cito prætereat; occidua vero sicca, quod sol ibi decumbat. Humida vero et sicca alia ob aquarum copiam vel inopiam, alia ob solis radiorum diuturnam brevemve dicuntur præsentiam.

74.

Ait Posidonius Callisthenem tradere æstivos imbres causam esse (incrementorum Nili fluvii), idque hunc ab Aristotele sumpsisse, Aristotelem vero a Thrasyalce Thasio (qui unus fuit ex antiquis physicis), Thrasyalcem autem ab alio, atque illum ab Homero, qui Nilum cœlitus delapsum ait :

Rursus ad Ægypti cœlo delapsa fluenta.

75.

De Cimbris quædam minus recte dicuntur, quædam probabilitatem habent non mediocrem. Non enim hac de causa eos, ut incertis vagarentur sedibus et latrociniis victum quærerent, compulsos crediderim, quod e peninsula, quam inhabitabant, diluvio fuerint ejecti; quoniam etiamnum antiquas sedes incolant. Et ridiculum sit eos naturali et sempiterno æstui, quotidie his contingenti, iratos solum vertisse. Quin et figmentum videtur eluviem aliquando immodicam accidisse : quum id genus oceani accidentia intendantur quidem ea et remittantur, sed ordine tamen suo atque modo. Non recte etiam is qui arma adversus exundationem capere Cimbros ait : nec magis, ut exercitatione intrepidi fiant, Celtas pati domos suas aquis obrui, rursumque ædificare, pluresque eorum aquis quam bello perire; quod quidem Ephorus tradit. Nam hæc absurda non admittit quum ordo æstuum, tum notitia regionis illuviem passæ. Quum enim bis quotidie æstus accideret, qui credibile sit tandem, nunquam eos sensisse, naturalem esse hanc maris reciprocationem et innoxiam, nec non sibi cum

πῶς οὐκ ἀπίθανον. Οὐδὲ Κλείταρχος εὖ· φησὶ γὰρ τοὺς ἱππέας ἰδόντας τὴν ἔφοδον τοῦ πελάγους ἀφιππάσασθαι, καὶ φεύγοντας ἐγγὺς γενέσθαι τοῦ περικαταληφθῆναι. Οὔτε δὲ τοσούτῳ τάχει τὴν ἐπίβασιν ὁρμωμένην ἱστοροῦμεν, ἀλλὰ λελη θότως προσιοῦσαν τὴν θάλατταν· οὔτε τὸ καθ' ἡμέραν γιγνόμενον καὶ πᾶσιν ἔναυλον ἤδη ὂν τοῖς πλησιάζειν μέλλουσι, πρὶν ἢ θεάσασθαι, τοσοῦτον ἔμελλε παρέξεσθαι φόβον, ὥστε φεύγειν, ὡς ἂν εἰ ἐξ ἀδοκήτου προσέπεσε.

Ταῦτα δὲ δικαίως ἐπιτιμᾷ τοῖς συγγραφεῦσι Ποσειδώνιος, καὶ οὐ κακῶς εἰκάζει, ὅτι λῃστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι, καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν· ἀπ' ἐκείνων δὲ καὶ ὁ Κιμμέριος κληθείη βόσπορος, οἷον Κιμβρικὸς, Κιμμερίους τοὺς Κίμβρους ὀνομασάντων τῶν Ἑλλήνων. Φησὶ δὲ καὶ Βοίους τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν οἰκεῖν πρότερον· τοὺς δὲ Κίμβρους ὁρμήσαντας ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, ἀποχρουσθέντας ὑπὸ τῶν Βοίων ἐπὶ τὸν Ἴστρον, καὶ τοὺς Σκορδίσκους Γαλάτας καταβῆναι· εἶτ' ἐπὶ Τευριστὰς καὶ (ἢ?) Ταυρίσκους, καὶ τούτους Γαλάτας· εἶτ' ἐπὶ Ἑλουητττίους, πολυχρύσους μὲν ἄνδρας, εἰρηναίους δέ· ὁρῶντας δὲ τὸν ἐκ τῶν λῃστηρίων πλοῦτον, ὑπερβάλλοντα τοῦ παρ' ἑαυτοῖς, τοὺς Ἑλουηττίους ἐπαρθῆναι, μάλιστα δ' αὐτῶν Τιγυρηνούς τε καὶ Τωυγενοὺς, ὥστε καὶ συνεξορμῆσαι.

76.

Strabo I, p. 58 : Ἐν δὲ τῇ Φοινίκῃ φησὶ Ποσειδώνιος γενομένου σεισμοῦ καταποθῆναι πόλιν ἱδρυμένην ὑπὲρ Σιδόνος, καὶ αὐτῆς δὲ Σιδόνος σχεδόν τι τὰ δύο μέρη πεσεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀθρόως, ὥστε μὴ πολὺν φθόρον ἀνθρώπων γενέσθαι. Τὸ δ' αὐτὸ πάθος καὶ ἐπὶ τὴν Συρίαν ὅλην διέτεινε, μετρίως δέ πως· διέβη δὲ καὶ ἐπί τινας νήσους τάς τε Κυκλάδας καὶ τὴν Εὔβοιαν, ὥστε τῆς Ἀρεθούσης (ἔστι δ' ἐν Χαλκίδι κρήνη) τὰς πηγὰς ἀποτυφλωθῆναι, συχναῖς δ' ἡμέραις ὕστερον ἀναβλύσαι κατ' ἄλλο στόμιον, μὴ παύεσθαι δὲ σειομένην τὴν νῆσον κατὰ μέρη, πρὶν ἢ χάσμα γῆς ἀνοιχθὲν ἐν τῷ Ληλάντῳ πεδίῳ πηλοῦ διαπύρου ποταμὸν ἐξήμεσε.

Rem tangit Seneca in Qu. Nat. VI, 24 verbis : *Idem Sidonii accidisse, crede Posidonio.* Cf. Nicolaus fragm. 80. Justin. XL, 1.

77.

Strabo XI, p. 514 : Τοὔνομα δὲ ταῖς Ῥάγαις ἀπὸ τῶν γενομένων σεισμῶν γενέσθαι φασὶν, ὑφ' ὧν πόλεις δὲ συχναὶ καὶ κῶμαι δισχίλιαι, ὥς φησι Ποσειδώνιος, ἀνετράπησαν. Cf. not. ad. fr. 9.

Cf. Seneca Qu. Nat. VI, 21 : *Duo genera sunt, ut Posidonio placet, quibus movetur terra : utrique nomen est proprium. Altera succussio est, quum terra quatitur, et sursum et deorsum movetur : altera inclinatio, quæ in latera nutat, navigii more.* Illas βράστας, has ἐπικλίντας Græci dicunt. Ceterum Seneca sua haud dubie petivit e Meteorologicis. Cf. Diog. Laert. VII, 154.

78.

Strabo VI, p. 276, de insulis Liparæis : Πολλάκις δὲ καὶ φλόγες εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ πελάγους τοῦ περὶ τὰς νήσους ὤφθησαν ἐπιδραμοῦσαι, τῶν κατὰ βάθους κοιλιῶν ἀναστομωθέντος πόρου τινὸς, καὶ τοῦ πυρὸς βιασαμένου πρὸς τὸ ἐκτός. Ποσειδώνιος δὲ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ μνήμην φησὶ περὶ τροπὰς θερινὰς ἅμα τῇ ἕῳ μεταξὺ τῆς Ἱερᾶς καὶ τῆς Εὐωνύμου πρὸς ὕψος ἀρθεῖσαν ἐξαίσιον τὴν θάλατταν ὁραθῆναι, καὶ συμμεῖναί

---

omnibus ad oceanum accolentibus communem? Male etiam Clitarchus, equites narrans occursum maris spectantes citatis equis refugisse et pæne fuisse affluxu obrutos. Neque enim tanta celeritate accedere mare deprehendimus, sed sensim et latenter : neque id quod fieret quotidie, et si qui accessissent, antequam cerneretur, aures personaret, tantum potuit objicere his terrorem, ut quasi de improviso oblata re fugam facerent.

Hæc Posidonius jure in scriptoribus reprehendit. Idem non inepta conjectura colligit, Cimbros homines fuisse prædones et vagos armisque ad Mæotim usque lacum procressos, et fuisse ab iis Cimmerium Bosporum denominatum, quasi Cimbricum, quum Græci Cimbros Cimmeriorum nomine afficiant. Idem perhibet, Bojos quondam Hercyniam incoluisse silvam, ac Cimbros quum ad ea loca se contulissent, ab iis repulsos ad Istrum et Scordiscos Gallos descendisse : inde ad Teuristas ac (*sive?*) Tauriscos, ipsos quoque Gallos, tum ad Helvetios, viros auri divites, attamen pacem tum colentes. Hos, quum viderent suis majores opes latrociniis Cimbrorum partas, maxime Tigurinos ac Tugenos, animum ad prædas adjecisse, ac Cimbris Italiam petentibus socios se adjunxisse.

76.

In Phœnice scribit Posidonius terræ motu facto urbem absorptam fuisse supra Sidonem sitam, ipsiusque Sidonis corruisse fere bessem, non confertim tamen, eoque non magnam hominum cladem accidisse. Id autem mali totam Syriam, mediocriter tamen, pervasit, et attigit insulas quasdam de Cycladibus : et in Eubœa ita se exseruit, ut fontes Arethusæ, quæ in Chalcide est, obturati fuerint, qui fons multis post diebus alia erupit scaturigine : neque ante desiit insula per partes concuti, quam hiatus terræ in Lelanto campo apertus fluvium luti igniti evomuit.

77.

Nomen Rhagis (*Rupturas* diceres) a terræ motibus factum aiunt, quibus urbes complures et pagos bis mille subversos esse Posidonius scribit.

78.

Sæpenumero etiam in superficie maris, quod est circa insulas istas, discurrere flammas animadversum est, quum cavernarum, quibus ignis in profundo continetur, meatu aliquo recluso foras vi prorupit. Posidonius scriptum reliquit, sua ætate circa solstitium æstivum, prima luce inter Hieram et Euonymum mare conspectum fuisse ad mon-

τινα χρόνον ἀναφυσωμένην συνεχῶς, εἶτα παύσασθαι· τοὺς δὲ τολμήσαντας προσπλεῖν, ἰδόντας νεκροὺς ἰχθύας ἑλαυνομένους ὑπὸ ῥοῦ (τοὺς δὲ) καὶ θέρμῃ καὶ δυσωδίᾳ πληγέντας φυγεῖν, ἓν δὲ τῶν πλοιαρίων τὸ μᾶλλον πλησιάσαν τοὺς μὲν τῶν ἐνόντων ἀποβαλεῖν, τοὺς δ' εἰς Λιπάραν μόλις σῶσαι, τοτὲ μὲν ἔκφρονας γινομένους ὁμοίως τοῖς ἐπιληπτικοῖς, τοτὲ δὲ ἀνατρέχοντας εἰς τοὺς οἰκείους λογισμούς· πολλαῖς δ' ἡμέραις ὕστερον ὁρᾶσθαι πηλὸν ἐπανθοῦντα τῇ θαλάττῃ, πολλαχοῦ δὲ καὶ φλόγας ἐκπιπτούσας καὶ λιγνύας, ὕστερον δὲ παγῆναι καὶ γενέσθαι τοῖς μυλίταις λίθοις ἐοικότα τὸν πάγον· τὸν δὲ τῆς Σικελίας στρατηγὸν, Τίτον Φλαμίνιον, δηλῶσαι τῇ συγκλήτῳ, τὴν δὲ πέμψασαν ἐκθύσασθαι ἔν τε τῷ νησιδίῳ καὶ ἐν Λιπάραις τοῖς τε καταχθονίοις θεοῖς καὶ τοῖς θαλαττίοις.

Fortasse hæc ex Historiis petita. Ad easdem si sequentia referre malis, nihil ego refragor.

79.

Strabo VI, p. 269. Ὅταν, [φησὶ] Ποσειδώνιος, γίνηται τὰ περὶ τὸ ὄρος, κατατεφροῦται πολλῷ βάθει τὰ Καταναίων χωρία· ἡ μὲν οὖν σποδὸς, λυπήσασα πρὸς καιρὸν, εὐεργετεῖ τὴν χώραν χρόνοις ὕστερον· εὐάμπελον γὰρ παρέχεται καὶ χρηστόκαρπον, τῆς ἄλλης οὐχ ὁμοίως οὔσης εὐοίνου· τάς τε ῥίζας, [ἃς] ἐκφέρει τὰ κατατεφρωθέντα χωρία, πιαίνειν (δ') ἐπὶ τοσοῦτον τὰ πρόβατά φασιν, ὥστε πνίγεσθαι· διόπερ ἐκ τῶν ὕτων ἀφαιροῦσιν αἷμα δι' ἡμερῶν τεσσάρων ἢ πέντε, καθάπερ τοῦτο καὶ κατὰ τὴν Ἐρύθειαν συμβαῖνον εἰρήκαμεν.

His quæ ad physicam maxime spectant, absolutis, Strabo (fr. 68, § 7) Posidonii de terræ longitudine sententiam affert. Reliqua quæ ad terræ mensuras et locorum situm et distantias pertinent hæc sunt :

80.

Cleomedes Cycl. Theor. I, c. 10, p. 62 ed. Bak. : Περὶ δὲ τοῦ μεγέθους τῆς γῆς πλείους μὲν γεγόνασι δόξαι παρὰ τοῖς φυσικοῖς, βελτίους δὲ τῶν ἄλλων εἰσὶν ἥ τε τοῦ Ποσειδωνίου καὶ ἡ Ἐρατοσθένους. Αὕτη μὲν διὰ γεωμετρικῆς ἐφόδου δεικνύουσα τὸ μέγεθος αὐτῆς, ἡ δὲ τοῦ Ποσειδωνίου ἐστὶν ἁπλουστέρα· ἑκάτερος δὲ αὐτῶν ὑποθέσεις τινὰς λαμβάνων, διὰ τῶν ἀκολούθων ταῖς ὑποθέσεσιν ἐπὶ τὰς ἀποδείξεις παραγίνεται. Ἐροῦμεν δὲ περὶ προτέρας τοῦ Ποσειδωνίου. Φησὶν ὑπὸ τῷ αὐτῷ μεσημβρινῷ κεῖσθαι Ῥόδον καὶ Ἀλεξάνδρειαν. Μεσημβρινοὶ δὲ κύκλοι εἰσὶν οἱ διά τε τῶν πόλων γραφόμενοι τοῦ κόσμου καὶ διὰ σημείου, ὃ ἑκάστοις τῶν ἐπὶ τῆς γῆς βεβηκότων τῆς κορυφῆς ὑπέρκειται. Πόλοι μὲν οὖν οἱ αὐτοὶ πάντων, τὸ δὲ κατὰ κορυφὴν σημεῖον ἄλλο ἄλλων· ὅθεν ἄπειροι δύνανται γράφεσθαι μεσημβρινοί. Ἡ οὖν Ῥόδος καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια ὑπὸ τῷ αὐτῷ κεῖνται μεσημβρινῷ καὶ τὸ διάστημα τὸ μεταξὺ τῶν πόλεων, πεντακισχιλίων σταδίων εἶναι δοκεῖ. Καὶ ὑποκείσθω οὕτως ἔχειν. Εἰσὶ δὲ καὶ πάντες οἱ μεσημβρινοὶ τῶν μεγίστων ἐν κόσμῳ κύκλων, εἰς δύο ἴσα τέμνοντες αὐτὸν, καὶ διὰ τῶν πόλων αὐτοῦ γραφόμενοι. Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχειν ὑποκειμένων, ἐξῆς ὁ Ποσειδώνιος ἴσον ὄντα τὸν ζωδιακὸν τοῖς μεσημβρινοῖς, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς εἰς δύο ἴσα τέμνει τὸν κόσμον, εἰς ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα μέρη διαιρεῖ, ἕκαστον τῶν δωδεκατημορίων αὐτοῦ εἰς τέσσαρα τέμνων. Ἂν τοίνυν καὶ ὁ διὰ Ῥόδου καὶ Ἀλεξανδρείας μεσημβρινὸς εἰς τὰ αὐτὰ τῷ ζωδιακῷ τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ

---

strosam elatum altitudinem, atque continenti flatu exaltatum aliquamdiu sic constitisse, tandem subsedisse : eos autem qui navigiis accedere ausi fuerant, quum viderent aquæ fluxu impelli pisces mortuos, calore et fœtore perculsos fugisse; atque navigiorum unum quod propius accesserat, vectoribus quibusdam amissis, ægre cum reliquis Liparam pervenisse, qui aliquando in morem comitiali morbo correptorum mente abalienarentur, aliquando ad se redirent. Multis post diebus limum apparuisse, qui superficiei aquæ innataret, multis quoque locis flammas erupisse, et fumos, et fuligines : limum eum tandem concrevisse, et molaribus lapidibus similes fuisse concretas istas massas. Qua de re senatum, quum esset a Tito Flaminio [Flaminino] Siciliæ prætore certior factus, missis legatis rem sacram diis manibus et marinis procurasse, quum in Hiera, tum Liparæ.

79.

Quando, inquit Posidonius, evenit Ætnæ incendium, Catinensis tum ager profundo obtegitur cinere, qui tempore quidem eo molestus, postea regioni beneficio est : reddit enim eam vinetis lætam, ac bonæ frugis feracem, quum reliquum agri non ita præstet vini productione; radicesque efferunt loca cinere sic oppleta, quibus oves adeo pingues fieri perhibent, ut suffocentur; ideoque quarto aut quinto circiter die sanguinem illis ex auribus detrahunt, quod etiam apud Erytheam fieri declaravimus.

80.

De magnitudine terræ complures fuerunt physicorum opiniones : reliquis meliores sunt Posidonii et Eratosthenis : quarum hæc geometrica ratione magnitudinem ejus ostendit; illa Posidonii simplicior est. Uterque eorum hypotheses quasdam sumens, per ea quæ hypothesibus consectaria sunt ad demonstrationes procedit. Prius autem de Posidonii opinione dicemus. Sub eodem meridiano Rhodum et Alexandriam esse ait. Sunt autem meridiani circuli, qui scribuntur per mundi polos, et per punctum quod cujuscumque eorum qui in terra gradiuntur, vertici imminet. Poli igitur iidem sunt omnium : punctum autem vertici imminens, aliud aliorum. Rhodus igitur et Alexandria sub eodem meridiano sunt; et distantia inter eas urbes quinque millium stadiorum esse videtur. Et fac ita esse : sunt porro omnes meridiani e maximis, qui in mundo sunt, circulis, in duas partes eum secantes, perque polos descripti. Quæ quum ita se habere ponuntur, deinceps Posidonius signiferum æqualem meridianis, quippe qui et ipse in duas æquales partes mundum secet, in octo et quadraginta partes dividit, unumquodque e dodecatemoriis in quattuor secans. Si igitur etiam ille meridianus per Rhodum et Alexan-

μέρη διαιρεθῇ, ἴσα γίνεται αὐτοῦ τὰ τμήματα τοῖς προειρημένοις τοῦ ζωδιακοῦ τμήμασιν. Ὅταν γὰρ ἴσα μεγέθη εἰς ἴσα διαιρεθῇ, ἀνάγκη καὶ τὰ μέρη τοῖς μέρεσιν τῶν διαιρεθέντων ἴσα γίνεσθαι. Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχειν προϋποκειμένων, ἑξῆς φησὶν ὁ Ποσειδώνιος, ὅτι Κάνωβος καλούμενος ἀστὴρ λαμπρότατός ἐστιν πρὸς μεσημβρίαν, ὡς ἐπὶ τῷ πηδαλίῳ τῆς Ἀργοῦς. Οὗτος ἐν Ἑλλάδι οὐδ' ὅλως ὁρᾶται· ὅθεν οὐδ' ὁ Ἄρατος ἐν τοῖς Φαινομένοις μιμνήσκεται αὐτοῦ· ἀπὸ δὲ τῶν ἀρκτικῶν ὡς πρὸς μεσημβρίαν ἰοῦσιν, ἀρχὴν τοῦ ὁρᾶσθαι ἐν τῷ Ῥόδῳ λαμβάνει, καὶ ὀφθεὶς ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος, εὐθέως κατὰ τὴν στροφὴν τοῦ κόσμου καταδύεται. Ὁπόταν δὲ τοὺς ἀπὸ Ῥόδου πεντακισχιλίους σταδίους διαπλεύσαντες ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενώμεθα, εὑρίσκεται ὁ ἀστὴρ οὗτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὕψος ἀπέχων τοῦ ὁρίζοντος, ἐπειδὰν ἀκριβῶς μεσουρανήσῃ, τέταρτον ζωδίου, ὅ ἐστι τεσσαρακοστὸν ὄγδοον τοῦ μεσημβρινοῦ τοῦ ζωδιακοῦ. Ἀνάγκη τοίνυν καὶ τὸ ὑπερκείμενον τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ τμῆμα, τοῦ διαστήματος τοῦ μεταξὺ Ῥόδου καὶ Ἀλεξανδρείας, τεσσαρακοστὸν ὄγδοον μέρος αὐτοῦ εἶναι, διὰ τὸ καὶ τὸν ὁρίζοντα τῶν Ῥοδίων τοῦ ὁρίζοντος τῶν Ἀλεξανδρείων ἀφίστασθαι τεσσαρακοστὸν ὄγδοον τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου. Ἐπεὶ οὖν τὸ τούτῳ τῷ τμήματι ὑποκείμενον τῆς γῆς μέρος, πεντακισχιλίων σταδίων εἶναι δοκεῖ, καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις τμήμασιν ὑποκείμενα ἐκ πεντακισχιλίων σταδίων ἐστί· καὶ οὕτως ὁ μέγιστος κύκλος τῆς γῆς εὑρίσκεται μυριάδων τεσσάρων καὶ εἴκοσιν, ἐὰν ὦσιν οἱ ἀπὸ Ῥόδου πεντακισχίλιοι· εἰ δὲ μή, πρὸς λόγον τοῦ διαστήματος. Καὶ ἡ μὲν τοῦ Ποσειδωνίου ἔφοδος περὶ τοῦ κατὰ τὴν γῆν μεγέθους τοιαύτη.

81.

Strabo II, p. 119 : Δυσμικώτατον μὲν γὰρ σημεῖον τῆς οἰκουμένης τὸ τῶν Ἰβήρων ἀκρωτήριον, ὃ καλοῦσιν Ἱερόν· κεῖται δὲ κατὰ τὴν γραμμήν πως (πρὸς) τὴν διὰ Γαδείρων τε καὶ Στηλῶν καὶ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ καὶ τῆς Ῥοδίας. Συμφωνεῖν γὰρ καὶ τὰ ὡροσκοπεῖα καὶ τοὺς ἀνέμους φασὶ τοὺς ἑκατέρωσε φέροντας καὶ τὰ μήκη τῶν μεγίστων ἡμερῶν τε καὶ νυκτῶν· ἔστι γὰρ τεσσαρεσκαίδεκα ὡρῶν ἰσημερινῶν [καὶ ἡμίσους ἡ μεγίστη τῶν ἡμερῶν] τε καὶ νυκτῶν. Ἔν τε τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Γάδειρα καὶ Ἰβηράς ποτε ὁρᾶσθαι ** Ποσειδώνιος δ' ἔκ τινος ὑψηλῆς οἰκίας ἐν πόλει διεχούσῃ τῶν τόπων τούτων ὅσον τετρακοσίους σταδίους, φησὶν ἰδεῖν ἀστέρα, ὃν τεκμαίρεσθαι τὸν Κάνωβον αὐτὸν ἐκ τοῦ τε μικρὸν ἐκ τῆς Ἰβηρίας προελθόντας ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ὁμολογεῖν ἀφορᾶν αὐτὸν, καὶ ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς ἐν Κνίδῳ· τὴν γὰρ Εὐδόξου σκοπὴν οὐ πολὺ τῶν οἰκήσεων ὑψηλοτέραν εἶναι, λέγεσθαι δ' ὅτι ἐντεῦθεν ἐκεῖνος ἀφεώρα τὸν Κάνωβον ἀστέρα, εἶναι δ' ἐπὶ τοῦ Ῥοδιακοῦ κλίματος τὴν Κνίδον, ἐφ' οὗ καὶ τὰ Γάδειρα καὶ ἡ ταύτῃ παραλία.

82.

Strabo VI, p. 266 : Τῶν πλευρῶν (Σικελίας), ἃς ἀφορίζουσιν αἱ τρεῖς ἄκραι, δύο μέν εἰσι κοῖλαι μετρίως, ἡ δὲ τρίτη κυρτὴ, ἡ ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου καθήκουσα πρὸς τὴν Πελωριάδα, ἥπερ μεγίστη ἐστί,

---

driam in easdem cum signifero quadraginta octo partes divisus sit, æqualia sunt ejus segmenta illis signiferi segmentis. Quum enim magnitudines æquales æqualiter dividuntur, æquales etiam divisorum partes inter se esse necesse est. His igitur ita ante constitutis, deinde ait Posidonius stellam Canobum appellatam splendidissimam esse ad meridiem in temone Argûs. Eadem in Græcia prorsus non conspicitur : unde nec Aratus ejus in Phænomenis meminit. Quum autem a septentrione versus meridiem procedimus, primum Rhodi conspicitur, et postquam ad finientem visa est, statim mundi conversione occidit. Quum vero illa quinque millia stadiorum a Rhodo navigando trajecimus et Alexandriam venimus, eadem stella, ubi in medio plane cœlo est, reperitur quarta parte signi super finientem attolli, quæ est quadragesima octava pars signiferi. Hinc necesse est eam partem meridiani, quæ intervallo Rhodum inter et Alexandriam imminet, quadragesimam octavam ejus esse : propterea quod finiens etiam Rhodiorum a finiente Alexandrinorum quadragesima octava parte signiferi distat. Quum igitur ea pars terræ, quæ isti segmento subjecta est, quinque millium stadiorum esse videatur; eæ item quæ reliquis segmentis subjiciuntur, totidem stadiorum sunt : atque ita maximus circulus terræ viginti quattuor myriadum esse reperitur, si a Rhodo ad Alexandriam sunt quinque millia; sin secus, pro ratione intervalli. Talis quidem est Posidonii ratio de magnitudine terræ.

81.

Terræ habitatæ punctum maxime occiduum est promontorium Hispaniæ quod Sacrum dicitur, situm fere in ea linea, quæ per Gades, Columnas, fretum Siculum et Rhodiam transit : nam et horologia aiunt convenire, et eosdem utrimque ventos ferri, et eandem esse utrobique longissimæ diei et noctis quantitatem : est enim maxima et dies et nox quattuordecim horarum æquinoctialium ac dimidiæ : et in ora maritima ad Gades atque Hispaniam [Columnas?] aliquando observari [*astra Canobo proxima*]. Posidonius refert se de excelsa quadam domo in urbe ab iis locis ad quadringenta stadia distante, stellam vidisse, quam existimaverit esse Canobum : nam et qui inde versus meridiem ex Hispania paululum progressi sint, fateri se eum cernere; et observationes astronomicas in Cnido institutas idem testari. Esse enim in Cnido Eudoxi speculam, non multo domibus sublimiorem, ex qua is fertur Canobum spectasse : esse autem Cnidum in Rhodiaco climate, in quo et Gades sunt et ora maritima ejus regionis.

82.

Laterum (Siciliæ) quæ his tribus promontoriis includuntur, duo sunt concava mediocriter, tertium a Lilybæo ad Pelorum curvum est, idemque longissimum, stadiorum mille et septingentorum; ut Posidonius dixit, qui et viginti adjecit. De reliquis, id quod a Lilybæo ad Pachynum pertinet, altero majus est (*et mille quingentorum et quinquaginta stadium*) : minimum omnium id, quod Freto

σταδίων χιλίων καὶ ἑπτακοσίων, ὡς Ποσειδώνιος εἴρηκε προσθεὶς καὶ εἴκοσι. Τῶν δ' ἄλλων ἡ ἐπὶ Πάχυνον ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου μείζων τῆς ἑτέρας· ἐλαχίστη δὲ ἡ τῷ Πορθμῷ καὶ τῇ Ἰταλίᾳ προσεχὴς, ἡ ἀπὸ τῆς Πελωριάδος ἐπὶ τὸν Πάχυνον, σταδίων ὅσον χιλίων καὶ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. Τὸν δὲ περίπλουν ὁ Ποσειδώνιος σταδίων τεσσαρακοσίων ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις ἀποφαίνει. Ἐν δὲ τῇ χωρογραφίᾳ μείζω λέγεται τὰ διαστήματα, κατὰ μέρος διῃρημένα μιλιασμῷ..., Ποσειδώνιός τε τοῖς κλίμασιν ἀφορίζων τὴν νῆσον (καὶ) πρὸς ἄρκτον μὲν τὴν Πελωριάδα, πρὸς νότον δὲ Λιλύβαιον, πρὸς ἕω δὲ τὸν Πάχυνον τίθησιν.

83.

Strabo VI, p. 273 : Φησὶ δ' ὁ Ποσειδώνιος οἷον ἀκροπόλεις ἐπὶ θαλάττης δύο τὰς Συρακούσας ἱδρῦσθαι καὶ τὸν Ἔρυκα, μέσην δὲ ἀμφοῖν ὑπερκεῖσθαι τῶν κύκλῳ πεδίων τὴν Ἔνναν. Hæc quoque fortasse ad Historias referre præstat.

84.

Cum iis quæ fr. 68 § 8 disputantur, conferenda hæc apud Galenum De placit. Hippocr. et Platonis V, p. 290, 41 : Συνάπτει δ' εἰκότως τοῖς λόγοις τούτοις ὁ Ποσειδώνιος τὰ κατὰ τὸν φυσιογνώμονα φαινόμενα. Καὶ γὰρ τῶν ζώων καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅσα μὲν εὐρύστερνά τε καὶ θερμότερα, θυμικώτερα πάντ' ὑπάρχει φύσει, ὅσα δὲ πλατυίσχιά τε καὶ ψυχρότερα, δειλότερα· καὶ κατὰ τὰς χώρας οὐ σμικρῷ τινι διενηνοχέναι τοῖς ἤθεσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς δειλίαν καὶ τόλμαν, ἢ τὸ φιλήδονόν τε καὶ φιλόπονον, ὡς τῶν παθητικῶν κινήσεων τῆς ψυχῆς ἑπομένων ἀεὶ τῇ διαθέσει τοῦ σώματος, ἣν ἐκ τῆς κατὰ τὸ περιέχον κράσεως οὐ κατ' ὀλίγον ἀλλοιοῦσθαι κτλ.

85.

Strabo I, p. 41 (Quæritur quinam sint Erembi, quorum Menelaus meminit ap. Hom. Od. IV, 84 : Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς) : Πιθανώτατοι δ' εἰσὶν οἱ νομίζοντες τοὺς Ἄραβας λέγεσθαι. Ζήνων δ' ὁ ἡμέτερος καὶ γράφει οὕτως·

Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους Ἀραβάς τε.

Τὴν μὲν οὖν γραφὴν οὐκ ἀνάγκη κινεῖν, παλαιὰν οὖσαν· αἰτιᾶσθαι δὲ βέλτιον τὴν τοῦ ὀνόματος μετάπτωσιν, πολλὴν καὶ ἐπιπολαίαν οὖσαν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. Ἀμέλει δὲ καὶ ποιοῦσί τινες παραγραμματίζοντες. Ἄριστα δ' ἂν δόξειεν εἰπεῖν ὁ Ποσειδώνιος, κἀνταῦθα ἀπὸ τῆς τῶν ἐθνῶν συγγενείας καὶ κοινότητος ἐτυμολογῶν. Τὸ γὰρ τῶν Ἀρμενίων ἔθνος καὶ τὸ τῶν Σύρων καὶ Ἀράβων πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφαίνει κατά τε τὴν διάλεκτον καὶ τοὺς βίους καὶ τοὺς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας, καὶ μάλιστα καθὸ πλησιόχωροί εἰσι. Δηλοῖ δ' ἡ Μεσοποταμία ἐκ τῶν τριῶν συνεστῶσα τούτων ἐθνῶν· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἡ ὁμοιότης διαφαίνεται. Εἰ δέ τις παρὰ τὰ κλίματα γίνεται διαφορὰ τοῖς προσβόρροις ἐπὶ πλέον πρὸς τοὺς μεσημβρινοὺς καὶ τούτοις πρὸς μέσους τοὺς ὅρους, ἀλλ' ἐπικρατεῖ γε τὸ κοινόν. Καὶ οἱ Ἀσσύριοι δὲ καὶ οἱ Ἀριανοὶ παραπλησίως πως ἔχουσι καὶ πρὸς τούτους καὶ πρὸς ἀλλήλους. Εἰκάζει γε δὴ καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν τούτων κατονομασίας ἐμφερεῖς ἀλλήλαις εἶναι. Τοὺς γὰρ ὑφ' ἡμῶν Σύρους καλουμένους ὑπ' αὐτῶν τῶν Σύρων (Ἀρμενίους, καὶ) Ἀραμμαίους καλεῖσθαι· τούτῳ δ' ἐοικέναι τοὺς Ἀρμενίους καὶ τοὺς Ἄραβας καὶ Ἐρεμβούς, τάχα τῶν πάλαι Ἑλλήνων οὕτω κα-

---

et Italiæ adjacet, a Peloro ad Pachynum tendens, stadiorum circiter mille centum et triginta. Ambitum insulæ Posidonius pronunciat, stadiorum quater millium et quadringentorum. At in chorographia majora hæc intervalla ponuntur, distincta per partes in miliaria. Posidonius climatibus definiens insulam, Pelorum septentrioni, Lilybæum austro, Pachynum ortui solis opponit.

83.

Posidonius ait Siciliam veluti arces duas ad mare constructas habere Syracusas et Erycem, ac mediam inter utramque Ennam imminere circumjacentibus campis.

84.

Apte cum his comparat Posidonius quæ a physiognomone observantur. Nam inter animalia quoque hominesque quot sunt lato pectore et calidiora, ea omnia etiam animosiora esse solent; quot vero latis coxendicibus instructa ac frigidiora sunt, ea etiam ignaviora esse solent. Porro secundum terrarum situm haud paullum differunt incolæ vel ad ignaviam vel ad audaciam propensiores, vel voluptati vel laboribus addictiores, quoniam animi affectus pendent ex corporum indole, quæ ex ambientis aeris temperatura multum variatur.

85.

Omnium hi vero simillima statuunt, qui Arabes significari putant. Et Zeno quidem noster ita scribit Homericum versum :

Æthiopes adii, tum Sidonios, Arabesque.

Sed scripturam mutare, quum sit vetusta, non est necesse. Culpanda est potius nominis mutatio, quæ frequens est et usitata omnibus gentibus : quod et quidam faciunt, qui literas nominum inter se comparant. Optime autem omnium existimo Posidonium hic quoque a gentium cognatione et communitate originem vocum ducere. Nam Armeniorum, Syrorum et Arabum multum cognationis præ se ferunt nationes, sermone, vita, corporum forma, maxime ubi degunt in vicinia : idque ostendit Mesopotamia ex tribus his conflata populis; maxime enim in his similitudo est illustris. Quodsi qua est varietas pro eo quod aliæ partes aliis magis ad septentrionem aut meridiem vergunt, aut in meridie sunt sitæ : nihilominus tamen communis affectio obtinet. Atque Assyrii et Ariani inter se atque istorum sunt assimiles. Conjicit exinde Posidonius, harum gentium nomina quoque esse affinia : qui enim a nobis Syri dicuntur, ab ipsis Syris Aramæos vocari; idque Armeniis, Arabibus,

λούντων τοὺς Ἄραβας, ἅμα καὶ τοῦ ἐτύμου συνεργοῦντος πρὸς τοῦτο. Ἀπὸ γὰρ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν τοὺς Ἐρεμβοὺς ἐτυμολογοῦσιν οὕτως οἱ πολλοί, οὓς μεταλαβόντες οἱ ὕστερον ἐπὶ τὸ σαφέστερον Τρωγλοδύτας ἐκάλεσαν· οὗτοι δέ εἰσιν Ἀράβων οἱ ἐπὶ θάτερον μέρος τοῦ Ἀραβίου κόλπου κεκλιμένοι, τὸ πρὸς Αἴγυπτῳ καὶ Αἰθιοπίᾳ. Τούτων δ' εἰκὸς μεμνῆσθαι τὸν ποιητὴν καὶ πρὸς τούτοις ἀφῖχθαι λέγειν τὸν Μενέλαον, καθ' ὃν τρόπον εἴρηται καὶ πρὸς τοὺς Αἰθίοπας· τῇ γὰρ Θηβαΐδι καὶ οὗτοι πλησιάζουσιν· ὁμοίως οὐκ ἐργασίας οὐδὲ χρηματισμοῦ χάριν τούτων ὀνομαζομένων (οὐ πολὺ γὰρ ἦν τοῦτο), ἀλλὰ τοῦ μήκους τῆς ἀποδημίας καὶ τοῦ ἐνδόξου.

86.

Strabo XVII, p. 784 : (Sermo est de versu Homerico : Αἰθίοπας δ' ἰκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς) : Ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τῶν Ἐρεμβῶν ἡ ζήτησις, εἴτε τοὺς Τρωγλοδύτας ὑπονοητέον λέγεσθαι, καθάπερ οἱ τὴν ἐτυμολογίαν βιαζόμενοι ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν, ὅπερ ἐστὶν εἰς τὴν γῆν, εἴτε τοὺς Ἄραβας. Ὁ μὲν οὖν Ζήνων ὁ ἡμέτερος μεταγράφει οὕτως,

Καὶ Σιδονίους Ἀραβάς τε.

Πιθανώτερον δὲ Ποσειδώνιος γράφει, τῷ παρὰ μικρὸν ἀλλάξαι·

Καὶ Σιδονίους καὶ Ἀρεμβούς,

ὡς τοῦ Ποιητοῦ τοὺς νῦν Ἄραβας οὕτω καλέσαντος, καθάπερ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ὠνομάζοντο κατ' αὐτόν. Φησὶ δὲ ταῦτα τὰ τρία ἔθνη συνεχῆ ἀλλήλοις ἱδρυμένα ὁμογένειάν τινα ἐμφαίνειν πρὸς ἄλληλα καὶ διὰ τὸ παρακειμένοις ὀνόμασι κεκλῆσθαι, τοὺς μὲν Ἀρμενίους, τοὺς δὲ Ἄραβας, τοὺς δὲ Ἀρεμβούς· ὥσπερ δὲ ἀπὸ ἔθνους [ἑνὸς] ὑπολαμβάνειν ἔστιν εἰς τρία διῃρῆσθαι κατὰ τὰς τῶν κλιμάτων διαφορὰς ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐξαλαττομένων, οὕτω καὶ τοῖς ὀνόμασι χρήσασθαι πλείοσιν ἀνθ' ἑνός. Οὐδ' οἱ Ἐρεμνοὺς γράφοντες (uti Crates, vid. Eustath. p. 1485) πιθανοί· τῶν γὰρ Αἰθιόπων μᾶλλον ἴδιον. Λέγει δὲ καὶ τοὺς Ἀρίμους ὁ Ποιητὴς, οὓς φησι Ποσειδώνιος δέχεσθαι δεῖν μὴ τόπον τινὰ Συρίας ἢ τῆς Κιλικίας ἢ ἄλλης τινὸς γῆς, ἀλλὰ τὴν Συρίαν αὐτήν. Ἀραμαῖοι γὰρ οἱ ἐν αὐτῇ· τάχα δ' οἱ Ἕλληνες Ἀριμαίους ἐκάλουν ἢ Ἀρίμους. Αἱ δὲ τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις, καὶ μάλιστα τῶν βαρβαρικῶν, πολλαί· καθάπερ τὸν Δαριήκην (Δαριαύην?) Δαρεῖον ἐκάλεσαν, τὴν δὲ Φάρζιριν Παρύσατιν, Ἀταργάτιν δὲ τὴν Ἀθάραν (Ἀσθάραν?)· Δερκετὼ δ' αὐτὴν Κτησίας καλεῖ.

87.

Plinius H. N. VI, 21 : *Posidonius ab æstivo solis ortu ad hibernum exortum metatus est eam* (Indiam), *adversam Galliæ statuens, quam ab occidente æstivo ad occidentem hibernum metabatur totam a Favonio. Itaque adversam ejus venti afflatu juvari Indiam salubremque fieri haud dubia ratione docuit.* Hinc sua Solinus Polyh. c. 52.

88.

Strabo II, p. 104 : Ἐρατοσθένους δὲ εἴρηται ἡ περὶ τὰ ἑσπέρια καὶ τὰ ἀρκτικὰ τῆς Εὐρώπης ἄγνοια. Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν καὶ Δικαιάρχῳ συγγνώμη, τοῖς μὴ κατιδοῦσι τοὺς τόπους ἐκείνους· Πολυβίῳ δὲ καὶ Ποσειδωνίῳ τίς ἂν συγγνοίη;

---

et Erembis convenire, quo forte nomine veteres Græci Arabas vocasse videantur, ipsa nominis originatione juvante. Nam Eremborum nomen multi ab ἔραν ἐμβαίνειν (*id est* terram subire) deducunt; quos posteriores apertiore vocabulo Troglodytas appellaverunt. Sunt autem il Arabes qui ad alterum latus sinus Arabici vergunt, quod est ad Ægyptum et Æthiopiam. Horum meminisse poetam probabile est, et dixisse, ad eos Menelaum pervenisse, quomodo etiam ad Æthiopes (nam hi quoque Thebaidi sunt vicini), non negotiatonis aut quæstus causa nominatos, qui multus esse non potuit, sed ob longitudinem peregrinationis et gloriationem.

86.

Sed major quæstio de Erembis est, an Troglodytæ intelligi debeant (quod vi originis vocabuli quidam pervincere volunt, inde Erembos dici autumantes, quod ἔραν ἐμβαίνουσι, *terram subeant*), an Arabes. Ac noster Zeno sic scripturam mutat :

καὶ Σιδονίους Ἀραβάς τε

Probabilius vero Posidonius lenissima mutatione scribit :

καὶ Σιδονίους καὶ Ἀρεμβούς,

ita ut poeta qui nunc Arabes dicuntur appellet *Arembos*, quemadmodum etiam ab aliis ex ejus sententia appellentur. Dicit autem has tres nationes continenter inter se positas suam invicem cognationem ostendere etiam eo, quod affinia habeant nomina : Armenios scilicet, Arabes et Arembos. Et quemadmodum existimandum sit, unam gentem in tres esse divisam, pro climatum diversitatibus magis magisque immutatam, sic et nominibus pluribus uti pro uno. Neque vero audiendi sunt qui Ἐρεμνοὺς (*nigros*) scribunt; id enim magis Æthiopibus convenit. Nominat etiam *Arimos* Homerus; quos Posidonius docet esse accipiendos, non locum aliquem Syriæ vel Ciliciæ vel alius terræ, sed Syriam ipsam. Aramæi enim sunt, qui in ea habitant, quos facile Græci Arimæos vel Arimos vocare poterant. Nominum enim permutationes permultæ sunt, præsertim barbarorum, quemadmodum Dariacen Darium, Pharzirim Parysatim, Atargatam Atharam dixerunt, quam posteriorem Ctesias Derceto vocavit.

88.

Dictum est quam fuerit Eratosthenes ignarus occiduarum et septentrionalium Europæ partium. Verum huic quidem et Dicæarcho danda est venia, qui loca ista non inspexerunt; sed Polybio et Posidonio quis ignoscat?

89.

Strabo XI, p. 491 sq. (Strabo Asiæ partem eam quæ περὶ τὸν Τάναϊν est, ita descripsit, ut eam peninsulam efformaret, quæ Tanai fluvio, Palude Mæotica et Ponto Euxino, mari Caspio et Oceano circumdaretur : adeo ut pars meridionalis isthmi instar esset, Colchicum inter et Caspium mare) :

Ποσειδώνιος δὲ χιλίων πενταχοσίων εἴρηκε τὸν ἰσθμὸν, ὅσον καὶ τὸν ἀπὸ Πηλουσίου ἰσθμὸν ἐς τὴν Ἐρυθράν· « Δοκῶ δὲ, φησὶ, μὴ πολὺ διαφέρειν μηδὲ τὸν ἀπὸ τῆς Μαιώτιδος εἰς τὸν Ὠκεανόν. » Οὐκ οἶδα δὲ πῶς ἄν τις περὶ τῶν ἀδήλων αὐτῷ πιστεύσειε, μηδὲν εἰκὸς ἔχοντι εἰπεῖν περὶ αὐτῶν, ὅταν περὶ τῶν φανερῶν οὕτω παραλόγως λέγῃ· καὶ ταῦτα φίλος Πομπηίῳ γεγονὼς τῷ στρατεύσαντι ἐπὶ τοὺς Ἴβηρας καὶ τοὺς Ἀλβανοὺς μέχρι τῆς ἑφ' ἑκάτερα θαλάττης, τῆς τε Κασπίας καὶ τῆς Κολχικῆς. Φασὶ γοῦν ἐν Ῥόδῳ γενόμενον τὸν Πομπήιον, ἡνίκα ἐπὶ τὸν λῃστρικὸν πόλεμον ἐξῆλθεν (αὖθις δ' ἔμελλε καὶ ἐπὶ Μιθριδάτην ὁρμήσειν καὶ τὰ μέχρι τῆς Κασπίας ἔθνη), παρατυχεῖν διαλεγομένῳ τῷ Ποσειδωνίῳ· ἀπιόντα δ' ἐρέσθαι, εἴ τι προστάττοι· τὸν δ' εἰπεῖν,

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Προστίθει δὲ τούτοις, ὅτι καὶ τὴν ἱστορίαν συνέγραψεν τὴν περὶ αὐτόν.

Cf. Strabo XVII, p. 803 : Ὁ δὲ μεταξὺ ἰσθμὸς τοῦ Πηλουσίου καὶ τοῦ μυχοῦ τοῦ καθ' Ἡρώων πόλιν, ἐνναχοσίων μέν ἐστι σταδίων, ὡς δὲ Ποσειδώνιός φησιν, ἐλάττων ἢ χιλίων καὶ πενταχοσίων.

90.

Schol. Apoll. Rhod. II, 677 : Ὑπερβορείους μὴ εἶναι τελέως φησὶν Ἡρόδοτος... Ποσειδώνιος δ' εἶναί φησι τοὺς Ὑπερβορείους, κατοικεῖν δὲ περὶ τὰς Ἄλπεις τῆς Ἰταλίας. Cf. Müller. *Dor.* I, p. 277.

91.

Strabo VII, p. 295 : Καὶ Ὅμηρον δὲ ὀρθῶς εἰκάζειν μοι δοκεῖ Ποσειδώνιος τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ Μυσοὺς κατονομάζειν (λέγω δὲ τοὺς ἐν τῇ Θρᾴκῃ) ὅταν φῇ·

αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινὼ,
νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος αἶαν
Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων.

Ἐπεὶ εἴ γε τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Μυσοὺς ἔχοιτό τις, ἀπηρτημένος ἂν εἴη ὁ λόγος. Τὸ γὰρ ἀπὸ τῶν Τρώων τρέψαντα τὴν ὄρασιν ἐπὶ τὴν Θρᾳκῶν γῆν, συγκαταλέγειν ταύτῃ τὴν τῶν Μυσῶν, τῶν οὐ νόσφιν ὄντων, ἀλλ' ὁμόρων τῇ Τρωάδι, καὶ ὄπισθεν αὐτῆς ἱδρυμένων, καὶ ἑκατέρωθεν, διειργομένων δ' ἀπὸ τῆς Θρᾴκης πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ, συγχέοντος ἂν εἴη τὰς ἠπείρους, καὶ ἅμα τῆς φράσεως οὐκ ἀκούοντος. Τὸ γὰρ πάλιν τρέπειν, μάλιστα μέν ἐστιν εἰς τοὐπίσω· ὁ δ' ἀπὸ τῶν Τρώων μεταφέρων τὴν ὄψιν, ἐπὶ τοὺς ἢ ὄπισθεν αὐτῶν ἢ ἐκ πλαγίων ὄντας, προσωτέρω μὲν μεταφέρει, εἰς τοὐπίσω δ' οὐ πάνυ. Καὶ τὸ ἐπιφερόμενον δ' αὖ τοῦτο μαρτύριον, ὅτι τοὺς Ἱππημολγοὺς καὶ Γαλακτοφάγους καὶ Ἀβίους συνῆψεν αὐτοῖς, οἵπερ εἰσὶν οἱ ἁμάξοικοι Σκύθαι καὶ Σαρμάται. Καὶ γὰρ νῦν ἀναμέμικται ταῦτα τὰ ἔθνη τοῖς Θρᾳξὶ καὶ τὰ Βασταρνικὰ, μᾶλλον μὲν τοῖς ἐκτὸς Ἴστρου, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐντός. Τούτοις δὲ καὶ

89.

Posidonius isthmum stadia mille quingenta latum facit, quantum hunc quoque, qui a Pelusio ad Rubrum est mare. « Neque multum puto (ait) ab his differre eum qui a Mæotide est ad Oceanum usque. » Ceterum haud scio, quomodo ei fidem quisquam possit habere de rebus obscuris dicenti, ubi nullam habet quam sequatur probabilitatem, quando tam aliena a ratione pronuntiat de rebus manifestis, quum Pompeii amicus fuerit, qui exercitum in Iberos Albanosque duxit, ad utrumque usque mare, Caspium ac Colchicum. Etenim Pompeium aiunt Rhodum venisse, quo tempore ad bellum Piraticum proficiscebatur, mox adversus Mithridatem ducturus et gentes ad Caspium usque mare sitas, ibique Posidonium disserentem compellasse, inque suo discessu interrogasse, ecquid mandaret; illum autem jussisse :

Rem gerere excelse atque aliis præstare memento.

Adde his, quod etiam historiam rerum ejus gestarum conscripsit. Itaque oportebat eum veri majorem habere rationem.

90.

Hyperboreos omnino non esse Herodotus ait, Posidonius autem revera esse eos et ad Alpes Italiæ habitare dicit.

91.

Posidonii comprobo conjecturam, qui Europæos, id est Thraces Mysos ab Homero (Il. 13, 5) nominari judicat his verbis :

Partem in diversam rursum sua lumina torsit,
Thraces equûm domitores, cominus atque potentes
pugna respiciens Mysos.

Nam si quis Asiæ populum Mysos intelligat, incongruus erit sermo. Qui enim dicens Jovem a Troja visum avertentem in Thracum terram, cum his comprehendat Mysos non in remota parte sitos, sed confines Troadi, et post eam incolentes atque ab utroque latere, a Thracia autem toto divisos Hellesponto : is et terræ continentes partes diversas confuderit, neque Homeri verba intellexerit. Nam *rursum* oculos convertere, id maxime est retrorsum avertere : qui autem a Trojanis visum transferret in eos qui vel post eos vel a latere siti sunt, is proferret quidem, non autem retro visum averteret. Huc facit et ipsum testimonium quod adducitur, quod Mysis adjungit Hippomolgos, Galactophagos et Abios, qui sunt in vehiculis habitantes Scythæ et Sarmatæ. Nam etiamnum permixtæ sunt istæ et Bastarnicæ gentes Thracibus, magis quidem iis qui extra, sed et iis qui intra Istrum accolunt; iisdemque etiam Cel-

τὰ Κελτικά, οἵ τε Βόϊοι καὶ Σκορδίσκοι καὶ Ταυρίσκοι. Τοὺς δὲ Σκορδίσκους ἔνιοι Σκορδίστας καλοῦσι· καὶ τοὺς Ταυρίσκους δὲ Λιγυρίσκους (? Τευρίσκους mgo cod. A.) καὶ Ταυρίστας φασί.

Λέγει δὲ τοὺς Μυσοὺς ὁ Ποσειδώνιος καὶ ἐμψύχων ἀπέχεσθαι κατ' εὐσέβειαν, διὰ δὲ τοῦτο καὶ θρεμμάτων· μέλιτι δὲ χρῆσθαι καὶ γάλακτι καὶ τυρῷ, ζῶντας καθ' ἡσυχίαν· διὰ δὲ τοῦτο καλεῖσθαι θεοσεβεῖς τε καὶ καπνοβάτας· εἶναι δέ τινας τῶν Θρᾳκῶν, οἳ χωρὶς γυναικὸς ζῶσιν, οὓς Κτίστας καλεῖσθαι, ἀνιερῶσθαί τε διὰ τιμὴν καὶ μετὰ ἀδείας ζῆν· τούτους δὴ συλλήβδην ἅπαντας τὸν ποιητὴν εἰπεῖν

ἀγανοὺς ἱππημολγούς,
Γλακτοφάγους Ἀβίους τε, δικαιοτάτους ἀνθρώπους.

Ἀβίους δὲ προσαγορεύειν μάλιστα, ὅτι χωρὶς γυναικῶν· ἡγούμενος ἡμιτελῆ τινα βίον τὸν χῆρον, καθάπερ καὶ τὸν οἶκον ἡμιτελῆ τὸν Πρωτεσιλάου, διότι χῆρος· ἀγχεμάχους δὲ τοὺς Μυσοὺς, ὅτι ἀπόρθητοι, καθὰ οἱ ἀγαθοὶ πολεμισταί· δεῖν δὲ ἐν τῷ δεκάτῳ (l. ἐν τῷ ιγ') ἐγγράφειν ἀντὶ τοῦ Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων [Μοισῶν τ' ἀγχεμάχων]. Cf. Strabo VII, p. 300, ubi iterum de his Posidonii mentionem injicit.

Jam denique ea subjicimus, quæ quamvis Strabo fragm. 68 non attigerit, tamen propter rerum narratarum argumenta libris De Oceano vindicanda esse apparet.

93.

Strabo I, p. 6: Ἵππαρχος δ' οὐ πιθανός ἐστιν ἀντιλέγων τῇ δόξῃ ταύτῃ, ὡς οὔθ' ὁμοιοπαθοῦντος τοῦ ὠκεανοῦ παντελῶς, οὔτ', εἰ δοθείη τοῦτο, ἀκολουθοῦντος αὐτῷ τοῦ σύρρουν εἶναι πᾶν τὸ κύκλῳ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικὸν, πρὸς τὸ μὴ ὁμοιοπαθεῖν μάρτυρι χρώμενος Σελεύκῳ τῷ Βαβυλωνίῳ. Ἡμεῖς δὲ τὸν μὲν πλείω λόγον περὶ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῶν πλημμυρίδων εἰς Ποσειδώνιον ἀναβαλλόμεθα καὶ Ἀθηνόδωρον, ἱκανῶς διακρατήσαντας * τὸν περὶ τούτων λόγον· πρὸς δὲ τὰ νῦν ἐπὶ τοσοῦτον λέγομεν, ὅτι πρός τε τὴν ὁμοιοπάθειαν οὕτω βέλτιον νομίσαι· τά τε οὐράνια συνέχοιτ' ἂν κρεῖττον ταῖς ἐντεῦθεν ἀναθυμιάσεσιν, εἰ πλεῖον εἴη τὸ ὑγρὸν περιχεόμενον.

Idem I, p. 55: Περὶ μὲν οὖν τῶν πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων εἰρήκασιν ἱκανῶς Ποσειδώνιος καὶ Ἀθηνόδωρος.

94.

Strabo I, p. 4 (Maris accessus et recessus Homero cognitos fuisse demonstratur): Ποσειδώνιος δὲ καὶ ἐκ τοῦ σκοπέλους λέγειν (sc. Ὅμηρον) τοτὲ μὲν καλυπτομένους, τοτὲ δὲ γυμνουμένους, καὶ ἐκ τοῦ ποταμὸν φάναι τὸν ὠκεανὸν εἰκάζει τὸ ῥοῶδες αὐτοῦ τὸ περὶ τὰς πλημμυρίδας ἐμφανίζεσθαι. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον εὖ, τὸ δὲ δεύτερον οὐκ ἔχει λόγον· οὔτε γὰρ ποταμίῳ ῥεύματι ἔοικεν ἡ τῆς πλημμυρίδος ἐπίβασις· πολὺ δὲ μᾶλλον ἡ ἀναχώρησις οὐ τοιαύτη. Vid. Hom. Od. μ, 237 sqq.; Il. ξ, 245 sqq.

95.

Strabo I, p. 172: Φησὶ δὲ ὁ Πολύβιος χρήνην ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Γαδείροις εἶναι, βαθμῶν ὀλίγων κατάβασιν ἔχουσαν εἰς τὸ ὕδωρ πότιμον, ἣν ταῖς παλιρ-

---

ticæ, Boii, Scordisci, Taurisci. Scordiscos quidam Scordistas appellant, Tauriscis Liguriscorum et Tauristarum nomen tribuunt.

Idem Posidonius ait, Mysos pietatis ergo quum animatis, tum eapropter etiam pecudibus abstinere; vitam degere otiosam, melle et lacte et caseo nutritos; ideoque eos et deûm cultores nominari et Capnobatas (?); esse etiam quosdam Thraces, qui absque mulieribus vivant, eosque Ctistas (*Conditores*) vocari, et sacros honoris causa haberi, securosque vivere. Hos universos Homerum summatim sic extulisse:

mulctores claros respexit equorum,
Lactivoros Abiosque: hominum gens justior illis
nulla alia est.

Abios autem dicere præcipue, quia uxoribus careant, viduam vitam quasi dimidia sui dumtaxat parte constantem censens, ut et Protesilai domum, eo exstincto viduatam, *semiperfectam* vocat; et *cominus pugnantes* Mysos, quod boni sint bellatores, neque agi ac ferri sua patiantur. Idemque in Iliadis libro decimo tertio pro Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων scribi vult Μοισῶν τ' ἀγχεμάχων.

93.

Neque fidem meretur Hipparchus, qui eo hanc sententiam impugnat, quod neque ubique eadem prorsus Oceano accidant, neque, si hoc detur, inde efficiatur Atlanticum mare in se refluere atque in orbem redire, et qui Seleuci Babylonii testimonio probare studet, non eadem Oceano ubique accidere. Nos vero majorem quæstionis partem de Oceano et æstu ad Posidonium atque Athenodorum rejicimus, qui de his satis copiose disputaverunt. In præsentia id modo dicimus: et accidentium similitudini nostram sententiam melius respondere et cœlestia evaporationibus inde surgentibus melius fere ali, si humor copiosior circumfundatur.

94.

Posidonius vehementiorem affluxum augescentis maris eo etiam innuisse Homerum putat, quod scopulos memoravit modo occultatos, modo detectos, et quod fluvii nomine Oceanum affecit (*Il.* Ξ, 245 *al.*): quorum prius rectum est, posterius nihil habet rationis. Nam neque incremento maris aqua ita accedit, ut cursui fluminis ea accessio sit similis: et recessio adhuc etiam magis ei dissimilis est.

95.

Scribit Polybius esse Gadibus in templo Herculis fontem ad cujus aquas potui aptas paucorum sit graduum descensus, qui ad æstus maris contrario plane affi-

ροίαις τῆς θαλάττης ἀντιπαθεῖν, κατὰ μὲν τὰς πλήμας ἐκλείπουσαν, κατὰ δὲ τὰς ἀμπώτεις πληρουμένην. Αἰτιᾶται δ' ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐκπῖπτον, καλυφθείσης μὲν αὐτῆς ὑπὸ τοῦ κύματος κατὰ τὰς ἐπιβάσεις τῆς θαλάττης, εἴργεται τῶν οἰκείων τοιούτων ἐξόδων, ἀναστρέψαν δὲ εἰς τὸ ἐντὸς ἐμφράττει τοὺς τῆς πηγῆς πόρους καὶ ποιεῖ λειψυδρίαν, γυμνωθείσης δὲ πάλιν, εὐθυπορῆσαν ἐλευθεροῖ τὰς φλέβας τῆς πηγῆς, ὥστ' ἀναβλύειν εὐπόρως. Ἀρτεμίδωρος δὲ ἀντειπὼν τούτῳ καὶ ἅμα παρ' αὐτοῦ τινα θεὶς αἰτίαν, μνησθεὶς δὲ καὶ τῆς Σιλανοῦ δόξης τοῦ συγγραφέως, οὗ μοι δοκεῖ μνήμης ἄξια εἰπεῖν, ὡς ἂν ἰδιώτης περὶ ταῦτα καὶ αὐτὸς καὶ Σιλανός. Ποσειδώνιος δὲ ψευδῆ λέγων τὴν ἱστορίαν εἶναι ταύτην δύο φησὶ εἶναι φρέατα ἐν τῷ Ἡρακλείῳ καὶ τρίτον ἐν τῇ πόλει· τῶν δ' ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τὸ μὲν μικρότερον ὑδρευομένων συνεχῶς αὐθωρὸν καὶ ἐκλείπειν, καὶ διαλειπόντων τῆς ὑδρείας πληροῦσθαι πάλιν· τὸ δὲ μεῖζον ὅ' ὅλης τῆς ἡμέρας τὴν ὑδρείαν ἔχον, μειούμενον μέντοι, καθάπερ καὶ τἆλλα φρέατα πάντα, νύκτωρ πληροῦσθαι, μηκέτι ὑδρευομένων· ἐπειδὴ δὲ συμπίπτει κατὰ τὸν τῆς συμπληρώσεως καιρὸν ἡ ἄμπωτις πολλάκις, πεπιστεῦσθαι κενῶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων τὴν ἀντιπάθειαν. Ὅτι μὲν οὖν ἡ ἱστορία πεπίστευται, καὶ οὗτος εἴρηκε, καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς παραδόξοις θρυλουμένην παρειλήφαμεν κτλ.

Οὐκ οἶδα δὲ πῶς κατ' ἄλλα δεινοὺς ἀποφαίνων ὁ Ποσειδώνιος τοὺς Φοίνικας, ἐνταῦθα μωρίαν μᾶλλον ἢ ὀριμύτητα αὐτῶν κατέγνωκεν. Ἡμέρα μὲν γὰρ καὶ νὺξ τῇ τοῦ ἡλίου περιφορᾷ μετρεῖται, τοτὲ μὲν ὑπὸ γῆς ὄντος, τοτὲ δὲ ὑπὲρ γῆς φαινομένου· φησὶ δὲ τὴν τοῦ ὠκεανοῦ κίνησιν ὑπέχειν ἀστροειδῆ περίοδον, τὴν μὲν ἡμερήσιον ἀποδιδοῦσαν, τὴν δὲ μηνιαίαν, τὴν δ' ἐνιαυσιαίαν συμπαθῶς τῇ σελήνῃ. Ὅταν γὰρ αὕτη ζῳδίου μέγεθος ὑπερέχῃ τοῦ ὁρίζοντος, ἄρχεσθαι διοιδεῖν τὴν θάλατταν καὶ ἐπιβαίνειν τῆς γῆς αἰσθητῶς μέχρι μεσουρανήσεως· ἐκκλίναντος δὲ τοῦ ἄστρου, πάλιν ἀναχωρεῖν τὸ πέλαγος κατ' ὀλίγον, ἕως ἂν ζῳδίου ὑπερέχῃ τῆς δύσεως ἡ σελήνη· εἶτα μένειν τοσοῦτον ἐν τῇ αὐτῇ καταστάσει χρόνον, ὅσον ἡ σελήνη συνάπτει πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν, καὶ ἔτι μᾶλλον τοσοῦτον, ὅσον κινηθεῖσα ὑπὸ γῆς ζῳδίου ἀπόσχοι ἂν τοῦ ὁρίζοντος· εἶτ' ἐπιβαίνειν πάλιν ἕως τοῦ ὑπὸ γῆν μεσουρανήματος· εἶτ' ἀναχωρεῖν, ἕως ἂν πρὸς τὰς ἀνατολὰς περιχωρήσασα ἡ σελήνη ζῳδίου τοῦ ὁρίζοντος ἀπόσχῃ· μένειν δὲ, μέχρις ἂν ζῳδίου ὑπὲρ γῆς μετεωρισθῇ, καὶ πάλιν ἐπιβαίνειν. Ταύτην μὲν εἶναι λέγει τὴν ἡμερήσιον περίοδον· τὴν δὲ μηνιαίαν, ὅτι μέγισται μὲν αἱ παλίρροιαι γίγνονται περὶ τὰς συνόδους, εἶτα μειοῦνται μέχρι διχοτόμου· πάλιν δ' αὔξονται μέχρι πανσελήνου, καὶ μειοῦνται πάλιν ἕως διχοτόμου φθινάδος· εἶθ' ἕως τῶν συνόδων αἱ αὐξήσεις· πλεονάζειν δὲ καὶ χρόνῳ καὶ τάχει τὰς αὐξήσεις. Τὰς δ' ἐνιαυσίας παρὰ τῶν ἐν Γαδείροις πυθέσθαι φησὶ, λεγόντων ὡς κατὰ θερινὰς τροπὰς μάλιστα αὔξοιντο καὶ αἱ ἀναχωρήσεις καὶ αἱ ἐπιβάσεις. Εἰκάζει δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν τροπῶν μειοῦσθαι μὲν ἕως ἰσημερίας, αὔξεσθαι δὲ ἕως χειμερινῶν τροπῶν· εἶτα μειοῦσθαι μέχρι ἐαρινῆς ἰσημερίας· εἶτ' αὔξεσθαι μέχρι

---

ciatur modo, quum sub exundationem maris deficiat, et defluente eo impleatur. Causam rei confert in ventum qui e profundo in superficiem terræ effertur: qua superficie sub maris affluxu ab aquis occupata, ventum, quum suis exitibus solitis privetur, introrsum reverti, obstructisque fontis meatibus aquas intercludere, rursumque denudata aquis superficie, recta exeuntem venas fontis liberare obstructione, atque ita tum aquam copiose ebullire. Artemidorus autem dum hujus sententiam vult refellere, aliamque a se causam profert, facta simul sententiæ Silani historici mentione, indigna relatu mihi videtur dicere: quippe quum et ipse et Silanus harum fuerint rerum rudes. At Posidonius falsitatis hanc narrationem damnans, duos ait in Herculis templo esse puteos, et in urbe tertium: eorum qui sunt ad Herculis, minorem, quum continenter ex eo aqua hauriatur, ea ipsa hora siccari, rursumque impleri, ubi desitum fuerit aquari: majorem totius diei aquationi sufficere; minui quidem ipsum quoque more aliorum puteorum, aquatione autem noctu cessante repleri: et quum in repletionis tempus incidat non raro maris defluxus, creditam esse ab incolis illam contrarietatem affectionis, inaniter. Historiæ quidem huic fidem adhibitam fuisse quum ille ait, tum nos in divulgatis rerum inusitatarum narrationibus traditum reperimus.

Nescio autem qui factum sit ut Posidonius, in ceteris rebus acumen ingenii Phœnicibus tribuens, magis hoc loco eos fatuos quam subtiles judicet. Solis conversionem die ac nocte metimur, partem supra, partem infra terram eo exigente. Jam ille tradit oceani motum imitari conversionem cœlestem, esseque æstum maris alium diurnum, alium annuum, ad lunam certo modo affecti. Quum luna enim unius signi spatio supra horizontem elevatur, tum intumescere mare et in terram effluere (quod etiam sensus possit percipere), idque usque dum ad medium cœli luna perveniat. Inde declinante astro, paulatim mare abscedere, dum uno tantum signo ab occasu absit luna: tum consistere ipsum tanto tempore quanto luna ad ipsum occasum perrexerit, item tanto quanto infra terram sub horizontem unius signi quantitate descenderit: exinde rursum increscere, donec ad medium cœli infra terram luna appulerit: postea iterum recedere, usque dum versus ortum progressa luna signo uno horizontem se habeat altiorem: tum eodem statu manere, donec ea signo uno horizontem superet altitudine: exinde rursum in terram exire. Hunc ergo ait ille maris esse diurnum circuitum. Menstruum porro, quod maximi refluxus contingunt circa novilunium, deinde dum æqua portione divisa videatur luna, minui: hinc rursum usque ad plenilunium augeri, et minui exinde, usque dum diminuta lumine dimidium lucidum ostendat; postea rursum ad coitum usque crescere: ea autem incrementa et tempore et celeritate sese superare. Annuas denique maris vices se a Gaditanis auditu cognovisse ait: ita enim illos tradere, circa æstivum solstitium recessus accessusque maris maxime augeri; se vero conjecturam facere, eosdem

θερινῶν τροπῶν. Τῶν δὲ περιόδων τούτων οὐσῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα, τὸν συνάμφω χρόνον δὶς μὲν ἐπιβαινούσης τῆς θαλάττης, δὶς δὲ ἀναχωρούσης, τεταγμένως δὲ καὶ τῷ ἡμερησίῳ χρόνῳ καὶ τῷ νυκτερινῷ, πῶς οἷόντε πολλάκις μὲν συμβαίνειν κατὰ τὰς ἀμπώτεις τὴν πλήρωσιν τοῦ φρέατος, μὴ πολλάκις δὲ τὴν λειψυδρίαν; ἢ πολλάκις μέν, μὴ ἰσάκις δέ; ἢ καὶ ἰσάκις δὲ, τοὺς δὲ Γαδειρίτας ταῦτα μὲν μὴ ἱκανοὺς γενέσθαι τηρῆσαι τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, τὰς δ' ἐνιαυσίους περιόδους ἐκ τῶν ἅπαξ συμβαινόντων κατ' ἔτος τηρῆσαι; (τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα). Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε πιστεύει αὐτοῖς, δῆλον ἐξ ὧν καὶ προσεικάζει γίνεσθαι τὰς μειώσεις καὶ πάλιν αὐξήσεις ἀπὸ τροπῶν ἐπὶ τροπάς τε ἑτέρας κἀκεῖθεν πάλιν ἐπανόδους. Καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο εἰκὸς, ὅτι τηρητικοὶ ὄντες τὰ μὲν συμβαίνοντα οὐκ εἶδον, τοῖς δὲ μὴ συμβαίνουσιν ἐπίστευσαν.

Φησὶ δ' οὖν Σέλευκον τὸν ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης καὶ ἀνωμαλίαν τινὰ ἐν τούτοις καὶ ὁμαλότητα λέγειν κατὰ τὰς τῶν ζῳδίων διαφοράς· ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἰσημερινοῖς ζῳδίοις τῆς σελήνης οὔσης ὁμαλίζειν τὰ πάθη, ἐν δὲ τοῖς τροπικοῖς ἀνωμαλίαν εἶναι καὶ πλήθει καὶ τάχει, τῶν δ' ἄλλων ἑκάστου κατὰ τοὺς συνεγγισμοὺς εἶναι τὴν ἀναλογίαν. Αὐτὸς δὲ κατὰ τὰς θερινὰς τροπὰς περὶ τὴν πανσέληνόν φησιν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ γενόμενος τῷ ἐν Γαδείροις πλείους ἡμέρας μὴ δύνασθαι συνεῖναι τὰς ἐνιαυσίους διαφοράς. Περὶ μέντοι τὴν σύνοδον ἐκείνου τοῦ μηνὸς τηρῆσαι μεγάλην παραλλαγὴν ἐν Ἰλίπᾳ τῆς τοῦ Βαίτιος ἀνακοπῆς παρὰ τὰς ἐμπροσθεν, ἐν αἷς οὐδὲ ἕως ἡμίσους τὰς ὄχθας ἔβρεχε· τότε δ' ὑπερχεῖσθαι τὸ ὕδωρ, ὥσθ' ὑδρεύεσθαι τοὺς στρατιώτας αὐτόθι (διέχει δ' Ἰλίπα τῆς θαλάττης περὶ ἑπτακοσίους σταδίους)· τῶν δ' ἐπὶ θαλάττῃ πεδίων καὶ ἐπὶ τριάκοντα σταδίους εἰς βάθος καλυπτομένων ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος, ὥστε καὶ νήσους ἀπολαμβάνεσθαι, τὸ τῆς κρηπῖδος ὕψος τῆς τε τοῦ νεὼ τοῦ ἐν τῷ Ἡρακλείῳ καὶ τῆς τοῦ χώματος, ὃ τοῦ λιμένος πρόκειται τοῦ ἐν Γαδείροις, οὐδ' ἐπὶ δέκα πήχεις καλυπτόμενον ἀναμετρῆσαί φησι· κἂν προσθῇ δέ τις τὸ διπλάσιον τούτου κατὰ τὰς γενομένας ποτὲ παραυξήσεις, [οὐδ'] οὕτω παρασχεῖν ἂν τὴν ἔμφασιν, ἣν ἐν τοῖς πεδίοις παρέχεται τὸ μέγεθος τῆς πλημμυρίδος. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ πάθος κοινὸν ἱστορεῖται κατὰ πᾶσαν τὴν κύκλῳ παρωκεανῖτιν, τὸ δὲ τοῦ Ἴβηρος ποταμοῦ καινὸν καὶ ἴδιόν φησιν οὗτος· πλημμυρεῖν γὰρ ἔσθ' ὅπου (τε) καὶ χωρὶς ὄμβρων καὶ χιόνων, ἐπειδὰν τὰ βόρεια πνεύματα πλεονάσῃ, αἰτίαν δ' εἶναι τὴν λίμνην, δι' ἧς ῥεῖ· συνεκβάλλεσθαι γὰρ τὸ λιμναῖον ὑπὸ τῶν ἀνέμων.

Ἱστορεῖ δὲ καὶ δένδρον ἐν Γαδείροις ὄζους ἔχον καμπτομένους εἰς ἔδαφος, πολλάκις δὲ φύλλα ξιφοειδῆ πηχυαῖα τὸ μῆκος, πλάτος δὲ τετραδάκτυλα. Περὶ δὲ Νέαν Καρχηδόνα δένδρον ἐξ ἀκάνθης φλοιὸν ἀφιέναι, ἐξ οὗ ὑφάσματα γίνεται κάλλιστα. Τῷ μὲν οὖν ἐν Γαδείροις καὶ ἡμεῖς οἴδαμεν ὅμοιον ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν τῶν κλάδων κατάκαμψιν, τοῖς δὲ φύλλοις ἀνόμοιον, οὐδὲ καρπὸν ἔχον· τοῦτο δ' ἔχειν φησί. Τὰ δ' ἀκάνθινα ὑφαίνεται καὶ ἐν Καππαδοκίᾳ, φέρει δ' οὐ(δὲν) δέν-

---

a solstitio illo ad æquinoctium usque diminui, rursumque ad brumam usque accrescere; ab hac usque ad vernum æquinoctium decrescere, porroque augescere usque ad æstivum solstitium. Hæ maris vices quum quovis die et nocte quavis eveniant, bis per utrumque tempus mari se efferente, et bis subsidente, idque certo ordine et interdiu et noctu: quomodo fieri potest ut impletio putei sæpe eveniat sub refluxum maris, non sæpe autem exinanitio? aut sæpe quidem, sed non toties? vel etiam toties quidem, Gaditanos autem non satis valere mente, ut observent quæ fiant quotidie, nihilominus tamen annuas vicissitudines ex eo deprehendere, quod semel fit toto anno? Atqui fidem eum ipsis adhibere ex eo constat, quod ipse conjecturam addit de decrementis et sequentibus incrementis fluxuum a solstitiis ad solstitia, et de recursu qui hic fiat eadem via. At ne hoc quidem consentaneum est, homines istos observandi studiosos ea quæ eveniunt non animadvertisse, credidisse iis quæ non fierent.

Refert etiam Seleucum cum qui a Rubro mari oriundus fuit, in his æqualitatem inæqualitatemque statuere aliquam pro signorum cœlestium ratione: nam luna in æquinoctialibus signis hærente, æquabiliter illos æstus fieri; in solstitialibus autem et quantitate et celeritate inæquali; eamque inæqualitatem in reliquis signis locum habere pro eo atque unumquodvis eorum ad dicta propius accedit. Ipse autem se memorat Gadibus in Herculis templo fuisse sub ipsum æstivum solstitium, in plenilunio per aliquammultos dies, neque tamen anniversarias istas mutationes potuisse deprehendere; sed circa ejus mensis novilunium magnam se in Bætis fluvii apud Ilipam repercussione notasse diversitatem: qui quum ante ne ad dimidium quidem usque ripam madefaceret, tunc ita fuerit effusus, ut ibi aquarentur milites (abest autem Ilipa a mari circiter septingenta stadia); et dum campestria mari propinqua etiam usque triginta stadia in altum fuerint aquarum exæstuatione tecta, ita ut insularum modo mari quædam ambirentur, altitudinem fundamenti, cui fanum Herculis insistit et ipse agger qui portui Gaditano præpositus est, ne ad decem quidem cubitos fuisse occultatam, quos ipse sit permensus: quodsi quis etiam duplum hujus addat, secundum incrementa tunc facta, ne sic quidem posse indicium præberi ejus magnitudinis, quam in campis exundatio facit. Atque hoc quidem traditur evenire communiter toti oræ oceano adjacentis circulo: novum autem et peculiare hoc ille de Ibero fluvio refert, eum aliquando exundare nullis imbribus aut nivibus causam præbentibus, quum boreæ frequentes fiant: in causa esse paludem, per quam fluit: nam a ventis aquam palustrem una extorqueri.

Narrat etiam arborem esse Gadibus, cujus rami ad solum sint deflexi, folia frequenter cubitalia longitudine, quattuor lata digitos, forma gladii: et apud Novam Carthaginem arborem esse quæ e spina corticem emittat, unde telæ pulcherrimæ conficiantur. Nos sane, quod ad ramorum deorsum inflexionem attinet, Gaditanæ arboris similem in Ægypto novimus, foliis tamen dissimilem et fructu (facit enim ille suam frugiferam) carentem. E spinis autem texturæ fiunt

δρον τὴν ἄκανθαν, ἐξ ἧς ὁ φλοιὸς, ἀλλὰ χαμαίζηλος ἡ βοτάνη. Τῷ δὲ δένδρῳ τῷ ἐν Γαδείροις καὶ τοῦτο προσιστόρηται, ὅτι κλάδου μὲν ἀποκλωμένου γάλα ῥεῖ, ῥίζης δὲ τεμνομένης μιλτῶδες ὑγρὸν ἀναφέρεται.

96.

Strabo III, p. 170 : De Herculis Columnis alii statuunt aliter. Δικαίαρχος δὲ καὶ Ἐρατοσθένης καὶ Πολύβιος καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων περὶ τὸν πορθμὸν ἀποφαίνουσι τὰς Στήλας. Οἱ δὲ Ἴβηρες καὶ Λίβυες ἐν Γαδείροις εἶναί φασιν· οὐδὲν γὰρ ἐοικέναι στήλαις τὰ περὶ τὸν πορθμόν. Οἱ δὲ τὰς ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Γαδείροις χαλκᾶς ὀκταπήχεις, ἐν αἷς ἀναγέγραπται τὸ ἀνάλωμα τῆς κατασκευῆς τοῦ ἱεροῦ, ταύτας λέγεσθαί φασιν· ἐφ' ἃς ἐρχόμενοι οἱ τελέσαντες τὸν πλοῦν καὶ θύοντες τῷ Ἡρακλεῖ, διαβοηθῆναι παρεσκεύασαν, ὡς τοῦτ' εἶναι καὶ γῆς καὶ θαλάττης τὸ πέρας. Τοῦτον δ' εἶναι πιθανώτατον καὶ Ποσειδώνιος ἡγεῖται τὸν λόγον· τὸν δὲ χρησμὸν καὶ τοὺς πολλοὺς ἀποστόλους, ψεῦσμα Φοινικικόν. Intellige oraculum, quod Tyrios jusserit ad Herculis columnas deducere coloniam. Verba τοὺς πολλοὺς ἀποστόλους ad narrationem referenda, ex qua ter colonos Tyrii emiserint, antequam Gades urbem et fanum Herculis condi contigerit. Vid. Strabo p. 169 sq.

97.

Strabo III, p. 138 : Quæ contra Ephorum, ut qui de Herculis ara in Sacro Iberiæ promontorio exstructa mendacia retulerit, Artemidorus disputat, ea quidem recte se habere videntur : Ἃ δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ χυδαίοις ὁμοίως εἴρηκεν, οὐ πάνυ. Λέγειν γὰρ δή φησι Ποσειδώνιος τοὺς πολλοὺς, μείζω δύνειν τὸν ἥλιον ἐν τῇ παρωκεανίτιδι [καὶ] μετὰ ψόφου παραπλησίως ὡσανεὶ σίζοντος τοῦ πελάγους κατὰ σβέσιν αὐτοῦ διὰ τὸ ἐμπίπτειν εἰς τὸν βυθόν. Ψεῦδος δ' εἶναι καὶ τοῦτο καὶ τὸ παραχρῆμα νύκτα ἀκολουθεῖν μετὰ τὴν δύσιν· οὐ γὰρ παραχρῆμα, μικρὸν δ' ὕστερον, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πελάγεσι τοῖς μεγάλοις. Ὅπου μὲν γὰρ εἰς ὄρη δύεται, πλείω τὸν μετὰ δύσιν χρόνον τῆς ἡμέρας συμβαίνειν ἐκ τοῦ παραφωτισμοῦ, ἐκεῖ δὲ πλείω μὲν οὐκ ἐπακολουθεῖν, μὴ μέντοι μηδὲ παραχρῆμα συνάπτειν τὸ σκότος, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις πεδίοις. Τὴν δὲ τοῦ μεγέθους φαντασίαν αὔξεσθαι μὲν ὁμοίως κατά τε τὰς δύσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς ἐν τοῖς πελάγεσι διὰ τὸ τὰς ἀναθυμιάσεις πλείους ἐκ τῶν ὑγρῶν ἀναφέρεσθαι· διὰ δὲ τούτων ὡς δι' αὐλῶν (?) κλωμένων τὴν ὄψιν πλατυτέρας δέχεσθαι τὰς φαντασίας, καθάπερ καὶ διὰ νέφους ξηροῦ καὶ λεπτοῦ βλέπουσιν δυόμενον ἢ ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον ἢ τὴν σελήνην, ἡνίκα καὶ ἐνερευθὲς φαίνεσθαι τὸ ἄστρον. Τὸ δὲ ψεῦδος ἐλέγξαι φησὶ τριάκονθ' ἡμέρας διατρίψας ἐν Γαδείροις καὶ τηρήσας τὰς δύσεις. Ὁ δέ γε Ἀρτεμίδωρος ἑκατονταπλασίονά φησι δύεσθαι τὸν ἥλιον, καὶ αὐτίκα νύκτα καταλαμβάνειν.

Qui fiat ut sol oriens et occidens major esse videatur, Strabone accuratius etiam exponit Cleomedes Cycl. Theor. II, p. 427 sqq., quem sua hausisse e Posidonio produnt verba capitis postrema p. 730, ubi hæc : Διὰ μὲν γὰρ νοτεροῦ καὶ παχυτέρου ἀέρος ὁρώμενος, μείζων ἡμῖν καὶ πλέον ἀφεστὼς φαίνεται· διὰ δὲ καθαροῦ, ἐλάττων τῷ μεγέθει καὶ ἔγγιον τὸ διάστημα. Ὥστε εἰ δυνατὸν ἦν ἡμῖν, φησὶν ὁ Ποσειδώνιος, διά τε τοίχων στερεῶν καὶ τῶν ἄλλων σωμάτων ὁρᾶν, ὡς ὁ Λυγκεὺς, μείζων ἂν ἐφαντάζετο ἡμῖν ὁ ἥλιος διὰ τούτων ὁρώμενος, καὶ πολὺ μεῖζον διάστημα ἀφεστώς. Cf. idem p. 471 de sole, quum Oceanum subeat, stridorem edente. Ceterum Cleomedes ante oculos habuisse videtur Posidonii

---

etiam in Cappadocia ; sed non arbor spinam fert unde cortex, sed stirps est humilis. De Gaditana autem arbore id præterea narratur, eam ramo effracto lac, radice incisa humorem minii colore emittere.

96.

Dicæarchus et Eratosthenes et Polybius et plurimi Græcorum Columnas ad fretum esse (Columnas Herculis) asserunt. At Hispani et Afri Gadibus eas vindicant : nihil enim columnarum simile habere ea quæ sunt ad fretum. Alii Columnas intelligi volunt æreas octo cubitorum columnas quæ sunt Gadibus in Herculis delubro, quibus inscriptus est sumptus in templi factus exædificationem : nam ad has qui navigatione absoluta pervenissent et sacra Herculi facerent, hos eam famam curavisse divulgari, ibi maris esse terræque finem : atque hanc maxime omnium opinionum probabilem esse etiam Posidonius censet, oraculum autem et multos legatos commentum Phœnicum.

97.

Asclepiades de Thessalicis mulieribus, qui lunæ eclipses prænoscentes eam se de cœlo detrahere cum suo damno profiteantur, laudatur Proverb. Bodlej. 374 (v. Duridis fr. 81, p. 487).

28.

Probus ad Virgil. Georg. II, 84 : *Idæis Cyparissis. Cyparissum dicit cupressum. Quidam dicunt a Cyparisso, qui in insula Cea quum haberet cervum mansuetum quem unice diligebat, et errantem in silvis ignarus jaculo trajecisset, inedia se necavit. Quem quia nec consilio a morte nec viribus medicinæ Apollo qui eum immoderate diligebat revocare poterat, convertit in cupressum, arborem luctuosam. Quidam putant, ut Asclepiades ait, Boream fuisse Celtarum regem, qui filiam Cyparissam amiserat et novum arboris hujus genus primus in tumulo ejus severit, ob eamque causam esse luctuosam cupressum.* Fragmentum hoc edidit Dübnerus meus in *Revue de philologie* vol. II, p. 56. Num hæc e Tragoduinenis fluxerint, in medio relinquo.

ASCLEPIADES CYPRIUS.

Περὶ Κύπρου καὶ Φοινίκης.

Vide Neanthis fr. 31. Hic fortasse idem est cum Asclepiade Alexandri rerum scriptore, quem cum Aristo Salaminio (fr. 3) jungit Arrianus Exp. Al.

ASCLEPIADES AREI FILIUS.

ΠΕΡΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΦΑΛΗΡΕΩΣ.

Athenæus XIII, p. 567, D : Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφάς, Θάλαττα Διοκλέους, Φερεκράτους Κοριαννώ, Εὐνίκου ἡ Φιλυλλίου Ἄντεια, Μενάνδρου δὲ Θαΐς καὶ Φάνιον, Ἀλέξιδος Ὀπώρα, Εὐβούλου Κλεψύδρα. Οὕτω δ' ἐκλήθη αὕτη ἡ ἑταίρα, ἐπειδὴ πρὸς κλεψύδραν συνουσίαζεν, ἕως κενωθῇ, ὡς Ἀσκληπιάδης εἴρηκεν ὁ τοῦ Ἀρείου ἐν τῷ Περὶ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως συγγράμματι, τὸ κύριον αὐτῆς ὄνομα φάσκων εἶναι Μητίχην.

ASCLEPIADES MENDESIUS.

Asclepiades Mendesius, primo post Christum sæculo, fortasse non multo post regnum Augusti, scripsit (fr. 2). Diodorum Asclepiadis theologumenis usum esse, uti Heynius suspicabatur (De fontt. Diod. p. 43), propter temporum rationes parum verisimile est. De alio Asclepiade, e Procli disciplina profecto, homine perquam inepto, qui multa tradidit de superstitionibus Ægyptiacis, vide Damascium in Exc. Photii cod. 242 coll. Suida v. Ἡράϊσκος.

ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ [ΘΕΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ].

1.

Athen. III, p. 83, C : Τὰ δὲ τῶν Ἐσπερίδων λεγόμενα μῆλα ὅτι εἰς τοὺς Διὸς καὶ Ἥρας λεγομένους γάμους ἀνῆκεν ἡ γῆ, Ἀσκληπιάδης εἴρηκεν ἐν ἑξηκοστῷ (?) Αἰγυπτιακῶν.

2.

Suetonius Octav. c. 94 : *In Asclepiadis Mendetis* Θεολογουμένων *libris lego, Atiam, quum ad solemne Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in templo lectica, dum ceteræ matronæ dormirent, obdormisse; draconem repente irrepsisse ad eam, paulloque post egressum; illamque expergefactam, quasi a concubitu mariti purificasse se, et statim in corpore ejus exstitisse maculam, veluti depicti draconis, nec potuisse unquam exigi; adeo ut mox publicis balneis perpetuo abstinuerit; Augustum natum mense decimo, et ob hoc Apollinis filium existimatum.*

Mendetis, corrupte, ut videtur, pro *Menditæ* (Μένδης, πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης Μενδήσιος... καὶ Μενδίτης St. B.), ut jam Vossius suspicatus est, quamquam dubitans. Fortasse enim *Mendetis Theologumena* accipienda esse ait de opere, quo Mendesiorum deorum cultum exposuerit auctor. « Sane irreligiosa religio Mendetica pessime audiebat ob femineos cum hirco concubitus. Quare Asclepiades excusaturus illud hoc opere aiebat etiam summos Græci Romanique imperii heroes ex dracone conceptos esse, velut Alexandrum Magnum, Scipionem Africanum et Cæsarem Augustum. »

ASCLEPIADES ANAZARBENSIS.

Stephan. Byz. : Ἀναζαρβά, πόλις Κιλικίας, ἀφ' ἧς Ἀσκληπιάδης, ὁ πολλά τε καὶ ἄλλα καὶ Περὶ ποταμῶν γράψας βιβλίον.

ARISTODEMI NYSAENSIS, ELEUS, THEBANUS.

Strabo XIV, p. 650 : Ἄνδρες δὲ γεγόνασιν ἔνδοξοι Νυσαεῖς Ἀπολλώνιός τε ὁ στωικὸς φιλόσοφος, τῶν Παναιτίου γνωρίμων ἄριστος, καὶ Μενεκράτης Ἀριστάρχου μαθητὴς, καὶ Ἀριστόδημος, ἐκείνου υἱὸς, οὗ διηκούσαμεν ἡμεῖς ἐσχατογήρω νέοι παντελῶς ἐν τῇ Νύσῃ, καὶ Σώστρατος δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ Ἀριστοδήμου, καὶ ἄλλος Ἀριστόδημος ἀνέψιος αὐτοῦ, ὁ παιδεύσας Μάγνον τὸν Πομπήιον, ἀξιόλογοι γεγόνασι γραμματικοί· ὁ δὲ ἡμέτερος καὶ ἐρρητόρευε καὶ ἐν τῇ Ῥόδῳ καὶ ἐν τῇ πατρίδι δύο σχολὰς συνεῖχε, πρωὶ μὲν τὴν ῥητορικὴν, δείλης δὲ τὴν γραμματικὴν σχολήν· ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τῶν Μάγνου παίδων ἐπιστατῶν ἠρχεῖτο τῇ γραμματικῇ σχολῇ. Romæ Aristodemus, Strabonis magister, secundum Clintonis computum (F. H. tom. III, p. 554), docuit circa 60–40 a. Chr. Hunc rhetorem simul et grammaticum laudat schol. Hom. Il. IX, 453 : Ἀριστόδημος ὁ Νυσαεὺς, ῥήτωρ τε ἀλλὰ (ἅμα Clint.) καὶ γραμματικὸς, ἐπενόησε γραφὴν τὴν τῇ οὐ πιθόμην οὐδὲ ἔρεξα.. Πρὸ δὲ αὐτοῦ Σωσιφάνης τὴν τοιαύτην εὗρε γραφήν. Adde Vit. Hom. Iriart. p. 233 : Ἀριστόδημος δὲ ὁ Νυσαεὺς Ῥωμαῖον αὐτὸν (τὸν Ὅμηρον) ἀποδείκνυσιν ἔκ τινων ἠθῶν Ῥωμαϊκῶν (cf. Welck. *Cycl.* p. 196). De Aristodemi Ῥητορικῇ κολακευτικῇ cf. Walz. Rhett. Gr. VI, p. 25. Grammaticum Aristodemum una cum Aristocle obiter commemorat Varro De ling. lat. X, 74, p. 201 ed. Müller. Alterutrius Aristodemi fuerint *Historiæ*, quarum primum librum laudat Parthenius.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Parthenius Erot. c. 8 : Περὶ Ἠρίππης. (Ἱστορεῖ Ἀριστόδημος ὁ Νυσαεὺς ἐν α' Ἱστοριῶν περὶ τούτων, πλὴν ὅτι τὰ ὀνόματα ὑπαλλάττει, ἀντὶ Ἠρίππης καλῶν Γυθυμίαν, τὸν δὲ βάρβαρον Καυάραν.) — Ὅτε δὲ οἱ Γαλάται κατέδραμον τὴν Ἰωνίαν καὶ τὰς πόλεις ἐπόρθουν, ἐν Μιλήτῳ Θεσμοφορίων ὄντων καὶ συνηθροισμένων γυναικῶν ἐν τῷ ἱερῷ, ὁ βραχὺ τῆς πόλεως ἀπέχει, ἀποσπασθέν τι μέρος τοῦ βαρβαρικοῦ διῆλθεν εἰς τὴν Μιλησίαν καὶ ἐξαπιναίως ἐπιδραμὸν ἀνεῖλεν τὰς γυναῖκας. Ἔνθα δὴ τὰς μὲν ἐρρύσαντο, πολὺ ἀργύριόν τε καὶ χρυσίον ἀντιδόντες, τινὲς δὲ, τῶν βαρβάρων αὐταῖς οἰκειωθέντων, ἀπήχθησαν, ἐν δὲ αὐταῖς καὶ Ἠρίππη, γυνὴ Ξάνθου, ἀνδρὸς ἐν Μιλήτῳ πάνυ δοκίμου γένους τε τοῦ πρώτου, παιδίον ἀπολιποῦσα ὀιετές. Ταύτης πολὺν πόθον ἔχων ὁ Ξάνθος ἐξηργυρίσατο μέρος τῶν ὑπαργμάτων, καὶ κατασκευασάμενος χρυσοῦς δισχιλίους τὸ μὲν πρῶτον εἰς Ἰταλίαν ἐπεραιώθη· ἐντεῦθεν δὲ ὑπὸ ἰδιοξένων τινῶν κομιζόμενος εἰς Μασσαλίαν ἀφικνεῖται, κἀκεῖθεν εἰς τὴν Κελτικήν· καὶ προσελθὼν τῇ οἰκίᾳ, ἔνθα αὐτοῦ συνῆν ἡ γυνὴ ἀνδρὶ τῶν μάλιστα παρὰ Κελτοῖς δοξαζομένων, ὑποδοχῆς ἐδεῖτο τυχεῖν. Τῶν δὲ διὰ φιλοξενίαν ἑτοίμως αὐτὸν ὑποδεξαμένων, εἰσελθὼν δρᾷ τὴν γυναῖκα, καὶ αὐτὸν ἐκείνη, τῷ χεῖρε ἀμφιβαλοῦσα, μάλα φιλοφρόνως προσηγάγετο. Παραχρῆμα δὲ τοῦ Κελτοῦ παραγενομένου, διεξῆλθεν αὐτῷ τήν τε ἄλην τἀνδρὸς ἡ Ἠρίππη, καὶ ὡς αὐτῆς ἕνεκα ἥκοι λύτρα καταθησόμενος· ὁ δὲ ἠγάσθη τῆς ψυχῆς τὸν Ξάνθον, καὶ αὐτίκα συνουσίαν ποιησάμενος τῶν μάλιστα προσηκόντων, ἐξένιζεν αὐτόν· παρατείνοντος δὲ τοῦ πότου, τὴν γυναῖκα συγκατακλίνει αὐτῷ καὶ δι' ἑρμηνέως ἐπυνθάνετο, πηλίκην οὐσίαν εἴη κεκτημένος τὴν σύμπασαν· τοῦ δὲ εἰς ἀριθμὸν χιλίων χρυσῶν φήσαντος, ὁ βάρβαρος εἰς τέσσαρα μέρη κατανέμειν αὐτὸν ἐκέλευε, καὶ τὰ μὲν τρία ὑπεξαιρεῖσθαι, αὐτῷ, γυναικὶ, παιδίῳ, τὸ δὲ τέταρτον ἀπολείπειν ἅποινα τῆς γυναι-

De Herippe. (Scribit Aristodemus Nysaensis in primo Historiarum eadem, præterquam quod nomina commutat, pro Herippe Gythymiam nominans, barbarum vero Cavaram vocat.) — Quum Galli incursionem facerent in Ioniam, civitatesque depopularentur, in Mileto forte Cereris sacra Thesmophoria celebrabantur, et mulieres congregatæ in templo erant, quod non longe aberat a civitate. Tum pars quædam barbarici agminis a reliquis avulsa in Milesium agrum pervenit, et improviso incursu facto mulieres rapuit. Quarum partem multo auro et argento dato Milesii liberarunt; nonnullæ autem a barbaris qui consuetudine eas sibi adjunxerant, abductæ sunt. In quarum numero Herippe quoque fuit, uxor Xanthi, hominis magnæ auctoritatis ac primi generis in Mileto, relicto domi puero bienni. Hujus igitur vehementi desiderio ardens Xanthus magnam bonorum suorum partem argento commutavit, ac comparatis aureis bis mille, primum in Italiam transiit, inde ab hospitibus quibusdam deductus, Massiliam pervenit, atque inde in regionem Celtarum. Quumque ad domum accessisset, in qua uxor ejus degebat cum viro apud Celtas reputatione maxima, ut hospitio exciperetur, rogabat. Illis autem prompte (quæ eorum hospitalitas est) cum excipientibus, ingressus domum vidit uxorem, atque illa eum vicissim ulnis amplexa, multa gratia prosecuta est. Mox vero ubi Celta

κός. Ὡς δὲ ἐς κοῖτόν ποτ᾽ ἀπετράπετο, πολλὰ κατεμέμφετο τὸν Ξάνθον ἡ γυνὴ διὰ τὸ μὴ ἔχοντα τοσοῦτο χρυσίον ὑποσχέσθαι τῷ βαρβάρῳ, κινδυνεύειν τε αὐτὸν, εἰ μὴ ἐμπεδώσειε τὴν ἐπαγγελίαν· τοῦ δὲ φήσαντος, ἐν ταῖς κρηπῖσι τῶν παίδων καὶ ἄλλους τινὰς χιλίους χρυσοῦς κεκρύφθαι διὰ τὸ μὴ ἐλπίζειν ἐπιεικῆ τινα βάρβαρον καταλήψεσθαι, δεήσειν δὲ πολλῶν λύτρων, ἡ γυνὴ τῇ ὑστεραίᾳ τῷ Κελτῷ καταμηνύει τὸ πλῆθος τοῦ χρυσοῦ καὶ παρεκελεύετο κτεῖναι τὸν Ξάνθον, φάσκουσα πολὺ μᾶλλον αἱρεῖσθαι αὐτὸν τῆς τε πατρίδος καὶ τοῦ παιδίου, τὸν μὲν γὰρ Ξάνθον παντάπασιν ἀποστυγεῖν. Τῷ δὲ ἄρα οὐ πρὸς ἡδονῆς ἦν τὰ λεχθέντα, ἐν νῷ δὲ εἶχεν αὐτὴν τίσασθαι. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Ξάνθος ἐσπούδαζεν ἀπιέναι, μάλα φιλοφρόνως προὔπεμπεν ὁ Κελτὸς, ἐπαγόμενος καὶ τὴν Ἠρίππην· ὡς δὲ ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς Κελτῶν χώρας ἀφίκετο, θυσίαν ὁ βάρβαρος ἔφη τελέσαι βούλεσθαι πρὶν αὐτοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων χωρισθῆναι, καὶ κομισθέντος ἱερείου, τὴν Ἠρίππην ἐκέλευεν ἀντιλαβέσθαι· τῆς δὲ κατασχούσης, ὡς καὶ ἄλλοτε σύνηθες αὐτῇ, ἐπανατεινάμενος τὸ ξίφος καθικνεῖται καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ἀφαιρεῖ, τῷ τε Ξάνθῳ παρεκελεύετο μὴ δυσφορεῖν, ἐξαγγείλας τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῆς, ἐπέτρεπέ τε τὸ χρυσίον ἅπαν κομίζειν αὐτῷ.

Ἠ ρί π π η] sic cod. Ἠρίππη Passov. Quæ forma verior sit, incertum. Καυάρας Galatarum rex est ap. Polyb. IV, 46, 3. VIII, 24. — δισχιλίους] spreta cod. lectione χιλίους, ex conj. Passovius et Westermannus, quum infra Xanthus confiteatur, attulisse se altera aureorum millia in calceis servorum.

Præter Nysaeum memorandi nobis sunt *Aristodemus Eleus* et *Aristodemus Thebanus*.

Aristodemi Elei meminit Eusebius in Chron. p. 141 ed. Mai. (et Cramer. Anecd. Paris. II, p. 141) et Syncellus p. 196 : Ἱστοροῦσι δὲ οἱ περὶ Ἀριστόδημον τὸν Ἠλεῖον ὡς ἀπὸ εἰκοστῆς καὶ ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος ἤρξαντο οἱ ἀθληταὶ ἀναγράφεσθαι, ὅσοι ὀηλαδὴ νικηφόροι· πρὸ τοῦ γὰρ οὐδεὶς ἀνεγράφη, ἀμελησάντων τῶν προτέρων. Τῇ δὲ εἰκοστῇ ὀγδόῃ τὸ στάδιον νικῶν Κόροιβος Ἠλεῖος ἀνεγράφη πρῶτος, καὶ ἡ Ὀλυμπιὰς αὕτη πρώτη ἐτάχθη, ἀφ᾽ ἧς Ἕλληνες ἀριθμοῦσι τοὺς χρόνους. Τὰ δὲ αὐτὰ τῷ Ἀριστοδήμῳ καὶ Πολύβιος ἱστορεῖ. Hæc aut ex Olympionicarum Ἀναγραφῇ aut ex iisdem commentariis petita, ad quos pertinent sequentia.

Harpocratio : Ἑλλανοδίκαι... Ἀριστοτέλης Ἠλείων πολιτείᾳ (fr. 92) τὸ μὲν πρῶτόν φησιν ἕνα καταστῆσαι τοὺς Ἠλείους Ἑλλανοδίκην, χρόνου δὲ διελθόντος β′, τὸ δὲ τελευταῖον θ′· Ἀριστόδημος δ᾽ ὁ Ἠλεῖός φησι τοὺς τελευταίους τιθέντας τὸν ἀγῶνα Ἑλλανοδίκας εἶναι ι′, ἀφ᾽ ἑκάστης φυλῆς ἕνα.

Eadem habet schol. Pind. Ol III, 22 (cf. Boeckh. ad h. l.), ubi Aristodemus citatur non addita notitia patriæ. Non igitur dubium est quin Eleus sit Aristodemus, quem tanquam Pindari interpretem novimus ex schol. Pind. Ol. VI, 23. XI, 55. Pyth. III, 137. Nem. I, 79. 85. VII, 1. 56. 70. 151, et ex Athenæo XI, p. 495, F, qui Aristodemi laudat librum tertium Περὶ Πινδάρου. Quod ap. schol. ad Pind. Isth. I, 11, *Alexandrinus* dicitur, nihil impedit quominus ex Elide oriundus (*) fuerit. Ætatem grammatici prodit schol. ad Nem. VII, 1, ubi Aristarchi fuisse discipulus perhibetur.

Aristodemus Thebanus (fr. 2, modo recte habeat vox Θηβαῖος), Thebaicorum auctor, quando floruit nescimus.

ΘΗΒΑΪΚΑ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

Cf. similes libros Philochori Ἐπιγράμματα Ἀττικά (Suidas v. Φιλόχορος, Vid. Prolegg. ad Fragm. Hist. tom. I, p. LXXXIX), et Polemonis Περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων (v. Polemonis fr. p. 138).

(*) Cf. Aristodemus Eleus, olympionica Ol. 98 ap. Eusebium Chron. p. 151, et Pausaniam VI, 3, 4. Ceteros Aristodemos enumerare haud vacat.

---

supervenerat, exponit ei Herippe viri errores, et quod ipsius gratia venerit, liberationis præmia exsoluturus. Celta itaque animum Xanthi laudavit, convocatisque statim amicis maxime cognatis, hospitaliter eum tractavit, et progrediente convivio, uxorem juxta eum decumbere jussit, et per interpretem interrogavit, quanti æstimet universam rerum suarum summam. Xanthio vero in numerum mille aureorum respondente, barbarus eum summam in quattuor partes dividere jussit, ita ut tres sibi, uxori et filio tolleret, quartam vero relinqueret pretium redemptionis uxoris. Quum vero in cubile pervenissent, plurimum increpavit Xanthum uxor, propterea quod tantum auri non haberet, quantum barbaro esset pollicitus, periclitaturum ob id ipsum inquiens, nisi promissis satisfaciat. Xanthus autem respondit, adhuc alios mille aureos in servorum crepidis sibi occultatos esse, quod non speraset tam æquum aliquem barbarum se reperturum fuisse, sed longe eum majora pretia expostulaturum. Sequenti ergo die uxor Celtæ indicat multitudinem auri, jussitque ob id occidi debere Xanthum, confitens se ipsius amore plus quam et patriæ et pueri teneri; Xantho vero se penitus esse infestam. At nulla voluptate ea dicta Celta accepit, in animoque habuit ipsam occidere. Quum autem discessum pararet Xanthus, eum valde amanter a se dimisit Celta, deducens simul cum eo Herippen. Deinde quum pervenisset jam ad fines regionis Celticæ, barbarus se sacrum facturum dixit, antequam discederent. Victima itaque adornata, Herippen jussit attingere : quæ quum, ut alias consueverat, apprehendisset, extenso gladio eam ferit, caputque ei amputat, consolatus Xanthum ne ægre ferat, revelans simul insidias illi ab ea paratas, permisitque omne aurum illi absportare.

E LIBRO PRIMO.

1.

Schol. Apoll. Rhod. II, 904 : Ὅτι κατεπολέμησεν Ἰνδοὺς ὁ Διόνυσος, Διονύσιος φησὶ καὶ Ἀριστόδημος ἐν πρώτῳ Θηβαϊκῶν ἐπιγραμμάτων. Eundem Aristodemum citaverit Etym. M. p. 277, 44 : Διόνυσος... ἀπὸ τοῦ Διὸς ὑετοῖς κεράννυσθαι, ὅ ἐστι ὕδασιν, ὡς πιθανεύεται Ἀριστόδημος. Cf. Suidas v. Ὑης.

ΘΗΒΑΙΚΑ.

2.

E LIBRO SECUNDO.

Schol. Theocrit. VII, 103 : Ὅμολος δὲ Θετταλίας ὄρος, ὡς Ἔφορος καὶ Ἀριστόδημος ὁ Θηβαῖος, ἐν οἷς ἱστορεῖ περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Ὁμολωίων. Fortasse illud ὁ Θηβαῖος a scholiasta fictum, nec diversum Thebanum A. ab Eleo opinatur Bœckh. ad schol. Pind. p. XIV. De re vide Müller. *Min.* p. 233 sq.

Schol. Eur. Phœn. 1119 : Ὁμολωίσι. Πύλαι Θηβῶν αὗται οὕτως ἐκλήθησαν ἀπὸ Ὁμολωέως τοῦ Ἀμφίονος. Τοὺς γὰρ περὶ Ἀμφίονά φασι σὺν τοῖς παισὶν ἅμα Κάδμῳ τειχίσαι τὴν πόλιν. Ἀριστόδημος δ' αὐτάς φησιν οὕτω κληθῆναι διὰ τὸ πλησίον εἶναι τοῦ Ὁμολωοῦ. Ἄλλοι δὲ ἀπὸ μιᾶς τῶν Νιόβης θυγατέρων, Ὁμολωΐδος καλουμένης. De re cf. Unger. Parad. Theban. p. 323 sq.

Photius Lex.: Ὁμολώϊος Ζεύς, ἐν Θήβαις καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσι Βοιωτίας, καὶ ἐν Θεσσαλίᾳ ἀπὸ Ὁμολώας (Ὁμολωΐας, Ὁμολόας, Ὁμολαΐας cod. ap. Suidam) προφήτιδος τῆς Ἐνυέως· ἣν προφῆτιν εἰς Δελφοὺς πεμφθῆναι ὁ (ὡς Suid.) Ἀριστοφάνης ἐν δευτέρῳ Θηβαϊκῶν· Ἴστρος δὲ κ. τ. λ. Eadem Suidas et Eudocia s. v. Apostol. XIV, 40. Arsen. Violar. p. 381 et Favorinus, qui pro Ἀριστοφάνης exhibet Ἀριστόδημος, quod reponi jubet Valckenarius ad schol. Eur. l. l. Fuit tamen etiam Aristophanes quidam, qui de rebus Bœoticis atque Thebanis scripsit. De re vide Bœckh. Expl. Pindar. p. 604; Müller. *Min.* p. 233; Creuzer. *Symbol.* III, p. 98; Preller. *Demeter* p. 352, citante Hermanno in *Gottesd. Alterth.* § 63, 21.

2 *a*.

Schol. Eurip. Phœn. 1113 : Ὠγύγια δ' εἰς πυλώμαθ'] Ὠγύγια προσηγορεύθη, φησὶν Ἀριστόδημος, διὰ τὸ τοὺς περὶ Ἀμφίονα καὶ Ζῆθον, τειχίζοντας τὰς Θήβας, παρὰ τὸν Ὠγύγου τοῦ βασιλέως τάφον αὐτὰς τάξαι.

3.

Schol. Eur. Phœn. 159: ἑπτὰ παρθένων] Ὁ Ἀριστόδημος οὐδαμοῦ ἐν ταῖς Θήβαις φησὶ τῶν Νιοβιδῶν εἶναι τάφον, ὅπερ ἐστὶν ἀληθές· ὡς αὐτοσχεδιάζειν οὖν ἔοικεν Εὐριπίδης.

4.

Schol. Eur. Phœn. 1156 : Πρὸς ταῖς Κρηναίαις πύλαις φησὶ τὸν Παρθενοπαῖον ὑπὸ τοῦ Περικλυμένου λιθοβοληθῆναι Ἀριστόδημος.

« Cod. Aug. Ἀριστόβουλος male, vide Valcken. » *Matthiæ.*

5.

Photius Lex. : Τευμησία. Περὶ τῆς Τευμησίας ἀλώπεκος οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφότες ἱκανῶς ἱστορήκασι, καθάπερ Ἀριστόδημος. Ἐπιπεμφθῆναι μὲν γὰρ ὑπὸ θεῶν τὸ θηρίον τοῦτο τοῖς Καδμείοις, διότι τῆς βασιλείας ἐξέκλειον τοὺς ἀπὸ Κάδμου γεγονότας· Κέφαλον δέ φασι τὸν Δηιόνος, Ἀθηναῖον ὄντα καὶ κύνα κεκτημένον, ὃν οὐδὲν διέφευγε τῶν θηρίων· ὃς ἀπέκτεινεν ἄκων τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Πρόκριν, καθηράντων αὐτὸν τῶν Καδμείων· διώκειν τὴν ἀλώπεκα μετὰ τοῦ κυνός· κα-

THEBANÆ INSCRIPTIONES.

1.

Bacchum Indos debellasse Dionysius ait et Aristodemus primo libro Thebanarum inscriptionum.

2.

Homolus, Thessaliæ mons, ut Ephorus ait et Aristodemus Thebanus eo loco, ubi de Homoloiorum festo exponit.

Homoloides portæ Thebarum nomen habent ab Homoloeo, Amphionis filio. Nam Amphionem ejusque filios una cum Cadmo muris cinxisse urbem perhibent. Contra Aristodemus inde eas nominatas esse dicit, quod Homoloium versus sitæ sint. Alii ab Homoloide, una Niobes filiarum, appellatas volunt.

Homoloius Juppiter Thebis colitur et in aliis Bœotiæ urbibus et in Thessalia : dictus ab Homoloia fatidica, Enyei filia, quam vatem Delphos missam fuisse Aristodemus narrat libro secundo.

2 *a*.

Ogygiæ portæ, Aristodemus ait, inde nomen habent, quod Amphion et Zethus muris Thebarum urbem cingentes prope Ogygis regis sepulcrum eas collocaverunt.

3.

Aristodemus nuspiam Thebis esse Niobidarum sepulcrum dicit; idque verum est, adeo ut hariolari Euripides videatur.

4.

Ad Crenæas portas Parthenopæum a Periclymeno jactis lapidibus interfectum esse Aristodemus dicit.

5.

De Teumesia vulpe Thebanarum rerum scriptores, uti Aristodemus, fuse exponunt. Immissam hanc bestiam a diis dicunt Cadmeis propterea quod Cadmi prosapiam a regno excluderent. Cephalum vero aiunt, Deionis filium, Atheniensem, cui canis erat, quem nulla fera poterat effugere,

ταλαμβανομένους δὲ περὶ τὸν Τευμησὸν, λίθους γενέσθαι τόν τε κύνα καὶ τὴν ἀλώπεκα. Εἰλήφασι δ' οὗτοι τὸν μῦθον ἐκ τοῦ Ἐπικοῦ κύκλου. Eadem Suidas, Apostol. XVIII, 42, ubi pro Ἀριστόδημος corrupte Χρηστόδημος. Cf. Hesych. p. 1376, et quæ congessit Unger. in Theban. Paradox. p. 400 sq.; Welcker. *Cycl.* p. 70 sq. Bode *Gesch. d. gr. Poes.* II, p. 398.

6.

Schol. in Hom. Il. ξ, 1 cod. Paris. 2679 in Cram. An. Par. III, p. 18 : Μετὰ δὲ τὴν Ἰλίου πόρθησιν Ἕκτωρ ὁ Πριάμου καὶ μετὰ τὸν θάνατον τὴν τῶν θεῶν ηὐτύχησε τιμήν. Οἱ γὰρ ἐν Βοιωτίᾳ Θηβαῖοι, πιεζόμενοι κακοῖς, ἐμαντεύσαντο περὶ ἀπαλλαγῆς. Χρησμὸς δὲ αὐτοῖς ἐδόθη παύσασθαι τὰ δεινὰ, ἐὰν ἐξ Ὀφρυνίου τῆς Τρωάδος τὰ Ἕκτορος ὀστᾶ διακομισθῶσιν εἰς τὸν παρ' αὐτοῖς καλούμενον Διὸς γονὰς τόπον. Οἱ δὲ τοῦτο ποιήσαντες καὶ τῶν κακῶν ἀπαλλαγέντες, διὰ τιμῆς ἔσχον Ἕκτορα, κατά τε τοὺς ἐπείγοντας καιροὺς ἐπικαλοῦνται τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἀριστοδήμῳ.

Sequuntur fragmenta, quæ cujusnam sint Aristodemi non constat.

ΓΕΛΟΙΑ ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΑ.

E LIBRO SECUNDO.

7.

Athenæus VI, p. 244, F : Ἀριστόδημος δ' ἐν δευτέρῳ Γελοίων ἀπομνημονευμάτων παρασίτους ἀναγράφει, Ἀντιόχου μὲν τοῦ βασιλέως Σώστρατον, Δημητρίου δὲ τοῦ Πολιορκητοῦ Εὐαγόραν τὸν κυρτὸν, Σελεύκου δὲ Φορμίωνα.

8.

Idem VIII, p. 338, A : Ἀριστόδημος δὲ ἐν δευτέρῳ Γελοίων ἀπομνημονευμάτων φησί· « Δωρίωνος τοῦ χρουματοποιοῦ, κυλλόποδος ὄντος, ἀπώλετο ἐν συμποσίῳ τοῦ χωλοῦ ποδὸς τὸ βλαυτίον. Καὶ ὅς, Οὐδὲν, ἔφη, πλεῖον καταράσομαι τῷ κλέψαντι, ἢ ἁρμόσαι αὐτῷ τὸ σανδάλιον. » Cf. Hegesander ap. Athen. l. l.

9.

Idem XIII, p. 585, A : Ἀριστόδημος δ' ἐν δευτέρῳ Γελοίων ἀπομνημονευμάτων, « Γνάθαιναν, φησὶ, δύο ἐμισθώσαντο, στρατιώτης καὶ μαστιγίας· ἀναγωγότερον οὖν τοῦ στρατιώτου λάκκον αὐτὴν εἰπόντος, Πῶς, ἔφησεν, ἢ ὅτι δύο ποταμοί ἐμβάλλετέ μοι, Λύκος καὶ Ἐλεύθερος; Ἐπὶ δὲ τὴν θυγατέρα τῆς Γναθαίνης πτωχῶν ἐραστῶν κωμαζόντων, καὶ ἀπειλούντων κατασκάψειν τὴν οἰκίαν, ἐνηνοχέναι γὰρ διχέλλας καὶ ἅμας, Εἰ ταῦτ' εἶχεθ' ὑμεῖς, εἶπεν ἡ Γνάθαινα, ἐνέχυρα θέντες τὸ μίσθωμα ἂν ἀπεστείλατε. » Ex eodem fonte fluxerint quæ sequuntur apud Athenæum similes historiunculæ.

E LIBRIS INCERTIS.

10.

Idem VIII, p. 345, B : Ἀριστόδημος δ' ἐν τοῖς Γελοίοις ἀπομνημονεύμασιν Εὐφράνορά φησι τὸν ὀψοφάγον, ἀκούσαντα ὅτι ἄλλος ἰχθυοφάγος ἀπέθανε θερμὸν ἰχθύος τέμαχος καταπιών, ἀναφωνῆσαι, Ἱερόσυλος ὁ θάνατος.

11.

Idem VI, p. 246, D : Ἀριστόδημος δ' ἱστορεῖ, Βίθυν, τὸν Λυσιμάχου τοῦ βασιλέως παράσιτον, ἐπεὶ αὐ-

---

a cæde Procridis uxoris, quam invitus commiserat, apud Cadmeos purgatum, cum cane suo vulpem istam persecutum esse. At quum ad Teumesum concurrerent, canem et vulpem in lapidem mutatos esse. Fabulam hanc sumpserunt e Cyclo epico.

6.

Ilio everso, Hector Priami filius post mortem etiam divinos nactusest honores. Etenim in Bœotia Thebani calamitate pressi deum de remedio interrogarunt, oraculumque iis datum est cessura esse mala, si Hectoris ossa ex Ophrynio Troadis in eum qui apud ipsos *Jovis natales* vocatur, locum transportarent. Quo facto quum malo liberarentur, Hector in honore apud eos erat, et quando tempora urgent, præsens ejus auxilium implorare solent. Historia legitur apud Aristodemum.

RIDICULE DICTA.

7.

Aristodemus secundo libro De ridiculis Memorabilium, parasitos recenset : Antiochi quidem regis, Sostratum; Demetrii vero Poliorcetæ, Euagoram gibbum; Seleuci vero, Phormionem.

8.

Aristodemus secundo libro Ridicule dictorum, scribit : « Altero pede claudus quum esset Dorion fidicen, amisit in convivio soleam claudo pede aptam. Tum ille : Nihil amplius, inquit, precor huic qui eam surripuit, quam ut ejus sit pedi apta. »

9.

Aristodemus secundo libro Dictorum ridiculorum ait : « Gnathæna a duobus erat conducta, altero milite, altero verberone. Quam quum protervius *lacum* appellaret miles : « Qui sic? inquit illa : an quod duo amnes in me influitis, Lycus et Eleutherus? » Ad Gnathænæ filiam quum pauperes nonnulli amatores comessatum venissent, minitantes, se (ni intro admitterentur) ædes diruturos; attulisse enim ea caussa ligones et rutra. : « At hæc si haberetis, ait Gnathæna, pignori opposuissetis, mercedemque misissetis. »

10.

Aristodemus in Ridicule dictis scribit : Euphranorem, piscium helluonem, quum alium helluonem rescivisset mortuum esse deglutito fervido piscis pulpamento, *O sacrilegam mortem!* exclamasse.

11.

Aristodemus narrat, Bithyn, Lysimachi regis para-

τοῦ εἰς τὸ ἱμάτιον ὁ Λυσίμαχος ἐνέβαλε ξύλινον σκορπίον, ἐκταραχθέντα ἀναπηδῆσαι, εἶτα γνόντα τὸ γεγενημένον, Κἀγὼ σέ, φησὶν, ἐκφοβήσω, βασιλεῦ· δός μοι τάλαντον. Ἦν δ' ὁ Λυσίμαχος μικρολογώτατος.

ΜΥΘΙΚΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

E LIBRO TERTIO.

12.

Plutarch. Par. min. c. 35 : Λοιμοῦ κατασχόντος Λακεδαίμονα, ἔχρησεν ὁ θεὸς παύσασθαι, ἐὰν παρθένον εὐγενῆ κατὰ ἔτος θύσωσιν. Ἑλένης δέ ποτε κληρωθείσης, καὶ προαχθείσης κεκοσμημένης, ἀετὸς καταπτὰς ἥρπασε τὸ ξίφος, καὶ ἐς τὰ βουκόλια κομίσας ἐπὶ δάμαλιν κατέθηκεν· ὅθεν ἀπέσχοντο τῆς παρθενοκτονίας· ὡς Ἀριστόδημος ἐν τρίτῃ Μυθικῇ συναγωγῇ. Eandem historiam habes in fragmento lacero Joh. Lydi De mens. init., ubi pro Aristodemo laudatur Aristides; sed probabiliter pro verbis Ἀριστείδης δς reponendum Ἀριστόδημος. V. Aristidis fragm. 25.

13.

ΠΕΡΙ ΕΥΡΗΜΑΤΩΝ.

Clem. Alex. Strom. I, p. 133 (et Euseb. P. E. p. 476) inter eos qui Περὶ εὑρημάτων scripserunt, etiam *Aristodemum* recenset.

14.

Inter scriptores qui Aristodemi scriptoris mentionem faciant, Vossius citat Tertullianum De anima c. 46, ubi hæc : *Philippus Macedo, nondum pater, Olympiadis uxoris naturam obsignasse* [*se*] *viderat annulo. Leo erat signum. Crediderat præclusam genituram. Opinor quia leo semel pater est. Aristodemus vel Aristophon conjectans, imo nihil vacuum obsignari; filium et quidem maximi impetus portendi. Alexandrum qui sciunt, leonem annuli recognoscunt.* Verum in his illa : *Aristodemus vel Aristophon*, non scriptorem denotant, sed somnii interpretem; quanquam Tertullianum fefellit memoria; nam nomen vatis est Aristander. V. Plutarch. Alex. c. 2 : Ἀρίστανδρος ὁ Τελμησεὺς κύειν ἔφη τὴν ἄνθρωπον· οὐδὲν γὰρ ἀποσφραγίζεσθαι τῶν κενῶν, καὶ κύειν παῖδα θυμοειδῆ καὶ λεοντώδη τὴν φύσιν. Cf. Pseudocallisth. I, c. 8.

ARTAVASDES

ARMENIÆ REX.

Plutarch. Crassus c. 33 : Ἦν γὰρ οὔτε γραμμάτων Ὑρώδης (Parthorum rex) Ἑλληνικῶν ἄπειρος, ὁ δ' Ἀρταουάσδης (Armeniæ rex) καὶ τραγῳδίας ἐποίει καὶ λόγους ἔγραψε καὶ ἱστορίας, ὧν ἔνιαι διασώζονται. Artavasdes ab Antonio captus an. 34, moritur an. 30 a. C.

situm, quum in ejus vestem rex ligneum scorpionem injecisset, perturbatum exsiliisse : deinde, re cognita, dixisse : *Ego te quoque, rex, terrefaciam : da mihi talentum!* Fuit enim Lysimachus supra modum avarus.

12.

Pestilentia Lacedæmonem urgente, divinitus significatum est cessaturam luem, si quotannis generosam immolarent virginem. Helena autem quum esset aliquando sorte ducta, et ornata produceretur, aquila devolans gladium abripuit, et in armentum deferens bubulæ imposuit : quo factum est ut cæde virginis abstineretur. Aristodemus tertia Congerie fabularum.

THEOPHANES MYTILENÆUS.

De Theophane Mytilenæo, qui familiaritate pollebat Pompeii, ejusque res gestas literis tradidit, locus principalis exstat apud Strabonem XIII, p. 617, qui claros Mytilenæos recensens scribit hæc : Ὕστερον δ' ἐγένετο χρόνοις πολλοῖς Διοφάνης ὁ ῥήτωρ (*), καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων καὶ Λεσβοκλῆς καὶ Κριναγόρας καὶ ὁ συγγραφεὺς Θεοφάνης. Οὗτος δὲ καὶ πολιτικὸς ἀνὴρ ὑπῆρξε, καὶ Πομπηίῳ τῷ Μάγνῳ κατέστη φίλος, μάλιστα διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτήν, καὶ πάσας συγκατώρθωσεν αὐτῷ τὰς πράξεις· ἀφ' ὧν τήν τε πατρίδα ἐκόσμησε, τὰ μὲν δι' ἐκείνου, τὰ δὲ δι' ἑαυτοῦ· καὶ ἑαυτὸν πάντων Ἑλλήνων ἐπιφανέστατον ἀνέδειξεν· υἱόν τε ἀπέλιπε Μάρκον Πομπήιον, ὃν τῆς Ἀσίας ἐπίτροπον κατέστησέ ποτε Καῖσαρ ὁ Σεβαστός· καὶ νῦν ἐν τοῖς πρώτοις ἐξετάζεται τῶν Τιβηρίου φίλων.

Quando ad Pompeium et quomodo Theophanes accesserit, non constat (**). Civitate a Pompeio donatus est ante an. 61 a. Chr., ut patet ex Cicerone, qui in oratione Pro Archia (c. 10), quam eo anno habuit, *Noster hic Magnus*, ait, *qui cum virtute fortunam æquavit, nonne Theophanem Mytilenæum scriptorem rerum suarum in concione militum civitate donavit?* Cf. Valerius Maximus VIII, 14, 3 : *Pompeius... Theophanem Mytilenæum, scriptorem rerum suarum, in concione militum civitate donavit, beneficium per se amplum accurata etiam et testata oratione prosecutus. Quo effectum est ut ne quis dubitaret, quin referret potius gratiam quam inchoaret.* Ejusdem rei meminit Julius Capitolinus (in Maximo et Balbino c. 7), ita tamen ut cum Theophane nostro confundat filium ejus adoptivum, Cornelium Balbum Gaditanum. *Familiæ*, dicit, *Balbinus antiquissimæ, ut ipse dicebat, a Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompeium civitatem meruerat, quum esset suæ patriæ nobilissimus, idemque historiæ scriptor.*

Anno 62 a. C., ubi post mortem Mithridatis ex Asia rediit Pompeius, εἰς Μυτιλήνην ἀφικόμενος τὴν πόλιν ἠλευθέρωσε διὰ Θεοφάνη καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν πάτριον ἐθεάσατο τῶν ποιητῶν, ὑπόθεσιν μίαν ἔχοντα τὰς ἐκείνου πράξεις, Plutarch. Pomp. c. 42. Cf. Velleius Pat. II, 18 : (Rhodiorum) *fidem Mytilenæorum perfidia illuminavit, qui Mn. Aquilium aliosque Mithridati victos tradiderant; quibus libertas in unius Theophanis gratiam postea a Pompeio restituta est.* Propterea *defuncto Theophani cœlestes honores græca adulatio tribuit*, uti ait Tacitus Ann. VI, 18. Idem testantur nummi, de quibus hæc affert Plehnius in Lesbiac. p. 212 : « Nummus Mytilenæus Musei Theup. ant. numism. æri incisus ap. Visc. tab. XXVII, n. 4 in adversa parte exhibet caput Theophanis nudum cum inscriptione ΘΕΩΦΑΝΗΣ ΘΕΟΣ ΜΥ, in adversa caput mulieris velatum cum literis ΑΡΧΕΔΑΜ, pro quo alii legerunt ΑΡΧΕΛΑΟΣ. Cf. Viscont. Icon. Gr. I, p. 236; Mionnet. De Græcorum Romanorumque nummis tom. III, p. 47, nr. 108. Nummus ei quem descripsimus similis servatur Viennæ in Mus. Cæs. Cf. Eckhel. Doctr. numm. part. I, vol. 2, p. 504; Viscont. l. l. p. 235. In parte aversa imaginem uxoris expressam esse vix dubitari potest, quum in tertio ejusmodi nummo, cujus l. l. p. 236 meminit Viscontus, perspicue appareant verba : ΑΡΧΕΔΑΜΙΣ ΘΕΑ. »

(*) De Diophane rhetore, Tib. Gracchi magistro, v. Cicero Brut. c. 27; Plutarch. Gracch. 8, 20; Walz. Rhett. Gr. IV, p. 525; Porphyr. Vit. Plotin. c. 25. Alius est Diophanes Nicænus, Παραδόξων et Γεωργικῶν auctor, de quo v. Photius cod. 163 (cf. Westermann. Paradox. p. XLII); Plin. H. N. VIII, X, XIV, XV, XVII, XVIII; auctor. lat. R. R. p. 54, 66, 164; Geopon. I, p. 7 ed. Nicl. Hunc intelligerem citari ap. schol. Apoll. Rh. III, 242, si recte ibi nomen se haberet (v. fragm. Diophanti). — De variis Theophanibus vide Fabric. Bibl. Gr. vol. XI, p. 218 ed. Harl. Apud Stob. Floril. p. 358 Theophanes in nonnullis codd. corrupte laudatur pro Theophrasto.

(**) Sevinus (*Recherches sur la vie et sur les ouvrages de Théophane*, in *Mém. de l'Acad.* tom. XIV, p. 143) : « Je serais tenté de croire que Théophane vint s'établir à Rome jeune encore, et dans les commencements de la guerre de Mithridate. Les Mytiléniens, éblouis par le succès des armes de ce prince, lui avaient livré Mn. Aquilius, l'un des généraux de la république [Vellej. Pat. II, 18; Diodor. XXXVII, 27, 2; Appian. Mithrid. c. 21, cll. Plehn. Lesbiac. p. 81]. En vain les plus sages s'opposèrent à une si lâche résolution, la multitude obligea les chefs du parti contraire à sortir de la ville. Il y a bien de l'apparence que Théophane et son père furent du nombre des exilés. Les partisans de Mithridate avaient tout à craindre des personnes qui, à la faveur de la considération que donne ordinairement une haute naissance, auraient peut-être déconcertés leurs projets, et ramené l'esprit des peuples... Il est à présumer que la plupart des exilés allèrent implorer la protection de Sylla, lorsqu'il entra en Grèce à la tête des légions romaines; que Théophane en fut reçu avec tous les égards dus à son rang; que, la guerre finie, ce grand capitaine le conduisit en Italie; qu'il y vit Pompée, et que dès-lors se forma entre eux l'amitié la plus étroite et la plus constante. Car on ne saurait presque douter qu'elle n'ait commencé de très-bonne heure. C'est du moins l'idée que semblent présenter les paroles de Strabon que voici... *il a beaucoup contribué au succès de toutes ses entreprises.* Qui dit toutes, n'en excepte aucune, et rien dès-lors de plus naturel que de conclure du texte de ce géographe, que Théophane avait accompagné Pompée dans ses premières expéditions. »

Anno 59 a. C. Cicero quum legatus ad Ptolemæum Auleten Alexandriam se conferre cuperet, de ea re ad Atticum (Ep. II, 5) scribit : *Si quid Theophanes tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris.* Verum non Cicero, sed ipse Theophanes legationem istam obiit, ita autem munere functus est ut non tam reipublicæ quam rebus Pompeii sui consuleret, si quidem fides habenda Timageni ap. Plutarchum in Pomp. c. 49, ubi hæc : Ἦν δὲ γράμμασιν ἐντυχεῖν διερριμένοις κατ' ἀγορὰν καὶ παρὰ τὸ βουλευτήριον, ὡς δὴ Πτολεμαίου δεομένου Πομπήιον αὐτῷ στρατηγὸν ἀντὶ τοῦ Σπινθῆρος δοθῆναι. Τιμαγένης δὲ καὶ ἄλλως τὸν Πτολεμαῖον οὐκ οὔσης ἀνάγκης ἀπελθεῖν φησι, καὶ καταλιπεῖν Αἴγυπτον ὑπὸ Θεοφάνους πεισθέντα, πράττοντος Πομπηίῳ χρηματισμοὺς καὶ στρατηγίας καινῆς ὑπόθεσιν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐχ οὕτως ἡ Θεοφάνους μοχθηρία πεποίηκε πιθανὸν, ὡς ἄπιστον ἡ Πομπηίου φύσις, οὐκ ἔχουσα κακόηθες, οὐδ' ἀνελεύθερον οὕτω τὸ φιλότιμον.

Iisdem temporibus scriptæ sunt Ciceron. ad Atticum epistolæ II, 12 et 17 : in illa : *Vidi*, inquit, *ex tuis literis... quid ageretur; de rumination quotidiana, de literis* βοώπιδος, *de signifero Athenione, de literis missis ad Cnæum, de Theophanis Memmiique sermone.* In altera : *A Theophane expiscere quonam in me animo sit Alabarches* (i. e. Pompeius).

Anno 51 Cicero ad Attic. V, 11 scribit : *Pompeius mihi quoque videbatur, quod scribis Varronem dicere, in Hispaniam certe iturus; id ego minime probabam, qui quidem Theophani facile persuasi, nihil esse melius quam nusquam illum discedere. Ergo Græcus incumbet; valet autem ejus auctoritas apud illum plurimum.*

Anno 50 a. C., ut videtur, Theophanes adoptavit Cornelium Balbum, equitem Gaditanum. Cicero Pro Balbo c. 25 (quæ oratio non ante 55 a. C. habita est) : *Adoptatio Theophani agitata est, per quam Cornelius nihil est præterquam propinquorum suorum hæreditates assecutus.* Idem Ep. ad Att. VII, 7 (50 a. C.) : *Placet igitur etiam me expulsum et agrum Campanum periisse, et adoptatum patricium a plebeio, Gaditanum a Mytilenæo.*

Sequitur tempus calamitosum. Cicero ad Att. IX, 1 (46 a. C.) : *Cedamus igitur, et ut boni cives simus, bellum Italiæ marique inferamus, et odia improborum rursus in nos, quæ jam exstincta erant, incendamus, et Lucceii consilia ac Theophanis persequamur... Dabimus hoc Pompeio, quod debemus; nam me quidem alius nemo movet.*

Cæsar Bell. civ. III, 18 (initio an. 48 post mortem Bibuli) : *Vibullius, sedato tumultu, quem repentinus adventus Cæsaris concitaverat, ubi primum, rursus adhibito Libone et Lucceio et Theophane, quibuscum communicare de maximis rebus Pompeius consueverat, de mandatis Cæsaris agere instituit, eum ingressum in sermonem Pompeius interpellavit et loqui plura prohibuit.* Sublata itaque spe reconciliationis, ad arma res devenit apud Pharsaliam. Ibi Theophanem in Pompeii exercitu τεκτόνων ἔπαρχον fuisse discimus ex Plutarcho in Cic. c. 38. Cicero, ait, castra perambulabat φλαυρίζων τοῦ Πομπηίου τὴν παρασκευὴν... καὶ τοῦ παρασκώπτειν τι καὶ λέγειν χαρίεν εἰς τοὺς συμμάχους οὐκ ἀπεχόμενος. Tum inter alia ejus dicta etiam hoc refert : Ἐπαινούντων τινῶν Θεοφάνην τὸν Λέσβιον, ὃς ἦν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τεκτόνων ἔπαρχος, ὡς εὖ παραμυθήσαιτο Ῥοδίους τὸν στόλον ἀποβαλόντας, « Ἥλικον, εἶπεν, ἀγαθόν ἐστι τὸ Γραικὸν ἔχειν ἔπαρχον. »

Devictus Pompeius cum amicis securum circumspiciens refugium, τῶν βασιλειῶν αὐτὸς μὲν ἀπέφαινε τὴν Πάρθων ἱκανωτάτην οὖσαν ἔν τε τῷ παρόντι δέξασθαι καὶ περιβαλεῖν σφᾶς ἀσθενεῖς ὄντας, αὖθίς τε ῥῶσαι καὶ προπέμψαι μετὰ πλείστης δυνάμεως· τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν εἰς Λιβύην καὶ Ἰόβαν ἔτρεπον τὴν γνώμην· Θεοφάνει δὲ τῷ Λεσβίῳ μανικὸν ἐδόκει τριῶν ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχουσαν Αἴγυπτον ἀπολιπόντας καὶ Πτολεμαῖον, ἡλικίαν μὲν ἀντίπαιδα, φιλίας δὲ καὶ χάριτος πατρῴας ὑπόχρεων, Πάρθοις ὑποβαλεῖν ἑαυτὸν, ἀπιστοτάτῳ γένει· καὶ Ῥωμαίῳ μὲν ἀνδρὶ, κηδιστῇ γενομένῳ, τὰ δεύτερα λέγοντα, πρῶτον εἶναι τῶν ἄλλων μὴ θέλειν, μηδὲ πειρᾶσθαι τῆς ἐκείνου μετριότητος· Ἀρσάκην δὲ ποιεῖσθαι κύριον ἑαυτοῦ, τὸν μηδὲ Κράσσου συνηθέντα ζῶντος· καὶ γυναῖκα νέαν, οἴκου τοῦ Σκιπίωνος, εἰς βαρβάρους κομίζειν ὕβρει καὶ ἀκολασίᾳ τὴν ἐξουσίαν μετροῦντας· ἢ, κἂν μὴ πάθῃ, δόξαι γε παθεῖν δεινόν ἐστιν ἐπὶ τοῖς ποιῆσαι δυναμένοις γενομένῃ. Τοῦτο μόνον, ὥς φασιν, ἀπέτρεψε τῆς ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ὁδοῦ Πομπήιον· εἰ δή τις ἔτι Πομπηίου λογισμὸς, ἀλλ' οὐχὶ δαίμων ἐκείνην ὑφηγεῖτο τὴν ὁδόν. Plutarch. Pomp. 76. Quantopere sententia Theophanem fefellerit, rerum docuit eventus. Post mortem Pompeii ad quemnam patronum se Græcus converterit, divinari facile posse videtur, confirmari veterum testimonio non potest.

Paucis annis post quum Cæsar quoque cecidisset, Cicero ad Atticum XV, 19 (44 a. C.) : *Fugiamus igitur... Theophanes quid velit nescio. Scripserat enim ad me : cui rescripsi, ut potui : mihi autem scribit, venire ad me se velle, ut et de suis rebus et quædam quæ ad me pertineant : tuas literas exspecto : vide, quæso, ne quid temere fiat.* Post hæc altum de Theophane silentium.

Filium reliquit M. Pompeium Macrum, illustrem equitem Romanum, qui sub Augusto bibliothecis ordinandis præfectus Asiæque procurator, et deinde Tiberio sub initio ejus regni gratissimus.

Strabo l. l. Sueton. Cæs. c. 56; Ovid. Amor. II, 18. At gratia imperatoris caduca. Filia Pompeii in exilium acta : pater cum filio se interemit. Ecce Tacitum in Ann. VI, 18 (33 a. C.) : *Etiam in Pompeiam Macrinam exilium statuitur, cujus maritum Argolicum, socerum Laconem, e primoribus Achæorum, Cæsar afflixerat. Pater quoque illustris eques Romanus ac frater prætorius, quum damnatio instaret, se ipsi interficere. Datum erat crimini, quod Theophanem Mytilenæum proavum* (deb. *avum*) *eorum Cn. Magnus inter intimos habuisset, quodque defuncto Theophani cœlestes honores Græca adulatio tribuerat.*

Descripsisse Theophanem res Pompeii ex allatis testimoniis patet. Num vero omnia Cneii gesta exposuerit an minus; nescitur. Reliquiæ ad unum pertinent bellum Mithridaticum; auctoremque produnt qui in regionum ubi res gerebantur, quasque ipse pede triverat, accurata descriptione multum operæ posuerit. Nec parva ex hac parte fuisse videtur ejus auctoritas. Ne eandem in reliquis quoque fidem ei tribuamus impedimur. Etenim perverso Pompeii ejusque familiæ studio abreptus, facilemque rumoribus aurem præbens, virum integerrimum crimine onerasse dicitur atrocissimo (fr. 1). Quodsi recte se habet, non dubito quin vera etiam de Theophane narraverit Timagenes (v. supra); quod etsi negare Plutarchus in honorem Pompeii susceperit, id ita tamen facit, ut a μοχθηρίας nota Theophanem non velit liberari. Ceterum quum de eodem homine tam magnifice sentiat Strabo, vir sane gravis, suspicio fere nascitur omnia quæ de Theophane Plutarchus narrat fluxisse ex historiis Timagenis, qui propter maledicendi libidinem male famosus, narrationem Theophanis prave detruncans, in suæ malitiæ consilia detorserit, conviciisque mores auctoris adspergere studuerit.

Epigrammata Theophanis duo vide in Anthologia.

[ΜΙΘΡΙΔΑΤΙΚΑ.]

1.

Plutarch. Pompei. c. 37 : Ἐν δὲ τῷ Καινῷ φρουρίῳ καὶ γράμμασιν ἀπορρήτοις ὁ Πομπήιος ἐντυχὼν τοῦ Μιθριδάτου καὶ διῆλθεν οὐκ ἀηδῶς αὐτὰ πολλὴν ἔχοντα τοῦ ἤθους κατανόησιν. Ὑπομνήματα γὰρ ἦν, ἐξ ὧν ἐφωράθη φαρμάκοις ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν υἱὸν Ἀριαράθην ἀνῃρηκὼς καὶ τὸν Σαρδιανὸν Ἀλκαῖον, ὅτι παρευδοκίμησεν αὐτὸν ἵπποις ἀγωνιστὰς ἐλαύνων. Ἦσαν δὲ ἀναγεγραμμέναι καὶ κρίσεις ἐνυπνίων, ὧν τὰ μὲν αὐτὸς ἑωράκει, τὰ δὲ ἔνιαι τῶν γυναικῶν, ἐπιστολαί τε Μονίμης πρὸς αὐτὸν ἀκόλαστοι καὶ πάλιν ἐκείνου πρὸς αὐτήν. Θεοφάνης δὲ καὶ Ῥουτιλίου λόγον εὑρεθῆναί φησι παροξυντικὸν ἐπὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἐν Ἀσίᾳ Ῥωμαίων· ὃ καλῶς εἰκάζουσιν οἱ πλεῖστοι κακοήθευμα τοῦ Θεοφάνους εἶναι, τάχα μὲν οὐδὲν αὐτῷ τὸν Ῥουτίλιον ἐοικότα μισοῦντος, εἰκὸς δὲ καὶ διὰ Πομπήιον, οὗ τὸν πατέρα παμπόνηρον ἀπέδειξεν ὁ Ῥουτίλιος ἐν ταῖς Ἱστορίαις.

2.

Strabo XI, p. 493 : Τοῦ δὲ Ταναΐδος τὰς μὲν ἐκβολὰς ἴσμεν (δύο δ' εἰσὶν εἰς τὰ ἀρκτικώτατα μέρη τῆς Μαιώτιδος, ἑξήκοντα σταδίους ἀλλήλων διέχουσαι), τὸ δ' ὑπὲρ τῶν ἐκβολῶν ὀλίγον τὸ γνώριμόν ἐστι, διὰ τὰ ψύχη καὶ τὰς ἀπορίας τῆς χώρας, ἃς οἱ μὲν αὐτόχθονες δυνάνται φέρειν, σαρξὶ καὶ γάλακτι τρεφόμενοι νομαδικῶς, οἱ δ' ἀλλοεθνεῖς οὐκ ὑπομένουσιν. Ἄλλως δὲ οἱ Νομάδες δυσεπίμικτοι τοῖς ἄλλοις ὄντες καὶ πλήθει καὶ βίᾳ διαφέροντες ἀποκεκλείκασιν, εἰ καί τι πορεύσιμον τῆς χώρας ἐστὶν, ἢ εἴ τινας τετύχηκεν ἁπλοῦς ἔχων ὁ ποταμός. Ἀπὸ δὲ τῆς αἰτίας ταύτης οἱ μὲν ὑπέλαβον, τὰς πηγὰς ἔχειν αὐτὸν ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι, πολὺν δ' ἐνεχθέντα ἐπὶ τὰς ἄρκτους, εἶτ' ἀναστρέψαντα ἐκβάλλειν ἐς τὴν Μαιῶτιν· τούτοις δὲ ὁμοδοξεῖ καὶ Θεοφάνης ὁ Μυτιληναῖος.

[DE BELLO MITHRIDATICO.]

1.

In castro quod dicitur Cænon (*Novum*) in secretas quasdam Mithridatis literas incidit, easque non sine oblectatione percurrit, quod ingenium illius præclare indicarent. Deprehendit enim eum veneno sustulisse quum alios multos, tum filium suum Ariarathem et Alcæum Sardianum, quod is cum equestrium certaminum gloria superasset. Erant et conscripta insomniorum judicia, quæ partim ipsi, partim mulieribus evenissent. Repertæ etiam Monimæ et Mithridatis litteræ lascivæ, mutuo scriptæ. Theophanes orationem quoque Rutilii inventam ait, qua ad cædem Romanorum per Asiam cohortatus is Mithridatem fuisset. Quod recte plerique malitiose fictum a Theophane conjiciunt, quod Rutilium ipsius plane dissimilem odisset; probabile etiam est Pompeii causa, cujus patrem Rutilius in Historiis pessimum fuisse hominem demonstraverat.

2.

Tanaidis ostia quidem novimus (duo autem sunt, quibus is in partes Mæotidis maxime septentrionales sese exonerat, stadiis sexaginta inter sese distantia); quod vero supra ostia est, ejus pars exigua est cognita. Fit hoc ob frigus et incommoditates regionis, quas indigenæ possunt tolerare, carnibus et lacte viventes Nomadum more ; exteri sustinere non possunt. Alias etiam Nomades isti, a commerciis aliarum nationum alieni, multitudine ac viribus præpotentes, occluserunt itinera regionum, etiam iis partibus quæ perviæ sunt vel ubi subvectiones aliquas fluvius habet. Hac de causa quidam censuerunt, eum e Caucasiis montibus ortum magno alveo adversus septentriones ferri, indeque retro labentem in Mæotin exire. His Theophanes quoque Mytilenæus assentitur.

Eundem potissimum Theophanem Strabo intellexerit p. 497, ubi τοὺς τὰ Μιθριδατικὰ γράψαντας laudat: Ἀπὸ δὲ τῶν Βατῶν ὁ μὲν Ἀρτεμίδωρος τὴν Κιρκιτῶν λέγει παραλίαν, ὑφόρμους ἔχουσαν καὶ κώμας, ὅσον ἐπὶ σταδίους ὀκτακοσίους καὶ πεντήκοντα· εἶτα τὴν τῶν Ἀχαιῶν σταδίων πενταχοσίων· εἶτα τὴν τῶν Ἡνιόχων χιλίων· εἶτα τὸν Πιτυοῦντα τὸν μέγαν, τριακοσίων ἑξήκοντα μέχρι Διοσκουριάδος. Οἱ δὲ τὰ Μιθριδατικὰ συγγράψαντες, οἷς μᾶλλον προσεκτέον, Ἀχαιοὺς λέγουσι πρώτους, εἶτα Ζυγούς, εἶτα Ἡνιόχους, εἶτα Κερκέτας καὶ Μόσχους καὶ Κολχοὺς καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων Φθειροφάγους καὶ Σοάνας καὶ ἄλλα μικρὰ ἔθνη τὰ περὶ τὸν Καύκασον.

3.

Idem XI, p. 503: Ἐν δὲ τοῖς ὑπὲρ τῆς Ἀλβανίας ὄρεσι καὶ τὰς Ἀμαζόνας οἰκεῖν φασί. Θεοφάνης μὲν οὖν, ὁ συστρατεύσας τῷ Πομπηίῳ, καὶ γενόμενος ἐν τοῖς Ἀλβανοῖς, μεταξὺ τῶν Ἀμαζόνων καὶ τῶν Ἀλβανῶν φησὶ Γήλας οἰκεῖν καὶ Λήγας Σκύθας· καὶ ῥεῖν ἐνταῦθα τὸν Μερμάδαλιν ποταμὸν τούτων τε καὶ τῶν Ἀμαζόνων ἀνὰ μέσον. [Ἄλλοι δὲ, ὧν καὶ ὁ Σκήψιος Μητρόδωρος καὶ Ὑψικράτης, οὐδὲ αὐτοὶ ἄπειροι τῶν τόπων γεγονότες, Γαργαρεῦσιν ὁμόρους αὐτὰς οἰκεῖν φασιν ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς πρὸς ἄρκτον τῶν Καυκασίων ὀρῶν, ἃ καλεῖται Κεραύνια.]

4.

Idem XI, p. 528: Ἡ δὲ Χορζηνὴ καὶ Καμβυσηνὴ προσβορώταταί εἰσι καὶ νιφόβολοι μάλιστα, συνάπτουσαι τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι καὶ τῇ Ἰβηρίᾳ καὶ τῇ Κολχίδι· ὅπου φασὶ κατὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν ὀρῶν πολλάκις καὶ συνοδίας ὅλας [τῶν ὀρῶν] ἐν τῇ χιόνι καταπίνεσθαι, νιφετῶν γινομένων ἐπὶ πλέον· ἔχειν δὲ καὶ βακτηρίας πρὸς τοὺς τοιούτους κινδύνους παρεξαίροντας εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, ἀναπνοῆς τε χάριν, καὶ τοῦ διαμηνύειν τοῖς ἐπιοῦσιν, ὥστε βοηθείας τυγχάνειν, ἀνορύττεσθαι καὶ σώζεσθαι. Ἐν δὲ τῇ χιόνι βώλους πήγνυσθαί φασι κοίλας, περιεχούσας χρηστὸν ὕδωρ, ὡς ἐν χιτῶνι, καὶ ζῷα δὲ ἐν αὐτῇ γεννᾶσθαι· καλεῖ δὲ σκώληκας Ἀπολλωνίδης, Θεοφάνης δὲ θρῖπας· κἀν τούτοις ἀπολαμβάνεσθαι χρηστὸν ὕδωρ, περισχισθέντων δὲ τῶν χιτώνων πίνεσθαι· τὴν δὲ γένεσιν τῶν ζώων τοιαύτην εἰκάζουσιν, οἵαν τὴν τῶν κωνώπων ἐκ τῆς ἐν τοῖς μετάλλοις φλογὸς καὶ τοῦ ψεψάλου.

5.

Idem XI, p. 530, de Armenia: Μέγεθος δὲ τῆς χώρας Θεοφάνης ἀποδίδωσιν, εὖρος μὲν σχοίνων ἑκατὸν, μῆκος δὲ διπλάσιον, τιθεὶς τὴν σχοῖνον τετταράκοντα σταδίων· πρὸς ὑπερβολὴν δ' εἴρηκεν· ἐγγυτέρω δ' ἐστὶ τῆς ἀληθείας, μῆκος μὲν θέσθαι τὸ ὑπ' ἐκείνου λεχθὲν, εὖρος δὲ τὸ ἥμισυ ἢ μικρῷ πλεῖον.

6.

Idem XII, p. 555: Ὑπὲρ μὲν δὴ τῶν περὶ Φαρνακίαν καὶ Τραπεζοῦντα τόπων οἱ Τιβαρηνοὶ καὶ Χαλδαῖοι μέχρι τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας εἰσίν. Αὕτη δ' ἐστὶν εὐδαίμων ἱκανῶς χώρα· δυνάσται δ' αὐτὴν κατεῖχον ἀεὶ, καθάπερ τὴν Σωφηνὴν, τοτὲ μὲν φίλοι τοῖς ἄλλοις Ἀρμενίοις ὄντες, τοτὲ δὲ ἰδιοπραγοῦντες· ὑπηκόους δ' εἶχον καὶ τοὺς Χαλδαίους καὶ Τιβαρηνοὺς, ὥστε μέχρι Τραπεζοῦντος καὶ Φαρνακίας διατείνειν τὴν ἀρχὴν αὐτῶν. Αὐξηθεὶς δὲ Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ καὶ τῆς Κολχίδος κατέστη κύριος καὶ τούτων ἁπάντων, Ἀντιπάτρου τοῦ Σισίδος παραχωρήσαντος αὐτῷ. Ἐπεμελήθη δὲ οὕτω τῶν τόπων τούτων, ὥστε πέντε καὶ ἑβδομήκοντα φρούρια ἐν αὐτοῖς κατεσκευάσατο, οἷσπερ

3.

In montibus qui supra Albaniam sunt siti, Amazonibus quoque sedes fuisse perhibent. Sane Theophanes, qui Pompeii castra secutus in Albania fuit, inter Amazonas et Albanos ait habitasse Gelas et Legas, Scythicos populos, indeque Mermadalim amnem profluere inter hos et Amazonas medio spatio.

4.

Chorzene et Cambysene maxime sunt sitæ versus septentrionem, ideoque etiam nivosissimæ, pertinentes ad Caucasi montana, Iberiam et Colchidem. Ferunt ibi in trajectu montium totos comitatus interdum nivibus montanis absorberi, si quando ninxit vehementius: et ad hæc pericula sustinenda viatores habere baculos, quos in superficiem erigant, ut et respirare possint, et suum casum adventantibus significare, adeoque auxilium nacti effodiantur et serventur. Tradunt etiam in nive glebas coire cavas intus, aquam utilem tanquam in tunica continentes; et animalcula quoque in iis nasci; vermes Apollonides, cossos Theophanes vocat; in iisque bonam aquam contineri, quæ scissis circum tunicis bibatur; ortum vero animalculorum talem conjiciunt, qualis est culicum in metallis e flamma et favilla.

5.

Magnitudo Armeniæ a Theophane sic describitur. Longitudo schœnorum centum, latitudo dupla, schœno stadia quadraginta continente. At modum excedit. Vero propius est, si longitudinem esse ponas, quam ille latitudinem esse dicit, latitudinem vero longitudinis dimidiam et paullo plus.

6.

Supra Pharnaciam et Trapezuntem sunt Tibareni et Chaldæi usque ad parvam Armeniam. Ea est satis felix regio, quam, sicuti Sophenam quoque, reguli tenuerunt, aliquando fœdere Armeniis juncti, aliquando rem suam privatim administrantes: paruerunt iis etiam Tibareni et Chaldæi, ita ut Trapezuntem usque et Pharnaciam ipsorum imperium proferrent. Mithridates vero potentia auctus quum Colchidem sibi subjecit, tum istæc omnia, Antipatro Sisidis filio dominium ei cedente. Eam autem curam istorum locorum gessit, ut septuaginta quinque castella in iis exstruxe-

τὴν πλείστην γάζαν ἐνεχείρισε. Τούτων δ' ἦν ἀξιολογώτατα ταῦτα· Ὕδαρα καὶ Βασγοιδάριζα καὶ Σινορία, ἐπιπεφυκὸς τοῖς ὁρίοις τῆς μεγάλης Ἀρμενίας χωρίον· ὃ ὑπὲρ Θεοφάνης Συνορίαν (Σινορίαν. Συνωρίαν v. l.) παρωνόμασεν. Quæ deinceps apud Strabonem sequuntur de Mithridate et Pompeio ex eodem Theophane fluxisse nullus dubito.

THEOPHANES.

ΠΕΡΙ ΓΡΑΦΙΚΗΣ.

7.

Diog. L. II, 104, varios Aristippos recensens: Τεσσαρεσκαιδέκατος, Ἐφέσιος, ζωγράφος, οὗ μέμνηται Θεοφάνης ἐν τῷ Περὶ γραφικῆς. Num ad nostrum an alium hæc Theophanem pertineant, haud liquet. Ad alium referri malim.

---

rit, in iisque maximam gazam recondiderit; de quibus præcipua sunt Hydara, Basgœdariza, et Sinoria, finibus majoris Armeniæ inhærens castellum, ut et Synoriam Theophanes appellaverit.

DE PICTURA.

7.

Aristippum Ephesium, pictorem, memorat Theophanes in libro De pictura.

TIMAGENES ALEXANDRINUS.

Suidas : Τιμαγένης, βασιλικοῦ ἀργυραμοιβοῦ υἱός, Ἀλεξανδρεύς, ῥήτωρ, ὡς δέ τινες Αἰγύπτιος, ὃς ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου αἰχμάλωτος (a. 55) ἀχθεὶς ἐν Ῥώμῃ ὑπὸ τοῦ Γαβινίου ἐξωνήθη ὑπὸ Φαύστου, τοῦ υἱοῦ Σύλλου, καὶ ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ, ἐπί τ' αὐτοῦ Πομπηίου καὶ μετ' αὐτὸν, ἐπί τε Καίσαρος τοῦ Αὐγούστου καὶ μετέπειτα [ἐπί τε Καίσαρος Γαίου Ἰουλίου καὶ μετέπειτα Αὐγούστου Reinesius] ἅμα Καικιλίῳ. Ἐκπεσὼν δὲ τῆς σχολῆς διὰ τὸ παρρασιαστὴς εἶναι, ἐν ἀγρῷ διῆγε Τουσκλάνῳ λεγομένῳ. Καὶ ἐτελεύτησε δ' ἐν Ἀλβάνῳ (sic vv. dd. pro vlg. Δαβάνῳ] ἐμέσαι βουληθεὶς μετὰ δεῖπνον καὶ σφηνωθείς. Βιβλία δ' ἔγραψε πολλά. Cf. v. Σφηνωθείς.

Τιμαγένης, ἱστορικός. Περίπλουν πάσης θαλάσσης ἐν βιβλίοις ε' (γ' codd. ABE).

Τιμαγένης ἢ Τιμογένης, Μιλήσιος, ἱστορικὸς καὶ ῥήτωρ. Περὶ Ἡρακλείας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς λογίων ἀνδρῶν βιβλία γ' καὶ ἐπιστολάς.

Num recte an secus grammaticus inter tres Timagenes distinxerit, certis argumentis demonstrari quidem nequit; haud improbabile tamen est Timagenem historicum, Peripli auctorem, non aliam propter causam separatim poni, quam quod patriam scriptoris non notatam in fontibus suis reperiens Suidas nesciret ipse, Milesiusne Timagenes an Alexandrinus an denique tertius quidam intelligendus esset. Neque equidem repugno, si quis cum Bonamyo (*Recherches sur la vie, etc. de Timagènes*, in *Mém. de l'Acad.* tom. 13, p. 1 sqq.) statuat Peripli scriptorem eundem esse cum rhetore Milesio (*). Quæri etiam possit, num Milesius ab Alexandrino sit diversus, quandoquidem Alexandrinos sæpenumero dicunt non natos Alexandriæ, sed versatos ibi vel discipulos vel magistros. Verum duos hosce Timagenes recte distineri censeo. Nullius quidem in hanc rem momenti est, quod ambigit Suidas utrum Τιμαγένης an Τιμογένης Milesius appellandus sit. Verum quum de claris Heracleensibus scripsisse dicatur, jure statuimus diutius eum in ea urbe degisse, idque largieris eo facilius, quo arctius Heracleenses cum Milesiis conjuncti fuerint (*). Scilicet Miletum Heracleæ alteram quasi metropolim fuisse constat. Jam ne quis existimet Timagenem Milesium primum Heracleæ diutius versatum, deinde Alexandriam se contulisse, temporum ratio impedit. Nam quum Timagenes noster Augusti res gestas conscripsisse dicatur, fieri non potuit, quin juvenis fere adhuc esset anno 55 a. C. (Pompeio et Crasso coss. v. Dio. Cass. 39, 55), quo Gabinius Syriæ proconsul a Pompeio adjutus Alexandriam cepit, Ptolemæum Auleten in regnum restituit, Romam captivum abduci jussit Timagenem.

Hactenus de Suidæ loco, ubi duo certe Timagenes recte distinguuntur. Apud reliquos scriptores unus tantum locus exstat, quo Timagenes addita nota patriæ commemoratur. Scilicet Pseudo-Plutarchus (De fluviis c. 6) de Arare fluvio ad Gallatica provocans Callisthenis Sybaritæ, ejus scriptoris opere usum esse ait *Timagenem Syrum*. Hunc autem Sy-

(*) Ceterum quum Τιμαγέτου opus Περὶ λιμένων laudetur ap. schol. Apoll. Rh. IV, 259 (ἐν α'). 306. 325, ibidemque (IV, 284) Timagetus citetur de Aretiada insula, et (IV, 284) de Istri fontibus cursuque, quæ vel ex eodem Περὶ λιμένων opere vel ex alio scripto geographico fluxerunt: gravis mihi suspicio est *Timagetum* hunc apud Suidam vel ejus auctorem abiisse in *Timagenem* Peripli auctorem, quem nemo alius commemorat. Fortasse etiam pro περίπλουν πάσης θαλάσσης olim fuit περὶ λιμένων π. θ. — Idem Τιμάγητος in schol. Apoll. Rh. II, 1031 (de Argonautis) et ap. Steph. Byz. v. ἄκτη abiisse mihi videtur in Δημάγητος, sicuti aliis locis confunduntur Δημοσθένης et Τιμοσθένης, Δημαγόρας et Τιμαγόρας. Cf. notam sequentem.

(*) Ebert. Diss. Sic. p. 134 confert Suidæ illud : Φανίας ἢ Φαινίας, quibus, ut n. l., indicarit utramque nominis formam inveniri. Addit Ebertus : « Super hæc magis fere analogiæ convenit Τιμογένης, uti Τιμοφάνης, Τιμοσθένης et centum alia, quibus ipsis unus atque alter sciens imprudens ut Τιμογένης scriberet, adduci potuit. Certe si Villoisonius ap. Apollonium (Lex. Hom. v. Ἅρπυια) pro Τιμογένης ἐν ταῖς Παραφράσεσι legere mavult Τιμαγένης, ut eum intelligere possit, qui Suidæ simpliciter Τιμαγένης dicitur, vehementer errat; nam nominis dittographia ut a lexicographo in uno Milesio notaretur, forte, credo, accidit; grammaticam rationem si sequaris, formarum utraque, et Τιμογένης et Τιμαγένης, cadit in omnes, qui unquam id nominis habuerunt. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 653. » Similis fluctuatio est in nomine Θεογένης vel Θεαγένης. Ceterum qui fuerit iste Timagenes Παραφράσεων auctor non constat. Nisi conjectura fallit, idem est cum *Demageto Heracleota*, cujus opus aliquod Demosthenes Thrax, *Paraphraseón auctor*, in compendium redegit. Suidas : Δημοσθένης Θρᾷξ· οὗτος ἔγραψε Μετάφρασιν (ipse vero Dem. opus hoc inscripsit Μεταβολαί). Ἰλιάδος πεζῷ λόγῳ, Ἐπιτομὴν τῶν Δημαγήτου Ἡρακλεώτου, περὶ διθυραμβοποιῶν (fort. interpunctio post v. Ἡρακλ. tollenda), Μετάφρασιν εἰς τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν. (De confusione nominum Δημάγητος Τιμάγητος, Τιμαγένης cf. not. antecedentem). Hoc si recte conjecimus, ultro adducimur, ut hunc *Heracleotam* eundem esse statuamus cum Timagene, quem Suidas *De Heraclea clarisque Heracleotis* scripsisse dicit. Verum nomen fuerit Τιμάγητος, sicuti in antecedente glossa. Si ulterius progredi vellem, ap. Suidam pro καὶ ἐπιστολὰς proponerem καὶ μεταβολάς.

rum cum Alexandrino eundem esse statuit Bonamyus l. l., quem sequitur Santo-Crucius (*Exam. d. hist. d'Alex.* p. 55). Argumentum sententiæ inde petivit, quod Suidas Timagenem diem obiisse prodit ἐν Δαβάνῳ (ita enim codd.). Quem locum cum Vossio (Hist. gr. p. 197) assignat Osroenæ regioni Mesopotamiæ. Huc igitur quum Timagenes relicta Italia se recepisset, accidisse ut Syrus a Plutarcho dici posset (*). At parvum istud Osroenes castellum a seri demum ævi scriptoribus memoratum, non audit Δάβανον vel Δάβανος, sed (τὰ) Δάβανα vel Δαβάναι ap. Procop. De æd. II, 4 et Notit. imper. Orient. c. 33, coll. Ammian. Marcell. XIII, 2. Forbiger. *Alt. Geogr.* tom. II, p. 635. Deinde autem quum Timagenes *in contubernio Asinii Pollionis consenuisse* perhibeatur (v. infra), nec causa adsit cur senem decrepitum ad ultimas terrarum orbis plagas relegatum putemus, imo vero quum quæ de mortis genere accurate (ab Asinio Pollione?) traduntur, virum inter amicos potius exspirantem arguere videantur : dubitari vix potest, quin in Italia Timagenes vita functus sit, apud Suidam vero Rubenius (ad Senec. De ira III, 23) et Hemsterhusius pro ΔΑβάνῳ rectissime reposuerint ΑΛβάνῳ (**). Cf. Toup. Emend. II, p. 294. Nihilosecius Syrum Timagenem non sejungendum esse suspicor ab eo, qui captus est Alexandriæ. Syriæ historiam a Timagene accurate tractatam esse vel peculiari scripto vel in majori aliquo historiarum opere patet ex fragmentis 4. 5. 6 (ex Josepho). Eodem referre licet quæ fr. 2 leguntur de Milyensium regione, per longum tempus Syrorum regum imperio subjecta. Hunc vero Timagenem esse qui Pompeii et insequentibus temporibus vixit, innuit fr. 3, ubi Castori jungitur et Nicolao Damasceno. Porro fr. 4 Timagenis mentio de re ad Syriam pertinente fit ex Strabonis opere nunc deperdito. Strabonem vero unum tantum Timagenem in libris suis laudasse inde colligas, quod in Geographicis Strabonis (v. fr. 9) simpliciter citatur Timagenes, nullo addito indicio, quo hunc ab alio ejusdem nominis scriptore alias laudato possis discernere. Hic vero locus, quum de rebus sit Gallorum, Timagenes ibi citatus procul dubio idem est atque Syrus ille, quem de Galliæ fluvio loquens memorat Plutarchus.

(*) Bonamy. l. l. p. 41 : « Nous ne savons pas précisément le temps qu'il resta à Tusculum, et encore moins la raison qui lui fit prendre le parti de quitter cette retraite pour se retirer à Dabanum, ville de l'Osroëne dans la Mésopotamie; c'est, si, je ne me trompe, du lieu de cette retraite que l'auteur du livre Des fleuves a donné à Timagènes le surnom de Syrien. Il y mourut d'une indigestion. »

(**) Similiter ap. Ptolem. V, 2 codd. Ἀπολλωνία πρὸς Δαμβάνῳ, quum esse debeat πρ. Ἀλβάνῳ.

Igitur Timagenes, regii argentarii filius, natus fuerit (80–75 a. C.?) in Syriæ oppido. Hinc studiorum causa se contulerit Alexandriam. Expugnata urbe captivus venit Romam (55 a. C.). Quæ deinceps de fatis ejus moribusque Suidas subjungit, ea egregie supplentur narratione Senecæ tum patris tum filii. Est vero hæc :

Seneca Controv. 34 : *Sæpe solebat* (Asinius Pollio) *apud Cæsarem cum Timagene confligere, homine acidæ linguæ et qui nimis liber erat : puto quia diu non fuerat ex captivo coquus, ex coquo lecticarius, ex lecticario usque ad amicitiam Cæsaris felix. Usque eo utramque fortunam contempsit, et in qua erat et in qua fuerat, ut, quum illi multis de causis iratus Cæsar interdixisset domo, combureret historiam rerum ab illo gestarum, quasi et ipse illi ingenio suo interdiceret, disertus homo et dicax, a quo multa improbe, sed venuste dicta.*

Seneca De ira III, 23 : *Multa et divus Augustus digna memoria fecit dixitque, ex quibus appareat illi iram non imperasse. Timagenes historiarum scriptor quædam in ipsum, quædam in uxorem ejus et in totam domum dixerat, nec perdiderat dicta; magis enim circumfertur et in ore hominum est temeraria urbanitas. Sæpe illum Cæsar monuit ut moderatius lingua uteretur : perseveranti domo sua interdixit. Postea Timagenes in contubernio Pollionis Asinii consenuit, ac tota civitate dilectus est : nullum illi limen præclusa Cæsaris domus abstulit. Historias postea, quas scripserat, recitavit et combussit, et libros acta Cæsaris continentes in ignem posuit. Inimicitias gessit cum Cæsare; nemo amicitiam ejus extimuit, nemo quasi fulgure ictum refugit : fuit qui præberet tam alte cadenti sinum. Tulit hoc, ut dixi, Cæsar patienter, ne eo quidem motus, quod laudibus suis rebusque gestis manus attulerat. Nunquam cum hospite inimici questus est : hoc duntaxat Pollioni Asinio dixit,* θηριοτροφεῖς. *Paranti deinde excusationem obstitit, et « fruere, » inquit, « mi Pollio, fruere. » Et quum Pollio diceret : Si jubes, Cæsar, statim illi domo mea interdicam, « Hoc me, » inquit, « putas facturum, quum ego vos in gratiam reduxerim? » Fuerat enim aliquando Timageni Pollio iratus, nec ullam aliam habuerat causam desinendi, quam quod Cæsar cœperat* (*).

(*) De Asinio Pollione apponere liceat locum Plinii in Ep. VII, 12 : *Vir est optimus et inter præcipua seculi ornamenta numerandus : colit studia, studiosos amat, fovet, provehit, multorumque, qui aliqua componunt, portus, sinus, præmium; omnium exemplum; ipsarum denique literarum jam senescentium reductor ac reformator. Domum suum recitantibus præbet; auditoria, non apud se tantum, benignitate mira frequentat.* Plura vide ap. Thorbeckium De C. Asinii Pollionis vita et studiis doctr. (Lugd. Bat. 1820) p. 100 sqq.

In schola Timagenis successit Asinius Pollio Trallianus (libertus haud dubie C. Asinii Pollionis consularis). Suidas : Πωλίων, ὁ Ἀσίνιος χρηματίσας, Τραλλιανὸς, σοφιστὴς καὶ φιλόσοφος, σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου, καὶ διαδεξάμενος τὴν σχολὴν Τιμαγένους (*). Vitam Timagenis enarravit Euagoras Lindius. Suidas : Εὐαγόρας, Λίνδιος, ἱστορικὸς, ἔγραψε βίον Τιμαγένους καὶ ἑτέρων λογίων.

Restat ut apponamus, quæ de παρρησίᾳ Nostri traduntur.

Plutarch. De adulat. c. 27 : Τιμαγένης ἐξέπεσε τῆς Καίσαρος φιλίας ἐλευθέρᾳ μὲν οὐδέποτε φωνῇ χρησάμενος, ἐν δὲ τοῖς συμποσίοις καὶ τοῖς περιπάτοις ἑκάστοτε πρὸς οὐδ' ἡντινοῦν σπουδήν,

— ἀλλ' ὅ τι οἱ εἰσαιτο γελοίτον Ἀργείοισιν,

αἰτίαν φιλίας ὥσπερ σόφισμα λοιδορίας προσφερόμενος.

Seneca Epist. 91 : *Timagenes, felicitati urbis inimicus, ajebat, Romæ sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sciret meliora resurrectura quam arsissent.* Cf. Sueton. Octav. c. 29.

Plutarch. Qu. conv. I, 13, 3 p. 634, F : Ἐπιβουλῇ καὶ ὕβρει προσέοικεν... τὸ Τιμαγένους πρὸς τὸν ἄνδρα τῆς ἐμετικῆς·

Κακῶν γὰρ ἄρχεις τήνδε μοῦσαν (sc. τήνδ' ἐμοῦσαν) εἰσάγων·

καὶ πρὸς Ἀθηνόδωρον τὸν φιλόσυφον, εἰ φυσικὴ ἡ πρὸς τὰ [ἔκγονα] φιλοστοργία.

Horatius Epist. I, 19, 15 :

Rupit Iarbitam Timagenis æmula lingua
dum studet urbanus tenditque disertus haberi.

Ad quæ scholiasta : *Hic Iarbita, Maurus regione, fuit Cordus, qui dum Timagenem post convivium et inter pocula declamantem vellet imitari, nec posset, invidia quodammodo ruptus est.* Cf. interpretes.

Scripsit Timagenes permulta, uti Suidas ait. Inter ea fuisse *Historiam rerum Augusti* supra vidimus. Sed hanc iratus auctor combussit, referente Seneca patre, a quo sua accepit filius, qui tamen ita rem tradit, ut ceteras quoque historias Timagenes simul flammis tradidisse videri possit. Etenim verba sunt : *Historias postea quas scripserat, recitavit et combussit, et libros acta Cæsaris continentes in ignem posuit.* Sed hæc nihil nisi figura rhetorica, qua bis effertur res eadem.

Stephanus Byzantius Milyas olim Solymos dictos esse refert ex Timagene in α' Βασιλέων. De quo opere Bonamyus mira judicii confidentia : *C'était*, inquit, *une histoire d'Alexandre le Grand et des rois qui divisèrent sa monarchie.* Quæ repetit Santo-Crucius l. l. p. 55. Parum hæc sententia se commendat, etsi de Alexandro quoque egisse Timagenem jure colligas ex fragmento primo. Nam Alexander, ut præeunte Salmasio (ad Solin. p. 1108, E) recte monet Ebertus (Diss. Sic. p. 135), aut nunquam aut perraro βασιλεὺς breviter et absolute a Græcis dictus est, et successores Alexandri in titulis talium librorum διάδοχοι et ἐπίγονοι vel οἱ διαδεξάμενοι nominantur. Igitur, nisi forte decurtatus apud Stephanum titulus est (v. c. ex. ἐν α' Περὶ ἀρχαίων βασιλέων, vel ἐν α' Συρίας βασ. etc.), de

(*) Eundem hunc esse Timagenem cum Alexandrino ap. Suidam, contra Vossium rectissime monet Bonamy. Nam et Suidas et Seneca captivum Romam venisse atque παρρησιαστὴν fuisse dicunt. Porro villam *Pollio* habuit *Tusculanum*, in qua a. u. 755 mortuus est, teste Hieronymo in Chron. Euseb. ad h. a. coll. Thorbeck. De Asinio Pollione (Lugd. Bat. 1820) p. 47. 101. Neque offendit nihil apud Senecam dici de *rhetore ejusque schola*. Nam quisque perspicit cur grammaticus hæc memoraverit, omiserit philosophus Augusti celebrans clementiam. Ceterum Timagenes schola non tam excidisse, quam sponte cessisse videtur Thorbeckio p. 102 : « Verosimile est scholæ præfectum esse a C. Asinio libertum suum, postquam Timagenes, contubernio Pollionis exceptus, otium quærens (quippe qui jam senior ad Pollionem accessit) magisterio se abdicasset. Videntur enim hæ scholæ, quemadmodum magistri, in quadam tutela fuisse ac patrocinio principum e civitate virorum. »

Ceterum pergit Suidas : ἔγραψεν Ἐπιτομὴν τῆς Φιλοχόρου Ἀτθίδος (vid. Philoch. p. LXXXVIII sq.), Ἀπομνημονεύματα Μουσωνίου τοῦ φιλοσόφου, Ἐπιτομὴν τῶν Διοφάντους Γεωργικῶν ἐν βιβλίοις β', πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ ζώων βιβλία ι', Περὶ τοῦ ἐμφυλίου τῆς Ῥώμης πολέμου, ὃν ἐπολέμησαν Καῖσάρ τε καὶ Πομπήιος. Epitomen Atthidis Philochoreæ, quam Pollio confecit, eandem esse cum ea quæ ipsi Philochoro ab eodem Suida tribuitur, censet Bernhardy. Ἀπομνημονεύματα Μουσωνίου, qui sub Nerone floruit, junioris Claudii Pollionis Alexandrini, qui Hadriani tempp. vixit, esse debent. Idem de Epitome Diophanis valet. Quod denique historiam belli civilis attinet, cum Pollione Græco confundi videtur Asinius Pollio Romanus, quem sui temporis historiam latine scripsisse compertum habemus. Vide Thorbeck. l. l. p. 108 sqq., atque ipse Suidas : Ἀσίνιος Πωλίων Ῥωμαῖος, ἱστορίας Ῥωμαϊκὰς συνέταξεν ἐν βιβλίοις ιζ'. Οὗτος πρῶτος Ἑλληνικὴν ἱστορίαν ῥωμαϊκῶς συνεγράψατο. Quamquam putari possit et Romanum et Græcum Pollionem easdem historias, illum latine scripsisse, hunc græce tractasse aut vertisse. Scilicet ap. Plutarch. Cæs. c. 46 leguntur hæc : Ὁ δὲ Καῖσαρ, ὡς ἐν τῷ χάρακι τοῦ Πομπηίου γενόμενος τούς τε κειμένους νεκροὺς ἤδη τῶν πολεμίων εἶδε, καὶ τοὺς ἐπικτεινομένους, εἶπεν ἄρα στενάξας· « Τοῦτ' ἐβουλήθησαν, εἰς τοῦτό με ἀνάγκης ὑπηγάγοντο, ἵνα Γάϊος Καῖσαρ, ὁ μέγιστος πολέμους κατορθώσας, εἰ προηκάμην τὰ στρατεύματα, κἂν κατεδικάσθην. » Ταῦτά φησι Πολλίων Ἀσίνιος τὰ ῥήματα Ῥωμαιστὶ μὲν ἀναφθέγξασθαι τὸν Καίσαρα παρὰ τὸν τότε καιρὸν, Ἑλληνιστὶ δ' ὑπ' αὐτοῦ γεγράφθαι. Quibus *græcum* Pollionis opus laudari possit videri. At dixerit potius Pollio Cæsarem hæc verba postea in epistola græce reddidisse. De græca historia latine a Pollione sive Romano sive Tralliano scripta non constat. Pertinere autem ad hoc argumentum videtur (cf. Bernhardy ad Suid. l. l.) liber, quem Pollio (Trallianus haud dubie) Περὶ τῆς Κτησίου καὶ Ἡροδότου κλοπῆς scripsisse dicitur (a Porphyrio ap. Euseb. P. E. p 467, D). Similiter iisdem fere temporibus Lysimachus scripsit De furtis Ephori. Præterea epistolas, quæ sub Arati et Euripidis nomine circumferebantur, ab Asinio Pollione confectas esse tradit Apollonides Nicenus in Vit. Arati p. 56 ed. West. Ceterum variorum Pollionum catalogum composuit Thorbeck. l. l.

tali fere opere cogitaverim, qualis umbram ostendit Cornelii Nepotis libellus *De regibus* inscriptus, in quo dixit auctor de regibus Persarum, Spartanorum, Siculorum, Macedonum, de Alexandro ejusque successoribus, non ita tamen ut continuam quandam historiam efficere studeret, sed eo maxime consilio, ut personarum rebus gestis, animi ingeniique magnitudine et fatorum varietate conspicuarum adumbraret imagines. Quale quidem argumentum rhetoris studiis est accommodatissimum. Ex eo autem De regibus opere petita esse, quæ de Aristobulo et Alexandro, Hyrcani filiis, deque Ptolemæo Aulete in fragmentis leguntur, minime equidem contenderim. Hæc enim quum ad ipsius auctoris tempora pertineant, non absurde quæras, an non ex multis istis scriptis Timagenes unum etiam sui ævi historiæ destinaverit, Pollionis patroni secutus exemplum. Ad ejusmodi opus commode etiam referre possis quæ *de Gallis* ex Timagene traduntur, quippe quæ narrationi de Cæsaris rebus in Gallia gestis intexta fuerint. Bonamyus et Santo-Crucius peculiare de Gallia opus a Timagene compositum esse sibi persuaserunt.

Ceterum haud infimus locus inter historicos Timageni nostro assignatur. Certe Quintilianus (X, 1, 75) clarissimos historiarum scriptores recensens, postquam dixerat de Herodoto, Thucydide, Philisto, Theopompo, Ephoro, pergit ita : *Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur. Longo post intervallo temporis natus Timagenes hoc est vel ipso probabilis, quod intermissam historias scribendi industriam nova laude reparavit.*

Clitarchum quantopere Ciceronis temporibus Romani dilexerint, suo loco demonstravimus. Sane quidem fidem historici minimam esse bene norunt, sed hoc nihil tum ad rem. Nonne dictionis elegantia luminibusque omnes longe post se reliquisse Clitarchus videbatur? Quis ad animos lectorum commovendos permulcendosque instructior unquam et paratior? Hujus igitur premenda vestigia erant, si quis Romanis probari volebat. Neque male rem cessisse Timageni testimonio rhetoris declaratur, quippe qui, etsi post Clitarchum alios multos rhetorice historiam tractasse constat, hos tamen mentione non dignos habens Timageni demum contigisse censeat, ut historiam scribendi artem, inde a Clitarcho jacentem quasi et intermortuam, ad vitam denuo revocaret. (*) Atque excelluisse Timagenem eloquentiæ venustate ex iis, quæ supra attulimus, perspicitur. Eruditione etiam non caruerit : *Timagenes et diligentia Græcus et sermone hæc quæ diu sunt ignorata collegit ex multiplicibus libris* (fr. 7). Fidem vero narrationis neque exspectamus neque reperimus. Sic fragm. 5 numerum cæsorum auget in immensum : et fragm. 1 Clitarchum secutus insigne profert mendacium. Atque hæc quidem imputanda sunt rhetori. Haud minorem in historias vim exercuerit scriptoris *lingua acida, nimis libera, improbe dicax.* Huc, opinor, pertinent, quæ parum honesta narravit de Theophane, Pompeii familiari consiliorumque adjutore. Omnino enim probabile est uti Asinium Pollionem, sic etiam Timagenem Pompeianorum adversarium fuisse (de Asinio P. v. Thorbeck. p. 40. 55). Perplacet denique Schwabii (De Livio et Timagene, historiarum scriptoribus, æmulis. Program. schol. Stuttgart. 1834) conjectura, ex qua Livius (IX, 19) verbis *levissimi ex Græcis* unum Timagenem nostrum notare voluerit (*).

(*) Ita enim verba Quintiliani intelligenda esse patet. Contra Bonamyus, quum Senecæ locum de combustis a Timagene historiis prave accepisset : « Je ne sais, inquit, si la manière, dont parle Sénèque de la combustion des écrits de Timagènes, ne demande pas quelque restriction, et s'il n'avait pas fait grâce à quelques-uns. Ce qu'il y a de certain, est que, s'il les brûla tous, il s'occupa lorsque sa colère fut passée, à réparer cette perte. Quinctilien, qui le met au nombre des plus fameux historiens, le loue de s'être encore appliqué à écrire l histoire, *après avoir cessé quelque temps de le faire.* » Recte vero Santo-Crucius l. l. p. 55 : *Timagène... que Quintilien regarde comme le restaurateur de l'histoire.* Cf. Ulrici *Charact. d. alt. Historiogr.* p. 65. Clintonus in F. H. tom. III, p. 624 in Bonamyi explicatione, quod miror, acquievit. Unde factum est, ut Timagenem sophistam, qui Augusti gratia excidit, diversum esse opinetur a Timagene historico cujus supersunt fragmenta.

(*) Livius IX, c. 16 extr. laudationem Papirii Cursoris hisce claudit verbis : *Quin eum parem destinant animis Magno Alexandro ducem, si arma, Asia perdomita, in Europam vertisset.* Deinde vero cap. 17 excusans se quod contra morem a rerum ordine declinaret, quærere instituit, *quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit.* « Et exordium quidem hujus quæstionis, Schwabius inquit, satis lene et moderatum videri potest, donec ex improviso prorumpit ardor et perturbatio quædam mentis, a tranquillitate animi, dignissima rerum scriptore,... prorsus abhorrens. Neque alias Livius neque narrans neque judicans, nisi ubi verba ex aliorum ore atque animo proferenda sunt, tam se commotum et sui parum compotem ostendit. Deinde postquam Alexandrum omnibus modis deprimere et vilem facere conatus est, plane tanquam *æmulum* aliquem ejusdem regis principem, cui ipse favebat Livius, oculis suis subjectum intueatur, ne a conviciis quidem sibi temperat in iis verbis, quæ... pæne integra apponimus : (C. 17) *Militaria*, ait *opera pugnando obeunti Alexandro.. cessisset videlice in acie oblatus par Mn. Torquatus,.. cessissent Decii.., cessisset Papirius Cursor, illo corporis robore, illo animi : victus esset consiliis juvenis unius senatus ille etc...* (C. 18.) *Referre in tanto rege piget superbam mutationem vestis, etc... Quid si vini amor in dies acrior?... Id vero periculum erat quod* LEVISSIMI EX GRÆCIS, *qui Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriæ fa-*

1.

Curtius IX, 5, 21 : *Ptolemæum, qui postea regnavit, huic pugnæ* (Mallensi) *adfuisse auctor est*

rent, dictitare solent, ne majestatem nominis Alexandri, quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse, sustinere non potuerit populus Romanus, et, adversus quem Athenis, in civitate fracta Macedonum armis, cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas, concionari libere ausi sunt homines (id quod ex monumentis orationum patet), adversus eum nemo ex tot proceribus Romanis vocem liberam missurus fuerit... Idem fere totius orationis tenor, quamdiu in eadem materia scriptor versatur; et vehementior allocutio, qua mox utitur, vix dubium relinquit, quin certum quendam adversarium hisce telis petierit. Sed priusquam explicare aggredimur, quid sibi voluerit illa *levissimorum Græcorum* compellatio, præmittenda nonnulla sunt... Scilicet haud incredibile nobis videtur ad mentionem Alexandri M. declinavisse historicum nostrum, non quia *libuerit*, sed quia potentioris voluntas illum impulerit. Cæsar Augustus, cujus in aula atque amicitia T. Livium vixisse satis constat, tres potissimum laudes affectabat.... Voluit enim haberi religionum restitutor, Romanorum finium ac imperii propagator, morum ac disciplinæ corrector emendatorque. De ea gloria gratulantium principi scriptorum choro miscet vocem suam Livius.... Ut ad Augustum redeamus,... illi ante omnia cordi fuisse videtur, abolere dedecus, quod a Parthis Romani non semel passi erant, ac devincere populum penes quem tum temporis Orientis imperium erat. Et credere licet, novo populi Romani ductori inde a juventa familiarem fuisse istam curam, quin quasi tralaticiam et a patre J. Cæsare hereditariam acceptam. Et sane quum alia bella.. vel lentissime procederent.., vel spem et ostentationem non egrederentur, unum etiam... infelicissimum exitum habuerit : successus Parthici conatus exspectatione major effecit, ut omnis bellica laus imperatoris Romani, quam et ipse sibi jure tribuere posse videbatur, et a præconibus gloriæ suæ rerum scriptoribus poetisque tulit, intra ejus victoriæ famam steterit. Quin etiam immoratum fuisse Cæsarem Augustum cogitationi, qua ipse se *Persarum victorem et æmulum Alexandri Magni* sibi repræsentabat, ex indiciis nonnullis colligi potest; et poetarum quoque quæsitissimis laudibus, qua Parthos modo *Persas* vocant, modo *Medos*, et Augusti expeditionem ulteriorem ad *Indos* denuntiant, vel etiam devictam ab eodem Indiam gloriantur, in his omnibus *tacitam Cæsaris Augusti cum Alexandro Magno* comparationem inesse, quis negaverit? Eam quominus disertis verbis declararent, et nomen ipsum Alexandri proferrent, obstitisse videtur pudor et metus quidam, ne irrisui objicerent virum neque militaris rei insigni notitia excellentem neque manu fortem, componendo eum cum incomparabili et summo totius antiquitatis bellatore. Aliqua tamen ejus comparationis vestigia occurrunt in itinere Augusti, quo quasi adversus Parthos profecturus in Græcia substitit. Nam illic unus ex legatione Indica, quæ Cæsari obviam venerat, gymnosophista vitæ genere, *Calanus alter coram altero Alexandro*, flammis se dedit, Orientis victori spectaculum (Strabo XV init.). — Jam vero, quid si in medio isto laudum et hyperbolarum consensu exaudita est dissensio subita, dissona, protervi cavillatoris, qui insolenti audacia contenderet puerilem esse Augusti cum Alexandro M. comparationem, et Romanos illos, qui ne Parthos quidem in ordinem redigere sufficiant (nam ne nunc quidem cum hisce armis dimicatum, neque victoriam, quam nequidquam jactent, reportatam) et qui certe

Clitarchus et Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriæ suæ non refragatus, afuisse missum in expeditionem memoriæ tradidit. Cf. Clitarch. fr. 11.

multo minus antiquis illis Persis, terrarum quondam dominis, suffecissent, — eos scilicet *Alexandri* potentiæ atque virtuti pares futuros fuisse! Operæ sane pretium erat, tanto crimini, præsertim si ex ore *scriptoris rerum cujusdam* profectum erat, obviam ire, et ejus viri calamum, quem nostratium sermone historiographum imperii Romani apposite appellaveris, T. Livii dico, advocare Prolatum autem fuisse ejusmodi crimen atque in publicum editam objurgationem, id certe e Liviano nostro loco apertissime patet. » — Deinde nonnullis interpositis Schwabius veterum de Timagene ejusque dicacitate testimonia recenset. Post hæc pergit : « Hic igitur *Timagenes* quam omnibus partibus ei personæ conveniat, ad quam T. Livii convicia referenda sint, vix est quod moneam. Græcus erat, æmulus Livii Romani non solum in historiarum scribendarum arte, sed etiam in amicitia Cæsaris; libertinus erat, ad aulam et summorum virorum familiaritatem ex turpissimo quæstu productus, non leve in oculis Livii oppobrium, qui ipse Pompeianus, id est optimatium partium assecla erat, cujus universum historiarum opus prodiisse manifestum est e consilio condecorandi Romani nominis, quare ei Græculus ille (et omnino oderat Livius Græcos) cum importuno suo in Romanos odio intestabilis esse debebat. Denique, postquam gratia Augusti exciderat æmulus, in *C. Asinii Pollionis* domum confugerat, qui apertus erat T. Livii inimicus. Nam Pollio, alias fautor et amicus virorum doctorum et idem rerum egregius scriptor, etiam propter partium studium Livio nostro favere non poterat. Ipse posteriore tempore clam, mox publice Antonii sectator, prius Pompeianarum partium vehementissimus hostis fuerat, præcipue acerbus adversus Patavinos, Livii municipes, quod cum Pompeio faciebant. Qui quum *Patavinitatem* Livii exagitaret, non solum de quibusdam linguæ et orationis solœcismis,... sed potissimum de *politica* quadam sentiendi ratione questus fuisse censendus est, eâdem, propter quam Pompeianus a Cæsare Augusto per jocum nominatus est Livius. Huic Pollioni, quem, etiam quum ab Antonio transiisset ad Augustum, universæ reip. principem factum, ferociam et popularitatis studium minime deposuisse verisimile est, sane gratum esse non potuit, quod Augustus regiam quasi aulam instituebat, Pompeianam nobilitatem alliciens circa se cum affectatione collocabat, denique T. Livium, Patavinum, Pompeianum, inter amicos habitum, sciebat scribere historiam optimatium laudibus refertam. Contra illi non poterat non acceptissimus esse Timagenes, tam propter originem et vitæ casus quam propter sentiendi de republica rationem et ingenium mordax a Pollionis ingenio haud absimile; nam Asinius etiam Octaviano Cæsari, qui triumviratûs tempore Fescenninos in ipsum scripserat, per contumeliam rescribere avebat, et modo prudentiorem se, quam Timagenes, Pollio gessit quum diceret : *At ego taceo; non est enim facile in eum scribere qui potest proscribere* (Macrob. II, 4). Quodsi iratus aliquando Timageni Pollio fuerat, ipsa narratio ejus rei docet, neque gravem fuisse illam iram neque durabilem. — Hæc sane omnia, quæ hucusque attulimus, in unum collecta confessionem lectori eliciant necesse est, vix quemquam esse præter Timagenem, cui tam pronum, cujus naturæ quasi et genio tam consentaneum fuerit, ita potissimum de Alexandro M., de Romanis, de Parthis loqui, vix cum quoquam, præter Timagenem, tanta verborum vehementia, tam hostili ira altercari potuisse Livium, connivente Cæsare Augusto, si non jubente. Nam quod numero plurali Livius utitur, loquitur de

2.

Stephan. Byz. : Μιλύαι, οἱ πρότερον Σόλυμοι, ὡς Τιμαγένης πρώτῳ Βασιλέων. Καὶ ἡ χώρα Μιλυάς, ὡς Μινυάς. Λέγονται καὶ Μίλυες, ἀπὸ Μιλύης τῆς γυναικὸς Σολύμου καὶ ἀδελφῆς, ὕστερον δὲ Κράγου γυναικός. Τὸ ἐθνικὸν Μιλυεὺς καὶ Μιλυίτης.

Cf. Forbiger. *Alt. Geogr.* II, p. 248. 323. 330.

3.

Josephus C. Apion. II, 7 : *Nicolaus Damascenus, Timagenes et Castor chronographus et Apollodorus... omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum* (Epiphanem) *transgressum fœdera Judæorum et spoliasse templum auro et argento plenum.* Cf. Castor. fr. 22.

4.

Josephus Ant. Jud. XIII, 11, 3 : Aristobulus, Hyrcani f., rex Judæorum, moritur βασιλεύσας ἐνιαυτὸν, χρηματίσας μὲν Φιλέλλην, πολλὰ δ' εὐεργετήσας τὴν πατρίδα, πολεμήσας Ἰτουραίαν, καὶ πολλὴν αὐτῶν τῆς χώρας τῇ Ἰουδαίᾳ προσκτησάμενος, ἀναγκάσας τε τοὺς ἐνοικοῦντας εἰ βούλοιντο μένειν ἐν τῇ χώρᾳ περιτέμνεσθαι καὶ κατὰ τοὺς Ἰουδαίων νόμους ζῆν. Φύσει δ' ἐπιεικεῖ κέχρηται, καὶ σφόδρα ἦν αἰδοῦς ἥττων, ὡς μαρτυρεῖ τοῦτο καὶ Στράβων ἐκ τοῦ Τιμαγένους ὀνόματος λέγων οὕτως· « Ἐπιεικής τε ἐγένετο οὗτος ὁ ἀνὴρ, καὶ πολλὰ τοῖς Ἰουδαίοις χρήσιμος· χώραν τε γὰρ αὐτοῖς προσεκτήσατο, καὶ τὸ μέρος τοῦ τῶν Ἰτουραίων ἔθνους ᾠκειώσατο, δεσμῷ συνάψας τῇ τῶν αἰδοίων περιτομῇ. « Strabo hæc dixisse videtur in Commentariis historicis ; in Geographicis, quæ exstant, locus a Josepho laudatus non reperitur.

5.

Idem ibid. XIII, 12, 5 : Alexander, Hyrcani f., post Aristobulum fratrem rex Judæorum, cum Ptolemæo Lathuro, Cleopatræ f., ad Jordanem fluvium prope Asophum locum prœlium committit. Victus Alexander, ingensque edita strages Judæorum. Τρισμυρίους γοῦν ἔφασαν ἀνδρῶν ἀποθανεῖν· Τιμαγένης δὲ πεντακισμυρίους εἴρηκε· τῶν δὲ ἄλλων τοὺς μὲν αἰχμαλώτους ληφθῆναι, τοὺς δ' εἰς τὰ οἰκεῖα διαφεύγειν χωρία.

6.

Plutarch. Pompei. 49, 6 : Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Κανίδιος εἰσήνεγκε δημαρχῶν νόμον, ἄνευ στρατιᾶς Πομπήιον ἔχοντα ῥαβδούχους δύο διαλλάττειν Ἀλεξανδρεῦσι τὸν βασιλέα. Καὶ Πομπήιος μὲν ἐδόκει τῷ νόμῳ μὴ δυσχεραίνειν, ἡ δὲ σύγκλητος ἐξέβαλεν, εὐπρεπῶς σκηψαμένη δεδιέναι περὶ τἀνδρός. Ἦν δὲ γράμμασιν ἐντυχεῖν διερριμμένοις κατ' ἀγορὰν καὶ παρὰ τὸ βουλευτήριον, ὡς δὴ Πτολεμαίου δεομένου Πομπήιον αὐτῷ στρατηγὸν ἀντὶ τοῦ Σπινθῆρος δοθῆναι. Τιμαγένης δὲ καὶ ἄλλως τὸν Πτολεμαῖον οὐκ οὔσης ἀνάγκης ἀπελθεῖν φησι καὶ καταλιπεῖν Αἴγυπτον ὑπὸ Θεοφάνους πεισθέντα πράττοντος Πομπείῳ χρηματισμοὺς καὶ στρατηγίας καινῆς ὑπόθεσιν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐχ οὕτως ἡ Θεοφάνους μαχθηρία πεποίηκε πιθανὸν, ὡς ἄπιστον ἡ Πομπηίου φύσις οὐκ ἔχουσα κακόηθες οὐδ' ἀνελεύθερον οὕτω τὸ φιλότιμον.

7.

Ammian. Marcellin. XV, 9 : *Ambigentes super origine prima Gallorum scriptores veteres notitiam*

levissimis ex Græcis, id vero opinionem nostram de uno Livii adversario, Timagene, non labefactaverit. Notissimus enim est inter grammaticos usus numeri pluralis quum de uno tantum sermo est. » — Subjicit Schwab. in eodem libro hæc a Timagene prolata videri, in quo de Alexandro sermonem fecit (fr. 1). Quibus addo Timagenem, quum in iis quæ Curtius narrat Clitarchum ducem habuerit, cum eodem Clitarcho dixisse videri de Romanorum ac Alexandrum legatione, idque ipsum Livium indigitare verbis : *Quem* (Alexandrum) *ne fama quidem illis* (Romanis) *notum arbitror fuisse.* Quod si verum est, aptissimam hic locus in Romanos invehendi præbuit occasionem.

2.

Milyæ, qui prius Solymi, ut Timagenes ait libro primo Regum. Et regio vocatur Milyas, uti Mynias. Appellantur etiam Milyes, a Milya uxore Solymi et sorore, quæ postea Cragi conjux fuit. Gentile Milyensis et Milyita.

4.

Aristobulus moritur postquam per unum annum regnaverat, Græcorum amator dictus, patria ab eo multis beneficiis aucta, Ituræa debellata, et multa ejus regionis parte Judææ addita, coactisque incolis, si in sua regione manere vellent, circumcidi et ad Judæorum leges vivere. Natura autem æquus erat et admodum verecundus, ita attestante Strabone ex auctoritate Timagenis hisce verbis : « Æquum etiam sese ostendebat hic vir valdeque Judæis utilem, quippe qui et ditionem eorum ampliasset, et partem gentis Ituræorum circumcisionis fœdere devinctam, illis adjunxisset. »

5.

Triginta hominum millia occisa retulerunt, vel ut Timagenes dixit, quinquaginta millia ; reliquos partim captos esse, partim domum fuga dilapsos.

6.

Canidius tribunus plebis rogationem promulgavit, uti Pompeius cum duobus lictoribus et absque omni exercitu Ptolemæum (*Auleten*) Alexandrinis reconciliaret. Quod quum non inique pati Pompeius videretur, senatus tamen honesta præscriptione metuere se ei viro, irritum fecit. Repertæ etiam sparsim in foro et pone curiam literæ, Ptolemæum pro Spinthere Pompeium poscere asserentes. Timagenes Ptolemæum nulla coactum necessitate Ægypto cessisse, sed a Theophane persuasum narrat, qui Pompeio pecuniæ faciendæ novorumque imperiorum materiam procuraret. Id non tam probabile Theophanis malitia facit, quam incredibile Pompeii natura, nequaquam ita malitiose et illiberaliter ambitiosi.

reliquere negotii semiplenam : sed postea Timagenes, et diligentia Græcus et sermone, hæc quæ diu sunt ignorata, collegit ex multiplicibus libris; cujus fidem secuti, obscuritate dimota, eadem distincte docebimus et aperte. Aborigines primos in his regionibus quidam visos esse firmarunt, Celtas nomine regis amabilis, et matris ejus vocabulo Galatas dictos : ita enim Gallos sermo appellat. Alii Dorienses, antiquiorem secutos Herculem, Oceani locos inhabitasse confines. Drysidæ memorant revera fuisse populi partem indigenam : sed alios quoque ab insulis extimis confluxisse et tractibus transrhenanis, crebritate bellorum et alluvione fervidi maris sedibus suis expulsos. Aiunt quidam, paucos post excidium Trojæ, fugitantes Græcos ubique dispersos, loca hæc occupasse tunc vacua. Regionum autem incolæ id magis omnibus adseverant, quod etiam nos legimus in monumentis eorum incisum, Amphitruonis filium Herculem ad Geryonis et Taurisci sævium tyrannorum perniciem festinasse, quorum alter Hispanias, alter Gallias infestabat : superatisque ambobus coisse cum generosis feminis, suscepisseque liberos plures, et eos partes quibus imperitabant, suis nominibus adpellasse. A Phocæa vero Asiaticus populus Harpali [deb. *Harpagi*] *inclementiam vitans, Cyri regis præfecti, Italiam navigio petiit. Cujus pars in Lucania Velium, alia condidit in Viennensi Massiliam : dein sequutis ætatibus oppida aucta virium copia instituere non pauca : sed declinanda varietas, sæpe satietati conjuncta. Per hæc loca hominibus paullatim excultis, viguere studia laudabilium doctrinarum, inchoata per Bardos et Euhages* [Οὐάτεις Strabo] *et Druidas. Et Bardi quidem fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyræ modulis concitarunt : Euhages vero scrutantes seriem et sublimia naturæ pandere conabantur. Inter hos Druidæ ingeniis celsiores, ut auctoritas Pythagoræ decrevit, sodaliciis adstricti consortiis, quæstionibus occultarum rerum altarumque erecti sunt, et despectantes humana pronuntiarunt animas immortales.* Cum postremis cf. Strabo IV, p. 198, qui eundem Timagenem ante oculos habuisse videtur. Ceterum cf. quæ ad h. l. congesserunt interpretes in edit. Wagneriana.

8.

Plutarch. De fluv. 6, de Arare Galliæ fluvio, qui olim Brigulus dictus sit, teste Callisthene Sybarita in Galiticorum lib. 13, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφε Τιμαγένης ὁ Σύρος. Vide Callisthen. fr. 47.

9.

Strabo IV, p. 188 : Καὶ τοὺς Τεκτοσάγας δέ φασι μετασχεῖν τῆς ἐπὶ Δελφοὺς στρατείας, (καὶ) τούς τε θησαυροὺς τοὺς εὑρεθέντας παρ' αὐτοῖς ὑπὸ Σκιπίωνος τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων ἐν πόλει Τολώσσῃ τῶν ἐκεῖθεν χρημάτων μέρος εἶναί φασι, προσθεῖναι δὲ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων ἀνιεροῦντας καὶ ἐξιλασκομένους τὸν θεόν· προσαψάμενον δ' αὐτῶν τὸν Σκιπίωνα διὰ τοῦτο ἐν δυστυχήμασι καταστρέψαι τὸν βίον, ὡς ἱερόσυλον ἐκβληθέντα (ὑπὸ) τῆς πατρίδος, διαδόχους δ' ἀπολιπόντα παῖδας, ἃς συνέβη καταπορνευθείσας, ὡς εἴρηκε Τιμαγένης, αἰσχρῶς ἀπολέσθαι.

10.

Plinius H. N. III, 19, 23 : *Alpes in longitudinem decies centena millia pass. patere a supero mari ad inferum Cælius tradit, Timagenes XXII M. pass. deductis, in latitudinem autem Cornelius Nepos C M., T. Livius tria M. stadiorum, uterque diversis locis.*

11. a.

Strabo XV, p. 711, de India : Μῦθος δὲ καὶ τὸ ὑπὸ Τιμαγένους λεχθὲν, ὡς ὅτε χαλκὸς ὕοιτο σταλαγμοῖς χαλκοῖς, καὶ σύροιτο. Ἐγγυτέρω δὲ πίστεώς φησιν ὁ Μεγασθένης (fr. 11).

11.

Plinius H. N. XXXIII, 7, 40 : *Juba minium nasci et in Carmania tradit, Timagenes et in Æthiopia. Sed neutro ex loco invehitur ad nos, nec fere aliunde quam ex Hispania.*

12.

Quintilian. I, 10, 10 : *Timagenes auctor est, omnium in literis studiorum antiquissimam musicen exstitisse : et testimonio sunt clarissimi poetæ, apud quos inter regalia convivia laudes heroum ac deorum ad citharam canebantur.*

9.

Tectosages quidem traditum est interfuisse Delphicæ expeditioni, et thesauros, quos Tolosæ Scipio [*imo* (Q. Servilius) Cæpio] Romanorum dux invenit, partem fuisse pecuniarum Delphis ablatarum, quibus illi de suis facultatibus additione facta, eas placandi numinis gratia consecraverint : itaque Scipionem [Cæpionem], qui contrectasset eas, vitam in calamitatibus finivisse, tanquam sacrilegum, patria ejectum, relictis hæredibus filiabus, quas Timagenes scribit constupratas turpiter periisse.

ARISTO ALEXANDRINUS.

Aristo peripateticus (*) qui Strabonis fere ætate vixit (καθ' ἡμᾶς fr. 1) librum *De Nilo* scripsit. Peripateticos vero Aristones novimus duos, quorum alter, Ceus, Lyconi in schola successit (206 a. C.), ipse autem successorem habuit Critolaum. Inter Critolai discipulos alter memoratur Aristo apud Quinctilian. II, 15, 14 (*Ariston Critolai peripatetici discipulus, cujus hic finis est*, sc. rhetorices : « *Scientia videndi et agendi in quæstionibus civilibus per orationem popularis persuasionis* ») et Sextus Empir. p. 301 (Ἀρίστων ὁ Κριτολάου γνώριμος σκοπὸν μὲν ἐκκεῖσθαί φησιν αὐτῇ (τῇ ῥητορικῇ) τὴν πειθώ, τέλος δὲ τὸ τυγχεῖν τῆς πειθοῦς. Idem laudatur ap. Apulei. De doctr. Platon. III, p. 659 ed. Paris. 1688. Hic Critolai discipulus ad Strabonis juvenis ætatem vixisse potest. — Apud Diogenem Laertium (VII, 164) peripateticus junior *Alexandrinus* dicitur. Natus fortasse in *Chio* insula. Nam Aristonem *Chium de Nili incrementis* laudat scholiasta Apoll. Rh. IV, 269. Argumentum hujus loci suadet hunc eundem esse cum Straboniano. Ne quis de Aristone Chio, Zenonis discipulo, cogitet, vel eo impedimur, quod Stoicus ille præter Epistolas ad Cleanthem nulla omnino scripta reliquit, uti Panætius et Sosicrates ap. Diog. L. l. l. testantur. Ceterum quum solennis sit Aristonis Chii et Cei confusio, fortasse etiam apud schol. Apollonii *Chius* laudatur pro *Ceo*. Auctor libri Περὶ Νείλου idem fuerit (ut recte Vossius statuere videtur) cum Aristone τῷ Ἀθηναίων ἀποικίαν γεγραφότι. Unicus qui ex eo scripto servatur locus, de Baccho Isidis filio est. Simili modo etiam Minervam cum *Neith* dea Ægyptia composuerit, et scripto illo quæstionem agitaverit, utrum Athenæ Saitarum, an Sais Atheniensium colonia fuerit (v. Theopomp. fr. 172. Müller. *Min.* p. 102 sqq.). Denique idem Aristo etiam de aliarum urbium originibus scripsisse videtur, siquidem vix dubium est quin recte Rutgersius apud schol. Apoll. Rhod. IV, 264, ἐν ταῖς Κτίσεσι pro ἐν ταῖς Θέσεσι reposuerit.

(*) De Aristonibus e Ceo et Chio philosophis vide Kriesche *Ueber d. Leben u. d. Schriften d. beiden Aristonen* in Bibl. phil. Götting. tom. II, 1, p. 1 sqq.; 2, p. 469 sqq. Sintenis ad Plutarch. Them. c. 3, p. 21 sqq. De Chio Ar. Bernhardy Fr. Eratosth. p. 189 sqq.; de Ceo J. G. Hubmann in Jahnii Annal. supplem. 1835. 1, p. 102 sqq., ubi reliquos quoque Aristones triginta enumeratos habes.

ΠΕΡΙ ΝΕΙΛΟΥ.

1.

Strabo XVII, p. 790 : Postquam de Nili incrementorum causis scriptorum antiquiorum sententias commemoravit, pergit : Ἀλλ' ἐῶ ταῦτα πολλῶν εἰρηκότων, ὧν ἀρκέσει δύο μηνῦσαι τοὺς ποιήσαντας καθ' ἡμᾶς τὸ Περὶ τοῦ Νείλου βιβλίον, Εὔδωρόν τε καὶ Ἀρίστωνα τὸν ἐκ τῶν περιπάτων· πλὴν γὰρ τῆς τάξεως τά τε ἄλλα καὶ τῇ φράσει καὶ τῇ ἐπιχειρήσει ταὐτά ἐστι κείμενα παρ' ἀμφοτέροις. Ἐγὼ οὖν ἀπορούμενος ἀντιγράφων εἰς τὴν ἀντιβολήν, ἐκ θατέρου θάτερον ἀντέβαλον· πότερος δ' ἦν ὁ ταλλότρια ὑποβαλλόμενος, ἐν Ἄμμωνος εὕροι τις ἄν. Εὔδωρος δ' ἠτιᾶτο τὸν Ἀρίστωνα· ἡ μέντοι φράσις Ἀριστώνειος μᾶλλόν ἐστιν.

2.

Schol. Apoll. Rhod. IV, 269, de causis incrementorum Nili fluvii : Ἀρίστων δὲ ὁ Χῖος (φησὶν) ὅτι χειμῶνος ὢν ὑπὸ γῆν ὁ ἥλιος εἰσπέμπει τὸ ὕδωρ· τοῦ δὲ θέρους γινόμενος ὑπὲρ γῆν, οὐκ ἔτι, διὰ τὸ μᾶλλον θερμαίνεσθαι αὐτήν· διὸ καὶ χαλωμένη ἡ γῆ πλέον ὕδωρ ἀναδίδωσιν.

(ΚΤΙΣΕΙΣ.) ΠΕΡΙ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΑΠΟΙΚΙΑΣ.

3.

Plutarch. De Is. et Os. c. 37 : Ἔτι τε τὸν κιττὸν Ἕλληνές τε καθιεροῦσι τῷ Διονύσῳ, καὶ παρ' Αἰγυ-

DE NILO.

1.

Verum istæc mitto quum a multis sint tractata, de quibus satis sit duos afferre, qui nostra ætate De Nilo scripserunt, Eudorum et Aristonem Peripateticos. Hi, dempto ordine, cetera omnia et stylo et argumentis iisdem fere uterque posuerunt. Itaque libros inter se collaturus quum exemplarium copia nulla fieret, alterum cum altero comparavi : uter autem alterius compilaverit scriptum, fortasse Ammonis oraculo doceri aliquis possit. Eudorus quidem Aristonem eo nomine incusat : sed ipsum dicendi genus magis est Aristoneum.

2.

Aristo Chius dicit, hieme quum subter terram sol versetur, aquam in eam restringi; æstate autem quum supra terram sit, haud amplius id fieri, terra magis calescente, quæ ideo relaxata jam emittat aquam.

URBIUM ORIGINES. DE COLONIA ATHENAS MISSA.

3.

Præterea et hederam Græci Baccho consecrant, et hæc ab Ægyptiis dicitur nominari *Chenosiris*, quod significat

πτίοις λέγεται χενόσιρις ὀνομάζεσθαι, σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος, ὥς φασι, φυτὸν Ὀσίριδος. Ἀρίστων τοίνυν ὁ γεγραφὼς Ἀθηναίων ἀποικίαν ἐπιστολῇ τινι Ἀλεξάρχου περιέπεσεν, ἐν ᾗ Διὸς ἱστορεῖται καὶ Ἴσιδος υἱὸς ὢν ὁ Διόνυσος ὑπὸ Αἰγυπτίων, οὐχ Ὄσιρις, ἀλλὰ Ἀρσαφὴς (ἐν τῷ ἄλφα γράμματι) λέγεσθαι, δηλοῦντος τὸ ἀνδρεῖον τοῦ ὀνόματος. Ἐμφαίνει δὲ τοῦτο καὶ ὁ Ἑρμαῖος, ἐν τῇ πρώτῃ Περὶ τῶν Αἰγυπτίων· Ὄμβριμον γάρ φησι μεθερμηνευόμενον εἶναι τὸν Ὄσιριν.

4.

Schol. Apoll. Rh. IV, 264 : Οἱ Ἀρκάδες δοκοῦσι πρὸ τῆς σελήνης γεγονέναι, ὡς καὶ Εὔδοξος ἐν τῇ Περιόδῳ. Θεόδωρος δὲ ἐν εἰκοστῷ ἐννάτῳ (ἐν τῇ εἰκοστῇ δευτέρᾳ Musur.) ὀλίγῳ πρότερόν φησι τοῦ πρὸς τοὺς γίγαντας πολέμου Ἡρακλέους τὴν σελήνην φανῆναι. Καὶ Ἀρίστων (Ἀριστίας M.) ὁ Χῖος ἐν ταῖς Θέαισι (Κτίσεσι corr. Rutgersius) καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν πρώτῳ Κτίσεως (l. Κτίσεων) τὰ αὐτά φασι· καὶ ἔθνος δὲ Ἀρκαδίας Σεληνίτας εἶναι.

Eadem Musurus in schol. Ald. ad Aristoph. Nub. 397, nisi quod omittit verba : τὰ αὐτά φασι.

(ΠΕΡΙ ΚΡΗΝΩΝ?)

5.

Sotion. Paradox. c. 25, p. 187 in Paradox. Westerm. : Ἀρίστων δὲ ὁ Περιπατητικὸς φιλόσοφος ἐν τῇ Κείῳ (Κίῳ vgo) πηγήν φησιν ὕδατος εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας ἀναισθήτους γίνεσθαι ταῖς ψυχαῖς· εἶναι δὲ καὶ ἐπὶ ταύτης ἐπίγραμμα τοιόνδε·

Ἡδεῖα ψυχροῖο ποτοῦ λιβάς, ἣν ἀναβάλλει
πηγή, ἀλλὰ νόῳ πέτρος ὁ τῆσδε πιών.

Cf. Plinius XXXI, 2, 12 : *In Cea insula fontem esse, quo hebetes fiant.* Vitruv. VIII, 3 : *In insula Chio* (sic) *fons, e quo qui imprudenter biberint, fiunt insipientes.* Hæc fortasse ex Aristonis Cei Ἀπομνημονεύμασι petita esse suspicatur Hubmannus l. l.

6.

Schol. Pindar. Nem. I, 1 : Ἀρίστων καὶ ἐν Ἐφέσῳ φησὶν εἶναι Ὀρτυγίαν, ἐφ' ἧς ἐδόκει γεγεννῆσθαι ἡ Ἄρτεμις· ὁ μὲν γὰρ Ἀπόλλων ἐν Δήλῳ, αὐτὴ δὲ δοκεῖ ἐν τῇ Ἀσιατικῇ Ὀρτυγίᾳ. Vide Dissen. ad h. l. in edit. Bœckhiana.

---

plantam Osiridis. Proinde Aristo, qui Coloniam Atheniensium scripsit, in epistolam quandam Alexarchi incidit, in qua perhibebatur Bacchus Jovis et Isidis filius ab Ægyptiis haberi, qui non Osiris, sed Arsaphes nomen gerat, quo fortis significatur. Indicat hoc etiam Hermæus primo de Ægyptiis libro, *validum* esse, si interpretetur, Osirin inquiens.

4.

Arcades ante lunam fuisse videntur, ut Eudoxus ait in Periodo. Theodorus vero libro vicesimo nono paullo ante Herculis contra Gigantes bellum lunam apparuisse dicit. Aristo Chius quoque in Originibus et Dionysius Chalcidensis primo Originum eadem dicunt, atque populum Arcadiæ Selenitas fuisse dicunt.

(DE FONTIBUS?)

5.

Aristo peripateticus philosophus in Ceo fontem esse dicit, e quo qui biberint animis hebetes fiant. Esse ad eum etiam hocce epigramma :

suaeta frigidi potus latex, quem emittit
fons; at mente saxum fit qui ex eo biberit.

6.

Aristo Ephesi quoque Ortygiam fontem esse dicit, ad quam Diana nata esse videatur. Nam Apollo in Delo natus, Diana autem ad Asiaticam Ortygiam videtur.

SOCRATES RHODIUS.

Socratem rebus quas narravit æqualem vixisse probabiliter statuit Vossius p. 227. — De Socrate Argivo et Coo vide in Scriptoribus ætatis incertæ.

ΠΕΡΙ ΕΜΦΥΛΙΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ.

E LIBRO TERTIO.

Athenæus IV, p. 147, E : Σωκράτης δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τρίτῳ Ἐμφυλίου πολέμου τὸ Κλεοπάτρας ἀναγράψων συμπόσιον, τῆς τελευταίας Αἰγύπτου βασιλευσάσης, γημαμένης δ' Ἀντωνίῳ τῷ Ῥωμαίων στρατηγῷ ἐν Κιλικίᾳ, φησὶν οὕτως· « Ἀπαντήσασα τῷ Ἀντωνίῳ ἡ Κλεοπάτρα ἐν Κιλικίᾳ, παρεσκεύασεν αὐτῷ βασιλικὸν συμπόσιον, ἐν ᾧ πάντα χρύσεα καὶ λιθοκόλλητα περιττῶς ἐξειργασμένα ταῖς τέχναις· ἦσαν δέ, φησί, καὶ οἱ τοῖχοι ἀλουργέσι καὶ διαχρύσοις ἐμπεπετασμένοι ὕφεσι. Καὶ δώδεκα τρίκλινα διαστρώσασα, ἐκάλεσε τὸν Ἀντώνιον, μεθ' ὧν ἐβούλετο, ἡ Κλεοπάτρα. Τοῦ δὲ τῇ πολυτελείᾳ τῆς ὄψεως ἐκπλαγέντος, ὑπομειδιάσασα, ταῦτ' ἔφη πάντα δωρεῖσθαι αὐτῷ, καὶ εἰς αὔριον παρεκάλει συνδειπνῆσαι πάλιν, ἥκοντα μετὰ τῶν φίλων καὶ τῶν ἡγεμόνων· ὅτε καὶ πολλῷ κρεῖττον διακοσμήσασα τὸ συμπόσιον, ἐποίησε φανῆναι τὰ πρῶτα μικρά, καὶ πάλιν καὶ ταῦτα ἐδωρήσατο. Τῶν δ' ἡγεμόνων ἐφ' ᾗ ἕκαστος κατέκειτο κλίνῃ, καὶ τὰ κυλικεῖα, καθὼς ταῖς στρωμναῖς ἐμεμέριστο, ἑκάστῳ φέρειν ἐπέτρεψε. Καὶ κατὰ τὴν ἄφοδον τοῖς μὲν ἐν ἀξιώμασι φορεῖα σὺν τοῖς κομίζουσι, τοῖς πλείοσι δὲ καταργύροις σκευαῖς κεκοσμημένους ἵππους, πᾶσι δὲ λαμπτηροφόρους παῖδας Αἰθίοπας παρέστησε. Τῇ δὲ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν ταλαντιαίους εἰς ῥόδα μισθοὺς δέδωκε, καὶ κατεστρώθη ἐπὶ πηχυαῖα βάθη τὰ ἐδάφη τῶν δένδρων (ἀνδρώνων em. Cas.) ἐμπεπετασμένων δικτύων τοῖς ἕλιξιν (κάλυξι em. Cas.). » Ἱστορεῖ δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Ἀντώνιον, ἐν Ἀθήναις μετὰ ταῦτα διατρίψαντα, περίοπτον ὑπὲρ τὸ θέατρον κατασκευάσαντα σχεδίαν, χλωρᾷ πεπυκασμένην ὕλῃ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν Βακχικῶν ἄντρων γίνεται, ταύτης τύμπανα καὶ νεβρίδας καὶ παντοδαπ' ἄλλ' ἀθύρματα Διονυσιακὰ ἐξαρτήσαντα, μετὰ τῶν φίλων ἐξ ἑωθινοῦ καταλινόμενον μεθύσκεσθαι, λειτουργούντων αὐτῷ τῶν ἐξ Ἰταλίας μεταπεμφθέντων ἀκροαμάτων, συνηθροισμένων ἐπὶ τὴν θέαν τῶν Πανελλήνων. « Μετέβαινε δ' ἐνίοτε, φησὶ, καὶ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, ἀπὸ τῶν τειχῶν λαμπάσι δᾳδουχουμένης πάσης τῆς Ἀθηναίων πόλεως. Καὶ ἔκτοτ' ἐκέλευσεν ἑαυτὸν Διόνυσον ἀνακηρύττεσθαι κατὰ τὰς πόλεις ἁπάσας. »

Ex Socratis Rhodii scripto nescio quo fluxerit locus, ab eodem servatus Athenæo XI, p. 784, D : Βομβυλιός· θηρίκλειον Ῥοδιακὸν, οὗ περὶ τῆς ἰδέας Σωκράτης φησίν· « Οἱ μὲν ἐκ φιάλης πίνοντες ὅσον θέλουσι τάχιστ' ἀπαλλαγήσονται, οἱ δὲ ἐκ βομβυλιοῦ κατὰ μικρὸν στάζοντες. » Fortasse ejusdem auctoris est opus Περὶ ὀρῶν καὶ τόπων καὶ πυρὸς καὶ λίθων, cujus meminit Athenæus IX, p. 388, D. Vide fragm. 18 Socratis Argivi et Coi.

OLYMPUS.

(ΠΕΡΙ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ.)

Plutarch. Anton. c. 82, 2, de Cleopatra post mortem Antonii vitæ pertæsa : Ἐκ δὲ λύπης ἅμα

DE BELLO CIVILI.

Socrates Rhodius, tertio libro De bello civili, Cleopatræ convivium describens, ultimæ Ægypti reginæ, quæ Antonio Romanorum imperatori nupsit in Cilicia, sic ait : « Postquam Antonio obviam venit Cleopatra in Cilicia, regium ei convivium instruxit; in quo vasa omnia aurea et gemmis distincta erant, exquisitaque arte elaborata. Erant vero etiam parietes, inquit, tapetibus purpura et auro distinctis obducti. Tum stratis triclinis duodecim, ad cœnam Antonium, cum quibuscunque vellet, vocavit Cleopatra. Illo igitur magnificentia adspectus stupefacto, subridens regina, ista omnia se ei donare ait : et in posterum diem rursus invitavit ut cœnatum ad se veniret cum amicis et copiarum ducibus. Tum vero multo splendidius instructo convivio effecit, ut exigua viderentur priora : ac rursus hæc quoque dono ei dedit. Ducum vero unicuique et lectulum, super quo quisque cubuerat, et vasa potoria, prouti per singulos lectulos distributa fuerant, secum auferenda permisit. Et digressuris qui dignitate excellebant, lecticas cum lecticariis bajulis; ceteris equos argenteis phaleris ornatos; omnibus Æthiopicos pueros, qui faces præferrent, exhibuit. Quarto vero die talenti sumptu convehendas rosas curavit : et ad cubiti altitudinem strata erant pavimenta cœnaculorum, expansis retibus super floribus. » Narrat etiam ipsum Antonium post hæc, quum Athenis versaretur, super theatro temporarium pegma exstruxisse omnium oculis expositum, viridi fronde tectum, ut fit in Bacchicis antris, suspensis ex eo tympanis et hinnulorum pellibus aliisque multifariis Bacchicorum ludorum crepundiis : ibi cum amicis a primo mane recubantem compotasse, ministrantibus ei mimis scurrisque, quos ex Italia acciverat, confluentibus ad id spectaculum Græcis universis. « Transibat etiam, inquit, subinde in arcem, tota Atheniensium urbe facibus e tectis prælucente. Et ex eo tempore per omnes civitates *Bacchum* se præconis voce jussit proclamari. »

(DE CLEOPATRA.)

Cleopatra quum ex luctu tanto et doloribus (nam pectus

τοσαύτης καὶ ὀδύνης (ἀνεφλέγμηνε γὰρ αὐτῆς τὰ στέρνα τυπτομένης καὶ ἤλκωτο) πυρετῶν ἐπιλαβόντων, ἠγάπησε τὴν πρόφασιν, ὡς ἀφεξομένη τροφῆς διὰ τοῦτο, καὶ παραλύσουσα τοῦ ζῆν ἀκωλύτως ἑαυτήν. Ἦν δὲ ἰατρὸς αὐτῇ συνήθης Ὄλυμπος, ᾧ φράσασα τἀληθὲς, ἐχρῆτο συμβούλῳ καὶ συνεργῷ τῆς καθαιρέσεως, ὡς αὐτὸς ὁ Ὄλυμπος εἴρηκεν, Ἱστορίαν τινὰ τῶν πραγμάτων τούτων ἐκδεδωκώς.

EMPYLUS RHODIUS.

Empylus, rhetor Græcus, M. Bruti familiaris, librum de nece Cæsaris reliquit, teste Plutarcho in Brut. c. 2 · Ὁ δὲ Ἔμπυλος, οὗ καὶ αὐτὸς (ὁ Βροῦτος) ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς καὶ οἱ φίλοι μέμνηνται πολλάκις, ὡς συμβιοῦντος αὐτῷ, ῥήτωρ μὲν ἦν, καὶ καταλέλοιπε μικρὸν μέν, οὐ φαῦλον δὲ σύγγραμμα περὶ τῆς Καίσαρος ἀναιρέσεως, ὃ Βροῦτος ἐπιγέγραπται.

De Empylo cf. Quinctilian. X, 6: *Cicero certe Græcorum Metrodorum Scepsium et Empylum* (al. *Eriphylum*) *Rhodium, nostrorumque Hortensium tradidit, quæ cogitaverant, ad verbum in agendo retulisse.*

Qui post Empylum a Vossio De hist. Gr. p. 206 memoratur *Canusius* (Plut. Cæs. c. 22), is est *Tanúsius Geminus*, Ciceronis amicus, quem græce scripsisse nullum est indicium. Cf. Voss. De hist. Lat. I, c. 12. Neque magis ad nos pertinere videtur *Q. Dellius*, Antonii amicus, qui Parthicam triumviri expeditionem scripsit. Certe græco eum sermone usum esse nullo constat testimonio. V. de eo Strabo XI, p. 523 (ubi codd. Ἀδέλφιος); Plutarch. Anton. c. 59; Dion. 49, 39 et 50, 13 et 23; Zonaras X, 29; Vellej. II, 84; Josephus Antiq. Jud. XV, 2, 6; M. Seneca Suas. I, 6; L. Seneca De clem. I, 10; interpr. ad Horat. Od. II, 3.

ob ictus intumuerat et exulcerabatur) in febrim incidisset, gavisa est eo se prætextu cibo abstinendi et vita se nemine obstante privandi facultatem nactam. Olympo medico familiari suo re indicata, eum consultorem et adjutorem in consumendo corpore suo habuit, ut ipse Olympus edita harum rerum historia testatur.

LIBER SEPTIMUS.

AB AUGUSTO USQUE AD TRAJANUM.

27 a. C.—98 p. C.

Cæcilius Calactinus.
Lysimachus Alexandrinus.
Nicolaus Damascenus.
Juba Mauritanus.
Athenodorus Tarsensis.
Dionysius Pergamenus.
Diodorus Gadarenus.
Theodorus Gadarenus.
Strabo Amasensis.
Chæremon Stoicus.
Seleucus Alexandrinus.
Thrasyllus Mendesius.
Potamo Mytilenæus.
Apion Oasita.
Pamphila Epidauria.
Claudius Cæsar.
Polyænus Sardianus.
Justus Tiberiensis.
Hermogenes Tarsensis.
Thallus. Memnon.

CÆCILIUS CALACTINUS.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΟΥΛΙΚΩΝ ΠΟΛΕΜΩΝ.

1.

Athenæus VI, p. 272, F : Οὗτος δ' ἦν ὁ καιρὸς, ὅτε καὶ ἐν Σικελίᾳ ἡ δευτέρα τῶν δούλων ἐπανάστασις ἐγένετο (102-99 a. C.)· πολλαὶ δὲ αὗται ἐγένοντο, καὶ ἀπώλοντο οἰκετῶν ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν μυριάδας. Σύγγραμμά τε ἐκδέδωκε περὶ τῶν δουλικῶν πολέμων Καικίλιος ὁ ῥήτωρ ὁ ἀπὸ Καλῆς ἀκτῆς.

ΠΕΡΙ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

2.

Idem XI, p. 466, A : Καικίλιος δ' ὁ ῥήτωρ, ὁ ἀπὸ Καλῆς ἀκτῆς, ἐν τῷ Περὶ ἱστορίας Ἀγαθοκλέα φησὶ τὸν τύραννον, ἐκπώματα χρυσᾶ ἐπιδεικνύντα, τοῖς ἑταίροις φάσκειν, ἐξ ὧν ἐκεράμευσε κατεσκευακέναι ταῦτα.

De Ag. figlinam olim artem exercente v. Polyb. XII, 15, 6; XV, 35, 2. Diodor. XIX, 2, et XX, 63, 4 : Ὁ δ' οὖν Ἀγαθοκλῆς παρὰ τὸν πότον λαβὼν ῥυτὸν μέγαν χρυσοῦν, εἶπεν ὡς οὐ πρότερον ἀπέστη τῆς κεραμευτικῆς τέχνης, ἕως τοιαῦτα ἐκπωμάτων πλάσματα φιλοτεχνῶν ἐκεραμεύσατο.

Apud Strabonem V, p. 230, ubi vulgo legebatur: Καὶ ὁ Κεκίλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεὺς (ὁ τῶν Ῥωμαϊκῶν συγγρ. conj. Toup. ad Longin. I, 1, de nostro Cæcilio cogitans), τοῦτο τίθεται σημεῖον τοῦ Ἑλληνικὸν εἶναι κτίσμα τὴν Ῥώμην τὸ παρ' αὐτῇ τὴν πάτριον θυσίαν Ἑλληνικὴν εἶναι τῷ Ἡρακλεῖ. Cramerus recte reposuit ὅ γε Κοΐλιος (Κύλιος codd.).

Reliqua scripta Cæcilii Calactini rhetorica sunt, quorum partem recenset Suidas, qui ita habet :

Κεκίλιος, Σικελιώτης, Καλαντιανός· Κάλαντις (deb. Καλακτῖνος· Καλάκτη) δὲ πόλις Σικελίας· ῥήτωρ, σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος [καὶ ἕως Ἀδριανοῦ], καὶ ἀπὸ δούλων, ὥς τινες ἱστορήκασι, καὶ πρότερον μὲν καλούμενος Ἀρχάγαθος, τὴν δὲ δόξαν Ἰουδαῖος. Βιβλία δὲ αὐτοῦ πολλά.

Κατὰ Φρυγῶν, δύο [Ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον. Recte hæc om. Eudocia].

Ἀπόδειξις τοῦ εἰρῆσθαι πᾶσαν λέξιν καλλιρρημοσύνης. Ἔστι δὲ ἐκλογὴ λέξεων κατὰ στοιχεῖον (Ἀποδείξεις τοῦ εἰρῆσθαι πᾶσαν λ. καλλ., ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον Eudocia; Ἀπόδειξις καλορημοσύνης τοῦ εἰρ. πᾶσαν λέξιν. Ἔστι δὲ ἐκλογὴ κτλ., *Demonstratio, elegantiam dicendi publicis vocibus, non innovatis contineri*, Hermannus; Ἐκλογὴ λέξεων· ἔστι δὲ ἀπόδειξις τοῦ ** πᾶσαν λέξιν καλλιρρημοσύνης, κατὰ στοιχεῖον Bernhardyus.)

Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος.

Τίνι διαφέρει ὁ Ἀττικὸς ζῆλος τοῦ Ἀσιανοῦ.

Περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων.

Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου.

Περὶ Δημοσθένους, ποῖοι αὐτοῦ γνήσιοι λόγοι καὶ ποῖοι νόθοι.

Περὶ τῶν καθ' ἱστορίαν ἢ παρ' ἱστορίαν εἰρημένων τοῖς ῥήτορσι· καὶ ἄλλα πλεῖστα.

[Πῶς δὲ Ἰουδαῖος ταῦτα θαυμάζω.] [Ἰουδαῖος σοφὸς τὰ Ἑλληνικά.]

Κεκίλιος] Sic codices optimi, eodemque modo etiam apud reliquos scriptores, quibus Cæcilii mentio fit, nomen Romanum in codd. longe plurimis exarari solet. De Καλῇ ἀκτῇ, Siciliæ regione, deque urbe cognomine, quam Ducetius ibi condiderat, vide Herodotum VI, 22, et Diodorum XII, 8. Gentile Καλακτῖνος quod apud Suidam, monentibus viris doctis, pro corrupto Καλλαντιανὸς (Καλλατιανὸς codd. quidam) reposuimus, nunc legitur apud Diodorum XII, 29, 1 (libri pro Καλλακτίνων perperam præbent Καλλατίνων), et apud Ciceron. in Verr. III, 43 (ubi libri item *Calatinis*), et in nummo ap. Eckhel. D. N. vol. I, p. 199. Apud Phœbammonem Περὶ σχημ. (in Rhett. Gr. tom. VIII, p. 494 Walz.) laudatur Κέκιλιος ὁ Καλανδίτης, quod corrigendum in Καλακτίτης, quam gentilis formam inter alias, quas analogia admittit, apponit Stephanus Byz. v. Καλὴ ἀκτή. — A parentibus appellatus est Archagathus, quod nomen etiam Agathoclis Siculi filio et nepoti fuisse constat (Diodor. XX, 57; XXI, 3. 16). Itaque scriptorem nostrum appellare licet Cæcilium Archagathum, sicuti Cæcilium Bionem laudat Plinius H. N. XXVIII,

---

DE SERVORUM BELLIS.

1.

Hoc tempore secunda erat in Sicilia servorum seditio; sæpius enim rebellarunt, perieruntque servorum supra centum millia. Librum de his servorum bellis conscripsit Cæcilius rhetor a Calacte urbe oriundus.

DE HISTORIA.

2.

Cæcilius rhetor Callactinus in libro De historia Agathoclem regem scribit pocula aurea ostendentem sodalibus dicere solitum, ex iis quæ olim fictilia finxisset, se hæc fabricasse.

57. Nonnulli (Hermippus Berytius ἐν τῷ Περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων?) e servis natum esse tradiderunt. Quod si verum est, majores ejus e Syria oriundi fuerint. Magnus hinc venit in Siciliam servorum numerus, adeo ut rebellantes sub Euno duce Syrorum nomen assumpserint. Cæcilii vero patrem e Syria Judæum fuisse arguunt Suidiana illa: Τὴν δόξαν Ἰουδαῖος. Addubitavit hoc ipse Suidas vel potius is qui verbis Suidæ appinxit glossam illam: Πῶς δὲ Ἰουδαῖος ταῦτα θαυμάζω. Itemque Vossius (H. Gr. p. 223) et Toupius (ad. Longin. I, assentiente Bernhardyo ad Suid.), qui cum rhetore nostro confundi suspicantur *Q. Cæcilium Nigrum*, Verris in Sicilia quæstorem, de quo Cicero notum illud: *Quid Judæo cum Verre* (cf. Plutarch. Cicero c. 7). Contra Krügerus (*Leb. des Thucyd.* p. 34 not. 1) idoneam huic sententiæ causam subesse negat. Mihi quoque quæ de Judæo Cæcilio traduntur, ex eodem fonte fluxisse videntur ex quo servile genus ejusdem memoratur. Et si hoc concesseris, nihil adeo est, cur alterum recusemus. — Quando natus Cæcilius sit, exputare non licet. Fortasse puerulus a Cæcilio Metello, qui prætor Siciliæ fuit anno 68 a. C., in Italiam transductus, ibique a posteris Metelli deinde manumissus est. Floruit una cum Dionysio Halicarnassense, familiari suo (ἐμοὶ καὶ τῷ φιλτάτῳ Καικιλίῳ, Dionys. Ep. ad Cn. Pomp. c. 3, p. 771 R.), quo paullo grandior natu fuerit, sub Augusto (circa 28 – 1 a. C.). Quod apud Suidam legitur, ἕως Ἀδριανοῦ, errori deberi in aprico est sæpiusque monuerunt viri docti. Toupio l. l. Suidas duos Cæcilios, unum sub Augusto, alterum sub Hadriano viventem confudisse videtur. Bernhardyus, « In memoria Hadriani, inquit, cujus temporibus Cæcilium nullum videas adscribi, hæremus, istamque narrationem non magis integram quam emendatam esse suspicamur. Nimirum etiam continua Κατὰ Φρυγῶν, cujusmodi locus ab argumento rhetorico fuit sejunctissimus, labem apparet traxisse. » Mihi recte Toupius conjecisse videtur. Etenim, ni fallor, Suidas vel auctor ejus cum nostro Cæcilio confudit *Sextum Cæcilium* (*), cujus de duodecim tabulis cum Favorino philosopho disputationem affert A. Gellius XX, 1: *Sextus Cæcilius in disciplina juris atque legibus populi Romani noscendis interpretandisque, scientia, usu auctoritateque illustri fuit. Ad eum forte in area Palatina, quum salutationem Cæsaris* (sc. Hadriani) *opperiremur, philosophus Favorinus accessit*, etc. Ceterum iste de temporibus Cæcilii Siculi error etiam alium procreasse errorem mihi videtur. Nimirum sub voce Τιμαγένης dicit Timagenem Romæ σοφιστεῦσαι sub Pompeio, καὶ μετ' αὐτὸν ἐπί τε Καίσαρος τοῦ Αὐγούστου καὶ μετέπειτα ἅμα Κεκιλίῳ. Igitur hic quoque Cæcilium habemus post Augustum florentem; sed ne putemus hunc esse alterum quendam a Nostro diversum, impediunt quæ de Timagenis temporibus comperta habemus. Is enim quum anno 55 a. C. captivus Romam venit, nonagenarius fere esse debuit, quo tempore Augustus obiit, neque post Augustum floruisse potest cum Cæcilio, cujus sub Augusto et antea æmulus erat. Igitur utroque loco idem subesse error videtur, adeo ut in dubium vocaverim Reinesii emendationem, qui altero loco scribi jussit: Ἐπί τε Καίσαρος Γαΐου Ἰουλίου καὶ μετέπειτα Αὐγούστου. Vacat his impedimentis tertius Suidæ locus, ubi sic: Ἑρμαγόρας Τήμνου τῆς Αἰολίδου, ὁ ἐπικληθεὶς Καρίων, ῥήτωρ... Ἐπαίδευσε δ' οὗτος μετὰ Κεκιλίου ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Καίσαρος Αὐγούστου καὶ τελευτᾷ πόρρω τῆς ἡλικίας.

Quod scripta attinet a Suida recensita, libros duos Κατὰ Φρυγῶν ad Calactinum nostrum pertinere dubitat Bernhardyus, quoniam ab argumento rhetorico sint sejunctissimi. Quamquam de argumento eorum omnino nihil liquet. Fieri potuit ut scriptum opus esset contra Asianos rhetores.

Secundum opus, Ἀπόδειξις κτλ., recensetur in indice auctorum ex quibus Suidianum lexicon conflatum sit: Κεκίλιος Σικελιώτης, Ἐκλογὴν λέξεων κατὰ στοιχεῖον.

Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος.

(*) Alter *Cæcilius* est *Epirota*, Siculi nostri æqualis. Suetonius De illustr. gramm. c. 16: *Q. Cæcilius Epirota Tusculi natus, libertus Attici Satrii equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistolæ, quum filiam patroni nuptam M. Agrippæ doceret, suspectus in ea et ab hoc remotus ad Cornelium Gallum se contulit, vixitque una familiarissime; quod ipsi Gallo inter gravissima crimina ab Augusto objicitur. Post deinde damnationem mortemque Galli scholam aperuit; sed ita ut paucis et tantum adolescentibus præciperet, prætextato nemini, nisi si cujus parenti hoc officium negare non posset.* — *Cæcilius Argivus*, poeta, Halieutica [et Periegesin Græciæ] scripsisse dicitur apud Eudociam: Κεκίλιος, Ἀργεῖος, ἐποποιὸς, Ἁλιευτικὰ γεγραφώς· καὶ Περιήγησιν Ἑλλάδος καὶ ἄλλα. Verba Κεκίλιος... γεγραφώς eadem habet Suidas, qui deinde reliquos Ἁλιευτικῶν poetas subjungit, quos recenset Athenæus I, p. 13, B, ubi codd. Καίχλος; quod Casaubonus, collato Sukda, mutavit in Καικίλιος. — *Cæcilius Pythagoreus* memoratur apud Joh. Lydum De mens. p. 56 ed. Rœther: Φησὶν ὁ Πυθαγόρειος Κεκίλιος· ἡ τριὰς πρώτη συνέστησεν ἀρχὴν, μεσότητα καὶ τελευτήν. Ubi Ὠκελλον reponi jubet Rœther. Recte fortassis; quamquam Κεκίλιον exhibent etiam Crameri Anecd. Paris. tom. I, p. 317, 29: Ὡς φησι Κεκίλιος ὁ Πυθαγόρειος ῥήμασι τούτοις· « Ἡ γὰρ τριὰς πρώτη συνίστησιν κτλ. » — Alius Cæcilius quidam qui Hadriani temporibus assignari potest, nescio an lateat apud Suidam v. Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος, ubi Alexander hic peripateticus, Neronis præceptor, filium habuisse dicitur, Καίλιον (Καίλινον cod. A) ὄνομα. Quod fortasse fuit Καικίλιον.

Plutarch. Demosth. c. 3, 1, postquam dixerat non satis se callere linguam latinam, ut audeat Orationes Demosthenis et Ciceronis inter se contendere καὶ ἀποφαίνεσθαι πότερος ἡδίων ἢ δεινότερος εἰπεῖν, addit : Κἀκεῖ γὰρ, ὥς φησιν ὁ Ἴων, δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία, ἦν ὁ περιττὸς ἐν ἅπασι Κεκίλιος ἀγνοήσας ἐνεανιεύσατο σύγκρισιν τοῦ Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος ἐξενεγκεῖν. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως, εἰ παντὸς ἦν τὸ Γνῶθι σεαυτὸν ἔχειν πρόχειρον, οὐκ ἂν ἐδόκει πρόσταγμα θεῖον εἶναι. Ex Cæcilio fortasse ductam esse Ciceronis et Demosthenis comparationem quæ legitur apud Longinum II. ὕψους c. 12, 4, censet Toupius.

Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου. Nuspiam citatur.

Περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων. Contra hunc librum scripsit Lysimachides, teste Ammonio v. Θεωρός (v. Lysimachi fragm.). De indole *Antiphonteæ orationis* locus peramplus exstat in Photii Bibl. cod. 259, p. 485 sq. Bekk. Præterea de Antiphonte Cæcilius laudatur apud Plutarch. Vit. X Or. p. 832, E : Κεκίλιος δ' ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως καθηγητὴν τεκμαίρεται γεγονέναι ἐξ ὧν ἐπαινεῖται παρ' αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν (v. Thucyd. VIII, 68). Vocem καθηγητὴν dederunt Wyttenbach. et Grauert. Mus. Rhen. I, p. 182, pro vulgata μαθητὴν, quam exhibet etiam Photius cod. 259, p. 486, 6. In tribus Plut codd. est : διδάσκαλον. — Idem p. 833, C : Φέρονται δὲ τοῦ ῥήτορος (Ἀντιφῶντος) λόγοι ξ', ὧν κατεψευσμένους φησὶ Κεκίλιος εἶναι τοὺς κε'. — Idem p. 833, E : Ψήφισμα ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος, ἐφ' οὗ οἱ τριάκοντα κατελύθησαν, καθ' ὃ ἔδοξεν Ἀντιφῶντα κριθῆναι, ὁ Κεκίλιος παρατίθεται· « Ἔδοξε τῇ βουλῇ κτλ. » — *De Lysia* hæc habet Longinus Περὶ ὕψ. XXXII, 8 : Ὁ Κεκίλιος ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασιν ἀπεθάρρησε τῷ παντὶ Λυσίαν ἀμείνω Πλάτωνος ἀποφήνασθαι, δυσὶ πάθεσι χρησάμενος ἀκρίτοις· φιλῶν γὰρ τὸν Λυσίαν, ὡς οὐδ' αὐτὸς αὑτὸν, ὅμως μᾶλλον μισεῖ τῷ παντὶ Πλάτωνα ἢ Λυσίαν φιλεῖ. — Photius cod. 262, p. 489, *b*, 13 : Καικίλιος δὲ ἁμαρτάνει εὑρετικὸν μὲν τὸν ἄνδρα (Λυσίαν), εἴπερ ἄλλον τινὰ, συνομολογῶν, οἰκονομῆσαι δὲ τὰ εὑρεθέντα οὐχ οὕτως ἱκανόν. Cum Cæcilio facit Dionys. De Lys. § 15. — Plutarch. X Or. p. 836, A : Φέρονται αὐτοῦ (τοῦ Λυσίου) λόγοι υκε'. Τούτων γνησίους φασὶν οἱ περὶ Διονύσιον καὶ Κεκίλιον εἶναι σλ', ἐν οἷς δὶς μόνον ἠττῆσθαι λέγεται. — *De Isocrate*, Plutarch. X Or. p. 838, D : Φέρονται δ' αὐτοῦ (Ἰσοκράτους) λόγοι ξ', ὧν εἰσι γνήσιοι κατὰ μὲν Διονύσιον κε', κατὰ δὲ Κεκίλιον κη', οἱ δ' ἄλλοι κατεψευσμένοι. Eadem Photius cod. 260, p. 486, 6. — *De Æschine* : Plutarch. X. Or. p. 840 : Ἀκροατὴς δὲ γενόμενος, ὡς μέν τινες λέγουσιν, Ἰσοκράτους καὶ Πλάτωνος, ὡς δὲ Κεκίλιος, Λεωδάμαντος. — Photius cod. 61, p. 20 a. 10 : Φέρεται δὲ αὐτοῦ (Αἰσχίνου) καὶ ἄλλος λόγος, ὁ Δηλιακὸς νόμος· οὐκ ἐγκρίνει δὲ αὐτὸν ὁ Καικίλιος (Κικίλλος A. Κικίλιος vg.), ἀλλ' Αἰσχίνην ἄλλον σύγχρονον τοῦδε Ἀθηναῖον τὸν πατέρα εἶναι τοῦ λόγου φησίν. — *De Demosthene*. Dionys. Halic. Ep. ad Cn. Pomp. c. 3, p. 777, R : Ἡρόδοτος ἀκριβοῖ μᾶλλον ἢ Θουκυδίδης· ὁμοιοδὴς γὰρ οὗτος ἐν πᾶσι, κἀν ταῖς δημηγορίαις μᾶλλον ἢ ταῖς διηγήσεσιν. Ἐμοὶ μέντοι καὶ τῷ φιλτάτῳ Καικιλίῳ δοκεῖ τὰ ἐνθυμήματα αὐτοῦ μάλιστά γε καὶ ζηλῶσαι Δημοσθένης.

Præterea de *Demetrii Phalerei* eloquentia Cæcilii judicium legitur in schol. ad Æschin. De fals. legat. init. (Vide locum in Idomenei Lampsaceni fr. 15, tom. II, p. 493.)

Περὶ ῥητορικῆς. Quinctilian. III, 1 : *Theophrastus quoque Aristotelis discipulus de rhetorice diligenter scripsit; atque hinc vel studiosius philosophi quam rhetores, præcipueque Stoicorum ac Peripateticorum principes. Fecit deinde velut propriam Hermagoras viam, quam plurimi sunt secuti; cui maxime par atque æmulus videtur Athenæus fuisse. Multa post Apollonius Molon, multa Arcus, multa Cæcilius et Halicarnassensis Dionysius.* — Schol. in Hermogen. Στάσεις (Rh. Gr. tom. IV, p. 59 Walz.) : Ἐπειδὴ δὲ τὸ τῆς διαιρέσεως ὄνομα πολλαῖς ῥητορικαῖς ἁρμόττει τέχναις ταῖς τε περὶ τῶν εἰδῶν τῆς ῥητορικῆς διαλαμβανούσαις καὶ ταῖς περὶ τῶν μερῶν τοῦ πολιτικοῦ λόγου, καὶ ταῖς περὶ τῶν μεθόδων, αἳ γυμνάζουσιν ἡμᾶς εἰς τὰ μέρη τοῦ πολιτικοῦ λόγου, οἵας δὴ γεγράφασιν Ἀριστοτέλης καὶ Ἀψίνης καὶ Κεκίλιος καὶ μυρίοι ἕτεροι διδασκαλικῶς πάνυ, διαστέλλει τὴν ὁμωνυμίαν κτλ.

Περὶ σχημάτων. Quinctil. IX, 3 : *Hæc omnia* (de figuris) *copiosius sunt exsecuti, qui non ut partem operis transcurrerunt, sed proprie libros huic operi dedicarunt, sicut Cæcilius.* Sæpius de singulis figuris, ut de ὑπερβάτῳ, μεταβολῇ, πλεονασμῷ, περιφράσει, Cæcilius laudatur ibid. § 38, 46, 97 etc. Porro in Alexandri, Phœbammonis et Tiberii libris Περὶ σχημάτων ap. Walz. Rhett. Gr. tom. VIII, p. 462, 494, 554, 571, 573, 576. —

Περὶ ὕψους. Longinus II. ὕψ. init : Τὸ μὲν τοῦ Καικιλίου συγγραμμάτιον ὃ Περὶ ὕψους συνετάξατο, ἀνασκοπουμένοις ἡμῖν, ὡς οἶσθα, κοινῇ... ταπεινότερον ἐφάνη τῆς ὅλης ὑποθέσεως, καὶ ἥκιστα τῶν καιρίων ἐφαπτόμενον, οὐ πολλήν τε ὠφέλειαν... περιποιοῦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Idem opus deinde laudatur c. 4, 2. 8, 1. 31, 1. 32, 1.

E lexico Rhetorico petita fuerint quæ e Cæcilio affert Harpocration v. Ἐξούλης : Ὅτι δὲ ἐπὶ παντὸς τοῦ ἐκ τῶν ἰδίων ἐκβαλλομένου τάττεται τοὔνομα, καὶ οὐχ, ὡς οἴεται Κεκίλιος, μόνων τῶν ἐκ καταδίκης ὀφειλόντων, καὶ Φρύνιχος ἐν Ποαστρίαις δῆλον

ποιεῖ. Lex. Rhet. ad calc. Photii p. 676, 24 : Προβολὴ μὲν φανεροῦ τινος [ἀδικήματος, φάσις δὲ] λανθάνοντος μήνυσις. Κεκίλιος (Κεκήλιος cod.) δὲ [φάσιν] φησὶν εἶναι, ἣν κατὰ τῶν [τὰ] δημόσια μέταλλα ὑπορυττόντων ἀποφέρουσι, καὶ καθόλου [κατὰ] τῶν τὰ κοινὰ κλεπτόντων. Locum in cod. corruptum dedi ex recensione Meieri. Inclusa sunt supplementa. Initio codex habet προβολή· φανεροῦ μέν τινος, λανθάνοντος δὲ μήνυσις. — Idem p. 667, 12, quid sit εἰσαγγελία. Vide locum in Crateri fr. 5, tom. II, p. 619. Pro Κεκιλίου vel Καικιλίου codex præbet Κικίνου. — Denique in schol. Plautino codicis Vaticani, quod edidit Ritschl. in *Alexandrin. Biblioth.* p. 3 sq., *Cæcius in commento comœdiarum Aristophanis*, Cramero (qui græca ejus scholii edidit, in quibus Cæcii istius mentio omittitur) in Anecd. Paris. I, p. 13 *Cæcilius* noster esse videtur. Quam conjecturam palæographicæ rationes commendant; reliqua vero refragantur ei. Tzetzen dici statuit Dindorfius.

LYSIMACHUS ALEXANDRINUS.

Lysimachus (*), Νόστων auctor, *Alexandrinus* vocatur ap. schol. Rh. I, 558 (fr. 11). Tzetzes ad Hesiod. p. 30 (fr. 26) laudat Lysimachum Cyrenæum ἐν α' Περὶ ποιητῶν. Igitur Cyrenis natum vixisse Alexandriæ putaveris. At magnopere veremur, ne Lysimachum Tzetzes confundat cum *Lysania Cyrenæo*, quem De poetis scripsisse constat. Vixit Lysimachus post Mnasceam Patrensem (v. fr. 16) et ante Apionem (fr. 2). E fragm. 3 conjicias Lysimachum scripsisse post Apollonium Molonem, magistrum Ciceronis. Porro si recte conjicimus Lysimachum non diversum esse a Lysimachide, cujus opus Περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν καὶ ἑορτῶν laudat Harpocration (fr. 21 sqq.), et cujus librum πρὸς Καικίλιον Περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων Ammonius (fr. 25) commemorat : ratione satis probabili supparem fuisse Cæcilii et Dionysii Halicarnassensis Lysimachum dixeris. Opera laudantur hæc :

1. Αἰγυπτιακά.
2. Θηβαϊκά vel Θηβαϊκὰ παράδοξα.
3. Νόστοι.
4. [Περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν καὶ ἑορτῶν.]
5. [Περὶ τῶν παρ' Ἀττικοῖς ῥητόρων.]
6. [Περὶ ποιητῶν.]
7. Περὶ Ἐφόρου κλοπῆς βιβλία β'.

Fragmenta longe plurima ad Thebaica et Nostos pertinent. Ex quibus apparet maximam operam in eo posuisse auctorem, ut antiquiorum scriptorum narrationes congereret, de singulis quibusque inter se contenderet, mirumque earum dissensum ee modo declararet. Num ulterius progressus sit, ac judicii acumen cum colligendi industria junxerit, nescio.

(*) De Lysimacho qui Περὶ Ἀττάλου παιδείας scripsit, vide Introd. in Fragm. Neanthis Cyziceni. *Lysimachum Coum*, Hippocraticum (Erotian. p. 10; schol. Nicandri Alex. p. 376 Schn.), sicuti reliquos ejus nominis viros h. l. enumerare longum est. Lysimachum quendam qui De agricultura scripsit laudant Varro R. R. I, 1, Plinius in Ind. auct. ad lib. VIII, IX, X, XIV, XVII, XVIII, XXVIII et XXV, 7. Hunc Vossius eundem cum Alexandrino nostro esse opinatur. — Quod tom. II, p. 370 not. suspicatus sum Lycum, operis Περὶ Θηβῶν auctorem, qui ap. Tzetz. ad Lyc. 526 laudatur, eundem esse cum Lysimacho, id falsum est. Vide addenda ad Lycum Rheginum.

ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

Lysimachum inter eos qui de rebus Ægyptiorum scripserint recenset Cosmas Topogr. Christ. XII, p. 241.

1.

Josephus C. Apionem I, 34 : Ἐπιτάξω δὲ τούτοις (Manethoni et Chæremoni) Λυσίμαχον, εἰληφότα μὲν τὴν αὐτὴν τοῖς προειρημένοις ὑπόθεσιν τοῦ ψεύσματος, ὑπερπεπαικότα δὲ τὴν ἐκείνων ἀπιθανότητα τοῖς πλάσμασι. Δι' ὃ καὶ δῆλός ἐστι συντεθειχὼς κατὰ πολλὴν ἀπέχθειαν. Λέγει γὰρ ἐπὶ Βοχχόρεως τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων λεπροὺς ὄντας καὶ ψωροὺς, καὶ ἄλλα νοσήματά τινα ἔχοντας, εἰς τὰ ἱερὰ καταφεύγοντας μεταιτεῖν τροφήν. Παμπόλλων δὲ ἀνθρώπων νοσηλίᾳ περιπεσόντων, ἀκαρπίαν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ γενέσθαι. Βόχχοριν δὲ, τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα, εἰς Ἄμμωνος πέμψαι περὶ τῆς ἀκαρπίας τοὺς μαντευσομένους· τὸν θεὸν δὲ εἰπεῖν τὰ ἱερὰ καθᾶραι ἀπ' ἀνθρώπων ἀνάγνων καὶ δυσσεβῶν, ἐκβαλόντα αὐτοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν εἰς τόπους ἐρήμους, τοὺς δὲ ψωροὺς καὶ λεπροὺς βυθίσαι, ὡς τοῦ ἡλίου ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τῇ τούτων ζωῇ, καὶ τὰ ἱερὰ ἁγνίσαι, καὶ οὕτω τὴν γῆν καρποφορήσειν. Τὸν δὲ Βόχχοριν τοὺς χρησμοὺς λαβόντα τούς τε ἱερεῖς καὶ ἐπιβωμίτας προσκαλεσάμενον κελεῦσαι ἐπιλογὴν ποιησαμένους τῶν ἀκαθάρτων τοῖς στρατιώταις τούτους παραδοῦναι κατάξειν αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρημον, τοὺς δὲ λεπροὺς εἰς μολιβδίνους χάρτας ἐνδήσαντας, ἵνα καθῶσιν εἰς τὸ πέλαγος. Βυθισθέντων δὲ τῶν λεπρῶν καὶ ψωρῶν, τοὺς ἄλλους συναθροισθέντας εἰς τόπους ἐκτεθῆναι ἐπ' ἀπωλείᾳ· συναχθέντας δὲ βουλεύσασθαι περὶ αὐτῶν, νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης πῦρ καὶ

DE REBUS ÆGYPTIORUM.

1.

His addam Lysimachum, idem quidem habentem cum prædictis mendacii argumentum, illorum vero incredibilitatem figmentorum enormitate superantem. Unde constat eum ex magno in nos odio sua confinxisse. Dicit enim sub Bocchori rege Ægyptiorum populum Judæorum, quod essent lepra, scabie et aliis quibusdam morbis infecti, ad templa confugisse et victum mendicasse. Multis autem hominibus morbo correptis, sterilitatem in Ægypto accidisse. Bocchorim vero, Ægyptiorum regem, ad Ammonem scitatum oracula de sterilitate misisse : responsumque a deo, repurganda esse templa ab hominibus impuris et impiis, ejiciendo eos e templis in loca deserta; ceterum scabiosos ac leprosos mergendos, tanquam sole ut isti viverent ægre ferente; et templa expianda, atque ita fore ut terra fructum ferat. Bocchorim autem, accepto oraculo, accersitisque sacerdotibus et sacrificiis, jussisse ut impuri collecti militibus traderentur deportandi in desertum; utque leprosi plumbeis laminis involuti in pelagus dejicerentur. Submersis autem leprosis ac impetiginosis, reliquos congregatos in loca deserta expositos esse ut perirent : eos autem habito concilio de se ipsis consultasse et nocte super-

λύχνους καύσαντας φυλάττειν ἑαυτοὺς, τήν τ' ἐπιοῦσαν νύκτα νηστεύσαντας ἱλάσκεσθαι τοὺς θεοὺς, περὶ τοῦ σῶσαι αὐτούς. Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ Μωϋσῆν τινα συμβουλεῦσαι αὐτοῖς παραβαλλομένους μίαν ὁδὸν τέμνειν, ἄχρις ἂν ἔλθωσιν εἰς τόπους οἰκουμένους, παρακελεύσασθαί τε αὐτοῖς μήτε ἀνθρώπων τινὶ εὐνοήσειν μήτε ἄριστα συμβουλεύσειν, ἀλλὰ τὰ χείρονα, θεῶν τε ναοὺς καὶ βωμοὺς, οἷς ἂν περιτύχωσιν, ἀνατρέπειν. Συναινεσάντων δὲ τῶν ἄλλων, τὰ δοχθέντα ποιοῦντας διὰ τῆς ἐρήμου πορεύεσθαι, ἱκανῶς δὲ ὀχληθέντας ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκουμένην χώραν, καὶ τούς τε ἀνθρώπους ὑβρίζοντας καὶ τὰ ἱερὰ συλῶντας καὶ ἐμπρήσαντας ἐλθεῖν εἰς τὴν νῦν Ἰουδαίαν προσαγορευομένην, κτίσαντας δὲ πόλιν ἐνταῦθα κατοικεῖν. Τὸ δὲ ἄστυ τοῦτο Ἱερόσυλα ἀπὸ τῆς ἐκείνων διαθέσεως ὠνομάσθαι· ὕστερον δ' αὐτοὺς ἐπικρατήσαντας χρόνῳ διαλλάξαι τὴν ὀνομασίαν πρὸς τὸ μὴ οἰνειδίζεσθαι, καὶ τήν τε πόλιν Ἱεροσόλυμα, καὶ αὐτοὺς Ἱεροσολύμους προσαγορεύεσθαι.

Hæc in sequentibus Josephus refellit. — Cum initio hujus fragmenti cf. Joseph. C. Ap. II, c. 2 : Λυσίμαχος δὲ κατὰ Βόκχοριν τὸν βασιλέα, τουτέστι πρὸ ἐτῶν χιλίων ἑπτακοσίων (sc. ἀπαλλαγῆναί φησι τοὺς Ἰουδαίους ἐξ Αἰγύπτου)· Μόλων δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς ὡς αὐτοῖς ἔδοξεν. In his num recte sese habeat istud πρὸ ἐτῶν χιλίων ἑπτακοσίων addubitavit Bœckhius *Manetho* p. 325. Nam Bocchoris est rex dynastiæ XXIV, qui secundum Manethonem Africani regnavit an. 725-720, secundum Eusebium in Canone an. 778-735. Quare Bœckhius scribi jubet πρὸ ἐτῶν ἑπτακοσίων, cosque haud dubie inde a Lysimachi ætate exputandos esse censet. Idque eo verisimilius esse putaveris, quod Apion, quem Lysimachum ante oculos habuisse ex ipso Josepho discimus, Judæorum exitum assignat Olympiadis septimæ anno primo (752 a. C.). Ceterum Josephus l. l. Apionis calculos cum Lysimachi computo non tam componit, quam opponit iis. Quare nescio an ita potius statuendum sit. Diodorus memorat Bocchorim regem perantiquum, qui successor erat Mycerini; sub hoc Bocchori Judæos exiisse Ægypto Lysimachus annis 1700 ante suam ætatem memoraverit, haud ita multum a Manethone aliisque discedens. Jam vero Apion helluo hunc Bocchorim dixerit esse cum, qui circa primam Olympiadem regnare cœperit, ideoque ad hæc tempora nescio num ineptius an malignius exitum Judæorum retulit. Cf. Tacitus Hist. V, 3 : *Plurimi auctores consentiunt, orta per Ægyptum tabe quæ corpora fœdaret, regem Bocchorim, adito Hammonis oraculo remedium petentem, purgare regnum et id genus hominum ut invisum deis alias in terras avehere jussum. Sic conquisitum collectumque vulgus, postquam vastis locis relictum sit, ceteris per lacrimas torpentibus, Moysen unum exulum monuisse, ne quam deorum hominumve opum exspectarent, sed sibi ut duci cœlesti crederent, primo cujus auxilio præsentes miserias pepulissent,* etc. Quæ aperte ex Lysimacho, Chæremone, Apione similibusve auctoribus petita sunt.

Cum initio hujus fragmenti cf. etiam Bekk. Anecd. p. 380, 30 : Ἄλφα. . Καὶ Μωυσῆς ὁ νομοθέτης ὑπὸ Ἰουδαίων διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν ἄλφους ἐν τῷ σώματι οὕτως ἐκαλεῖτο. Ἀλλὰ τοῦτο Νίκαρχος ὁ τοῦ Ἀμμωνίου (Aristarchei?) ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων ψευδεῖ. De hoc Nicarcho, modo recte se nomen habeat, aliunde non constat.

2.

Josephus C. Apion. II, 2 : Τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν ἐλασθέντων (sc. Ἰουδαίων) τὸν αὐτὸν Αυσιμάχῳ σχεδιάσας (sc. Ἀπίων) — ἕνδεκα γὰρ αὐτοὺς εἶναι φησὶ μυριάδας — κτλ. Vid. Apion. fr. 4.

3.

Idem ibid. II, 14 : Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων καὶ Αυσίμαχος καί τινες ἄλλοι τὰ μὲν ὑπ' ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον δὲ κατὰ δυσμένειαν περί τε τοῦ νομοθετήσαντος ἡμῖν Μωυσέως καὶ περὶ τῶν νόμων πεποίηνται λόγους οὔτε δικαίους οὔτε ἀληθεῖς, τὸν μὲν ὡς γόητα καὶ ἀπα-

---

veniente, accensis ignibus ac lucernis custodias agitasse; sequentique nocte jejunasse, ut deos saluti suæ propitios haberent. Insequenti vero luce a Moyse quodam ipsis consilium datum, ut irent intrepidi una via, usquedum ad loca culta perveniretur : tum præcepisse ne cui hominum in posterum benevoli essent, neque optima suggererent, sed deteriora; atque deorum templa et altaria, prout in ea inciderent, everterent. Quum autem ceteri ista comprobassent, decreta peragentes iter fecisse per desertum, et post multa incommoda tandem ad loca culta pervenisse : dein et hominibus injuriose tractatis, et fanis compilatis ac incensis, venisse in regionem quæ nunc Judæa dicitur, conditaque civitate illic habitare. Istam autem urbem Ἱερόσυλα (*id est* Sacrilega) ab ipsorum dispositione nominatam esse : postea autem auctos viribus nomen mutasse, ut probro non afficerentur, et urbem Hierosolyma, et se ipsos Hierosolymos vocasse.

Lysimachus tempore Bocchoris regis, hoc est ante annos mille septingentos, Judæos ex Ægypto discessisse ait; Molon autem atque alii, ut cuique visum est.

2.

Numerum pulsorum ex Ægypto Judæorum Apion eundem quem Lysimachus commentus est. Scilicet centum et decem millia fuisse dicit.

3.

Apollonius Molo quoque et Lysimachus et alii quidem nonnulli, partim quidem per ignorantiam, maxima vero ex parte per malevolentiam, de legislatore nostro Moyse et legibus ejus verba fecerunt nec justa nec vera, hunc quidem ut præstigiatorem et deceptorem calumniantes, leges autem malitiæ apud nos nulliusque virtutis magistras esse affirmantes.

τεῶνα διαβάλλοντες, τοὺς νόμους δὲ κακίας ἡμῖν καὶ οὐδεμιᾶς ἀρετῆς φάσκοντες εἶναι διδασκάλους. Quodsi et Lysimachus et Apollonius de legibus Judæorum nullius virtutis magistris verba fecerunt, probabile est alterum sua habere ex altero, antiquiorem vero auctorem fuisse, qui primo loco ponitur, Apollonium Molonem.

Præterea Lysimachus, si Jonsium Scriptt. hist. phil. p. 12 audias, etiam de rebus Assyriorum scripsit. Etenim Agathias II, 24 inter auctores τὰ ἀρχαιότατα τῶν Ἀσσυρίων τε καὶ Μήδων ἀναγραψαμένους præter Berosum (fr. 2) memorat Athenoclem et Σίμακον (sic cod. Lugd.; Σείμαχον cod. Rhed.; *Symmachum* interpr.); quod posterius nomen mutari Jonsius vult in Λυσίμαχον. Nescio an recte. Similiter Σύμμαχος pro Λυσίμαχος legebatur ap. Tzetz. ad Lyc. 874 (v. fr. 9). Ceterum putari possit Σίμακον illum eundem esse, quem Tzetzes Hist. III, 100 Σιμόκαττον dicit, ac una cum Ctesia (fr. 3), Diodoro, aliis, testem historiæ de Sesostri Assyriorum domino excitat. De Simocatto tanquam Ἀσσυριακῶν vel Αἰγυπτιακῶν auctore aliunde non constat.

ΘΗΒΑΪΚΑ ΠΑΡΑΔΟΞΑ.

E LIBRO PRIMO.

4.

Schol. Ap. Rhod. III, 1179 : Περὶ δὲ τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Κάδμου εἰς Θήβας παρουσίας Λυσίμαχος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Θηβαϊκῶν παραδόξων (παραδόξως vlgo) συνείλοχε πολλὴν τὴν ὕλην διαφωνοῦσαν (al. sch. Λυσίμαχος ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν Θηβαϊκῶν παραδόξως ἱστορεῖ).

Probabile est ex Lysimacho petita esse quæ sequuntur testimonia Hellanici ἐν α' Φορωνίδος, Musæi in Titanomachia, Hippiæ Delii ἐν Ἔθνων ὀνομασίαις, Atrometi, Pherecydis.

5.

Schol. Eur. Phœn. 26 : Οἱ δὲ τὴν Σφίγγα Μακαρέως μὲν γενέσθαι γυναῖκα, θυγατέρα δὲ Οὐκαλέγοντος, ἑνὸς τῶν ἐγχωρίων· οὗ τελευτήσαντος κατασχεῖν τὴν Σφίγγα, ἐπαναιρεθῆναι ὑπό τινος Οἰδίποδος συνελθόντος αὐτῇ. Τινὲς δὲ καὶ Λαΐου τὴν Σφίγγα παραδιδόασιν, ὡς Λυσίμαχος.

Οὐκαλ.] « Cod. Aug. θυγατέρα Εὐκαλέτονος, Taur. θυγ. δὲ οὐκ ἂν λέγοντος, quo egregie firmatur emendatio Valcken. Οὐκαλέγοντος » Matthiæ. Nomen Οὐκαλέγων, tamquam viri Trojani, habes apud Homer. Il. γ, 148. — ἐπαναιρεθῆναι] « Scribendum arbitror εἶτ' ἀναιρεθῆναι. Sed ne sic quidem ista sana præstarem. » *Valcken.* Plura exciderunt, puto. Possis : κατασχεῖν τὴν γῆν Σφίγγα, εἶτ' ἀναιρ. etc., vel κατασχεῖν αὐτὴν τὸ Φίκιον (vel Σφίκιον), ἔνθ' ἀναιρεθῆναι κτλ. Ut ut est, indicatur eadem fere narratio, quam Suidas servavit v. Οἰδίπους ubi sic : Γεγονὼς δὲ ἀνδρεῖος (Οἰδίπους) ἐλήστευε. Καθ' ὃν καιρὸν καὶ ἡ λεγομένη Σφὶγξ ἀνεφάνη, γυνὴ δυσείδης καὶ θηριώδης τὴν φύσιν· ἀποβαλοῦσα γὰρ τὸν ἄνδρα, καὶ συναγαγοῦσα χεῖρα καὶ τόπον καταλαβοῦσα δύσβατον τοὺς παριόντας ἐφόνευε. Ὁ οὖν Οἰδίπους, δεινόν τι βουλευσάμενος, δίδωσιν ἑαυτὸν μετ' αὐτῆς λῃστεύειν· καὶ ἐπιτηρήσας καιρὸν, ὃν ἐβούλετο, λόγχῃ ἀναιρεῖ αὐτὴν καὶ τοὺς μετ' αὐτῆς. Ceterum non solum variæ de Sphinge sententiæ, sed etiam quæ antecedit ap. schol. de OEdipo variarum fabularum farrago ex Lysimacho fluxerit.

E LIBRO DECIMO TERTIO.

6.

Schol. Sophocl. OEd. C. 91 : Εἰσί γε οἳ φασι τὸ μνῆμα τοῦ Οἰδίποδος ἐν ἱερῷ Δήμητρος εἶναι ἐν Ἐτεωνῷ, μεταγαγόντων αὐτὸν ἐκ Κεοῦ τινὸς ἀσήμου χωρίου, καθάπερ ἱστορεῖν φησὶν Ἀρίζηλον Λυσίμαχος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ιγ' [ἐν γ'?] τῶν Θηβαϊκῶν, γράφων οὕτως· « Οἰδίπου δὲ τελευτήσαντος, καὶ τῶν φίλων ἐν Θήβαις θάπτειν αὐτὸν διανοουμένων, ἐκώλυον οἱ Θηβαῖοι διὰ τὰς προγεγενημένας συμφορὰς, ὡς ὄντος ἀσεβοῦς. Οἱ δὲ κομίσαντες αὐτὸν εἴς τινα τόπον τῆς Βοιωτίας καλούμενον Κεὸν ἔθαψαν αὐτόν. Γινομένων δὲ τοῖς ἐν τῇ κώμῃ κατοικοῦσιν ἀτυχημάτων τινῶν, οἰηθέντες αἰτίαν εἶναι τὴν Οἰδίπου ταφὴν, ἐκέλευον τοὺς φίλους ἀναιρεῖν αὐτὸν

THEBAICA PARADOXA.

4.

De Europa et Cadmo Thebis commorantibus Lysimachus libro primo Paradoxorum Thebanorum multam testimoniorum discrepantium silvam congessit.

5.

Nonnulli Sphingem Macarei uxorem, filiam vero Ucalegontis, unius ex indigenis, fuisse tradunt. Mortuo marito, Sphingem (occupato Phicio loco munito latrociniis Bœotiam vexasse, tandem vero) interfectam esse ab Œdipo quodam, qui rem cum eo habuerat. Nonnulli Sphingem Lai filiam fuisse perhibent, ut Lysimachus ait.

6.

Sunt qui dicant monumentum Œdipodis in fano Cereris esse Eteoni, quo cum deportassent e Ceo, ignoto quodam loco, ut tradere Arizelum dicit Lysimachus Alexandrinus libro decimo tertio De rebus Thebanis, ubi ita scribit : « Œdipum defunctum quum amici Thebis sepelire vellent, obstitere Thebani, quod Œdipus propter priores casus pro impio habendus esset. Illi igitur in vicum quendam Bœotiæ, quem Ceum nominant, deportarunt ibique sepeliverunt. Quum vero incolæ hujus vici calamitatibus quibusdam afficerentur causamque eorum sepulcrum Œdipi esse putarent, jusserunt amicos cum e regione sua auferre. Illi propter hæc consilii inopia laborantes sublatum corpus Eteonum portarunt.

ἐκ τῆς χώρας. Οἱ δὲ ἀπορούμενοι τοῖς συμβαίνουσιν, ἀνελόντες ἐκόμισαν εἰς Ἐτεωνόν. Βουλόμενοι δὲ λάθρα τὴν ταφὴν ποιήσασθαι, καταθάπτουσιν νυκτὸς ἐν ἱερῷ Δήμητρος, ἀγνοήσαντες τὸν τόπον. Καταφανοῦς δὲ γενομένου, πέμψαντες οἱ τὸν Ἐτεωνὸν κατοικοῦντες, τὸν θεὸν ἐπηρώτων, τί ποιῶσιν. Ὁ δὲ θεὸς εἶπεν, μὴ κινεῖν τὸν ἱκέτην τῆς θεοῦ. Διόπερ αὐτοῦ τέθαπται. Τὸ δὲ ἱερὸν Οἰδιπόδειον κληθῆναι. » Cf. Wunder. ad OEd. Col. p. 10; Müller. *Min.* p. 228 et 212, 4; C. Hermann. Quæst. OEdip. p. 69. Ἀρίζηλος aliunde non notus.

7.

Schol. Pind. Isthm. IV, 104 : Περὶ τῶν Ἡρακλέους παίδων Λυσίμαχός φησί τινας ἱστορεῖν, μὴ ὑπὸ Ἡρακλέους, ἀλλ' ὑπό τινων δολοφονηθῆναι ξένων.

Fortasse *Lysimachi* nomen latet apud schol. Eur. Phœn. 13, ubi hæc : Αἰγύπτιος (Αἰγύστιος cod. Taur., Αἴγυστος cod. Aug.) δέ φησιν, ὡς ἐκ χρησμοῦ τοὺς παῖδας ἀκούσας (sc. Οἰδίπους) ἀλληλοκτονήσειν, ἐξέθηκε τὸν Πολυνείκην, Μήστωρ δὲ ἀμφοτέρους ἐκτεθῆναι. Ad quæ Matthiæ : « Verum hujus grammatici vel historici nomen, puto etiam *Mestoris*, ipsum Valckenarium latebat. Fabricius B. Gr. II, p. 274 pro Αἰγύπτιος legendum suspicabatur Ægis vel Ægias [deb. Agias]. Pro Μήστωρ Taurin. μυστήριον. Vere! » Agias scripsit Argolica, et propterea minus h. l. aptus homo. Ad traditas literas propius accedi potest scribendo Αὔσιππος. Lysippus Epirota scripsit Ἀσεβῶν κατάλογον (schol. Apoll. IV, 1093. Cf. Ebert. Diss. Sic. p. 107 sq.), in quo OEdipi mentio non inepta. Pro Μήστωρ reponendus, nisi fallor, Νέστωρ, auctor Θεατρικῶν ὑπομνημάτων (v. Voss. p. 200).

8.

Schol. Eurip. Hippol. 545 : Λυσίμαχος δέ φησιν ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς παραδόξοις, τριάκοντα ἀργυρίου τάλαντα ἀπαιτούντων (τῶν Οἰχαλιέων sc.) ποινὴν ἐπὶ Ἰφίτῳ, οὕτως ἐπ' αὐτοὺς Ἡρακλέα στρατεῦσαι.

παραδόξοις] παραδόξως Welck. *Cycl.* p. 217, n. 33o. Cf. Herodor. fr. 33.

(8 a.)

(ΚΤΙΣΕΙΣ.)

Plutarch. Parall. min. c. 6 : Τῶν ἅμα Πολυνείκει εὐωχουμένων λοχαγῶν, ἀετὸς καταπτὰς τὸ Ἀμφιάρεω ἐβάστασε δόρυ εἰς ὕψος καὶ εἶασε· τὸ δὲ παγὲν ἐν γῇ ὰφνη ἐγένετο. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ πολεμούντων, κατ' ἐκεῖνο κατεπόθη ὁ Ἀμφιάρεως τῷ ἅρματι, ἔνθα νῦν πόλις Ἅρμα καλεῖται· ὡς Τρισίμαχος (num Λυσίμαχος?) ἐν τρίτῳ Κτίσεων.

ΝΟΣΤΟΙ.

E LIBRO PRIMO.

9.

Schol. Pind. Pyth. V, 108 : Περὶ τῆς εἰς Κυρήνην ἀφίξεως τῶν Ἀντηνοριδῶν Λυσίμαχος ἐν πρώτῳ τῶν Νόστων ἱστορεῖ, παρ' Ἄμνακι (Ἀκαμνάκει?) βασιλεῖ Λιβύων αὐτοὺς ᾠκηκέναι, μὴ βουλομένους συνοικεῖν τοῖς τὸ Ἴλιον πεπορθηκόσι, καὶ ὅτι ἔκτισαν (ἔκτισεν cod.) μεθ' ἱκανὸν χρόνον τὸν μεταξὺ Κυρήνης καὶ τῆς θαλάσσης κείμενον λόφον Ἀντηνοριδῶν ἐπικεκλημένον.

Tzetzes ad Lyc. 874 : Λυσίμαχος ἐν πρώτῳ τῶν Νόστων οὕτω πως λέγει· « Γλαῦκος, Ἀκάμας, Ἱππόλοχος, οἱ Ἀντηνορίδαι, παρ' Ἀκαμνάκει βασιλεῖ Λιβύων ᾤκησαν, μὴ βουλόμενοι συνοικεῖν τοῖς τὸ Ἴλιον πορθήσασιν, οἳ μεθ' ἱκανὸν χρόνον τὸν μεταξὺ Κυρήνης καὶ τῆς θαλάσσης Ἀντηνοριδῶν λόφον ἔκτισαν καὶ ᾤκησαν. » — Ἀκαμνάκει] Müller. e codd. Viteb. pro vgta ἀμνάκει. — Λυσίμαχος] sic Müller. e codd. Viteb.; olim Σύμμαχος.

Et quum clanculum sepulcro condere vellent, noctu in Cereris fano, ignorantes loci sanctitatem, sepeliverunt. Quod ubi detexerunt incolæ Eteoni, dei oraculum adierunt, quærentes quid faciendum esset. Ille vero respondit, ne loco moverent deæ supplicem. Itaque illo loco sepultus jacet. » Fanum vero Œdipodeum vocari addit.

7.

Quod liberos Herculis attinet, eos nonnulli, Lysimacho teste, non ab Hercule occisos, sed a peregrinis quibusdam dolo necatos esse narrant.

8.

Lysimachus in Thebanis Paradoxis ait Herculem contra Œchalienses expeditionem suscepisse, quod hi triginta argenti talenta Iphiti cædis mulctam postulassent.

(8 a.)

URBIUM ORIGINES.

Ducibus qui cum Polynice erant convivantibus, aquila devolans hastam Amphiarai raptam in sublime evexit, inde demisit. Ea terræ infixa in laurum est mutata. Postridie prœlium quum committeretur, eo loco Amphiaraus una cum curru terra haustus est, ubi Harma (*Currus*) urbs nunc est. Sic *Lysimachus* tertio De urbium orginibus.

REVERSIONES.

9.

Antenoridas Cyrenen advenientes Lysimachus Reversionum libro primo narrat apud Amnacem (*Acamnacem*) Libyum regem habitasse, nolentes commorari cum iis qui Ilium evertissent, ac post aliquanto temporis colonia frequentasse collem inter Cyrenen atque mare situm, qui de ipsis Antenoridarum collis appellatur.

Lysimachus libro primo Reversionum ita scribit : Glaucus, Acamas, Hippolochus, Antenoridæ, apud Acamnacem regem habitarunt, quod nollent una habitare cum iis qui Ilium evertissent, eosque aliquanto post inter Cyrenen atque mare situm collem Antenoridarum exædificasse ibique sedes fixisse.

E LIBRO SECUNDO.

10.

Plutarch. De fluv. c. 18, 12 : Ἀθηναῖον δ' ὄρος ἔλαβε τὴν προσηγορίαν ἀπ' Ἀθηνᾶς. Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Ἰλίου πόρθησιν Διομήδης, εἰς Ἄργος ὑποστρέψας, εἰς τὸν Κεραύνιον ἀνέβη λόφον, καὶ τέμενος Ἀθηνᾶς κατασκευάσας, τὸ ὄρος ἀπὸ τῆς θεᾶς Ἀθηναῖον μετωνόμασε. Γεννᾶται δ' ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ ῥίζα παρόμοιος πηγάνῳ· ἣν ἐὰν γυνὴ φάγῃ τις κατ' ἄγνοιαν, ἐμμανὴς γίνεται· καλεῖται δ' Ἀδράστεια· καθὼς ἱστορεῖ Ἡλησίμαχος (scr. Λυσίμαχος) ἐν β' Νόστων.

11.

Schol. Apoll. Rh. I, 558, de Achille : Διαπεφωνήκασι δὲ καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ μητρός... Λυσίμαχος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Νόστων κατὰ λέξιν λέγων· « Σουΐδας γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης, οἱ περὶ Εὐβοίας πεπραγματευμένοι, καὶ ὁ τοὺς Φρυγίους λόγους γράψας καὶ Δαΐμαχος καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς οὐ τὴν περὶ Ἀχιλλέως διεσπαρμένην ἀφῆκαν ἡμῖν ἐπὶ χώρας δόξαν· ἀλλὰ τοὐναντίον οἱ μὲν ἐκ Θέτιδος αὐτὸν νομίζουσι γεγονέναι τῆς Χείρωνος, Δηίμαχος δὲ ἐκ Φιλομήλης τῆς Ἄκτορος· ἄλλοι δὲ ἄλλως περὶ αὐτοῦ ἀποφαίνονται. »

12.

Fortasse ex Achillis historia fluxit glossa Hesychii : Σκύρος, πόλις ἢ νῆσος ἢ λατύπη. Σκῦρος, ἀργιλώδης· Λυσίμαχος, τὴν λατύπην. Cf. Etym. M. Σκύρος, ἡ νῆσος, ἐπειδὴ ἀργιλώδης ἐστὶ καὶ λευκόγεως· Σκύρος γὰρ ἡ λατύπη.

13.

Schol. Venet. Eurip. Androm. 24 : Ἰδίως ἕνα φησὶ παῖδα γενέσθαι τῷ Νεοπτολέμῳ, ἄλλων τρεῖς λεγόντων, Πύρρον, Μολοσσὸν, Αἰαχίδην [καὶ Τρωάδα]. Λυσίμαχος δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Νόστων φησὶ Πρόξενον καὶ τὸν Ἀκάνθιον Νικομήδην ἐν τοῖς Λακεδαιμονικοῖς ἱστορεῖν μὲν ἐκ τῆς Ἀνδρομάχης γενέσθαι τοὺς προειρημένους, ἐκ δὲ Λεωνάσσης τῆς Κλεωδαίου Ἄργον, Πέργαμον, Πάνδαρον, Δωριέα, Ἔραον, Δανάην, Εὐρύμαχον. Φασὶ δὲ Πύρρῳ μὲν ἐγχειρίσαι τὴν βασιλείαν τὸν πατέρα, Μολοσσῷ δὲ τὴν ἐκ τῆς προσηγορίας τιμὴν προστάξαντα τὴν χώραν Μολοσσίαν ὀνομάζειν. Διὸ (sic Cobet.; διʼ ᾧ codex) τὸν Αἰαχίδην ὑπ' αὐτῆς ὑπεκτεθῆναι (sic Cobet., ἐκτεθῆναι codex) Ἀνδρομάχης, πρὸς τὸ, εἰ (εἴτι cod.) διὰ τὴν ἀπαιδίαν Ἑρμιόνης καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀσθένειαν γένοιτό τι τοῖς τέκνοις δυσχερὲς, μὴ ὑποχειρίους πάντας ληφθῆναι.

Πύρρον] Ilium, Molossum et Pergamum memorat Pausanias, I, 11, 1. Noster Pergamum memorat inter libros e Lanassa susceptos. *Æacidem* alius nemo exhibet. *Pielum* habes etiam in Alexandriade apud Pseudocallisth. I, 42 in Latinis, et apud Justinum XVII, 3, ubi perperam legitur *Pialis*. Hyginus fab. 123 Andromachæ filium ponit *Amphialum*, quod ejusdem nominis corruptio est, aut componi debet cum *Anchialo*, cujus fr. 14 mentio fit. — Καὶ Τρωάδα] Hæc uncis inclusi, utpote abundantia. Ac desunt in schol. vulgatis, quæ hucusque eadem præbent. — Νικομήδην] sic scripsi pro Αυκομήδην, quod codex præbet. Nicomedem Acanthium de Perdiccæ et Archelai regum temporibus laudat Athenæus V, p. 217, D. Quod fragmentum quum librum De rebus Macedonum arguat, fortasse etiam deinceps Μακεδονικοῖς pro Λακεδαιμονικοῖς reponendum est. Quarum vocum confusionis exempla vide in not. ad Duridis fr. 28. Proxeni locus addendus est tom. II, p. 462. — Λεωνάσσης] Cobet. nomen mutavit in Κλεονάσσης, sicuti codex habet in fragmento sequente. At illo potius loco corrigi debet, non nostro. Cf. Justinus XVII, 3 : *Sed*

10.

Mons Athenæus a Minerva nomen accepit. Post Ilii namque excidium Diomedes Argos reversus in Ceraunium collem adscendit, et ibi ædificato Minervæ sacrario, montem a dea Athenæum nominavit. Crescit in ejus cacumine radix, rutæ similis, quam si per ignorantiam forte mulier quæpiam comederit, evadit furiata : nomen autem illi radici est Adrastia, ut narrat Lysimachus secundo Reversionum.

11.

De matre quoque Achillis dissentiunt. Lysimachus Reversionum libro secundo ad verbum ita habet : « Suidas et Aristoteles, qui De Euboea scripserunt, et auctor historiarum Phrygiarum, et Daimachus et Dionysius Chalcidensis non vulgatam illam quæ apud nos circumfertur famam sequuntur, sed illi Thetide Chironis filia, Deimachus vero e Philomele Actoris filia, alii denique alia matre natum perhibent.

12.

Σκύρος, urbs vel insula vel terra figlina. Scyrus enim insula argillosa est; et Lysimachus nomen ejus voce λατύπη, *terra figlina*, interpretatur.

13.

Proprium est Euripidis, quod Neoptolemo ex Andromache unum tantum filium fuisse dicit, dum reliqui tres filios perhibeant, Pyrrhum, Molossum, Æacidem. Lysimachus vero libro secundo Reversionum dicit Proxenum (Epirotam) et Nicomedem Acanthium in Rebus Lacedæmoniorum narrare Neoptolemo ex Andromache natos esse tres filios quos modo recensuimus, ex Leonasse autem, Cleodæi filia, Argum, Pergamum, Pandarum, Dorieum, Eraum, Danaen, Eurymachum *et Troadem*. Referunt Pyrrho patrem tradidisse regnum, Molosso autem hunc tribuisse honorem, ut regionem de ejus nomine Molossiam appellari jusserit; Æacidem vero ab ipsa Andromache securitatis causa aliquo abductum esse, ne, si quid mali propter Hermionæ orbitatem et suam ipsius imbecillitatem filiis acciderit, omnes simul sub manus Hermiones venirent.

Pyrrhus (i. e. Neoptolemus) *quum in templum Dodonæi Jovis ad consulendum venisset, ibi Lanassam, neptem Herculis, rapuit : ex cujus matrimonio octo liberos sustulit. Ex his nonnullas virgines nuptum finitimis regibus tradidit, opesque affinitatium auxilio magnas paravit.* Fortasse illa Lanassa in regum Epirotarum stirpem ab ipso Proxeno demum Pyrrhi regis æquali illata est in honorem Lanassæ Siculæ, Agathoclis filiæ, quam Pyrrhus uxorem duxerat (v. Plutarch. Pyrrh. c. 10; Diodor. XXI, 4. XXII, 6, 2). Ceterum quoniam Justinus octo Neoptolemi liberos ponit, inter eosque duæ minimum filiæ fuisse debent, nostro autem loco septem tantum nomina, inter eaque unum tantum femininum, recensentur, facile hæc conciliari possunt, si verba καὶ Τρωάδα ex antecedentibus, ubi abundant, in seriem liberorum Lanassæ transponimus.

14.

Idem ibid. 33 : Ὁ μὲν Εὐριπίδης ἀπὸ Νεοπτολέμου φησὶν εἶναι τὴν Ἑρμιόνην, ὁ δὲ Αυσίμαχος ταύτην παραινείου, ὃς γράφει· « Γήμας... (Γήμαντι πρῶτον?) Ἑρμιόνην τὴν Μενέλεω καὶ Ἑλένης, μετὰ ταῦτα Λεώνασσαν τὴν Κλεοδαίου τοῦ [Ἡρακλέους], ἐξ ἐκείνης μὲν γενέσθαι Μολοσσὸν ὁμώνυμον τῇ χώρᾳ καὶ [ταύτην ἀπ' αὐτοῦ] κληθῆναι· ἐκ δὲ τῆς Λεωνάσσης..... γενον, Δωριέα, Πέργαμον, ... χωρον. » Ταῦτα μὲν Αυσίμαχος... δὲ ὁ τραγῳδιοποιὸς.... ὕστερον δὲ Διομήδει συνοικῆσαι..... [Νεοπτο]λέμῳ Ἀγχίαλον γενέσθαι..... δὲ ἐν μὲν Ἀνδρομάχῃ.... δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος.....

« Minutissima codicis scriptura hic passim situ et madore deleta est. » Cobet. — Initio fragmenti Cobetus scripsit παρὰ Νεοπτολέμῳ... παρ' Αἰνείᾳ. Verum hæc nihil pertinerent neque ad locum Euripidis neque ad ea quæ sequuntur in scholio, neque ex ipsa mythologia explicationem admitterent. Sensus aperte hic esse debet : Euripides ait Hermionen nullos Neptolemo liberos peperisse; contra Lysimachus (vel auctor quem Lysimachus pro more suo adducit) filium novit Hermiones, Molossum scilicet. At græcis corruptissimis mederi absque multo arbitrio non poteris. Verti quasi scholiasta hunc fere in modum scripsisset : Ὁ μὲν Εὐρ. ἄπαιδα ἀπὸ Νεοπτολέμου φησὶν εἶναι τὴν Ἑρμιόνην, ὁ δὲ Αυσίμαχος τεκεῖν αὐτὴν [φησι λέγεσθαι] παρὰ Κινέᾳ, ὃς γράφει κτλ. Cineas (Κινέας, Κεινέας) Epirotica tractasse ex fragmentis (tom. II, p. 463) intelligitur. Lysimachum vero in congerendis antiquiorum scriptorum testimoniis operam posuisse præcipuam ex reliquiis satis liquet. — Λεώνασσαν] Κλεόνασσαν et mox Κλεονάσσης codex. Vid. not. ad fr. 13. Deinde supplevi inclusa cancellis. De nominibus liberorum Cineas vel quicumque demum sit, aliter statuit atque Proxenus et Nicomedes, siquidem recte se habent literæ superstites.

15.

Photius : Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν· ὡς πολυγράμματος]... Οἱ δὲ ὅτι Ἀθηναῖοι μὲν τοὺς ληφθέντας ἐν πολέμῳ Σαμίους ἔστιζον γλαυκὶ, Σάμιοι δὲ (sc. τοὺς ληφθέντας ἐν πολέμῳ Ἀθηναίους) σαμαίνῃ· ὅ ἐστι πλοῖον ὀξύκρουτον, ὑπὸ Πολυκράτους πρῶτον κατασκευασθὲν τοῦ Σαμίων τυράννου, ὡς Λυσίμαχος ἐν δευτέρῳ Νόστων. Τὸ δὲ πλάσμα Δούριδος. Vide Duridis fragm. 59 not., tom. II, p. 483. — Quodsi Lysimachus, ad exemplum aliorum qui Νόστους scripserunt, etiam eas Reversiones, quæ temporibus historiæ luce claris factæ sunt, recensuit, ideoque etiam de Samiis insula sua pulsis ac postea in patriam reversis locutus est, ad eamque narrationem noster locus pertinet (id quod veri simillimum est) : consequitur illud ἐν β' Νόστων corruptum esse, reponendum vero vel ἐν ιϛ' vel ἐν η'. Cf. not. ad Anticlid. fr. 8.

E LIBRO TERTIO.

16.

Athenæus IV, p. 158, D : Οἶδα δὲ καὶ τὴν Ὀδυσσέως... ἀδελφὴν Φακῆν καλουμένην, ἣν ἄλλοι τινὲς Καλλιστὼ ὀνομάζουσιν, ὡς ἱστορεῖν Μνασέαν τὸν Πατρέα ἐν τρίτῳ Εὐρωπιακῶν φησι Αυσίμαχος ἐν τρίτῳ Νόστων.

17.

Eustath. ad Od. p. 1796, 10 : Κατὰ δὲ Αυσίμαχον αὐτῷ (τῷ Ὀδυσσεῖ) ἐξ Εὐίππης Θεσπρωτίδος Λεον-

---

14.

[*Euripides dicit a Neoptolemo nullos Hermionæ liberos fuisse; Lysimachus vero dicit eam filium peperisse*, secundum Cineam, qui scribat : ducta Hermione Menelai et Helenæ filia, et deinde Leonassa Cleodæi filia Herculisque nepte, ex illa Neoptolemum suscepisse Molossum regioni, ab ipso nomen adeptæ, cognominem, ex Leonassa autem... genum, Dorieum, Pergamum, ... chorum. » Hæc Lysimachus affert.

15.

Alii *Samiorum populum multiliteratum* dici putant, eo quod Athenienses Samios bello captos signo noctuæ notarint, Samii vero captos Athenienses samænæ. Est autem samæna navigium bireme a Polycrate Samiorum tyranno primum fabricatum, ut ait Lysimachus libro secundo Reversionum. Quod quidem Duridis est commentum.

16.

Novi etiam Ulyssis sororem Phacen nomine, quam alii quidam Callisto appellant, uti Mnaseam Patrensem narrare libro tertio De Europa tradit Lysimachus in Reversionum tertio.

17.

Secundum Lysimachum Ulyssi ex Euippe Thesprotia filius erat Leontophron, quem alii Dorycum vocant.

τόφρων, ὃν ἄλλοι Δόρυκλόν φασιν. Eadem Eudocia p. 74 et 394. Cf. Sophocl. fr. p. 300 ed. Paris.

17 *a*.

Servius ad Virgil. Æn. II, 211 : *Hos dracones Lysimachus Curifin et Peribœam* (Porcen et Charibœam?) *dicit; filios vero Laocoontis Ethronem et Melanthum Thessandrus* (?) *dicit.* Cf. Tzetz. ad Lyc. 347; schol. Pind. N. V, 85. Hæc e Νόστων opere fluxisse probabile, sicuti ea quæ in seqq. apponimus.

18.

Schol. Venet. et Vatican. in Eurip. Androm. 888 : Ἥπερ μόνην (sc. Ἑρμιόνην) γε Τυνδαρὶς τίκτει κόρη Ἑλένη κατ' οἴκους πατρί (Μενελάῳ)] Λυσίμαχος καὶ ἄλλοι τινὲς ἱστοροῦσι γενέσθαι ἐξ Ἑλένης καὶ Νικόστρατον. Ὁ δὲ τὰς Κυπριακὰς ἱστορίας συντάξας (συνάψας schol. vg.) Πλεισθένην φησὶ, μεθ' οὗ εἰς Κύπρον ἀφῖχθαι τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα Ἀλεξάνδρῳ Ἄγανόν.

In postremis schol. vulg. : Μεθ' οὗ εἰς Κύπρον ἀφῖχθαι τὸν Ἀλέξανδρον. De Nicostrato Helenes f. cf. Hesiod. (fr. 93 ed. Didot.) ap. schol. Soph. Electr. 539; Apollodor. III, 11, 1. Sec. Pausaniam (II, 18, 6; cf. III, 18, 13. 19, 9.) Nicostratus, sicuti Megapenthes, Menelai ex serva filius erat. Pro Ἀγανὸν (sic cod. Venet., Ἄγανον cod. Vatican.) Cobetus scripsit Ἀγαυόν; sine causa. Aganum (Ἀγάνῳ) cum aliis tribus Helenæ et Alexandri filiis, Bunico, Corytho et Idæo, memorat Tzetzes Homer. 442 et Natalis Com. VI, 23. Plisthenes noster alibi non videtur occurrere. In seqq. non historicum De rebus Cypriis opus, sed carminis epici auctor, qui in iisdem scholl. ad Hecub. 41 ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήσας dicitur, intelligendus esse videtur (cf. Cycli epici fragm. 21, p. 595 ad calcem Homeri ed. Didot.). Κυπρίων mentio ex ipso Lysimacho fluxerit, sicut ex eodem Ἰλίου πέρσις in fr. 19 citatur.

19.

Schol. Vat. et Neapol. in Eurip. Troad. 31 : Αἰχμαλωτίδων (Trojanarum)... τὰς μὲν Ἀρκὰς, τὰς δὲ Θεσσαλὸς λεὼς εἵλης' Ἀθηναίων τε Θησεῖδαι πρόμοι] Ἔνιοι ταῦτά φασι κατὰ (πρὸς in schol. ad v. 16, ubi eadem) χάριν εἰρῆσθαι· μηδὲν γὰρ εἰληφέναι τοὺς περὶ Ἀχάμαντα καὶ Δημοφῶντα ἐκ τῶν λαφύρων, ἀλλὰ μόνην τὴν Αἴθραν, δι' ἣν καὶ ἀφίκοντο εἰς Ἴλιον Μενεσθέως ἡγουμένου. Λυσίμαχος δὲ τὸν τὴν Περσηίδα (l. Πέρσιν Ἰλίου; Cobet. scr. Περσίδα) πεποιηκότα φησὶ γράφειν οὕτως·

Θησεΐδαις δ' ἔπορεν δῶρα κρείων Ἀγαμέμνων
ἠδὲ Μενεσθῆϊ μεγαλήτορι ποιμένι λαῶν.

20.

Schol. Eur. Hecub. 892 : Λυσίμαχος δέ φησι Δημοφῶντος Ἀθήνησι βασιλεύοντος ἔτους τετάρτου Θαργηλιῶνος [ἱσταμένου] δωδεκάτῃ (sc. τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν συμβῆναι). Vocem ἱσταμένου uncis inclusi, ut ex antecedentibus, ubi aliorum de eadem re sententiæ afferuntur, male repetitam. Ne scribamus ἱσταμένου τῇ δεκάτῃ, obstant Hellanicus et Dionysius Argivus, qui eandem duodecimam diem exhibent. Cf. not. ad Marm. Parium p. 568. Ceterum num recte fragmentum ad Nostos referatur, admodum dubium est. Quodsi *Lysimachus* idem est, ut equidem putaverim, cum eo quem solenni confusione *Lysimachidem*, operis *De mensibus Atticis* auctorem, Harpocration dicit, ad hocce opus etiam nostra pertinebunt.

(ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΟΥ?)

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΘΗΝΗΣΙ ΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΕΟΡΤΩΝ.

21.

Harpocratio : Μεταγειτνιών... ὁ β' μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται· ἐν δὲ τούτῳ Ἀπόλλωνι Μεταγειτνίῳ θύουσιν, ὡς Λυσιμαχίδης ἐν τῷ Περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν. V. C. Hermann. *Gottesdienstl. Alterth.* § 55.

18.

Lysimachus et alii quidam Helenam Menelao peperisse præter Hermionen etiam Nicostratum narrant. Is vero, qui Cypria composuit, Plisthenem vocat, cum quo Aganus, Helenæ et Alexandri filius, in Cyprum venisset.

19.

Captivarum Trojanarum alias Arcas, alias Thessalus populus sortito accepit et Thesidæ Atheniensium duces.] Nonnulli hoc in gratiam Atheniensium ab Euripide dictum esse censent; nam Acamantem et Demophontem ex præda Trojana nihil, sed solam accepisse Æthram, cujus repetendæ causa sub Menestheo duce Trojam venerant. Lysimachus tamen eum, qui Ilii Eversionem poema fecit, scribere ait hunc in modum :

Thesidis vero præbuit dona rex Agamemno
et Menestheo, magnanimo pastori virorum.

20.

Lysimachus dicit Trojam captam esse Demophontis Atheniensium regis anno quarto, Thargelionis mensis die duodecimo.

DE ATHENIENSIUM MENSIBUS FESTISQUE.

21.

Metagitnion secundus apud Athenienses mensis, quo Apollini Metagitnio, sacra faciunt, ut Lysimachides in libro De mensibus Atheniensibus.

22.

Idem : Μαιμακτηριὼν, ὁ ε' μὴν παρ' Ἀθηναίοις... ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Διὸς μαιμάκτου· μαιμάκτης δ' ἐστὶν ὁ ἐνθουσιώδης καὶ ταρακτικὸς, ὥς φησι Λυσιμαχίδης (Λυσιμάχης cod. Venet.) ἐν τῷ Περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν· ἀρχὴν δὲ λαβόντος τοῦ χειμῶνος ἐν τούτῳ τῷ μηνὶ ὁ ἀὴρ ταράττεται καὶ μεταβολὴν ἔχει. Cf. Hermann. l. l. § 57.

23.

Harpocratio : Σκίρα ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, ἀφ' ἧς καὶ ὁ μὴν Σκιροφοριών. Φασὶ δὲ οἱ γράψαντες Περί τε ἑορτῶν καὶ μηνῶν Ἀθήνησι, ὧν ἐστι καὶ Λυσιμαχίδης, ὡς τὸ σκίρον σκιάδιόν ἐστι μέγα, ὑφ' ᾧ φερομένῳ ἐξ ἀκροπόλεως εἴς τινα τόπον καλούμενον Σκίρον πορεύονται ἥ τε τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρεια καὶ ὁ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερεὺς καὶ ὁ τοῦ Ἡλίου· κομίζουσι δὲ τοῦτο Ἐτεοβουτάδαι. Σύμβολον δὲ τοῦτο γίνεται τοῦ δεῖν οἰκοδομεῖν καὶ σκέπας ποιεῖν, ὡς τούτου τοῦ χρόνου ἀρίστου ὄντος πρὸς οἰκοδομίαν. Καὶ Ἀθηνᾶν δὲ Σκιράδα τιμῶσιν Ἀθηναῖοι, ἣν Φιλόχορος μὲν ἐν β' Ἀτθίδος ἀπὸ Σκίρου τινὸς Ἐλευσινίου μάντεως κεκλῆσθαι, Πραξίων δὲ ἐν β' Μεγαρικῶν ἀπὸ Σκίρωνος. Cf. schol. Aristoph. Eccles. 18; Pausanias I, 36, 3; Bekker. Anecd. p. 304. C. Hermann. l. l. § 61, 14.

24.

Schol. Soph. OEd. C. 56 : Περὶ τοῦ τὸν Προμηθέα περὶ τὴν Ἀκαδήμειαν καὶ τὸν Κολωνὸν ἱδρῦσθαι Ἀπολλόδωρος γράφει οὕτως· « Συντιμᾶται δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, καθάπερ ὁ Ἥφαιστος. Καὶ ἔστιν αὐτοῦ παλαιὸν ἵδρυμα καὶ βωμὸς ἐν τῷ τεμένει τῆς θεοῦ. » Δείκνυται δὲ καὶ βάσις ἀρχαία κατὰ τὴν εἴσοδον, ἐν ᾗ τοῦ τε Προμηθέως ἐστὶ τύπος καὶ τοῦ Ἡφαίστου. Πεποίηνται δὲ, ὡς καὶ Λυσιμαχίδης φησὶν, ὁ μὲν Προμηθεὺς πρῶτος καὶ πρεσβύτερος, ἐν δεξιᾷ σκῆπτρον ἔχων, ὁ δὲ Ἥφαιστος νέος καὶ δεύτερος. Καὶ βωμὸς ἀμφοῖν κοινός ἐστιν ἐν τῇ βάσει ἀποτετυπωμένος.

Cf. Pausanias I, 30, 2 : Ἐν Ἀκαδημίᾳ δέ ἐστι Προμηθέως βωμός· καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν, ἔχοντες καιομένας λαμπάδας. Harpocratio v. Λαμπάς : Τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδας, Παναθηναίοις καὶ Ἡφαιστείοις καὶ Προμηθείοις. Cf. Welcker. *Trilog.* p. 121; Hermann. l. l. § 62,25.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡ' ΑΤΤΙΚΟΙΣ ΡΗΤΟΡΩΝ.

Πρὸς Καικίλιον.

25.

Ammonius : Θεωρὸς καὶ θεατὴς διαφέρει. Θεωρὸς μὲν γάρ ἐστιν ὁ εἰς θεοὺς πεμπόμενος, θεατὴς δὲ ὁ ἀγώνων καὶ θεάτρων. [Εὐριπίδης ἐν Ἴωνι·]

πότερον θεατὴς ἢ χάριν μαντευμάτων;

καὶ Αἰσχύλος·

βοᾷς τοιοῦδε πράγματος θεωρὸς ὤν.

Ἁμαρτάνουσιν οὖν οἱ λέγοντες Θεωρῆσαί με δεῖ τὸν ἀγῶνα, δέον εἰπεῖν Θεάσασθαι. Διαστέλλει οὖν τοῦτο ἐπιμελῶς Λυσιμαχίδης ἐν τῷ πρὸς Καικίλιον περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων, καὶ πολλῶν παραθέσεις ποιεῖται. Καὶ ἔστι τὸ θεάσασθαι, ὥσπερ πρόκειται, παρὰ τὴν θέαν, τὸ δὲ θεωρεῖν, φησὶν, οὐκ ἄλλο τι ἢ τὸ τῶν θεῶν ὠρεῖν, τοῦτο δὲ τὸ φροντίζειν. Διὸ καὶ τοὺς τῶν

22.

Mæmacterion, quintus apud Athenienses mensis, nomen habet a Jove Mæmacte. Mæmactes vero est furore corripiens et perturbans, ut Lysimachides libro De mensibus Atheniensibus ait. Scilicet quum hiems eo mense incipiat, aeris turbatio et commutatio fit.

23.

Scira, festum apud Athenienses, a quo Sciropharion mensis nominatur. Narrant vero qui de festis ac mensibus Atheniensium scripserunt, inter quos est Lysimachides, scirum esse magnam umbellam, sub quo ex arce in Scirum quendam locum proficiscantur Minervæ, Neptuni et Solis sacerdotes: gestari eam ab Eteobutadis; significari autem eo, jam ædificia et tegumenta facienda esse, quod illud anni tempus ad ædificandum sit accommodatissimum.

24.

De Promethei juxta Academiam et Colonum consecratione Apollodorus ita scribit : « Colitur Prometheus in Academia una cum Minerva, sicuti Vulcanus. Atque est ei vetus signum fanumque ad templum dei. » Monstratur etiam basis antiqua in aditu; in qua Promethei signum et Vulcani. Primum vero et antiquius, ut Lysimachides quoque dicit, illud est Promethei dextra septrum tenentis, secundum vero ac recentius Vulcani. Et ara est utriusque communis in basi efficta.

DE ATTICIS RHETORIBUS.

Contra Cæcilium.

25.

Verba Θεωρὸς et Θεατὴς differunt. Θεωρὸς namque est qui ad deorum templa mittitur, Θεατὴς vero spectator est certaminum ac ludorum scenicorum. (Euripides in Ione v. 301 :)

Num spectator venis an oraculorum causa?

et Æschylus (fr. 409) :

Vociferaris talis rei spectator.

Peccant igitur qui dicunt Θεωρῆσαί με δεῖ τὸν ἀγῶνα, quum dicendum sit Θεάσασθαι. Accurate hæc distinguendo definivit Lysimachides in scripto contra Cæcilium De oratoribus Atticis et appositis multorum scriptorum locis rem confirmat : videlicet Θεάσασθαι, uti diximus, de spectaculis dicitur, θεωρεῖν autem, ille ait, nihil aliud significat nisi τὸ τῶν θεῶν

θεαμάτων [μὲν] ἕνεκα πεμπομένους σὺν θυσίαις δὲ καὶ εὐσεβείᾳ, πάντας ὠνόμαζον θεωρούς. Καὶ τὸ τοῖς Ἀθηναίοις διδόμενον θεωρικὸν, οὐχὶ διὰ τὰς θέας (ὡς Καικίλιος ὑπέλαβεν), ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβεῖν καὶ ἐπιθεῖν (ἐπιθύειν Valck.) καὶ εὐφραίνεσθαι.

Post vocem θεαμάτων inserui particulam μέν, suadente re ipsa et quæ sequitur particula δέ, pro quo Valckenar. scribi voluit : θυσίαις τε καὶ εὐσ. — Ceterum de titulo libri ita Valckenaerius disserit : « Ego certe nullus adsequor, qui in hujuscemodi argumenti libro hæc materia commode pertractari potuerit. Modo a Cæcilii cogitatione animus sit liber, non dubitabis mecum reponere : περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἑορτῶν. Levissimam mutationem suadet Harpocration, qui in v. Σκίρον testes citat τοὺς γράψαντας περί τε ἑορτῶν καὶ μηνῶν Ἀθήνησιν, ὧν ἐστι καὶ Λυσιμαχίδης.... Idem Lysimachides testis adducitur in schol. Soph. OEd. C. 56, quæque ibi de Prometheo et Vulcano Athenis uno in loco cultis sub ejus nomine producuntur, ex eodem libro videntur desumpta. Hæc quidem specie sua non carent; at *Cæcilii* nomen conjecturæ meæ dubium obmovet, cui non sim solvendo. Cæcilium quendam sub Augusto inprimis clarum in oratoribus antiquis illustrandis operam suam collocasse liquido constat, deque eo notant commentatores ad Longinum. Ea res Vossium et Joannem etiam Jonsium hominem eruditissimum in Hist. Ph. Scriptt. III, 1, 5 permovit, ut super recepta in Ammonio scriptura nulli dubitaverint. Suspicionem quam posui nondum tamen repudio, nec horum me auctoritas de priori sententia dimovit. De rhetoribus scripserat Cæcilius; idem de Lysimachide nemo tradidit. Ac propterea eo devenit Jonsius, ut hac ratione in Ammonio vertendum censuerit : *L. libro adversus Cæcilium de iis quæ apud rhetores Athenienses occurrunt;* quæ quam sint a Græcis aliena vel tyro viderit. » Ceterum ex fragmentis similium operum satis abunde liquet non in eo scriptores acquievisse, ut vitam et studia rhetorum, poetarum, philosophorum enarrarent, sed in ipsa etiam opera commentarios scripsisse. Quam aptam vero rhetores (v. c. Demosthenes locis plurimis) de θεωροῖς disputandi materiam suppeditare potuerint, satis liquet.

ΠΕΡΙ ΕΦΟΡΟΥ ΚΑΟΠΗΣ.

Porphyrius ap. Eusebium in Pr. Ev. p. 467, D : Λυσιμάχου μέν ἐστι δύο (Βιβλία) Περὶ τῆς Ἐφόρου κλοπῆς.

[ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΩΝ.]

(26.)

E LIBRO PRIMO.

Prolegg. ad Hes. Op. p. 30 ed. Gaisfd. : Ἑλικών τε καὶ Κιθαιρὼν ἀπὸ Ἑλικῶνος καὶ Κιθαιρῶνος τῶν ἀδελφῶν ἐκλήθησαν, οἵτινες πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμησαν, καθὼς ὁ Κυρηναῖος Λυσίμαχος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ποιητῶν ἱστορεῖ. Eadem ex Lysimacho narrat in Chil. VI, v. 917 sqq., ubi addit καὶ ἀλλήλους ἔκτειναν, ὡς οἱ Οἰδίπου παῖδες.

Vehemens est suspicio confundi Lysimachum cum *Lysania Cyrenæo,* Eratosthenis magistro (v. Suidas v. Ἐρατοσθένης), quem De poetis scripsisse constat ex Athenæo p. 304, B; 504, B; 620, D; schol. Venet. et Vatican. ad Eurip. Androm. 10. Cf. de Lysania grammatico Eustath. p. 1071, C; Etym. M. v. Ὑπερικταίνοντο. Alius fortasse est Lysanias ὁ Αἰσχρίωνος ap. Diog. L. VII, 23.

ὠρεῖν, eorum quæ ad deos pertinent curam agere. Quare etiam eos qui spectaculorum quidem causa, attamen cum sacrificiis ac religiosa cum solennitate mittuntur, omnes theoros vocabant. Porro quod civibus Atheniensibus solvitur θεωρικὸν, non, ut Cæcilius putavit, propter spectacula sic nominatur, verum propterea quod festis in deos pii sacrificent, in eorumque honorem lætentur.

NICOLAUS DAMASCENUS.

Suidas : Νικόλαος Δαμασκηνὸς, γνώριμος Ἡρώδου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως, καὶ Αὐγούστου Καίσαρος, φιλόσοφος Περιπατητικὸς ἢ [καὶ Coray.] Πλατωνικὸς, ἔγραψεν Ἱστορίαν καθολικὴν ἐν βιβλίοις ὀγδοήκοντα (1), καὶ τοῦ [βίου (2)] Καίσαρος ἀγωγήν. Οὗτος δ' ἠσπάσατο αὐτὸν Καῖσαρ, ὡς τοὺς ὑπ' ἐκείνου πεμπομένους πλακοῦντας (3) Νικολάους αὐτὸν καλεῖν. Καὶ διαμένει τοῦτο ἄχρι τῆς σήμερον. Ἔγραψε καὶ Περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς.

(1) Ὀγδοήκοντα] Hoc falsum est. Vide infra. — (2) Vocem βίου tollendam, sive per interpretationem sive per librariorum fraudem invectam, censet Bernhardyus. Assentior. Scripsit sane Nicolaus non modo de institutione Cæsaris (ἀγωγῇ), sed etiam de rebus quas regno potitus Cæsar in toga ac sago gesserit (v. fr. 101 cap. XIX). Porro fragmento 101 subscribitur : Τέλος τοῦ βίου Καίσαρος. Hinc igitur colligi possit scripsisse Suidam : Καὶ τὸν βίον Καίσαρος καὶ τὴν ἀγωγήν, sicuti paullo post scribit : Περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς. Sed longius hoc a traditis recedit. Imo Suidas titulum libri ponens Καίσαρος ἀγωγή, pro Καίσαρος βίος, commisit quod est sæpissime commissum; nempe primæ partis inscriptionem pro inscriptione totius operis attulit. Utramque inscriptionem conflatam habes in altero titulo : Περὶ τοῦ ἰδίου βίου· κτλ. — Post v. ἀγωγὴν Eudocia p. 308 : Φίλτατος Καίσαρι Αὐγούστῳ. — (3) Πλακοῦντας] vulgo adduntur : τῷ Καίσαρι, ἤγουν μελιττούτας. Glossema hoc deest in optimo codice A. Cetera eadem habet Hesychius Miles. p. 40. Cf. Photius Bibl. cod. 189 : Ἐξ οὗ (Νικολάου) καὶ πλακουντίων τι εἶδος, ἃ διέπεμπε Καίσαρι, εἰς τιμὴν τοῦ δεξιουμένου Νικολάους ὁ Καῖσαρ ἐκάλεσεν. Palladius in Vit. Abbatis Apollon. *Nicolaos panes maximos* vocat, citante Casaub. ad Athen. p. 652, A. Cf. Isidor. Origg. XVII, 7,1 et Glossar. med. latin. s. v. *Panis Nicolaus*. Eustathius ad Od. σ, p. 1834, 40 : Καὶ τοὺς Νικολάους τὰ μηλίπηκτα ἐκ τινος ὁμωνύμου ἀνδρὸς εὑρόντος παρακαλοῦσί τινες ἀπὸ Ναυκρατίτου σοφιστοῦ ἔχοντες ἀφορμήν. At de placentis Nicolais nihil est in Athenæo, qui Nicolai nomen non placentis, sed palmularum fructibus inditum dicit, XIV, p. 652, A : Περὶ δὲ τῶν Νικολάων καλουμένων φοινίκων τοσοῦτον ὑμῖν εἰπεῖν ἔχω, τῶν ἀπὸ τῆς Συρίας καταγομένων, ὅτι ταύτης τῆς προσηγορίας ἠξιώθησαν ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ αὐτοκράτορος σφόδρα χαίροντος τῷ βρώματι, Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἑταίρου ὄντος αὐτῷ, καὶ πέμποντος φοίνικας συνεχῶς. Τῶν ἀπὸ τοῦ περιπάτου δ' ὢν ὁ Νικόλαος καὶ Ἱστορίαν συνέγραψε πολλήν. Plutarchus Symp. VIII, 4 : Εἰ γὰρ, ὥσπερ ἐν Συρίᾳ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ παρεῖχε (palma Græciæ) τὴν βάλανον ὄψει τε θεαμάτων καὶ γλυκύτητι τραγημάτων πάντων ἥδιστον, οὐκ ἂν ἦν ἕτερον αὐτῷ παραβάλλειν. Ὁ γοῦν βασιλεὺς, ὡς φασιν, ἀγαπήσας διαφερόντως τὸν Περιπατητικὸν φιλόσοφον Νικόλαον γλυκὺν ὄντα τῷ ἤθει, βαδινὸν δὲ τῷ μήκει τοῦ σώματος, διάπλεων δὲ τὸ πρόσωπον ἐπιφοινίσσοντος ἐρυθήματος, τὰς μεγίστας καὶ καλλίστας τῶν φοινικοβαλάνων Νικολάους ὠνόμασε· καὶ μέχρι νῦν οὕτως ὀνομάζονται. Hæc per jocum. Plinius H. N. XIII, 14, 9 : *Sicciores in hoc genere Nicolai, sed amplitudine præcipuæ.* Plura v. ap. Meursium ad Hesych. l. l. et Exercitat. crit. II, 12; Spanhemium De usu numism. Dissert. IV; Fabricium B. Gr. III, p. 500 ed. Harl. Corayus in not. ad Nicol. p. 222, 4 ad Suidæ vocem πλακοῦντας annotat hæc : Ἔστι φάναι ὅτι παλάθαι φοινίκων ἦσαν τὰ πεμπόμενα σχῆμα ἔχουσαι πλακούντων, οἷαι καὶ παρ' ἡμῖν εἰσι νῦν αἱ τῶν ἰσχάδων παλάθαι, προσεμφερῶς τοῖς πλακοῦσιν ὑπὸ τῶν χωρικῶν κατασκευαζόμεναι, καὶ οἵας τὸ πάλαι, καθά φησι Θεόφραστος (Περὶ φυτῶν, Δ, γ), κατεσκεύαζον οἱ περὶ τὴν Θηβαΐδα κατοικοῦντες, τὸν τῆς κοκκυμηλέας καρπὸν ξηραίνοντες καὶ τὸν πυρῆνα ἐξαιροῦντες.

Quem Nicolaus De vita sua librum conscripsisse dicitur, ejus fragmenta satis ampla præbent Constantiniana Excerpta De virtutibus et De insidiis, quorum illa Valesius olim edidit, hæc nuperrime Firminus Didot e codice Escorialense describenda curavit. Quorum narrationem excerptorum paucis comprehendentes addemus reliqua, quæ aliunde de auctore nostro comperta habemus.

Nicolaus Damascenus, frater Ptolemæi, parentes habuit Stratonicen et Antipatrum, virum opibus et auctoritate inter cives insignem. Natus est circa an. 64 a. C. (*). Nam quo tempore cum Archelao Herodis filio Romam profectus est (an. 4 a. C.), ἦν περὶ ξ' ἔτη (fr. 5 not. 22). Puer egregia indole præditus postquam grammaticam et poeticen didicerat, mox se convertit ad rhetoricam, musicam, disciplinas mathematicas, philosophiam. Hanc etsi universam complexus est, præ ceteris tamen Aristoteliæ se doctrinæ addixit. Quare apud Athenæum appellari solet ὁ περιπατητικός (fr. 77. 78. 79. 83) vel εἷς ἀπὸ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων (fr. 84. 89). Eruditionem variam ornarunt magna vis eloquentiæ, ingenium amœnum, mores elegantes. Quæ quum accommodatissima sint ad consuetudinem potentium instrumenta, haud minimum contulisse videntur, ut Herodis regis (**) et Augusti imperatoris favorem et amicitiam conciliaret sibi et ad mortem usque conservaret. Quando accesserit ad Herodem, cujus ὑπογραφεὺς fuisse a Constantino Porphyr. (De them. I, 3; fr. 71) dicitur, non constat. Fortasse in amicitiam ejus jam illo venit tempore, quo Herodes, Galilææ præfectus, a Judæis accusatus, Damascum, suadente Hyrcano, confugerat (Joseph. A. J. XIV, 9, 5). Anno 20 a. C. versabatur Antiochiæ, ubi vidisse se ait Indorum legatos ad Augustum proficiscentes (fr. 91). Quadriennio post (16 a. C.), quum jam filios habebat Rhodi (studiorum causa, ut videtur) commorantes, Herodem regem, ad Agrippam in Pontum se conferentem, comitatus est. Quo in itinere de Iliensibus

(*) Sevinus (*Recherches sur l'histoire de la vie et des ouvrages de Nicolas de Damas* in *Mém. de l'Acad.* VI, p. 486) Nicolaum an. 74 a. C. natum esse conjecit, haud ita longe a vero aberrans.

(**) Josephus A. J. XVII, 5, 4 : Φίλος ὢν τοῦ βασιλέως καὶ τὰ πάντα συνδιαιτώμενος αὐτῷ. Idem XVI, 7, 1 : Ζῶν γὰρ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ συνὼν αὐτῷ (τῷ Ἡρώδῃ).

egregie meruit (fr 3). Ex Ponto in Ioniam redux Judæorum causam coram Agrippa defendit (fr. 92). Deinde cum Herode Romam ad Cæsarem profectus est. Paullo antea, rege hortante, historias scribendi ceperat consilium. Mox quum Herodes a Syllæo apud Cæsarem accusatus de rebus suis vehementer periclitaretur, Nicolaus, iterum Romam profectus, industria sua et prudentia effecit ut rex in amicitiam Augusti restitueretur (an. 8 a. C.; fr. 94). In Syriam reversus Herodem, de Alexandro et Aristobulo filiis, quos Antipater frater conjurationis insimulaverat, judicium instituentem, admonuit ut moderate se gereret, caveretque ne in immedicabile malum incideret (fr. 5). Quod salutare consilium ira regis neglexit. Haud multo post, scelere Antipatri detecto, Nicolaus accusatoris partes sustinuit (fr. 5. 95). Defuncto Herode (4 a. C.), Archelaum, quem iterum iterumque mutato testamento moriens pater heredem regni instituerat, contra Antipam et Judæorum legatos apud Augustum defendit. Quæ deinceps fata ejus fuerint, haud liquet. In postrema Excerptorum parte (fr. 6) Nicolaus traditur, quamvis a ditissimis potentissimisque Romanis etiam atque etiam rogaretur ut domus eorum frequentaret, maluisse tamen plebeiorum hominum convictu uti, totosque dies philosophiæ studiis impendere. Unde collegeris Romæ senem ultimum vitæ tempus exegisse. Verum quum (fr. 101 init.) de Octavio studiorum causa Apolloniam profecto dicat : Ὁ νέος Καῖσαρ.. ἐνταυθοῖ ἐπεδήμει, Apolloniæ potius degisse, certe Vitam Augusti scripsisse in hac urbe videtur, quæ literis tunc eximie florens a Romanis quam plurimis frequentabatur. Ceterum si Vitæ scriptorem audias, nullis noster non ornatus erat virtutibus. Quas recensere supersedeo (*).

Scripsit Nicolaus et poetica et philosophica et historica. Tragœdias et comœdias non sine laude ab eo compositas esse discimus ex Vitæ fragm. 3. Quæ quidem juvenilia conamina fuisse videntur, quorum certior memoria interiit. Nam quod Eustathius (ad Dionys. Per. 976) dicit : Ἀρριανὸς διὰ τοῦ ὃ κλίνει Τίγριδος, καθὰ καὶ ὁ γράψας τὸ δρᾶμα τῆς Σωσάννης, οἶμαι ὁ Δαμασκηνός, id ad nos vix pertinet. Quamquam *Nicolai* Damasceni tragœdiam notari putarunt Valesius, Vossius, Sevinus, Orellius, alii; rectius tamen procul dubio Holstenius et Bernhardyus ad Dionys. l. l. *Johannem* Damascenum, hymnorum ecclesiasticorum auctorem, intelligi jusserunt. Ex comœdia Nicolai versus quadraginta quattuor affert Stobæus in Florilegio (XIV, 7), quos Nicolao Damasceno vindicarunt Fabricius, Orellius, Corayus, alii. Verum hanc quoque sententiam parum probabilem esse censet judex harum rerum peritissimus, Meinekius in Histor. crit. comicorum p. 495. « Totius enim orationis, ait, et argumenti is color est, ut non dubitandum videatur, quin illius fragmenti auctor vel mediæ vel novæ comœdiæ poeta fuerit. Neque id fugisse videtur Valckenarium, qui quum Nicolaum comicum nusquam præterea memoratum vidisset, Nicostrati nomen substituit. Ac fateor me ipsum aliquando Nicolai nomen suspectum habuisse, ejusque in locum Nicomachum substituendum conjecisse; quam quidem opinionem non mediocriter mihi insignis quædam orationis similitudo, quæ illi apud Stobæum fragmento cum Nicomachi ecloga apud Athenæum VI, p. 290, E, servata intercedit, confirmare videbatur. Sed dubitationem injecit Photius Bibl. cod. 167 p. 115, in recensu poetarum, quibus Stobæus in concinnando Florilegio usus est, diserte Nicolaum memorans. Itaque Nicolaus obtineat suum inter comicos poetas locum, donec gravioribus argumentis de possessione depellatur. »

Quod philosophica attinet, Nicolai Περὶ τῶν ἐν τοῖς πρακτικοῖς καλῶν πραγματείαν laudat Simplicius ad Epictet. c. 37, p. 194 ed. Didot. Libros De philosophia Aristotelis, De diis, De philosophia prima, Paraphrasin in Aristotelis Metaphysica, in libros De cœlo et De anima idem memorat Simplicius in Aristot. p. 6, 6^b, 1^b, 32, 97 etc. Inter eos qui Epicuri doctrinam impugnarint, Nicolaus recensetur apud Diogenem L. X, 4. Vid. Patricius Discuss. Peripatet. lib. X, p. 136; Fabricius B. Gr. IX, p. 683 Harl.; Buhl. ad Aristot. tom. I, p. 308; Rœper. Nicolai Dam. de Aristotelis philosophia reliquiæ in Lectionibus Abulpharagianis (*Danzig*, 1844, 4) p. 35-43. Quem librum inspicere non licebat. Præterea libros duos *De plantis*, qui sub Aristotelis nomine circumferuntur, Nicolao Damasceno vindicandos esse putavit, sub ejusque nomine edidit C. Meyerus (Lips. 1841).

Historica opera novimus quattuor :

1. Ἱστορίαι (Ἱστορία καθολική Suid.) βιβλ. ρμδ'.
2. Βίος Καίσαρος.
3. Περὶ τοῦ ἰδίου βίου.
4. Παραδόξων ἐθῶν συναγωγή.

I. Historiæ. In Vita Nicolai (fr. 4) Herodes dicitur post alia studia repente historiæ cognoscendæ amore correptum esse, ἐπαινέσαντος Νικολάου τὸ πρᾶγμα καὶ πολιτικώτατον εἶναι λέγοντος, χρήσιμον δὲ καὶ βασιλεῖ. ὡς τὰ τῶν προτέρων ἔργα

(*) Cf. etiam Julian. in Epist. ad Themist. p. 480 : Νικόλαος δὲ πράξεων μὲν οὖν μεγαλῶν αὐτοῦργος ἦν· γνώριμος δ' ἐστὶ μᾶλλον διὰ τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν λόγους.

καὶ πράξεις ἱστοροίη. Καὶ ἐπὶ τοῦτο ὁρμήσας προὔτρεψε καὶ Νικόλαον πραγματευθῆναι τὰ περὶ ἱστορίαν. Ὁ δὲ μείζονι ἐφέσει ὥρμησεν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα, πᾶσαν ἀθροίσας τὴν ἱστορίαν, μέγαν τε πόνον ὑποστὰς καὶ οἷον οὐκ ἄλλος· ἐν πολλῷ δὲ χρόνῳ φιλοπονήσας ἐξετέλεσεν αὐτήν, ἔλεγέ τε ὡς τοῦτον τὸν ἆθλον Εὐρυσθεὺς εἰ προὔτεινεν Ἡρακλεῖ, σφόδρα ἂν αὐτὸν ἀπέτρυσεν. — Opus hoc Suidas ἱστορίαν καθολικὴν appellat, argumenti magis ratione (*) quam inscriptionis habita. Nicolaus ex more veterum opus inscripserit Ἱστορίαι, quo titulo apud scriptores laudari solet. Libros complectebatur centum quadraginta quattuor, teste Athenæo (fr. 89). Citantur libri 2. 4. 5. 6. 7. (8.) 96. 103. 104. 107. 108. 110. 114. 123. 124. Suidas octoginta tantum afferens aperte erravit, sive quod literas $\overline{\text{PMΔ}}$ male exaratas vel excesas reperiens legerit $\overline{\text{ΟΓΔ}}$ (i. e. ὀγδοήκοντα), sive quod auctor Suidæ nonnisi octoginta libros noverat. Magnæ molis opera sæpenumero per partes circumferebantur. Excerptores Constantiniani nonnisi priores libros septem usurpasse videntur. Nam ultra librum septimum non progrediuntur. Porro Virtutum scriptor fragmento ultimo subscripsit : Τέλος λόγου ἑβδόμου. . Ζήτει τὰ λείποντα περὶ Ἑλληνικῆς ἱστορίας. Quibus significatur, puto, reliquos operis libros desiderari. Nam titulum Constantinium Περὶ Ἑλληνικῆς ἱστορίας exstitisse, ad quem lector relegetur, minime probabile, si reliquorum titulorum rationes reputes, esse videtur (**). Denique hoc si voluisset auctor, dicendum certe erat : Ζήτει ἐν τῷ Περὶ Ἑλ. ἱστορ. Sane quidem ipse Constantinus Porphyr. De them. (fr. 71) in nostris libris laudat Nicolaum ἐν τῷ ιη΄, sed ne dicam numerum illum haud dubie corruptum esse, pleraque quæ in Thematis ex antiquioribus auctoribus citantur, e Stephano Byzantino deprompta sunt.

Exorsus narrationem Nicolaus est a rebus Assyriorum. De prima hac operis πολυβίβλου parte intelligenda sunt verba Photii in Bibl. cod. 189, p. 145 ed. Bekk. : Οὗτος (Νικόλαος) καὶ Ἀσσυριακὴν ἱστορίαν ἐν πολυστίχῳ βιβλίῳ, ὅσον παλαιὰν μνήμην ἀναγνωσμάτων ἔχομεν, καταλέλοιπεν. Quæ ex libris 123 et 124 (fr. 92) afferuntur, pertinent ad annum 16 a. C. Relinquuntur libri viginti. Quousque his narratio deductio sit, accuratius dici nequit. Exposuisse Nicolaum quomodo Mariamnen uxorem atque Alexandrum et Aristobulum Herodes supplicio affecerit (a. 10 a. C.), ex fragmento 93 intelligitur. Minime vero probabile est adulatorem Herodis et præconem finem Historiarum facinus fecisse, quod apud plurimos summam regi contraxit invidiam. Imo quum scelus in filios commissum Herodes paucis ante mortem diebus (4 a. C.) redemerit quodammodo justissima condemnatione Antipatri, in qua ipsius Nicolai partes erant præcipuæ : dubitari vix potest quin hæc quoque auctor noster narraverit. Porro quoniam Nicolai maxime opera factum est ut post obitum Herodis Archelaus filius, superatis adversariis, regnum ab Augusto acciperet : minime hoc omittere in Historiarum monumentis Nicolaus voluerit. Sane quidem de iisdem rebus in Vita sua dixit, verum non exponit eas, sed leviter tangit, ut eo ipso ad ampliora volumina relegare nos videatur.

Quænam distributio totius operis fuerit nescimus. In prioribus libris septem, de quibus solis judicari potest, fragmenta hunc fere præbent ordinem narrationis :

Liber I et II. Historia Assyriorum et Medorum, usque ad Astyagem [Eversio regni Medorum narratur libro septimo (*)]. — Lib. I : Semiramis, fr. 7*; Sardanapallus, fr. 8; Arbacis et Belesyis de evertendo regno Assyriorum conspiratio, fr. 9*. — Lib. II : Parsondas Medus sub Artæo rege, fr. 10; Stryangæus sub Astybare rege, fr. 12; Achæmenidarum origo, fr. 13.

Liber III. Græciæ historia mythica usque ad tempora Trojana. (In hoc libro nonnisi celeberrimas fabulas tractasse auctor videtur. Reliquas in sequentibus libris attulit, ubi ab historicis temporibus profectus subinde altius rem repetit.) Amphion et Zethus, fr. 14*; Laius, OEdipus, fr. 15*; Bellerophon, fr. 16*; Pelops, OEnomaus, Hippodamia, fr. 17*; Argonautæ, fr. 18*, 19*; Hercules, fr. 20*; Troica, fr. 21.

Liber IV. Lydorum historia antiquissima (usque ad reges Heraclidas), fr. 22-29. — Damasci historia prisca, fr. 30, 31. Hoc σύνταγμα ἐπιχώριον Damascenus noster intexuisse videtur eo loco, ubi de Lydorum in Syriam expeditionibus, urbibusque ibi conditis (cf. fr. 24-26) sermo erat. —

(*) Argumenti ratione habita, opus Nicolai *Historia universalis* majore etiam jure dici poterat quam Ephori et Polybii opera. Mirum videatur in prioribus libris septem nullum esse Ægyptiorum historiæ vestigium. Suspicor auctorem octavo demum libro, de Cambysi temporibus agentem, ad Ægyptiaca accessisse, ac tum superiora narratione succincta præmisisse. Is enim mos est Nicolai. Ceterum miror Ulricium (*Characteristik d. alt. Hist.* p. 187), qui Nicolaum nonnisi Asiaticorum regnorum historias ex professo tractasse putat, adeo ut reliqua fragmenta, quæ ad eas referri non possunt, ad excursus principali argumento intextos pertinere deberent.

(**) Componendum potius illud Ζήτει τὰ λείποντα κτλ. cum ejusmodi notulis, cujusmodi est in Exc. De virt. ad Polyb. XIV, 12 : Ζήτει· ἐνέλειπε γὰρ φύλλα μή, ἐν οἷς περὶ τοῦ Πτολεμαίου καὶ Ἀρσινόης.

(*) In seqq. asterisco distinximus fragmenta nova codicis Escorialensis.

Res Peloponnesi (exceptis rebus Arcadiæ). Reditus Heraclidarum. De priscis Peloponnesi nominibus, fr. 32. Amythaonidarum fama, fr. 33; Orestes, fr. 34*. — *Reditus Heraclidarum : Lacedæmon*, fr. 36, 37. *Argos*, fr. 38*. *Messene*, fr. 39*, 40. *Corinthus*, fr. 41. Antequam de Corintho a Doriensibus occupata exponeret, antiquiorem civitatis historiam præmisit.

Liber V. Res Arcadiæ, quæ solæ motu Dorico inconcussæ manserant, inde ab Lycaone repetuntur, fr. 42-44. — Insulæ maris Ægæi, quæ post Heraclidarum descensum novas incolas e Peloponneso accepisse videntur, aliarumque urbium origines ex iisdem causis repetendæ (fr. 45-48).

Liber VI. Historia Lydorum. Reges Heraclidæ usque ad Candaulem, fr. 49*. — Atheniensium historia, usque ad institutionem archontum annuorum, uti videtur. Initium auctor sumpserit vel inde a Troicis temporibus, vel etiam inde a Cecrope. Ex fragmentis quæ huc pertinent, alterum est de Demophonte rege ejusque successoribus (fr. 50*), alterum de Hippomene archonte decennali (fr. 51). Coloniæ : Minyarum migratio in Theram insulam, deinde in Libyam, ubi *Cyrenæ* a Batto conduntur. Qua occasione reliquam omnem Battiadarum historiam auctor subjunxit. Hinc servatum fr. 52 de Arcesilao II. — Ionum migratio in Asiam. Minyæ Ionibus se adjunxerunt. *Cymarum* historia, fr. 53*. *Mileti* historia usque ad finem Nelidarum, fr. 54. — Res Thessalorum. Historiæ de Heraclidis aliisque regulis, qui tunc in Thessaliæ civitatibus regnabant, fabularem memoriam præmisit. Quo pertinent quæ sola servata sunt de Pelia, Iasone, Acasto, Peleo (fr. 55, 56). — Res Peloponnesi, usque ad tempora belli Messeniaci I, uti suspicor. Superstes fragmentum de Lycurgo.

Liber VII. Corinthiorum tyranni. Cypselus, Periander, Psammetichus, fr. 58*, 59, 60*. — Sicyoniorum tyranni. Myron, Isodemus, Clisthenes, fr. 61*. — Lydorum historia. Reges Mermnadæ : Gyges, Sadyattes, Alyattes, Crœsus, fr. 62-65. — Medorum regni eversio, Persarum imperii initia. Cyrus, fr. 66*, 67. Crœsus a Cyro victus, fr. 68. — Romanorum historia, quam a primis initiis exorsus auctor usque ad expulsos reges exposuerit. Supersunt fragm. 69 et 70, de Amulio, Numitore, Romulo et Remo.

Inde a libro octavo usque ad nonagesimum sextum præter quattuor minoris momenti fragmenta nihil tulit ætatem. Quæ e libris 96–124 citantur, fere omnia pertinent ad Mithridatica atque Syriæ historiam. Libro 110 narratur triumphus Luculli (an. 63 a. C.). Igitur libris centum et tribus (8-110) historia continebatur annorum circiter quadringentorum quinquaginta. Reliqui libri triginta quattuor (111-144) sexaginta circiter annorum spatium complectebantur. Narratio eo prolixior erat, quo propius auctor ad sua ipsius tempora accedebat.

Fides Nicolai in majore operis parte pendet ex auctoribus quos duces sibi selegit. In rebus Assyriorum et Medorum Ctesiam sequitur. Lydorum historiam mutuatus est e Xantho vel potius e Dionysio Mytilenæo. In Græcis fabulis, ubi multa a vulgari narratione recedunt, quemnam fontem habuerit, minus liquet. Ego quidem Hellanicum agnoscere in iis mihi videor. Inde ab reditu Heraclidarum in Græcorum rebus Ephoro potissimum se addixit. In rebus Mithridaticis componitur cum Posidonio (fr. 79), ex quo plurima in hac historiæ parte desumpserit. Cæsaris De bello Gallico commentarios exscripsisse statuitur fr. 89. Quæ de Romuli historia affert (fr. 69, 70), ad verbum transcripsit ex Dionysio Halicarnassense. Quod indigne ferentes nonnulli statuerunt fragmenta illa librariorum culpa temere esse Nicolai reliquiis admixta. Id vero per se parum probabile est, nec quidquam video cur ad ejusmodi sententiam confugiamus. Nam quum Nicolaus sero demum ad historias scribendas se conferret, idque iis temporibus, quibus alia multa pro Herode negotia subiisse eum compertum habemus, consentaneum sane est, aulicum nostrum et πολυίστορα, πᾶσαν ἀθροίσαντα τὴν ἱστορίαν, satis habuisse de antiquioribus temporibus historicos, quos narrationis fide et elegantia præstare ceteris putaret, pressis sequi vestigiis (*), sæpe etiam locos eorum ad verbum integros operi suo inserere. Neque est cur idcirco plagiarii notam Nicolao inuramus. Nihil enim impedit, quominus eum, si non ubique, iis certe locis, quibus ipsissima verba aliorum apposuit, nomina auctorum suorum prodidisse statuamus.

In posteriore operis parte, ubi suo Marte rem Nicolaus agebat, præ ceteris Herodis regis historiam omnium uberrime tractasse videtur. Hinc sua longe plurima hauserit Josephus (Ant. J. lib. XIV-XVI). Quamquam haud latebat eum, caute admodum Nicolai narratione utendum esse, quippe qui in majorem fautoris et amici gloriam scelera ejus vel diminuisset vel celasset, recte gesta laude immodica prosecutus esset (v. fr. 93 et 85).

II. Βιος Καισαρος. « Opus vere non historicum, sed declamatorium, quo cuncta in illum contulit,

(*) Ejusmodi excerptorem vel inde agnoscis, quod in iis quæ e Ctesia hausit, ne formas quidem verborum ionicas ubique delevit.

quæ de recte formandis adolescentibus excogitari possint, quæque valent exprimere felicem indolem. Quo minus mirari convenit, si eorum quæ memorat (Nicolaus), apud Suetonium, tantæ diligentiæ scriptorem, et alios nihil pæne aut minimum exstat. Ita tamen sibi temperavit, ut nihil diceret, quod rebus cognitis repugnaret, aut persona temporibusque discongrueret. » Hæc de Vales. Vitæ Excerptis Hugo Grotius (Epist. 264 ed. Amstel.). Eandem sententiam profitetur Eggerus (*Sur les historiens d'Auguste*), qui Nicolai opus cum Cyropædia Xenophontea componit. Contra Orellius (Nicol. D. præf. p. XI) : « Verum enimvero, ait, qui reputaverit scelera Augusti ex immodica ambitione fluentia, quum primum evectus fuerit ad populi Romani principatum, penitus fuisse abolita, immo locum dedisse contrariis virtutibus, mansuetudini et clementiæ eximiæ, adeo ut nomen honorificentissimum patris patriæ meruerit, is facile condonabit Nicolao bona fide Augustum laudanti, ut scilicet in illo veri honoris in virtute positi cupiditatem accenderet, eumque impediret, ne iterum ad vitæ anteactæ scelera reverteretur. Neque etiam hoc obliviscendum est, extremam hujus opusculi partem, quæ famosissimi illius triumviratus historiam continuisse videtur, intercidisse. Quæ si superesset, tum demum judicare possemus, utrum Augusto adulatus fuerit Nicolaus crudelia ejus facinora vel reticendo vel excusando adeo laudandoque, an res ejus gestas vere sincereque, prouti fuerunt, commemoraverit. » At ex ungue leonem. Herodis adulator quo tandem pacto severum se Cæsaris triumviri judicem præstiterit! Ceterum tutius de his judicare jam licet ex Excerptis novis, quibus narratur tum Bruti Cassiique conjuratio atque nex Cæsaris, tum vero Augusti historia inde a fine Cæsaris usque ad ea tempora, quibus contra Antonium legiones veteranorum in Campania convocavit. Unde patet omnia quibus labes aliqua memoriæ Cæsaris posset adspergi, Nicolaum aut tacuisse aut ita narrasse, ut criminatione dictator eximeretur. Simili modo Augustus ubique repræsentatur tamquam imperii, quo Cæsar sævierat, heres legitimus, idemque vir moderatus et modestus admodum, nusquam non sincere atque probe se gerens erga Antonium, qui nefandum crimen ei scelesto consilio affinxerit. Omnino in Nicolaum eadem cadunt, quibus accusari, quibus excusari inter Romanos scriptores solet æqualis Damasceni, Velleius Paterculus. Verum quantacunque sint, quæ severior historia in Vita ista, grati erga Augustum animi monumento, reprehendere debeat, nihilominus reliquiæ ejus permagni in tanta meliorum scriptorum penuria faciendæ sunt. Nam multa suppeditant quæ aliunde comperta non habemus, quorumque fidem nihil est cur suspectemus; alia, quæ a Suetonio, Appiano, Plutarcho, Dione, Velleio paucis tanguntur, uberius narrant, alia alio exponunt ordine.

III. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΒΙΟΥ. Quemadmodum libris modo recensitis Herodis et Augusti præconem Nicolaus egit, sic hoc scripto suæ ipsius famæ prospiciendum ratus, non minore quam Theopompus olim jactantia virtutes suas effert. Nonnulli tamen nescio quod modestiæ exemplum in Nicolao intueri sibi visi sunt, ideoque librum, de quo agimus, auctori suo abjudicandum esse censuerunt (v. not. ad fr. 1). At color orationis idem prorsus est quem in Vita Augusti agnoscis. Quare nihil video cur præjudicata de moribus Nicolai opinione nitentes in dubium vocemus disertum antiquitatis testimonium.

IV. ΠΑΡΑΔΟΞΩΝ ΕΘΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ. De hoc opere apposuisse sufficit verba Photii (Bibl. cod. 189), qui postquam de Alexandro, Protagora, Sotione, rerum mirabilium scriptoribus, dixerat, subjicit hæc : Ἐν ταὐτῷ δὲ (sc. in eodem volumine quod continebat Sotionis Περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν παραδοξολογούμενα) συνανεγνώσθη καὶ Νικολάου λόγος, Ἡρῴδῃ τῶν Ἰουδαίων βασιλεῖ προσπεφωνημένος, ἐν ᾧ παραδόξων ἐθῶν ἐστι συναγωγή. Συμβαίνει μὲν εἰς ταὐτὸν ἐνίοις τῶν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου παραδόξων συνειλεγμένων, καὶ περὶ ὧν δὲ Κόνων συνέταξεν, οὐκ ὀλίγα προσέγραψε· πλὴν ἔν τισι παραλλάσσει ταῖς ἱστορίαις, ἑτεροτρόπως αὐτὰ διεξιών. Τὴν δὲ φράσιν ἔστι μὲν καὶ αὐτὸς κεφαλαιώδης, οὐ μὴν οὐδὲ τοῦ σαφοῦς ἀνακεχωρηκώς, μετέχων δέ πως καὶ τῶν προειρημένων μᾶλλον συστροφῆς τινος καὶ δεινότητος. Λέγει δ' ἐνια μὲν πολλοῖς, εἰ καὶ ξενίζοντα εἴη, ὅμως ὁμολογούμενα· τινὰ δ' ἀγνοούμενα μὲν, οὐ μὴν ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς πρὸς μάχην τῷ πιθανῷ καθιστάμενα· ἔθη γὰρ ἐθνῶν ἰδιότροπα τὰ πολλὰ περιαγγέλλει· εὑρεῖν δ' ἐστιν ἐν αὐτοῖς καὶ τὸ ἀπίθανον προῖσχόμενα. Ὁ ἐκ Δαμασκοῦ ἐστὶν οὗτος, οἶμαι, Νικόλαος, ὁ ἐπὶ τῶν Αὐγούστου χρόνων ἀκμάσας, καὶ φίλος αὐτῷ χρηματίσας· ἐξ οὗ καὶ πλακούντων τι εἶδος, ἃ διέπεμπε Καίσαρι, εἰς τιμὴν τοῦ δεξιουμένου Νικολάους ὁ Καῖσαρ ἐκάλεσεν. Οὗτος καὶ Ἀσσυριακὴν ἱστορίαν ἐν πολυστίχῳ βιβλίῳ, ὅσα παλαιὰν μνήμην ἀναγνωσμάτων ἔχομεν, καταλέλοιπεν.

In sequentibus, ubi sermo de Acestoridæ libris quattuor τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν, leguntur hæc : Πολλὰ μὲν οὖν ἔστιν ἐν τούτοις (Ἀκεστορίδου) εὑρεῖν, ἅ τε συνείλεκται Κόνωνι, καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ αὐτοῦ εἶπε Βιβλιοθήκῃ, καὶ Ἀλέξανδρος ἤθροισε καὶ Νικόλαος προσεφώνησε καὶ Πρωταγόρας προδιέλαβεν. Fragmenta hujus libri unus servavit Stobæus in Florilegio.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΒΙΟΥ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΑΥΤΟΥ ΑΓΩΓΗΣ (*).

1.

Suidas v. Ἀντίπατρος : Ἀντίπατρος ἦν Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ πατὴρ τοῦ ἱστορικοῦ, ὃς ἔσχε Στρατονίκην γυναῖκα, τὴν μητέρα Νικολάου, οἳ διαφανεῖς ἦσαν ἐν Δαμασκῷ κατά τε σωφροσύνην καὶ ἄλλην λαμπρότητα· πλούτῳ τε γὰρ πολλῷ διαφέροντες, ἥκιστα ἐπ' αὐτῷ ἐμεγαλύνοντο, εὐδοξίας τε οὐ τὰ δεύτερα φερόμενοι, βραχὺ τοῦτο ἐλογίζοντο. Ὁ δὲ δὴ Ἀντίπατρος καὶ λόγου δεινότητι προὔχων ἔβλαψε μὲν οὐδοντινοῦν, ὤνησε δὲ μυρία τούτῳ, οὐ τὸ κοινὸν (1) μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀστῶν συχνούς· δικαιοσύνην γὰρ ἀσκῶν, εἴπερ τις ἕτερος, πλεῖστα μὲν διήτησε νείκη τοῖς πολίταις πρὸς ἀλλήλους, πλεῖστα δὲ τῇ πατρίδι πρὸς τοὺς ἐν κύκλῳ δυνάστας, καὶ ἐτιμᾶτο ὑπὸ πάντων διὰ τοῦτο· πλείστας δὲ ἐπιστεύθη πρεσβείας καὶ ἐπιτροπὰς, ἀρχάς τε πάσας διεξῆλθε τὰς ἐγχωρίους· τελευτῶν δὲ τὸν βίον οὐκ ἔστιν ὅ τι (2) ἐπέσκηψε Νικολάῳ τῷ υἱεῖ καὶ Πτολεμαίῳ (3) τῷ τούτου ἀδελφῷ, ἢ τῷ Διὶ θυμιατήριον, ὅπερ ἔφθη αὐτὸς προϋπεσχημένος τῷ θεῷ, κατασκευάσαι ἐπειδὰν τελευτήσῃ, ὁηλῶν,

DE VITA SUA.

DE EDUCATIONE SUA.

1.

Antipater, Nicolai Damasceni historici pater, uxorem habuit Stratonicen, Nicolai matrem : qui tum ob modestiam tum propter alia honestamenta Damasci clari fuerunt; nam quum magnis eminerent divitiis, minime ideo efferebantur; quumque claritate nulli secundi essent, parvi id faciebant. Porro Antipater insigni etiam dicendi vi pollens, tantum abfuit ut ea læderet quempiam, ut non communem solum rempublicam sed singulorum etiam civium quamplurimos adjuvaret. Etenim quum justitiam coleret si quis alius, cives privatim inter se dissidentes conciliavit sæpissime, et patriæ cum finitimis regulis controversias composuit plurimas; quam ob causam ab omnibus honorabatur. Permultas idem fidei ipsius commissas legationes et curationes obiit, atque magistratibus patriæ perfunctus est omnibus. Tandem moriturus Nicolao filio ejusque fratri Ptolemæo nihil aliud mandavit, quam ut thuribulum, quod Jovi ante voverat, se defuncto confici curarent : significans, puto, pietatem

(*) De titulo Περὶ τοῦ ἰδίου βίου κτλ. ita Valesius p. 414 : « Hunc titulum cum tribus primis capitibus ex Suidæ Lexico (v. Ἀντίπατρος et Νικόλαος) supplevi, quum in nostro codice aliquot paginæ deessent. Ac titulum quidem ipsum, quem apposui, hic optime convenire, ex reliquiis, quæ in Ms. nostro saltem conservatæ sunt, satis apparet. Videtur autem Nicolaus hunc De vita sua librum Historiis suis præfixisse exemplo Hecatæi atque Herodoti ac Thucydidis, qui de se ipsis initio operis quamquam longe brevius atque modestius præfati sunt, quorum exemplum celeri fere Græci historiæ scriptores secuti sunt. Ceterum hæc fragmenta tria ipsius Nicolai esse, phrasis ipsa satis per se indicat. » — Contra Orellius : « Equidem nullo modo mihi possum persuadere, hanc De vita sua commentationem, ut nos illam habemus, ab ipso esse Nicolao profectam. Etenim quotus quisque vel arrogantissimus homo ac impudentissimus laudum suarum præco ita de se loqui fuisset ausurus, ut hic Nicolaus? Credo potius amicum quendam vel discipulum Nicolai Vitam hanc e commentariis, quos ipse forsan Nicolaus de vita sua reliquit, concinnavisse, insertis amplissimis magistri laudibus. » Orellio assentitur Corayus p. 362 : Κακῶς ὑπέλαβεν ὁ πρῶτος ἐκδοὺς αὐτοὺ Νικολάου εἶναι (sc. excerpta nostra De vita N.), τούτῳ μόνῳ χρησάμενος τεκμηρίῳ τῷ ὑπὸ τοῦ Σουΐδα λεχθέντι, ὅτι Νικόλαος ἔγραψε καὶ περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς. Εἰκὸς γὰρ τὸν μὲν ὑπὸ Νικολάου γραφέντα βίον ἑαυτοῦ, χρόνου παρανάλωμα γεγονέναι, καθὰ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν Νικολάου· τὰ δὲ περὶ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ παρόντος σωζόμενα ταῦτα, ἅπερ ὀρθῶς ἐσημειώσατο ὁ πρὸ ἡμῶν ἐκδότης (Orellius), τῶν Νικολάου φίλων ἢ μαθητῶν τινι συγγραφῆναι. At per se parum probabile est Vitæ, quam ipse Nicolaus scripsit, substitutam ab Eclogariis nostris esse aliam, quam amicus vel discipulus composuerit. Ac omnino pondere caret sententia quæ unice nititur præjudicata de moribus Nicolai opinione; quasi is, quem Herodis et Augusti adulatorem fuisse constat, de se ipso nonnisi modeste admodum loqui debuerit. — Ceterum libri titulum Suidianum, Περὶ τῆς ἰδίου βίου καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς, in titulum libri generalem, et in inscriptionem primæ libri parti præfixam distinximus.

I. 1. τὸ κοινὸν] Portus; τῶν κοινῶν libri. Possis statuere κοινοὺς dici consanguineos, sed hoc a vulgari loquendi usu remotius et ad sensum minus aptum. — 2. οὐκ ἔστιν ὅτι] οὐκ ἔστι ὅτι οὐκ codex A. et edit. Mediol. « Possis ὅ τι οὖν. » *Bernhardy.* — 3. Πτολεμαίῳ] Ptolemæi hujus mentio fit apud Josephum A. J. XVII, 9, 4 : Ἐπήγετο δὲ οὗτος (sc. Antipas, Herodis f., Romam proficiscens, ut apud Cæsarem de regno contenderet cum Archelao fratre majori, quem Herodes moriens, immutato testamento, regni successorem constituerat) τήν τε μητέρα καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν Νικολάου Πτολεμαῖον, φίλων τε Ἡρῴδῃ τιμιώτατον γεγενημένον καὶ αὐτῷ προσκείμενον. Idem B. J. II, 2, 3 : Ἐπήγετο δὲ (sc. Ἀντίπας) τήν μητέρα, καὶ τὸν ἀδελφὸν Νικολάου Πτολεμαῖον, ῥοπὴν εἶναι δοκοῦντα διὰ τὴν παρ' Ἡρῴδῃ πίστιν· ἐγεγόνει γὰρ δὴ τῶν φίλων τιμιώτατος ἐκείνῳ. Contra ab Archelai partibus tunc stetit, ejusque causam Romæ defendit Nicolaus. Nescio an hic sit Ptolemæus, quem ἐν α' Περὶ Ἡρῴδου βασιλείας laudat Ammonius De diff. verb. : Ἰδουμαῖοι καὶ Ἰουδαῖοι διαφέρουσιν, ὡς φησι Πτολεμαῖος ἐν πρώτῳ Περὶ Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως. Ἰουδαῖοι μὲν γάρ εἰσιν οἱ ἐξ ἀρχῆς φυσικοί· Ἰδουμαῖοι δὲ τὸ μὲν ἀρχῆθεν οὐκ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ Φοίνικες καὶ Σύροι, κρατηθέντες δὲ ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀναγκασθέντες περιτέμνεσθαι καὶ συντελεῖν εἰς τὸ ἔθος καὶ τὰ αὐτὰ νόμιμα ἡγεῖσθαι, ἐκλήθησαν Ἰουδαῖοι. Quamquam fieri etiam potest, ut intelligendus sit Ptolemæus regis Herodis procurator, de quo Josephus A. J. XVI, 7, 2. 8, 3. XVII, 8, 2. 9, 3; B. Jud. I, 24, 2. 33, 8. II, 2, 1.

οἶμαι, ὅτι τὸ πρὸς θεοὺς ὅσιον δεῖ καὶ τελευτῶντας φυλάττειν, καὶ μηδὲν ἔτι τοῦ βίου ἀπολαύσεσθαι μέλλοντας.

2.

Idem v. Νικόλαος : Οὗτος (1) ἐν τῇ ὅλῃ (2) παιδείᾳ διατεθραμμένος, διὰ τὸ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ περὶ ταῦτα μάλιστα σπουδάσαι, ἐπειδὴ ἀπ' αὐτῆς αὐτῷ ὅ τε πλοῦτος καὶ ἡ δόξα ὑπεγένετο (3), ἔτι μᾶλλον ηὔξησε ταύτην, ἔρωτά τινα ἀδιήγητον αὐτῆς σχών, ἄλλως τε καὶ φύσεως οὐ φαύλης λαβόμενος· ὥστε πρὶν γενεῖᾶν εὐδόκιμος εἶναι ἐν τῇ πατρίδι, καὶ τῶν ἡλίκων διαφέρειν. Γραμματικῆς τε γὰρ οὐδενὸς χεῖρον ἐπεμελήτο, καὶ δι' αὐτὴν (4) ποιητικῆς πάσης· αὐτός τε τραγῳδίας ἐποίει καὶ κωμῳδίας εὐδοκίμους· ἔτι δὲ (5) μᾶλλον ὕστερον αὐξηθείς, ὥστε καὶ τὴν δύναμιν συναυξῆσαι, ῥητορικῆς τε καὶ μουσικῆς καὶ τῆς περὶ τὰ μαθήματα θεωρίας καὶ φιλοσοφίας πάσης (6) ἐπεμελεῖτο· ζηλωτὴς γὰρ Ἀριστοτέλους γενόμενος καὶ τὸ ποικίλον τῆς περὶ τὸν ἄνδρα παιδείας ἀγαπήσας, χάριν εἰδέναι πᾶσιν ἔλεγεν ἀεὶ τοῖς μαθήμασι, πολὺ μὲν ἔχουσι τὸ ἐλευθέριον, πολὺ δὲ τὸ χρήσιμον εἰς τὸν βίον, πάντων δὲ μάλιστα τὸ εὐδιάγωγον πρός τε νεότητα καὶ γῆρας. Ἔλεγε δὲ καὶ τὰς Μούσας διὰ τοῦτο ἄρα (7) πολλὰς ὑπὸ τῶν θεολόγων παραδεδόσθαι, ὅτι πολὺ τὸ ποικίλον ἔχει τὰ παιδεύματα, καὶ πρὸς πᾶσαν βίου χρῆσιν οἰκεῖον, καὶ οὔτε τὴν ἐμπειρίαν αὐτῶν, οὔτε τὴν ἀπόλειψιν ὁμοίως (8) ὑπελάμβανεν εἶναι τῇ τῶν βαναύσων τεχνῶν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐπονείδιστον τοῖς μετρίως ζῶσι τήν τε τούτων ἄγνοιαν καὶ τὴν τῶν βαναύσων ἐπιστήμην. Οὗτος μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὅτῳ τῶν παιδευμάτων πρὸς ἀργυρισμὸν ἐχρήσατο οὐδὲ ἐκαπήλευσεν.

Ἔφη δὲ Νικόλαος ὁμοίαν εἶναι τὴν ὅλην παιδείαν ἀποδημίᾳ. Ὡς γὰρ ἐν ταύτῃ προσσυμβαίνει (9) τοῖς ἀποδημοῦσι καὶ μακρὰν ὁδὸν διεξιοῦσιν, ὅπου μὲν ἐγκατάγεσθαί τε καὶ ἐναυλίζεσθαι μόνον, ὅπου δὲ ἐναριστᾶν, ὅπου δὲ πλείους ἐνδημεῖν ἡμέρας, ἐνίους δὲ τόπους ἐκ παρόδου θεωρεῖν, ἐπανελθόντας μέντοι ταῖς ἑαυτῶν ἐνοικεῖν ἑστίαις· οὕτω καὶ διὰ τῆς ὅλης παιδείας διερχομένους δεῖν ἐν οἷς μὲν ἐπιτηδεύμασιν ἐπὶ πλέον ἐνδιατρίβειν, ἐν οἷς δ' ἐπ' ἔλαττον, καὶ τὰ μὲν ὅλα, τὰ δὲ ἐκ μέρους, τὰ δὲ ἄχρι στοιχειώσεως παραλαμβάνειν, καὶ τὸ ἐκείνων χρήσιμον κατασχόντας ἐπὶ τὴν ὡς ἀληθῶς πατρῴαν ἑστίαν ἀνελθόντας φιλοσοφεῖν.

3.

Exc. De virt. *** καὶ παρακαλέσας οἷα δὴ φιλόσοφον καὶ ἀμνησίκακον ἐν πολὺ πλείονι ἦγε τιμῇ καὶ εὐνοίᾳ (2).

erga deos etiam a morientibus, quibus nulla spes vitæ supersit, servandam esse.

2.

Hic (Nicolaus) omnibus literis a puero innutritus, quod patrem habebat magnopere iis deditum, qui opes et famam doctrinæ causa fuerat adeptus, ipse paternam laudem augens incredibili quodam studio literis incubuit. Qui quum etiam ingenio non malo præditus esset, imberbis adhuc singularem in civitate sua laudem retulit, atque inter æquales excelluit. Grammaticæ enim atque hujus ope poeticæ omnis haud vulgarem notitiam sibi comparaverat, adeo ut tragœdias comœdiasque haudquaquam spernendas scriberet. Postea vero quum majorem progressum doctrinæ fecisset, ad rhetoricam ac musicam et mathematicas disciplinas atque universam philosophiam animum applicuit. Et quum Aristoteli maxime studeret et multiplicem ejus viri doctrinam miraretur, sæpenumero professus est omnibus se disciplinis maximam gratiam habere, quum propter honestatem liberalem, tum inprimis propter utilitates quas in hanc vitam conferant, et oblectationem quam juventuti æque ac senectæ præbeant. Idem aiebat fortasse hanc ob causam multas numero Musas a veteribus theologis introductas esse, quod in disciplinis mira varietas et ad omnes vitæ usus apta diversitas reperiretur. Earum vero peritiam vel imperitiam longe ab illiberalibus artibus differre existimabat : quippe homini idoneis opibus instructo imperitiam artium humaniorum atque illiberalium peritiam juxta turpem esse. Quo quum esset animo, nulla unquam disciplina ad quæstum captandum abusus est, neque lucro eam prostituit.

Idem Nicolaus dicere solebat omnem disciplinarum orbem similem esse peregrinationi. Nam quemadmodum iis, qui longam peregrinationem susceperunt, usu venit, ut quibusdam in locis divertant tantum et pernoctent, in aliis etiam prandeant, in nonnullis quidem plusculos dies consistant, alios vero prætergredientes tantum inspiciant, tandem autem reversi in suis penatibus degant : ita etiam eos qui studia humanitatis universa percurrant, oportere aliis immorari diutius, aliis minus, alia tota, alia ex parte discere, quorundam solis elementis contentos esse, atque percepta singulorum utilitate ad philosophiam tamquam ad genuinam patriam et lares reverti.

3.

** Hortatus eum (Nicolaum) ut philosophum et immemorem injuriarum majori posthac observantia atque amore prosecutus est.

---

2. Οὗτος] sic ex optimis libris Bernhardy. pro vulgata : οὗτος Νικόλαος Δαμασκηνός. — 2. ὅλῃ] vv. dd. pro vulg. ἄλλῃ. Mox μάλιστα omittit cod. A. — 3. ὑπεγένετο] A B V E; ἐπεγένετο ceteri. — 4. δι' αὐτὴν] BVE; δι' αὐτῆς cett. — 5. ἔτι δὲ] δὲ om. A V. — 6. πάσης] A V.: ἁπάσης cett. Vocem ἐπεμελεῖτο cum codd. B E omisit Bernhardy., nonnulla a Suida h. l. deformata esse statuens verisimiliter. — 7. διὰ τοῦτο ἄρα] Bernh. e cod. V. pro vulg. ἄρα διὰ τ. 8.— ὁμοίως... τεχνῶν] « Hæc quoque sapiunt breviantis manum. » *Bernh.* — 9. προσσυμβ.] A B E et editt.; præpositionem delevit Küsterus; verbum notabile reposuit Bernhardy.

3. *Codicis Turensis fol.* 224, 1 — 26 *r.* Aliquot folia codicis interciderunt. Ad verba Ὅτι ἐπράχθη κτλ. in margine

Ὅτι ἐπράχθη τι φιλανθρωπίας πολλῆς ἐχόμενον Νικολάῳ. Ἰλιεῖς γὰρ (2), ἀφικνουμένης νύκτωρ ὡς αὐτοὺς Ἰουλίας τῆς Καίσαρος μὲν θυγατρὸς, γυναικὸς δὲ Ἀγρίππα, καὶ τοῦ Σκαμάνδρου μεγάλου ῥυέντος ὑπὸ χειμάρρων πολλῶν, κινδυνευούσης περὶ τὴν διάβασιν ἀπολέσθαι σὺν τοῖς κομίζουσιν αὐτὴν οἰκέταις, οὐκ ᾔσθοντο. Ἐφ' οἷς ἀγανακτήσας ὁ Ἀγρίππας, ὅτι οὐ παρεβοήθησαν οἱ Ἰλιεῖς, δέκα μυριάσιν αὐτοὺς ἐζημίωσεν ἀργυρίου. Οἱ δὲ ἀπόρως ἔχοντες, καὶ ἅμα οὐ προϋπειδόμενοι τὸν χειμῶνα, οὐδὲ ὅτι ἐξίοι ἡ παῖς (3), Ἀγρίππᾳ μὲν οὐδοτιοῦν εἰπεῖν ἐτόλμησαν, ἥκοντα δὲ τὸν Νικόλαον * δεόμενοι (4) παρασχεῖν αὐτοῖς Ἡρώδην βοηθὸν καὶ προστάτην. Καὶ ὃς μάλα προθύμως ὑπέστη διὰ τὴν τῆς πόλεως δόξαν, καὶ ἐδεήθη τοῦ βασιλέως, διηγήσατό τε αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, ὡς οὐ δικαίως αὐτοῖς ὀργίζεται, οὔτε προειπὼν ὅτι πέμποι τὴν γυναῖκα ὡς αὐτοὺς, οὔθ' ὅλως ἐκείνων προῃσθημένων διὰ τὸ νυκτὸς εἶναι. Τέλος δ' οὖν ἀναδεξάμενος ὁ ἀνὴρ τὴν προστασίαν εὑρίσκεται αὐτοῖς τὴν ἄφεσιν τῆς ζημίας, καὶ τὴν ὑπὲρ ταύτης ἐπιστολὴν, ἅτε δὴ ἀπεληλυθότων ἤδη διὰ τὸ ἀπογνῶναι τὴν ἀπόλυσιν, Νικολάῳ δίδωσι πλέον τι ἐπὶ Χίου καὶ Ῥόδου, ἔνθα ἦσαν αὐτῷ οἱ υἱεῖς· αὐτὸς γὰρ ἐπὶ Παφλαγονίας ᾖει σὺν Ἀγρίππᾳ. Νικόλαος δὲ ἐκ τῆς Ἀμισοῦ πλεύσας ἐπὶ Βυζάντιον, κἀκεῖθεν εἰς τὴν Τρωάδα γῆν, ἀνέβη εἰς Ἴλιον, καὶ τὴν τῆς ἀπολύσεως τοῦ χρέους ἐπιστολὴν ἀποδοὺς, σφόδρα ὑπὸ τῶν Ἰλιέων (5) αὐτός τε καὶ ἔτι μᾶλλον ὁ βασιλεὺς ἐτιμήθη.

Fecit Nicolaus quod magnam viri prodit humanitatem. Nam quum Julia, Cæsaris Augusti filia, conjux M. Agrippæ, noctu Ilium peteret, forte accidit, ut, effusis torrentibus Scamandro supra modum aucto, Julia cum famulis, qui ad lecticam erant, in trajiciendo fluvio periclitata tantum non mortem oppeteret, Iliensibus adventus illius prorsus ignaris. Quamobrem indignatus Agrippa, quod Ilienses nullam opem tulissent, drachmarum argenti millibus centum eos mulctavit. Qui quum magna in difficultate versarentur, neque tempestatem neque adventum Juliæ potuissent prospicere, Agrippæ quidem obloqui minime sunt ausi quidquam, Nicolaum vero adeuntes orarunt, ut Herodem regem sibi suffragatorem adjutoremque conciliaret. Quod quidem ille ob veterem civitatis gloriam libentissime suscepit, regique supplex exposuit, immerito Agrippam Iliensibus succensere, quod ipse eos non præmonuerit de adventu uxoris, illi vero ob nocturnum ejus adventum præsentire quidquam non potuerint. Tandem quum Herodes causam Iliensium suscepisset, veniam mulctæ impetravit, atque Agrippæ ea de re epistolam, jam reversis in patriam Iliensibus, eo quod de venia impetranda prorsus desperavissent, Nicolao tradit, qui Chium ac Rhodum, ubi ejus filii morabantur, petiturus erat; quippe ipse una cum M. Agrippa iter in Paphlagoniam parabat. Igitur Nicolaus Amisi solvens Byzantii portum tenuit, inde in Troadem navigans Ilium ascendit, literisque de mulctæ liberatione traditis, quum ipse tum maxime Herodes rex summos honores ab Iliensibus consecutus est.

4.

Ibidem : Ὅτι Ἡρώδης πάλιν (1) διαμεθεὶς τὸν φιλοσοφίας ἔρωτα, ὃ φιλεῖ (2) τοῖς ἐν ὑπεροχῇ οὖσι συμβαίνειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐξαλλαττόντων αὐτοὺς ἀγαθῶν, ἐπεθύμησε πάλιν ῥητορικῆς, καὶ Νικόλαον ἠνάγκαζε συρρητορεύειν αὐτῷ, καὶ κοινῇ ἐρρητόρευον. Αὖθις

4.

Herodes intermisso mox philosophiæ studio (quod usu venire solet hominibus in principatu positis ob affluentiam bonorum, quæ mutant animos, neque sibi constare permittunt), artem rhetoricam adamare cœpit Nicolaumque declamare secum jussit. Sed quum aliquamdiu rhetoricæ

---

adscriptum nomen auctoris : Νικολάου. — 1. Probabiliter hæc ad Herodem, qui Nicolaum sibi adjunxerit, referenda sunt. Quæ in antecedentibus narrata fuerint, ne conjectura quidem assequi licet. — 2. Rem h. l. narratam tangit Josephus A. J. XVI, 2, 2 : Πολλαὶ μὲν οὖν καὶ καθ' ἑκάστην πόλιν εὐεργεσίαι τῷ βασιλεῖ (Ἡρώδῃ) κατὰ τὰς χρείας τῶν ἐντυγχανόντων ἐγένοντο. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὅσα διὰ χρημάτων ἦν ἢ δεξιώσεως οὐ παρέλειπεν, ἐξ αὐτοῦ τὰς δαπάνας ποιούμενος, καὶ τῶν παρ' Ἀγρίππᾳ τινῶν ἐπιζητουμένων μεσίτης ἦν, καὶ διεπράττετο μηδενὸς ἀτυχῆσαι τοὺς δεομένους... Ἰλιεῦσι μὲν γὰρ αὐτὸν διήλλαξεν ὀργιζόμενον, διέλυσε δὲ Χίοις τὰ πρὸς τοὺς Καίσαρος ἐπιτρόπους χρήματα, καὶ τῶν εἰσφορῶν διήλλαξε. Ilienses mulcta affecti sunt exeunte anno 737 a. u., 17 a. C.; Nicolai opera liberati mulcta sunt vere vel æstate anni sequentis. Etenim Agrippa in Asiam contra Bosporanos, qui Scribonio duce res novas moliebantur, missus est L. Domitio Ahenobarba et P. Cornelio Scipione coss., uti testatur Dio Cassius LIV, 19. Accuratius tempora constituere licet e Josepho A. J. XVI, 2, 1, a quo docemur Agrippam in Asiam profectum ex Ionia venisse in Syriam, ubi ab Herode omne genus honoribus affectus sit. Verum per paucos tantum dies ibi commoratus est. Nam διὰ τὸν καιρὸν ἠπείγετο· τὸν γὰρ πλοῦν ἐπιβαίνοντος τοῦ χειμῶνος οὐκ ἐνόμιζεν ἀσφαλῆ κομιζομένῳ πάλιν ἐξ ἀνάγκης εἰς Ἰωνίαν. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀπέπλει... Ὁ δὲ βασιλεὺς χειμάσας ἐν τοῖς οἰκείοις, ἔαρος ἠπείγετο συντυχεῖν αὐτῷ, τὴν εἰς Βόσπορον εἰδὼς στρατείαν προῃρημένον. In itinere Herodes cum Nicolao nostro Rhodum, Con et Lesbum prætervectus tandem Sinopen pervenit, ubi tunc Agrippa versabatur. Herodem non mari, sed terra, cum Agrippa per Paphlagoniam, Cappadociam, Phrygiam majorem, Ephesum contendisse, inde Samum transvectum esse pluribus exponit Josephus l. l. Alia via rediit Nicolaus, ut e nostro l. constat. Neque tamen statim post allatam Trojanis epistolam Rhodum abiit, vel si abiit, mox in Ioniam reversus est, ubi eum coram Agrippa pro Judæis orationem habuisse constat ex Josepho (XII, 2, 3), qui de hac re laudat Nicolai Hist. lib. 123 et 124. — 3. ἡ παῖς] Julia tum vitæ annum agebat vicesimum tertium; nam nata est 715 a. u., 39 a. C. Vide Dion. Cass. XLVIII, 34. — 4. ἥκοντα.. δεόμενοι] « Οὐκ ἔρρωται τὰ τῆς συντάξεως, ἴσως διὰ γραφικὸν ἁμάρτημα· ὤφειλε γὰρ εἶναι· ἥκοντος δὲ τοῦ Νικολάου ἐδεήθησαν. » *Coray.* Orellius proponit : ἵκοντο δὲ τὸν Ν. δεόμενοι, vel, quum hoc poeticum sit, ἵκοντο δὲ, Νικολάου δεόμενοι. Quod claudicat. Excidisse verbum puto. Possis : Νικόλαον ἐπεκαλοῦντο, δεόμενοι κτλ. — 5. Ἰλιέων] Ιλίων codex.

4. *Cod. Tur. fol.* 224, 26 *r.* — 224, 8 *vso.* — 1. πάλιν.. πάλιν] alterum πάλιν deleri vult Coray. Fortassis recte. — 2. ὃ φιλεῖ] Valesius; ἃ ὀφείλη codex.

ὁ' ἱστορίας αὐτὸν [ἔρως] (3) ἔλαβεν, ἐπαινέσαντος Νικολάου τὸ πρᾶγμα καὶ πολιτικώτατον εἶναι λέγοντος, χρήσιμον δὲ καὶ βασιλεῖ, ὡς τὰ τῶν προτέρων ἔργα καὶ πράξεις ἱστοροίη. Καὶ ἐπὶ τοῦτο ὁρμήσας, προὔτρεψε καὶ Νικόλαον πραγματευθῆναι τὰ περὶ ἱστορίαν. Ὁ δὲ μείζονι ἐφέσει (4) ὥρμησεν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα, πᾶσαν ἀθροίσας τὴν ἱστορίαν, μέγαν τε πόνον ὑποστὰς καὶ οἷον οὐκ ἄλλος· ἐν πολλῷ δὲ χρόνῳ φιλοπονήσας ἐξετέλεσεν αὐτὴν, ἔλεγέ τε, ὡς τοῦτον τὸν ἆθλον Εὐρυσθεὺς εἰ προὔτεινεν Ἡρακλεῖ, σφόδρα ἂν αὐτὸν ἀπέτρυσεν. Ἐκ τούτου πλέων εἰς Ῥώμην ὡς Καίσαρα Ἡρώδης, ἐπήγετο τὸν Νικόλαον ὁμοῦ (6) ἐπὶ τῆς αὐτῆς νηὸς, καὶ κοινῇ ἐφιλοσόφουν.

5.

crearet, quid mihi præstares! » « Per Jovem, ait alter, desine conviciis tuis me proscindere. Nam Medus ego non is, opinor, sum quem Babylonius vir irrisum habeat. » Et Belesys : « At per Belum maximum, non ut te irrideam hæc ego dico, sed quid futurum sit ex indiciis conjectans. » Tum alter, « Age, inquit, si Babyloniæ ero satrapa, procuratorem totius satrapiæ te constituam. » Et Babylonius : « Non ego certe tibi diffido. Jam hoc mihi dicas. Si tu rex esses regionis universæ quam nunc Sardanapallus obtinet, quid mihi faceres? » Tum Arbaces : « Quodsi, inquit, Sardanapallus hæc, o miser, te loquentem audiret, et tu et ego, bene teneas, male periremus. Sed quid in mentem tibi venit, ut ista blateres? Nonne finem facies nugarum? » At ille manum ejus prehensans firmiter : « Per carissimam hanc mihi dextram et per Beli numen maximum, non ludens hæc dico, sed quid deus significet optime habens perspectum. » Ad hæc Arbaces : « Dabo tibi, inquit, Babylonem, idque, quoad tu vixeris, a tributi pensione immunem. » Et ad fidem promissi dextram postulanti dat libenter. Tum Babylonius : « Regnabis igitur, bene scito; citra mendacium res est. » Hæc inter se depecti ad fores palatii redierunt suetis functuri ministeriis. Non multo post Arbaces ex eunucho fidelissimo, cujus consuetudine utebatur, petivit, ut regem sibi ostenderet; nam magno se teneri desiderio dominum, qualis esset, conspiciendi. Ille autem dicente non posse hoc fieri, nec unquam ulli permissum esse, tunc quidem quievit. Sed paucis diebus interjectis, denuo adiens eum enixius precabatur, dictitans magna vi auri et argenti hanc se gratiam redempturum esse. Quibus subactus tandem eunuchus (benevolus enim erat quammaxime) ac nolens ingratus videri, pollicitus est se, quando tempus esset, hujus rei se velle memorem esse, ut domino... **. *Ibi finivit.*

10.

Regnante apud Medos Artæo, [qui post Sardanapallum Assyrium Medis imperavit,] fuisse quidam dicitur in Media Parsondas, vir robore et fortitudine singulari, qui et apud regem et inter Persas, a quibus originem ducebat, ob prudentiam ac pulcritudinem summo in honore erat. Ad hæc in venatu feras interficere, equestri pedestrique pugna ac de curru dimicare promptissimus habebatur. Hic quum

10. τεκμαιρ.]τεκμερόμενος cod. — 11. ὕπαρχον] ὕπαρ cod. — 12. ὑπὸ σεαυτῷ] ὑπὸ ταύτῃ codex. Sive melius ἔχειν ὑπὸ σαυτῷ καὶ ταῦτα ἀτ. De re cf. Diodor. II, 28, 4 : τὴν Βαβυλῶνα ἔχειν ἀτελῆ συνεχώρησεν. — 13. ἀδύνατον.. ὁρᾶν] ἀδυνάτω.. ἐρᾶν cod. — 14. νικώμενος cod. — 15. ὤκει] corruptum. Quid lateat, nescio. Folium in codice prototypo excidisse videtur. Quod ipsum fortasse significatur verbis ἔνθα ἐτελεύτησεν quæ ab ipso scriba profecta esse putari possit. Ceterum tu videas.

10. *Cod. Turonens. fol.* 225, 19 *vso* — 227, 27 r. — 1. Ἀρταίου]. Valesius; Ἀρβάκου codex, aperto errore, ut ex seqq. apparet. Quamquam errorem non scribæ, sed ipsius excerptoris fuisse indicare videntur verba : τοῦ διαδόχου Σαρδαναπάλλου τ. Ἀσσ. βασιλέως, quæ in Arbacen cadunt, non item in Artæum, qui Arbianæ successor, Medorumque rex sextus fuit (731-692 a. C.), uti ex Ctesia refert Diodorus II, 32, 6. Ceterum quæ nostro fragmento narrantur, causa et origo fuerunt belli ingentis, quo Cadusii, Medis hucusque subjecti, in libertatem se vindicarunt. De ipso bello fusius exponit Diodorus II, 23; causam ejus verbo indicat. Ita habet : Ἐπὶ δὲ τούτου (sc. τοῦ Ἀρταίου) συστῆναι μέγαν πόλεμον (Κτησίας λέγει) τοῖς Μήδοις πρὸς Καδουσίους διὰ τοιαύτας αἰτίας. Παρσώνδην τὸν Πέρσην, θαυμαζόμενον ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ συνέσει καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς, φίλον τε ὑπάρξαι τῷ βασιλεῖ καὶ μέγιστον ἰσχῦσαι τῶν μετεχόντων τοῦ βασιλικοῦ συνεδρίου. Τοῦτον δ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἔν τινι κρίσει λυπηθέντα φυγεῖν μετὰ πεζῶν μὲν τρισχιλίων, ἱππέων δὲ χιλίων εἰς Καδουσίους,

σθαι. Οὗτος ὁρῶν Νάναρον (2) τὸν Βαβυλώνιον διαπρεπεῖ κόσμῳ χρώμενον ἀμφὶ τὸ σῶμα, καὶ ἑλλόβια ἔχοντα, καὶ κατεξυρημένον εὖ μάλα, γυναικώδη τε καὶ ἀναλκιν, ἔπειθεν Ἀρταῖον ἀφελέσθαι αὐτὸν τὴν ἀρχὴν καὶ ἑαυτῷ δοῦναι, δυσχεραίνων σφόδρα τὸν ἄνθρωπον. Ὁ δὲ ὤκνει συγχέας τὰ συγκείμενα ὑπ' Ἀρβάκεω (3) ἀδικεῖν τὸν Βαβυλώνιον. Ἐπεὶ δὲ δὶς καὶ τρὶς ὁ Παρσώνδης ἐνέτυχεν (4) Ἀρταίῳ, καὶ ταὐτὸν ἤκουσεν, ἡσύχαζεν· οὐ μὴν τὸν Νάναρον ἔλαθεν. Αἰσθόμενος δ' ἐκεῖνος τὴν γνώμην τἀνδρὸς, μεγάλα δῶρα τοῖς ἑαυτοῦ (5) ὑπέσχετο καπήλοις, εἴ τις αὐτῷ Παρσώνδην συλλαβὼν ἄγοι (6)· ἕπονται δ' οὗτοι πολλοὶ τῷ βασιλέως στρατῷ. Καί ποτε κατὰ δαίμονα κυνηγετῶν ὁ Παρσώνδης ἐλαύνει πόρρω ἀπὸ τοῦ (7) βασιλέως εἴς τι πεδίον οὐχ ἑκὰς Βαβυλῶνος. Τοὺς δὲ θεράποντας εἰς τὴν πλησίον ὕλην τρέψας, ἐκέλευσε βοῇ τε καὶ (8) ἀλαλητῷ χρῆσθαι, ὡς δὴ τὰ θηρία σοβήσων (9) εἰς τὰ πεδία· καὶ πολλοὺς μὲν ὗς ἀγρίους, πολλοὺς δ' ἐλάφους αἱρεῖ. Τέλος δ', ὄνον ἄγριον διώκων, ἐπὶ πλεῖστον ἀποσπᾶται τῶν ἑαυτοῦ, καὶ μόνος ἐλαύνων ἦλθεν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, ἔνθα ἦσαν οἱ κάπηλοι ἀγορὰς εὐτρεπίζοντες τῷ βασιλεῖ· οὓς θεασάμενος ὑπὸ δίψους πιεῖν ᾔτει. Οἱ δ' ἄσμενοι ἰδόντες Παρσώνδην, προσίασιν αὐτῷ, πιεῖν τε ἐνέχεον, καὶ, τὸν ἵππον δεξάμενοι, ἀριστᾶν ἐκέλευσαν. Ὁ δὲ, οἷα πανημέριος θηρῶν, οὐκ ἀηδῶς ἤκουσεν, ἐκέλευσέ τε ἀποπέμψαι βασιλεῖ τὸν ὄνον (10), ὃν κατέλαβε, καὶ τοῖς ἀνὰ τὸν ὄρυμὸν οἰκέτας φράσαι, ἔνθα εἴη. Οἱ δὲ, πάντα ποιήσειν ὑποσχόμενοι, κατακλίνουσι τὸν Παρσώνδην. Καὶ δαῖτα παρέθεσαν παντοίαν, οἶνόν τε ἥδιστον πίνειν ἐπέχεον (11), ἀκρατέστερον ἐπίτηδες, ὡς μεθυσθείη. Καὶ ἐπεὶ ἄδην εἶχεν, ὁ μὲν ᾔτει τὸν ἵππον, ὡς ἀπίοι ἐπὶ τὸ βασιλέως στράτευμα· οἱ δὲ γυναῖκας εὐπρεπεῖς παραγαγόντες, ἐδείκνυόν τε αὐτῷ καὶ ἐκέλευον κοιμηθέντα αὐτόθι, καὶ εἰς νύκτα χρησάμενον αὐταῖς, ἕωθεν ἀπιέναι. Ὁ δὲ, εὐπρεπεῖς γυναῖκας ὁρῶν, ἔμεινέ τε καὶ ἡδύλισατο. Καὶ τὰ μὲν διὰ τὴν συνουσίαν, τὰ δὲ διὰ τὸν κόπον, ὕπνος αὐτὸν ἔλαβεν. Οἱ δ', ἀναστήσαντες τὴν παρακοιμωμένην γυναῖκα, πολλοὶ ἅμα ἐπιπεσόντες, συνέδησαν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐπὶ Νάναρον ἐκόμισαν. Ὁ δ', ὡς εἶδεν αὐτὸν (ἤδη δὲ ἀνένηψεν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ἔγνω ἵνα ἦν κακοῦ), ἤρετο (12), « Ἆρα, ὦ Παρσώνδη, κακόν τι ὑπ' ἐμοῦ πάλαι ἔπαθες, ἢ αὐτὸς ἢ τῶν σῶν τις; » Ὁ δ' οὐκ ἔφη. « Τί δὲ, πείσεσθαι προσεδόκησας »; « Οὐκ ἔγωγε, εἶπεν». « Τί οὖν αὐτὸς ἀδικίας ἦρξας εἰς ἐμὲ, ἀνδρόγυνόν τε καλῶν, καὶ βασιλείαν τὴν ἐμὴν αἰτῶν παρὰ Ἀρταίου, ὡς δῆτα οὐδενὸς ἀξίου αὐτὸς γενναῖος ὤν; Πολλὴ δὲ χάρις Ἀρταίῳ οὐ πεισθέντι τὴν ὑπ' Ἀρβάκεω (13) δεδομένην ἡμῖν ἀρ-

Nanarum Babylonium, insigni corporis cultu conspicuum, inaures gestantem ac belle rasum prorsusque effeminatum atque imbellem conspexisset, ægre admodum id ferens petiit ab Artæo, ut regnum Nanaro ademptum sibi concederet. Sed Artæus nequaquam induci poterat, ut contra leges ab Arbace constitutas ejusmodi injuriam Nanaro faceret. Parsondas autem postquam iterum ac tertio Artæum hac de re interpellans idem semper responsum tulisset, in posterum tacuit. At Nanarus, de Parsondæ consiliis certior factus, lixis, quorum maxima multitudo regis castra sectari solet, ingentia præmia pollicitus est, si Parsondam comprehensum ad se adducerent. Forte Parsondas procul a regis comitatu inter venandum cursu abreptus in planitiem haud procul Babylone sitam pervenit, servosque circa proximam silvam dispositos clamore contentissimo resonare jussit, quo territæ feræ in campos profugerent. Ita quum apros cervosque haud paucos cepisset, tandem asinum silvestrem persecutus, procul a suis aberravit, devenitque ad eum Babyloniæ locum, in quo forte fortuna lixæ regii alimenta ac pabula regi præparabant. Quos conspicatus, quum siti enecaretur, vinum petiit. At illi, qui Parsondam agnoscerent, læti ac libentes ei vinum propinant, retentoque equo orant, ut prandium sumere velit. Parsondæ, quippe qui per totum diem venando fatigatus esset, haud ingratus is sermo fuit. Itaque onagrum, quem ceperat, ut regi mitterent, jussit, utque famulis suis per silvam dispersis, quonam in loco esset, renuntiarent. Illi cuncta, quæ imperaret, facturos se polliciti, Parsondam discumbere jubent, omnis generis dapes ei apponunt, vinum suavissimum merumque de industria ministrant, quo facilius inebrietur. Postquam Parsondam vini atque ciborum satietas cepit, extemplo equum sibi adduci petiit, quo ad regis castra pervolaret; sed lixæ mulieres formosas introducere atque ostentare ei cœperunt, orantes, ut pernoctare illic ac mulierum contubernio uti vellet, crastino sub ortum lucis commodius abiturum. Ille quum mulieres haudquaquam spernendæ formæ videret, noctem eo loco degere statuit. Tandem vero, quum partim ex venere, partim ex labore diurno in somnum esset solutus, lixæ facto simul impetu in cubiculum irruunt, detractaque ex lecto muliere Parsondam vinciunt et ad Nanarum perducunt. Quem quum Nanarus vidisset (jam enim crapulam edormierat Parsondas, quantoque in discrimine esset, intelligebat): » Ecquando, inquit, aut tu aut tuorum quispiam aliquam a me injuriam passi estis? » « Nunquam profecto, » ait Parsondas. « An vero, ne forte patereris, timuisti? » « Minime vero. » « Cur igitur tu prior injuriam mihi intulisti, quum semivirum me appellans, regnum meum tanquam nullius pretii hominis tu fortis ac generosus ab Artæo peteres? Cui certe maximas debeo grates, quod concessum ab

παρ' οἷς ἦν ἐκδεδομένος τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν τῷ μάλιστα δυναστεύοντι κατὰ τούτους τοὺς τόπους, κτλ. — 2. Νάναρον] Νάνδρον codex h. l. Nanarus idem est, puto, quem Athenæus XII, p. 530, B, dicit Ἄνναρον, laudato Ctesia (fr. 52; quod fragm. itaque jungendum foret Ctes. fr. 25). — 3. Ἀρβάκεω] Ἀρβάκεως codex; forma ionica, uti Ὄννεω fr. 7. — 4. ἐνέτυχεν] Val. ἐνέτοιχεν cod. — 5. ἑαυτοῦ] Val. ἑαυτῶν cod. — 6. ἄγοι] Coray.; ἄγει cod.; ἄγῃ vgo. — 7. τοῦ] addidit Vales. — 8. καὶ] addidit Coray; codex nonnisi τε habet. — 9. σοβήσων] Coray., σοβήσειν cod. — 10. ὄνον] Val., οἶνον cod. — 11. ἐπέχεον] Coray., ὑπέχεον cod. Paullo ante cod. Παρσώδην. — 12 ἤρετο] Vales., εἴρετο cod. — 13. Ἀρβάκεω]

χὴν ἀφελέσθαι. Διὰ τί δὴ (14) ταῦτ' ἐποίεις, ὦ κακὴ κεφαλή; » Ὁ δέ, οὐδὲν ὑποθωπεύσας, εἶπεν· « Ὤιμην αὐτὸς ἀξιώτερος εἶναι τοῦτο τὸ γέρας ἔχειν, ἀνδρειότερός τε ὢν καὶ ὠφελιμώτερος βασιλεῖ ἢ σὺ ὁ κατεξυρημένος τε καὶ καθυπεστιμμισμένος (15) τὼ ὀφθαλμὼ, ψιμυθίῳ δὲ τὸ χρῶμα ἐναλειφόμενος. » Καὶ ὃς, « Εἶτ' οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, σὺ ὁ τηλικοῦτος ὑπὸ τοῦ χείρονος συνειλημμένος, ἐπειδὴ γαστρὸς ἥττων καὶ αἰδοίων ἐγένου; Ἀλλ' ἐγώ σε, ἔφη, θήσω γυναικῶν ἁπαλώτερον καὶ λευκότερον τὴν χροιὰν οὐ πολλοῦ χρόνου. » Καὶ ἐπώμοσε τόν τε Βῆλον καὶ τὴν Μύλιττα (16)· οὕτως γὰρ τὴν Ἀφροδίτην καλοῦσι Βαβυλώνιοι. Καὶ ἅμα καλέσας τὸν εὐνοῦχον, τὸν τὰς μουσουργοὺς πεπιστευμένον, « Τοῦτον, ἔφη, ἄπαγε, καὶ ξυρήσας τὸ ὅλον σῶμα, καὶ κισηρίσας πλὴν κεφαλῆς, δὶς τῆς ἡμέρας λοῦε, καὶ σμῆχε ἀπὸ λεκίθου, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογραφέσθω, καὶ τὰς κόμας ἐμπλεκέσθω, ὥσπερ αἱ γυναῖκες· μανθανέτω δὲ ᾄδειν καὶ κιθαρίζειν καὶ ψάλλειν, ἵνα μοι μετὰ τῶν μουσουργῶν λειτουργῇ, γυναικὶ ὡμοιωμένος, μεθ' ὧν καὶ δίαιταν ἕξει, λεῖος ὢν τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν αὐτὴν καὶ τὴν τέχνην ἔχων. » Ταῦτα εἰπόντος, ὁ εὐνοῦχος παραδεξάμενος τὸν Παρσώνδην, κατεξύρησέ τε ὅλον πλὴν κεφαλῆς, καὶ τὰ προσταχθέντα ἐδίδασκε, καὶ ἐσκιατράφει, λούων ἑκάστης ἡμέρας δὶς, καὶ λεαίνων, ὁμοδίαιτόν τε ποιῶν ταῖς γυναιξὶν, ὥσπερ ὁ δεσπότης προσέταξεν. Καὶ οὐ πολλοῦ χρόνου γίνεται ἄνθρωπός τε λευκὸς καὶ ἁπαλὸς καὶ γυναικώδης, ᾄδέ τε καὶ ἐκιθάριζε πολὺ κάλλιον τῶν μουσουργῶν· οὐδείς τε ἂν ἰδὼν αὐτὸν λειτουργοῦντα ἐν συμποσίῳ Ναναρῳ (17) οὐχὶ γυναῖκα ὑπέλαβε, καὶ πολύ γε ἐκείνων εὐπρεπέστερον, μεθ' ὧν ἑκάστοτε ἐλειτούργει. Βασιλεὺς δὲ ὁ Μήδων Ἀρταῖος, ἐπειδὴ πάντη μαστεύων Παρσώνδην ἐξέκαμε, καὶ δῶρα προτείνων, εἴ τις αὐτὸν ἀνεύροι ἢ ζῶντα ἢ τεθνεῶτα, ὑπελάμβανέ που (18) ἐν κυνηγεσίῳ ὑπὸ λέοντος ἢ ἄλλου του θηρίου καταβεβρῶσθαι, καὶ μεγάλως ἐπ' αὐτῷ ἠνιᾶτο, ἅτε ἀνδρειοτάτῳ ὄντι. Ὡς δ' ἑπτὰ ἔτη ἐγένετο αὐτῷ τοιαύτην δίαιταν ἔχοντι ἐν Βαβυλῶνι, τῶν εὐνούχων τινὰ ὁ Νάναρος μαστιγοῖ τε χαλεπῶς καὶ τὸ σῶμα αἰκίζεται. Καὶ αὐτὸν ὁ Παρσώνδης, μεγάλαις ἐλπίσιν ἐπάρας, ἀναπείθει παρὰ τὸν Ἀρταῖον εἰς Μήδους ἀποδρᾶναι, καὶ πάντα φράσαι τὰ περὶ αὐτὸν βασιλεῖ, ὡς ζῇ τε καὶ λελώβηται, μετὰ μουσουργῶν δίαιταν ἔχων, Παρσώνδης ὁ σὸς φίλος ἐκεῖνος ὁ πολεμιστήριος. Καὶ ἐπειδὴ ταῦτ' ἔρρασεν ὁ εὐνοῦχος βασιλεῖ, ἤσθη τε ἅμα καὶ μέγα στενάξας εἶπε, « Φεῦ λώβης ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, πῶς ἠνέσχετο ὁ Παρσώνδης, ὃν ἐγὼ οἶδα, θηλυνόμενος τὸ σῶμα ὑπὸ ἐχθροῦ; » Καὶ ἅμα πέμπει τινὰ τῶν πιστοτάτων ἄγγαρον (18) παρὰ τὸν Βαβυλώνιον (οὕτω γὰρ ἐκάλουν τοὺς βασιλέως ἀγγέλους). Ὁ δὲ Νάναρος ἀφικομένῳ τῷ ἀγγάρῳ, καὶ ἀπαιτοῦντι Παρσώνδην,

Arbace majoribus meis imperium mihi eripere haudquaquam sustinuit. Cur ergo hæc agebas, pessimum caput? » At Parsondas absque ulla tergiversatione, « Memet, inquit, hoc digniorem præmio existimabam, quum regi utilior, et fortitudine atque industria essem majore quam tu, qui quotidie raderis, oculos stibio, vultum cerussa depingis. » Tum Nanarus, « Te vero, inquit, non pudet, qui talis tantusque ab infirmiore captus sis, postquam gulæ atque veneri succubuisti? At ego te faxo mulieribus molliorem candidioremque brevi spatio reddam. » Hæc locutus, quum per Belum ac Mylittam (sic Assyrii Venerem appellant) juravisset, accersito eunucho psaltriis præfecto, « Hunc, inquit, mihi rasum ac pumicatum toto corpore, præterquam capite, quotidie lava ac vitello ovi deterge : sed et oculos pictos, comam instar mulieris compositam habeat, discat ad citharam et psalterium canere, ut inter psaltrias posthac muliebri habitu mihi ministret, cum quibus lævigata cute degat in posterum eadem veste, eidemque mancipatus arti. » Igitur eunuchus acceptum mox Parsondam toto corpore, præterquam capite, radit, cumque in umbra educans eodem cultu ac ceteras regias psaltrias, ac quotidie bis lavans atque lævigans, prout imperatum a rege erat, psallere docuit. Ita Parsondas brevi admodum tempore mollis et candidus prorsusque effeminatus evasit; canebatque ac citharam pulsabat multo elegantius quam reliquæ artifices : adeo ut, quicunque illum in convivio regis ludentem vidisset, nunquam dubitaturus fuerit, mulierem esse, et quidem omnium, inter quas ministrabat, formosissimam. Interim Artæus Medorum rex in conquirendo undique Parsonda defatigatus, propositis præmiis ei qui vivum illum aut mortuum invenisset, postquam nihil de eo comperit, maximo mœrore est affectus ob eximiam viri fortitudinem, quem inter venandum a leone aut hujuscemodi bestia devoratum esse existimabat. Tandem quum jam septennio eo cultu Babylone vixisset Parsondas, forte accidit ut eunuchus quidam flagris a Nanaro cæderetur. Quem crudeliter tractatum Parsondas maximis pollicitationibus eo impulit, ut in Mediam ad Artæum fugeret, remque omnem regi nuntiaret : Parsondam, regis Artæi amicum, fortissimum illum virum, vivere quidem, sed turpiter notatum inter psaltrias degere. Quæ postquam eunuchus regi narravit, simul gaudio et dolore affectus Artæus, « O facinus, inquit, indignum! Itane Parsondas is, quem ego novi, corpus suum ab inimico effeminari passus est! Statimque fidelissimum quendam angarum (sic tabellarii regii vocantur) ad Nanarum misit. Sed Nanarus, quum ad eum angarus venisset, ac Parsondam sibi reddi postulasset, negavit illum a se uspiam visum, ex quo comparere desierat. Quo responso ad Artæum perlato, alterum mox priore longe ampliorem angarum majori cum

---

πισθέντι. Ἀρβάκεως codex. — 14. δὴ] sic cod., δῆτα editt. — 15. καθυπεστιμμισμένος] Orelli, ...θισμένος Vales., καθυπεστιβασμένως codex; dein ψιμυθίῳ Orellius pro ψιμυθίῳ codicis, qui mox : ἐναλειλόμενος. Καὶ ὅσιν εἶτ'. — 16. Μύλιττα] Vales. Coray., Μόλιν cod., deinde Ἀφροδήτην et Βαβιλώνιοι cod. — 17. Ναναρῳ] Ναυάρῳ cod. — 18. ὑπέλαβέ που editt. — 18. ἄγγαρον] ἀγγάρων mavult Coray., quamquam Suidas quoque v. ἄγγαρος hunc locum exscribens

ἔξαρνος γενόμενος, οὐδαμοῦ (19) ἔφη ἐκεῖνον ἑωρακέναι, ἐξ ὅτου ἀφανὴς ἐγένετο. Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσεν Ἀρταῖος, ἕτερον ἔπεμψεν ἄγγαρον πολὺ μείζω τοῦ προτέρου καὶ δυνατώτερον· ἐπέστειλέ τε ἐν διφθέρᾳ, ῥίψαντα τὴν Βαβυλωνίαν ἀπάτην, ὀπίσω ἀποπέμπειν τὸν ἄνδρα παρ' ἑαυτὸν, ὃν ταῖς μουσουργοῖς τε καὶ εὐνούχοις παρέδωκεν, ἢ ὅτι τὴν κεφαλὴν αὐτὸς οὐχ ἕξει. Ταῦτα ἔγραψε, καὶ ἅμα ἐκέλευσε τῷ ἀνδρὶ, εἰ μὴ παραδῷ Νάναρος τὸν Παρσώνδην, λαβόμενον τῆς ζώνης ἄγειν αὐτὸν ἐπὶ θανάτῳ. Ἀφικομένου δὲ τοῦ δευτέρου ἀγγάρου εἰς Βαβυλῶνα, καὶ ταῦτα ἀπαγγείλαντος, ὁ Νάναρος, δείσας περὶ τῆς ψυχῆς, παραδώσειν τε ὑπέσχετο τὸν ἄνθρωπον, καὶ προσέτι, ἀπολογούμενος τῷ ἀγγάρῳ, πείσειν ἔφη βασιλέα, ὡς δικαίως μετῆλθεν ἄνδρα ἄρξαντα μεγάλης (20) ἀδικίας εἰς ἑαυτόν· πεπονθέναι γὰρ ἂν αὐτὸς ὑπ' ἐκείνου χαλεπώτερα, εἰ μὴ βασιλεὺς ὁ δεσπότης αὐτοῦ ὑπερέσχε (21) τὴν δεξιάν. Ἐκ τούτου ἐπὶ πότον ἐτράπετο καὶ συνουσίαν, ἑστιῶν τὸν ἄγγαρον. Καὶ τοῦ δείπνου παρακειμένου, εἰσεληλύθεσαν αἱ μουσουργοὶ, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα γυναῖκες (22), μεθ' ὧν ἦν καὶ Παρσώνδης. Καὶ αἱ μὲν ἐκιθάριζον, αἱ δ' ᾠδον, αἱ δὲ ἔψαλλον, ἐν πάσαις δὲ διέπρεπε μάλιστα Παρσώνδης καὶ κάλλει καὶ τέχνῃ, γυνὴ καὶ αὐτὸς νομιζόμενος. Καὶ ἐπειδὴ δείπνου ἄδην εἶχον, ἤρετο (23) ὁ Νάναρος τὸν ἄγγαρον, ἥτις αὐτῷ δοκεῖ πασῶν προφέρειν εὐμορφίᾳ τε καὶ εὐμουσίᾳ. Ὁ δ', οὐδὲν μελλήσας, ἔφη ἐκείνην, Παρσώνδην δεικνύς. Καὶ ὁ Νάναρος, κροτήσας τῷ χεῖρε, ἐγέλα ἐπὶ πολὺν χρόνον, καὶ εἶπε, « Ταύτην ἆρα καὶ βούλει ἔχων εἰς νύκτα ἀναπαύεσθαι; » Ὁ δὲ, « Πάνυ μὲν οὖν, » ἔφη. « Ἀλλ' οὐ δώσω, » εἶπεν ὁ Νάναρος. « Τί οὖν, ἔφη ὁ ἄγγαρος, ἐμοῦ πυνθάνῃ; » Μικρὸν δὲ διαλιπὼν, « Οὗτός ἐστιν, ἔφη, Παρσώνδης, ἐφ' ὃν ἥκεις. » Ἀπιστοῦντος δ' ἐκείνου (24), ὤμοσεν. Καὶ ὁ ἄγγαρος, « Θαῦμά μ' ἔχει, ἔφη, ὅπως ζῆν ὑπέμεινε γυναικιζόμενος ἀνὴρ ἄλκιμος, καὶ οὐ διεχρήσατο ἑαυτὸν, εἰ μὴ καὶ ἄλλους ἐδύνατο· πῶς δὲ ταῦτ' ἀνέξεται ὁ δεσπότης ἀκούσας; » Ὁ δὲ Νάναρος εἶπεν, « Ἐγὼ ῥᾳδίως αὐτὸν ἀναδιδάξω, ὡς οὐδὲν ἀδικῶ. » Τότε μὲν δὴ τοιαῦτα διελέγοντο, καὶ ἐκοιμήθησαν. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἐνθεὶς ὁ Βαβυλώνιος εἰς ἁρμάμαξαν Παρσώνδην ἀποπέμπεται σὺν τῷ ἀγγάρῳ. Ἐπεὶ δ' ἦκον εἰς Σοῦσα, ἔνθα ἦν ὁ βασιλεὺς, δείκνυσιν αὐτῷ ὁ ἄγγαρος (25) τὸν ἄνδρα. Καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον ὁ Ἀρταῖος ἐν ἀγνοίᾳ (26) γενόμενος, ἐπειδὴ ἑώρα ἀντ' ἀνδρὸς γυναῖκα γεγονότα, « Ὦ ταλαίπωρε, ἔφη, πῶς ὑπέμεινας ὧδε λωβηθῆναι, καὶ οὐ πρότερον ἀπέθανες; » Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, « Ἦ τοι ἀνάγκη, ὦ δέσποτα, καὶ θεῶν λέγεται κρείττων ὑπάρχειν. Ἐγὼ δὲ ἔτλην καὶ ἐκ τοιῶνδε παθημάτων ζῆν (27), ἵνα ἅμα μέν σε ἐγγένοιτό

potestate misit cum literis in membrana scriptis, quibus mandabat Nanaro, ut abjectis cavillationibus atque præstigiis Babylonicis, Parsondam, quem inter psaltrias atque eunuchos haberet, sibi quamprimum redderet, secus sciret, caput sibi demptum iri. Simulque angaro imperavit, si forte Nanarus Parsondam reddere detrectaret, ut arrepta et detracta zona eum ad supplicium abduceret. Igitur quum hic alter angarus Babylonem venisset, et cuncta, quæ in mandatis habebat, exposuisset, de salute sua metuens Nanarus, traditurum se hominem promisit, eoque amplius persuasurum se regi affirmavit, recte atque ordine fecisse se, qui hominem, a quo gravissima injuria lacessitus esset, ultus fuerit : quippe multo graviora ab illo se passurum fuisse, nisi rex præsidio sibi adfuisset. Inde ad epulas conversus angarum convivio excepit. Ac simul appositis dapibus introgressæ psaltriæ centum et quinquaginta mulieres (inter quas et Parsondas erat), aliæ citharam, aliæ tibia, aliæ psalterio ludere cœpere; sed formæ venustate et præstantia artis ceteras longe anteibat Parsondas, quem cuncti pro muliere habebant. Post finitas epulas Nanarus angarum interrogavit, quænam ex omnibus venustate ac psallendi arte excellere ei videretur. Qui, nihil cunctatus, Hæc, inquit, Parsondam demonstrans. Tum Nanarus manibus plaudere ac ridere diutissime; « Num etiam, inquit, tecum eam habere hac nocte velles? » Qui angarus, « Maxime, ait, cuperem. » « At tibi id non concedam, » inquit Nanarus. Quumque angarus subjecisset, « Cur ergo me, an vellem, interrogabas? » Nanarus, postquam paululum interquievit, « Hic, inquit, est Parsondas, quem petis. » Quod quum angarus credere haudquaquam vellet, jurejurando Nanarus affirmavit. Tum angarus, « Valde, ait, miror, quo pacto ut fortissimus se in muliebrem cultum emolliri sustinuit, nec sibi ipse, siquidem aliis non potuit, mortem conscivit. Quo autem modo dominus rex, id quum acceperit, laturus est? » « Ego vero, ait Nanarus, hoc meum factum non difficulter ei approbabo. » His tum dictis, uterque cubitum ivit. Postridie Parsondam currui impositum Nanarus cum angaro dimisit. Qui quum Susa pervenissent, qua in urbe rex degebat, angarus Parsondam regi ostendit. Sed Artæus, quum aliquando præ stupore obmutuisset (quippe pro viro mulierem videbat) tandem, « Qui, inquit, hominum miserrime, ejusmodi infamiam sustinuisti, nec te prius ex hac luce subduxisti? » Cui Parsondas, « Necessitati, ait, domine, deos etiam ipsos cedere aiunt. Ego vero tantis calamitatibus idcirco superesse sustinui, primum, ut te præsentem intueri, deinde, ut Nanarum tua ope ulcisci mihi liceret, quæ profecto nequaquam mihi mortuo contigissent. Proinde

habet accusativum ἄγγαρον. — 19. οὐδαμοῦ] Coray; καὶ οὐδαμοῦ conl. — 20. μεγάλης] Vales. μεγαπολλῆς cod., mox particulam ἂν post γὰρ inserui Coray. — 21. ὑπερέσχε] Coray; ὑπερέχοι cod. — 22. ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα] Hinc quoque Ctesiam agnoscis qui ita ap. Athenæum XII, p. 530, B : Κτησίας ἱστορεῖ Ἄνναρον τὸν βασιλέως ὕπαρχον καὶ τῆς Βαβυλωνίας δυναστεύοντα στολῇ χρῆσθαι γυναικείᾳ καὶ κόσμῳ· καὶ ὅτι βασιλέως δούλῳ ὄντι αὐτῷ εἰς τὸ δεῖπνον εἰσῆσαν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ψάλλουσαι καὶ ᾄδουσαι γυναῖκες. Ἔψαλλον δὲ αὗται καὶ ᾖδον ἐκείνου δειπνοῦντος. — 23. ἤρετο] Vales.; εἴρετο codex; mox τὰ χεῖρε idem. — 24. δ' ἐκείνου] editt., part. δὲ deest in cod. — 25. ὁ βασ... ὁ ἄγγαρος] utrumque artic. addidit Coray.; ἦν βασιλεὺς δείκνυσιν αὐτῶν ἄγγαρος cod. — 26. ἀγνοίᾳ] Vales.; ἀνοίᾳ cod. — 27.

μοι θεωρῆσαι, ἔπειτα δὲ Νάναρον τιμωρήσασθαι διὰ σοῦ, ἅπερ ἐμοὶ οὐκ ἂν ὑπῆρξε τετελευτηκότι· ἀλλὰ μή με, ἔφη, δέσποτα, ψεύσῃ τῆς ἑτέρας ἐλπίδος, ἀλλά μοι τὴν δίκην ἀπόδος παρ' ἀνδρὸς κακοῦ. » Καὶ ὁ Ἀρταῖος ὑπέσχετο, ἐπειδὰν εἰς Βαβυλῶνα ἀφίκηται. Οὐ πολλοῦ δὲ χρόνου ὅ τε Παρσώνδης ἀπέλαβεν τὴν ἀνδρείαν φύσιν, καὶ ὁ βασιλεὺς (28) ἀφίκετο εἰς Βαβυλῶνα· κατεβοᾶτό τε ὁσημέραι ὑπ' αὐτοῦ, ὅπως τιμωρήσεται τὸν Νάναρον. Καὶ ὃς ἦκε παρὰ βασιλέα, καὶ ἔφη δίκαια ποιῆσαι. « Πρότερος γὰρ ἐκεῖνος, οὐδὲν κακὸν παθών, ἐμὲ διέβαλεν, ἔφη, παρά σοι, ὡς με κτείνειάς τε καὶ τὴν Βαβυλῶνος ἀρχὴν αὐτῷ δοίης. » Ἀρταῖος δὲ ἔφη δικαιότερα Παρσώνδην αἰτεῖσθαι· χρῆναι (29) γὰρ μὴ σαυτῷ δικάζειν, μηδὲ τοιαύτας ἐξευρίσκειν δίκας, ἀλλὰ ἐμοὶ ἐπιτρέπειν τὴν κρίσιν· τέλος δέ σοι ἐς δεκάτην ἐξοίσω ἡμέραν τό σοι πρέπον. Ὁ δὲ Νάναρος, ταῦτα ἀκούσας, ἐν δεινῷ φόβῳ ἦν καὶ ἐπὶ Μιτραφέρνην (30) καταφεύγει, ὃς ἦν τῶν εὐνούχων δυνατώτατος, καὶ ὑπισχνεῖτο αὐτῷ χρυσίου τάλαντα δέκα, καὶ φιάλας χρυσᾶς δέκα, καὶ ἀργυρᾶς διακοσίας, καὶ [Παρσώνδῃ] ἀργυρίου (31) νομίσματος τάλαντα ἑκατὸν, καὶ ἄλλας ἐσθῆτας πολυτελεῖς, βασιλεῖ δὲ χρυσοῦ μὲν τάλαντα ἑκατὸν, καὶ φιάλας χρυσᾶς ἑκατὸν, ἀργυρᾶς δὲ τριακοσίας, ἀργυροῦ δὲ νομίσματος τάλαντα χίλια, ἐσθῆτάς τε παμπληθεῖς, καὶ ἄλλα πολλὰ [καὶ] καλὰ δῶρα, εἰ τὴν ψυχὴν αὐτῷ ἐξαιτήσειεν καὶ τὴν Βαβυλῶνος βασιλείαν παρὰ Ἀρταίου. Καὶ ὁ εὐνοῦχος ᾤχετο παρὰ βασιλέα, καὶ πολλὰ δεηθείς, ἅτε ὢν τιμῆς τῆς πρώτης, εἶπεν ὅτι οὐκ εἴη θανάτου ἄξιος ὁ ἀνήρ· οὐ γὰρ κτείνειε Παρσώνδην, ἀλλὰ ὑβρισθεὶς καὶ δεινὰ παθὼν ἀνθυβρίσειεν. « Εἰ δὲ καὶ θανάτου εἴη ἄξιος, ἐμοί, ὦ δέσποτα, δὸς, ἔφη, τὴν χάριν ταύτην καὶ τὴν παραίτησιν ὑπὲρ αὐτοῦ. Δώσει δὲ ὁ ἀνὴρ σοὶ μὲν τῷ δεσπότῃ πολὺν (32) χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, Παρσώνδῃ δὲ, ποινὴν ὧν ἔδρασεν, ἑκατὸν τάλαντα ἀργυρίου. » Πείθεται τούτοις ὁ βασιλεὺς, καὶ τοῦτο τὸ τέλος ἐκπέμπει Νανάρῳ. Καὶ ὁ μὲν προσεκύνησεν· Παρσώνδης δὲ, κινῶν τὴν κεφαλὴν, « Ὄλοιτο, ἔφη, ὁ πρῶτος χρυσὸν ἐξευρὼν εἰς ἀνθρώπων γένος· διὰ τοῦτο γὰρ ἐγὼ νῦν γέλως γέγονα ἀνδρὶ Βαβυλωνίῳ. » Καὶ ὁ εὐνοῦχος, αἰσθόμενος αὐτὸν βαρέως φέροντα, « Ὦ γαθὲ, ἔφη, παῦσαι ὀργιζόμενος, καί μοι πείθου, φίλος τε γίνου Νανάρῳ, ταῦτα γὰρ ὁ δεσπότης βούλεται. » Ὁ δὲ Παρσώνδης καιρὸν ἐτήρει ἀμύνασθαι, εἰ δύναιτο, τόν τε εὐνοῦχον καὶ Νάναρον, καὶ εὗρεν, καὶ ἠμύνατο. Ζήτει ἐν τῷ Περὶ στρατηγημάτων.

noli me altera spe frustrari, sed injuriæ mihi illat ab homine improbissimo pœnas repete. » Artæus, quum primum Babylonem venisset, sibi id curæ fore spopondit. Nec multo post et Parsondas pristinam fortitudinem recuperavit et Babylonem Artæus venit. Obstrepere igitur Parsondas ac quotidie regem interpellare, ut de Nanaro supplicium sumeret. Sed Nanarus regem quum adiisset, jure optimo a se id factum defendit. « Quippe ille nulla a me injuria lacessitus, inquit, gratuita apud te calumnia me appetiit prior, utque, me sublato, regnum Babylonis sibi donaretur, petivit. » Verum Artæus Parsondam nihil injusti petiisse dixit, illum vero in suamet ipsius causa arbitrum esse atque ejusmodi pœnas sumere minime debuisse, sed potius judicium regi permittere; porro se decimo die eam quam commeritus sit sententiam in eum laturum. His non mediocriter territus Nanarus ad Mitraphernem confugit, qui ex eunuchis summa apud regem gratia valebat, et illi quidem auri decem, argenti centum talenta, ad hæc phialas aureas decem, argenteas ducentas, ac [*Parsondæ*] centum argenti talenta et plurimam pretiosam vestem pollicetur; regi vero auri centum, argenti mille talenta, phialas aureas centum, argenteas trecentas cum pretiosa veste innumera aliisque quamplurimis muneribus daturum se spondet, dummodo salutem sibi ac Babylonis regnum incolume ab Artæo deprecetur. Igitur eunuchus recta ad regis cubiculum vadit, ac rege multum exorato (quippe maximo honore apud Artæum erat), docet nihil ultimo supplicio dignum a Nanaro admissum esse; neque enim Parsondam neci dedisse, sed gravissima adfectum injuria par pari reddidisse. « Quodsi vero etiam extremum supplicium commeritus est, rogo, domine, inquit, mihi ut veniam et absolutionem illius gratificari velis; dabit enim tibi quidem, domine, maximam auri argentique vim, Parsondæ vero pœnæ nomine argenti centum talenta. » His eunuchi sermonibus inductus rex, eam mulctam Nanaro dixit. Qua sententia ad se perlata, Nanarus regem veneratus est; at Parsondas renuens, « Male, inquit, pereat, qui primus aurum induxit in hominum commercium, quippe hujus metalli causa nunc homini Babylonio ludum ac jocum præbeo. » Eunuchus autem, ubi Parsondam graviter id ferre animadverteret, « Parsonda, inquit, suaserim tibi, ut iram omnem abjicias et cum Nanaro in gratiam redeas; ita enim dominus jubet. » Exinde Parsondas ulciscendi eunuchi ac Nanari opportunum tempus circumspicere atque observare cœpit, tandemque oblata opportunitate utrumque est ultus. *Cætera pete ex Strategematum excerptis.*

11.

Suidas. v. ἐξεκεκλήκει, ἐκ τοῦ δείπνου ἀνίστη· « Νυκτὸς δὲ γενομένης τοὺς οἰκέτας ἐξεκεκλήκει τοὺς Νανάρου. »

11.

Ἐξεκεκλήκει, a cœna evocavit : « Quum autem nox ingruisset, Nanari famulos evocavit. »

ζῆν] Coray.; ζῶν cod. Mox Corayus mavult : ἔπειτα δὲ καὶ Νάναρον. — 28. ὁ βασ.] ὁ add. Coray. — 29. χρῆναι] χρῆν reponi vult Bremius ap. Orelli. At sæpe sic cum directa indirecta oratio miscetur. — 30. Μιτραφ.] Orelli et Coray.; Μητραφ. vgo. — 31. ἀργυρίου] ἀργυροῦ edidit. Παρσώνδῃ vocem in cod. excidisse ex seqq. colligitur, monente Corayo. Mox αἰσθῆτας codex. — 32. πολὺν] πολὺν μὲν cod.

11. Suidæ locos duos ex Excerptis Περὶ στρατηγημάτων quæ in fr. antecedente laudantur petitos esse monuit Valesius.

Σφοδροῦ, λαμπροῦ, πολυδαπάνου. « Σφοδροῦ τε πότου γενομένου, ἐνεδρεύων ὁ Παρσώνδης αὐτὸς μὲν ὀλίγον ἔπινεν, ἐκείνοις δὲ πολὺν ἐγχεῖν τῷ θεράποντι ἐκέλευε. »

Σφοδροῦ, vehementis, sumptuosi. « Quum autem vehemens esset potatio, Parsondas convivis insidians ipse quidem paullum bibebat, illis vero multum ab famulo infundi jubebat. »

12.

Exc. De virt. : Ὅτι ὁ Στρυαγγαῖος (1) μετὰ τὴν ἀναίρεσιν Μαρμάρεω (2) τοῦ Σακῶν βασιλέως εἶχετο ἔρωτι Ζαρινάιας (3) σιγῇ πάλαι· κἀκείνη δὲ αὐτοῦ. Καὶ ἐπεὶ πλησίον γίνεται ὁ ἀνὴρ Ῥωξανάκης (4) τῆς πόλεως, ἔνθα Σάκαις τὸ βασίλειον ἦν, ὑπήντησεν αὐτῷ Ζαρινάια, καὶ θεασαμένη σὺν πολλῇ χαρᾷ ἐδεξιοῦτό τε αὐτὸν, καὶ ἐφίλησε πάντων ὁρώντων, εἵς τε τὸ ἅρμα αὐτοῦ μετενέβη (5), καὶ διαλεγόμενοι ἦκον εἰς τὸ βασίλειον. Ὑποδέχεται δὲ ἡ Ζαρινάια καὶ τὴν ἑπομένην αὐτῷ στρατιὰν λαμπρότατα. Ἐκ τούτου ἐπὶ (6) τὴν αὐτοῦ καταγωγὴν Στρυαγγαῖος ἀπελύετο, ὑποστενάζων διὰ τὸν Ζαρινάιας ἔρωτα. Οὐ καρτερῶν δὲ κοινοῦται τῷ πιστοτάτῳ τῶν εὐνούχων, οἳ συνείποντό οἱ. Ὁ δὲ (7) θαρρύνας αὐτὸν, παρῄνει τὴν πολλὴν ἀτολμίαν ῥίψαντα, αὐτῇ εἰπεῖν Ζαρινάιᾳ. Καὶ ὃς, πεισθείς, ἀναπηδήσας ᾤχετο παρ' αὐτήν· ἀσμένως δὲ ἐκείνης παραδεξαμένης αὐτὸν, πολλὰ διαμελλήσας καὶ στενάξας καὶ μεταβαλὼν τὸ χρῶμα, ἐτόλμησεν ὅμως, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν, ὡς δι' ἔρωτος εἴη σφοδροῦ καιόμενος τῷ πόθῳ αὐτῆς. Ἡ δὲ πρᾴως μάλα ἀναινομένη, καὶ ἑαυτῇ ἔφη τὸ πρᾶγμα ἐπαισχὲς εἶναι καὶ βλαβερὸν, κἀκείνῳ πολὺ αἴσχιον καὶ βλαβερώτερον, γυναῖκα ἔχοντι Ῥοιταίαν τὴν Ἀστιβάρα θυγατέρα, ἣν ἀκούειν (8) πολὺ καλλίω καὶ αὐτῆς εἶναι καὶ ἄλλων πολλῶν γυναικῶν. Δεῖν οὖν αὐτὸν μὴ πρὸς πολεμίους μόνον ἀνδρίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ τοιαῦτα, ἐπειδάν τι προσπέσῃ τῇ ψυχῇ· καὶ μὴ βραχείας τέρψεως χάριν, ἣν καὶ ἐκ παλλακίδων εἶόντ' ἔχειν, τὸν πολὺν ἀνιᾶσθαι χρόνον, εἰ αἴσθοιτο Ῥοιταία. Τοῦτ' οὖν μεθέντι ἔφη ἄλλο τι αἰτεῖσθαι· οὐδενὸς γὰρ ἀτυχήσειν παρ' αὐτῆς. Ὁ μὲν δὴ, τοιαῦτα εἰπούσης, ἐπὶ πολὺ ἥσυχος ἦν, αὖθις δ' ἀσπασάμενος αὐτὴν ἀπέρχεται, καὶ ἐν πλέονι (9) ἀθυμίᾳ ἦν, πρός τε τὸν εὐνοῦχον ὠδύρετο. Τέλος δὲ γράψας εἰς διφθέραν ἐξώρκωσε τὸν εὐνοῦχον, ἐπειδὰν

12.

Post Marmaris Sacarum regis cædem Stryangæus, qui jam pridem Zarinææ amore secretius flagrabat, tunc multo magis exarsit, neque secius Zarinæa Stryangæi amore capta erat. Igitur quum Stryangæus haud procul ab urbe Roxanace esset, in qua Sacarum regia erat, Zarinæa obviam progressa eum maxima hilaritate excepit, atque in conspectu omnium exosculata in currum illius transcendit. Ita ambo inter se colloquentes palatium introierunt. Sed et cunctas Stryangæi copias Zarinæa excepit splendidissime. Inde in ædes sibi paratas Stryangæus ob Zarinææ amorem identidem suspirans se recepit. Qui quum amoris impotentia vinceretur, eunucho cuidam, omnium, quos secum habebat, fidelissimo, rem aperit. Ille confirmato Stryangæo suadet, abjecta ut omni verecundia ipsi Zarinææ amoris vim fateatur. Itaque Stryangæus eunuchi hortatu extemplo ad Zarinæam se contulit; a qua benigne exceptus, post multas cunctationes ac suspiria, colore vultus subinde commutato, tandem confirmatus Zarinææ exponit, se illius amore ac cupidine penitus deperire. Sed Zarinæa leni quadam ac miti repulsa quum sibi damnosum id ac turpe facinus fore respondit, tum longe ipsi probrosius ac periculosius, qui Rhœtææam Astibaræ filiam in matrimonio haberet, mulierem, ut auditu acceperit, multo omnium pulcherrimam; porro ipsum non in bello solum adversus hostem, sed etiam contra ejusmodi cupiditates obfirmato animo esse debere, neque voluptatis brevissimæ causa, quæ vel ex pellicibus percipi posset, in diuturnas ruere calamitates, si quidem id senserit Rhœtæa; proinde orare, ut, hoc seposito, quidvis aliud posceret, nullius enim rei repulsam laturum. Hoc Stryangæus responso accepto quum diu tacitus mansisset, tandem reginam osculatus discessit et longe majori, quam antea, ægritudine perculsus, coram eunucho gemitus edere cœpit. Postremo literis ad Zarinæa in membrana exaratis, eunuchum sacramento adegit, post-

« Sumpta autem de Nanaro ultione (Valesius ait) Parsondas ad Cadusios confugit, a quibus dux creatus bellum grave et diuturnum intulit Artæo regi Medorum, ut ex Ctesia scribit Diodorus Siculus II, 23. »

12. *Cod. Turon. fol.* 228, 28 *r.* — 228, 32 *vso.* Post Artæum, de quo in fr. antecedente sermo erat, apud Medos regnavit per annos viginti duos Artynas, cui deinde successit Astibaras. Sub hoc quum a Medis Parthi ad Sacas defecissent, bellum inter Sacas Medosque conflatum est. Committitur prœlium. Inter prœliantes eminet Sacis mulier, Marmarae regis uxor, venustissima. Vulneratam Stryangæus, Medorum regis gener, insequitur, attingit, de equo deturbat, at precibus ejus motus incolumem dimittit. Paullo post Stryangæus a Marmara captus destinatur supplicio. Deprecatur pro eo Zarina. Non obtemperante Marmara, cæde mariti redimit salutem servatoris sui; cum Medis pangit fœdus amicitiæ, regnumque iis tradit. Sequuntur quæ nostro loco legimus. Antecedentia delibavi e Diodoro II, 34; Anonymo De claris mulierib. c. 2, Demetrio De elocut. § 218, Tzetze Hist. XII, 824. Qui omnes laudant Ctesiam (fr. 25-28), quem Nicolaus quoque sequitur. — 1. Στρυαγγαῖος] sic etiam Anonym. De mul. l. l., nisi quod codex ibi pro Στρυαγγαίου exhibet τοῦ ἀγγαίου; Demetrius l. l. : Στρυάγλιος, Tzetzes l. l. : Στρυάλιος. — 2. Μαρμάρεω] Μερμέρου Anonymus. Deinde Σακῶν Valesius scripsit pro Θρᾳκῶν, quod codex præbet. — 3. Ζαρινάιας] sic etiam Anonymus; Ζαρίναν dicit Diodorus. — 4. Ῥωξανάκης] Cf. Stephan. Byz. : Ῥοξονοχαία, πόλις· τὸ ἐθνικὸν Ῥοξονοχαῖος καὶ Ῥοξονοχαιάτης καὶ Ῥοξονοχαιανός. Aliunde de urbe non constat. Articulum ante ἀνὴρ addidit Coray. — 5. μετενέβη] Malim cum Bremio μετανέβη. — 6. ἐπὶ] sic cod.; εἰς editt. — 7. συνείποντό οἱ. Ὁ δὲ θαρρ.] σ. οἷα δὲ θ. codex; ὁ δὲ οἷα δὴ editt.; οἷα δὴ ejici voluit Coray. — 8. ἀκούειν] Val.; ἀκούει cod. — 9. πλέονι] cod., πλείονι editt. —

αὐτὸν διαχρήσηται, μηδὲν προκατειπόντα, τὴν διφθέραν ἀποδοῦναι Ζαριναίᾳ. Ἐγέγραπτο δὲ, « Στρυαγγαῖος Ζαριναίᾳ λέγει τάδε· Ἐγὼ μέν σε ἔσωσά τε καὶ τῶν νῦν παρόντων ἀγαθῶν αἴτιος γέγονα· σὺ δέ με ἀπέκτεινας καὶ πάντων ἀνόνητον πεποίηκας. Εἰ μὲν οὖν σοι ταῦτα πέπρακται δικαίως, σύ τε (10) πάντων τύχοις τῶν ἀγαθῶν καὶ εἶης μακαρία· εἰ δὲ ἀδίκως, σύ τε τοῦ αὐτοῦ πάθους ἐμοὶ πεῖραν λάβοις· σὺ γάρ (11) μοι παρήνεσας τοιοῦτον γενέσθαι. » Ταῦτα γράψας ὑπὸ τῷ προσκεφαλαίῳ τίθησι, καὶ εἰς ᾅδου ἀπιὼν ἀνδρείως τὸ ξίφος ἥτει. Ὁ δὲ εὐνοῦχος ****.

[Δείπουσι δύο σελίδες.]

Suidas v. ὠμή : « Δέδοικα μὴ δόξῃς ὠμή τις εἶναι δεινῶς οὕτω τιμωρουμένη, » Νικόλαος Δαμ. φησί.

13.

Etym. M. p. 180, 43 : Ἀχαιμένης, ὁ ἥρως, ἀφ' οὗ καὶ οἱ Πέρσαι Ἀχαιμενίδαι· γέγονεν υἱὸς Περσέως· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ εἶναι τὸν προπάτορα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς Ἀχαΐας. Οὕτω Νικόλαος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἱστοριῶν.

[ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ Γ'.]

14.

Exc. De insid. : Ὅτι Ἀμφίων καὶ Ζῆθος οἱ τῆς

quam se interfecerit, extemplo Zarinææ literas redditurum, priusquam de ejus morte palam faciat. Nimirum literæ erant ejusmodi : « Stryangæus Zarinææ S. Ego te quum servaverim ac præsentis felicitatis tuæ auctor fuerim, a te sum neci datus, nec collata in te beneficia quicquam mihi profuere. Quodsi id tuum facinus ab omni culpa absit, in summa felicitate ævum degas; sin culpa haud vacas, opto, eundem ut affectum, quem ego, experiare; quandoquidem tu me, ut ejusmodi essem, cohortata es. » His literis sub pulvino collocatis, Stryangæus forti animo e vita discessurus gladium poposcit. Sed eunuchus***

[*Excidit folium.*]

« Vereor ne videaris crudelis esse, quæ tam atrox supplicium sumas. » Verba sunt Nicolai Damasceni.

13.

Achæmenes heros a quo Persæ Achæmenidæ dicti, filius fuit Persei (*Persæ*). Nomen vero inde accepit, quod (Perseus) avus Achæmenis ex Achaia oriundus erat. Ita Nicolaus Historiarum libro secundo.

[E LIBRO III.]

14.

Amphion et Zethus, quos in itinere Antiope pepererat,

---

10. σύ τε] Coray.; σὺ δὲ cod. Mox εἰης Coray. pro lect. cod. ᾖς. Cf. Demetrius De elocut. l. l. : Ἐρασθεὶς τῆς γυναικὸς, ἀπετύγχανεν· ἐδέδοκτο μὲν αὐτῷ ἀποκαρτερεῖν· γράφει δὲ πρότερον ἐπιστολὴν τῇ γυναικὶ μεμφόμενος τοιάνδε· « Ἐγὼ μὲν σὲ ἔσωσα, καὶ σὺ μὲν δι' ἐμὲ ἐσώθης· ἐγὼ δὲ διὰ σὲ ἀπωλόμην. » — 11. σὺ γὰρ κτλ.] Sic locum adornavit Coray. Codex : ἀλλὰ γάρ μοι παρήνεσας τοιοῦτον γενέσθαι. Ταῦτα γράψας ὑπὸ τῷ προσκ. τίθησι, εἰς ᾅδου ἀπιὼν ἀνδρείως, σὺ γάρ μοι παρήνεσας τοιοῦτον γενέσθαι, καὶ τὸ ξίφος ἥτει. — Quæ e Suida subjecimus eunuchi verba sunt ad Zarinæam, monente Valesio.

13. Quæ h. l. leguntur Nicolaus in Meiorum historiis, nescio quo ejus loco, attulisse putandus est. Ex Ctesia vix fluxerint, sed ex græcissante logographo, ex Hellanico, suspicor, assumpta sunt. *Achaiam*, Persei Acrisio nati patriam, intellige Ἄργος Ἀχαϊκόν. Ceterum Persei filius apud reliquos scriptores (Herodot. VII, 61, Apollodor. II, 4, 5; Tzetzes ad Lycophr. 838 etc.) non Περσεὺς, sed Πέρσης dicitur, excepto loco Hellanici apud Stephan. Byz., ubi : Ἀρταία, Περσικὴ χώρα, ἣν ἐπόλισε Περσεὺς, ὁ Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας. Sed fortasse utroque loco scriba peccavit. De Achæmene ut Cyri avo regiaque Persarum stirpis auctore, ex Herodoto VII, 11. I, 122 constat; de Achæmene Persæ filio nihil reperi præter locum memorabilem schol. ad Dionys. Perieg. 1053 : Πέρση (l. Περσεῖ) ἐξ Ἀνδρομέδας γίνεται υἱὸς, ὃν ὁ πάππος Κηφεὺς παρ' ἑαυτῷ τρέφων Πέρσην ὠνόμασε, καὶ τελευτῶν αὐτῷ κατέλιπε τὴν τῶν Κηφήνων ἀρχήν. Χαλδαῖοι δὲ ἐπιθέμενοι αὐτῷ ἐξήλασαν τῆς χώρας. Ὁ δὲ τῶν Κηφήνων οὐκ ὀλίγους ἐπαγόμενος ἀπῆλθεν εἰς τὸ Ἀργείων ἔθνος, καὶ στασιάζοντας εὑρὼν προσθέμενός τε θατέροις κρατεῖ, καὶ Πέρσας ἀφ' ἑαυτοῦ ὀνομάζει. Καὶ ἔσχεν υἱὸν Ἀχαιμενέα, ἀφ' οὗ Ἀχαιμενίδαι οἱ Πέρσαι ἐκλήθησαν. In his vox Ἀργείων ferri nequit. Reponendum censeo Ἀρταίων. Nam *Artæorum* regionem Perseum urbibus frequentasse ex Hellanico modo vidimus. *Hellanici* autem esse ea quæ scholiasta affert colligo ex loco Stephani Byz. : Χαλδαῖοι οἱ πρότερον Κηφῆνες... Ἑλλάνικος δέ φησιν ἐν πρώτῳ Περσικῶν οὕτω (sic cod. Vrat.; vg. ὅτι)· « Κηφέως οὐκέτι ζῶντος, στρατευσάμενοι ἐκ Βαβυλῶνος ἀνέστησαν ἐκ τῆς χώρας, καὶ τὴν Χογὴν ἔσχον (ἔχον cod. Vrat.). ** οὐκέτι ἡ χώρα Κηφηνίη καλέεται οὐδὲ οἱ ἄνθρωποι οἱ ἐνοικοῦντες Κηφῆνες, ἀλλ' Χαλδαῖοι. » De re aliunde non constat. Ceterum Stephani locus mutilus. Pro Χογὴν Salmasius ad Solin. p. 1226, B reponi jussit Κωχήν. Etenim Κωχὴν vicum ad Tigridem prope Seleuciam situm memorat Stephanus ex Arriani libro decimo (sc. τῶν Παρθικῶν). Postea e vico facta urbs est, quæ apud citerioris ævi scriptores (Greg. Nazianz. or. 2 in Jul. p. 203, Ammian. 24, 8. cf. Eutrop. 9, 18) Κωχὴ nominatur. *Cauchios campos* in his regionibus memorat Plinius H. N. VI, 31. At num nomen istius vici in Hellanici narrationem inferendum sit, magnopere dubito. Malim scribere : τὴν Κηφηνίην, vel τὴν Κηφ. γῆν. Nam mentionem Cepheniæ factam esse arguunt quæ sequuntur : [Ἐκ τούτου δὲ vel tale quid] οὐκέτι ἡ χώρα Κηφηνίη καλέεται. Igitur secundum Hellanicum Κηφῆνες et Ἀρταῖοι non erant ejusdem populi nomina diversa (ut ap. Herodot. VII, 61 : ἐκαλέοντο, sc. οἱ Πέρσαι, ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Κηφῆνες, ὑπὸ μέντοι σφέων αὐτῶν καὶ τῶν περιοίκων Ἀρταῖοι), sed ita inter se juncti erant, ut Cephenes victores essent ordo optimatium et principum in Artæorum populo. [Artæos vero eosdem esse atque *Arios* (i. e. *Medos*, teste Herodoto VII, 62) censent viri rerum harum peritissimi Lassenius, Benfeyus, Müllerus, quos vide ap. Forbiger. *Geogr.* II, p. 575 not.]

14. *Cod. Escorial. fol.* 76, 16 *vso.* — 77, 1 *r.* De re præ ceteris v. Apollodor. III, 5, 5; Pausan. II, 6, 4; IX, 5, 6; Hygin. fab. 7. 8; schol. Apoll. IV, 1090; Palæphatus ap. Malalam p. 45 sqq. ed. Bonn. Nullus horum cum altero pror-

Ἀντιόπης υἱοὶ, γεννηθέντες καθ' ὁδὸν (1) ἐξετέθησαν. Λύκου δὲ τῆς βασιλείας ἐκπεσόντος, καὶ Λαΐου ἤδη βασιλέως καταστάντος ὑπὸ Καδμείων, Ζῆθος καὶ Ἀμφίων ἐφοίτων ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος εἰς Θήβας πρὸς τὸν Λύκον καὶ τὴν μητέρα· καὶ ἤδεσαν οἷα πάσχει καὶ ἥτις εἴη, οὐ μέντοι μόνοι ἐδύναντο ἀφικέσθαι εἰς λόγους· εἴργετο (2) γὰρ τὰ πολλὰ ὑπὸ τῆς Δίρκης. Λαΐου δὲ βασιλεύοντος, ἀφικομένοις εἰς τὸν Λύκου κῆπον ἡ μήτηρ αὐτῶν Ἀντιόπη ὑδρευομένη διψῶσι τὸν γαυλὸν προσσχοῦσα πιεῖν ἔδωκεν καὶ μονωθεῖσα ὠδύρετο τὰς πάθας, προπεπυσμένη ὅτι παῖδές εἰσιν αὐτῆς, ἱκέτευέ τε ἀμφιπίπτουσα τὴν μητέρα κακῶν ἐξελέσθαι, ἐδήλωσέ τε ὅτι ταῦτα πάσχοι διὰ τὸν ἐκείνων τόκον. Οἱ δ' ἐπεὶ πάντα ἔγνωσαν, ἀχθόμενοι τοῖς κακοῖς τῆς μητρὸς, Λύκον εὐθέως ἀπέκτειναν, καὶ Δίρκην καταλεύσαντες εἰς ποταμὸν ἔρριψαν, ὃς ἀπὸ τοῦ πάθους Δίρκη καλεῖται. Λαΐος δ' αὐτοῖς συνέγνω ταῦτα δράσασι, καὶ τὸν Λύκου καὶ Νυκτέως οἶκον ἔδωκεν ἀνθ' ὧν ἠδίκηντο. Καὶ οὕτω μητέρα ἐρρύσαντο.

expositi sunt. Postea ubi Lycus regno exciderat et Laium Cadmei regem jam constituerant, Zethus et Amphion e Cithærone itabant ad Lyci domum, ut matrem viserent. Noverant enim quæ illa esset et quæ pateretur; attamen in colloquium soli cum sola venire hucusque non potuerant, quoniam inclusa utplurimum mater a Dirce detinebatur. Regnante autem Laio quum ad hortum Lyci quondam venissent, Antiope mater aquam hauriens sitellam ad bibendum ori sitientium admovet, et quum sola esset, de ærumnis suis conqueritur. Nam ipsa quoque illos filios suos esse jam compererat. Atque supplex eos amplexa precabatur, ut malis istis se eximerent, et hæc se perdurare dicebat, quod ipsos perisset. Illi, re omni cognita, sortem matris ægre ferentes, Lycum confestim occidunt, atque Dircen lapidibus obrutam in fluvium conjiciunt, cui Dirces nomen a casu isto inditum. Laius vero facinus hoc condonavit, et domum Lyci Nycteique iis dedit, injurias quas passi essent dono hoc compensaturus. Atque sic illi matrem liberarunt.

15.

Ibid. : Ὅτι βασιλεύοντι τῷ Λαΐῳ καὶ γήμαντι Ἐπικάστην παῖδες οὐκ ἐγίνοντο. Τούτων ἕνεκα εἰς Δελφοὺς χρησόμενος τῷ μαντείῳ ἀφίκετο. Ὁ θεὸς δὲ αὐτῷ ἔχρησε παῖδα ποιήσεσθαι (1) ὅστις αὐτὸν ἀποκτείνας τὴν μητέρα γυναῖκα ἕξει. Μετὰ δὲ τὸν χρησμὸν γίνεται τῷ Λαΐῳ κόρος, ὄντινα εὐθὺς γενόμενον ἀπέθετο ἐν Κιθαιρῶνι, ὅπως ἂν φθαρείη. Βουκόλοι δὲ Πολύβου τοῦτον ἀνείλοντο· λέγεται δὲ ὁ Πόλυβος Ἑρμοῦ εἶναι· ὃν ἐφευρόντες ἀπεκόμισαν τῷ δεσπότῃ. Ὁ δὲ λαβὼν ἔτρεφεν ὡς ἂν αὐτοῦ γενόμενον, Οἰδίπουν ὀνομάσας· ᾠδει γὰρ τοὺς πόδας ὑπὸ σπαργάνων (2). Περιόντι δὲ τῷ χρόνῳ ἐπεὶ ἀνὴρ ἐγένετο, ἐπὶ ζήτησιν ἵππων εἰς Ὀρχομενὸν ἀφικνεῖται τῆς Βοιωτίας, καί πως αὐτῷ Λαΐος ἀπαντᾷ, θεωρὸς εἰς Δελφοὺς βαδίζων μετὰ τῆς γυναικὸς

15. Quo nomine Laium Cadmi regem jam constituerant, Zethus et Amphion e Cithærone itabant ad Lyci domum, ut matrem viserent. Noverant enim quæ illa esset et quæ pateretur; attamen in colloquium soli cum sola venire hucusque non potuerant, quoniam inclusa utplurimum mater a Dirce detinebatur. Regnante autem Laio quum ad hortum Lyci quondam venissent, Antiope mater aquam hauriens sitellam ad bibendum ori sitientium admovet, et quum sola esset, de ærumnis suis conqueritur. Nam ipsa quoque illos filios suos esse jam compererat. Atque supplex eos amplexa precabatur, ut malis istis se eximerent, et hæc se perdurare dicebat, quod ipsos perisset. Illi, re omni cognita, sortem matris ægre ferentes, Lycum confestim occidunt, atque Dircen lapidibus obrutam in fluvium conjiciunt, cui Dirces nomen a casu isto inditum. Laius vero facinus hoc condonavit, et domum Lyci Nycteique iis dedit, injurias quas passi essent dono hoc compensaturus. Atque sic illi matrem liberarunt.

15.

Laio regi ex Epicaste uxore non nascebantur liberi. Proptorea Delphos ut oraculum consuleret est profectus. Respondit vero deus fore ei filium, qui ipsum interfecturus deinde et matrem suam uxorem habiturus sit. Atque post dei responsum nascitur Laio puer, quem vix editum exposuit in Cithærone monte, ut ibi periret. At bubulci Polybi, quem Mercurii filium perhibent, sustulerunt eum et repertum infantem attulerunt ad dominum, qui, quasi ipso genitus esset, eum nutrivit, Œdipumque vocavit quod pedes fasciarum involucris tumentes habebat. Labente tempore ubi vir evaserat, ad equos quærendos Orchomenum, quæ in Bœotia urbs est, profectus est; ac forte obviam ei fit Laius, qui ad Delphicum oraculum una cum Epicaste

---

sus concinit. Nicolaus propius accedit ad Apollodorum. Propria habet hæc : primum quod Laium jam regnasse ait, pulso Lyco. Apud Apollodorum Lycus regni anno vicesimo a Zetho et Amphione interfectus est. Deinde de ratione qua Antiope cum filiis in colloquium venerit, aliter plane narrat Apollodorus. Denique quæ de nece Dirces leguntur a vulgari traditione recedunt. — 1. καθ' ὁδὸν] καθοδοῦ codex. Scripsi ex usu loquendi. Quamquam erunt, qui tueantur genitivum. De re cf. Pausan. VI, 6, 6 : ὡς ἐς Θήβας (Sicyone) ἦγετο τὴν ἀπ' Ἐλευθερῶν, ἐνταῦθα καθ' ὁδὸν τίκτει. Apollodor. l. l.; Ῥασβίαν vicum affert Palæphatus. Ceterum primam narrationis partem ab excerptore in breve contractam esse patet. — 2. εἴργετο] εἶρητο codex.

15. *Cod. Escorial. fol.* 77, 1-23 *R.* Quo notior est Œdipus tragicorum, tanto pauciora de priscis fabulæ rationibus comperta habemus. Quare nostra narratio, quæ a decantata illa longe recedit, admodum memorabilis est. Equidem et hæc sicuti alia plurima, quæ de mythicis Græciæ temporibus apud Nicolaum leguntur, ex Hellanico, quem in multis narrationes usu sancitas deseruisse novimus, petita esse suspicor. Logographus sua hauserit vel ex Minyade poesi, vel ex Chersiæ Orchomenii carminibus, vel e Callippi Corinthii De Orchomeniis libro. Certe Minyarum fabulam nostra narratione exprimi dubium non est. Spondet hoc tum Orchomeni tum loci mentio, quo Laium Œdipus occiderit. Etenim quum vulgo in Σχιστῇ, quæ Daulidem inter et Delphos est, vel uti Æschylus dixerat, apud Potnias (v. schol. ad Sophocl. O. R. 733. Müller. *Min.* 37) res accidisse perhibeatur, Noster Œdipum Laio obviam factum esse dicit ad Laphystium montem, qui inter Orchomenum et Lebadeam est paucis stadiis a Lebadea distans. Ibi vero locorum est Hercyna, fons Cereris Orcinæ et ad inferos descensus Trophonius et cultus Jovis Laphystii, qui quasi cardo est fabularum præcipuarum, quas apud Minyas viguisse scimus (v. Müller. *Min.* passim et *Eumenid.* p. 139. 144). Sponte intelligitur quam præclare hæc scena facinori Œdipi sit accommodata. Verbo etiam moneo uxorem Laii dici *Epicasten*, uti apud Homerum est (Od. XI, 271). Idem nomen etiam in Lebadensium cultu occurrit. Nam Epicasten matrem Τροφωνίου σκοτίου fuisse Charax refert ap. schol Arist. Nub. 508. — 1. ποιήσεσθαι] ποιήσασθαι codex. Mox pro ἀπέθετο codex : ἀπίδοντο, et pro γενόμενον habet γενομένου. — 2. σπαργάνων] Cf. schol. ad Eur. Phœn. 26 : Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν σπαργάνων

Ἐπικάστης. Ὁ δὲ κῆρυξ, ὅστις συνῆν αὐτοῖς, ἐκέλευσε προϊὼν τὸν Οἰδίπουν εἶξαι τῷ βασιλεῖ τῆς ὁδοῦ. Ὁ δὲ ὑπὸ μεγαλοφροσύνης τῷ ξίφει πλήξας αὐτὸν καὶ Λάϊον ἐπιβοηθοῦντα ἀπέκτεινε, τῆς δὲ γυναικὸς οὐχ ἥψατο. Ταῦτα δὲ πράξας ἀνέφυγεν εἰς τὸ ὄρος καὶ ἐν τῇ ὕλῃ ἀφανὴς ἐγένετο. Ἐπικάστη δὲ ὀλίγον ὕστερον, ἀφικομένων τῶν θεραπόντων, ἐζήτει τὸν φονέα τοῦ Λαΐου· ἐπεὶ δὲ οὐχ εὑρίσκετο, θάψασα αὐτόθι ἐν Λαφυστίῳ Λάϊόν τε καὶ τὸν κήρυκα, ἵναπερ καὶ ἀπέθανον, ἐπανῆλθεν εἰς Θήβας. Ὁ δὲ Οἰδίπους ἐκ τοῦ Ὀρχομενοῦ εἰς Κόρινθον παρὰ Πόλυβον ἀφίκετο, καὶ τὰς ἡμιόνους τοῦ Λαΐου, ἤλαυνε γὰρ καὶ ταύτας, ἀγαγὼν Πολύβῳ ἔδωκεν, καὶ λευκαδῖ (3) συνῆν, καὶ ὡς πάλαι πατέρα αὐτὸν ἐνόμιζεν.

16.

Exc. De virt. : ** εἴτε Βελλεροφόντης, εἴτε τὸ θηρίον ἀποθάνοι. Κτείνει δ' οὖν τὴν Χίμαιραν ὁ Βελλεροφόντης, καὶ τὴν Λυκίαν ἐλευθεροῖ τῶν φόβων. Ἀγασθεὶς δ' αὐτοῦ τὸ γενναῖον Ἀμφιάναξ, τήν τε θυγατέρα ἔδωκε καὶ [τὴν] βασιλείαν ἔχειν. Μετὰ δὲ ταῦτα, Σθενεβοίας ἀπαγξαμένης, ἀνάπυστος ὁ ἔρως ἐγένετο, καὶ ἡ Βελλεροφόντου δικαιοσύνη· καὶ ὁ Προῖτος αὐτῷ ὑπέχειν δίκας ἕτοιμος ἦν.

17.

Exc. De insid. : Ὅτι ἐπὶ Περσέως (1) ταῦτα ἐγένετο. Τάνταλος ὁ Τμώλου, ἀφ' οὗ τὸ ὄρος ὁ Τμῶλος ἐν Λυδίᾳ καλεῖται, πόλεμον ἔχων πρὸς Ἶλον τὸν Τρῶα Φρυγῶν βασιλέα, ἡττηθεὶς μάχῃ ἐκλείπει τὴν χώραν (2)· μέλλων δὲ εἰς Πελοπόννησον ἐξοικίζεσθαι, αὐτὸς μὲν ὑπὸ γήρως ἐν Λυδίᾳ ἔμεινεν, τὸν υἱὸν δὲ Πέλοπα σὺν στρατῷ ἔπεμψεν εἰς τὴν γῆν. Ὁ δὲ ἐπεὶ ἀφίκετο [ὑπὸ] πολλῷ (3) πλούτῳ τὴν ἀδελφὴν Νιόβην ἄγων, ὁρμηθεὶς τὸ τελευταῖον ἐκ Σιπύλου, ταύτην μὲν ἔδωκεν Ἀμφίονι τῷ Θηβαίῳ, αὐτὸς δὲ τῆς Πελοποννήσου ἦλθεν εἰς Πίσαν, ἔνθα ἐβασίλευσεν Οἰνόμαος θυγατέρα ἔχων Ἱπποδάμειαν, ἣν ἄλλοι τε ἐμνῶντο καὶ δὴ καὶ Μυρτίλος ὁ Ὑπερόχου (4), συγγενὴς Οἰνομάου. Ταύτης ὁ πατὴρ ἐρῶν οὐδενὶ ἤθελε καταινεῖν πρὸς γάμον· ἡ δ' ἀναινομένη ἔφευγε (5) τὸν πατέρα. Ὡς δὲ ἦλθεν εἰς

uxore contendebat. Præco, qui cum iis erat, progrediens Œdipum de via cedere jubet. Ille vero qua erat animi superbia, gladio feriens præconem et auxiliantem ei Laium occidit, a muliere autem manum abstinuit. Quibus peractis in montem aufugit, ubi silva absconditus conspici amplius non poterat. Epicaste vero paullo post, ubi famuli advenerant, quæri jubet Laii percussorem, et quum ille reperiri non posset, Laium et præconem eo ipso loco quo ceciderant in Laphystio sepelivit Thebasque est reversa. Œdipus vero Orchomeno Corinthum rediit atque mulas Laii (nam has quoque agebat) Polybo tradidit et cum Leucade versabatur et sicuti antea Polybum patrem suum esse opinabatur.

16.

.. seu Bellerophon, seu Chimæra intereat, lucro cessurum ratus. Sed quum Bellerophon Chimæram confecisset, ac maximo metu Lyciam liberasset, fortitudinem juvenis miratus Amphianax, et filiam et regnum dotis nomine ei tradidit. Nec multo post, quum Sthenobœa laqueo sibi fauces fregisset, et nefarius amor mulieris et Bellerophontis innocentia detecta est; quin etiam Prœtus ipsi satisfacere erat paratus.

17.

Sub Perseo evenerunt hæc. Tantalus, Tmoli, a quo Tmolus mons Lydiæ nomen habet, filius, ab Ilo Trojano Phrygum rege prœlio victus, relicta patria in Peloponnesum sedes transferre instituit; et quum ipse senio manere in Lydia cogeretur, Pelopem filium cum exercitu illuc ablegavit. Is vero cum multis opibus Nioben sororem secum ducens, ubi demum a Sipylo profectus esset, hanc quidem Amphioni Thebano elocavit, ipse autem in Pisæ regionem Peloponnesiacam venit, ubi Œnomaus regnabat, pater Hippodamiæ, cujus nuptias ambiebant tum alii tum vero etiam Myrtilus, Hyperochidæ filius, Œnomai cognatus. At quum ipse pater filiam deperiret, nemini eam in matrimonium despondere volebat. Quamquam Hippodamia aversata patris

---

φασὶν αὐτὸν ἐξωθῆκέναι ἐκ ταυτομάτου τὼ πόδε. — 3. λευκαδῖ] sic codex. Num Λευκάδι? id nomen muliebre e Caylo in *Recueil*, vol. II, tab. 52, 2 affertur in Steph. Thes. An καὶ τὰ σκεύη ἃ συνῆν, seu τὰ ποικίλα ἃ συνῆν ἅρματα? An καὶ διετέλει συνών, conjecit doctissimus noster Piccolo.

16. *Cod. Turon. fol.* 229, 1-3 *r.* Primam narrationis partem supplere licet e Diodori Exc. De insid. fr. 1, nisi quod ibi *Iobates* dicitur, qui nostro fragm. est *Amphianax*. Quæ nominis diversitas etiam apud alios occurrit.

17. *Cod. Escorial. fol.* 77, 33 *r.* — 77, 22 *vso.* Hæc quoque a vulgo fabularum differunt. — 1. Ἐπὶ Περσέως τ. ἐ.] Hinc colligis auctorem tempora rerum Peloponnesiacarum ad seriem regum Argivorum revocasse, vel Pelei historiam u. l. narratam propterea afferri, ut historiam de Argivo Pelopidarum regno introduceret. Pro Τρῶα fort. scr. Τρωός. — 2. Aliter Pausanias II, 22, 2 : οὐδὲ ἀνάγκη συνέπεσεν ἐκ τῆς Σιπύλου φυγεῖν αὐτὸν (Τάνταλον), ὡς Πέλοπα ἐπέλαβεν ὕστερον, ἐλαύνοντος Ἴλου τοῦ Φρυγὸς ἐπ' αὐτὸν στρατιᾷ. Cf. tamen V, 13, 7. — 3. ὑπὸ] vocem supplevi. — 4. Ὑπεροχίδου] ὑπερχίδου codex. Vulgo Myrtilus filius est Mercurii. Jove natum dicit schol. Eur. Or. 1002. Quod reposui nomen occurrit inter Elenses heroes ap. Homer. Il. λ, 672, ubi Ὑπειροχίδης dicitur Itymoneus Elensis a Nestore occisus. Cetera cum nostris componendus est Tzetzes ad Lycophr. 149, ubi Œnomaus *Hyperochi* et Steropes filius dicitur. Myrtili nomen in codice scribitur bis Μυρτίλος sicuti debet, semel Μύρτιλος, ter Μυρτῖλος. — 5. ἔφευγε] ἔφυγε codex. De Œnomao filiam deperiente cum Nostro faciunt Tzetzes ad Lyc. 156, Hygin. fab. 253, Lucian. Charidem. c. 19.

Πίσαν ὁ Πέλοψ ὑπὸ πολλῷ στρατῷ, πέμψας Μυρτίλον Οἰνόμαος (8) πρὸς αὐτὸν, ἐπυνθάνετο, ὅτου χάριν ἀφίκοιτο· προσεδόκα δὲ μνηστῆρα αὐτὸν γενέσθαι τῆς θυγατρός. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν Μυρτίλον, ὅτι τὴν χώραν οἰκήσων. Καὶ ὁ Μυρτίλος εἶπεν ὅτι οὐκ εὐπετὲς εἴη ἄκοντος Οἰνομάου· αὐτὸς μέντοι δύνασθαι ἀντ' ἐκείνου πρᾶξαι, εἰ ὑπόσχοιτο Οἰνομάου κρατήσας δώσειν αὐτῷ πρὸς γάμον τὴν ἐκείνου θυγατέρα. Ὁ δ' ὑπέσχετο καὶ ὤμοσε ταῦτα ποιήσειν. Μετὰ ταῦτα ἔρχεται πρὸς Οἰνόμαον ὁ Μυρτίλος, καὶ τὰ παρὰ Πέλοπος διηγήσατο· ὁ δὲ τὸν στρατὸν ἁλίσας καὶ αὐτὸς ὁπλισθεὶς ἐξῆλθεν εἰς μάχην ἐκβαλεῖν Πέλοπα χρῄζων ἀπὸ τῆς χώρας. Ὁ δὲ αὐτῷ ὑπαντιάζει μετὰ τῶν ἑπομένων, καὶ ἀρχομένης τῆς μάχης, ὁ Μυρτίλος παραιβάτης ὢν ἐπὶ τοῦ ἅρματος, πλήξας ξίφει τὸν Οἰνόμαον ἀπὸ τοῦ δίφρου (7) κατέβαλε, καὶ ταῦτα πράξας πρὸς Πέλοπα ἀπεχώρησεν. Πεσόντος δὲ Οἰνομάου, ὁ στρατὸς διεσκεδάσθη, καὶ ἄλλοι ἄλλῃ ἔφευγον. Ὁ δὲ Πέλοψ, καθ' ἡσυχίαν εἰς Πίσαν ἐλάσας, ἐκείνην κατέσχε καὶ τὴν Οἰνομάου πᾶσαν ἀρχήν. Ὕστερον δὲ Ἱπποδάμειαν γῆμαι θέλων, τὸν Μυρτίλον, διά τε τοῦτο καὶ Ἱπποδαμείᾳ χαριζόμενος δεομένῃ τιμωρήσασθαι τὸν φονέα τοῦ πατρὸς, ἀγαγὼν εἰς πέλαγος ἐπόντωσεν, καὶ μετὰ ταῦτα ἔγημε (8) τὴν Ἱπποδάμειαν.

18.

Exc. De virt. : Ὅτι οἱ Ἀργοναῦται πλέοντες ἐπὶ Κόλχους, ἐπεὶ ἐγένοντο ἐν Λήμνῳ ὑπὸ γυναικῶν τότε οἰκουμένῃ, ἧς Ὑψιπύλη ἐβασίλευεν (οἱ δὲ ἄνδρες (1) ἤδη κατέλιπον τὰς γυναῖκας ὑπὸ ζηλοτυπίας, ὅτι ταῖς Θρῄσσαις ἐμίγνυντο καταλιμπάνοντες ταύτας), ἔρχεται εἰς λόγους Ἰάσονι Ὑψιπύλη· καὶ δῶρα δοῦσα ἔπεισεν αὐτῇ (2) συγκοιμηθῆναι, καὶ τοὺς ἄλλους πεῖσαι ταῖς λοιπαῖς συνευνᾶσθαι, ὡς ἂν ἐγγεννήσειαν παῖδας ἐξ αὐτῶν. Ὁ δὲ ἐπείσθη, καὶ συγγίνονται ταῖς Λημνίαις οἱ Ἀργοναῦται· καὶ ἡ Ὑψιπύλη παῖδα ἔσχεν Εὔνεον (3). Καὶ μείναντες ὀλίγον χρόνον, πάλιν ᾤχοντο.

19.

Exc. De insid. : Ὅτι Λάρισσα ὑπὸ Πιάσου τοῦ

amorem defugiebat. Jam ubi ad Pisam Pelops magno cum exercitu accessit, misso Myrtilo Œnomaus ex eo quæsivit quonam veniret consilio; exspectabat eum nuptias ambiturum filiæ. Verum Pelops respondit adesse se ut terram hanc inhabitaret. Tum Myrtilus haud facile hoc fieri posse invito Œnomao, ipsum tamen pro Pelope rem effecturum esse dicit, siquidem polliceretur se, victo Œnomao, filiam ejus in matrimonium ipsi daturum. Promisit ille et juravit ita se facturum esse. Post hæc Myrtilus ad Œnomaum reversus de consilio Pelopis certiorem facit. Rex, collecto exercitu, armis se instruxit et ad prœlium exiit, quo Pelopem regione expelleret. Ille, sua stipatus caterva, contra progreditur. Sed vix ad manus ventum est, quum Myrtilus ex eodem cum Œnomao curru pugnans, gladio hunc ferit, de sede deturbat, et ad Pelopem transit. Sic cæso Œnomao, exercitus universus dissipari, et alii alio aufugere. Pelops igitur nemine prohibente Pisam ingressus et reliqua Œnomai ditione potitus est. Postea autem quum Hippodamiam uxorem ducere cuperet, tum hanc ob causam tum ut gratificaretur Hippodamiæ cædem patris ulturæ, Myrtilum ad mare abductum demersit, et deinde connubio sibi junxit Hippodamiam.

18.

Quum Argonautæ, qui Colchos navigabant, ad insulam Lemnum venissent, quam tum mulieres habitabant, (nam que viri tum jam interfecti erant ab uxoribus præ invidia, quod spretis illis cum Thressis rem haberent,) Hypsipyla, Lemniarum regina, oblatis Iasoni muneribus persuasit, secum ut concumberet, sociosque hortaretur, ut cum ceteris cubare quoque vellent, quo ex eorum satu soboles nasceretur. Quod quum Iason præstitisset, Argonautæ cum Lemniis mulieribus rem habuere, et aliquamdiu in insula commorati, postea vela fecere. Hypsipyla vero puerum peperit, nomine Euneum.

19.

Larissæ Piasus pater, amore ejus flagrans, vim intule-

— 6. Οἰνόμαος] οἰνόμενος codex; idem paullo ante Πέλωψ, et mox προσέδωκα pro προσεδόκα. — 7. δίφρου] δήφρου cod. — 8. ἔγημε] ἔγειμε codex.

18. *Cod. Turon. fol.* 229, 7 — 14 *r.* — 1. οἱ δὲ ἄνδρες... ταύτας] Verba hiulca et corrupta sunt. *Corayus* : « Οὐ συνάδει τὰ λεγόμενα τοῖς παρὰ τῷ Ἀπολλοδώρῳ (Α', θ') μεμυθολογημένοις περὶ τῶν Λημνίων γυναικῶν. Ἐνδέχεται τοίνυν ἐξ ἑτέρων μυθογράφων αὐτὰ παραλαβεῖν τὸν Νικόλαον... ἐνδέχεται δὲ καὶ τὴν γραφὴν ἡμαρτῆσθαι τοῖς ὕστερον, ὧδέ πως ἔχουσαν τέως· Τοὺς δὲ ἄνδρας ἤδη κατέκτειναν (ἢ κατέλυσαν) αἱ γυναῖκες ὑπὸ ζηλοτυπίας. » — 2. αὐτῇ] Val.; αὐτῷ cod. — 3. Εὔνεον] Val., εὔναιον codex. V. Il. η', 468, et plura apud Müller. *Min.* 304.

19. *Cod. Escorial. fol.* 77, 23—25 *vso.* Codex : Λάρισα. Eandem rem sic narrat Strabo XIII, p. 621 : Ἐν δὲ τῇ Φρικωνίδι Λαρίσσᾳ (quæ a Cume distat stadiis 70) τετιμῆσθαι λέγεται Πίασος, ὃν φασιν ἄρχοντα Πελασγῶν ἐρασθῆναι τῆς θυγατρὸς Λαρίσσης· βιασάμενον δ' αὐτὴν, τῖσαι τῆς ὕβρεως δίκην· κύψαντα γὰρ εἰς πίθον οἴνου καταμαθοῦσαν, τῶν σκελῶν λαβομένην ἐξᾶραι, καὶ καθεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν πίθον. Ex his igitur videtur liquere de eadem Larissa etiam apud Nicolaum sermonem esse. Nihilominus Thessalicam potius Larissam intelligendam esse puto. Etenim apud Suidam leguntur hæc : Ἀθέμιστα, ἄδικα. ἀθέμιστος, ἄνομος. Λέγεται δὲ καὶ ἄθεσμος, ὁ παράνομος· « Ἠράσθη Πίασος Θετταλὸς Λαρίσσης τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς ἔρωτα ἄθεσμόν τε καὶ δυστυχῆ. » Quæ uti alia multa Suidas ex Nicolao exscripsisse, atque ipsissima ejus verba exhibere videtur. Cf. etiam Parthenius Amat. 38 : Διαφόρως δὲ ἱστορεῖται περὶ Κυζίκου τοῦ Αἰνέου· οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔφασαν ἁρμοσάμενον Λάρισσαν τὴν Πιάσου, ἣ ὁ πατὴρ ἐμίγη πρὸ γάμου, μαχόμενον ἀποθανεῖν, τινὲς δὲ προσφάτως

πατρὸς ἐρασθεῖσα καὶ βιασθεῖσα καὶ βαρέως φέρουσα τὸ πάθος, τῶν τινὰς οἰκετῶν προσποιησαμένη, τὸν πατέρα κεκυφότα εἰς πίθον οἴνου ὥσασα ἐπὶ κεφαλῆς ἀπέκτεινεν.

20.

Exc. De virt. : Ὅτι μετὰ τοὺς γάμους Ἡρακλῆς, εἴτε χολῆς ζεσάσης, εἴτε ἄλλῳ τρόπῳ παραφρονήσας καὶ μανείς, κτείνει μὲν δύο τῶν Ἰφικλέους παίδων· τὸν γὰρ πρεσβύτατον Ἰόλαον ὁ πατὴρ ἐξήρπασε· κτείνει δὲ τοὺς Μεγάρας υἱεῖς, ὧν τὸν νεώτατον, ἐπιμαστίδιον ὄντα, ἀποσπάσας βίᾳ τῆς μητρὸς, ὀλίγου ἐδέησε Μεγάραν ἀποκτεῖναι ἀντεχομένην τοῦ παιδὸς, εἰ μὴ καὶ ταύτην ἐρρύσατο ἐπελθὼν Ἰφικλῆς. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ταῦτα ὁράσας, ἔννους ἐγένετο καὶ ἐσωφρόνισεν, ἐκλιπεῖν τε διενοεῖτο τὰς Θήβας, ἀχθόμενος ἐπὶ τῇ συμφορᾷ. Ἰφικλῆς δὲ καὶ Λικύμνιος παρεκάλουν αὐτὸν ἀπενιαυτίσαντα, ὡς νόμος ἐστὶν, ἔξω, καὶ καθηράμενον ἐπανελθεῖν εἰς Θήβας, καὶ οἰκεῖν. Ὡς δ' οὐκ ἔπειθον, καὶ αὐτοὶ συνεξώρμησαν. Μεγάρα δὲ καὶ αὐτὴ συνεξώρμα, τῆς μητρὸς κωλυούσης (1), τοῦ δὲ πατρὸς συνεπαινοῦντος Κρέοντος. Εὐρυσθεὺς δὲ ὁ Σθενέλου τοῦ Περσέως, αἰσθόμενος τὰ καταλαβόντα Ἡρακλέα, μετεπέμπετο αὐτὸν εἰς Τίρυνθα· ὁ δὲ, εἰς νοῦν βαλόμενος τὸ Ἀμφιτρύωνι χρησθὲν, ὅτι χρεὼν εἴη πείθεσθαι Εὐρυσθεῖ, καὶ ἐσαῦθις μέγα ἕξειν κλέος, ἐναγόντων (2) ἅμα Λικυμνίου καὶ Ἀλκμήνης κατὰ τὴν συγγένειαν, ὥρμησεν εἰς Τίρυνθα μετὰ πάντων. Καὶ ἐπεὶ ἀφίκοντο, Εὐρυσθεὺς Λικυμνίῳ μὲν καὶ Ἰφικλεῖ εὐθέως φίλος ἦν, Ἡρακλέα δὲ ὑφεωρᾶτο, καὶ οὐδαμῶς ᾠκειοῦτο, προσέταττέ τε αὐτῷ τοὺς πόνους ἐκτελεῖν, οὕστινας ἄθλους καλοῦμεν. Ὁ δὲ ἐπείθετο, τῷ μαντείῳ ἑπόμενος.

Ζήτει ἐν τῷ Περὶ ἀνδραγαθημάτων.

21.

Ibid. : Ὅτι Σκάμανδρος ὁ βασιλεύσας (1) πρῶτος τῶν Τρώων, Σάμωνι χρησάμενος συνεργῷ, τοὺς ἐν τῇ

rat. Illa casum ægre ferens, assumptis famulis nonnullis, patrem, dum in dolium vini plenum pronus spectat, in caput ejus trudens injecit atque sic interfecit.

20.

Peractis nuptiis, Hercules, sive inflammata bile, sive alia qua ex causa amens ac in furorem versus, duos Iphiclis filios necavit; namque maximum natu Iolaum pater e periculo subduxerat. Ad hæc communes liberos, quos e Megara sustulerat, interfecit : quorum quidem minimum natu adhuc lactentem quum a matre per vim abriperet, minimum abfuit quin et Megaram ipsam contra renitentem perimeret; sed eam superveniens Iphicles liberavit. Haud multo post Hercules, quum ad saniorem mentem reversus facinus suum agnovisset, gravi dolore affectus, Thebis excedere statuit. Cui quum Iphicles ac Licymnius suaderent, ut post anni (*magni*) exilium ex more institutoque Græciæ lustratus, Thebas reverti ibique considere vellet, nihilque admodum suasionibus suis proficerent, ipsi quoque eum Thebis abeuntem secuti sunt. Quin et Megara, multum licet reclamante matre, patre tamen Creonte minime invito, virum comitata est. At Eurystheus, Stheneli filius, Persei nepos, comperto Herculis casu, Tirynthem eum accersivit. Igitur Hercules, recordatus oraculum illud Amphitryoni redditum, quo prædictum erat in fatis esse, ut ipse Eurystheo pareret, exinde se maximam gloriam consecuturum; simulque Alcmena ac Licymnio adhortantibus illum ob cognationis necessitudinem, quæ ipsis cum Eurystheo intercedebat : Tirynthem cum omni comitatu est profectus. Quo quum pervenissent, Eurystheus Licymnium quidem atque Iphiclem statim benevolentia complecti cœpit, Herculem vero aversabatur suspectumque habebat, eique labores, quos vulgo vocant, imperavit. Hercules vero, oraculo morem gerens, haudquaquam imperata facere detrectavit.

Cetera pete ex excerptis De fortiter factis.

21.

Scamander, qui primus Trojanis imperavit, Samonis opera usus, barbaros, qui Troadem incolebant, subegit.

γήμαντα Κλείτην συμβαλεῖν δι' ἄγνοιαν τοῖς μετὰ Ἰάσονος ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς πλέουσι. Schol. Apollon. Rh. I, 1063 : Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος νεόγαμον τὸν Κύζικον καὶ ἄπαιδα (τεθνηκέναι) ἱστορεῖ· τὴν δὲ Κλείτην (γαμετὴν em. Meinek. Euphor. p. 60) οὐ Μέροπος λέγει θυγατέρα, Θρῆσσαν (Λάρισσαν em. M.) δὲ τὴν Πιάσου· οὐδὲ παθεῖν τι ἐπὶ τῷ τοῦ ἀνδρὸς θανάτῳ, ἀπαχθῆναι δὲ οἰκαδε ὑπὸ τοῦ πατρός. Ex his de patria quidem Larissæ nihil docemur; verum probabili admodum ratione inde colligimus, Nicolaum de Larissa Thessala in narratione de Argonautis dixisse, unumque fuisse eorum, qui uxorem Cyzici ab Argonautis interfecti non Clyten, sed Larissam fuisse tradiderunt. Clyte suspendio vitam finiisse dicitur (v. Apollon. Rh. I, 1065). Idem etiam de Larissa narratum esse suspicor, quamquam aliter statuit Euphorio. Certe ejusmodi fabulam facillime suppeditabat Thessaliæ Λάρισσα Κρεμαστή, ὑπὸ τινῶν δὲ Πελασγία λεγομένη, urbs regionis εὐύδρου καὶ ἀμπελοφύτου (Strabo IX, p. 440). Quod denique *Piasum* (i. e. πιαρὸν) attinet, heros ille optime cadit in quamvis Larissam, quæ *pingui* fertilique planitiei immineret. Hanc enim pinguis agri notionem Piasi nomine innui optime monet Müller. *Min.* p. 126, idque ipse etiam Strabo sensisse videri possit, qui iis quæ de Piaso modo adscripsimus, præmittit hæcce : Ἴδιον δέ τι τοῖς Λαρισσαίοις συνέβη, τοῖς Καϋστριανοῖς καὶ τοῖς Φρικωνεῦσι καὶ τρίτοις τοῖς ἐν Θετταλίᾳ· ἅπαντες γὰρ ποταμόχωστον τὴν χώραν ἔσχον, οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ Καϋστρίου, οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ Ἕρμοῦ, οἱ δ' ὑπὸ τοῦ Πηνειοῦ.

20. *Cod. Turon. fol.* 229, 16 *r.* — 229, 6 *vso.* — 1. κωλυούσης] Coray., καλούσης codex, ἀναλούσης Valesius. Mox verba δὲ ὁ post v. Εὐρυσθεὺς supplevit Valesius. — 2. ἐναγόντων] Val., ξεναγόντων codex. Deinde codex λικυμναίου.

21. *Cod. Turon. fol.* 229, 7—14 *vso.* — 1. βασιλεύσας] Coray. βασιλεὺς cod. « Scamander Cretensis, quum Creta frugum inopia laboraret, cum parte tertia populi ad exteras sedes quærendas profectus est, ab Apolline monitus, ibi eum habiturum sedes, ubi a terrigenis esset oppugnatus. Delatus ergo in Phrygiam, quum castra ad Idam posuisset, mures arcuum nervos et lora scutorum arroserunt, quos Scamander hostes terrigenas interpretatus, ibi urbem condidit et cum finitimis bella gessit, ut ex Trogo Pompejo refert Servius ad Æn. III, 104 et Eustath. ad Il. α' [p. 35,4] quam

Τρωάδι ἐνίκησεν· ἀποθανόντος δὲ Σάμωνος (2) κατὰ τὴν μάχην, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Δάδαν, μητέρα τῶν νεανίσκων, εἰς τὸ Πόλιον (3) ἐξέπεμψε διὰ κήρυκος, ὡς ἂν ἐκεῖ συνοικήσειεν ὅτῳ βούληται. Ὁ δὲ κῆρυξ κατὰ τὴν ὁδὸν βιασάμενος αὐτὴν ἥσχυνεν. Ἡ δὲ τὸ ξίφος ἔχουσα τὸ τοῦ ἀνδρὸς, αὐτὴν διεχρήσατο. Αἰσθόμενοι δὲ οἱ Κρῆτες τὸν κήρυκα κατέλευσαν, ἔνθα ὁ χῶρος Ἀναιδείας (4) ὠνομάσθη.

21 a.

Schol. Hom. Odyss. α, 21 : Ἐγὼ δὲ καὶ Νικόλαος λέγει ὅτι Ὀδυσσεὺς λέγεται παρὰ τοῦ ὀδυσσεύω, τὸ μισῶ. Οὕτω γὰρ ἐκλήθη διὰ τὸ συμβεβηκὸς, ὡς καὶ ἐκ τῶν ῥαψῳδιῶν ἔξεστι μαθεῖν.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ Δ'.

22.

Steph. B. : Τόρρηβος, πόλις Λυδίας, ἀπὸ Τορρήβου τοῦ Ἄτυος. Τὸ ἐθνικὸν Τορρήβιοι, καὶ θηλυκὸν Τορρηβίς. Ἐν δὲ τῇ Τορρηβίδι ἐστὶν ὄρος Κάριος καλούμενον (1) καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Καρίου ἐκεῖ. Κάριος δὲ Διὸς παῖς καὶ Τορρηβίας, ὡς Νικόλαος τετάρτῳ· ὃς πλαζόμενος περί τινα λίμνην, ἥτις ἀπ' αὐτοῦ Τορρηβία ἐκλήθη, φυγγῆς Νυμφῶν ἀκούσας, ἃς καὶ Μούσας Λυδοὶ καλοῦσι, καὶ μουσικὴν ἐδιδάχθη, καὶ αὐτὸς [τοὺς] 2)

Samone autem in pugna interfecto, uxorem illius Dadam, matrem adolescentum, una cum caduceatore Polium misit, uti eo loco nuberet cui vellet. Sed quum caduceator in itinere eam vi illata constuprasset, mulier gladio mariti, quem secum habebat, se ipsam transfixit. Quod quum Cretenses comperere, caduceatorem eo ipso loco, qui vulgo Impudentiæ appellatur, lapidibus obruerunt.

21 a.

Ego vero cum Nicolao puto Odysseum (*Ulyssem*) dici a verbo ὀδυσσεύω, *odi*. Hoc enim nomine vocatus est propter ea quæ evenerunt, uti ex Homericis rhapsodiis licet discere.

E LIBRO IV.

22.

Torrhebus urbs est Lydiæ sic dicta a Torrhebo Atyis filio. Gentile *Torrhebii*, et feminino genere *Torrhebis* dicitur. In agro autem Torrhebiorum mons est Carius, in quo Carii fanum visitur. Carius vero filius fuit Jovis ac Torrhebiæ, teste Nicolao Damasceno libro quarto, qui quum circa paludem quandam, quæ ex matris nomine Torrebia dicta est, vagaretur, audiisse dicitur vocem Nympharum, quas Lydi Musas vocant, a quibus musicam edoctus, ipse Lydos canere postea

---

quam Isaacus Tzetzes in Lycophr. [1302] non Scamandro sed Teucro filio id accidisse scribit. » *Valesius.* — 2. Σάμωνος] « Samon hic Cretensis fuit, una cum Scamandro profectus e Creta, a quo Samonium Cretæ promontorium apud Ptolemæum dictum esse existimo, quamquam Apollonius Argon. IV, 1693, et Eustathius ad Dionys. 83, Σαλμωνίδα ἄκραν appellant. Sed Strabo, Mela et Plinius Samonicum defendunt. » *Valesius.* Uxor Sami vocatur Δάδα; legendum puto Λάδα. — 3. Πόλιον] « Πόλιον in exemplari erat. Oppidum Trojani agri significari opinor, quod Astypalæenses ad Simoentem condiderant, quod Πόλιον initio dictum est, postea Πόλισμα, teste Strabone XIII, p. 601. » *Valesius.* « Sed temporis ratio admittere non videtur hanc sententiam. Oppidum enim illud, cujus Strabo meminit, post Trojæ ἅλωσιν ab Astypalæensibus conditum est et mox dirutum. Videtur potius illud Polium intelligi, cujus Stephanus meminit : Πόλιον.. ἐν Λέσβῳ τόπος, ὅπου τὸ ἡρῷον Ταντάλου. » *Holstenius* ad Steph. Byz. l. l. At Dadam in Lesbum insulam a præcone transvectam esse vix credo. Polium ab Astypalæensibus conditum veteris oppidi memoriam renovaverit, sicuti Novum Ilium. — 4. Ἀναιδείας] in textu codicis omissum notatur in margine. Cf. Ἀτηcollis, in quo postea Ilus Ilium condidit. Apollodor. III, 12, 3; Tzetz. ad Lyc. 29. — Ceterum priscas illas Trojanorum res Nicolaus præmisisse putandus historiæ belli Trojani, quam subjunxit narrationi de Argonautis et de Herculis rebus gestis. Usque ad finem belli Trojani librum tertium Historiarum pertinuisse probabile est.

Ex Constantinianis excerptis Nicolai deprompta esse Hemsterhusius probabiliter statuit ea, quæ apud Suidam leguntur v. Μίνως. Hæc sunt : Μίνως. Οὗτος ἐθαλαττοκράτει, καὶ πανταχόσε ἔπλει, ξενίας τε πολλοῖς ἐπήγγελλεν. Ἀφικόμενος δὲ ἐς τὴν Ἀσίαν, καὶ ἀκούων κλέος μέγα ἐν Φρυγίᾳ τοῦ τε Τρωὸς τῆς Τροίας βασιλέως, καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ, ἦλθεν εἰς πόλιν Δάρδανον, ἐν ᾗ ὤκει ὁ Τρώς. Ἦσαν δ' αὐτῷ τρεῖς παῖδες, Ἶλος, Ἀσσάρακος, Γανυμήδης, οὗ δὴ μέγιστον ἦν ὄνομα κάλλους πέρι. Ξενιζόμενος οὖν παρὰ τὸν Τρῶα ὁ Μίνως, καὶ δῶρα διδούς τε καὶ δεχόμενος ἐκέλευσε τῷ Τρωὶ καλεῖν τοὺς παῖδας, ἵν' αὐτοὺς ἴδοι τε καὶ δῶρα δοίη. Ὁ δὲ ἔφη ἐς κυνηγέσιον ἐστάλθαι. Ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ἤθελε ξυγκυνηγεῖν αὐτοῖς. Πρῶτον δὲ θεραπόντων ξυνέπεμψέ τινα εἰς τὸν χῶρον, ἵνα οἱ παῖδες ἐκυνήγουν, περὶ τὸν Γρανικὸν ποταμόν. Ὁ δὲ Μίνως τὰ πλοῖα προεκπέμψας ἐς τὸν ποταμὸν ὀλίγον ὕστερον ἦλθε πρὸς τοὺς παῖδας, καὶ τὸν Γανυμήδην θεασάμενος ἔρωτι αὐτοῦ ἔσχετο· ἐγκελευσάμενος δὲ τοῖς Κρησὶν, ἁρπάσας τὸν παῖδα, ἐνέθετο εἰς τὴν ναῦν καὶ ἀπέπλει. Ὁ δὲ τόπος ἐκλήθη Ἁρπάγια. Ὁ δὲ Μίνως ἔχων τὸν παῖδα ἦλθεν ἐς Κρήτην. Ὁ δὲ παῖς κατ' εὐπέτειαν ὑπὸ λύπης ἑαυτὸν ξίφει διεργάσατο· καὶ αὐτὸν ὁ Μίνως ἐν τῷ ναῷ ἔθαψεν Ἐξ οὗ δὴ καὶ λέγεται Γανυμήδην μετὰ Διὸς ὑπάρχειν.

22. Postquam libro tertio Nicolaus historiam usque ad Trojanum παράπηγμα, uti consentaneum est, deduxerat, librum quartum a Lydorum historia exorsus esse videtur (fr. 22—29). Lydi secundum Diodorum ap. Euseb. Chron. p. 169 Mai. per 92 annos inde a Trojana epocha maris imperium tenuisse perhibentur. Quibus illud significatur temporis intervallum quod inter Trojanum bellum et motus Heraclidarum descensum subsecutos interjectum est (cf. Castoris fragm. p. 180). Illud ipsum temporis spatium, quo Lydorum res floruisse debent, præ ceteris in hoc libro tractandum sibi Nicolaus sumpsisse putandus est. Præmiserit pro more suo quæ de antiquissima Lydorum memoria tradita reperit. Ceterum quæ libro III de Atyadis, libro sexto de Heraclidis et libro septimo de Mermnadis Lydorum regibus leguntur, omnia hausta esse e Xanthi Lydiacis, sæpius viri docti monuerunt. Neque vero genuinum logographi opus, sed tale quale postea Dionysius Mytilenæus ediderat, Nicolaus ante oculos habuit. — 1. καλεόμενον] sic cod. Vratislav.; καλούμενον vgo. Illud fontem Ionicum arguere dixeris. Ex eodem cod. Vratisl. articulum τὸ addidi ante v. ἱερόν. — 2. αὐ-

Λυδοὺς ἐδίδαξε, καὶ τὰ μέλη διὰ τοῦτο Τορρήβια ἐκαλεῖτο.

docuit, atque cantilenæ illæ propterea solebant Torrhebia vocari.

23.

Idem : Λυκοσθένη, πόλις Λυδίας· Ξάνθος πρώτῃ Λυδιακῶν· ἣν καὶ Λυκοσθενείαν Νικόλαός φησιν. Ὁ πολίτης Λυκοσθενεὺς, ὡς Βερενικεύς· παρὰ δὲ Λυδοῖς Λυκοσθενίτης, ὡς Δικαιαρχίτης.

Lycosthene, urbs Lydiæ; Xanthus De rebus Lydorum libro primo; eandem Lycostheniam dicit Nicolaus. Civis Lycosthenensis, quemadmodum Berenicensis; apud Lydos tamen Lycosthenites appellatur, sicuti Dicæarchites.

24.

Exc. De virt. : Ὅτι Μόξος ὁ Λυδὸς, πολλὰ καὶ καλὰ ἐργασάμενος, καὶ τὸν Μήλην (1) τῆς τυραννίδος καθελὼν, τοῖς Λυδοῖς παρεκελεύσατο τὴν δεκάτην ἀποδοῦναι, καθὰ (2) ηὔξατο, τοῖς θεοῖς. Οἱ δὲ ἐπείθοντο, καὶ ἀπαριθμοῦντες τὰ κτήματα ἐξῄρουν τὴν δεκάτην ἁπάντων, καὶ κατέθυον. Ἐκ τούτου μέγιστος αὐχμὸς (3) καταλαμβάνει Λυδίαν, καὶ οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ μαντείαν (4) κατέφευγον. ** Πολλὰς δὲ στρατείας λέγεται πεποιῆσθαι οὗτος ὁ ἀνὴρ, καὶ ἦν αὐτοῦ κλέος μέγιστον ἐν Λυδοῖς ἐπί τε ἀνδρείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ. Ταῦτα δὲ πράξας αὖθις ἐπὶ τὴν Κράβον (5) ἐστάλη, καὶ πολὺν χρόνον αὐτὴν πολιορκήσας εἶλε (6) καὶ ἐπόρθησε, τοὺς

Moxus Lydus quum post multa egregiaque facinora etiam Melem tyrannide expulisset, Lydis auctor fuit, ut decimam omnium bonorum, prout ipse voverat, diis offerrent. Cujus dictis obtemperantes Lydi, pecorum numerum instituentes, decimam omnium sepositam diis consecrarunt. Posthæc quum gravis siccitas Lydiæ incubuisset, Lydi oraculum consuluere. ** Hic idem vir sæpius exercitus ductasse dicitur, maximaque ejus tum ob fortitudinem tum ob justitiam fama apud Lydos erat. Porro his peractis, contra urbem Crabum denuo profectus, post diuturnam obsi-

τὸς [τοὺς]; sic Westermannus edidit. αὐτὸς Λυδοὺς cod. Vrat.; αὐτοὺς Λυδοὺς ceteri. Deinde vulgo legitur : ἐδίδαξε μέλη. Διὰ τοῦτο Τορρηβία ἐκαλεῖτο. Postrema sensu laborant. Itaque e cod. Vratisl. recepi καὶ ante v. μέλη, et deinde scripsi Τορρήβια. — Quod rem attinet, de Lydo et Torrhebo Atyis filiis constat e Xantho (fr. 1) ap. Dionysium Hal. A. R. I, 20. Apud Herodotum I, genealogia est : *Manes; Atys*; *Tyrrhenus*. Nihil de Tyrrheno apud Xanthum dictum fuisse expresse testatur Dionysius. Patrem Atyis Xanthus quoque *Manem* posuerit. Certe nomen proprium Μάσνης (Μάνης cod. Barocc.) e Xanthi Lydiacis affert Hephæstio De metr. p. 13 ed. Gaisf. Eadem forma, Μάσνεω (vgo Μάνεω), est apud Dionys. Hal. I, 27 in cod. Vaticano. Creuzerus (*Wiener. Jhrb.* tom. 106 p. 41) Hephæstionis loco fluvium significari putat; nam Masmes fluvius memoratur ap. Etym. M. v. Δάσκληρα. Sed hoc rem non dirimit, quum omnia fere regum antiquorum nomina simul sint fluviorum, lacuum, regionum. — Aliam genealogiam Dionysius l. l. ex mythologis affert hanc : *Juppiter; Manes; Colys et hujus filii Lydus et Tyrrhenus*. Denique ap. schol. Platon. p. 207 series hæc est : *Lydus; Atys; Agron; Tyrrhenus*. Mitto alia stemmata, in quibus nomina a Xantho memorata omnino non occurrunt. Vide Bæhr. Excurs. ad Herodot. I, 94. — Κάριος Διός est Carius filius Jovis Καρίου, cujus cultus Lydis Mysisque cum Caribus communis erat, teste Herodoto I, 171 : Ἀποδεικνῦσι δὲ ἐν Μυλάσοισι Διὸς Καρίου ἱρὸν ἀρχαῖον, τοῦ Μυσοῖσι μὲν καὶ Λυδοῖσι μέτεστι, ὡς κασιγνήτοισι ἐοῦσι τοῖσι Καρσί· τὸν γὰρ Λυδὸν καὶ τὸν Μυσὸν λέγουσι εἶναι Καρὸς ἀδελφεούς. Cf. idem V, 66; Strabo XIV, p. 659. Hunc Jovem Carium eundem esse atque Στράτιον monet Ælianus N. A. XII, 30. Quod si est, proxime ad nos pertinet locus Eustathii Dionys. Per. 793 : Καὶ δημιουργόν τινα ἱστορεῖ (Ἀρριανὸς) παρὰ Βιθυνοῖς Δαίδαλον καλούμενον, οὗ ἔργον ἐν Νικομηδείᾳ γενέσθαι θαυμαστὸν ἄγαλμα Στρατίου Διός. De Jove Καραίῳ Thessalorum et Bœotorum v. Hesych. et Photius v. καραῖος. Quod τὰ μέλη Τορρήβια attinet, non ad omnem hæc Lydorum musicam et poesin, sed ad certum quoddam cantilenarum genus pertinere puto.

23. Lycosthenes urbis nusquam mentio sit. Holstenius quidem ad Stephan. l. l. affert numum Golzianum in quo scriptum sit : Λυκοσθενέων μητροπόλεως : at Golzianos istos numos maximam partem confictos esse docet Eckhel. Doctr. Num. Prolegg. p. 145, monente Creuzero ad Xanthi fr. p. 193.

24. *Cod. Tur. fol.* 229, 14—24 *vso.* Eadem habet Suidas v. Μόξος. Moxus hic idem est quem *Mopsum* dicit Mnaseas ap. Athen. V. infra. Falsum esse Sevinum (*Mém. de l'Acad.* X, p. 250), qui Moxum eundem esse putavit cum Myrso, cui Candaules, Herodoto teste, successit, vel ex serie Excerptorum patet. De Myrso illo Nicolaus libro sexto demum loquitur. — 1. Μήλην] Meles ὁ πρότερον Σαρδέων βασιλεὺς, cui pellex leonem peperit, quem circa Sardium muros rex circumtulit, memoratur apud Herodotum I, 84. Is num idem sit cum nostro, haud liquet. Nam duo saltem hujus nominis reges Lydorum erant, is qui hoc loco memoratur, et alter, qui post Ardyn Heraclidam regnavit, de quo videbimus infra ad fr. 49. Posteriorem apud Herodotum intelligi malim. — 2. καθὰ] καθ' ὃ Suidas. — 3. αὐχμὸς] ἀγὼν Suidæ codices plurimi, sed αὐχμὸς recte habet cod. A. — Mox verba καὶ οἱ ἄνθρωποι... κατέφευγον omisit Suidas. Contra in nostris plura omissa sunt post vocem κατέφευγον. Nam narrandum erat, quidnam deus de mali remedio responderit, etc. — 4. μαντείαν] μαντίαν cod. Idem mox στρατίας et ἀνδρίας. Lectionem ἀνδρίας ap. Suidam e codd. nonnullis recepit Bernhardy. — 5. Κράβον] sic etiam Suidas in optimo codice A; in reliquis κράμβον. Urbs ignota. Fortasse *Crambusam* Lyciæ (Strabo XIV, p. 666.) indicari censet Orellius. Ceterum cum nostra narratione conferendus Xanthus apud Mnaseam, cujus meminit Athenæus VIII, p. 346, E : Ἡ δὲ Ἀτεργάτις, ὥσπερ Ξάνθος λέγει ὁ Λυδὸς, ὑπὸ Μόψου (l. Μόξου) τοῦ Λυδοῦ ἁλοῦσα κατεποντίσθη μετὰ Ἰχθύος τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ περὶ Ἀσκάλωνα λίμνῃ διὰ τὴν ὕβριν, καὶ ὑπὸ τῶν ἰχθύων κατεβρώθη. De Ascalone a Lydis condita vide fr. 26. Jam consentaneum est etiam τὴν Κράβον esse urbem Syriæ. Facillime hoc nomen corrumpi potuit ex τὴν Νήραβον. Nerabum vero Syriæ urbem ex Nicolao (fr. 25) affert Stephanus Byz. Quamquam etiam de Nerabo urbe aliunde non constat. — 6. καὶ... εἶλε] Brevius Suidas : καὶ ταύ-

δὲ ἀνθρώπους εἰς τὴν πλησίον λίμνην ἀγαγὼν οἷα ἀθέους (7) ἐπόντωσεν.

25.

Steph. Byz. : Νήραβος, πόλις Συρίας. Νικόλαος τετάρτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Νηράβιος, ὡς τοῦ Τόρρηβος Τορρήβιος.

26.

Steph. Byz. : Ἀσκάλων, πόλις Συρίας πρὸς τῇ Ἰουδαίᾳ. Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν φησὶν, ὅτι Τάνταλος καὶ Ἄσκαλος παῖδες Ὑμεναίου· τὸν δὲ Ἄσκαλον ὑπὸ Ἀκιαμοῦ τοῦ Λυδῶν βασιλέως αἱρεθέντα στρατηγὸν εἰς Συρίαν στρατεῦσαι, κἀκεῖ παρθένου ἐρασθέντα πόλιν κτίσαι, ἣν ἀφ' ἑαυτοῦ οὕτως ὠνόμασε. Τὰ αὐτὰ καὶ Νικόλαος ἐν τετάρτῃ Ἱστορίᾳ.

27.

Exc. De virt. : Ὅτι Σαλμωνέως (1) θυγάτηρ ἐγένετο, ἥτις ἐρασθεῖσα τοῦ πατρὸς ὑπ' ἀμηχανίας αὑτὴν διεργάσατο (2), πρὶν γάμου κυρῆσαι. Ὁ πατὴρ δὲ αὐτῇ τιμὴν ἔταξεν ἀνὰ πᾶν ἔτος πανήγυριν ἄγεσθαι.

28.

Ibid. : Ὅτι Καμβλίτας (1) βασιλεὺς Λυδίας. Τοῦτον λέγεται οὕτω γαστρίμαργον σφόδρα γενέσθαι, ὥστε καὶ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἐπιθύσαντα (2) καταφαγεῖν. Αὐτός γε μὴν, (3) ἑαυτὸν δόξας ὑπὸ φαρμακῶν βεβλάφθαι, περιβοήτου τοῦ πράγματος γενομένου, ξίφος ἔχων, πληθούσης ἀγορᾶς ἐν μέσῳ στὰς εἶπεν· « Ὦ Ζεῦ, εἰ μὲν ἀπ' ἐμαυτοῦ δέδρακα ταῦτα ἃ δέδρακα, τίσαιμι ἐν ἐμαυτῷ τὰς δίκας· εἰ δὲ ὑπὸ φαρμακῶν διαφθαρείς, οἱ ἐμὲ φαρμάξαντες πάθοιεν. » Ταῦτα εἶπε, καὶ, ὁρώντων πάντων, ἑαυτὸν ἀπέσφαξε. Καὶ οἱ μὲν τοῦτον ἐκερτόμουν ὡς γαστρίμαργον, οἱ δὲ ὤχτειρον ὡς φρενοβλαβῆ ὑπὸ φαρμακῶν. Ἐδόξαζον δὲ τὸν Ἰάρδανον (4) ταῦτα πεποιηκέναι διὰ τὸ ἔχθος.

dionem oppidum cepit ac diruit, incolas vero, utpote deorum contemptores, vicino in lacu submersit.

25.

Nerabus, urbs Syriæ, ut Nicolaus testatur libro quarto. Nomen gentile Nerabius, sicuti a Torrhebo formatur Torrhebius.

26.

Ascalon, urbs Syriæ juxta Judæam posita, condita est ab Ascalo, ut refert Xanthus De rebus Lydorum libro quarto. Fuit autem Ascalus Hymenæi filius, frater Tantali, qui quum ab Aciamo rege Lydorum dux constitutus esset, exercitum in Syriam duxit, ubi virginis cujusdam amore captus urbem condidit de suo nomine appellatam. Eadem Nicolaus quoque narrat Historiarum libro quarto.

27.

Salmonei filia, quum amore patris capta esset, præ anxietate animi adhuc virgo sibi mortem conscivit. Sed pater in honorem filiæ sollenne quotannis festum celebrari instituit.

28.

Camblitas rex Lydiæ tantæ voracitatis fuisse perhibetur, ut suam quoque uxorem in sacrificio manderit. Cujus rei fama quum ubique divulgata esset, ipse a veneficis appetitum se credens, nudato gladio stans in confertissimo foro : « Juppiter, inquit, si quidem mea sponte id facinus suscepi, dem ipse sceleris mei pœnas : sin veneficiis quorundam hominum in furorem versus, tum in maleficos, qui me malis artibus appetierunt, sceleris pœna recidat. » His dictis, semet in conspectu omnium interfecit. Quem alii conviciis onerarunt, ut voracem alii, partim ut furiosum nec mentis compotem miserati sunt. Porro Iardanum hujus maleficii auctorem fuisse suspicabantur, ob inimicitias quas cum Camblita exercebat.

την εἶλε. — 7. οἷα ἀθέους] omisit Suidas; deinde pro ἐπόντωσε habet κατεπόντωσε, quod etiam nostro l. reponi velim.

26. Hanc expeditionem cohærere aliquo modo cum altera fr. 24 memorata probabiliter statuit Sevinus l. l. p. 240. Alcimius rex non confundendus cum Alcimo rege, cujus Xanthus (fr. 10) meminit ap. Suidam v. Ξάνθος, et ipse Nicolaus fragm. 49. Tantalus non est ille Niobes pater; nam hunc Xanthus (fr. 13) Assaonem appellavit.

27. *Cod. Tur. fol.* 229, 25—27 *vso.* — 1. Salmoneus non est notissimus ille Græcus, sed Lydus aliquis. Modo recte se nomen habeat. In mentem venit pro Σαλμωνέως fortasse fuisse Καλαμῶνος, fabulamque pertinere ad Καλαμίνην (Κολόην Strabo) λίμνην nymphis sacram, ad quam festum quotannis Lydi celebrabant (v. Plinius II, 96. Sotion Mir. 43 ed. Westerm.; Varro R. R. III, 17, 4 et plura ap. Forbiger. *Geogr.* II, p. 177). Sed hæc nimis incerta. Probabilius est fabulam Lydicam componendam esse cum ea quæ de Smyrna, Thiantis vel Phœnicis vel Cinyræ patris amore capta circumferebatur, festumque illud simile fuisse Adoniis. — 2. διεργάσατο] διεργάσατο codex; διεχρήσατο editt.

28. *Cod. Tur. fol.* 229, 28—32 *vso.* et fol. 154, 1—6 *r.* Scilicet ordo foliorum turbatus est. Folium 229 desinit in verba εἰ μὲν ἀπ' ἐ —, fol. 154 incipit : μαυτοῦ δέδρακα κτλ. Historiam nostram e Xantho brevius narrat Athenæus X, p. 415, D. — 1. Καμβλίτας] Κάμβλητα τὸν βασιλεύοντα Λυδῶν, Athenæus. Corrupte Ælianus V. H. I, 27 inter ἀδηφάγους recenset Κάμβητα τὸν Λυδόν. Ex Athenæo sua hausit Eustathius in Hom. p. 356, 49, ubi nomen regis corrupte Καμβύσις scribitur. — 2. ἐπιθύσαντα] Coray.; ἐπιθυμήσαντα codex; καταχρεουργήσαντα Xanthus ap. Athenæum. — 3. αὐτός γε μὴν κτλ.] Athenæus sic habet : Ἔπειτα πρωὶ εὑρόντα τὴν χεῖρα τῆς γυναικὸς ἐνοῦσαν ἐν τῷ στόματι, ἑαυτὸν ἀποσφάξαι περιβοήτου τῆς πράξεως γενομένης. Quæ narratio rudiorem antiquitatem redolet, et ex antiquo logographi opere manavit, dum nostra e Xantho Dionysii Mytilenæi depromta fuerint. — 4. Ἰάρδανον] His admonemur Camblitem ex postremis fuisse regibus Atyadis, quos subsecuti sunt Heraclidæ. Etenim Herodotus I, 7 : Παρὰ τούτων (sc. τῶν πρότερον Ἄγρωνος βασιλευσάντων τῆς Λυδίης) Ἡρακλεῖδαι ἐπιτραφθέντες ἔσχον τὴν ἀρχὴν ἐκ θεοπροπίου, ἐκ δούλης

29.

Steph. Byz. : Ἀσκανία, πόλις Τρωική. Νικόλαος τετάρτῃ Ἱστορίᾳ· « Σκαμάνδριος Ἕκτορος καὶ Ἀνδρομάχης ἐκ τῆς Ἴδης καὶ τοῦ Δασκυλείου καὶ τῆς Ἀσκανίας καλουμένης, ἣν ἔκτισεν ὁ Αἰνείου Ἀσκάνιος **. »

30.

Josephus Ant. Jud. I, 7, 2 : Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἱστοριῶν λέγει οὕτως· « Ἀβράμης ἐβασίλευσε Δαμασκοῦ, ἔπηλυς σὺν στρατῷ ἀφιγμένος ἐκ τῆς γῆς τῆς ὑπὲρ Βαβυλῶνος Χαλδαίων λεγομένης. Μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον μεταναστὰς καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρας σὺν τῷ ἑτέρῳ λαῷ εἰς τὴν τότε μὲν Χαναναίαν λεγομένην, νῦν δὲ Ἰουδαίαν, μετῴκησε, καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου πληθύναντες, περὶ ὧν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ διέξειμι τὰ ἱστορούμενα. Τοῦ δὲ Ἀβράμου ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ Δαμασκηνῇ τὸ ὄνομα δοξάζεται, καὶ κώμη ἀπ' αὐτοῦ δείκνυται Ἀβράμου οἴκησις λεγομένη. »

31.

Idem ibid. VII, 5, 2 : Μέμνηται δὲ τούτου τοῦ βασιλέως (Ἀδάδου) καὶ Νικόλαος ἐν τῇ τετάρτῃ (1) τῶν Ἱστοριῶν, λέγων οὕτως· « Μετὰ δὲ ταῦτα πολλῷ χρόνῳ ὕστερον τῶν ἐγχωρίων τις, Ἄδαδος ὄνομα (2), πλεῖον

29.

Ascania, urbs Troica. Nicolaus Historiarum libro quarto : « Scamander, Hectoris et Andromaches filius, ex Ida et Dascylio et Ascania, quam vocant ab conditore ejus Ascanio, Æneæ filio, **.

30.

Nicolaus Damascenus in quarto Historiarum libro sic scribit : « Abrahamus regnavit apud Damascum advena, utpote qui cum exercitu venerit e regione supra Babylonem sita, quæ Chaldæorum dicitur. Nec multo post, hinc quoque cum populo migrans sedes transtulit in regionem quæ tum quidem Chananæa dicebatur, nunc Judæa, ibique habitavit et ipse et qui ab eo sunt orti plurimi; quorum historiam alio loco persequar. Ceterum Abrahami nomen etiamnum Damasci percelebre est, et vicus ostenditur quem vocant Abrahami sedem. »

31.

Adadi regis meminit etiam Nicolaus Historiarum libro quarto in hæc verba : « Multo post hæc tempore indigenarum quidam nomine Adadus, præpollens factus, et Damascum et Syriæ, præter Phœnicen, cetera regno

τε τῆς Ἰαρδάνου γεγονότες καὶ Ἡρακλέος. Herculis e serva filius sec. Herodotum est *Alcæus*, hujus *Belus*, hujus *Ninus*, Nini filius *Agron*, ὃς πρῶτος Ἡρακλειδῶν βασιλεὺς ἐγένετο Σάρδεων. Hellanicus (fr. 102) Acelum, Aceles urbis in Lycia conditorem, filium fuisse dicit τοῦ Ἡρακλέους καὶ Μαλίδος παιδὸς, δούλης τῆς Ὀμφαλίδος (quod non est cur cum Salmasio mutetur in Ὀμφάλης Λύδης. V. Unger. Theb. Paradox: p. 360). Num eadem Malis Alcæi Herodotei mater fuerit in medio relinquo. Conferre vero cum Malide licet Δάμαλιν, ex qua Sandon Herculis filius (i. e. Hercules Sandon) Dalisandum genuisse dicitur ap. S. Basil. Miracul. S. Theclæ 2, 10, citante Wesselingio ad Hieroclem p. 516 ed. Bonn. Ad Malidem Omphalæ servam retulerim versum poetæ Æolici, quem laudat Hephæstion (v. Dindorf. in Steph. Thes. v. μόγις) : Μᾶλις μὲν ἔννη λέπτον ἔχοισ' ἐπ' ἀτράκτῳ λίνον. Μηλεὺς et *Maleus* Herculis et Omphalæ f. memoratur ap. schol. Hom. Il. 18, 219, Statium Theb. 4, 224 (pro quo *Lamum* ponit Diodor. 4, 31, 7). *Meles* inter Lydorum reges Heraclidas occurrit.

29. Anaxicrates libro secundo Ἀργολικῶν (in corruptissimo schol. Venet. ad Eurip. Med. 222 ed. Cobet) dicit Σκαμάνδριος δὲ (post Trojæ excidium) ἀφίκετο εἰς Ταναΐδα. Hæc vel simillima quædam supplenda sunt apud Stephanum, qui ea tantum attulit, quæ ad rem suam pertinerent. Dascylii regionem (cujus regem post Trojæ eversionem per tempus aliquod fuisse Ascanium refert Dionys. Hal. I, 47, 53) Æoles sub Archelao Argivo, Penthili filio, occupasse narrat Strabo VII, p. 582. Et de hac migratione Æolica loquens Anaxicrates in Argolicis de Scamandrio reliquisque Trojanis, quorum alii in alias regiones abierint, exposuisse videtur. Similiter Nicolai fragmentum in historia de rebus Græcorum locum habere poterat. Ego ad Lydica hæc retuli, iisque jungo Xanthi testimonium ap. Strabon. XIV, p. 680 : Ὁ μὲν γὰρ Ξάνθος ὁ Λυδὸς μετὰ τὰ Τρωικὰ φησιν ἐλθεῖν τοὺς Φρύγας ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ τῶν ἀριστερῶν τοῦ Πόντου· ἀγαγεῖν δ' αὐτοὺς Σκαμάνδριον ἐκ Βερεκύντων καὶ Ἀσκανίας. Utrumque ita conjungendum, ut statuamus, Scamandrium post Trojæ excidium ex Dascylio et Ascania Lydia populum eduxisse in Europæa Ponti Euxini, deinde cum Europæis Phrygibus ex Ascania (quam Scamandrium ad similitudinem relictæ ab ipso Ascaniæ Asiaticæ denominasse narratum fuerit) in Asiam esse reversum. De Phrygibus in Asiam ex Europa advenis cf. Herodot. VII, 173; Strabo V, p. 295. X, p. 471; Plinius H. N. V, 41; Stephan. v. Βρίγες; Conon Narr. 1. De Ascania regione v. Strabo XIV, p. 681; Plinius V, 40. 43. Dascylium urbem Lydiæ esse originis dubitari vix potest, quum nomen Dascyli in Lydorum stirpe regia frequentissimum sit, uti suo loco videbimus. Cf. Marquardt. *Cyzicus* p. 51; Grotefend. in *Paulys Realenc.* v. Dascylium; Forbiger. *Geogr.* II, p. 388. — Verbo moneo nihil esse cur illa : ἐν τετάρτῃ ἱστορίᾳ, jubente viro docto ap. Orellium, mutemus in ἐν τ. ἱστοριῶν. Hoc sane usitatius, illud vero haud infrequens.

30. Quæ fr. 30 et 31 de Damasci historia leguntur, eorum exponendorum opportunitatem Damasceno dederit narratio de Lydorum in Syriam expeditionibus. Cf. Eusebius P. E. p. 427; Justinus XXXVI, 2.

31. Vide Scaliger. De emend. tempp. Append. p. 47. — 1. ἐν τῇ τετάρτῃ] ἐ. τ. πέμπτῃ Rufinus — 2. Ἄδαδος ὄνομα] « Omnes reges Damasci ita vocabantur, ut illis mox significatur, ἑκάστου παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοὔνομα τοῦτο ἐκδεχομένου. Hinc accepit Hieronymus id, quod de regibus Damasci scribit : « Hazaeli in regnum successit filius ejus Benhadad, a quo omnes postea reges Aram, i. e. Syriæ et Damasci, Benhadad vocabulum possederunt. » Hoc nomen scribendum הדד, quomodo vocabatur adversarius Salomonis, homo regiæ stirpis Idumæorum, Regg. I, 9, 44. Hinc etiam Benadad rex Syriæ dictus fuit, filius Tabremon, nepos Hezion, Regg. I, 15, 18, ut hinc sciamus, nomina qui-

ἰσχύσας, Δαμασκοῦ τε καὶ τῆς ἄλλης Συρίας, ἔξω Φοινίκης, ἐβασίλευσε. Πόλεμον δὲ ἐξενέγκας πρὸς Δαυίδην (3) βασιλέα τῆς Ἰουδαίας καὶ πολλαῖς μάχαις κριθείς, ὑστάτῃ τῇ παρὰ τὸν Εὐφράτην, ἐν ᾗ ἡττᾶτο, ἄριστος ἔδοξεν εἶναι βασιλέων ῥώμῃ καὶ ἀνδρείᾳ. » Πρὸς τούτοις δὲ καὶ περὶ τῶν ἀπογόνων αὐτοῦ φησιν, ὡς μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἐξεδέχοντο παρ' ἀλλήλων καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὸ ὄνομα, λέγων οὕτως· « Τελευτήσαντος δ' ἐκείνου οἱ ἀπόγονοι ἐπὶ δέκα γενεὰς ἐβασίλευον, ἑκάστου παρὰ τοῦ πατρὸς ἅμα τῇ ἀρχῇ καὶ τοὔνομα τοῦτο ἐκδεχομένου, ὥσπερ οἱ Πτολεμαῖοι ἐν Αἰγύπτῳ. Μέγιστον δὲ πάντων ὀυνηθεὶς ὁ τρίτος, ἀναμαχέσασθαι βουλόμενος τὴν τοῦ προπάτορος ἧτταν, στρατεύσας ἐπὶ Ἰουδαίους ἐπόρθησε τὴν νῦν Σαμαρεῖτιν καλουμένην. » Οὐ διήμαρτε δὲ τῆς ἀληθείας· οὗτος γάρ ἐστι Ἄδαδος ὁ στρατευσάμενος ἐπὶ Σαμαρίαν, Ἀχάβου βασιλεύοντος τῶν Ἰσραηλιτῶν.

32.

Const. Porph. De them. II, 6, p. 52 Bonn. : Ἡ δὲ Πελοπόννησος τρεῖς ἔχει ἐπωνυμίας, ὡς Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς γράφει ἐν τετάρτῃ Ἱστορίᾳ· « Μέγιστον οὖν τῶν τότε ἴσχυον οἱ Πελοπίδαι, καὶ ἡ Πελοπόννησος εἰς αὐτοὺς ἀφεώρα, καὶ αὐτὸ τοὔνομα ἔχουσα ἀπ' ἐκείνων, τρεῖς ἤδη πρότερον ἀλλάξασα τὰς ἐπωνυμίας. Ἐπὶ μὲν γὰρ Ἄπεως τοῦ Φορωνέως ἐκαλεῖτο Ἀπία, ἐπὶ δὲ Πελασγοῦ τοῦ αὐτόχθονος Πελασγία, ἐπὶ δὲ Ἄργου καὶ αὐτὴ ὁμωνύμως ἐκαλεῖτο Ἄργος, ἐπὶ δὲ Πέλοπος τοῦ τὸν Οἰνόμαον νικήσαντος Πελοπόννησος ἔσχε τοῦτο τὸ κύριον ὄνομα. »

33.

Exc. De virt. : Ὅτι ἐδόκει φρονήσει τὸ τῶν Ἀμυθαονιδῶν (1) γένος τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς Ἕλλησι πρωτεύειν· ὥσπερ καὶ Ἡσίοδός φησιν ἐν τούτοις·

Ἀλκὴν μὲν γὰρ ἔδωκεν Ὀλύμπιος Αἰακίδῃσι,
νοῦν δ' Ἀμυθαονίδαις, πλοῦτον δ' ἔπορ' (2) Ἀτρείδῃσι.

34.

Exc. De insid. : Ὅτι Αἴγισθος Ἀγαμέμνονα κτείνας τὸν βασιλέα συμβουλῇ τῆς γυναικὸς Κλυταιμνήτenuit. Suscepto autem in Davidem Judææ regem bello, quum multis præliis decertasset, postremo ad Euphratem commisso, in quo victus est, præstantissimus regum esse quum robore tum fortitudine visus est. » Ad hæc autem et de posteris ejus narrat quod post illius obitum alius ab alio regnum simul et nomen acceperunt, hisce verbis : « Eo mortuo, posteri ejus in decem ætates regnarunt, unoquoque a patre simul cum imperio hoc etiam nomen accipiente, ut Ptolemæi in Ægypto. Horum vero tertius, quum multum invaluisset, avi cladem bello instaurare volens, regionem, quæ nunc Samaritis dicitur, populatus est. » In hoc autem a veritate non aberravit. Hic enim est Adadus qui, Achabo apud Israelitas regnante, Samariam invasit.

32.

Peloponnesus trifariam appellata est, ut scribit Nicolaus Damascenus libro quarto Historiarum his verbis : « Qua tempestate super ceteros potestate longe eminebant Pelopidæ, totaque eis Peloponnesus parebat, ab iis quoque illud nomen sortita, quum antea tribus diversis nominibus appellata jam fuisset. Api enim regnante (qui Phoronei filius fuit) Apia vocitata est. Pelasgo autem indigena res tenente Pelasgia est vocata. Argo deinde imperante, ex ejus nomine dicta Argos est. Postremo sub Pelope, qui Œnomaum vicerat, Peloponnesus cognominata in eo nomine acquievit. »

33.

Amythaonidæ olim apud Græcos præ ceteris prudentia valuisse videntur, quemadmodum Hesiodus quoque testatur his versibus :

Juppiter Æacidis robur donavit, opesque
Atridis, mentem vobis, Amythaone nati.

34.

Ægisthus postquam Agamemnonem regem consilio Clytæmnestræ uxoris interfecerat, Orestem quoque filium

---

dem propria illis Damascenis regibus fuisse, sed communi cognomine Adadi. Nam cui melius de hac re credetur quam Nicolao, qui Damascenus erat et ex Damascenorum tabularibus ista depromserat. » Scaliger. — 3. πόλεμον.. πρὸς Δαυίδην] Cf. Samuel. II, 8, 5; Chron. I, 18.

32. Res Peloponnesi. Nicolaus libro quarto Peloponnesi historiam inde a Trojanis temporibus, et præ ceteris rerum conversiones, quæ Heraclidarum descensum secutæ sunt, exposuit. Antiquiorem Peloponnesi historiam, certe fabulas ejus celeberrimas, jam narraverat libro tertio. Verum denuo ad antiqua illa in hoc libro adscendit, sive quod nunc demum singularum Græciæ civitatum historiam ex professo sibi tractandam sumsit, sive quod priscas rerum conversiones paucis comprehendere voluit, antequam ad magnum istum Heraclidarum motum accederet. Idque non tam suo Marte Nicolaus fecerit, quam quod sic fecerat Ephorus, qui initium suæ historiæ reditum Heraclidarum posuerat, quemque in hac Historiarum parte Nicolaus ducem sibi selegit. — Quod rem attinet h. l. narratam, cum nostris componere licet Apollodor. II, 1. Alii aliter rem adornarunt.

33. *Cod. Tur. fol.* 154, 7-10 *r.* 1. Ἀμυθ.] Ἀμαθ. cod. — 2. δ' ἔπορ'] correx. viri dd.; δὲ παρ' codex; δέ περ Suidas v. ἀλκή, ubi ex nostris Exc. versus hi afferuntur. V. Hesiod. fr. 163, p. 64 ed. Didot. De Amythaonidis (Biante, Melampo, Amphiarao) v. Apollodor. I, 9, 10 ibique Heyn.; Eckermann. *Melampus u. sein Geschlecht.* Gœtting. 1840.

στρας, καὶ τὸν Ὀρέστην τὸν τοῦ Ἀγαμέμνονος υἱὸν ἔμελλεν ἀνελεῖν. Τοῦτον δὲ ἐρρύσατο Ταλθύβιος (1) ἁρπάσας, καὶ ἐκθέμενος εἰς τὴν Φωκίδα παρὰ Στρόφιον. Δεκάτῳ (2) δ' ἔτει ἐκ Φωκέων ἐλθὼν μετὰ Πυλάδου τοῦ Στροφίου, Αἴγισθον καὶ τὴν μητέρα κτείνας, τῶν Μυκηνῶν ἐβασίλευεν. Ἐλαυνόμενος δὲ ὑπὸ τῶν Αἰγίσθου φίλων, κατὰ δὲ τὸν πλεῖστον λόγον ὑπὸ Ἐρινύων, ὡς ἐναγὴς, θεοῦ κελεύσαντος, εἰς Ἀθήνας ἀφίκετο, καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κριθεὶς ἀπέφυγεν. Αὕτη ἡ δίκη φόνου τετάρτη (3) ἐν Ἀθήναις ἐκρίθη.

Agamemnonis occidere volebat. Hunc vero servavit Talthybius cædi surreptum, et in Phocidem ad Strophium portandum curavit. Unde decimo anno post reversus cum Pylade Strophii filio Ægisthum et matrem interfecit regnoque Mycenarum potitus est. Verum quum ab amicis Ægisthi vel, ut plurimi narrant, a Furiis, utpote cæde pollutus, exagitaretur, dei jussu Athenas venit ibique in Areopago judicium subiens absolutus est. Atque hoc quartum fuit de cæde judicium, quod Athenis in Areopago institutum est.

35.

Steph. B. : Καρνία, πόλις Ἰωνίας. Νικόλαος τετάρτῳ.

35.

Carnia, urbs Ioniæ, ut Nicolaus refert libro quarto.

36.

Exc. De virt. : Ὅτι τὸν Ἀμυκλαῖον νομὸν κατὰ τὰς ὁμολογίας τῷ προδότῃ Φιλονόμῳ ἐξελόντες οἱ Ἡρακλεῖδαι ἀνέμητον ἀφῆκαν. Ὁ δὲ αἰσχυνόμενος ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ, οὐδαμοῦ ἐφαίνετο. Οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι ἀναδασάμενοι καὶ τοῦτον ἐνέμοντο. Ὕστερόν γε μὴν ἀφικομένῳ ἐκ Λήμνου σὺν λαῷ, ὄντινα ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ [συνεπήγετο], πάλιν ἀπέδοσαν. Καὶ ὃς τοῖς ἥκουσι διελὼν τὴν γῆν, ᾤκει ἅμα αὐτοῖς βασιλεύων Ἀμυκλῶν.

36.

Quum Heraclidæ Amyclæum agrum Philonomo proditori, ut convenerat, extra sortem reservassent, isque præ pudore admissæ proditionis nullibi compareret, Heraclidæ instituta iterum divisione eum agrum sorte distribuerunt. Sed postmodum reverso Philonomo cum haud exigua manu, quos, pari et æquo honore et jure proposito, e Lemno adduxerat, Heraclidæ ei Amyclæum agrum concessere. Igitur Philonomus quum agros colonis divisisset, Amyclarum regnum obtinuit.

37.

Steph. B. : Θόρναξ, ὄρος τῆς Λακωνικῆς. Νικόλαος τετάρτῃ.

37.

Thornax mons Laconiæ est, ut Nicolaus refert libro quarto.

---

34. *Cod. Escor. fol.* 77, 26 *vso* — 78, 4 *r.* — 1. ἐρρύσατο Ταλθύβιος] Sic etiam Dictys Cret. VI, 2. Pro Talthybio Pindarus Pyth. XI, 25 Arsinoen, Pherecydes (fr. 96) Laodamiam, Æschylus Coeph. 721 Cilissam nutricem, Sophocles Electram sororem, Euripides pædagogum ponunt. — 2. δεκάτῳ] ὀγδοάτῳ sec. Homer. Odyss. 3, 306. — 3. τετάρτη] Fluxisse hæc puto ex Hellanico (fr. 82), qui de Orestis judicio agens simul priora judicia in Areopago habita recenset ap. schol. Eur. Orest. 1643. Loci corrupti neque Sturzius neque ego olim neque Prellerus (De Hellanico p. 24) medelam attulerunt. Emendandum censeo hunc in modum : Οἱ Ἀθηναῖοι τὴν δίκην (sc. de Oreste) ἔστασαν ἐν δεκα (ἐννέα vulgo) γενεαῖς ὕστερον ἢ (δὲ vgo) Ἄρης καὶ Ποσειδῶν περὶ Ἁλιρροθίου δίκην (supple ἔφυγον vel simile quid.). Εἶτα Κέφαλος ὁ Δηιονέως, ὅστις Πρόκριν τὴν Ἐρεχθέως ἔχων γυναῖκα καὶ ἀποκτείνας ἐξ Ἀρείουπάγου δίκην ὡς δικασθεὶς ἔφυγεν ἓξ γενεαῖς ὕστερον. Μετὰ δὲ τὴν Δαιδάλου δίκην, ἀδελφιδοῦν τὸν Τάλων ἀποκτείναντος δολόεντι θανάτῳ καὶ φυγόντος δίκην τρισὶ γενεαῖς ὕστερον, αὕτη ἡ Τυνδαρὶς Κλυταιμνήστρα, Ἀγαμέμνονα ἀποκτείνασα καὶ ὑπὸ Ὀρέστου ἀποκτανθεῖσα, [supple τρισὶ γενεαῖς ὕστερον] συγκροτηθῆναι δίκην τῷ Ὀρέστῃ ὑπὸ Εὐμενίδων παρεσκεύασεν. Videlicet quum quattuor judicia memorentur, et duo tantum temporis intervalla indicentur, aperte desideratur intervallum tertium, ideoque, si recte se habent illæ ἓξ γενεαί et τρεῖς γενεαί, quæ in vulgatis apponuntur, falsa esse debet summa γενεῶν ἐννέα. *Undecim* vero γενεαί, quas reposuimus, optime quadrant. Nam inde a Cecrope usque ad Demophontem, sub cujus initio de Oreste judicatum est, ut præter alios ipse Nicolaus (fr. 34) docet, undecim fuerunt reges sive generationes Usque ad Cephali judicium sex fuisse dicuntur γενεαί. Judicatum vero esse constat sub Erechtheo II, qui rex est sextus.

35. Urbs aliunde non nota. Recte vero, puto, Holstenius ad Steph. l. l. *Carniam*, quam Nicolaus dicit, non diversam esse censet a *Carne*, cujus Stephanus meminit v. Κάρνη. Ἔστι δὲ ἄλλη Αἰολίδος, ἧς τὸ ἐθνικὸν Καρναῖος, τὸ κτητικὸν Κάρνιος, τριγενές. Mentionem hujus urbis Nicolaus injecerit de migrationibus Æolicis loquens, quæ Orestis tempore et deinceps in Asiam factæ sunt. Nomen urbis in mentem revocat Apollinem Carneum, cujus cultum jam ante Heraclidarum adventum in Peloponneso viguisse inter doctos satis constat.

36. *Cod. Tur. fol.* 154, 10-17 *r.* 1. συνεπήγετο] vocem supplevit Corayus; μεθ' ἑαυτοῦ ἦγε suppl. Valesius. Hæc ex Ephoro petita esse sæpius viri docti monuerunt. Etenim Strabo VIII, p. 364 ex Ephoro (fr. 18) narrat Eurystheum et Proclem Laconicam διελεῖν εἰς ἓξ μέρη, καὶ πολίσαι τὴν χώραν· μίαν μὲν οὖν τῶν μερίδων, τὰς Ἀμύκλας, ἐξαίρετον δοῦναι τῷ προδόντι αὐτοῖς τὴν Λακωνικὴν κτλ. V. Müller. *Dor.* p. 48 sqq. Nomen Philonomi, quod hoc loco multis lacunis mutilo excidisse videtur, Strabo memorat paullo post p. 365. Ex Lemno colonos Amyclas a Philonomo ductos esse præter Nicolaum tradit Conon Narr. 31 : Φιλόνομος ὁ Σπαρτιάτης προδοὺς Δωριεῦσι δῶρον ἔχει Ἀμύκλας, καὶ συνοικίζει ταύτην ἐξ Ἴμβρου καὶ Λήμνου· τρίτῃ δὲ γενεᾷ στασιάσαντες πρὸς Δωριέας μεταν[illegible]στανται Ἀμυκλῶν κτλ. Cf. Narr. 47; Pausanias III, 2, 60; Servius ad Æn. X, 564.

37. Thornax mons (postea Κοκκύγιος, Pausan. II, 36, 1) clarus erat statua Apollinis, ἀγάλματι Πυθαέως Ἀπόλλωνος κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ ἐν Ἀμύκλαις πεποιημένῳ. Pausan. III, 10, 8. De habitu Apollinis illius Amyclæi v. Pausan. III,

38.

Exc. De ins. : Ὅτι Τήμενος ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ παίδων ἀπέθανε δι' αἰτίαν τοιάνδε. Ἦσαν αὐτῷ τέτταρες υἱεῖς, Κεῖσος (1) καὶ Φάλκης καὶ Κερύνης (2) καὶ Ἀγαῖος (3), θυγάτηρ δὲ τοὔνομα Ὑρνηθὼ (4), ἥντινα ἔδωκε γυναῖκα Δηιφόντῃ τῷ Ἀντιμάχου τοῦ Θρασυάνορος τοῦ Κτησίππου τοῦ Ἡρακλέους. Στέργων οὖν ταύτην καὶ τὸν γαμβρὸν πολὺ μᾶλλον ἢ (5) τοὺς υἱεῖς καὶ εἰς ἅπαντα χρώμενος διετέλει. Ἐπὶ τούτῳ (6) οἱ νεανίσκοι βαρέως φέροντες, ἐξεῦρον κακούργους ἀνθρώπους οὓς (7) ἐπὶ μισθῷ ἔπεισαν τὸν Τήμενον ἀνελεῖν. Ἀγαῖος δὲ ὁ νεώτατος οὐ μετεῖχε τοῦ βουλεύματος. Καὶ οἱ μὲν τὸν ἄνθρωπον λουόμενον παρὰ τὸν ποταμὸν ἐν ἐρημίᾳ ἐπιπεσόντες καὶ κατατρώσαντες, ἐκποδὼν ἐγένοντο, ἔτι ζῶντα ὑπὸ θορύβου λιπόντες. Ὁ δὲ κομισθεὶς εἰς τὸ στράτευμα, ἀγνοῶν τοὺς φονέας θνήσκει, τὴν ἀρχὴν Ὑρνηθοῖ καὶ Δηιφόντῃ καταλιπών, καὶ τὰ λόγια φράσας ἅπερ ᾔδει τοῦ πολέμου πέρι. Μετὰ ταῦτα δὲ ζητουμένου τοῦ φόνου, τὸ σύμπαν ἐγνώσθη, ὅτι ὑπὸ τῶν περὶ Κεῖσον ἐπεβουλεύθη (8), καὶ ἅμα διὰ τὴν Τημένου ἐπίσκηψιν (9) ἐξεώσθησαν ἐκ τῆς ἀρχῆς, Δηιφόντης δὲ καὶ (10) Ὑρνηθὼ ἐβασίλευον διά τε ταῦτα καὶ ὅτι τὰ λόγια ᾔδεσαν, ἐν οἷς τῆς καθόδου ἡ ἐλπὶς ἦν. Οἵ γε μὴν παῖδες ἔξαρνοι ἦσαν τὸν φόνον κοὐκ ἄρα (11) ἔμελλον τῆς ἀρχῆς πέρι ἀτρεμήσειν. Τοὐντεῦθεν Δηιφόντης πρῶτον μὲν ὑποπέμψας πρέσβεις κρύφα Τροιζηνίους καὶ Ἀσιναίους καὶ Ἑρμιονεῖς καὶ πάντας ὅσοι τῇδε Δρύοπες ᾤκουν, ἀφίστησι τῶν Ἀργείων ἐθελοντὰς καὶ αὐτούς, μὴ τῷ χρόνῳ ὁμοῦ κείνοις ὑπὸ Δωριέων (12) ἐξανασταῖεν.

39.

Ibidem : Ὅτι Κρεσφόντης (1) πάντων ἐβασίλευσεν τῶν στρατιωτῶν (2)· ὃς ἐπειδὴ διένεμε τὴν γῆν εἰς

38.

Temenus a filiis suis interfectus est ob causam hujusmodi. Quattuor ei filii erant, Cisus, Phalces, Cerynes et Agæus; filia autem Hyrnetho, quam in matrimonium dederat Deiphonti, Antimachi, Thrasyanoris, Ctesippi, Herculis. Hanc igitur atque generum quum filiis suis anteferret, iisque ad omnia sociis et consiliariis uti soleret, graviter id ferentes juvenes invenerunt homines quosdam perditos, quos pretio adduxerunt, ut Temenum de medio tollerent. Itaque Temenum lavantem ad fluvium in regione deserta adorti sunt, vulnusque inflixere, sed strepitu territi vivum adhuc relinquentes aufugerunt. Ille vero in castra deportatus, auctores cædis ignorans exspiravit, postquam Hyrnethonem et Deiphontem regni successores designaverat et oracula dixerat, quæ de bello comperta habebat. Post hæc vero quum de cæde inquirentibus tota res patefacta esset, propter insidias patri a Ciso ejusque sociis structas et propter Temeni morientis mandata illi pulsi sunt regno, quod Hyrnethoni et Deiphonti traditum est et ob hæc et quod sciebant oraculum spem reditus faciens. Sed filii cædem a se commissam infitias ibant et de regno nequaquam quiescebant. Dehinc Deiphontes primum quidem missis clanculum legatis Trœzenios et Asinæos et Hermionenses et reliquos qui illic habitabant Dryopes adduxit, ut ab Argivis deficerent, idque haud invitos, metuentes scilicet ne aliquando una cum illis sedibus suis a Doriensibus expellerentur.

39.

Cresphontes omnibus imperans *Messeniis*, quum regionem in quinque divisisset civitates, mox pœnitebat eum ex

19. Repræsentasse Apollinem Carneum censet Müller. *Dor.* I, p. 358. De Apoll. in Thornace v. Herodot. I, 69. Hesych. v. Θόρναξ. Cf. idem : Θοράτης(?), Ἀπόλλων παρὰ Λάκωσι, quæ nescio an huc pertineant.

38. *Cod. Escor. fol.* 73, 5-25 *r*. Rem eandem ex eodem fonte (Ephoro) brevius narrat Diodorus in Exc. De insid. (fr. 4. V. tom. II, p. VIII). — 1. Κεῖσος] Κράσσος codex. De variis hujus nominis formis vid. not. ad Diodor. l. l. — 2. Κερύνης] sic Diodor. et Pausanias; κορύνης codex. —. 3. Ἀγαῖος] sic etiam Strabo VIII, p. 389 ex Ephoro (fr. 16). De diversa hujus nominis scriptura v. Diodor. fr. 4 not. 6. — 4. Ὑρνηθὼ] ὥρν. cod.; mox δηιφόντι cod. Genealogiam Deiphontis eodem modo tradit Pausanias II, 19, 1, cujus narratio omnino cum nostra comparanda est, coll. II, 28, 3. — 5. ἢ] supplevi. — 6. τούτῳ] τοῦτο codex. Agæus, qui non particeps conjurationis fuisse dicitur, una cum Deiphonte *Acten* sive septemtrionalem Argolidis oram (Epidaurum, Trœzenem) obtinebat. Vid. Strabo VIII, p. 389; Ephor. fr. 16. — 7. οὓς] supplevi. — 8. ὑπὸ ... ἐπεβουλεύθη] ὑπὸ τὸν περικισσον ἐβουλεύθη codex. Cisus filiorum erat natu maximus. Pausan. II, 19, 2. — 9. ἐπίσκηψιν] ἐπισκίασιν codex. De re cf. Apollodor. II, 8, 5 : Γενομένου δὲ τοῦ φόνου (sc. Τημένου) τὴν βασιλείαν ὁ στρατὸς ἔχειν ἐδικαίωσεν Ὑρνηθοῖ καὶ Δηιφόντῃ. Bellum deinde inter Temenidas et Deiphontem conflatum esse, nisi Ephorus tradidit, Euripides certe finxisse videtur, si quid colligere licet ex fragmentis p. 795 sq. ed. Didot. — 10. καὶ] addidi. Mox ἔξαρνοίησαν codex. — 11. κουρκάρα codex. — 12. Δωριέων] Δωριήων vel Δωριένων codex. Asine et Hermione incolebantur a Dryopibus qui meridionalem Argolidis partem tenebant. Terminos ditionis Dryopicæ notat Pausanias II, 28, 2. 36, 5. Vides ex nostro loco Dryopes illos sec. Ephorum jam Temeni temporibus subjectos Doriensibus fuisse. In universum de ratione parum probabili, qua de his omnibus Ephorus exposuit, v. Müller. *Dor.* I, p. 63 sqq.

39. *Cod. Escorial. fol.* 78, 26 *r* — 78, 21 *vso.* — 1. Κρεσφόντης] κρεφόντης cod. — 2. στρατιωτῶν] Vox procul dubio corrupta. In prima fragmenti parte narratio Nicolai pessime contracta est. Pauca illa, quibus nostra hæc illustrare possumus, apponam. Sequitur Nicolaus Ephorum (fr. 20), ex quo hæcce affert Strabo VIII, p. 361 : Ἔφορος δὲ τὸν Κρεσφόντην, ἐπειδὴ εἶδε Μεσσήνην, διελεῖν φησιν εἰς πέντε πόλεις αὐτήν, ὥστε Στενύκλαρον μὲν ἐν τῷ μέσῳ τῆς χ[ώρας ταύτης] κειμένην, ἀποδεῖξαι βασίλειον αὐτῷ, [εἰς δὲ τὰς ἄλλας] τῆς βασιλείας πέμψαι, ἐς Πύλον καὶ Ῥίον [καὶ Μεσόλαν καὶ] Ὑαμεῖτιν, ποιήσαντα ἰσονόμους πάντας τοῖς Δωριεῦσι τοὺς Μεσσηνίους. Ἀγαναχτούντων δὲ τῶν

ε' (3) *, μετεμέλησε δ' αὐτῷ ἐξ ἴσου διελόντι εἰς ὃ συνετέλουν οἱ λοιποί. Ταῦτα δὲ μεταβουλευσάμενος κινεῖν τὰ πράγματα ἐπειρᾶτο, ἐκ μὲν τοῦ εὐπρεποῦς λέγων ἅπερ καὶ οἱ ἐν Λακεδαίμονι, ὅτι οὐ δίκαιον εἴη τῶν ἴσων μετέχειν τοὺς ἐγχωρίους τοῖς Δωριεῦσι. Συνέβη δ' αὐτῷ πρός τ' ἐκείνους διαβεβλῆσθαι καὶ πρὸς τοὺς Δωριέας, οἳ καὶ τότε (4) αὐτοῦ ἤχθοντο τῇ βίᾳ οὐκ ἀνεχομένου τὸ ἰσόμοιρον καὶ πάλαι δ' αὐτῷ (5) προσεκεκρούκεσαν ἄνευ σφῶν συμβαίνοντι τοῖς ἐγχωρίοις καὶ μετὰ ταῦτα τῶν ἴσων αὐτοῖς μεταδιδόντι· πάντων δὲ μάλιστα [οἱ ἐγχώριοι] ὑφεωρῶντο τὴν μετακόσμησιν τῶν τότε καθεστώτων, πρὸς (6) ἧς ἄμεινον ἡγήσαντο εἶναι ἀνελόντες αὐτὸν κατὰ χώραν ἀτρεμεῖν. Καὶ ἐποίησαν ταῦτα, καὶ Κρεσφόντην (7) μὲν δι' ἐπιβουλῆς ἀπέκτειναν. Ταχὺ δὲ καὶ τοὺς υἱεῖς ἤθελον, οὓς τότε ὁ μητροπάτωρ ἅμα τῇ θυγατρὶ κυούσῃ θύειν μέλλων Διΐ ἀκραίῳ (8) εἰς Τραπεζοῦντα μετεπέμψατο· καὶ παρ' αὐτῷ ἔτεκεν ἡ θυγάτηρ Αἴπυτον τὸν τρίτον (9). Ἐτεχνάσαντο οὖν οἱ φονεῖς ἀφικόμενοι παρὰ Κύψελον, ὡς ἂν παραλαβόντες τοὺς Κρεσφόντου παῖδας ἀνέλοιεν, λέγοντες ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοὺς εἰς Μεσσήνην (10) μέτεισιν ἱερὰ θύειν μέλλων εὐκταῖα. Ὁ δὲ Κύψελος τοὺς μὲν δύο ἐξέπεμψε σὺν αὐτοῖς ἐξαπατηθείς, οὓς ἐκεῖνοι κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπέκτειναν, τὸν δὲ τρίτον ἅτε νεογενῆ οὐκ ἔδωκε φήσας ἐν σπαργάνοις εἶναι· καὶ οὗτος μὲν παρὰ τῷ μητροπάτορι ἐτρέφετο.

Ὅτι Αἴπυτος (11) ὁ υἱὸς Κρεσφόντου ἐπεβουλεύθη παρὰ τῶν ἐμπρησάντων τὴν αὐτοῦ οἰκίαν, καὶ τῆς ἐπιβουλῆς ἀνώτερος γέγονεν. Αὖθις δὲ πάλιν ἐπεβουλεύετο ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ αὐτὸς καὶ οἱ ἀπόγονοι, καὶ οὐ διέ-

æquo inter Dorienses et indigenarum optimates distribuisse regnum, in quod reliquus populus tributa conferebat. Igitur mutata sententia innovare reipublicæ formam tentabat, speciosa ratione dictitans eadem quæ Lacedæmonii quoque dicebant, videlicet iniquum esse indigenas pari cum Doriensibus frui jure. Verum accidit ut eo non apud Messenios modo invidiam sibi contraheret, sed apud ipsos etiam Dorienses, qui et tunc ejus exprobrabant violentiam, qua concessam semel juris æqualitatem non sustineret, et jam olim in eum offenderant, quod invitis ipsis pacta cum indigenis iniisset ac deinde jus æquale iis dedisset. Omnium vero maxime *indigenæ* status reipublicæ commutationem suspectabant, qua potius duxerunt fore, si, Cresphonte interfecto, loco suo manerent immoti. Consiliumque exsequentes, Cresphontem ex insidiis occiderunt. Mox vero etiam filios ejus *e medio tollere* volebant, quos avus maternus (*Cypselus*) una cum filia sua (*Merope*) tunc uterum gerente, sacra Jovi Actæo facturus, Trapezuntem arcessiverat. Apud hunc filia peperit Æpytum tertium. Dolum igitur percussores ad Cypselum profecti excogitarunt, quo liberorum corporibus potiti occidere eos possent. Nuntiarunt patrem eos in Messeniam advocare, ut sacra votiva offerret. His deceptus Cypselus duos filiorum cum iis ablegavit, quos illi in itinere trucidarunt; tertium vero recens natum non tradidit, aiens eum in fasciis adhuc esse. Atque hic quidem apud avum maternum educatus est.

Æpytus Cresphontis filius insidiis appetitus est ab iis qui domum ejus incenderunt. Sed salvus tunc evasit. Postea vero iterum insidiæ paratæ sunt tum ipsi tum prosapiæ ejus; ac omnino continuæ inter eos discordiæ obtinebant, us-

---

Δωριέων, μεταγνόντα μόνην τὸν Στενύκλαρον νομίσαι πόλιν· εἰς τοῦτον δὲ καὶ τοὺς Δωριέας συναγαγεῖν πάντας. Apollodor. II, 8, 5, 5 : Κρεσφόντης δὲ οὐ πολὺν Μεσσήνης βασιλεύσας χρόνον μετὰ δύο παίδων φονευθεὶς ἀπέθανε. Pausanias IV, 3, 7 : Κρεσφόντης δὲ ἐν Στενυκλήρῳ τὸν βασιλέα οἰκεῖν κατεστήσατο. Διοικούμενον δὲ αὐτὸν τὰ πολλὰ ἐς χάριν τοῦ δήμου μᾶλλον, οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες αὐτόν τε Κρεσφόντην ἐπαναστάντες καὶ τοὺς υἱοὺς ἀποκτείνουσι τοὺς λοιπούς (sc. reliquos, excepto Æpyto). Quæ eatenus inter se differunt, quatenus Pausanias nimio plebis studio, Ephorus sive Nicolaus Doriensium studio ab optimatibus Messeniæ interfectum Cresphontem perhibent. — 3. ἐς πέντε] ex voce sequente μετεμέλησε facillime elicimus vocem μέρη h. l. supplendam. Significantius Strabo dicit : πέντε πόλεις. Quarum quattuor exhibent libri mss. Strabonis, qui l. l. mutili omnes sunt. Quintam civitatem e Nicolao (v. fr. 40) supplevit Müllerus *Dor.* I, p. 95. Plura deinceps ab excerptore omissa sunt. Hinc illud δὲ post μετεμέλησε. — 4. καὶ τότε] καί ποτε codex. — 5. αὐτῷ] αὐτὸ cod. In seqq. supplevi : οἱ ἐγχώριοι. — 6. πρὸς] fortasse πρὸ; sed vel sic insitata foret locutio. — 7. Κρεσφόντην] χρεσφόντη codex. Cædis auctor secundum Hyginum fab. 137 et 184 et Apollodorum l. l. Polyphontes fuit, qui deinde regno potitus est, et Meropen, occisi uxorem, in matrimonium duxit. Hygini narratio ex Euripidis Cresphonte fabula (vide Eurip. fr p. 726 ed. Didot) manaverit. Secundum Nicolaum Merope una cum Æpyto apud Cypselum versabatur. Igitur eam non duxerit Polyphontes. Apollodorus Meropen Cypselo Æpytum educandum tradidisse narrat. Apud Hyginum pro Æpyto nominatur Telephontes (fortasse leg. *Cresphontes*; certe apud Euripidem nomen filio erat Cresphonti), quem mater absconse ad hospitem in Ætoliam mandavit. — 8. ἀκραῖος] Ζεὺς ἀκραῖος in numo ap. Eckhel. D. N. II, p. 502, citante B. Hase in Steph. Thes. s. v. Idem nomen pro ἀκταῖος ap. Dicæarch. fr. 60, p. 263, restitui vult Osannus. Frequens aliorum nominum epitheton. — 9. τὸν τρίτον] num filium tertium? at tum dixisset auctor τρίτον ἔτεκεν. . Αἴπυτον, ut ap. Apollodor. l. l. : τρίτον γὰρ ἔχουσα παῖδα Μερόπη καλούμενον Αἴπυτον. Intellige Æpytum, qui hujus nominis tertius est. Stemma dat Pausanias VIII, 5, 4 : Elatus; Æpytus (I) et Stymphalus; Agamedes Stymphali f.; Cercyon; Hippothous; Æpytus (II); Cypselus; Merope; Æpytus (III). — 10 αὐτοῦ εἰς Μεσσήνην ἐν μέτεισιν codex. — 11. Αἴπυτος] Æpytum hunc patris cædem ultum esse traditur ap. Apollodorum, Hyginum (coll. fragm. Euripid. l. l.), Pausaniam IV, 3, 8, ubi hæc : Ὁ δὲ Αἴπυτος... ὡς ἀνὴρ ἐγένετο, οἱ Ἀρκάδες (duce Holæo, Cypseli filio, VIII, 5, 7) κατάγουσιν αὐτὸν ἐς Μεσσήνην. Συγκατήγαγον δὲ καὶ οἱ λοιποὶ βασιλεῖς τῶν Δωριέων, οἵ τε Ἀριστοδήμου παῖδες καὶ Ἴσθμιος (l. Κίσσος vel Κίσσιος) ὁ Τημένου. Αἴπυτος δὲ ὡς ἐβασίλευσεν, ἐτιμωρήσατο μὲν τοῦ πατρὸς τοὺς φονέας, ἐτιμωρήσατο δὲ καὶ ὅσοι τοῦ φόνου παραίτιοι καθιεστήκεσαν· προσαγόμενος δὲ τοὺς ἐν τέλει τῶν Μεσσηνίων θεραπείαις, ὅσοι δὲ ἦσαν τοῦ δήμου, δωρεαῖς, ἐς τοσοῦτον προέβη ὡς καὶ τοὺς ἀπογόνους Αἰπυτίδας ἀντὶ Ἡρακλειδῶν καλεῖσθαι. Æpyti filius Glaucus, item vir optimus ac piissimus fuit; successores ejus Isthmias, Dotades, Sybotas, Phintias, sacrorum institutione structisque templis sunt clarissimi. Sic Pausanias; quem Messeniorum sacerdotum narrationem reddere vix dubium esse potest. Contra Ephorus sive Nicolaus contraria plane (de quibus aliunde non constat) tradens, ex Lacedæmoniorum narratione pendere videtur. Conferri possit Isocratis commentum in Archidamo § 23 et 31 p. 78 ed. Didot. ubi Cresphontis liberi,

λιπον ἀλλήλοις διαστασιάζοντες, ἄχρις ὅτου ὑπὸ Λακεδαιμονίων (12) ἠνδραποδίσθησαν.

40.

Stephan. Byz. : Μεσόλα, πόλις Μεσσήνης, μία τῶν πέντε. Νικόλαος τετάρτῳ.

Ὑάμεια, πόλις Μεσσήνης, τῶν πέντε μία.

Νηρίς, πόλις Μεσσήνης. Νικόλαος τετάρτῳ.

41.

Exc. De insid. : Ὅτι Φείδων κατὰ φιλίαν στασιάζουσι Κορινθίοις βοηθῶν, ἐπιθέσεως (1) ἐκ τῶν ἑταίρων γενομένης, ἀπέθανεν.

Ὅτι Κορίνθῳ, ἐξ οὗ Κόρινθος ἡ πόλις, ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἐξ ἐπιβουλῆς σφαγέντι, Σίσυφος ἀμύνων τοὺς τε αὐτόχειρας ἐτιμωρήσατο, καὶ ἀντὶ τούτου βασιλεὺς γίνεται (2).

ΕΚ ΒΙΒΛ. Ε'.

42.

Stephan. Byz. : Ἀρκαδία · ἐκαλεῖτο δὲ Πελασγία, ὡς Νικόλαος πέμπτῃ.

43.

Exc. De virt. : Ὅτι Λυκάων ὁ Πελασγοῦ υἱός, βασιλεὺς Ἀρκάδων, ἐφύλαττε τὰ τοῦ πατρὸς εἰσηγήματα ἐν δικαιοσύνῃ. Ἀποστῆσαι δὲ (1) βουλόμενος καὶ αὐτὸς τῆς ἀδικίας τοὺς ἀρχομένους, ἔφη τὸν Δία ἑκάστοτε φοιτᾶν παρ' αὐτὸν, ἀνδρὶ ξένῳ ὁμοιούμενον εἰς ἔποψιν τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων. Καί ποθ', ὡς αὐτὸς ἔφη, μέλλων ὑποδέχεσθαι τὸν θεὸν, θυσίαν ἐπιτελεῖν (2). Τῶν δὲ υἱῶν αὐτοῦ (3) πεντήκοντα, ὥς φασιν, ὄντων ἐκ πολλῶν γυναικῶν, βουλόμενοι γνῶναί τινες οἱ τῇ θυσίᾳ παρόντες, εἰ τῷ ὄντι θεὸν μέλλουσι ξενοδοχεῖν, θύσαντές τινα παῖδα, ἐγκατέμιξαν τοῖς τοῦ ἱερείου (4) κρέασιν, ὡς οὐ λήσοντες, εἴπερ ὄντως θεὸς ἔπεισιν. Ὑπὸ δὲ τοῦ δαιμονίου χειμώνων μεγάλων καὶ κεραυνῶν ῥαγέντων, φασὶ τοὺς αὐτόχειρας ἅπαντας τοῦ παιδὸς ἀπολέσθαι (5).

quedam a Lacedæmoniis oppressi in servitutem redigerentur.

40.

Mesola, urbs Messeniorum, una ex quinque. Nicolaus libro quarto.

Hyamia, urbs Messeniæ, ex quinque una.

Neris, urbs Messeniæ. Nicolaus quarto.

41.

Phidon propter amicitiam Corinthiis seditione laborantibus auxilians, aggressione a factionis sociis facta, occubuit.

Corinthum, a quo Corinthus urbs nomen habet, ab indigenis per insidias occisum ulciscens Sisyphus percussores punivit, et pro eo rex creatus est.

E LIBRO V.

42.

Arcadia olim Pelasgia vocabatur, ut Nicolaus refert libro quinto.

43.

Lycaon Pelasgi filius, Arcadum rex, patris præceptis obtemperans, justitiam colebat; quumque subditos ab omni flagitio avertere vellet, affirmavit Jovem peregrini hominis specie quotidie domum suam ventitare, ut recte aut secus facta inspiceret. Ac semel deum, ut aiebat, hospitio excepturus quum sacrificium appararet, ex filiis, quos quinquaginta ex variis susceptos mulieribus habebat, ii, qui sacrificio intererant, quum certo scire vellent an vere præsentem deum hospitio essent excepturi, pueri cujusdam membra carnibus victimæ miscuere, rati, ita deprehensum iri, an revera deus adsit. Verum subito immissis cœlitus procellis ac fulminibus, cunctos, qui puerum jugulaverant, interiisse aiunt.

---

occiso patre, Spartam aufugiunt ἀξιοῦντες βοηθεῖν τῷ τεθνεῶτι καὶ τὴν χώραν διδόντες ἡμῖν κτλ. — 12. Λακεδαίμονι cod.

40. Cf. fr. 39, not. 2. Hyamiæ mentio ex eodem Nicolao manare putanda est. — Nerin Messeniæ urbem etiam Suidas (e Stephano) memorat; aliunde non nota est. Vicum quendam Νῆριν ad Parnonem montem in confiniis Laconicæ et Argolidis affert Pausanias II, 38, 6.

41. *Cod. Escor. fol.* 78, 21-26 *vso.* — 1. Ἐπιθέσεως] ἐπὶ θέσεως codex. Phidon noster num est Φείδων ὁ Κορίνθιος, ὢν νομοθέτης τῶν ἀρχαιοτάτων, ut Aristoteles (Polit. II, 4, 6) tradit? — 2. Aliter de his tradit Eumelus apud Pausan. II, 3, 11, ubi regum series hæc est : Æetes Solis f.; Buno Mercurii f., Epopeus Aloei f., Marathon Epopei f., Corinthus Marathonis filius. Corintho, a quo Ephyra deinceps Corinthus nominata est (II, 1, 1; cf. Heraclid. Pont. fr. 5, p. 212), absque liberis mortuo, Medea ex Iolco in regnum vocatur, quæ Iasoni regia negotia committit, et postea cum Iasone Colchos rediens Sisypho imperium tradit.

42. Cf. Charax ap. Stephan. Byz. v. Παρρασία.

43. *Cod. Tur. fol.* 154, 17-29 *r.* Eadem Suidas v. Λυκάων. — 1. δὲ] Suidas; in cod. deest. — 2. ἐπιτελεῖν] sic codex; Valesius tacite posuit ἐπιτελεῖ. Suidæ codd. A B V E item ἐπιτελεῖν pro vulgata ἐπιτελεῖ exhibent « Ratio structuræ, Bernhardyus ait, minime recondita (v. nostra De Syntaxi gr. p. 464 sq.), sed quæ peritissimis hominibus fraudi fuerit, ut Reiskio in Dion. Chrysostom. tom. I, p. 325. » — 3. αὐτοῦ] vocem hanc et codex et Suidas præbent; Valesius omisit. — 4. Ἱερείου] sic Suidas; Ἱεροῦ codex. — 5. Apollodor. III, 3, 2, 1 : Ἔνιοί φασι διὰ τὴν τῶν Λυκάονος παίδων δυσσέβειαν γεγενῆσθαι τὸν κατακλυσμόν. Cf. Hygin. fab. 176; Tzetzes ad Lycophr. 488; schol. Eurip. Or. 1646. Facinus istud ad ipsum Lycaonem transferunt Ovid. Met. I, 198, Eratosth. Cataster. c. 8, alii. Cf. Pausanias VIII, 2, 1.

44.

Steph. Byz. : Βωταχίδαι (1), τόπος Ἀρκαδίας, ἀπὸ Βωτάχου. Νικόλαος πέμπτῃ· « Ἰοκρίτου δὲ τοῦ Λυκούργου Βώταχος, ἀφ' οὗ ὁ τόπος Βωταχίδαι ἐν τῇ Τεγέᾳ ἐκλήθη. »

Idem : Παρώρεια, πόλις Ἀρκαδίας. Λέγεται δὲ καὶ Παρωραία. Οἱ πολῖται Παρωρεῖς. Νικόλαος Παρωρεάτας (2) φησίν.

45.

Idem : Μεσημβρία, πόλις Ποντική. Νικόλαος πέμπτῳ. Ἐκλήθη ἀπὸ Μέλσου. Βρίαν γὰρ τὴν πολιν φασὶ Θρᾷκες. Ὡς οὖν Σηλυμβρία ἡ τοῦ Σήλυος πόλις, Πολτυμβρία ἡ Πόλτυος, οὕτω Μελσημβρία ἡ Μέλσου πόλις, καὶ διὰ τὸ εὐφωνότερον λέγεται Μεσημβρία.

46.

Socrates Hist. Eccles. VII, 25 : Χρυσόπολις ἐπίνειον ἀρχαῖόν ἐστιν, ὃ κεῖται μὲν ἐν ἀρχῇ τοῦ Βοσπόρου, μέμνηνται δὲ αὐτοῦ πολλοὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων, καὶ Στράβων τε καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Νικόλαος καὶ ὁ ἐν λόγοις δὲ θαυμαστὸς Ξενοφῶν ἐν τῇ ἕκτῃ τῆς Κύρου ἀναβάσεως.

47.

Steph. Byz. : Σίφνος, περὶ τὴν Κρήτην νῆσος ἀπὸ Σίφνου τοῦ Σουνίου, ὡς Νικόλαος πέμπτῳ. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μερόπη (1).

Idem : Σκύρος νῆσος, περὶ ἧς Νικόλαος ἐν πέμπτῳ· « Σκύρον δὲ τὸ μὲν παλαιὸν ᾤκουν Πελασγοί τε καὶ Κᾶρες. »

Idem : Ἀμοργός, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἔχουσα πόλεις τρεῖς, Ἀρκεσίνην, Μινώαν, Αἰγιάλην. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Παγκάλη καὶ Ψυχία... Νικόλαος δ' Ἀμόργην αὐτὴν καλεῖ, ἥντινα Καρκήσιος, ἀνὴρ Νάξιος, ᾤκισε, καὶ Καρκησίαν ὠνόμασε.

48.

Idem : Ἀγαμήδη, τόπος περὶ Πύρραν τῆς Λέσβου ἀπὸ Ἀγαμήδης τῆς Μακαρίας τῆς καὶ Πύρρας ἐπικληθείσης. Ἔστι καὶ κρήνη Ἀγαμήδης, ὡς Νικόλαος ε' (1).

44.

Botachidæ locus est in Arcadia ita dictus a Botacho, ut scribit Nicolaus Damascenus libro quinto : « Iocriti Lycurgo nati filius Botachus, a quo Botachidæ locus in Tegeatica ditione nomen habet. »

Parorea oppidum est Arcadiæ, quod etiam Paroræa dicitur. Incolæ ejus Parorenses dicuntur. Nicolaus vero eos Paroreatas dicit.

45.

Mesembria urbs est Thraciæ a Melse sic nominata. Nicolaus quinto. Thraces enim urbem appellant βρίαν. Itaque ut Selymbria dicta est urbs a Selye condita, itemque Poltymbria a Poltye, sic a Melse Melsembria primum vocata est, post euphoniæ causa Mesembria.

46.

Chrysopolis, navale antiquum, quod situm est ad ostium Ponti. Meminerunt ejus complures veterum auctores, inter eosque etiam Strabo, nec non Nicolaus Damascenus atque scriptis suis admirabilis ille Xenophon in Cyri expeditionis libro sexto (*cap.* 3, 15, *et* 6, 38).

47.

Siphnus insula est circa Cretam sic dicta a Siphno Sunii filio, sicut narrat Nicolaus libro quinto. Prius insula Merope appellabatur.

Scyrus insula est, de qua Nicolaus libro quinto hæc scribit : « Scyrum vero, inquit, olim quidem Pelasgi tenuere et Cares. »

Amorgus insula una est e Cycladibus : urbes habet tres, Arcesinen, Minoam, Ægialen : prius Pancale et Psychia appellata. Eam Nicolaus Amorgen vocat, quam a Carcesio quodam Naxio colonis frequentatam vocatamque Carcesiam prodit.

48.

Agamede locus est juxta Pyrrham oppidum Lesbiorum, cui ab Agamede Macariæ (quæ et Pyrrha dicta est) filia nomen inditum est. Est etiam fons Agamede dictus, ut scribit Nicolaus libro quinto.

---

44. 1. Βωταχίδαι] demus Tegeaticus, quem Πωταχίδας dicit Pausan. VIII, 45, 1. « Verior scriptura si est Βωταχίδαι, nomen non dubitem forma tantum, non origine differre cum Βουταχίδης, quod v. » *L. Dindorf.* in Steph. Thes. v. Βωταχ. De Iocrito Lycurgi Arcadis f. aliunde non constat. — 2. Παρωρεάτας] sic etiam Herodotus IV, 148, 4 (Παρωρεήτας).

45. Cf. Strabo VII, p. 319 : Μεσημβρία, Μεγαρίων ἄποικος, πρότερον Μενεβρία, οἷον Μενάπολις, τοῦ κτίσαντος Μένα καλουμένου, τῆς δὲ πόλεως βρίας (cf. Hesych. v. Βρία) καλουμένης Θρᾳκιστί· ὡς καὶ ἡ τοῦ Σήλυος πόλις Σηλυβρία προσηγόρευται, ἥ τε Αἶνος Πολτυοβρία ποτὲ ὠνομάζετο. Mesembria a Megarensibus et Chalcedoniis Darii Hystaspis tempore condita dicitur ap. Anonym. Peripl. Pont. Euxin. p. 14 et Herodot. VII, 108. Ex Stephani loco atque inde quod quinto libro Nicolai eam memoratam videmus, colligimus Mesembriam multo ante conditam, Darii vero temporibus Megarensium colonia frequentatam esse.

46. Cf. Xenophon Exp. VI, 3, 16; Strabo XII, p. 563; Plinius V, 32, Ammian. Marcellin. XXII, 12. Ephorus, Theopompus et Dionysius Byzantius ap. Steph. Byz. v. Χρυσόπολις, ubi secundum plurimos urbs nominata esse dicitur a Chrysi filia Chryseide.

47. 1. Cf. Plinius IV, c. 12 : *Siphnus ante Meropia et Acis appellata.* Cf. Eustath. et schol. ad Dionys. 525.

48. ε'] sic codd. Palatin. et Perusin. pro vulgata ἐννάτῳ, idque recte haud dubie, quum ex reliquis hujus libri frag-

Idem : Ὑπερδέξιον, χώριον Λέσβου, ἐν ᾧ Ζεὺς ὑπερδέξιος καὶ ὑπερδεξία Ἀθηνᾶ. Ἐθνικὸν Ὑπερδέξιος... Νικόλαος δὲ πληθυντικῶς Ὑπερδεξίους φησίν.

Hyperdexion locus est in insula Lesbo, in quo Jupiter Hyperdexius et Minerva eodem cognomine coluntur. Nicolaus plurali numero Hyperdexios vocat incolas loci.

[ΕΚ ΒΙΒΛ. Ϛ'.]

[E LIBRO VI.]

49.

Exc. De ins. : Ὅτι Ἀδυάττεω τοῦ Λυδῶν βασιλέως παῖδες δίδυμοι, Καδὺς καὶ Ἄρδυς· τούτοις κατέλιπε τὴν ἀρχήν, καὶ ὁμοῦ ἐβασίλευον ἀμφότεροι στέργοντες ἀλλήλους καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ πλήθους στεργόμενοι. Καί πως ἡ τοῦ Καδύος (1) γυνὴ, Δαμοννὼ (2) λεγομένη, ὑπό τινος ἀνεψιοῦ τοῦ ἀνδρὸς, Σπέρμου (3) ὄνομα, μοιχευθεῖσα, σὺν ἐκείνῳ θάνατον ἐβουλεύετο τῷ ἀνδρί· δοῦσα δὲ αὐτῷ φάρμακον ἔκτεινε μὲν οὔ, εἰς νόσον δ' ἐνέβαλεν. Θεραπευθεὶς δ' ὑπὸ ἰατροῦ ὁ Καδὺς ῥᾷον ἔσχεν. Ἐκ τούτου τὸν ἰατρὸν ἀνελεῖν βουλομένη ἡ γυνὴ, φάρμακα μὲν αὐτῷ οὐκ ἔκρινε διδόναι διὰ τὴν τέχνην, βόθρον δ' ἐν τῇ οἰκίᾳ ὀρύξασα καὶ ἐπιπολῆς αὐτὸν ἄδηλον ποιήσασα (4), κλίνην καθύπερθεν ἔστρωσεν καὶ ἄλλας (5) ἐφεξῆς. Καλέσασα δ' αὐτὸν ἐπὶ δεῖπνον, ἐλθόντα κατέκλινεν ἵναπερ ὁ βόθρος ἦν. Οἰχομένου δὲ κάτω, ἐπαμησαμένη τὴν γῆν ἄδηλον ἐποίησεν.

Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ὁ Καδὺς ἀπέθανεν· αὐτὴ δὲ σὺν τῷ μοιχῷ πρῶτον μὲν ἐξελαύνει τὸν ἐκείνου ἀδελφὸν Ἄρδυν, πολλοὺς Λυδῶν χρήμασι θεραπεύσασα (6), ἔπειτα συνώκησεν αὐτῷ καὶ βασιλέα ἀπέδειξεν. Ὁ δὲ Ἄρδυς ἐξαπιναίως (7) φυγὼν ὁμοῦ γυναικί τε καὶ θυγατρὶ (8), οὕτω σφόδρα ἐπενήτευσεν, ὥστε ἐν Κύμῃ ἁμαξοπηγῶν (9) διέζη, ὕστερον δὲ πανδοκεύων. Φασὶ δ' αὐτὸν τοὺς ἐγκαταγομένους (10) Λυδῶν φιλανθρωπευόμενον, φίλους πάντας ἀποπέμπεσθαι. Τῷ δὲ μοιχῷ Σπέρμῳ οὐκ ἤρκεσε ταῦτα δράσαντι, ἀλλὰ καὶ ἐς Κύμην πέμψας τινὰ λῃστὴν, Κέρσην ὄνομα, κτεῖναι τὸν ἄνδρα παρεκελεύετο. Ὁ δὲ ὑπέστη τὸ ἔργον ἐπὶ τῷ γῆμαι τοῦ Σπέρμου τὴν θυγατέρα καὶ χιλίους στατῆρας λαβεῖν δωρεάν.

Ἀφικόμενος δ' ὁ Κέρσης εἰς Κύμην κατήγετο ἐν τῷ Ἄρδυος πανδοκείῳ· ὁ δὲ αὐτὸν ὁμοίως (11) ἐθεράπευε, καὶ τοῖς τε ἄλλοις ἠρέσκετο Κέρσης καὶ δὴ καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ διακονούσης (12) ἠράσθη· καί πως αὐτὸν (13) εἰς γάμον αἰτεῖται τὴν κόρην ἐπὶ τῷ τὰ μέγιστα ὑπ'

Adyattes Lydorum rex duos habuit filios, Cadyn et Ardyn, quibus regnum reliquit; et simul ambo regnabant mutuo se amore prosequentes et a multitudine dilecti. Uxor autem Cadyis Damonno, ab affini mariti, Spermo nomen erat, adulterata, cum illo necem marito parabat. Dedit itaque potum venenatum, quo tamen non necavit virum, sed nonnisi in morbum conjecit. Et a medico curatus Cadys mox commodior erat. Quare medicum tollere mulier moliens, venenum quidem ei dare ob artis scientiam inconsultius fore duxit, verum scrobem in domo effodit eique desuper occultatæ lectum superimposuit aliosque lectulos collocavit deinceps. Et advocatum ad convivium decumbere jussit eo loco quo scrobis erat, in quam quum ille incidisset, aggestâ desuper terrâ mulier rei vestigia delevit.

Non multo post ubi Cadys quoque vita decesserat, ipsa cum adultero primum quidem fratrem illius Ardyn, multis Lydorum pecunia demulsis, regno expulit; deinde cum mœcho cohabitavit eumque regem declaravit. Ardys autem quum repentina fuga se cum uxore et filia subduxisset, tanta inopia premebatur, ut Cumis currus fabricando vitam sustentaret, deinde vero cauponem ageret. Feruntque eum Lydos, qui in cauponam ejus devertebant, humanitate ita sibi conciliasse, ut omnes eos dimitteret amicos. Cæterum Spermus mœchus iis quæ patraverat non contentus, Cersen quendam latronem Cumas misit, qui Ardyn interficeret. Is vero facinus ea suscepit conditione, ut Spermi filiam uxorem ac præterea mille stateres dono acciperet.

Ubi Cumas Cerses venerat, in cauponam Ardyis devertit. A quo quum pari atque reliqui comitate exciperetur, tum ceteris Cerses delectatur, tum filiæ cauponis, quæ ministrabat, amore corripitur. Tandem a patre petivit ut eam in matrimonium acciperet, si maximum in

---

mentis appareat egisse h. l. Nicolaum de insulis maris Ægæi aliisque locis, a Pelasgis, Caribus, Lelegibus maximam partem insessis et post reditum Heraclidarum Peloponnesi colonis frequentatis. — De Agamede cf. Plinius V, 39.

49. *Cod. Escor. fol.* 78, 26 *vso.* — 82, 13 *r.* — 1. Καδύος] κάνδυο codex. Reliquis locis nomen hoc semper scribitur καδύς. — 2. Δαμοννὼ] alterum ν in cod. suprascriptum est, et recte quidem, quum Æolica vocis forma in his præferenda sit. Sic æolice Γυαννὼ pro Γυανώ, Μελιννὼ pro Μελιτώ. In margine codicis adscriptum est Δαμάνω. Pro λεγομένη codex : γενομένη. Aliunde de his ampli hujus fragmenti, sicuti de reliquis, non constat. — 3. Σπέρμου] εὐπέλθου codex h. l.; sed in sqq. semper Σπέρμου. — 4. ποιήσασα] ποιήσαντα cod. — 5. ἄλλας] ἄλλος cod. — 6. θεραπεύσασα] θεραπεύσας cod. — 7. ἐξαπιναίως] ἐξαπιναίας cod. — 8. θυγατρὶ] Quum sola filia h. l. memoretur, colligas filium ejus Adyattem tum nondum natum fuisse. — 9. ἁμαξοπ.] ἁμαζοπ. cod. Ex hoc loco discimus, quo pertineant verba in Heraclidis Polit. 15, p. 216 : Λυδοὶ δὲ χαλεπῶς δεσποζόμενοι πρός τινος (i. e. πρὸς Σπέρμου), πυθόμενοι ἐν Κύμῃ εἶναί τινα (i. e. Ἄρδυν), ἐπεμψαν εἰς βασιλείαν καλοῦντες. Οὗτος δὲ ἐτύγχανεν ἐν ἁμαξοπηγοῦ δουλεύων κτλ. Cæterum Heraclidis narratio ab nostra differt. — 10. ἐγκαταγομένους] ἐγκαταττομένους codex. Eodem verbo Nicolaus utitur fragm. 2 extr. — 11. ὁμοίως] Fortasse excidit quod nunc mente supplendum est. Κέρσης ad caput abscindendum (κέρρω, κείρω) missus, ab ipsa re nomen habere videtur. — 12. τῆς θυγατρὸς.. διακονούσης] τὴν θυγατέρα.. διακ-

αὐτοῦ εὖ πείσεσθαι. Ὁ δ' ἄλλως οὐκ ἂν διδοὺς (14) διὰ τὴν φαυλότητα τἀνθρώπου, ἐπ' εὐγενείᾳ μέγα φρονῶν, ὅμως διὰ τὴν ὑπόσχεσιν δώσειν ὡμολόγησεν. Ὡς δὲ ταῦτα συνέθεντο, πᾶσαν αὐτῷ κατεῖπεν ὁ Κέρσης τὴν ἀλήθειαν, ὅτι οἶκοι ἀναπεισθεὶς ὑπὸ Σπέρμου ἐπὶ τῷ γάμῳ τῆς ἐκείνου θυγατρὸς ἀνελεῖν τὸν Ἄρδυν, ἕτοιμος δὲ νῦν εἶναι τὴν (16) Σπέρμου κεφαλὴν κομίσας, ἐπὶ τούτοις τὴν Ἄρδυος γῆμαι θυγατέρα. Ὡς δὲ συνεπένευσεν (17), ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀποκείρασθαι τέως κομῶντα, κατασκευάσας δὲ ξυλίνην κεφαλὴν ἐοικυῖαν τῇ (18) Ἄρδυος, καὶ τὰς κόμας αὐτῇ προσπλάσας, ἴετο εἰς Λυδίαν. Ἀφικόμενος δὲ τῷ Σπέρμῳ πυνθανομένῳ περὶ ὧν αὐτὸν ἔπεμψεν, ἔφη· « Πάντα διαπέπρακται, » καταθεὶς πρότερον τὴν κεφαλὴν ἐν οἰκίσκῳ. Κελεύσαντος δὲ τοῦ Σπέρμου δεῖξαι τὴν κεφαλὴν ἣν ἐκόμισεν, ἔφη ἄτοπον εἶναι πολλῶν ὁρώντων (19) δεικνύναι, ἀλλὰ παρελθόντα αὐτὸν ἐς τὸ οἴκημα ἐκέλευσεν ὁρᾶν μόνον μετὰ μόνου. Καὶ ὃς ἐπείσθη, καὶ (20) δείξαντος αὐτῷ χαμαὶ κειμένην, ἐπέκυπτεν ὡς καταμάθοι· ἐν τῷδε ξίφει αὐτὸν παίσας κατέβαλεν, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν διεξέπεσε διὰ τῆς θύρας, καὶ ἔξω πρὸς τὸν Ἄρδυν ἠπείγετο. Οἱ δὲ πρὸς ταῖς θύραις Λυδοὶ τέως μὲν, εἰσελθόντος τοῦ Σπέρμου, προσέμενον· ὡς δ' οὐκ ἐξῄει πολλοῦ χρόνου διαγενομένου, εἰσελθόντες ὁρῶσι χαμαὶ νεκρὸν κείμενον, κεφαλὴν οὐκ ἔχοντα. Γνόντες δὴ τὸ γεγονὸς ἡσυχίαν ἦγον, ἐπιχαίροντες αὐτῷ· ἦν γὰρ δὴ κάκιστος, καὶ ἄλλως βασιλεύοντος αὐτοῦ ηὔχμησεν ἡ γῆ. Σπέρμος (21) μὲν οὕτως ἐτελεύτησεν βασιλεύσας ἔτη δύω· ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις (22) οὐκ ἀναγράφεται.

Κέρσης δὲ φεύγων εἴς τι καπηλεῖον ἀφίκετο· ἐγκαταχθεὶς δὲ, ἅτε περιχαρὴς τῷ ἔργῳ, εἰς μέθην ὥρμησε, καὶ τῷ καπήλῳ πάντα διηγήσατο, καὶ τὴν κεφαλὴν ἔδειξε τοῦ Σπέρμου. Ὁ δὲ συμφρονήσας ὅτι ἐκ τούτων Ἄρδυς βασιλεύσει, τὸν Κέρσην μεθύσας πολλῷ οἴνῳ ἀπέκτεινεν, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Σπέρμου λαβὼν, εἰς Κύμην ἦλθε παρὰ (23) τὸν Ἄρδυν. Ἐν φροντίδι δ' αὐτῷ ὄντι περὶ τούτων ἔλεξεν ὅτι ἀγαθὰ μέγιστα ἥκοι κομίζων. Ὁ δὲ, « Πῶς; Σπέρμον (24) ἄρα τεθνηκέναι καὶ Κέρσην οὐκ ἔσεσθαί μοι γαμβρόν; ἐμοὶ γὰρ ταῦτα μέγιστά ἐστιν. » Ἀποκρίνεται Θυεσσὸς (25), τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ καπήλῳ, « Ἀλλὰ ταῦτα δὴ ταῦτα φέρω· » καὶ ἅμα δείκνυσιν ἀμφοτέρας τὰς κεφαλάς. Ὁ δὲ ἡσθεὶς (26) ἐκέλευεν αἰτεῖν αὐτὸν ὅ τι θέλοι ἀντὶ τούτων. Θυεσσὸς δ' εἶπεν· « Οὔτι (27) σὲ οὔτε τὴν θυγατέρα οὔτε χρυσὸν αἰτῶ, ἀλλά μοι τὸ καπηλεῖον τοὐμὸν ἀτελὲς ἔχειν δὸς, ὅταν βασιλεὺς γένῃ. » Καὶ ὃς ἔδωκεν αὐτῷ. Καὶ Θυεσσὸς ἀνὰ χρόνον ἐκ τοῦ καπηλεύειν ἐπλούτη-

ipsum contulisset beneficium. Ardys etsi alias tale quid ob hominis vilitatem ipse nobilitate sua superbiens minime cessisset, tamen ob promissum illud daturum se professus est. Quibus compositis, totam rem aperiens Cerses domi se a Spermo adductum esse dixit, ut filiæ ejus nuptias cæde Ardyis mereretur; nunc vero paratum esse Spermi caput apportare et pro his Ardyis filiam uxorem ducere. Collaudante illo consilium, jussit eum comam tondere, quam hucusque aluerat; ac capite ligneo ad Ardyis similitudinem confecto, comaque ei agglutinata, in Lydiam contendit. Postquam advenerat, Spermo de re mandata interroganti, « Omnia, respondit, sunt peracta. » Caput antea in cubiculo quodam deposuerat. Quod quum ostendere a Spermo juberetur, non convenire hoc dixit multis coram spectatoribus, verum ut in cubiculum digressus solus cum solo illud spectet hortatus est. Quibus Spermus obtemperans, monstrante illo caput humi jacens, pronus se inclinavit, ut agnosceret. Ibi Cerses gladio eum feriens prostravit, capiteque abscisso per fores se proripuit, ac urbe relicta ad Ardyn properavit. Lydi qui ad fores erant, aliquantisper quidem exitum Spermi exspectabant, sed quum multo jam tempore præterlapso non exiret rex, ingrediuntur ac humi jacentem et capite privatum conspiciunt. Ceterum re cognita, quietem agebant casu regis lætati. Nam vir fuerat improbissimus, sub cujus regno præter alias calamitates etiam siccitate terra laboraverat. Hoc igitur modo Spermus vitam finivit per duos annos regno potitus. Attamen in regiis annalibus non recensetur.

Interea fugiens Cerses in cauponam aliquam venit, ubi devertens, quum præ gaudio rei peractæ mero se ingurgitasset, omnia cauponi narravit, eique caput Spermi monstravit. Ille intelligens jam ad Ardyn regnum perventurum, Cersen multo vino inebriatum occidit, et caput ejus sicuti Spermi secum auferens Cumas ad Ardyn profectus est. Quem quum magnopere sollicitatum offenderet, maxima se bona afferre dixit. Tum ille, « Quid? ait, Spermum occidisse et Cersen non mihi generum fore? Nam hæc mihi maxima sunt. » Respondit Thyessus (nam hoc cauponi nomen erat): « Ecce, hæc ipsa ego tibi affero, » et simul ambo capita ostendit. Quibus ille gaudio exsultans cauponem jubet, quid vellet pro his sibi expeteret. Thyessus vero: « Neque filiam tuam neque aurum ex te peto, sed cauponam mihi a tributi pensione immunem esse, quando rex fueris, concedas. » Idque Ardys ei concessit. Et Thyessus postea

κονοῦσαν codex. — 13. αὐτὸν] αὐτὴν codex; fortasse erat Ἄρδυν. — 14. ἂν διδοὺς] ἀνδιδοὺς cod. — 16. τὴν] τῆς cod. — 17. συνεπένευσεν vel συνεπήνεσεν] συνεπήνευσεν cod. — 18. τῇ] ἐοικύαν τῆς cod. — 19. ὁρώντων] ὁρῶν cod. — 20. καὶ] Particulam καὶ huc transposui. In codice legitur ante ἐπέκυπτεν. Deinde codex καταμάθοιεν· τῷ δὲ ξίφει præbet. — 21. Σπέρμος] Σπέρμης h. l. codex. Supra duobus locis legimus dativum Σπέρμῳ. — 22. ἐν τοῖς βασιλείοις] i. e. in tabulis regiis in palatio asservatis, ἐν διφθέραις sive ἀναγραφαῖς βασιλικαῖς, uti v. c. Ctesias dicit ap. Diodor. II, 22. 32. — 23. παρὰ] ita margo; textus πρὸς. — 24. πῶς; Σπέρμον] παῖς περμων codex. — 25. Θυεσσὸς] Θυόσου codex h. l. et infra. Correxi e Stephano Byz. Vide not. 28. — 26. ἡσθεὶς] ἡσθεὶς cod. — 27. οὔτι] οὔτε cod. —

σεν· καὶ ἀπὸ τούτου ἀγορὰν πλησίον αὐτοῦ καὶ Ἑρμαῖον εἵσατο (28), Θυεσσοῦ λεγόμενον. Λυδοὶ δὲ Ἄρδυν ἐπὶ βασιλείαν καλοῦσιν ἀγγέλους τε ἄλλους πέμψαντες καὶ τῶν Ἡρακλειδῶν τινάς. Κατελθὼν δὲ ὁ Ἄρδυς ἐβασίλευσε μετὰ Ἀλκίμιον (29) πάντων ἄριστα, καὶ σφόδρα γίνεται Λυδοῖς καταθύμιος καὶ φιλοδίκαιος. Συνηρίθμησε δὲ καὶ τὸν Λύδιον στρατὸν ὁ Ἄρδυς· ἦν δ' ἱππότης ὁ πλεῖστος, καὶ εὗρεν, ὥς φασι, μυριάδας γ' ἱππέων.

Ἄρδυϊ δὲ γηράσκοντι ἤδη προσφιλέστατος ἦν Δάσκυλος Γύγεω γένος Μερμνάδης. Οὗτος ἅπασαν ὡς εἰπεῖν τὴν Λυδῶν ἀρχὴν διὰ χειρὸς εἶχε. Δείσας οὖν Ἀδυάττης ὁ Ἄρδυος, μὴ, τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος, ἐκεῖνος (μὲν) πάνθ' ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσαιτο, ἀποκτείνει (31) κρύφα τὸν Δάσκυλον. Ἡ δ' ἐκείνου γυνὴ κύουσα ἔφυγεν εἰς Φρυγίαν, ὅθεν καὶ ἦν, δείσασα τοὺς φονέας τοῦ ἀνδρός. Ὡς δὲ ταῦτα ἤσθετο ὁ Ἄρδυς, σφόδρα ἠχθέσθη (32), καὶ Λυδοὺς ἐκάλεσεν εἰς ἐκκλησίαν· καὶ αὐτὸς εἰς τούτους κομισθεὶς (δεμνιοπετὴς (33) γὰρ ἦν ὑπὸ γήρως) κατηγόρει τῶν αἰτίων, οὐδὲν εἰδὼς οἵτινες ἦσαν, καὶ Λυδοὺς παρεκάλει ζητεῖν τὸν Δασκύλου φόνον, ἐπηρᾶτό τε (34) μυρία τοῖς φονεῦσι καὶ τέλος ἀνεῖπεν ἐξεῖναι τῷ χρῄζοντι κτείνειν αὐτοὺς εἰ ἀνεύροι. Ἄρδυς μὲν οὖν βασιλεύσας ο' ἔτη (35) θνήσκει.

Ἐπὶ Μήλεω (36) δὲ βασιλεύσαντος Λυδῶν σφόδρα ἐλίμηνε Λυδία· καὶ οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ μαντείας ἐτράποντο (37). Τοῖς δ' ἐσήμαινε τὸ δαιμόνιον δίκας πράττεσθαι τοῦ Δασκύλου φόνου παρὰ τῶν βασιλέων. Ταῦτα ἀκούσας παρὰ τῶν χρησμολόγων, καὶ ὅτι δεῖ φεύγοντα ἐπὶ γ' ἔτη καθήρασθαι τὸν φόνον, ἔφυγεν ἐθελουσίως εἰς Βαβυλῶνα. Ἔπεμψε δὲ καὶ εἰς Φρυγίαν παρὰ τὸν Δασκύλου παῖδα, Δάσκυλον καὶ αὐτὸν ὄνομα, ὄντινα ἡ μήτηρ ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἔφυγε, κελεύων εἰς Σάρδεις ἀφικνεῖσθαι καὶ δίκας δέχεσθαι τοῦ πατρῴου φόνου παρ' αὐτῶν· οὕτως γὰρ ἐθέσπιζον οἱ μάντεις. Ὁ δὲ

dives factus cauponando, prope domum suam forum cum fano Mercurii consecravit, quod Thyessi vocatur. Lydi autem missis nuntiis inter eosque etiam Heraclidis nonnullis, Ardyn ad regnum arcessunt. Et reversus Ardys regnavit post Alcimium omnium optime, Lydisque gratus erat admodum et justitiæ amantissimus. Recensuit Ardys etiam exercitum Lydorum; in quo maximus erat equitum numerus, quorum triginta millia reperisse dicitur.

Ardys jam senescens in deliciis habebat Dascylum Gygis filium, e genere Mermnadum; penes quem omnis fere Lydorum regni erat administratio. Quare metuens Adyattes, Ardyis filius, ne post obitum patris ille summa rerum potiretur, clandestino Dascylum interfecit. Uxor Dascyli, tunc gravida, in Phrygiam, unde oriunda erat, percussores mariti metuens, aufugit. Hæc ubi cognoverat Ardys, vehementer iratus Lydos ad concionem vocavit, in quam ipse lectica deportatus (nam lecto tenebatur præ senio), auctores facinoris, nescius quinam essent, incusavit, Lydosque hortatus est ut in cædem Dascyli inquirerent; ac diris plurimis interfectores devovens postremo edixit licere unicuique invenienti eos occidere. Ardys igitur post regnum annorum septuaginta vita defunctus est.

Sub Mele Lydorum rege fames Lydiam oppressit. Quare quum oraculum incolæ adiissent, numen iis significavit pœnas esse pro cæde Dascyli a regibus repetendas. Hæc ex vatibus rex audiens et trium annorum auxilio cædem expiandam esse, fuga voluntaria Babylonem se contulit. Porro in Phrygiam misit ad Dascyli filium, cui et ipsi Dascyli nomen erat, quemque fugiens mater in utero gestaverat, jussitque eum Sardes profectum pœnas cædis paternæ ab ipsis exigere, prouti vatum effata præscriberent.

---

28. Ἑρμαῖον] Forum hoc in eoque dedicatum e caupone fanum Mercurii, nomen dedit, ni fallor, oppido Ἑρμοκαπηλίᾳ, cujus mentio fit in Hieroclis Synecdemo p. 394, 20 Bonn., ubi in Lydiæ eparchia inter alias urbes recensentur : Ἀτταλία, Ἑρμοκαπηλία, Ἄκρασος. Præterea Wesselingius l. l. affert hæc : « Theopistus Ἑρμοκαπηλίας est in Nicæno secundo p. 51, qui p. 591 Ἑρμοκαπήλου dicitur. *Hermocapelitas* novit et Plinius H. N. V, 30, 33. » Cf. Notit. episcop. ap. Pasin. cod. Taurin. vol. I, p. 205, A, citante L. Dindorfio in Steph. Thes. v. Ἑρμοκαπηλία. Eckhel. Num. V, 1, 3, 101, qui perperam notat Harduinum, uti ex nostro loco intelligitur. Ceterum Ἑρμοκαπηλίαν alii Θυεσσοκαπηλίαν vel simpliciter Θυεσσόν nominasse videntur. Nam Stephanus Byz. ita habet : Θυεσσός, πόλις Λυδίας, ὀξυτόνως (cf. Arcad. p. 76, 25), ἀπὸ Θυεσσοῦ καπήλου. Ἔστι καὶ Ἱππιδίας, ἡς τὸ ἐθνικὸν Θυεσσεύς. Nomen Θυεσσὸς, si mittas historiunculam nostram, Mercurii epithet. fuisse puto. — 29. Ἀλκίμιος] Ἀλκιμὸν hunc regem εὐσεβέστατον καὶ πρᾳότατον dicit Xanthus (fr. 10) apud Suidam v. Ξάνθος. — 31. ἀποκτείνει] ἀποκτένη δὲ κρ. codex. Particulam δὲ transposui scribens ἡ δ' ἐκείνου pro ἡ ἐκύνου codicis. — 32. ἠχθέσθη] ἠσχέθη codex. — 33. δεμνιοπετὴς] δεμνιοπέτης codex. Vox nova lexicis addenda, nisi propter accentum suspiceris fuisse δεμνιοτήρης. Mox codex : οἵτινες. — 34. ἐπηρᾶτό τε] ἐπήρα τότε codex. — 35. βασ. ο' ἔτη] Secundum Eusebium in Chron. cod. Armen. p. 41 ed. Mai. *Ardysus* (sic), *Alyattæ filius*, regnat annis 36; post hunc *Alyattes* annis [illegible]; deinceps *Meles* annis 12; denique *Candaules* annis 17. Quod Ardyis annos septuaginta attinet, nescio an non regni sed vitæ anni fuerint, adeo ut βιώσας in βασιλεύσας abierit. — 36. ἐπὶ Μήλεω] Apud Eusebium l. l. post Ardyn regnat Sadyattes, et post hunc demum Meles. Num aliter statuit Nicolaus? An dicamus Alyatten Eusebii eundem esse cum Sadyatte Tylonio illo Nicolai, qui per triennium pro Mele exule regnum administravit? Neutrum est probabile. Imo, quemadmodum ex sequentibus patebit Excerptorem non integram reddere Nicolai narrationem, sed ea quæ consilio suo inservirent delibasse, sic hoc quoque loco omisisse mihi videtur, quæ de Sadyatte (quem infra Adyatten dicit, not. 41) rege narrata erant. Ad hunc Sadyattem successionis jure post Ardyis patris obitum regnum pertinuisse, ex iis quæ de Dascyli cæde supra legimus, colligitur. — 37. Iisdem verbis Nicolaus utitur fr. 24.

οὐκ ἐπείσθη, λέγων μὴ ἑωρακέναι τὸν πατέρα· κυεῖσθαι γὰρ ἔτι ὅτε ἀνῄρητο· οὔκουν προσήκειν αὐτῷ ταῦτα πολυπραγμονεῖν. Μῆλης δὲ φεύγων τὴν ἀρχὴν ἐπίστευσε Σαδυάττῃ τῷ Κάδυος, γένος ὄντι τὸ ἀνέκαθεν ἀπὸ Τύλωνος, ὅστις (38) φεύγοντα ἐπετρόπευσε, καὶ κατιόντα ἐκ Βαβυλῶνος ἐδέξατο μετὰ τρία ἔτη, καὶ τὴν βασιλείαν οἱ ἀπέδωκε πιστῶς.

Βασιλεύοντος δὲ (39) Μύρσου (40), Δάσκυλος ὁ Δάσκύλου τοῦ σφαγέντος ὑπὸ Σαδυάττεω (41), μὴ τὴν ἐπιβουλὴν εἰς ἑαυτὸν ἐπισπάσηται ὑπὸ τῶν Ἡρακλειδῶν φοβηθείς, ἐκ Φρυγίας φεύγων ᾤχετο εἰς Σύρους τοὺς ἐν τῷ Πόντῳ ὑπὲρ Σινώπης οἰκοῦντας· ἐκεῖ δὲ καταμείνας γυναῖκα τῶν ἐγχωρίων ἔγημε Σύραν, ἐξ ἧς αὐτῷ γίνεται Γύγης.

Ὅτι Σαδυάττης (42) ὁ ἔσχατος βασιλεὺς Λυδῶν κατελύθη τρόπῳ τοιούτῳ. Ἦν τις ἐν Σάρδεσι Δασκύλου θεῖος τοῦ εἰς Πόντον ἀποχωρήσαντος, Ἄρδυς ὄνομα, Γύγεω παῖς· οὗτος Σαδυάττῃ τῷ βασιλεῖ ἐνέτυχεν (43) ἀχθόμενος ἀτεκνίᾳ δοῦναί οἱ μεταπεμψαμένῳ Δάσκυλον ἐκ τοῦ Πόντου θέσθαι παῖδα, ὡς μὴ ἔρημος αὐτοῖς ὁ οἶκος γένοιτο, αὐτοῦ μὲν ὄντος ἄπαιδος, ἐκείνων δὲ οἰχομένων· ἐπιεικὲς δὲ ἦδη εἶναι σπένδεσθαι τοῖς Δασκυλίοις· καὶ γὰρ τοὺς τοῦ βασιλέως προπάτορας (44) ἔφη καλεῖν αὐτοὺς εἰς Λυδίαν ἀπὸ τῆς φυγῆς. Ταῦτα δεομένῳ τῷ Ἄρδυϊ δίδωσιν ὁ βασιλεύς, καὶ ὃς ἐπὶ Δάσκυλον πέμψας, εἰς Λυδίαν αὐτὸν ἐκάλει. Ὁ δὲ φιλοχωρῶν οὐχ ὑπήκουσε· τὸν μέντοι παῖδα Γύγην ἔπεμψε, περὶ τη' ἔτη γεγονότα. Τοῦτον ἐλθόντα δέχεται ὁ Ἄρδυς καὶ παῖδα ἀπέδειξεν. Ἦν δὲ ὁ Γύγης κάλλει τε καὶ μεγέθει διαφέρων, τά τε πολέμια γενναῖος, καὶ τῶν ἡλίκων μακρῷ τὰ πάντα ἄριστος, ἵππων τε καὶ ὅπλων χρῆσιν ἤσκει. Καί τις ὑπὲρ αὐτοῦ λόγος ἐφοίτησεν πρὸς βασιλέα, οἷος εἴη κατά τε ἔργα καὶ ἰδίαν (45), εἴτε καὶ ὄντως ἐπαινοῦντος τοῦ λέγοντος, εἴτε καὶ ὑπὸ φθόνου, ὡς ἂν αὐτῷ κακόν τι γένοιτο. Βασιλεὺς δὲ ἡσθεὶς μετεπέμψατο τὸν Γύγην, καὶ θεασάμενος ἠγάσθη τό τε εἶδος καὶ τὸ μέγεθος, ἐκέλευσέ τε μετὰ τῶν δορυφόρων εἶναι. Ὀλίγου δὲ χρόνου καὶ αὐτὸς, ὡς

Ille autem non obtemperavit, haud se vidisse patrem aiens; nam quo tempore interfectus esset, ipsum in utero adhuc fuisse; quare non esse cur istis nihil ad se pertinentibus se immisceret. Meles autem solum vertens administrationem regni commisit Sadyattæ, Cadyis filio, qui a Tylone genus ducebat; is exulis res tutatus est, et post triennium Babylone redeuntem excepit regnumque ei restituit fideliter.

Regnante Myrso, Dascylus, Dascyli a Sadyatte necati filius, metuens ne ipse quoque insidiis ab Heraclidis appeteretur, relicta Phrygia, ad Syros se contulit, qui ad Pontum supra Sinopen habitant; ibique sedem figens ex indigenis mulierem Syram duxit, quæ Gygem filium ei peperit.

Sadyattes, Lydorum rex postremus, hunc in modum est eversus. Erat quidam Sardibus Dascyli in Pontum digressi avunculus, Ardys nomine, Gygis filius. Hic, liberorum orbitatem ægre ferens, ad Sadyattem regem accessit ex eoque petivit, ut Dascylum ex Ponto advocare et in filii locum adoptare sibi liceret; ne deserta domus sibi evaderet, ipso prole carente, reliquis defunctis. Præterea æquum esse cum Dascyliis in gratiam redire: nam avum quoque regis in Lydiam eos ex exilio revocasse dixit. Hæc petens Ardys quum a rege obtinuisset, Dascylum misso nuntio in Lydiam arcessivit. Ille vero in locis quos inhabitabat sibi placens, non obsecundavit, filium tamen Gygem misit annos natum circa duodeviginti. Hunc igitur venientem Ardys excepit et pro filio adoptavit. Erat Gyges pulchritudine corporis et proceritate insignis, in bellicis strenuus, et inter æquales longe omnibus rebus præstantissimus equorum armorumque usu se exercebat. Venit etiam ad regem de eo sermo, quam ille rebus gerendis atque forma excelleret, sive quod sincere qui id retulit laudaret, sive invidia ductus, ut malum aliquod ei conflaret. Ceterum his rex delectatus Gygem advocavit, et conspicatus formam ejus admirabatur corporisque custodibus accensuit. At paullo post ipse etiam rex fortitudinem juvenis suspectans, ex aperto qui-

— 38. ἀπὸ Τύλωνος ὅστις] ἀπὸ Τυλῶν ὄντινα codex. De *Tylis* insulis in sinu Persico vel de Tylide Thraciæ urbe (Steph. Byz.) nemo cogitaverit. Non loci, sed hominis vel gentis nomen desideratur. In mentem venit pro ἀπὸ Τυλῶν scrib. ἀπ' Ἀτυαδῶν, quod ob palæographicas et historicas rationes non improbabile est. At præstat: ἀπὸ Τύλωνος, ὅστις. Nam in seqq. memoratur Λίξος τοῦ Τελωνίου γένους. Non dubito quin utroque loco eadem stirps sit intelligenda. Auctorem vero hujus stirpis indicasse mihi videtur Xanthus (fr. 16) apud Plinium XXV, 5: *Xanthus historiarum auctor in primo earum tradit, occisum draconis catulum revocatum ad vitam a parente, herbâ quam ballin nominat; eadem Thylonem* (l. *Tylonem*), *quem draco occiderat, restitutum saluti*. Ceterum Cadys Sadyattæ pater haud dubie distinguendus est a Cadye Ardyis regis fratre. Nam consentaneum est ex Ardyis genere, Ardyisque nepotem fuisse Melem regem, siquidem Heraclidæ reges omnes παῖς παρὰ πατρὸς regnum accepisse dicuntur (Herodot. I, 7). Sin ejusdem generis fuissent Meles et Sadyattes, non erat cur h. l. majores Sadyattis commemorarentur. — 39. βασιλεύοντος δὲ κτλ.] Apertum est iterum complura ab Excerptore omissa esse. — 40. Μύρσος] Hunc regem Eusebius non recenset. Nomen ejus legitur apud Herodotum (I, 7), ubi: Κανδαύλης δὲ ὁ Μύρσου ὕστατος (sc. τῶν Ἡρακλειδῶν). — 41. Σαδυάττης] Supra idem dicebatur Ἀδυάττης, solenni nominum vel potius ejusdem nominis formarum (ut *Androcottus* et *Sandrocotus*, *Atropates* et *Sadropates*, *Œbares* et *Sœbares* etc.) confusione. — 42. Σαδυάττης] Ἀδυάττης codex et hoc loco et infra denuo. Reliquis quinque locis, ubi nomen in hoc fr. memoratur, codex habet Σαδυάττης, quod ubique exhibui. Herodoto est Κανδαύλης τὸν οἱ Ἕλληνες Μυρσίλον ὀνομάζουσιν. Quæ deinde sequuntur de ratione, qua Heraclidarum regnum a Gyge eversum sit, item longe recedunt a notissimis illis quæ Herodotus aliique tradiderunt. — 43. ἐνέτυχεν δοῦναί οἱ] De hac constructione v. Steph. Thes. v. ἐντυγχάνω p. 1187, A, ubi laudatur Plutarch. Pomp. c. 55: μεταπεμψάμενος τοὺς δικαστὰς ἐνέτυχε βοηθεῖν. — 44. προπάτορας] intellige Melem avum, qui Dascylum invitaverat, ut in Lydiam e Ponto

φασιν, ὑποτοπήσας τὸ γενναῖον τοῦ νεανίσκου, ἐκ μὲν τοῦ φανεροῦ διαφθείρειν αὐτὸν οὐκ ἐβούλετο, μηδεμιᾶς ὑπούσης αἰτίας, ἑτέρῳ μέντοι τρόπῳ, πόνους προστάττων χαλεπούς τε καὶ μεγάλους, ἐπί τε κάπρους καὶ ἄλλα θηρία στέλλων. Ἅπαντα δὲ Γύγης ῥώμῃ κατειργάζετο· κἄπειτα ὑπ' αὐτῶν τούτων μεταβαλὼν (46) ὁ Σαδυάττης (47) ἔστεργεν αὐτὸν, θαυμάζων τὸ δραστήριον, καὶ τῆς πρόσθεν ὑποψίας λήξας γῆν αὐτῷ πολλὴν ἐνεχείρισεν. Ἐν ᾧ ἄριστα ἔπραξεν ὁ Γύγης. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸν σφόδρα ἔστεργε καὶ πάντων μάλιστα προὐτίμα, πολλοὶ δὴ (48) διὰ φθόνον ἠχθοντό οἱ καὶ ἐμέμφοντο τῷ βασιλεῖ, ὧν καὶ Λίξος τοῦ Τυλωνίου γένους (49). Οὗτος τὸν Σαδυάττην ἠτιᾶτο, ὅτι τὸν Γύγην ἐχθρὸν πατέρων ὄντα μεγάλως ἀσπάζεται καὶ πάντως (50) ἡγεμόνα ἀποδείξει. Ὁ δ' οὐ προσεῖχε τὸν νοῦν, ἀλλ' ὑπὸ φθόνου ᾤετο ταῦτα λέγειν. Ἐπεὶ δὲ πολλάκις ταῦτα λέγων ὁ Λίξος οὐκ ἔπειθε, μαίνεσθαι προσποιηθείς, διὰ τοῦ Σάρδεων ἄστεος φοιτῶν (51) ἐβόα, ὅτι Σαδυάττην (52) τὸν βασιλέα κτείνειν μέλλοι Γύγης ὁ Δασκύλου. Ἐκ τούτων [γαμεῖν] ἔμελλε (53) Σαδυάττης τὴν Ἀρνώσσου θυγατέρα ὄνομα Τουδὼ τοῦ Μυσῶν (54) βασιλέως, ὅστις πόλιν Ἀρδύνιον (55) ἔκτισεν ἐν Θήβης πεδίῳ. Ἐπεὶ δὲ καιρὸς ἦν μετιέναι τὴν γυναῖκα, ἅρμα ζεύξας καὶ Γύγην ἐπιβιβάσας ἐπ' αὐτὸ, ἐξέπεμψε παρὰ τὸν πενθερὸν, ὡς ἂν κομίσειε τὴν νύμφην. Φασὶ δὲ τέρας (56) αὐτοῖς τοιόνδε συνενεχθῆναι· ἀετοὺς β' ὑπερμεγέθεις, ἡνίκ' ἔμελλον ἐξορμᾶν, ἐφίζεσθαι ἐπὶ τὸν θάλαμον ἔνθα ἦν, τοὺς δὲ μάντεις εἰπεῖν, ὅτι δυοῖν βασιλέων ἡ παῖς γυνὴ ἔσοιτο ἐν τῇ πρώτῃ νυκτί. Μετ' οὐ πολὺ δὲ Γύγης παρῆν, καὶ τοῦ πατρὸς δόντος τὴν νύμφην ἀπεκόμιζεν· ὀχούμενος δ' ἐπὶ τοῦ ἅρματος ὁ Γύγης εἰς ἔρωτα ἐνέπεσε, καὶ καρτερεῖν οὐ δυνάμενος, ἐπειρᾶτο αὐτὴν καί τι καὶ προσεφιλοφρονεῖτο. Ἡ δὲ μάλα καρτερῶς ἀναινομένη ἐξεπικραίνετό τε καὶ ἠπείλει αὐτῷ πολλὰ καὶ δεινά. Ὡς δὲ ἀφίκετο παρὰ τὸν βασιλέα, πάντ' ἔφρασεν ὅσα ὁ Γύγης ἐποίει, καὶ ὡς μιγῆναί οἱ ἤθελεν. Ὁ δὲ ὀργισθεὶς ὤμοσε τῇ ὑστεραίᾳ Γύγην κτείνειν. Ταῦτα ἤκουσε θεράπαινα παροῦσα ἐν τῷ δωματίῳ, στέργουσα σφόδρα τὸν Γύγην. Ἡ δὲ

dem perdere eum nolebat, quum causa non suppeteret, verum alio modo necem ei parabat magnos difficilesque labores imponens et contra apros aliasque bellua eum emittens. Sed hæc omnia Gyges robore suo confecit; et deinde ob ea ipsa Sadyattes, mutata sententia, dilexit eum, strenuitatem admirans, et prioris suspicionis oblitus multam ei terram dedit. Tum igitur præclara fortuna Gyges utebatur. Quum vero adamaret eum rex et reliquis longe anteponeret, multi præ invidia graviter id ferentes regem reprehendebant. Inter quos etiam Lixus erat e gente Tylonia. Is Sadyattæ exprobrabat, quod Gygem, qui majorum esset inimicus, amore complecteretur et haud dubie summæ rerum præfecturus esset. Verum ad hæc non attendebat rex, præ invidia dici existimans. Lixus autem quum eadem sæpius repetens nihil proficeret, simulato furore per Sardes urbem discurrens vociferabatur necem regi a Gyge Dascyli filio intentari. — Post hæc Sadyattes uxorem ducere volebat Tudonem, Arnossi filiam Mysorum regis, qui Ardynium urbem in Thebes campo condiderat. Itaque ubi tempus aderat arcessendi mulierem, rex currum jungens eique Gygem imponens misit ad privignum, ut sponsam adduceret. Interea illis prodigium apparuisse fertur hujusmodi : aquilas duas maximas, quo tempore Gyges profecturus erat, supra cubiculum puellæ consedisse aiunt, indeque vates nuntiasse puellam duorum regum prima nocte fore uxorem. Nec multo post advenit Gyges, et tradente patre puellam abducit. Dum vero curru vehitur, amore ejus inflammatur, nec sui compos tentabat eam et amplecti studebat. Illa vero vehementer aversata exasperabatur multaque diraque minabatur. Et ad regem veniens omnia dixit quæ Gyges fecisset et quomodo consuescere secum voluisset. Quibus iratus ille postridie se Gygem interfecturum juravit. Hæc audivit ancilla in cubiculo tunc præsens, quæ Gygem deperiens

---

rediret. — 45. Ἰδέαν] εἰδέαν codex. — 46. μεταβαλὼν] μεταλαβὼν codex. — 47. Σαδ.] sic h. l. cod. — 48. δὴ] δὲ codex. — 49. τοῦ τελωνίου γ. codex. Vide supra not. 38. — 50. πάντως] fort. πάντων. — 51. φοιτῶν] codex : φροτῶν, supra scripta litera υ, adeo ut fuerit φρυτῶν (φουτῶν, φοιτῶν). — 52. Σαδυάττην] sic cod. — 53. ἔμελλε] Supplevi vocem γαμεῖν. Deinde codex iterum Σαδυάττης. — 54. Τουδὼ τοῦ Μυσ.] τρυδωνοῦ Μυσῶν codex. Cf. Ptolemæus Hephæstionis ap. Phot. Bibl. p. 150 Bekk. (p 195, 16 in Westermanni Mythogr.) : Ὡς ἡ Κανδαύλου γυνὴ, ἧς Ἡρόδοτος οὐ λέγει τοὔνομα, Νυσία (sic Bekk. et Westerm.; Νυσσία mgo; Μυσία vgo) ἐκαλεῖτο· ἦν καὶ δίκορον καὶ ὀξυωπεστάτην φασὶ γενέσθαι, τὸν δρακοντίτην κτησαμένην λίθον· διὸ καὶ αἰσθέσθαι τὸν Γύγην ἑξιόντα διὰ τῶν θυρῶν (v. Herodot. I, 8). Ἄλλοι Τουδοῦν αὐτὴν καλεῖσθαι, οἱ δὲ Κλυτίαν, Ἄβας δὲ Ἀβρὼ ταύτην καλεῖσθαι. Σιγῆσαι δὲ τοὔνομά φασι τῆς γυναικὸς τὸν Ἡρόδοτον, ἐπεὶ ὁ ἱρώμενος Ἡροδότου Πλησίρροος Νυσίας ὀνόματι ἐρασθείς, Ἁλικαρνασίας τὸ γένος, ἐπεὶ μὴ τύχοι τῆς ἑταίρας, οὐκ ἀνεχόμενος βρόχῳ ἑαυτὸν ἀνήρτησε. De nomine Τουδὼ Bœhrius ad Herodot. I, 13 : « Etruscum quid aut Umbricum sonare videtur. Vide Lanzi in *Saggio di ling. Etrusc.* II, p. 146. 149. 151 (ubi *Tute*, i. e. Τυδεύς), III, p. 808 (*Tuticus*, *Tudere*, i. e. *Tuder*). Add. C. O. Muller. *Etrusc.* tom. I, p. 334. Nam Tuscorum urbs memoratur *Tuder*. » Sed de his utcunque statuas, non dubitavi Τουδὼ reponere pro Τρυδὼ, quum literam o etiam in proxime antecedentibus in ρ abiisse viderimus. Nomen Νυσία probabiliter ortum est ex Μυσία. — 55. Ἀρδύνιον] Urbem nemo memorat præter Xanthum apud Stephan. Byz. : Ἀρδύνιον, πόλις ἐν Θήβης πεδίῳ, ὡς Ξάνθος ἐν Λυδιακῶν δευτέρῳ. Ex Nicolai loco colligitur Xanthum in secundo Lydiacorum libro narrationem deduxisse usque ad postremum regem Heraclidam. Libro primo eadem tractaverit quæ Nicolaus exposuit libro tertio (Atyadarum historiam). — 56. δὲ τέρας] δ' ἑτέρας codex. Mox pro ἔμελλον malim ἐμελ-

πάντ' ἐκείνῳ παραχρῆμα ἤγγειλεν. Ὁ δὲ νυκτὸς ἔτι οὔσης περιδραμὼν τοὺς φίλους, κοινοῦται τὸν λόγον καὶ ἀξιοῖ (57) βοηθεῖν ὁρμῶντι κτείνειν τὸν βασιλέα. Προσανεμίμνησκε δὲ καὶ τῆς Ἄρδυος ἀρᾶς, ὅτι ἐπηράσατο τοῖς Δασκύλου φονεῦσι. Κρίνων δ' οὖν ἐκ τῶν παρόντων ἀνελεῖν Σαδυάττην μᾶλλον περ ἢ αὐτὸς ἀποθανεῖν ὑπ' αὐτοῦ, ἐπεὶ τοὺς πιστοτάτους τῶν φίλων ἠὐτρεπίσατο, ἴεται σὺν ξίφει ἐπ' αὐτὸν, τῆς δὲ θεραπαίνης τὰς θύρας τοῦ δωματίου διοιξάσης, ἐπεισελθὼν κτείνει καθεύδοντα Σαδυάττην (58) βασιλεύσαντα ἔτη γ' (59).

Ἑωθεν δὲ καθ' ἡσυχίαν μετεπέμπετο ἕκαστον τῶν φίλων καὶ τῶν ἐχθρῶν, ὡς τοῦ βασιλέως αὐτοὺς καλοῦντος, καὶ τοὺς μὲν ἀνῄρει οὓς ᾤετο ἐναντίους ἔσεσθαι, τοῖς δὲ δῶρα διδοὺς ἐπικούρους ἐποιεῖτο. Ἐπεὶ δὲ αὐτῷ πολλοὶ συνηλίσθησαν, ἐπιβατεύων τῆς ἀρχῆς πασσυδεὶ (60) ἐξοπλίζεται, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ συγκαλεῖ Λυδοὺς εἰς ἐκκλησίαν. Οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐταράχθησαν, δυσανασχετοῦντες τὸ ἔργον, καὶ ἐπὶ Γύγην ὥρμων τὸ· πραΰνοντος δ' αὐτοὺς ἐκείνου καὶ λόγον αἰτουμένου, ὡς ἂν διδάξῃ τὸ πλῆθος περὶ ὧν ἠγνόει, μάλιστα τοῦ θορύβου ἔληξαν, τὰ μὲν ἀκοῦσαί τι σαφὲς ἐπιποθοῦντες, τὰ δὲ καὶ φοβούμενοι τοὺς ὁπλίτας, καὶ ἐσιώπησαν. Καὶ ἔπεμψαν εἰς Δελφοὺς πευσόμενοι εἰ Γύγην στήσαιντο ἑαυτῶν βασιλέα. Θεὸς δ' ἐκέλευσε τοσόνδε προειπών, ὅτι τοῖς Ἡρακλείδαις εἰς πέμπτην γενεὰν ἥξοι τίσις παρὰ τῶν Μερμναδῶν (61). Τοὐντεῦθεν Γύγης ὁ Δασκύλου Λυδῶν βασιλεύει, καὶ γαμεῖ τὴν Μυσὴν γυναῖκα, ἥντινα Σαδυάττης (62) ἠγάγετο, οὐδὲν μνησικακήσας ὧν αὐτοῦ κατεῖπε πρὸς ἐκεῖνον. Λίξον δὲ προεῖπεν εἰς ὄψιν μὴ ἀφικνεῖσθαι ἐπομόσας, ἢ μὴν κατορύξειν αὐτὸν ἐν ᾧ ἂν ἴδοι χωρίῳ πρῶτον. Ὁ δ' ἐξετρέπετο τὸν πάντα χρόνον καθ' ἑτέρας ὁδοὺς φοιτῶν, εἰργόμενος τῶν βασιλείων. Συλλαβεῖν δ' οὖν αὐτὸν ἐπιθυμῶν Γύγης, ὅμως οὐκ ἐβούλετο παρὰ τὴν ῥήτραν. Καί τις αὐτῷ τῶν φίλων ὑπέθετο, εἰ κατὰ τὰ συγκείμενα λαβεῖν αὐτὸν ἐθέλοι, τρέπεσθαι κατὰ τὰς ὁδοὺς ἃς ἔθος ἦν ἐκείνῳ διεξιέναι· αὐτὸς δ' ἔφη ταύτας γινώσκειν. Ὁ δὲ Γύγης ἐκέλευε τὸν ἄνθρωπον ἡγεῖσθαι· καὶ αὐτὸς ἐκείνῃ τὸ ἅρμα κατήλαυνε (63). Καί πως αὐτῷ κατὰ δαίμονα συντυγχάνει Γύγης ἐν ἐπικάμψει τῆς ὁδοῦ. Στενῆς δ' οὔσης, οὐκ ἔχων ὅπῃ τράπηται ἐξ ὀφθαλμῶν τοῦ βασιλέως ὁ Λίξος, ὑποδύεται ὑπὸ τὸ ἅρμα καὶ κρύπτεται. Γύγης (64) δὲ προνοήσας ἐκσπᾶν

omnia ei statim nuntiavit. Itaque multa adhuc nocte ad amicos discurrens, sermonem cum iis communicat, rogatque ut sibi regem interfecturo auxilientur. In memoriam etiam diras iis revocat quibus Ardys Dascyli percussores devovisset. Igitur ex re præsente censens Sadyattem interficere potius quam ipsum ab eo interfici, quum amicorum fidelissimos sibi adjunxisset, gladio armatus in regiam irruit, et in cubiculum, cujus fores ancilla aperuit, ingressus, dormientem interficit Sadyattem, qui tribus tunc annis regno potitus erat.

Inde a diluculo amicos et inimicos multa cum tranquillitate arcessivit, quasi rege vocante, atque eos, quos adversarios sibi fore putabat, occidit, alios donorum largitione auxiliarios sibi conciliavit. Quorum postquam magnum numerum congregaverat, regnum sibi vindicaturus festinanter armis se instruit et in forum progressus Lydos in concionem convocat. Qui primum quidem facinus istud indignantes tumultuabantur et in Gygem irruituri erant. Illo vero demulcente et loquendi veniam petente, ut quæ ignorarent ipsos edoceret, mox cessit tumultus, aliis disertius aliquid audire cupientibus, aliis etiam milites timentibus, factumque est silentium. — Deinde Delphos miserunt sciscitantes num Gygem sibi regem crearent. Jussit deus, addens simul hoc : ultionem Heraclidis venturam quinta generatione ab Mermnadis. Dehinc Gyges Dascyli filius Lydis imperavit, et Mysam mulierem, quam antea Sadyattes sibi junxerat, uxorem ducit, nihil memor eorum, quæ contra ipsum illa Sadyattæ dixerat. Lixo autem denuntiavit, ne in conspectum sibi veniret, juravitque se eum defossurum esse quo loco primum viderit. Ille igitur a regia prohibitus aliis semper viis incedebat, ut regis occursum devitaret. Gyges vero eum comprehendere quidem, neque tamen contra edictum, cupiebat. Quare ex amicis quidam suggessit, ut, si salvo pacto eum prehendere vellet, in eas vias se converteret, quas ille percurrere soleret, ipse bene notas haberet. Jussit itaque Gyges hominem istum ducem agere, ipse autem per monstratas vias curru vehebatur. Et forte fortuna Lixus in viæ flexu obviam fit, ubi propter angustias quum devertendo subducere se oculis regis non posset, currum subit ibique se abscondit. Quod animadvertens Gyges protrahi eum jubet. Et quum fecissent hoc

λεν. — 57. ἀξιοῖ] ἐξιοῖ codex. Deinde ὁρμῶν κτείνειν. Quomodo Herodotus rem narraverit, omnibus notum est. Mitto etiam quæ de Gyge ejusque annulo mirifico narrant Plato De Rep. II, 3 aliique. Propius ad nostra accedit Plutarchus qui bello Gygem contra Candaulem dimicasse refert in Qu. Gr. c. 45, ubi hæc : Διὰ τί τοῦ Ἀκβραδέως Διὸς ἐν Καρίᾳ τὸ ἄγαλμα πέλεκυν ἡρμένον, οὐχὶ δὲ σκῆπτρον ἢ κεραυνὸν πεποίηται; Ὅτι Ἡρακλῆς Ἱππολύτην ἀποκτείνας, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ὅπλων αὐτῆς λαβὼν τὸν πέλεκυν, Ὀμφάλῃ δῶρον δεδωκεν, οἱ δὲ μετ' Ὀμφάλην Λυδῶν βασιλεῖς ἐφόρουν αὐτόν, ὡς τι τῶν ἄλλων ἱερῶν ἐκ διαδοχῆς παραλαμβάνοντες· ἄχρι Κανδαύλης ἀπαξιώσας, ἑνὶ τῶν ἑταίρων φορεῖν ἔδωκεν. Ἐπεὶ δὲ Γύγης ἀποστὰς ἐπολέμει πρὸς αὐτὸν, ἦλθεν Ἄρσηλις ἐκ Μυλέων ἐπίκουρος τῷ Γύγῃ μετὰ δυνάμεως, καὶ τόν τε Κανδαύλην καὶ τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ διαφθείρει· καὶ τὸν πέλεκυν εἰς Καρίαν ἐκόμισε μετὰ τῶν ἄλλων λαφύρων. κτλ. — 58. Σαδ.] sic cod. — 59. ἔτη γ'.] ιζ' sec. Euseb. Comprehendi iis videntur anni Myrsi, quem omittit Euseb. — 60. πασσυδεί] πάσσυδεῖ cod. — 61. μερμνάδων cod. De his cum Xantho consentit Herodotus I, 13, ubi vide. Ceterum pro προειπών legi velim προσειπών. — 62. Σαδ.] sic cod. — 63. κατήλαυνε] καὶ ἤλαυνεν codex. — 64. Γύγης] γήγης cod.

αὐτὸν ἐκέλευε, καὶ ἐπεὶ ἐξεῖλκυσαν οἱ θεράποντες καὶ ἐναντίον ἔστησαν τοῦ ἅρματος, εἶπεν ὁ Γύγης· « Ἐνταῦθα δή σε χρὴ, ὦ Λίξε, κατορύξαι· τοῦτο γὰρ ἡμῖν συγκείμενον. » Καὶ ὃς (65) οὐδὲν ὑποθωπεύσας· « Σὲ μὲν οὖν, ἔφη, ταῦτα παθεῖν δικαιότερον, ὃς ἐμὲ διώκων ἐκτρεπόμενον ὁδοὺς ἦλθες οὐ πρεπούσας βασιλεῖ. » Οἱ δὲ φίλοι τὸν Γύγην, ἐπὶ συννοίας γενόμενον πολὺν χρόνον, ἔπεισαν ἀφεῖναι Λίξον (66) τοῦ θανάτου. Καὶ ὃς ἔφη ὀμωμοκέναι κατορύξαι αὐτὸν ἔνθα ἂν τύχοι πρῶτον· οἱ δ' ἔφασαν· « Ἐπειδὰν τελευτήσῃ, τοιγαροῦν ἐνταῦθα κατόρυξον, καὶ εὔορκά σοι ἔσται. » Ὁ δὲ ἐπείσθη τε καὶ διὰ ταῦτα ἀφῆκε Λίξον. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλεσε, χαμαί τε ἀνέκλινε καὶ τὰ ὀστᾶ παρετίθει φαῦλά τε σιτία, πίνειν τε ὄξος ἐνέχει· καί πως δειπνοῦντα ἤρετο (67), πῶς γε δειπνοίη. Ὁ δ' εἶπεν « Ὡς εἰκὸς παρὰ ἀνδρὶ ἐχθρῷ. » Ὁ δὲ γελάσας εὖ μάλα, τῶν αὐτῷ παρακειμένων ἐπεδαψιλεύετό τε (68) καὶ εὐμενέστερος ἐγένετο. Χρόνου δὲ προϊόντος, διαλλαγεὶς φίλον ἐποιήσατο καὶ οὐδὲν ἔτι εἶχεν ἐν γνώμῃ τῶν πάλαι.

ministri, et ante currum hominem collocassent, « Ibi, Gyges inquit, ego te, o Lixe, defodere debeo. Sic enim inter nos convenit. » Ille vero nihil subblandiens : « Te potius, ait, hoc pati par est, qui me adspectum tuum vitantem persequens vias regem haud decentes ingressus es. » Tum amici Gygi diu cogitabundo suadebant, ut Lixum supplicio liberaret; et quum rex jurasse se diceret se defossurum eum quo loco primum conspexisset, responderunt : « Quando vita defunctus erit, tum hocce loco eum defodias, et salva erit fides jurisjurandi. » Quibus ille persuasus Lixum dimisit. Postea ad convivium vocavit, humique decumbere jubens ossa cibosque viles apponebat, et acetum bibendum ei infundebat. Ac forte cœnantem interrogavit, quo modo cœnare sibi videretur. Ad quod ille : « Uti par est apud virum inimicum » respondit. Risit de eo dicto Gyges vehementer, et jam clementior de cibis sibi appositis Lixo largiebatur. Progrediente deinde tempore in gratiam rediens in amicis eum habebat, pristinæ inimicitiæ prorsus oblitus.

50.

Exc. De ins. : Ὅτι ἐν Ἀθήναις Δημοφῶν ἐβασίλευσεν, ἐφ' οὗ Ὀρέστης μητροκτονήσας εἰς Ἀθήνας ἦλθε (1), μετὰ δὲ τοῦτον Ὀξύντης, μετὰ δὲ ἐκεῖνον Θυμοίτης, ὃς, τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος, εἰδὼς τὴν βασιλείαν τῷ γνησίῳ ἀδελφῷ προσήκουσαν, δολοφονήσας αὐτὸν κατέσχε τὴν ἀρχήν (2).

50.

Athenis Demophon regnavit, sub quo Orestes matricida Athenas venit; post Demophontem vero Oxyntes, post hunc Thymœtes, qui quum regnum post patris obitum ad (*Aphidam*) fratrem, Oxyntæ filium legitimum, pertinere sciret, hunc per insidias occidit, atque sic imperio potitus est.

51.

Exc. De virt. : Ὅτι Ἱππομένης, ὁ Ἀθηναίων ἄρχων, ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς δι' αἰτίαν τοιάνδε. Ἦν αὐτῷ θυγάτηρ, ἥντινα τῶν ἀστῶν (1) τινος λάθρα αἰσχύναν-

51.

Hippomenes Atheniensium princeps magistratu pulsus est ob hanc causam. Erat ei filia virgo, quam civis nescio quis vitiavisset; iratus Hippomenes religatam cum equo in

— 65. καὶ ὃς] καὶ ὡς cod. — 66. Λ[ξον]λίξιν cod. — 67. ἤρετο] εἴρετο codex. Deinde πῶς τε et εἰκὼς cod. De regiis convivis cum Lixo nostro comparandis vide quæ Posidonius narrat fragm. 8. — 68. ἐπεδ.] ἐπεδαψιλευτότε codex. Pro τότε ad marginem cod. notatur πρός τε. Subjungo tabulam nominum quæ in hoc fragmento commemorantur :

50. *Cod. Escor. fol.* 82, 14-17 *r.* — 1. Cf. fr. 34 et Marm. Par. epoch. 25. — 2. De Thymœte Oxyntæ filio spurio Aphidæque fratre, vide Demon (fr. 1) ap. Athen. III, p. 96, D. Fratri Thymœtæ unum regni annum assignat Eusebius in Chron. p. 136 et 300 ed. Mai. Secundum Nicolai auctorem Aphidas omnino non pervenisse ad regnum videtur.

51. *Cod. Tur. fol.* 154, 29 *r.* — 154, 4 *vso.* Eadem Suidas v. Ἱππομένης et schol. Berolin. ad Liban. Ep. p. 125

τος (2), ὑπ' ὀργῆς (3) καθεῖρξεν εἰς οἴκημα δήσας οὐν ἵππῳ, καὶ τροφὴν οὐδετέρῳ (4) εἰσέπεμπε. Πιεσθεὶς οὖν λιμῷ ὁ ἵππος, ἐφορμήσας τῇ παιδὶ, ἀναλώσας τε αὐτὴν, καὶ αὐτὸς ὕστερον ἀπέθανε. Μετὰ ταῦτα ἐπισκαφείσης αὐτοῖς τῆς οἰκήσεως, ἀπ' ἐκείνου ὁ χῶρος ἐκαλεῖτο Ἵππου καὶ Κόρης.

52.

Exc. De insid. : Ὅτι Κυρηναίοις (1) οἱ Βάττου παῖδες Ἀρκεσίλαος ** πρὸς ἀλλήλους στασιάσαντες μάχην ἤγειραν Λίβυας ἐπ' αὐτοὺς ἐνεγκόντες. Καὶ ἡττῶνται Κυρηναῖοι· ἑπτακισχίλιοι γὰρ ἀπέθανον ἐν τῷ πολέμῳ. Ἀρκεσίλαος δ' ἐπὶ τούτοις φάρμακον πίνει· δυσθνητοῦντα δ' αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς ἤγξε (2) Λέαρχος. Τὸν δὲ Λέαρχον ἡ τοῦ Ἀρκεσίλεω γυνὴ κτείνει Ἐρυξώ (3). Τὴν δὲ ἀρχὴν ὁ τοῦ Ἀρκεσίλεω παῖς ἐκδέχεται Βάττος χωλὸς ὤν.

53.

Ibid. : Ὅτι Ἴωνες ἐν τῷ πρὸς Ὀρχομενίους πολέμῳ καταδραμόντες (1) αὐτῶν τὰς κώμας, γυναῖκας αἰχμαλώτους πολλὰς ἠγάγοντο· καταπαλλακευόντες δ' αὐτὰς, παῖδας ἐξεγέννησαν. Ὑποτραφείσης δὲ τῶν νόθων νεότητος οὐκ ὀλίγης, δείσαντες οἱ γνήσιοι ἐκ τῆς χώρας αὐτοὺς ἐξανέστησαν. Οἱ δ' εἰς Θορικὸν τῆς Ἀττικῆς ἀποχωρήσαντες, ἡγεμόνας αὐτῶν προστησάμενοι, ὁμοῦ τοῖς Ἴωσιν ἐξέπλευσαν (2). Συνῆσαν δὲ αὐτοῖς πολλοὶ Πελοποννήσιοι· σχόντες δὲ πρὸς τῷ Ἕρμῳ ταῖς ναυσὶ καί τινα νησῖδα καταλαβόμενοι οὐχ ἑκὰς τῆς ἠπείρου, πολλῶν αὐτοῖς βαρβάρων ἐπιόντων, ἀντεῖχον κρατοῦντες, καὶ ἐπί τινα λόφον τῆς ἠπείρου περάσαντες τὸ [δὲ] μεταξὺ πᾶν χωννύναι διενοοῦντο. Κἀνταῦθα τειχοδομεῖν κωλύοντος αὐτοὺς Μέννεω τοῦ Κύμης τυράννου, ὃς τότε τῶν ταύτῃ χωρίων ἐκράτει, Οὐατίας, ἀδελφὸς αὐτοῦ, φιλίαν καὶ ἐπιγαμίαν συντίθεται πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ τῷ κεῖνον καταλῦσαι, καὶ αὐτοῖς χώραν δοῦναι

angusta cella conclusit, neutri alimentum subministrans. Proinde urgente fame equus, in puellam impetu facto, eam consumpsit, neque secius ipse postmodum fame periit. Deinde quum domus solo æquata fuisset, locus Equi ac Puellæ ex re appellatus est.

52.

Cyrenæis Batti II filii, Arcesilaus *ejusque fratres*, dissidentes inter se, pugnam excitarunt, Afris ab altera factione contra eos immissis. Ac clade afficiuntur Cyrenæi, quorum septem millia in eo bello interfecti sunt. Quo casu afflictus Arcesilaus potum venenatum hausit. Et quum prompta mors non afferretur, Learchus frater eum strangulavit. Learchum vero uxor Arcesilai Eryxo necavit. Regnum deinde suscepit filius Arcesilai, Battus III, qui pede claudus erat.

53.

Iones contra Orchomenios bellum gerentes, in vicos eorum incursione facta, multas mulieres captivas abduxerunt, quibus pro pellicibus utentes genuerunt liberos. Spuriorum hæc juventus sat numerosa quum adolevisset, metuentes sibi genuini e regione eam expulerunt. Illi in Thoricum Atticæ pagum digressi, creatis sibi ducibus, una cum Ionibus in Asiam navigarunt. Admixti iis erant multi Peloponnesii. Appellentes ad Hermum fluvium insulam quandam haud procul a continente sitam occuparunt, ac propulsata barbarorum, qui hostili impetu ipsos aggrediebantur, multitudine, in collem quendam continentis transgressi, spatium intermedium aggere jungere constituebant. Ibi quum murum ducere impedirentur a Menne Cumæorum tyranno, cujus in potestate hæc regio erat, Uatias, frater ejus, amicitiæ fœdus et connubiorum jus iis proposuit, ea conditione ut Mennis imperium illorum opera everteret atque agrum iis daret sufficientem. Illi igitur cum

---

ed. Wolf. De re cf. not. ad Heraclid. Pol. 1. — 1. ἀστῶν] Suidas, αὐτῶν cod. — 2. αἰσχ. λάθρα] λάθρα αἰσχ. Suidas. — 3. ὑπ' ὀργῆς] ὑπὸ γῆς schol. Liban. — 4. οὐδετέρῳ] Suid., οὐδετέρου codex.

52. *Cod. Escor. fol.* 82, 18-24 *r.* — 1. Κυρηναίοις] κυρηναῖοι codex. Post vocem Ἀρκεσίλαος lacunam notavi. Exciderit : καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ; nisi forte scribendum est ἐπ' Ἀρκεσίλεω. De re constat ex Herodoto IV, 160 (coll. Plutarch. De mul. virt. p. 260, Polyæn. Strateg. VIII, 41). Arcesilaus II ὁ χαλεπὸς Batti secundi τοῦ εὐδαίμονος filius, discordias exercebat cum fratribus. Hi (Perseus, Zacynthus, Aristomelon et Lycus sec. Steph. Byz. v Βάρκη), relictis Cyrenis, Barcen urbem condunt, Afrisque persuadent, ut a Cyrenæis deficiant. Contra rebelles Arcesilaus exercitum educit, proelioque ad Leuconem oppidum commisso, septem millia Cyrenæorum trucidantur. Μετὰ δὲ τρῶμα τοῦτο Ἀρκεσίλεων μὲν κάμνοντά τε καὶ φάρμακον πεπωκότα ὁ ἀδελφὸς Λέαρχος ἀποπνίγει, Λέαρχον δὲ ἡ γυνὴ ἡ Ἀρκεσίλεω δόλῳ κτείνει, τῇ οὔνομα ἦν Ἐρυξώ. Διεδέξατο δὲ τὴν βασιλήϊην τοῦ Ἀρκεσίλεω ὁ παῖς Βάττος, χωλὸς ἐὼν καὶ οὐκ ἀρτίπους. Hæc Herodotus, quem Nicolaus h. l. consuluisse videtur. Arcesilaus II regnavit an. 550-540 sec. Reitz., 554-544 sec. Larcher. (v. Thrige De reb. Cyren. p. 173 not. 73). Quæ tempora quum non cadant in illud spatium, quod libro VII Nicolaus tractandum sibi sumsit, et quum in sequentibus demum Ionum migratio exponatur, sponte intelligitur, Nicolaum in antecedentibus narrasse, quomodo post reditum Heraclidarum Minyæ eorumque socii primum in Theram, deinde in Libyam migraverint, eaque occasione omnem Battiadarum historiam subtexuisse. Similiter rem Diodorus instituit VIII, 29 et 30. Uterque in his secutus fuerit Ephorum. — 2. ἀδελφὸς ἤγξε] ἀδελφοήγξε codex. In antecc. nota vocem δυσθνητοῦντα pro vulgari δυσθανατοῦντα. Pro Λέαρχος apud Plutarchum et Polyænum l. l. est Λάαρχος, idque genuina forma Cyrenaica fuerit, eaque etiam Herodoto reddenda, ubi libri plerique ἀλίαρχος, id quod ex ἄλαρχος, hoc vero ex λάαρχος depravatum esse cum Valckenario puto. Ceterum Plutarchus Learchum non fratrem Arcesilai, sed φίλον ποντρὸν dicit. — 3. Ἐρυξώ] ἐρυζώ codex.

53. *Cod. Escor. fol.* 82, 25 *r.* — 82, 15 *vso.* De re aliunde non constat. — 1. καταδραμόντες] καταδραμῶντες cod. — 2. Orchomenios Ionibus admixtos fuisse Herodotus quoque testatur I, 146 : Μινύαι δὲ Ὀρχομένιοι ἀναμεμίχαται κτλ. Cl.

αὐτάρκη. Οἱ δὲ ὡμολόγησαν ἐκείναις τε καὶ τῶν Κυμαίων ὅσους (2) ἐδύναντο [ἐπηγάγοντο] (3), καὶ ἐπεξῆλθον ἐπὶ τὸν Μέννην. Ταχὺ δὲ καὶ τοῦ δήμου προσθεμένου αὐτῷ, νικήσας μάχῃ παραδίδωσι τοῖς Κυμαίοις τὸν ἀδελφόν· οἱ δ' ἐκ χειρὸς βαλόντες αὐτὸν κατέλευσαν, καὶ τὸν Οὐατίαν ἐστήσαντο βασιλέα. Ὁ δ' εὐθέως τὰς πρὸς Φωκαέας (4) συνθήκας ἠξίου ἐμπεδοῦν, ἃς ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας συνέθετο· οἱ δ' ἐπείσθησαν καὶ τῆς γῆς ἔδοσαν.

54.

Ibid. : Ὅτι Λεωδάμας ἐβασίλευσε Μιλησίων, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα ἐπῃνεῖτο, δίκαιός τε ὢν καὶ τῇ πόλει καταθύμιος, εἰς ὃ φόνον αὐτῷ βουλεύσας Ἀμφιτρὴς ἐν ἑορτῇ Ἀπόλλωνος ἄγοντα ἑκατόμβην τῷ θεῷ Λεωδάμαντα (1) κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπέκτεινεν, αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν αὐτοῦ στασιωτῶν τὴν πόλιν κατελάβετο, καὶ τύραννος ἐγένετο, ἰσχύϊ προὔχων Μιλησίων. Οἱ δὲ Λεωδάμαντος παῖδες καὶ φίλοι νυκτὸς ἀπεχώρησαν εἰς Ἄσσησὸν (2), ὑποδεχομένου αὐτοὺς προθύμως τοῦ ἐνόντος ἄρχοντος, ὄντινα Λεωδάμας πρότερον κατέστησεν. Μετ' οὐ πολὺ δὲ Ἀμφιτρὴς ἐπ' αὐτοὺς σὺν στρατῷ ἦλθε, καὶ προσκαθίσας ἐπολιόρκει. Οἱ δὲ μέχρι μέν τινος ταλαιπωρούμενοι ἀντεῖχον· μετὰ δὲ ταῦτα εἰς μαντεῖον πέμψαντες ἐχρηστηριάζοντο περὶ τοῦ πολέμου. Θεὸς δ' ἔφη, ἐκ Φρυγίας αὐτοῖς (3) ἥξειν βοηθούς, οἳ τίσιν τε πράξονται τοῦ Λεωδάμαντος φόνου, κἀκείνους τε καὶ Μιλησίους κακῶν ἀπαλλάξουσιν. Χρονιζομένης δὲ τῆς πολιορκίας, ἀφικνοῦνται νεανίσκοι, Τόττης καὶ Ὄννης, ἐκ Φρυγίας, ἱερὰ ἔχοντες Καβείρων ἐν κίστει κεκαλυμμένα· ἐχόμενοι δὲ τῆς κίστεως ἀμφότεροι, ὁ μὲν ἔνθεν, ὁ δὲ ἔνθεν, νυκτὸς ἔτι οὔσης προῆλθον εἰς τὸ τεῖχος, καὶ ἐκέλευον σφᾶς δέχεσθαι. Βαρυνόμενοι δὲ ὑπὸ τῶν φυλάκων καὶ ἐρωτώμενοι τίνες εἶεν, ἔφασαν ὅτι κατὰ πρόσταξιν θεοῦ ἱερὰ ἐκ Φρυγίας κομίζοιεν ἐπὶ τῷ Μιλησίων τε καὶ Ἀσσησίων ἀγαθῷ. Οἱ δ' εἰς νοῦν βαλόμενοι τὸν χρησμὸν δέχονται τοὺς νεανίσκους. Ἑωθεν δ' εἰς ἐκκλησίαν συνῆλθον οἵ τε τοῦ Λεωδάμαντος παῖδες καὶ οἱ ἄλλοι ἅπαντες, καὶ τοὺς Φρύγας ἤροντο, οἵτινές τε εἶεν καὶ ἐφ' ὅτῳ ἥκοιεν. Οἱ δ' ἔφασαν, θεὸν (4) αὐτοῖς κελεῦσαι σὺν τοῖς ἱεροῖς εἰς Ἄσσησὸν ἐλθεῖν, τιμωροὺς ἐσομένους τοῦ Λεωδάμαντος φόνου, ὅστις αὐτοῖς εἴη ὁ Λεωδάμας· αὐτοὶ γὰρ οὐ γινώσκειν· καὶ κακῶν ῥύεσθαι Μιλησίους καὶ Ἀσσησίους. Δεῖν οὖν, ὅπως ἂν ταῦτα γένοιτο (5) ἐπιτελῆ, θῦσαι τὰ νομιζόμενα αὐτοῖς. Οἱ δὲ ταῦτα ἀκούοντες ὁ πᾶς δῆμος ἐν χαρᾷ ἦσαν· τοῖς γὰρ λογίοις σύνδρομα ἐφαίνετο. Ὑπέσχοντό τε τὰ ἱερὰ ἱδρύσειν (6) παρὰ σφίσι καὶ τιμήσειν, εἰ ταῦτα

Uatiæ sociis pacta inierunt et Cumæorum quot poterant in suas partes adducentes contra Mennem egressi sunt. Mox quum etiam populus se Uatiæ adjungeret, prœlio victor fratrem Cumæis tradidit, qui lapidibus e manu jactis eum obruerunt atque Uatiam sibi regem crearunt. Hic vero statim curavit ut rata essent quæ de Orchomeniorum libertate cum Phocæensibus pepigerat. Obtemperarunt Phocæenses iisque terræ partem dederunt.

54.

Leodamas Milesiis imperavit, et quum justus esset et gratus civibus, summopere honorabatur. Tandem vero cædem ei per insidias parans Amphitres Apollinis festo hecatombam deo ducentem Leodamantem in pompa interfecit, et cum factionis suæ sociis urbem occupavit roboreque Milesiis superior tyrannide potitus est. Filii vero et amici Leodamantis noctu abscesserunt Assesum, ubi urbis præfectus, quem Leodamas olim constituerat, prompto animo eos excepit. Non multo post Amphitres cum exercitu contra eos egressus obsidione urbem cinxit. Oppidani per aliquantum temporis multas perdurantes ærumnas resistebant, deinde vero miserunt qui de exitu belli oraculum consulerent. Respondit deus venturos ipsis ex Phrygia auxiliatores, qui ultionem de cæde Leodamantis sumpturi, ipsosque et Milesios malis liberaturi essent. Interim quum duceretur obsidio, juvenes duo, Tottes et Onnes, ex Phrygia venerunt cum sacris Cabirorum in cista absconditis, quam ambo, alter hinc alter illinc, apprehensam ferentes, dum nox adhuc erat, ad murum accesserunt, petieruntque ut in urbem immitterentur. Quos quum custodes duris verbis increpantes interrogarent quinam essent, responderunt dei jussu se ex Phrygia sacra afferre, quæ Assesiis Milesiisque forent saluti. Tum illi in animum revocantes oraculum, juvenes in urbem recipiunt. Orto diluculo in concionem congressi Leodamantis filii ceterique omnes ex juvenibus quærunt quinam essent et cujus rei causa venissent. Illi deum dixerunt jussisse ipsos Assesum proficisci, ut cædem ulciscerentur Leodamantis (quicunque demum sit Leodamas, id enim se ignorare), simulque ut malis Milesios et Assesios liberarent. Ceterum ut perfici hoc posset, necessarium esse ut rite ex more ipsorum sacra facerent. Quibus auditis populus universus gaudio exsultabat; nam congruere hæc cum verbis oraculi apparebat; ac polliciti sunt sacra Cabirorum se in urbe consecraturos et religiose culturos, si

Pausanias VII, 2, 3 : Ἴωσι δὲ τοῦ στόλου μετασχόντες... καὶ Ὀρχομένιοι Μινύαι συγγενείᾳ τῶν Κόδρου παίδων. Teum ab Orchomeniis conditam esse idem memorat Pausanias III, 6, 3. V. Müller. *Min.* p. 399. — 3. ἐπηγάγοντο vel tale quid excidisse videtur; ὅσοις scribi nolim. 4. Φωκαέας] φοκέους cod. Quum in antecc. Phocæensium mentio non facta sit, complura excerptor omiserit. Ad Phocæenses et Uatiam referenda erit vox ἐκείνοις in verbis οἱ δὲ ὡμολόγησαν ἐκείνοις.

54. *Cod. Escor. fol.* 82, 15 *vso* — 83, 28 r. De rebus hoc fr. traditis aliunde non constat. — 1. Nomen Λεωδάμαντα ad marginem adscriptum; in contextu lacuna. — 2. Assesi oppidi in Milesiorum ditione siti mentionem faciunt Herodotus I, 19. 22; Stephan. Byz. s. v.; Parthenius Erot. 14; Polyæn. VI 47. — 3. αὐτοῖς] αὐτοὺς cod. — 4. θεὸν] θεοῦ cod. — 5. γένοιτο] γένοιντο cod. — 6. ἱδρύσειν] ἵδρυσι cod.

γένοιτο. Ἐκ τούτου μετὰ τὰς ἱερουργίας ἐκέλευον αὐτοὺς οἱ Φρύγες ὁπλισαμένους παντρατιᾷ χωρεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἡγουμένων τῶν ἱερῶν πρὸ τῆς φάλαγγος. Καὶ ἐποίησαν ταῦτα. Οἱ δὲ περὶ Ἀμφιτρὴν (7) ὑπαντιάσαντες, ὡς ἤδη πλησίον ἐγένοντο, εἰς φυγὴν ἐτράποντο, δείματος θείου ἐμπεσόντος· οἱ δ' ἐπόμενοι τοὺς μὲν ἔσφαττον, τοὺς δ' ἐδίωκον (8), Ἀμφιτρὴν δ' οἱ Λεωδάμαντος παῖδες κτείνουσι, καὶ ὁ πόλεμος καὶ ἡ τυραννὶς ἐπέπαυτο Μιλησίοις.

Ὅτι Ἐπιμένης μετὰ ταῦτα αἰσυμνήτης (9) ὑπὸ τοῦ δήμου χειροτονεῖται, λαβὼν ἐξουσίαν κτείνειν οὓς βούλεται· καὶ ὃς τῶν μὲν παίδων Ἀμφιτρῆτος οὐδενὸς οἷός τ' ἦν ἐγκρατὴς γενέσθαι· ὑπεξῆλθον γὰρ παραχρῆμα δείσαντες· τὰ δὲ ὄντα αὐτοῖς ἐδήμευσε, καὶ ἀργύριον ἐκήρυξεν, εἴ τις αὐτοὺς κτείνειεν· τῶν δὲ κοινωνῶν τοῦ φόνου τρεῖς ἀπέκτεινε, τοῖς δὲ ἄλλοις φυγὴν προσεῖπεν· οἱ δὲ ᾤχοντο. Οἱ μὲν δὴ Νηλεῖδαι κατελύθησαν ὧδε.

55.

Ibid. : Ὅτι μετὰ τὸ ἀγαγεῖν τὸ νάκος τοὺς Ἀργοναύτας τῷ Πελίᾳ, Ἰάσων εὐθὺς ἐλθὼν Πελίᾳ φόνον ἐβούλευε τῆς ἀρχῆς πέρι, Μήδεια δ' αὐτῷ ὑπέστη ἀνιδρωτὶ τοῦτο πράξειν. Ταχὺ δὲ ταῖς ἐκείνου θυγατράσιν ἐν ὁμιλίᾳ γενομένη ἔπειθεν, ὅτι αὐταῖς τὸν πατέρα γηραιὸν ὄντα ἀνηβῆσαι ποιήσειε διὰ φαρμάκων, εἴ μιν κατακόψασαι εἰς λέβητα ζέοντα ἐμβάλοιεν· εἰς δὲ πίστιν τοῦ λόγου, ὥς φασι, παλαί' ἄττα κατακόψασα πρόβατα, νέα ἐκ παλαιῶν ἐποίει. Αἱ δὲ διὰ τοῦτο μάλιστα πεισθεῖσαι τὸν πατέρα ἔκτειναν· καὶ ὡς οὐδὲν ἐγίνετο ὧν προσεδόκων, ἐν πένθει μεγάλῳ ἦσαν. Οἱ δὲ Ἰωλκοὶ ἐπὶ τῷ ἔργῳ ἤχθηραν Μήδειάν τε καὶ Ἰάσονα, καὶ τοὺς μὲν φυγῇ ἐζημίωσαν· οἱ δ' εἰς Κόρινθον ἀπεχώρησαν· ταῖς δὲ παισὶ συνέγνωσαν ὑπὸ ἀκακίας ἐξαπατηθείσαις· θανάτου γὰρ ῥυόμεναι τὸν πατέρα ἐκ γήρως, ἄκουσαι ἀπέκτειναν. Ἐπὶ δὲ τῷ Πελίου τάφῳ ἆθλα ἐτέθη μέγιστα καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ ἠγάγοντο, ὡς ἂν καθαρὰς φόνου, οἱ ἄριστοι. Ἐκ Πελοπείας (1) δὲ Κύκνος ἐγένετο, ᾧ Ἡρακλῆς ἐμαχέσατο ἐν Ἰτώνῳ τῆς Ἀχαΐας· Ἄκαστος δ' ὁ Πελίου ἐν Ἰωλκῷ ἐβασίλευεν, τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος, Ἰάσονος φυγόντος εἰς Κόρινθον σὺν Μηδείᾳ.

56.

Exc. De virt. : Ὅτι ἡ Ἀκάστου γυνὴ Πηλέως ἐρασθεῖσα, λόγους ὑπὲρ μίξεως εἰσφέρει· ἀναινομένου δὲ, δείσασα μή μιν κατείποι (1) πρὸς τὸν ἄνδρα, ὑποφθάσασα αὐτὸν προδιαβάλλει (2) πρὸς τὸν ἄνδρα, ὡς

ista fierent. Deinde peracto sacrificio Phryges eos jusserunt cum universo exercitu in hostem egredi, dum sacra ante phalangem præferrentur. Idque fecerunt. Contra exeunte Amphitrete, quum jam in propinquo erant copiæ, divinitus incusso correpti terrore in fugam se dederunt. Illi vero tergis eorum insistentes alios trucidarunt, alios longius persecuti sunt. Amphitretem filii Leodamantis occiderunt. Atque sic bellum Milesiis compositum et tyrannis sublata est.

Post hæc Epimenes summus reipublicæ gubernator populi suffragiis creatus est, data occidendi potestate quoscunque vellet. Is ex filiis quidem Amphitretis ne uno quidem potiri potuit; nam metuentes sibi fuga illico se subduxerant; verum bona eorum publicavit, et præconis voce præmium promisit, si quis eos interfecerit. Cædis participes tres occidit; reliquos in exilium egit. Hi igitur solum mutarunt. Atque sic Nelidarum imperium eversum est.

55.

Postquam Argonautæ vellus aureum Peliæ attulerant, Iason statim post reditum eadem Peliæ moliebatur, ut regno ejus potiretur. Medea vero absque labore hoc ei perficiendum suscepit. Confestim igitur cum filiabus Peliæ colloquia jungens iis persuasit se patrem earum senem veneficiis juventuti restituturam esse, si ipsæ dissectum in lebetem fervente plenum aqua injicerent. Utque fidem verbis faceret, oves nonnullas seniores dissecuit agnasque reddidit. His filiæ quam maxime persuasæ patrem occiderunt. Et quum nihil fieret eorum quæ exspectaverant, magno mœrore affectæ sunt. Iolci vero ob facinus istud odio persequentes Medeam et Iasonem exilio mulctarunt. Exules abierunt Corinthum. Filiabus autem venia data est, ut quæ præ animi simplicitate deceptæ ab omni malo abhorruissent; nam ut mortem ex senio imminentem a patre arcerent, invitæ eum necaverunt. In Peliæ vero sepulcro funebres ludos celebrantes præmia maxima posuerunt, atque filias ejus, utpote piaculo puras, duxerunt viri principes. Ex Pelopia Cycnus natus est, cum quo Hercules ad Itonum Achaiæ Thessalicæ urbem pugnavit. Acastus autem Peliæ filius regnum Iolci suscepit, quum pater defunctus esset, Iason vero exul Corinthum cum Medea abscessisset.

56.

(Atalante) Acasti uxor Pelei amore correpta, quum Peleum de stupro sollicitasset, nec persuadere ei potuisset, verita ne rem Peleus ad maritum deferret, præoccupare illum statuit. Itaque Peleum apud virum calumniatur, quasi stu-

— 7. Ἀμφιτρὴν] ἀμφυτρὴν cod. — 8. ἐδίωκον] ἐδιώκων cod. — 9. Hæc adde paucis illis quæ de æsymnetis comperta habemus. V. Hermann. *Alterth.* § 63; Schœmann. Hist. jur. publ. I. p. 89 et qui ibi laudantur.

55. *Cod. Escor. fol.* 83, 29 r. — 83, 15 *vso.* De re cf. Apollodor. I, 9, 27 ibique interpretes. — 1. φασι, παλαί' ἄττα] φασιν, ἄλλα ἄττα codex. — 2. Πελοπείας] Πελοπίας cod.

56 *Cod. Tur. fol.* 154, 4-12 *vso.* Eadem Suidas : Ἀταλάντη, Ἀκάστου γυνὴ, ἥτις Πηλέως ἐρασθεῖσα κτλ. Cf. idem v. Ἄκαστος. Reliqui auctores uxorem Acasti non Atalanten dicunt sed *Astydamiam* (Apollodor. III, 13, 3; schol. Arist. Nub. 1059 etc.) vel *Hippolyten* (Pindar. Nem. IV, 92. V, 46). — 1. κατείποι] sic codex et Suidas in optimis codd. Ante Orellium in edit. legebatur κατείπει. — 2. προδιαβάλλει] προσδιαβάλλει cod. et vulgata ap. Suidam, ubi

εὐνηθῆναί (3) οἱ θέλοντα. Ὁ δὲ λόχον ὑφείσας ἐπεβούλευσε Πηλεῖ. Καὶ ὃς αἰσθόμενος, εἰς πόλεμον κατέστη πρὸς αὐτὸν, ἐπικαλεσάμενος βοηθοὺς τούς τε Τυνδαρίδας καὶ Ἰάσονα, ἐχθρὸν ὄντα ἐκείνῳ (4), φίλος αὐτὸς ὢν διὰ τὸ σύμπλους ἐν τῇ Ἀργοῖ γεγονέναι· καὶ τήν τε Ἰωλκὸν αἱρεῖ καὶ τὴν Ἀκάστου γυναῖκα σφάττει.

57.

Ibid. : Ὅτι Λυκούργῳ τοιάδε ἡ τελευτὴ τοῦ βίου ἐγένετο. Βουλόμενος, ὥς φασι, τὸν (1) θεὸν ἐρέσθαι περί τινων ὑπολοίπων νόμων, ὥρκωσε Λακεδαιμονίους ἄχρις ἐπάνειτι μηδένα λῦσαι τῶν κειμένων. Ὁμοσάντων δ', ἐπεὶ χρηστηριαζόμενος ἤκουσε παρὰ τοῦ θεοῦ, ὡς εὐδαίμων ἡ πόλις ἔσοιτο, εἰ τοῖς ἐκείνου νόμοις ἐμμένοι, ἔγνω μηκέτι ἐπανελθεῖν, τὸ βέβαιον τῆς φυλακῆς ἐκ τοῦ ὅρκου ποιησάμενος. Καταβὰς δὲ εἰς Κρίσαν αὐτὸν διεργάζεται (2). Λακεδαιμόνιοι δὲ αἰσθόμενοι, διά τε τὴν προτέραν ἀρετὴν καὶ τὴν τότε χριθεῖσαν περὶ τὸν θάνατον, ναόν τε αὐτῷ ἐτεμένισαν, καὶ βωμὸν ἱδρυσάμενοι θύουσιν ὡς ἥρωι ἀνὰ πᾶν ἔτος (3). Περιφανῶς γὰρ δὴ (4) Σπαρτιάταις αἴτιος μόνος ἐγένετο τῆς εἰς ἅπαν ἀρετῆς τε καὶ ἡγεμονίας, οὐδὲν ἄμεινον τῶν ἄλλων πάλαι διακειμένοις· οὐ μόνον ὅτι αὐτοῖς νόμους ἔθετο ἀρίστους, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἄκοντας προὐτρέψατο χρῆσθαι αὐτοῖς τρόπῳ τοιῷδε. Δύο σκύλακας λαβὼν (5) ἀπὸ τῆς αὐτῆς μητρὸς ἔτρεφε, χωρὶς δὲ ἀλλήλων ἀνομοίοις ἤθεσι, τὸν μὲν κατ' οἶκον, ὄψα τε διδοὺς καὶ τὴν ἄλλην λιχνείαν, τὸν δὲ ἐν κυνηγεσίοις θηρᾶν ἀναγκάζων καὶ στιβεύειν (6) ἐν ὄρεσιν. Ὡς δ' ἑκάτερος αὐτῶν ὅμοιος ἐγένετο τῇ τροφῇ, Σπαρτιάταις ἐκκλησιάζουσι πρὸς τοὺς περιοίκους πολέμου πέρι, καὶ ἀμηχανοῦσι, παραγαγὼν ἀμφοτέρους εἰς μέσον, καὶ σὺν αὐτοῖς ὄρκους τε καὶ ζωμοὺς (7) καὶ ὄψα ἐσκευασμένα, ἔλεξεν· « Ἀλλ' ὅτι μέν, ὦ Σπαρτιᾶται, τοῦ εὖ τε καὶ κακῶς πράττειν οὐκ ἄλλο ἐστὶν αἴτιον πλὴν τὸ ἔθεσι χρῆσθαι φαύλοις ἢ σώφροσι, πάρεστιν ὑμῖν ὁρᾶν. Οἵδε γέ τοι (8) (τοὺς σκύλακας δείξας) τῆς αὐτῆς μητρὸς ὄντες, ἐναντίως δὲ ἀλλήλοις τεθραμμένοι, παρ' αὐτὸ τοῦτο ἀνόμοιοι ἐκβεβήκασιν. Ὁ μὲν γὰρ θηρᾶν μαθών, ὁ δὲ λιχνεύειν, οὐδὲν ἂν (9) ἀντὶ τοῦδε, εἰ παρείχοι, ποιήσειε. » Καὶ ἅμα προσέταξε τῷ κυνουλκῷ μεθεῖναι ἐπὶ ἀμφοτέρους τὰ ἡτοιμασμένα. Τῶν δ' ὁ μὲν κατοικίprum sibi offerre voluisset : qui, uxoris calumniis persuasus, insidias Peleo comparat. Sed Peleus, re intellecta, bellum Acasto infert, adscitis in auxilium suum Tyndaridis atque Iasone, qui Acasto infensus, Peleo autem ob expeditionis Argonauticæ societatem erat conjunctissimus. Horum auxilio Peleus expugnata Iolco Acasti conjugem necavit.

57.

Lycurgo ejusmodi vitæ exitus contigit. Quum Apollinem de quibusdam residuis legibus consultum ire vellet, Lacedæmonios jurejurando adegit, nullam ex constitutis legibus abrogaturos, antequam ipse rediisset. Quo juramento ab omnibus præstito, Delphos profectus responsum ab Apolline retulit, fortunatam Spartam fore, quamdiu leges illius servaret. Hoc Lycurgus responso accepto nunquam posthac in patriam reverti constituit, ut ad perpetuam legum observantiam jurejurando obstrictos retineret cives. Igitur Crisam digressus mortem sibi conscivit. Cujus rei fama Lacedæmonem allata, Spartani virtutis causa, quam et in anteacta omni vita ac tum moriens præ se tulerat, templum ei aramque posuerunt, ubi quotannis perinde ac heroi sacrificant. Quippe citra controversiam virtutis in omnibus rebus gestis conspicuæ atque imperii unus hic auctor Spartanis fuit, quum antea nulla re ceteris præstarent : idque non eo solum, quod leges optimas iis constituit, sed etiam quod, illis ut uterentur, eos impulit hujusmodi ratione. Catulos duos eadem matre natos seorsim ac diverso quemque modo instituit; alterum in ædibus, obsoniis atque hujuscemodi catillamentis alens; alterum venationibus assuefaciens, atque in montibus sub dio cubare cogens. Postquam uterque consentaneam educationi suæ indolem est sortitus, tum Lycurgus Spartanis, forte de bello adversus finitimos in concione consultantibus atque magnopere anxiis, ambos catulos in medium adduxit cum capreis ac jusculis et obsoniis apparatis, ac mox, « Enimvero, inquit, Spartani, animum ac fortunam uniuscujusque ex institutis, quibus usus sit, pendere, vel ex his catulis intelligi potest, qui quum sint eadem matre geniti, quia tamen diversa ratione instituti sunt, idcirco dissimiles ingenio exstiterunt. Hic enim venationi, ille catillamentis innutritus, si copiam feceris, nihil uterque aliud, quam quod didicit, factitaturus est. » Simul famulo, qui canes loro retinebat, imperat, utrumque ut di-

---

codex A προδιαβάλλει exhibere videtur. In seqq. præpositionem πρὸς om. Suidas. — 3. εὐνηθῆναι] sic codex et Suidas. Valesius e conj. dedit συνευνηθῆναι. — 4. ἐκείνῳ] Suidas. ἐχθρὸν ὄντα, κἀκείνῳ φίλος α. ὢν codex. De Peleo Argonauta v. Apollon. Rh. I, 91; Apollodor. I, 9, 16; Hygin. fab. 14; Orpheus Arg. 130. Sec. Apollodorum III, 13, 7 Peleus non statim post detectas insidias, sed post Thetidis nuptias natumque Achillem Iolcum expugnat. Cum Nicolai narratione cf. schol. Apoll. Rh. I, 224; Pindar. Nem. III, 59. De interiore harum fabb. ratione v. Müller. *Min.* p. 256. Ceterum quum Iasonis historiam, eatenus certe quatenus ad Argonautarum expeditionem pertinet, Nicolaus libro tertio jam exposuerit, nostro loco de antiquissimis his Thessaliæ regibus denuo egisse putandus est, ut viam sibi muniret ad eorum regum historiam, qui post Heraclidarum reditum in Thessalia regnarunt.

57. *Cod. Tur. fol.* 154, 12 *vso* — 155, 23 *r.* Eadem Suidas v. Λυκοῦργος. — 1. τὸν] artic. addidit Coray. — 2. Cf. Plutarch. Lyc. 31 : τελευτῆσαι δὲ τὸν Λυκοῦργον οἱ μὲν ἐν Κίρρᾳ λέγουσιν. — 3. Cf. Ephorus (fr. 19) ap. Strabon. VIII, p. 366; Herodot. I, 66; Aristot. ap. Plutarch. Lyc. 31; Pausan. III, 16, 6; Boeckh. C. Insc. I, no. 1256. 1362. — 4. δὴ] e Suida accitum. Mox cod. αἰτιόμενος pro αἴτιος μόνος. — 5. Eandem historiam narrat Plutarch. De educat. c. 4, p. 3; Instit. Lac. p. 22; Arsenius p. 343. — 6. στιβεύειν] Wesseling. ad Diodor. IV, 13. στιβεύων codex et Suidas. — 7. ζωμοὺς] Suidas; ζώνας codex. — 8. οἵδε γέ τοι] Suidas; οἱ δεί (non : δὴ) γε τοὺς κύλακας codex. — 9. ἂν] ad-

διος ἐπὶ τοὔψον ὥρμησεν, ὁ δὲ θηράτωρ ἐπὶ τὸν δόρκον, καὶ καταλαβὼν (10) ἐσπάραττε. Καὶ Λυκοῦργος πάλιν, « Ταῦτα, ἔφη, νομίσατε, ὦ Σπαρτιᾶται, καὶ εἰς ὑμᾶς τείνειν καὶ τοὺς ἄλλους πάντας ἀνθρώπους· ὁποίοις γὰρ ἂν ἔθεσι καὶ νόμοις χρῆσθε, τοιούτους ἀποβαίνειν ἀνάγκη πρός τε πόνους καὶ τρυφήν· πάντα γὰρ ἀνθρώποις μαθητὰ οἱ θεοὶ ἔδοσαν. Ἕπεται δὲ τῷ μὲν πονεῖν ἐθέλειν τὸ ἐλευθέρους εἶναι, καὶ τὸ εὖ (11) πράττειν καὶ κρατεῖν πάντων· τῷ δὲ ἡδυπαθεῖν τό τε δουλεύειν καὶ κακουργεῖν (12) καὶ μηδενὸς ἀξίους εἶναι. » Ὁ μὲν τοιαῦτα λέγων προὐτρέπετο τοὺς Σπαρτιάτας μεταβαλεῖν τε τὸν καθεστῶτα τρόπον τοῦ βίου, καὶ βελτίοσι νόμοις ἐθισθῆναι. Οἱ δὲ πεισθέντες οὐ τῶν περιοίκων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων Ἑλλήνων διαφανῶς ἄριστοι ἐγένοντο, ἡγεμόνες τε συνεχῶς, ἐξ ὅτου παρεδέξαντο τοὺς νόμους, ἐπὶ ἔτη πεντακόσια (13), καὶ οὐ πολλοῦ χρόνου ἐπὶ μέγα ἐχώρησαν δυνάμεως.

Τέλος τοῦ ἕκτου λόγου Νικολάου Δαμασκηνοῦ.

mittat. Ac domesticus quidem recta ad obsonium ferri, venator vero capream persequi cœpit, eamque comprehensam protinus laniavit. Tum Lycurgus, « Idem, inquit, Spartani, de vobis ac de ceteris porro omnibus existimate: cujusmodi enim institutis ac legibus utimini, ejusmodi ut ingenio ad laborem ac delicias exsistatis necesse est. Quippe hominibus id a deo datum est, ut quidvis sibi comparare discendo possint. Porro laborem comitari solet libertas atque imperium in ceteros: delicias vero servitus malæque artes et contemptus sequuntur. » His sermonibus Lycurgus impulit Spartanos, ut, abjectis prioribus institutis, melioribus legibus adsuescerent. Qui Lycurgi consilium secuti non finitimos modo, sed omnes omnino Græcos virtute longe superaverunt, atque ab susceptis legibus continue per quingentos annos principatum Græciæ tenuerunt, ac brevi admodum temporis spatio maximam potentiam adepti sunt.

Finis libri sexti Nicolai Damasceni.

[ΕΚ ΒΙΒΛ. Ζ'.]

58.

Exc. De ins. : Ὅτι Κύψελος Βαχχιάδης καὶ αὐτὸς ὢν ἐκ κήδους γυναικείου (1), πρῶτος κτείνας τὸν τελευταῖον Ἱπποκλείδην (2) ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ τρόπῳ τοιῷδε. Λόγιον ἦν (3) τοῖς Βαχχιάδαις ὑπὸ τοῦ Κυψέλου τοῦ Ἠετίωνος καταλυθεῖσιν (4) τὴν ἀρχὴν ἀφαιρεθῆναι. Γενόμενον οὖν αὐτὸν καὶ ἐν σπαργάνοις ἔτι ὄντα ὑποπέμψαντες τῶν ὑπασπιστῶν τινὰς ἐκέλευον κτεῖναι. Τῶν δὲ ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντων ἐπὶ τὴν οἰκίαν καὶ μελλόντων ἀναιρεῖν, ὁρέγον τὰς χεῖρας τὸ παιδάριον προσεμειδία τοῖς ἀνθρώποις· τοὺς δὲ οἶκτος εἰσῆλθε, καὶ ἔγνωσαν μηκέτι ἀναιρεῖν, ἀλλὰ φράσαντες τῷ πατρὶ τὰς ἀληθείας ἐκποδὼν ἀπιέναι. Δόξαν δὲ οἱ μὲν εἶπαν, ὁ δὲ Ἠετίων εἰς Ὀλυμπίαν αὐτὸ ὑπεκτίθεται καὶ ἔτρεφεν, ὡς ἂν ἱκέτην τοῦ θεοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα θαρσήσας εἰς Κλεωνὰς ἦγαγε, μειράκιον ἔτι ὄντα καὶ πολλῶν διαφέροντα τὴν ἰδέαν καὶ τὴν ἀρετήν. Ἀνὰ δὲ χρόνον ὁ Κύψελος βουλόμενος κατελθεῖν εἰς Κόρινθον, ἐχρηστη-

E LIBRO VII.

58.

Cypselus, ipse quoque Bacchiada genere materno, primus fuit tyrannus qui interfecto Bacchiadarum postremo, Hippoclide, in locum ejus succedens regno potitus est hunc in modum. Oraculo Bacchiadis responsum erat, fore ut a Cypselo Actionis filio regno exuerentur. Igitur quum natus Cypselus in fasciis adhuc esset, submiserunt scutatorum nonnullos, qui eum interficerent. His ad domum ejus profectis cædemque jam patraturis, manus porrigens infans arridebat. Unde miseratio eos incessit, nec jam occidere infantem, sed re quæ esset patri indicata, abscedere statuerunt. Ex decreto igitur hi rem indicarunt; Action autem in Olympiam clam expositum puerum ut dei supplicem educabat. Post hæc ad fiduciam erectus Cleonas filium abduxit, puerum adhuc, forma et virtute inter multos insignem. Aliquanto post Cypselus, Corinthum redire volens, Delphis oraculum consuluit, et quum conveniens accepis-

didi, monente Bremio. — 10. καταλαβὼν] καταβαλὼν Suidas. — 11. καὶ τὸ εὖ πρ.] Suidas; ἐλευθέρους εἶναι καὶ πράττειν... ἀξίους εἶναι codex. — 12. κακουργεῖν] κακοπραγμονεῖν Suidas. — 13. ἐπὶ ἔτη πεντακόσια] Cf. Plutarch. Lyc. c. 29 : Τοσοῦτον γὰρ ἐπρώτευσεν ἡ πόλις τῆς Ἑλλάδος εὐνομίᾳ καὶ δόξῃ, χρόνῳ ἐτῶν πεντακοσίων τοῖς Λυκούργου χρησαμένη νόμοις, οὓς δεκατεσσάρων βασιλέων μετ' ἐκεῖνον εἰς Ἄγιν τὸν Ἀρχιδάμου (399 a. C.) γενομένων οὐδεὶς ἐκίνησεν. Eosdem annos quingentos, termino ad quem non memorato, Plutarchus affert in Comp. Lyc. et Num c. 4 et Instit. Lac. p. 239, F. Contra in Apophthegm. p. 194, B, hosce annos quingentos numerat usque ad Epaminondam in Laconiam irrumpentem (369 a. C.). At præferenda procul dubio sunt quæ affert eo loco, quo ex professo de Lycurgo egit. Numerum 500 accuratius si definire auctor voluisset, ponendi fuissent anni 503, adeo ut Lycurgi epocha sit 399 + 503 = 902 a. C. sive 2×63 ante Olymp. 1. Qui quidem numerus optime quadrat cum iis quæ de Ephori calculis in Fragm. Chronolog. exposui. Ephorum vero ducem fuisse Nicolai sæpius jam indicavi.

58. *Cod. Escor. fol.* 83, 16 *vso.* — 84, 30 r. — 1. γυναικείου] γυναικίου cod. Amphion Bacchiada filiam pede claudam, Labda (*Lambda* Etym. M. p. 199, 25) nomine, habebat, quam quum nemo Bacchiadarum ducere vellet, in matrimonium accepit Action, Echecratis f., generis origine Lapitha et Cænides. Ita Herodotus V, 92, 4 in oratione Sosiclis Corinthii. — 2. Ἱπποκλείδην] infra pro Ἱπποκλείδης est Πατροκλείδης. Quod verum sit nomen nescio. Herodotus VI, 128 Hippoclidem Atheniensem, Agaristæ Sicyoniæ procum, majoribus suis cognatum fuisse Cypseli tyranni dicit. Verum hoc non ad maternos, sed ad paternos Cypseli majores pertinet. — 3. Vide Herodot. V, 92, 5, ubi historia de servato Cypselo fusius, sed diverso modo exponitur. — 4. καταλυθεῖσιν] καταλυθείσειν cod. Mox ὁρέγοντας cod. pro

ριάζετο (5) ἐν Δελφοῖς. Συμφέρουσαν δὲ δεξάμενος φήμην οὐδὲν μελλήσας ἦκεν εἰς Κόρινθον, καὶ ταχὺ τῶν ἀστῶν ἐν τοῖς μάλιστα ἀγαστὸς ἦν, ἀνδρεῖός τε καὶ σώφρων καὶ δημωφελὴς δοκῶν εἶναι παρὰ τοὺς ἄλλους Βακχιάδας ὑβριστάς τε ὄντας καὶ βιαίους. Πολεμαρχήσας δ' ἔτι μᾶλλον ἐστέρχθη, τῶν πώποτε ταύτην ἀρξάντων τὴν ἀρχὴν μακρῷ ἄριστος γενόμενος· τἆλλα τε γὰρ ὀρθῶς ἔπραξε καὶ τόδε· νόμος καθεστήκει Κορινθίοις τοὺς ἐν δικαστηρίῳ ἁλισκομένους ἀπάγεσθαι πρὸς τὸν πολέμαρχον, καὶ καθείργνυσθαι τῶν ἐπιτιμίων ἕνεκα, ὧν καὶ αὐτῷ μέρος τι ἦν. Ὁ δὲ οὔτε καθεῖρξέ τινα πολίτην, οὔτε ἔδησεν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀπέλυε δεχόμενος (6) ἐγγυητάς, τῶν δὲ καὶ αὐτὸς ἐγίνετο, πᾶσι δὲ ἠφίει τὸ αὐτοῦ μέρος· ἐξ ὧν μάλιστα ἐν τῷ πλήθει ἐστέργετο. Ὁρῶν δὲ τοὺς Κορινθίους ἐχθρωδῶς πρὸς Βακχιάδας διακειμένους, προστάτην δ' οὐκ ἔχοντας, ᾧ χρησάμενοι καταλύσειαν αὐτούς, ἐπέδωκεν αὑτὸν, καὶ ἐδημαγώγει τὸ πλῆθος, τόν τε χρησμὸν λέγων, ὅτι ὑπ' αὐτοῦ πέπρωται καταλυθῆναι αὐτούς, ἀνθ' ὅτου καὶ πάλαι γενόμενον αὐτὸν ὁρμήσειαν ἀνελεῖν, καὶ νῦν ἐπιβουλεύειν, ἀλλ' οὐ δεδυνῆσθαι παρατρέψαι [τὰ] μοιρίδια. Οἱ δ' ἀσμένως προσίεντο τοὺς λόγους, τοῖς μὲν δυσμενεῖς ὄντες, τῷ δὲ εὖνοι, καὶ τὸ βέβαιον τοῦ κατορθώσειν τὸ ἔργον ἐκ τῆς περὶ αὐτὸν ἀνδρείας ἔχοντες. Τέλος δὲ συστήσας ἑταιρικὸν κτείνει βασιλεύοντα Πατροκλείδην, παράνομον ὄντα καὶ ἐπαχθῆ. Ταχὺ δὲ ἀντ' ἐκείνου ὁ δῆμος αὐτὸν βασιλέα κατέστησεν. Ὁ δὲ τούς τε φυγάδας κατάγει, καὶ τοὺς ἀτίμους ὑπὸ τῶν Βακχιαδῶν γενομένους ἐπιτίμους πάλιν ἐποίησε· καὶ διὰ τοῦτο ἐχρῆτο εἰς ὅ τι βούλοιτο αὐτοῖς· εἴς τε ἀποικίαν ἐξῆγε τοὺς μὴ φίλους, ὅπως ἂν ῥᾷον ἄρχοι τῶν λοιπῶν· ἔπεμψε δὲ εἴς τε Λευκάδα (7) καὶ Ἀνακτόριον, οἰκιστὰς αὐτῶν Πυλάδην καὶ Ἐχιάδην τάξας, παῖδας αὐτοῦ νόθους· τοὺς δὲ Βακχιάδας φυγαδεύσας ἐδήμευσε τὰς οὐσίας αὐτῶν. Οἱ δὲ εἰς Κέρκυραν ἀπεχώρησαν. Κύψελος δὲ Κορίνθου πράως ἦρχεν, οὔτε δορυφόρους ἔχων, οὔτ' ἀποθύμιος ὢν (8) Κο-

set responsum, nulla mora interposita venit Corinthum; ubi mox inter cives quam maxime honorabatur, quum strenuus et moderatus esset, populique commodis consulere videretur in tanta reliquorum Bacchiadarum superbia et violentia. Ac magis adhuc civium amorem eo sibi conciliavit, quod Polemarchi munere ita fungebatur, ut qui unquam hunc magistratum gessissent, cunctos longe superaret. Etenim tum cetera optime egit tum vero hocce. Lex apud Corinthios obtinebat, ex qua judicio condemnati ad polemarchum adducebantur, a quo includebantur usque dum irrogatam solvissent multam, cujus pars aliqua ad ipsum redibat polemarchum. Ille vero nunquam nec inclusit civem aliquem neque vinxit, sed alios dimisit prædes accipiens, pro aliis etiam ipse spondebat; omnibus autem suam multæ partem remittebat. Unde maximo apud multitudinem favore pollebat. Ac videns Corinthios infestis esse in Bacchiadas animis, et duce destitutos cujus opera evertere regnum eorum possent, ipse sese obtulit, atque gratiam populi captabat, oraculum exponens, quo nuntiatum erat in fatis esse ab ipso Bacchiadarum imperium dissolvi; et quomodo illi propterea et olim recens natum occidere voluissent, et nunc sibi insidias pararent; at fati decreta non posse everti. Quos Corinthii sermones lubenter admittebant, Bacchiadas exosi, erga Cypselum benevoli, ex ejusque virtute spem firmam habentes prosperi successus. Tandem coacto sodalitio, Patroclidem (*Hippoclidem?*), qui tunc regnabat legum violator virque molestus, interfecit; in cujus locum ipse statim rex a populo creatus est. Tum exules revocavit, honore a Bacchiadis imminutos in integrum restituit, eoque effecit ut ad quodvis iis uti posset. Adversantes in colonias deducendas ablegavit, quo facilius imperaret reliquis. Misit vero ad Leucadem et Anactorium condendas iisque Pyladem et Echiadem, filios spurios, præfecit. Bacchiadas in exilium ejecit ac bona eorum publicavit. Illi in Corcyram se receperunt. Cypselus vero Corinthiis imperavit clementer, nulloque se muniens sa-

---

ὀρέγον τὰς. — 5. ἐχρηστιάζετο codex, et mox δημοφελὴς et βιβαίους. — 6. δεχόμενος] δεχόμενον codex; deinde Βακχίδας. — 7. Λευκάδα] λευδὰ codex. Hasce Corinthiorum colonias Cypseli temporibus deductas esse constat e Strabone p. 452. Sec. Plutarch. De sera num. vind. c. 7, p. 552 Apollonia, Anactorium et Leucadiorum Chersonesus sub Periandro colonis frequentata sunt. Quod de novis colonis denuo missis intelligere solent viri docti. V. Raoul-Rochette *Etabl.* III, p. 352; Kruse *Hellas*, II, 2, p. 185. Cf. Müller. *Dor.* I, 117. II, 155. Bœckh. ad C. J. I, p. 58. W. Müller. De Corcyræorum rep. p. 19 sqq. De Pylade et Echiade (num forte Echinade?) filiis altum silentium. His duobus coloniarum ductoribus addendus est tertius Cypseli filius e Strabone et Scymno Chio. Strabo X, p. 452 : Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γαργάσου (γαργάσους 5 codd ; l. Γόργου), ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον· καὶ ἥ τε Ἀμβρακία συνῳκίσθη καὶ τὸ Ἀνακτόριον κτλ. Idem VII, p. 325 : Αὕτη (sc. ἡ Νικόπολις)... Τόλγου (Τόργου v. l.; at Γόργου recte in Epitom.) τοῦ Κυψέλου κτίσμα. Scymnus. Ch. 453 : Ἀμβρακία Κορινθίων Ἀποικός ἐστιν· ἔφυσεν δ' ὁ Κυψέλου Αὐτὴν πρότερον παῖς Γόργος. Gorgus hic item nothus Cypseli f. fuit, uti inde patet quod in fragmento nostro Cypselo quattuor filii, unus legitimus, Periander, et tres spurii fuisse dicuntur. Memoratur hic Gorgus paullo infra in fragm. 60, ubi codex pro ἦν γόργος præbet Καγόργος. Præterea mentio ejus fit apud Aristot. Polit. V, 9, 22, ubi : Ψαμμητίχου ὁ Γορδίου τρία ἔτη ἐτυράννησεν. Hunc enim *Gordiam* non diversum esse a Gorgo Cypseli filio fratreque Periandri docemur fragm. 60. Plutarchus in Conviv. Sap. VII, c. 17, p. 160, fratrem Periandri dicit Γοργίαν. Denique Antoninus Lib. c. 4 dicit : Τόλγον (sic mss., Γόργον correx. Westrm.) δὲ τὸν ἀδελφὸν (deb. υἱὸν) Κυψέλου κατὰ τοὺς αὐτοῦ (Κραγαλέως) χρησμοὺς λαὸν ἐποικον ἀγαγεῖν εἰς Ἀμβρακίαν. Veram nominis formam esse Γόργος e duobus numis comprobatur. V. Raoul-Rochette *Annal. instit. arch.* I, p. 312. — 8. ὢν] ἦν codex. De re cf. Aristot. Pol. l. l. : Ὁ μὲν γὰρ Κύψελος δημαγωγὸς ἦν καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν διετέλεσεν ἀδορυφόρητος. Alia de Cypselo declamat Sosicles ap. Herodot. l. l. De optimatum expulsione cf. Polyæn. Strateg. V, 31, 1. Plutarch. Lys. c. 1; Dionys. Hal. A. R. III, 35; Liv. I, 32, a quibus Lacedæmonem et in Italiam abiisse dicuntur. Eo quod nostro loco traditur in Corcyram Bacchiadas profectos esse, optime explicatur bellum, quo postea Periander insulam expugnavit. V. W. Müller. De reb. Corcyr. p. 15.

ρινθίοις. Βασιλεύσας δὲ ἔτη λ' (9) ἐτελεύτησε τέσσαρας υἱοὺς καταλιπών, ὧν γνήσιος μὲν ἦν Περίανδρος, οἱ δὲ λοιποὶ νόθοι.

tellitio, minime Corinthiis invisus erat. Denique post regnum annorum triginta diem obiit, quattuor relictis filiis, ex quibus legitimus Periander, reliqui spurii erant.

59.

Exc. De virt. : Ὅτι Περίανδρος ὁ Κυψέλου υἱός, τοῦ βασιλέως Κορινθίων, τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ πατρὸς κατὰ πρεσβεῖον παραλαμβάνει, καὶ ὑπὸ ὠμότητος καὶ βίας ἐξέτρεψεν αὐτὴν εἰς τυραννίδα, καὶ δορυφόρους εἶχε τριακοσίους. Ἐκώλυέ τε τοὺς πολίτας δούλους κτᾶσθαι, καὶ σχολὴν ἄγειν, ἀεί τινα αὐτοῖς ἔργα ἐξευρίσκων. Εἴ δέ τις ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καθέζοιτο (1) ἐζημίου, ὀεδιὼς μή τι βουλεύοιντο κατ' αὐτοῦ. Λέγεται καὶ ἄλλο αὐτὸν ἔργον ἄνομον ἐργάσασθαι, νεκρᾷ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ μιγέντα ὑπ' ἔρωτος. Ἐστρατεύετο δὲ συνεχῶς, καὶ ἦν πολεμικός· τριήρεις τε ναυπηγησάμενος ἀμφοτέραις ἐχρῆτο ταῖς θαλάσσαις. Φασὶ δέ τινες αὐτὸν καὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν γεγονέναι· τὸ δὲ οὐκ ἦν.

59.

Periander Cypseli Corinthiorum regis filius ætatis privilegio acceptum a patre regnum crudelitate ac violentia in tyrannidem vertit, quippe trecentos circa se satellites habebat. Civibusque interdixerat, ne mancipia coemerent, neve in otio agerent, novitate operum quotidie eos vexabat. Quodsi quem forte sedentem in foro reperisset, statim multabat, metuens ne qua adversus se conspiratio iniretur. Aliud quoque nefarium facinus patrasse dicitur, amoris scilicet impotentia cum uxore jam mortua rem habuisse. Porro bellicosus erat inprimis, crebrasque expeditiones suscipiebat, ac triremibus ædificatis utrumque tenebat mare. Sunt qui hunc unum e septem sapientibus fuisse opinentur, falso tamen.

60.

Exc. De insid. : Ὅτι Περιάνδρῳ τῷ τυράννῳ Κορινθίων γηραιῷ ἤδη ὄντι πάντες οἱ υἱεῖς (1) ἐτελεύτησαν, ὧν Εὐαγόρας μὲν ἀποικίαν εἰς Ποτίδαιαν ἐξαγαγών, Λυκόφρων δὲ τυραννίδα κατασκευαζόμενος παρὰ τοῖς περιοίκοις, Γόργος δὲ ἅρμα ἡνιοχῶν καὶ πεσὼν ἐπὶ τράχηλον, Νικόλαος δὲ, ὅσπερ ἐδόκει μετριώτατος εἶναι, ὑπὸ Κερκυραίων δολοφονηθεὶς τρόπῳ τοιῷδε. Περίανδρος βουλόμενος, τελευτήσαντος αὐτοῦ, μένειν τοῖς ἐκγόνοις τὴν ἀρχὴν καὶ λογιζόμενος ὅτι αὐτῷ μὲν ἐπίθοιντο Κορίνθιοι (2), Νικόλαον δὲ βασιλεύοντα ἀνάσχοιντο διὰ τὴν ἐπιείκειαν, ἔγνω ἀποχωρήσας αὐτὸς εἰς Κέρκυραν Νικολάῳ παραδοῦναι τὴν Κόρινθον. Αἰσθόμενοι δὲ (ταῦτα) Κερκυραίων τινὲς τὴν Περιάνδρου γνώμην, καὶ ἐλευθεροῦν τὴν μητρόπολιν θέλοντες, τόν τε Περίανδρον εἰ ἀφίκοιτο ὀρρωδοῦντες, συστάντες κτείνουσι τὸν Νικόλαον διαιτώμενον παρὰ σφίσιν. Ὁ δὲ Περίανδρος ἀθροίσας στράτευμα, ἐνέβαλεν εἰς Κέρκυραν, καὶ τὴν πόλιν ἑλὼν ν' τοὺς αἰτίους τοῦ φόνου ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ τούτων (3) υἱέας πλείστους ὄντας ἔπεμψε

60.

Periandro Corinthiorum tyranno, quum jam senex esset, omnes filii perierunt, Euagoras Potidæam coloniam deducens, Lycophron tyrannidem apud periœcos constituturus, Gorgus ex curru quem regebat decidens, frangensque cervicem, Nicolaus denique, qui omnium moderatissimus esse videbatur, a Corcyræis dolo necatus hunc in modum. Periander quum post obitum suum penes filios regnum manere vellet, reputans ipsum hostiliter Corinthios aggressuros, Nicolaum vero regem ob moderationem facile toleraturos esse, ipse in Corcyram abire et Nicolao Corinthum tradere decrevit. Quod Periandri consilium perspicientes Corcyræi nonnulli, qui patriam in libertatem vindicaturi adventum tyranni formidabant, concursu facto, Nicolaum apud ipsos commorantem necarunt. Tum collecto exercitu, Periander in Corcyram irrupit, et capta urbe viros quinquaginta cædis auctores obtruncavit, eorumque filios, permultos nu-

In universum de Cypselo v. Müller. *Dor.* I, p. 164 sq. — 9. Consentit Aristoteles l. l. Viginti octo annos cilit. buit Eusebius Chron. N. 1358.

59. *Cod. Turon. fol.* 155, 24 *r.* — 155, 2 *vso.* — Locum hunc exscripsit Suidas v. Περίανδρος. — 1. καθέζοιτο] sic codex et Suid.; ἐκαθέζετο editt. De rebus cf. Ephorus (e quo sua Nicolaus hausisse putandus est) fr. 106; Aristot. l. l., Heraclides Polit. fr. 5; Herodot. V, 92 ibique Bæhr.; Diogen. in Vit. Periandri (I, 94 sqq.); Müller. *Dor.* I, 166 sq. II, 73; Wagner. De Periandro. Darmstadt. 1831.

60. *Cod. Escor. fol.* 84, 1-30 *vso.* — 1. Quæ hoc fragmento de filiis Periandri traduntur, partim prorsus nova sunt, partim differunt ab iis, quæ narrant Herodotus (III, 50) et Diogenes Laertius (I, 94). Secundum hos Periander ex Melissa sive Lyside duos susceperat filios, Cypselum (cujus nomen unus Diogenes affert) et natu minorem Lycophronem. Hic propter matris cædem patri infensus e regia ejicitur; pulsus ab alia ad aliam domum confugit; deinde, vetante patre ne quis eum excipiat, volutatur sub porticibus. Tandem misertus pater in Corcyram juvenem ablegavit, unde postea senex Periander Corinthum ad regnum suscipiendum (cui alter filius, mente captus, impar erat) revocat. Sic Herodotus. Nicolai auctor de Lycophrone patri infenso ab eoque male habito similia narraverit, ita tamen ut pulsus ad periœcos confugerit, ibique tyrannidem tyrannidi oppositurus occubuerit. Quæ reliqua Herodotus de Lycophrone exponit, ea Nicolaus Damascenus ad Nicolaum refert. — 2. Secundum Herodotum in Corcyram abiit Periander non propterea quod insidias Corinthiorum metuebat, sed quod Lycophron Corinthum proficisci nolebat, nisi pater se Corcyram conferret. — 3. τούτων] τούτου codex. Pueri Corcyræorum numero trecenti erant, secundum Herodot. III, 48, 2.

πρὸς Ἀλυάττην τὸν Λυδῶν βασιλέα ἐπ' ἐκτομῇ. Οἱ δὲ προσσχόντες (4) Σάμῳ ἱκέται τῆς Ἥρας ἐγένοντο, καὶ αὐτοὺς Σάμιοι αἰσθόμενοι τὸ σύμπαν ἐρρύσαντο (5). Περίανδρος δὲ Ψαμμητίχῳ Κέρκυραν παραδοὺς, ὅστις ἦν Γόργου (6) μὲν υἱὸς, ἀδελφιδοῦς δὲ ἑαυτῷ, ἐπανῆλθεν εἰς Κόρινθον.

Ὅτι ἐκδέκτορα τῆς βασιλείας κατέλιπε (7) Περίανδρος Κύψελον (8) τὸν Γόργου παῖδα, τοῦ σφετέρου ἀδελφοῦ, ὃς ἐκ Κερκύρας ἀφικόμενος ἐτυράννευσε Κορίνθου ἄχρι αὐτὸν συστάντες τινὲς τῶν Κορινθίων ἔκτειναν, βραχὺν χρόνον κατασχόντα τὴν τυραννίδα, καὶ τὴν πόλιν ἠλευθέρωσαν. Ὁ δὲ δῆμος τάς τε οἰκίας τῶν τυράννων κατέσκαψε, καὶ τὰς οὐσίας ἐδήμευσεν, ἄταφόν τε ἐξώρισε τὸν Κύψελον, καὶ τῶν προγόνων τοὺς τάφους ἀνορύξας, τὰ ὀστᾶ ἐξέρριψεν· αὐτὸς δὲ παραχρῆμα κατεστήσατο (9) πολιτείαν τοιάνδε· μίαν μὲν ὀκτάδα (10) προβούλων ἐποίησεν, ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν βουλὴν κατέλεξεν ἀνδρῶν θ'. Ζήτει ἐν τῷ Περὶ πολιτικῶν.

61.

Ibid. : Ὅτι Μύρων ὁ Σικυωνίων βασιλεὺς, ἀπὸ Ὀρθαγόρου κατάγων τὸ γένος, ἦν περί τε τὰ ἄλλα καὶ περὶ τὰς γυναῖκας ἀκόλαστος· οὐ (1) λάθρα μόνον, ἀλλὰ καὶ φανερῶς βιασάμενος ἤσχυνεν· τελευτῶν δὲ καὶ τοῦ Ἰσοδήμου τοῦ ἀδελφοῦ γυναῖκα ἐμοίχευσεν. Ὁ δὲ ἡσθημένος, πρότερον μὲν ἡσύχαζεν, ἐλθόντι δὲ ἐκ Λιβύης (2) τῷ ἑτέρῳ ἀδελφῷ ἔφρασεν ἀδημονῶν. Ἦν δ', ὡς φασιν, αὐτὸς μὲν ἁπλοῦς τὸ ἦθος καὶ ἄκακος, ὁ δὲ Κλεισθένης (3) δόλιος. Καί ποτε πυνθανομένου τί χρὴ ποιεῖν, αὐτὸς μὲν εἶπεν οὐδ' ἂν μίαν ἡμέραν ἀνασχέσθαι τοιαῦτα παθὼν, ἀλλὰ δι' αὐτοχειρίας αὐτὸν τὸν (4) δράσαντα τιμωρήσασθαι. Ἔλεγε δὲ ταῦτα καὶ παρώξυνε τὸν Ἰσόδημον ἐπὶ τὸν Μύρωνα, ἐπιβουλεύων τῇ

mero, ad Alyatten Lydorum regem misit, in cujus usus castrarentur. Hi vero in Samum appellentes Junonis supplices facti, et a Samiis, qui totam rem compererant, servati sunt. Periander, postquam Corcyram Psammetticho Gorgi fratris filio tradiderat, Corinthum est reversus.

Successorem regni Periander reliquit Cypselum Gorgi fratris filium, qui ex Corcyra Corinthum profectus tyrannidem per breve tempus obtinuit, donec Corinthiorum nonnulli in factionem coeuntes eum necarunt urbemque liberarunt. Populus vero domus tyrannorum solo æquavit, bona eorum publicavit, Cypselum insepultum extra fines projecit, et majorum ejus ossa e sepulcris effossa dissipavit. Ac ipse confestim rempublicam sibi constituit hunc in modum : unam octadem præsidum fecit, ex reliquis senatum elegit virorum (*quadraginta*) novem. *Quære in Exc. De rebus politicis.*

61.

Myron Sicyoniorum tyrannus, ab Orthagora genus ducens, tum in reliquis tum circa mulieres flagitiosus erat, quas non clanculum modo sed palam etiam stuprans dehonestavit. Postremo etiam Isodemi fratris uxorem adulteravit. Quod ille sentiens primum quidem quietem agebat, advenienti autem e Libya fratri alteri rem narravit ingenti affectus mœrore. Et ipse quidem, uti ferunt, simplex indole et innocuus, contra Clisthenes vir vafer erat. Quærenti quondam quid faciendum sit, Clisthenes dixit se certe ne per unum quidem diem tantam passurum contumeliam, sed sua ipsius manu ab auctore ejus pœnas fuisse repeturum. Quibus verbis Isodemum in Myronem excitavit insidiose, tyrannide se potiturum sperans, si Myrone inter-

Ἐκ τούτου τὸ ὅλον βούλευμα ἐκκαλύπτει τε αὐτῷ ὁ Κῦρος, καὶ συμβούλῳ χρῆται, ὁρῶν ἄνδρα φρόνιμον καὶ ἀνδρεῖον, καὶ ἐν αὐτῷ πάσας ἔχοντα τὰς ἐλπίδας. Καὶ ὃς συνεπῄνει τε καὶ συνεξώτρυνε, γνώμας τε ἀγαθὰς ὑφηγεῖτο, καὶ ὡς χρὴ πέμψαντα παρὰ Ἀτραδάτην τὸν πατέρα κελεύειν ὁπλίζειν Πέρσας, τῷ λόγῳ μὲν, ὡς ἕτοιμοι εἶεν βασιλεῖ ἐπὶ Καδουσίους, τῷ ἔργῳ δ' εἰς ἀπόστασιν· ἔπειτα ὡς χρὴ παρὰ Ἀστυάγου αἰτησάμενον ἡμέρας ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν Περσίδα, ὡς ἱερὰ εὐκταῖα θύσειεν ὑπὲρ βασιλέως καὶ τῆς ἐκείνου σωτηρίας, ἅμα δὲ καὶ τοῦ πατρὸς, ἐπειδὴ φαύλως ἔχει (30) ὑπὸ νόσου. « Εἰ δὲ ταῦτα πράξει, ἐγχειρητέον ἔσται τῷ σύμπαντι ἀνδρείως. Οὔ τοι (31) δεινὸν, ὦ Κῦρε, καὶ ἀποκινδυνεύειν τῇ ψυχῇ μεγάλοις ἐγχειροῦντα ἔργοις, καὶ παθεῖν, εἰ δέοι, τοῦτο ὃ καὶ μηδὲν ὁρῶντας ἀναμένει παθεῖν. » Ἥσθη τε οὖν ὁ Κῦρος ἐπὶ τῇ γενναιότητι τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἅμα θαρρύνων αὐτὸν καὶ τὸν ὄνειρον ἐξηγήσατο τῆς μητρὸς καὶ τὴν τοῦ Βαβυλωνίου γνώμην, ἣν εἶπε περὶ αὐτοῦ. Καὶ ὁ Οἰβάρας ἅτε ἀγχίνους πολὺ μᾶλλον αὐτὸν ἐξώτρυνε, καὶ διεκελεύσατο (31*) φυλάττειν τὸν Βαβυλώνιον, ὡς μὴ ἐξάγγελος εἴη βασιλεῖ τοῦ ὀνείρου, « εἰ ἄρα κτείνειν αὐτὸν οὐχ ὁπομένοις, ὅπερ ἦν ἄριστον. » Καὶ ὁ Κῦρος· « Ἀποτρόπαιον [ἂν] εἴη τοῦτό γ', » εἶπεν. Συνεσιτοῦντο δὴ καὶ συνῆσαν (*) Κύρῳ τὸ ἀπὸ τοῦδέ τε Οἰβάρας καὶ ὁ Βαβυλώνιος. Ἐν δέει δὲ ὢν ὁ Πέρσης, μὴ κατείποι πρὸς Ἀστυάγην ὁ Βαβυλώνιος περὶ τοῦ ὀνείρου, προσεποιήσατο ἱερὰ πάτρια νύκτωρ ἐπιτελεῖν τῇ σελήνῃ, καὶ τὸν Κῦρον ᾔτησε θύματά τε καὶ οἶνον καὶ οἰκέτας καὶ στρώματα καὶ τἆλλα ὧν ἔδει. Ἠξίου δὲ Κῦρον προστάξαι τοῖς θεραπεύουσι πείθεσθαι αὐτῷ. Καὶ ὃς προσέταξέ τε καὶ τῆς θυσίας οὐ μετεῖχεν, Οἰβάρα τεχνήσαντος, [ὃς] παρασκευάζεται (32) τά τε ἄλλα νύκτα καὶ στιβάδας βαθείας, ἐφ' ὧν εὐωχήσονται, καὶ βόθρον ὤρυξεν ἐν τῇ αὐτοῦ σκηνῇ (33) βαθύτατον. Ἐπεὶ δὲ πάντα ἔπραξε, καὶ εὐώχησε τὸν Βαβυλώνιον καὶ ἐμέθυσεν, ὑπέρ τε τὸν βόθρον αὐτῷ κοίτην στορέσας, ὡς κατακλίνει ἐς ταύτην, ὦσεν αὐτὸν εἰς τὸν βόθρον κάτω. Συνενέβαλε δ' αὐτῷ καὶ τὸν οἰκέτην. Καὶ ἅμα ὄρθρῳ Κύρου ἀπάραντος συνωδοιπόρει. Οὐ πολὺ δὲ προελθόντα ἐπεζήτει τὸν ἄνθρωπον ὁ Κῦρος· ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἔφη καταλελοιπέναι αὐτὸν ἔτι καθεύδοντα ὑπὸ μέθης. Ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ Κύρου, τελευταῖον ἐξέφηνε τἀληθὲς, ὅτι αὐτὸν κτείνειεν, ἐπειδὴ μόνην σωτηρίαν ταύτην ἑώρα Κύρῳ τε καὶ τοῖς Κύρου παισὶν οὖσαν. Λυπηθεὶς δὲ πάνυ ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι καὶ ἔτι μᾶλλον ὀργισθεὶς, ὥστε μηκέτι προσίεσθαι τὸν Οἰβάραν, αὖθις μετέγνω καὶ προσίετο αὐτὸν, συμβούλῳ τε ἐχρῆτο περὶ τῶν αὐτῶν. Τῇ δὲ τοῦ Βαβυλωνίου γυναικὶ πυνθανομένῃ

præfectus est, et tu a violentia tutissimus es et potentissimus; sin minus tu, quicunque demum ille sit. »

Post hæc totum consilium ei Cyrus aperit, socioque utitur, virum prudentem et strenuum esse videns, et qui in ipso omnem spem repositam haberet. Ille vero collaudabat et excitabat probaque consilia suggerebat. Suadebat vero ut, misso nuntio, Atradaten patrem Persas armare juberet, verbo tenus ut regi ad bellum contra Cadusios, reapse ut ad defectionem parati essent; deinde ut ab Astyage veniam peteret per dies aliquot in Persidem abeundi ad sacra votiva facienda pro rege ejusque salute, nec non pro patre ægrotante. « Hæc si obtinueris, toti operi manus admovenda est strenue. Neque sane mirum est, o Cyre, etiam de vita periclitari virum res magnas molientem, et pati, si opus fuerit, id quod etiam nihil peragentes pati sustinent. » Gaudebat Cyrus hac viri fortitudine, simulque ut fiduciam ei adderet, somnium matris, et quomodo id Babylonius interpretatus esset, exposuit. Tum Œbares, vir perspicax, multo magis eum excitabat, atque cohortatus est, ut caveret Babylonium, ne is regi somnium nuntiaret, « si quidem occidere eum non sustineas, quod sane consultissimum foret. » Ad quod Cyrus: « Facinus hoc esset averruncandum. » Igitur ab hoc inde tempore conversari cum Cyro ejusque convictu uti solebant Œbares et Babylonius. Verum metuens Persa ne ad Astyagem Babylonius somnium deferret, simulavit se noctu sacra Lunæ ritu patrio facturum, ad eaque e Cyro petivit hostias, vinum, ministeria, stragula et cetera quibus opus erat. Præterea Cyrum rogavit ut famulos imperata ipsius exsequi juberet. Jussit ille et sacrificio non interfuit, adornante ita rem Œbare, qui tum reliqua noctu comparat, tum strata alta, in quibus epulentur, atque scrobem in tentorio suo effodit profundissimam. Quibus instructis, convivio Babylonium excepit et mero inebriavit, et, ubi in lectum supra scrobem ei stratum recumbit, in scrobem illam detrusit. Simul cum eo etiam famulum dejecit. Et orto diluculo cum Cyro proficiscens iter ingreditur. Nec longe progressum Cyrus de Babylonio quærens compellat. Ille primum quidem respondit se reliquisse eum e crapula adhuc dormientem. Irascente autem Cyro, postremum rem, quæ erat, fatetur, se occidisse eum dicens, quod hanc unam vidisset Cyro ejusque liberis fore salutem. Ob hæc mœrore Cyrus affectus et magis etiam iratus, adeo ut aditum Œbaræ amplius non permitteret, postea tamen, mutato animo, rursus admittebat eum, et consiliario, sicuti antea, utebatur. Uxori vero Babylo-

28. ἐνασ.] ἐνασυλώτατος cod. Nota vocem. — 29. ὅστις οὖν ἂν εἴη] ὅστις ** νειη codex, relicto quattuor fere literarum spatio. In margine notatum : « fort. οὐκ ἂν. » — 30. ἔχει] Malim ἔχοι. — 31. οὔ τοι] οὕτοι cod. Idem mox ἀναμένειν. — 31*. διεκελεύσατο] διεχλευ άσατο codex. — * συνῆσαν? — 32. ὃς παρασκ.] vel ὁ δὲ π. scripsi pro τεχνήσαντος παρασκ. quod codex præbet. Deinde fort. leg. ἄλλα [εἰς τὴν] νύκτα. Mox οἰοχησονται cod. — 33. σκηνῇ] σκῇ cod.

περὶ τοῦ ἀνδρὸς εἶπεν, ὅτι ὑπὸ λῃστῶν ἀποθάνοι καὶ ταφείη (34) ὑπ' αὐτοῦ.

Μετὰ ταῦτα παρὰ βασιλέα Κῦρον ἀφικόμενον ὁ Οἰβάρας ἀνεδίδασκε καὶ ἐξώτρυνε τὰ βεβουλευμένα σφίσι ὁρᾶν καὶ πέμπειν τε εἰς Πέρσας καὶ ὁπλίζειν τοὺς ἐν ἥβῃ καὶ Ἀστυάγην αἰτεῖσθαι δοῦναί οἱ ἡμέρας ὅσας τε τὰ ἱερὰ θύσειε καὶ τὸν πατέρα νοσηλεύσειε φαύλως ἔχοντα. Καὶ ὃς ἐπείσθη, τά τε ἄλλα ὅπλα ἤδη ἦν ἕτοιμα, καὶ ὁ Κῦρος ᾐτήσατο βασιλέα τὴν εἰς Πέρσας πορείαν, ὡς ἂν θύσειεν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ ἅμα τὸν πατέρα ἴδοι κακῶς διακείμενον. Ὁ δ' οὐ δίδωσιν αὐτῷ, ὑπ' εὐνοίας συνεῖναι θέλων· καὶ ὁ Κῦρος ἐν ἀθυμίᾳ (35) ἦν Οἰβάρᾳ δηλώσας ὡς ἀποτύχοι. Καὶ ὃς ἐθαρρύνετο αὐτὸν, καὶ αὖθις ἐκέλευε διαλιπόντα ἡμέρας δεῖσθαι αὐτοῦ περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ τεύξεσθαι· δεῖν δὲ αὐτὸν θεραπεύειν προθύμως ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον· καὶ ἐπειδὰν δέηται, δι' ἑτέρου τοῦτο ποιεῖν καὶ μὴ δι' αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν ᾤχετο παρὰ βασιλέα, καὶ τοῦ πιστοτάτου τῶν εὐνούχων ἔχρῃζεν, ὅταν ᾖ καιρὸς, αἰτήσασθαι αὐτῷ τὴν ἄφοδον παρὰ βασιλέως. Ἐπεὶ οὖν ποτὲ ἑώρα βασιλέα ἐν πολλῇ ὄντα παιδιᾷ τε καὶ μέθῃ, νεύει τῷ εὐνούχῳ λέγειν βασιλεῖ, ὅτι Κῦρος ὁ σὸς δοῦλος αἰτεῖται δοῦναι αὐτῷ ἅ ποτε εὔξατο ἱερὰ ὑπὲρ σοῦ, ὅπως ἂν αὐτῷ εὐμενὴς εἴῃς, θῦσαι, καὶ ἅμα τὸν αὐτοῦ πατέρα ἀσθενῶς ἔχοντα θεραπεῦσαι. Καὶ ὁ Ἀστυάγης καλέσας Κῦρον καὶ μειδιῶν (36) δίδωσιν αὐτῷ ε' μῆνας ὁρίσας, τῷ δὲ ἕκτῳ ὅπως ἐπανίοι διεκελεύσατο. Προσκυνήσας [δὲ] καθίστησιν ἀνθ' ἑαυτοῦ Τιριδάτην (37) οἰνοχόον βασιλεῖ, ἄχρι αὐτὸς ἐπανίοι. Καὶ ἐπὶ Οἰβάραν ἦλθε γεγηθώς. Ὁ δ' αὐτὸν ἐκέλευσε παραχρῆμα τοὺς οἰκέτας συλλαβόντα ἀπαίρειν· καὶ, ἦν γὰρ αὐτὸς ἐπιμελητὴς, νύκτωρ πάντα εὐτρεπίζει, καὶ ἕωθεν (38) εἰς Πέρσας ὁδοιπόρουν.

Ἡ δὲ τοῦ Βαβυλωνίου γυνὴ, ὃς τὸν ὄνειρον ἔφρασε Κύρῳ, προακηκοῦῖα ἄρα παρὰ τοῦ ἑαυτῆς ἀνδρὸς, ἡνίκα ἔζη, τὴν (39) ὄψιν, ἥντινα ἔφρασεν αὐτῷ ὁ Κῦρος, τελευτήσαντος αὐτῇ τοῦ ἀνδρὸς, συνοικοῦσα τῷ ἐκείνου ἀδελφῷ, ἐκείνης τῆς νυκτὸς συναναπαυομένη ἤκουσε παρ' αὐτοῦ, ὅτι μέγας γενόμενος οἴχοιτο εἰς Πέρσας. Ἡ δὲ αὐτῷ διηγεῖτο τὸν ὄνειρον καὶ τὴν τούτου κρίσιν, ὥσπερ ἤκουσε παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι βασιλεύσει Περσῶν. Ἕωθεν δὲ ὁ ἀνὴρ ἀτρέμας ἦκε παρὰ Ἀστυάγην, καὶ δι' εὐνούχου ἐρόμενος τὴν εἴσοδον, πάντα ἀπήγγειλεν, ὡς ἀκούσειε παρὰ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, ὅτι Κύρῳ ἐφράσθη ὑπὸ τοῦ ἀποθανόντος ἀνδρὸς θεολόγου πρὸς τὴν γενομένην ὄψιν βασιλεῦσαι, καὶ τοῦδ' ἕνεκα (40) ἄρα οἴχοιτο νῦν εἰς Πέρσας· οὐ πάλαι δὲ καὶ αὐτὸς ταῦτα ἀκηκοέναι παρὰ τῆς γυναικός· ἕκαστά τε σαφῶς διηγήσατο τοῦ τε ὀνείρου καὶ τῆς κρίσεως (41). Ἐν πολλῇ δὲ συννοίᾳ γενόμενος Ἀστυάγης πυνθάνεται τοῦ Βαβυλωνίου, τί οὖν χρὴ ποιεῖν. Καὶ ὃς ἔφη· κτείνειν αὐτὸν

nii de marito sciscitanti dixit eum a latronibus interfectum et ab ipso esse sepultum.

Post hæc quum ad regem Cyrus venerat, Œbares quæ cepissent consilia in animum ei revocabat, exhortans ut ea exsequeretur, ut scilicet missis ad Persas nuntiis juventutem in arma vocaret, et ab Astyage dies aliquot sibi poscceret, quo sacra faceret patremque morbo laborantem curaret. Quibus Cyrus obtemperans, ubi cetera jam parata erant, a rege in Persidem abeundi veniam petivit, ut sacra pro eo faceret simulque patrem viseret male habentem. At non permisit rex, pro sua in Cyrum benevolentia eum secum volens versari. Qua de repulsa Cyrus Œbarem certiorem faciens magnopere erat sollicitus. Ille vero animum ejus ad fiduciam erigebat, auctorque erat, ut, intermissis aliquot diebus, iterum peteret eadem; ac tum fore ait, ut voti compos fieret. Interim debere eum regi servire multo quam antea alacrius, et precibus si adire eum vellet, id non ipsum sed per alium facere. Cyrus igitur in regiam se contulit, et fidissimum eunuchorum rogavit, ut, ubi tempus foret, pro ipso veniam abeundi a rege peteret. Itaque quum regem quondam hilarem admodum et appotum cerneret, nutu significavit eunucho, ut diceret ei : « Cyrus servus tuus precatur, ut permittas ei quæ vovit sacra pro te, quo benevolus ipsi sis, peragere, et simul curare patrem suum ægrotum. » Tum Astyages Cyrum advocat, et subridens ei quinque mensium spatium concedit, sexto autem redire jubet. Ille vero regem adorat et ipsius loco Tiridatem pincernam regi esse usque ad reditum suum constituit. Deinde lætus venit ad Œbarem, qui confestim, assumptis servis, jubet eum proficisci. Ipse curavit noctu omnia præparari; et primo mane in Persidem iter ingrediuntur.

Interea mulier Babylonii, qui somnium Cyro explicaverat, quum ipsa a marito, dum in vivis adhuc esset, visum hoc illi a Cyro narratum audlisset, et post obitum mariti fratri ejus nupsisset, noctu illa cum eo conquiescens comperit Cyrum ad magnam provectum potentiam in Persidem proficisci. Ipsa autem viro narravit somnium ejusque interpretationem, secundum quam Cyrus rex Persarum futurus esset, quemadmodum ex priore marito audiverat. Illucescente die vir intrepide ad Astyagen se contulit, et aditu per eunuchum petito, totam rem exposuit, quomodo ex uxore audlisset maritum ejus defunctum, theologum, e somnii indiciis nuntiasse Cyrum regno potiturum esse; atque hoc eum consilio nunc in Persidem proficisci dixit; nuper demum ipsum hæc e muliere comperisse. Singulaque de somnio ejusque explicatione accurate enarravit. Astyages, vehementer de his sollicitus, e Babylonio quærit quid sit faciendum. Ille Cyrum, simulac redierit, interfici jussit; nam

34. ταφείη] τὰ φείη cod. — 35. ἐν ἀθυμίᾳ] ἐν θυμίᾳ cod. Possis et : ἐν ἐνθ. Ceterum malim : ἐν ἀθ. ὧν Οἰβάρᾳ ἐδήλωσε. — 36. μειδιῶν] μηδιῶν cod. Mox codex : ἐπάνεισι. — 37. ἀνθ' ἑ. Τιριδάτην] ἀφ' ἑ. Τιριδά cod. — 38. ἕωθεν] ἔσωθεν cod. Mox pro ὃς τὸν codex ὡς τὸν. — 39. ἔζη τὴν] ἐζήτην cod. — 40. ἕνεκα] οὕνεκα cod. — 41. κρίσεως] χρηστύος cod.

ἐπανελθόντα ὡς τάχιστα· μόνη γὰρ (42) αὕτη ἀσφάλεια ἂν εἴη. Καὶ ὁ Ἀστυάγης ἀποπεμψάμενος τὸν Βαβυλώνιον μᾶλλόν τι ἐνεθυμεῖτο τοὺς λόγους αὐτοῦ. Εἰς ἑσπέραν δὲ πίνων ἐκάλεσε τὰς παλλακίδας ὀρχηστρίδας οὔσας καὶ κιθαριστρίδας. Καί τις αὐτῶν ᾄδουσα τοιαῦτ' ἔλεγεν· « Ὁ λέων (43) τὸν κάπρον ὑποχείριον ἔχων μεθῆκεν εἰς τὰς λόχμας τὰς ἑαυτοῦ, ἐν αἷς κρείττων γενόμενος πολὺν πόνον αὐτῷ παρέξει, καὶ τελευτῶν ἀσθενέστερος ὢν τὸν ἰσχυρότερον χειρώσεται. » Ταῦτα ᾀδούσης ἐνθύμια ποιεῖται Ἀστυάγης ὡς τείνοντα εἰς αὐτόν. Παραχρῆμα δὴ πέμπει τ' ἱππεῖς ἐπὶ Κῦρον, οἷς ἐκέλευσεν αὐτὸν καλεῖν ὀπίσω· ἐὰν δὲ μὴ ἕπηται, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντας φέρειν. Οἱ δὲ ᾤχοντο, καὶ ἐπεὶ ἦκον παρὰ Κῦρον, ἔφρασαν τὰ παρ' Ἀστυάγους. Κἀκεῖνος, οἷα ἀγχίνους, εἴτε καὶ Οἰβάρα παραινοῦντος, εἶπε· « Πῶς δ' οὐ μέλλω ἰέναι, καλοῦντός με τοῦ δεσπότου; ἀλλὰ νῦν δειπνήσατε, πρωὶ δὲ χωρῶμεν παρ' αὐτόν. » Οἱ δὲ ταῦτ' ἐπῄνουν. Ὁ δὲ Περσικῶς ὀπτὰ κατακόψας ἱερεῖα πολλὰ καὶ βοῦς, εἱστία τε τοὺς ἱππέας καὶ μεθύσκει· προαπέσταλτο δ' αὐτῷ ἄγγελος ἐπὶ τὸν πατέρα χιλίους ἱππεῖς κελεύων καὶ πεντακισχιλίους πεζοὺς ἐπὶ Ὕρβαν ἑτέραν (44) πόλιν πέμπειν πρὸ ὁδοῦ κειμένην, τοὺς δὲ ἄλλους Πέρσας ὁπλίζειν αὐτὸν τάχιστα, ὡς βασιλέως προστάττοντος· οὐ γὰρ ἐδήλωσε τὸν ὄντα λόγον. Μετὰ δὲ τὴν ἑστίασιν εἰς ὕπνον τετραμμένων τῶν ἱππέων, αὐτός τε καὶ Οἰβάρας ὡς εἶχον ἀναβάντες ἐπὶ τοὺς ἵππους, ἀπελαύνουσι, καὶ ἦκον ἐπὶ τὴν Ὕρβαν ἔτι νυκτὸς οὔσης, καὶ ὁπλίζει ὁ Κῦρος τοὺς ἀνθρώπους· καὶ συντάττει τοὺς παρὰ τοῦ πατρὸς ἥκοντας ὡς εἰς μάχην· καὶ αὐτὸς μὲν ἐν τῷ δεξιῷ ἵσταται, καὶ Οἰβάρας ἐν τῷ εὐωνύμῳ. Καὶ ὁ οἶνος ἀνῆκε τοὺς παρὰ Ἀστυάγους πρωὶ οἰχομένους, καὶ γνόντες Κῦρον διώκουσι. Καὶ ἦκον ἐπὶ τὴν Ὕρβαν, καὶ εὑρόντες ἐκτεταγμένον συμβάλλουσιν ὡς εἰς μάχην. Ἔνθα δὴ πρῶτον πολλὴν ἀνδρείαν (45) Κῦρος ἀποδειξάμενος σὺν τρισὶ Πέρσαις κτείνει περὶ σ' καὶ ν' ἱππεῖς· οἱ λοιποὶ δὲ φεύγουσι παρὰ βασιλέα καὶ ταῦτ' ἀπήγγειλαν. Καὶ ὃς παίσας τὸν μηρὸν εἶπεν· « Οἴμοι ὡς πολλάκις (46) γνοὺς ὅτι οὐ χρὴ κακοὺς εὖ ποιεῖν, ὅμως ἁλίσκομαι χρηστοῖς λόγοις, ὃς καὶ Κῦρον παραλαβὼν πολλῶν κακῶν (47), Μάρδον γένος, ὄλεθρον τηλικοῦτον ἐποίησα κατ' ἐμαυτοῦ (48)· ἀλλὰ καὶ νῦν οὐ χαιρήσει οἷς θέλει (49). » Καὶ παραχρῆμα καλέσας τοὺς στρατηγοὺς ἀθροίζειν τὴν δύναμιν κελεύει. Ὡς δὲ ἠθροίσθη εἰς ρ' μὲν πεζῶν μυριάδας, εἴκοσι δὲ ἱππέων, τρισχίλια δὲ ἅρματα, ἐλαύνει δὴ (50) ἐπὶ Πέρσας. Ἤδη δὲ ὥπλιστο κἀκεῖ ἡ στρατιὰ ὑπὸ Ἀτραδάτα πάντα εἰδότος (51)· καὶ ἦσαν λ' μὲν μυριάδες πελταστῶν, ε' δὲ ἱππέων (52), ρ' δὲ

solam hanc fore securitatem. Dimisso deinde Babylonio, curatius Astyages sermones ejus reputavit, et sub vesperam potans vocavit pellices saltatrices et citharistrias; quarum una canens dixit tale quid : « Leo aprum, quum in potestate haberet, dimisit in latibula sua, ubi viribus auctus multum ei laboris præbebit; et postremo, quum viribus inferior sit, tamen fortiorem subiget. » Hæc illa canente, in animum induxit, ut quæ ad ipsum pertinerent. Confestim igitur equites trecentos ad Cyrum misit, qui revocarent eum, et si non sequeretur, caput ejus abscissum reportarent. Hi profecti ubi ad Cyrum venerunt, mandata Astyagis nuntiant. Ille pro sua sollertia, vel etiam suadente Œbare, respondet : « Quidni rediturus essem, vocante me domino meo? Sed nunc epulemini; cras mane ad regem proficiscemur. » Quod illis probantibus, Cyrus more Persico assatas dissecans hostias multasque boves, convivio excepit equites et inebriavit. Antea vero nuntium ad patrem ablegaverat, jubens eum equites mille quingentos et quinquies mille pedites ad Hyrbam, urbem munitam, in via ipsi percurrenda sitam, mittere, reliquos autem Persas armis quam celerrime instruere, quasi rege ita mandante : nam veram rei rationem non aperuit. Ceterum post convivium equitibus somno se dantibus, Cyrus et Œbares, uti erant, conscensis equis, se proripiunt, et nondum orto diluculo Hyrbam veniunt, ubi incolas Cyrus armat et cum Persis a patre missis in aciem componit. Ipse in cornu dextro, in sinistro Œbares collocatur. Interim quum qui ab Astyage venerant, crapulam edormivissent, re cognita, Cyrum persequuntur, et ubi Hyrbam venerunt, aciem instructam reperientes committunt prœlium. Tunc primum Cyrus egregiæ fortitudinis documentum edens, cum Persis suis circa ducentos et quinquaginta equites occidit. Reliqui fugam arripiunt et cladem regi nuntiant. Astyages vero femur feriens : « Quam sæpe, inquit, ego expertus non esse malos beneficiis afficiendos, nihilominus tamen circumveniri me blandis verbis patior, qui Cyrum ex miseris caprariis excipiens, mardum genere, tantam mihi pestem comparavi. Sed etiam nunc non gaudebit iis quæ molitur. » Ac statim advocatos duces exercitum congregare jubet. Et quum decies centum millia peditum et ducenta millia equitum, et curruum tria millia collecta essent, contra Persas proficiscitur. Interea vero illic quoque exercitus ab Atradate de Cyri consiliis jam edocto instructus erat, trecenta millia

42. γὰρ] περ cod. — 43. Eadem paullo aliter adornata e Dinonis Persicis (fr. 7) narrat Athenæus XIV, p. 633, C. — 44. Ὕρβαν] Urbs ignota, quantum sciam. Quid vox ἑτέραν, si genuina est, sibi velit, non perspicio. Scribendum puto ἑταίραν, vel ἐχυρὰν quod lat. expressi. — 45. ἀνδρείαν] ἀνδρεῖον cod. Deinde vox τρισὶ vix recte habet. Num τοῖς? — 46. παλλάκις cod. — 47. πολλῶν κακῶν κτλ.] Male hæc procedunt. Durius jungeres πολλῶν κακῶν ὄλεθρον. Fuisse puto παραλαβὼν ἐξ αἰπόλων κακῶν. — 48. ἐμαυτοῦ] ἐμαυτὸν cod. Cum seqq. ἀλλὰ καὶ νῦν οὐ χαιρήσει confer verba Astyagis ap. Herodotum I, 128 : Ἀλλ' οὐδ' ὡς ὁ Κῦρός γε χαιρήσει. — 49. θέλει] θέλῃ cod. — 50. ἐλαύνει δή] ἐλ. δὲ cod. — 51. εἰδότες cod. — 52. ἱππέων] sic margo.; in textu ** ων.

ὀρεπανηφόρα. Ὡς δ' εἰς ἓν συνῆλθε Κύρῳ ἡ δύναμις, παρήνεσε τούτους. Ζήτει ἐν τῷ Περὶ δημηγορι-
ῶν.

Ἐκ τούτου αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ συνέταττον τὴν στρατιάν, καὶ Οἰβάραν ἀποφαίνουσι στρατηγὸν, ἄνδρα εὔβουλον καὶ ὀραστήριον, ὃς προκαταλαμβάνει μὲν τὰς στενοπόρους ὁδοὺς φυλακαῖς, καὶ τὰ ὑψηλότατα (53) ὄρη, τὸν δὲ ὄχλον ἐκ τῶν ἀτειχίστων πόλεων εἰς τὰς εὐερκεῖς μετάγει, φρούρια δ' ἔνθα καιρὸς ἦν ἐντειχίζεται. Καὶ μετ' οὐ πολὺ Ἀστυάγης ἦκε σὺν τῷ στρατῷ καὶ τὰς ἐρήμους πόλεις κατέκαε· πρός τε Κῦρον καὶ Ἀτραδάταν τὸν τούτου πατέρα πέμψας ἀγγέλους πολλά τε ἠπείλει καὶ ὠνείδιζε τὴν πρόσθεν πτωχείαν, ἐκέλευσέ τε ὀπίσω παρ' αὐτὸν ἰέναι, ὡς εἰη γὰρ αὐτοὺς μόνον παχείαις πέδαις· « Εἰ δ' ἁλώσεσθε, ἔφη, κακοὶ κακῶς ἀπολεῖσθε (54). » Κῦρος δὲ ἀποκρίνεται· « Οὐκ ἄρα σύγε, ὦ Ἀστυάγη, θεῶν δύναμιν ἤδεις, ὃς οὐκ οἶσθα (55) ὑπ' ἐκείνων τοὺς αἰπόλους ἐποτρυνθέντας ἐπὶ τάδε τὰ (56) πράγματα, οἷς ἑπόμεθα καὶ εἰς τέλος. Καὶ σοὶ παραινοῦμεν, ὅτι ἡμᾶς καὶ αὐτὸς εὖ ἐποίεις, θεῶν σοι ἐπὶ νοῦν ἀγόντων, ἀπάγειν τὴν δύναμιν καὶ Πέρσας ἐλευθέρους ἐᾶν (57) κρείττους ὄντας Μήδων, ὡς μὴ τούτους δουλούμενος καὶ τῶν ἄλλων ἀποστερηθῇς. » Ταῦτα μὲν ὁ ἄγγελος ἀπήγγειλεν Ἀστυάγῃ. Ὁ δὲ ὑπ' ὀργῆς ἐξάγει τὴν στρατιὰν (58) εἰς μάχην καὶ ἐκτάττει· αὐτὸς δὲ προεκάθητο ἀναβὰς δισμυρίους ἔχων δορυφόρους περὶ αὐτόν. Ἀντεπῆει δὲ Κῦρος, Ἀτραταδὴν μὲν ἐν τῷ δεξιῷ κέρατι στήσας, Οἰβάραν δὲ ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ· αὐτὸς δὲ (59) μετὰ τῶν ἀρίστων Περσῶν ἐν μέσοις ἦν. Ἔνθα δὴ δεινὴ μάχη γίνεται· καὶ πλείστους ἔκτεινε Κῦρός τε καὶ οἱ λοιποὶ Πέρσαι. Σχετλιάζων δὲ ὁ Ἀστυάγης ἐπὶ τοῦ θρόνου εἶπεν· « Οἵ μοι τοὺς τερμινθοφάγους Πέρσας· οἷα ἀριστεύουσι. » Καὶ πέμψας ἠπείλει τοῖς ἑαυτοῦ στρατηγοῖς, εἰ μὴ νικήσουσι τοὺς ἀντίους, οἷα πείσονται. Κάμνοντες δὲ οἱ Πέρσαι ὑπὸ πλήθους πολεμίων, ἄλλων ἐπ' ἄλλοις ἐπιόντων, κλιθέντες ἀναχωροῦσιν εἰς τὴν πόλιν, πρὸ ἧς ἐμάχοντο. Εἰσεληλυθότας (60) δὲ θαρρύνει Κῦρος καὶ Οἰβάρας, ὅτι πλείους αὐτοὶ πολεμίων ἔκτειναν, καὶ παραινοῦσι παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας εἰς Πασαργάδας τὸ ὑψηλότατον ὄρος ἀποπέμψαι, αὐτοὶ δὲ εἰς αὔριον ἐπεξελθόντες τέλος ἐπιθεῖναι τῇ νίκῃ. « Πρόκειται γὰρ ἀποθανεῖν πᾶσιν, ἢν ἡττηθῶσι (61)· βέλτιον οὖν μετὰ τοῦ νικᾶν, εἰ δέοι παθεῖν τοῦτο, ἐλευθερώσαντας τὴν πατρίδα. » Ταῦτα εἰπόντος, ὀργὴ καὶ μῖσος (62) παρίσταται πᾶσιν ἐπὶ Μήδους, καὶ ἑῴθεν ἀναπετάσαντες τὰς πύλας ἐπεξίασιν, ἡγουμένου Κύρου καὶ Οἰβάρα. Ὁ δ' Ἀτραδάτης μετὰ τῶν γερόντων ἐρρύετο τὸ τεῖχος. Ἀντεπίασι δ' αὐτοῖς παμπληθεῖς Ἀστυάγου φάλαγγες σὺν ὁπλίταις τε καὶ ἱππεῦσι. Τῶν

peltastarum, quinque millia equitum et centum currus falcati. Quibus copiis in unum congressis, concione eos Cyrus hortatus est. *Quære in Exc. De concionibus.*

Deinde ipse cum patre exercitum ordinat, et Œbarem, virum prudentem strenuumque, ducem constituit. Is viarum angustias montiumque cacumina custodiis præoccupat, atque multitudinem ex oppidis murorum præsidio destitutis in bene munita traducit, nec non nova munimenta, ubi opportunitas erat, exstruit. Haud multo post Astyages cum exercitu adveniens desertas urbes incendebat, et Cyro ejusque patri Atradatæ per nuntios multa minitabatur et pristinam exprobrabat mendicitatem. Jussitque eos revertentes ipsi se dedere. Quod si facerent, se gravibus compedibus solummodo eos vincturum esse. « Sin capiemini, inquit, miseri misere peribitis. » Ad hæc Cyrus respondit : « Profecto haud tu, Astyage, vim deorum noveras, ignorans ab iis ipsis nos caprarios incitatos esse ad suscipienda hæc quæ ad finem usque persequemur. Atque hortamur te, quia tu ipse quoque nos beneficio affecisti, ut dii te inducant, ut copias abducas liberosque esse sinas Persas Medis præstantiores, ne hos in servitutem redigere tentans etiam reliquis spolieris. » Hæc nuntius quum retulisset, Astyages ira percitus exercitum ad prœlium educit aciemque instruit. Ipse conscenso throno, præsidebat viginti millibus satellitum stipatus. Contra progreditur Cyrus; Atradates dextrum, Œbares lævum cornu ducebant, ipse cum Persarum fortissimis in media acie collocatus erat. Prœlium deinde acerrimum committitur, quo Cyrus et reliqui Persæ hostes quam plurimos occidunt. Tum lamentans in throno suo Astyages dixit : « Heu, Persæ isti terminthophagi, quam strenue rem gerunt! » Et per nuntios minabatur ducibus, nisi vincant adversarios, quanta sint passuri. Tandem Persæ hostium multitudine, aliis post alios progredientibus, oppressi, inclinata acie, in urbem, ante quam pugnabant, se recipiunt. Ingressos vero Cyrus et Œbares ad fiduciam erigebant, aientes majorem ab ipsis hostium numerum occisum esse, atque suadebant, ut liberos et mulieres in Pasargadas, montem altissimum, dimitterent, ipsi autem postridie denuo egressi colophonem victoriæ imponerent. « Nam si vincamur, omnibus est moriendum. Præstat igitur, hoc si patiendum sit, oppetere vincentes patriamque liberantes. » Ad hæc verba ira et in Medos odium animos omnium incessit, et summo mane portis apertis, Cyro et Œbare ducibus, contra hostem egrediuntur. Atradates cum senioribus murum urbis tutabatur. Contra exeunt Astyagis numerosæ phalanges peditum equitumque. Verum dum

—53. ὑψηλότατα cod. — 54. ἀπολεῖσθε] ἀπολεῖσθαι cod. — 55. οἶσθας cod. Cetera hæc verba spectant ad ea quæ in antecedentibus Astyages dixit, excerptor vero omisit. Locutus rex fuerit eundem in modum quo Darius ad Alexandrum in Pseudocallisth. I, 36. 38. 40 etc., ubi Darius se dicit μέγαν θεὸν, θεῶν σύνθρονον, etc. Cf. etiam fragm. 7, ubi Semiramis παρὰ θεῶν τὰ κράτη ἔχουσα. — 56. ἐπὶ τάδε τὰ] ἔπειτα δὲ τὰ cod. In antec. codex ποιεῖς pro ἐποίεις. — 57. ἐᾶν] ἐὰν cod. — 58. στρατειὰν cod. — 59. δὲ] τε cod. — 60. εἰσεληλυθότα cod. — 61. ἢν ἡττηθῶσι] ἢ ἡττηθεῖσι cod. In antec. malis προκεῖσθαι; sed solemnis hæc or. directæ et indirectæ confusio. — 62. μῆσος cod.

δὲ μαχομένων, ι' μυριάδες ἐκπεριελθοῦσαι, καθότι ἔταξεν Ἀστυάγης, αἱροῦσι τὴν πόλιν, καὶ Ἀτραδάτην πολλὰ τραύματα ἔχοντα ἀναπέμπουσιν ἐπὶ βασιλέα (62). Γενναίως δὲ καὶ οἱ Κύρου ἀγωνισάμενοι φεύγουσιν εἰς Πασαργάδας, ἔνθ' αὐτοῖς [τὰ] τέκνα καὶ γύναια ἦν. Ἀστυάγης δ' ἐπεὶ αὐτῷ ἦχθη ὁ Κύρου πατὴρ, ἔφη· « Οὗτος σὺ δή μοι ἀγαθὸς σατράπης, ὃν ἐγὼ ἐτίμησα, τοιαύτας χάριτας σὺν τῷ υἱεῖ ἀπεδώκατε. » Καὶ ὁ γέρων ἐκπνέων ἤδη· « Οὐκ οἶδ', ἔφη, ὦ δέσποτα, ὅστις θεῶν τήνδε τὴν μανίαν ἐφώρμησε τῷ ἐμῷ παιδί· σὺ δὲ μή με αἰκίζου· ταχὺ γὰρ ὧδ' ἔχων ἀποπνεύσομαι. » Καὶ ὃς ὤχτειρεν αὐτὸν καὶ εἶπε· « Τοιγαροῦν σὲ ἐγὼ οὐδὲν αἰκίζομαι· οἶδα γὰρ ὅτι, εἴ σοι ὁ υἱὸς ἐπείσθη, οὐκ ἂν ταῦτα ἔπραξεν· ἀλλὰ καὶ θάπτειν σε κελεύω, οὐκ ὄντα ἐκείνῳ (63) ὁμογνώμονα τῆσδε τῆς μανίας. » Τοῦτον μὲν οὖν ταχὺ ἀποθανόντα (64) θάπτουσι καλῶς τε καὶ εὖ. Ἀστυάγης δ' ἐπὶ Πασαργάδας ᾖει (65) διὰ στενῶν ὁδῶν. Ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν (66) λισσάδες πέτραι καὶ [τὸ] ὄρος διερρωγὸς [καὶ] ὑψηλὸν ἦν· διὰ μέσου δὲ διεξιέναι τὰς ἐμβολὰς Οἰβάρας ἐφύλαττε μυρίοις ὁπλίταις· καὶ ἦν ἀνέλπιστον διελθεῖν. Ἃ δὴ γνοὺς Ἀστυάγης ἐκπεριελθεῖν ἐκέλευσε τὸ ὄρος δέκα μυριάσι ἐν κύκλῳ, εἰς ὃ εὑρόντες ἄνοδον ἀνέρπουσι καὶ τῶν ἄκρων κρατοῦσιν. Οἰβάρας δὲ καὶ Κῦρος σὺν τῷ πλήθει παντὶ νύκτωρ φεύγουσιν εἰς ἄλλο ὄρος χθαμαλώτερον τοῦ προτέρου. Εἵπετο δ' ἡ Ἀστυάγεω (67) στρατιὰ κατ' ἴχνος διώκουσα ἤδη μεταξὺ τῶν ὀρῶν· ἐπεὶ δὴ τοὐντεῦθεν ἡ Ἀστυάγου στρατιὰ καὶ ἐμάχετο πρὸς τὸ ὄρος ἀνιοῦσα μάλα εὐψύχως. Κρημνοὶ δὲ πάντη καὶ δρυμῶνες ἀγριέλαιοί τε (68) συνεχεῖς ἦσαν. Γενναιότερον δ' ἔτι οἱ Πέρσαι ἐμάχοντο, ἔνθεν Κύρου ἐξορμῶντος, ἔνθεν Οἰβάρα, ὃς αὐτοὺς ἀνεμίμνησκε παίδων τε καὶ γυναικῶν καὶ πατέρων γερόντων καὶ μητέρων, οὓς αἰσχρὸν εἶναι προεῖσθαι Μήδοις κατατέμνειν τε καὶ αἰκίζεσθαι. Ὧν ἀκούοντες ἐρρώσθησαν, καὶ σὺν ἀλαλαγμῷ κατιόντες χερμάσι τε ἀπλέτοις βάλλοντες, ἀπορίᾳ βελῶν, καταράσσουσιν ἐκ τοῦ ὄρους τοὺς πολεμίους. Καί πως Κῦρος ἦκεν ἐπὶ τὸ πατρῷον οἴκημα αὐτοῦ, ἔνθα αἱπολῶν, ὅτε μικρὸς ἦν, ᾠκίζετο. Καὶ ἐν αὐτῷ ἔθυσεν ἄλευρα εὑρὼν (69) καὶ κυπαρίττου ὕλην δάφνην τε ὑποθεὶς καὶ πῦρ ἐκτρίψας, ὡς ἂν κεκμηκώς τε καὶ ἀπόρως ἔχων. Εὐθὺς δ' ἐκ δεξιᾶς ἤστραψέ τε καὶ ἐβρόντησε. Κῦρος δὲ προσεκύνησεν, οἰωνοί τε αἴσιοι ἐπὶ τῷ οἰκήματι αὐτῷ ἑζόμενοι προὔφαινον ὡς (70) εἰς Πασαργάδας ἀφίκοιτο. Ἐκ τούτου δειπνοποιησάμενοι ἐκοιμήθησαν ἐν τῷ ὄρει· καὶ τῇ ὑστεραίᾳ τοῖς οἰωνοῖς πίσυνοι ἐπικαταβαίνουσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἀνέροντας ἤδη εἰς τὸ ὄρος· καὶ ἐπιπολὺ ἐμάχοντο ἀνδρείως. Ἀστυάγης δὲ πεντακισμυρίους ἐπὶ τὸ ὄρος ἔστησε, καὶ ἐκέλευσε (71) τοὺς κατορρωδοῦντας τὴν ἀνάβασιν ἢ φεύγοντας κάτω παρὰ σφᾶς ἀποκτείνειν. Ἀνάγκῃ οὖν ἐχό-

prœlium committitur, centum millia circumvenientes, uti constituerat Astyages, urbem capiunt et Atradatem multis vulneribus saucium ad regem adducunt. Interea Cyri quoque copiæ, quum strenuo pugnassent, fuga se in Pasargadas recipiunt, ubi liberi eorum et mulieres erant. Astyages vero, ubi Cyri pater ad eum adducitur : « Hic tu egregius satrapa, inquit, tales mihi honorum, quibus te ornavi, cum filio tuo, gratias refers? » Et senex jam exspirans : « Nescio, domine, inquit, quis deorum istam filio meo injecerit insaniam. Sed noli me contumelioso supplicio afficere; nam uti nunc habeo, statim animam efflabo. » Et rex miseratus eum dixit : « Haud te contumelia afficiam; nam scio filium, si tibi obtemperasset, non fuisse hæc facturum; immo funere te honorari jubeo, ut qui ab insanis filii consiliis alienus fueris. » Hunc igitur mox defunctum rite et honorifice sepeliunt. Astyages autem Pasargadas versus tendit per vias angustas; nam hinc inde rupes abscissæ imminebant, atque mons ipse peraltus et præruptus erat. Transitum vero per fauces Œbares cum mille gravis armaturæ militibus custodiebat, adeo ut omnis spes transeundi præcideretur. Quibus cognitis, Astyages circumire montem jussit militum viginti millia, donec aditu reperto adscendere et potiri cacumine possent. Œbares vero et Cyrus cum copiis universis noctu in alium montem, qui humilior erat, confugiunt. Quorum vestigia premens sequebatur Astyagis exercitus, qui jam erat inter montem utrumque, et deinde fortiter pugnans in montem adscendit præcipitiis, dumetis, oleastris ubique interseptum. Sed præclarius etiam Persæ pugnabant, hinc Cyro prorumpente, hinc Œbare, commonefaciente eos liberorum, uxorum, patrum senum matrumque, quos turpe foret a Medis sinere trucidari et contumeliis affici. Quibus verbis ad audaciam erecti, clamorem bellicum edentes in hostem descendunt et præ jaculorum inopia lapidibus innumeris obruentes eum de monte detrudunt. Et forte Cyrus ad domum venit paternam, in qua puer capras pascens olim habitaverat. Ibi sacra fecit, farinam reperiens triticeam, cui ligna cupressi laurique supposuit, eaque incendit ignem eliciens, sicuti vir laborans et inopia pressus. Ac statim a dextra fulsit Juppiter tonuitque. Cyrus vero deum adoravit. Atque aves fausti augurii in domi tecto considentes portendebant eum Pasargadas esse venturum. Deinde post cœnam in monte dormierunt. Postridie auspiciis freti contra hostes in montem jam ascendentem degrediuntur, ac diu pugnant fortiter. Verum Astyages quinquaginta millia ad montis radicem collocaverat, mandatis additis, ut adscensum reformidantes et tergiversantes interficerent. Igitur necessitate

62 °. βασιλέα] βασίλεια codex. In seqq. codex ἐφώρμισε pro ἐφώρμησε. — 63. ἐκείνῳ] ἐκεῖνον cod. — 64. ἀποθανόντων cod. — 65. ᾖει] εἴη cod. Ceterum hiulcam hujus loci orationem, ut passim, excerptorem arguere vix est quod moneam. — 66. ἔνθεν] ἔθεν cod. — 67. ἀστυάγεως cod. Mox est Ἀστυάγου in cod. — 68. ἀγριέλαιοί] ἀγριέλαιος pro vg. ἀγριελαία legitur etiam ap. Theophrast. H. Pl. II, 3. — 69. εὑρὼν] εὑρῶν καὶ κυπαρίττου codex. — 70. προὔ-

μενοι Μῆδοί τε καὶ οἱ σύμμαχοι ἀνήεσαν ἐπὶ τοὺς Πέρσας. Ἔνθα δὴ καμόντες (72) ὑπὸ τοῦ πλήθους οἱ Πέρσαι ἔφευγον ἐπὶ ἄκρον τὸ ὄρος, ἵνα αὐτοῖς αἱ γυναῖκες ἦσαν. Αἱ δὲ ἀνασυράμεναι ἐβόων· « Ποῖ φέρεσθε, ὦ κάκιστοι; ἢ ἄχρι ἂν εἰσδύητε ἔνθεν γεγένησθε; » Διὰ τοῦτο ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ἐπειδὰν εἰς Πασαργάδας ἀφίκηται, χρυσὸν ὠρεῖται ταῖς Περσίσι γυναιξί· καὶ διανέμει ἑκάστῃ εἰς λόγον δραχμῶν εἴκοσιν Ἀττικῶν. Οἱ δὲ Πέρσαι, καταισχυνθέντες ἐφ' οἷς εἶδον καὶ ἤκουσαν, ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ μιᾷ ὁρμῇ ἐπιδραμόντες ἐξωθοῦσιν αὐτοὺς ἐκ τοῦ ὄρους, καὶ κτείνουσιν οὐκ ἐλάττους ἑξακισμυρίων. Οὐ μὴν Ἀστυάγης ἀφίστατο τῆς πολιορκίας. Ζήτει ἐν τῷ Περὶ ἀνδραγαθημάτων καὶ στρατηγημάτων.

Πολλῶν δὲ ἀναμεταξὺ γενομένων, Κῦρος εἰς τὴν σκηνὴν παρελθὼν καθίζει εἰς τὸν τοῦ Ἀστυάγου θρόνον, καὶ τὸ σκῆπτρον αὐτοῦ λαμβάνει. Ἐπευφήμησαν δὲ Πέρσαι· καὶ Οἰβάρας (73) αὐτῷ τὴν κίδαριν ἐπιτίθησιν, εἰπών· « Ἀξιώτερος σύγε εἶ Ἀστυάγου φορεῖν, θεοῦ σοι διδόντος ὅτ' ἀρετὴν, καὶ Πέρσας Μήδων βασιλεύειν. » Τά τε χρήματα πάντα εἰς Πασαργάδας ἀπεκόμιζον, ἐφεστῶτος Οἰβάρα καὶ ἐπιμελητὰς καταστήσαντος. Ἄπλετα δ' ἦν καὶ ἃ οἱ Πέρσαι κατὰ σκηνὰς τρεπόμενοι τὰς ἰδιωτικὰς ὠφέλουν. Καὶ μετ' οὐ πολὺ [ἡ] φήμη πάντῃ διήγγελλε τὴν Ἀστυάγου φυγήν τε καὶ ἧτταν, ὥς τε ὑπὸ θεῶν του ἀφῄρηται τὸ κράτος. Καὶ οἱ ἄνθρωποι ἀφίσταντο καὶ τὰ ἔθνη. Πρῶτος δ' [ὁ] Ὑρκανῶν ἄρχων Ἀρτασύρας ἦκε μυριάδας ἄγων στρατιᾶς Κύρῳ, καὶ προσεκύνησεν, εἶπέ τε ἑτοίμην εἶναι καὶ ἄλλην πολὺ πλείω, ἐὰν κελεύῃ· μετὰ δὲ, ὅ τε Παρθυαῖος καὶ Σάκης καὶ Βάκτριος καὶ οἱ ἑφεξῆς ἅπαντες, ὥστε σπουδὴν εἶναι ἑκάστου τὸν ἕτερον φθῆναι θέλοντος· εἰς ὃ Ἀστυάγης μετ' ὀλίγων ὑπολειφθεὶς, ἐπάξαντος μετ' οὐ πολὺ Κύρου καὶ ἐκ τοῦ ῥᾴστου μάχῃ κρατήσαντος, αἰχμάλωτος ἐπ' αὐτὸν ἄγεται.

67.

Exc. De virt. : Ὅτι Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἦν φιλοσοφίας, εἰ καί τις ἄλλος, ἔμπειρος, ἥντινα παρὰ τοῖς μάγοις ἐπαιδεύθη. Δικαιοσύνην τε καὶ ἀλήθειαν ἐδιδάχθη κατὰ δή τινας πατρίους νόμους καθεστῶτας Περσῶν τοῖς ἀρίστοις· ὃς καὶ μετεπέμψατο Σίβυλλαν ἐξ Ἐφέσου τὴν Ἡροφίλαν καλουμένην χρησμῳδόν.

68.

Ibid. : Ὅτι ὁ Κῦρος ὤχτειρε Κροῖσον τὸν Αυδῶν

coacti Medi eorumque socii contra Persas ascendunt. Tum prœlio commisso Persæ ob hostium multitudinem recipiunt se versus cacumen montis, ubi uxores reliquerant. Illæ autem, sublata veste, clamare : « Quousque, ignavi, refugietis? num usque ingrediamini unde editi estis? » Propterea rex Persarum, quando Pasargadas venit, aurum inter mulieres Persicas distribuit, singulisque dat ad rationem viginti drachmarum Atticarum. Etenim Persæ pudore affecti iis quæ viderant audiverantque, in prœlium redeunt et uno omnes impetu irruentes hostem de monte depellunt, nec minus quam sexaginta millia occidunt. Sed ne tum quidem Astyages ab obsidione destitit. *Quære in Exc. De rebus præclare gestis et De strategematis.*

Multis interea rebus gestis, Cyrus in tentorium ingressus in throno Astyagis considit, ac sceptrum ejus in manum sumit, Persis acclamantibus. Œbares vero cidarim ei imponit, aitque : « Dignior tu Astyage, qui gestes eam, deo hoc tibi dante ob virtutem, atque Persas imperare Medis. » Opes omnes Pasargadas deportabant, Œbare huic rei præfecto et procuratores constituente. Ingens vero etiam eorum multitudo erat, quæ privatorum tentoria perquirentes Persæ lucra faciebant. Nec multo post fama ubique divulgabat fugam Astyagis clademque, utque dii eum imperio exuissent. Quare homines singuli populique ab eo defecerunt. Ac primus Hyrcanorum satrapa Artasyras cum quinquaginta millium exercitu ad Cyrum venit eumque adoravit, et alias copias multo majores, si Cyrus jusserit, fore paratas dixit. Deinde Parthorum, Sacarum, Bactriorum, et ceterorum qui deinceps sunt populorum satrapæ venerunt certatim alter alterum studentes antevertere. Postremo Astyages cum paucis relictus, Cyro exercitum contra eum educente et prœlio facile victore, captivus ad eum adducitur.

67.

Cyrus Persarum rex fuit inprimis philosophiæ peritus, quam apud Magos perdidicerat. Justitia quoque et veritate erat imbutus ex more institutoque optimatum apud Persas. Idem Herophilam Sibyllam, quæ oracula edebat, Epheso accersivit.

68.

Cyrus quidem Crœsi fortunam, utpote indignam homi-

φαίνοντο καὶ codex. — 71. In his iterum cum Ctesianis componere licet Justinum I, 6 : *Quod ubi audivit contractis undique auxiliis, ipse in Persas proficiscitur : et repetito alacrius certamine, pugnantibus suis, partem exercitus a tergo ponit, et tergiversantes ferro agi in hostes jubet : ac denunciat suis, ni vincerent, non minus fortes etiam post terga inventuros quam a frontibus viros : proinde videant, fugientibus hæc, an illa pugnantibus acies rumpenda sit. Ingens post necessitatem pugnandi animus exercitui et vis accessit. Pulsa itaque cum Persarum acies paullatim cederet, matres et uxores eorum obviam occurrunt : orant, in prœlium revertantur. Cunctantibus, sublata veste, obscœna corporis ostendunt, rogantes num in uteros matrum vel uxorum velint refugere? Hac repressi castigatione, in prœlium redeunt : et facta impressione, quos fugiebant, fugere compellunt.* — 72. μάχοντες cod. — 73. Οἰβάρας] οἰαβάρας codex.

67. *Cod. Tur. fol.* 156, 27-32 *r.*

68. *Cod. Tur. fol.* 156, 1 *vso* — 168, 9 *r.* Ad prima verba in margine codicis leguntur hæc : Ὅρα τὰ περὶ Κροῖσον

βασιλέα διὰ τὴν οἰκείαν (1) ἀρετήν. Καὶ οἱ Πέρσαι μεγάλην ἔνησαν πυρὰν Κροίσῳ ὑπό τινα ὑψηλὸν τόπον, ἀφ' οὗ ἔμελλον θεάσασθαι τὰ γινόμενα. Καὶ μετὰ ταῦτα Κῦρος ἐξήλαυνεν ἐκ τῶν βασιλείων, καὶ ἡ σύναμις παρῆν ἅπασα, πολύς τε ὅμιλος καὶ ἀστῶν καὶ ξένων. Ὀλίγον δ' ὕστερον θεράποντες ἦγον Κροῖσον δεσμώτην, καὶ Λυδῶν οἷς ἑπτά (2). Ὡς δὲ ἐθεάσαντο Λυδοί, πάντες οἰμωγῇ καὶ στόνῳ ἀνέκλαυσαν, καὶ ἔπληξαν τὰς κεφαλάς. Τοσοῦτος δ' ἐκ τοῦ ὁμίλου κωκυτὸς ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν μετὰ δακρύων καὶ βοῆς ἐξερράγη, ὁπόσος οὐδὲ ἁλισκομένης τῆς πόλεως. Τότε δή τις ἂν καὶ τὴν τύχην ᾤκτειρε, καὶ Κροῖσον ἐθαύμασε τῆς πρὸς τῶν ἀρχομένων (3) φιλίας. Ὥσπερ γὰρ πατέρα ἑωρακότες, οἱ μὲν τὰς ἐσθῆτας κατερρήγνυντο, οἱ δὲ τὰς κόμας ἔτιλλον· γυναικῶν δὲ ἡγεῖτο πληθὺς μυρία μετὰ κομμοῦ καὶ ὀλολυγῆς. Αὐτὸς δὲ ἄδακρυς προσήει καὶ σκυθρωπός. Ὁ δὲ Κῦρος, ταῦθ' ὁρῶν γινόμενα, οὐκ ἐκώλυε, βουλόμενος καὶ τοὺς Πέρσας οἰκτόν τινα λαβεῖν αὐτοῦ. Ὡς δὲ προϊὼν κατ' αὐτὸν γίνεται ὁ Κροῖσος, ἐρθέγξατο μεγάλῃ τῇ φωνῇ, δεόμενος τὸν υἱὸν ἀχθῆναί οἱ, ὃς (4) οὐκέτι ἐπεπήρωτο τὴν φωνήν, ἐξ ὅτου τὸ πρῶτον ἐρθέγξατο· ἦν δὲ καὶ τἄλλα ἔμφρων. Καὶ ὁ Κῦρος ἄγειν ἐκέλευσε τὸν νεανίσκον. Καὶ μετ' οὐ πολὺ ἦγετο ἑπομένων αὐτῷ πολλῶν ἡλίκων. Θεασάμενος δὲ αὐτὸν ὁ Κροῖσος οὐκέθ' ὁ αὐτὸς ἦν, ἀλλὰ τότε πρῶτον ἐδάκρυσεν. Ὁ δὲ μετὰ κλαυθμοῦ καὶ βοῆς προσπεσὼν πρὸς τὸν Κροῖσον, « Οἴμοι, πάτερ, ἔφη, ἡ σὴ εὐσέβεια (5). Πότε δ' ἡμῖν οἱ θεοὶ βοηθήσουσιν (6); » Ἀποβλέψας δὲ εἰς τοὺς Πέρσας, « Ἄγεθ', ἱκετεύω, καμέ, ἔφη, καὶ συνεμπρήσατε· κἀγὼ γὰρ ὑμῶν πολέμιος εἰμὶ οὐχ ἧττον ἢ ὁ πατήρ. » Καὶ ὁ Κροῖσος, « Οὐκ ὀρθῶς λέγεις, ἔφη, μόνος γὰρ ἐγὼ τὸν πόλεμον ἐξήνεγκα, ὑμῶν δὲ καὶ τῶν ἄλλων Λυδῶν οὐδείς· ἐμὲ χρὴ καὶ τὴν τιμωρίαν ὑποσχεῖν. » Ἐμφυεὶς δὲ τῷ πατρὶ ὁ νεανίσκος οὐκέτ' ἀφίστατο· ἀλλ' ὀδυρόμενος οἵκτου πάντα ἐνέπλησεν (7), ἀφιεὶς (8) καὶ ἑαυτὸν ἄγειν ἐπὶ τὴν πυράν. « Οὐ γάρ, ἔφη, λελείψομαι τῆς σῆς μοίρας, ὦ πάτερ. Εἰ δὲ νῦν με οὐκ ἐάσουσιν, ἀλλὰ προσδέχου με (9) ταχύ. Τίς ἔτι μοι τοῦ βίου ἐλπίς; ὃς ἐξ ὅτουπερ ἔφυν, ἀεὶ μὲν σοὶ λυπηρὸς ἦν, ἀεὶ δ' ἐμαυτῷ· εὐτυ-

nis virtute, miserabatur. At Persæ Crœso ingentem pyram struxere in convalle supposita editissimo loco, ex quo erant omnia spectaturi. Nec multo post Cyrus ex regia processit cum universo exercitu; aderat etiam maxima turba tum civium, tum peregrinorum. Interjecto deinde modico tempore, Crœsus cum quattuordecim Lydorum proceribus vinctus a satellitibus adducitur. Quem ubi conspexere Lydi, simul omnes ululatum ac gemitum sustulerunt ac capita percusserunt; tantusque ex omni turba virorum simul ac mulierum cum lacrimis et clamore luctus excitatus est, quantus ne urbe quidem capta fuerat. Ac tum certe aliquis et Crœsi vicem doluisset et subditorum erga eundem benevolentiam obstupuisset. Prorsus enim ac si patrem conspexissent, alius vestem lacerabat, alius crines vellebat. Matronarum quoque præibat turba cum planctu atque ululatu. Ipse Crœsus, oculis siccis, ore ad severitatem composito incedebat. Quæ quum ita fieri cerneret Cyrus, nequaquam vetabat, quippe qui Persas Crœsi miseratione tangi maxime vellet. Postquam Crœsus usque ad Cyri solium pervenit, contentissima voce petere cœpit, ut coram se filius adduceretur. Is, ex quo primum loqui cœperat, expedita erat lingua, ac ceteroqui non mediocri prudentia valebat. Igitur Cyrus juvenem acciri jubet. Qui quum paullo post adfuisset stipatus magno æqualium comitatu, conspicatus filium Crœsus jam non is qui antea erat, tuncque primum in fletum solutus est. At juvenis lacrimabundus in patris amplexum ruens, « Heu, mi pater, inquit, quid pietas profuit tua! Ecquando dii auxilium nobis laturi sunt? » Deinde ad Persas conversus, « Me me, ait, abducite, eodemque rogo concremate, quippe haud minus quam pater vestri hostis sum. » Sed Crœsus, « Abstine, inquit, his verbis; solus enim egomet bellum intuli, ex vobis ac ceteris Lydis nemo; proinde me capite meo pœnam luere par est. » Enimvero adolescens patrem artissime amplexus divelli non poterat, sed flens ac gemens miseratione omnes commovebat, se quoque ipsum duci ad rogum jubens. « Neque enim, aiebat, tuo, pater, fato superstes vivam. Quodsi forte hi nunc me arcebunt, at brevi te subsequar. Quæ enim spes vitæ mihi adhuc superest? qui, ex quo in lucem editus sum, semper tibi ac mihi ipse molestus fui. Ac prosperis quidem rebus

---

τὸν Λυδῶν βασιλέα. Ibidem in summa pagina notata sunt hæc : Ὁ γὰρ Κροῖσος ὅτε στρατεύσειν κατὰ Κύρου ἔμελλεν, ἐρωτήσαντι τὸν Ἀπόλλωνα εἰ τοῦ ἐχθροῦ περιέσται, [ὁ θεὸς] εἶπε· « Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταπαύσει. » Τοῦτο ἦν ἄγνωτον, εἴτε τὴν οἰκείαν εἴτε [τὴν] τοῦ ἐχθροῦ. Ὅθεν ἀπαντηθεὶς ὁ Κροῖσος, δοκῶν τὴν τοῦ ἀντιδίκου ἀρχὴν καταλύσειν, κατελυκε τὴν οἰκείαν ἀρχήν, ὡς ὁρᾷ κάτωθεν. Ceterum Orellius : « Nicolaus multum discrepat a narratione Herodotea I, 86, omnem inhumanitatis culpam a Cyro in Persas amoliens. Procul dubio et hic Xanthum Lydum ante oculos habuit Nicolaus; nam Ctesias, multa alioquin prodigiosa narrans, de rogo nihil habet, sed refert Crœsum in custodia tantum asservatum a Cyro, at quum tonitrum fulminaque irruissent, rursum fuisse solutum, tumque Cyrum vix tandem eum missum fecisse. » — 1. οἰκείαν] deest hæc vox in editt. — 2. οἷς ἑπτὰ Λυδῶν] « Ἡρόδοτος Λυδῶν οἷς ἑπτὰ παῖδάς φησι. Καὶ ἴσως τοιαύτη ἦν καὶ παρὰ τῷ Νικολάῳ ἡ γραφή. » Coray. « Sed infra iterum habemus : καὶ σὺν αὐτῷ οἷς ἑπτὰ Λυδῶν. » Orelli. — 3. τῶν ἀρχομένων] Bremi; πρὸς τοὺς ἀρχομένους codex; παρὰ τῶν ἀρχ. conj. Valesius. — 4. οἱ, ὃς] Vales.; οἱ ἂν codex. — 5. ἡ σὴ εὐσέβεια] Οὐκ ἔρρωται τὸ χωρίον· ὤφειλε γὰρ κἀνταῦθα, ὡς ἐν τοῖς ἑχομένοις, πειστικῶς εἰπεῖν, Ποῦ ἐστιν ἡ σὴ εὐσέβεια; ἢ Εἰς τί χρήσιμος ἡ σὴ εὐσέβεια; Coray. Orellius proposuit τῆς σῆς εὐσεβείας. Quo nihil opus est, opinor. Assimilanda nostra aliis nominativis, qui in exclamationibus usurpantur. V. Matthiæ Gramm. § 311. — 6. βοηθήσουσιν] Valesius; βοηθήσωσιν cod. — 7. ἐνέπλησεν] ἀνέπλησεν dedit Coray. Inde a verbis ἑαυτὸν ἄγειν incipit folium 157, quod cum fol. 158 in codice transpositum nunc exstat post fol. 164. — 8. ἀφιεὶς] ἐφιεὶς voluit Orellius. — 9. με] Coray; μοι cod.

χοῦντα μὲν ἐκτρεπόμενος ὑπ' αἰδοῦς διὰ τὴν τότε μοι προσοῦσαν ἀφωνίαν τε καὶ λώβην· ἐπεὶ δ' ἠρξάμεθα δυστυχεῖν, τότε πρῶτον φωνὴν ἀφῆκα, καί μ' εἰς τοῦτο μόνον ἤρθρωσαν οἱ θεοὶ, ὅπως ἂν ὀδύρωμαι τὰς ἡμετέρας τύχας. » Ὁ δὲ πατὴρ ἔφη, « Μὴ παντάπασιν, ὦ παῖ, σεαυτὸν ἀπογνῷς, νέος ὢν, καὶ πολλοῦ σοι ἔτι ὄντος τοῦ λοιποῦ βίου, ὅπου γε καμοὶ λείπεταί τις ἐλπὶς ὅμως, καὶ οὔπω τἀκ θεοῦ ἀπέγνων. » Ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντι προσῄεσαν πολλαὶ δή τινες θεράπαιναι, κομίζουσαι ἐσθῆτας πολυτελεῖς καὶ ἄλλον παμπληθῆ κόσμον, ὃν ἔπεμψαν συγκαταχαησόμενον αἱ τῶν Λυδῶν γυναῖκες. Ὁ δὲ, τὸν υἱὸν ἀσπασάμενος καὶ τοὺς ἐν κύκλῳ Λυδοὺς, ἐπὶ τὴν πυρὰν ἦει. Καὶ ὁ παῖς, εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἀνασχών, « Ἄναξ Ἄπολλον καὶ θεοὶ πάντες, εἶπεν, οὕστινας ὁ πατὴρ ἐτίμησεν, ἔλθετε νῦν γε ἡμῖν βοηθοὶ, καὶ μὴ συναπόλλυται (10) Κροίσῳ πᾶσα ἀνθρώπων εὐσέβεια. » Ταῦτα εἰπόντα μόλις ἀπῆγον οἱ φίλοι, βιαζόμενον εἰς τὴν πυρὰν αὐτὸν συνεμβαλεῖν (11). Κροίσου δ' ἐπιβαίνοντος αὐτῇ, ἡ Σίβυλλα ὤφθη ἀπό τινος ὑψηλοῦ χωρίου καταβαίνουσα, ἵνα καὶ αὐτὴ (12) ἴδῃ τὰ γινόμενα. Ταχὺ δὲ θροῦς διῆλθε (13) διὰ τοῦ ὁμίλου, ὅτι ἡ χρησμῳδὸς ἥκει, καὶ ἐν προσδοκίᾳ πάντες ἐγένοντο, εἴ τι πρὸς τὰ παρόντα θειάσειε. Καὶ μετ' οὐ πολὺ ἔντονόν τι φθεγξαμένη βοᾷ·

> Ὦ μέλεοι, τί σπεύδεθ' ἃ μὴ θέμις; οὐ γὰρ ἐάσει
> Ζεὺς ὕπατος Φοῖβός τε καὶ ὁ κλυτὸς Ἀμφιάραος·
> Ἀλλά γ' ἐμῶν ἐπέων πείθεσθ' ἀψευδέσι χρησμοῖς,
> Μὴ κακὸν οἶτον ὄλοισθε παρὲκ θεοῦ ἀφραίνοντες (14).

Κῦρος δ' ἀκούσας ἐκέλευσε τὸν χρησμὸν διεξενεγκεῖν (15) τοῖς Πέρσαις, ὡς ἐξευλαβηθεῖεν ἁμαρτάνειν. Οἱ δὲ δι' ὑποψίας γίνονται, ὡς κατεσκευασμένης, ἵνα σώζοιτο Κροῖσος. Ὁ δ' ἤδη ἐπὶ τῆς πυρᾶς καθῆστο, καὶ σὺν αὐτῷ ἓξ ἑπτὰ Λυδῶν· ἐν κύκλῳ δὲ Πέρσαι δᾷδας ἔχοντες ἧπτον. Σιωπῆς δὲ γενομένης, στενάξας μέγα, εἰς τρὶς ἀνακαλεῖται πάλιν (16) Σόλωνα. Καὶ ὁ Κῦρος ἀκούσας ἐδάκρυσεν, ἐννοηθεὶς ὅτι νεμεσητὰ δρᾷ, βιασθεὶς ὑπὸ Περσῶν, βασιλέα οὐδὲν ἐλάττονα αὐτοῦ τὴν τύχην ἐμπιπράς. Συνεκέχυντο δὲ ἤδη καὶ Πέρσαι τὰ μὲν ἐπὶ Κροίσῳ, τὰ δὲ ἐπὶ τῷ σφετέρῳ βασιλεῖ, ὁρῶντες ἀχθόμενον ἐπὶ τούτοις, καὶ ἐκέλευον σώζειν Κροῖσον. Ταχὺ δὲ Κῦρος πέμψας τοὺς ἀμφ' (17) αὐτὸν ἐκέλευσε τὴν πυρὰν σβεννύναι. Ἡ δὲ ἤθετο, καὶ οὐκέθ' οἷόντ' ἦν ἐξημμένην ἐν κύκλῳ προσιέναι τινά. Φασὶ δὴ Κροῖσον, ἐμβλέψαντα εἰς τὸν οὐρανὸν, εὔξασθαι τῷ Ἀπόλλωνι ἀρῆξαί οἱ, ὁπότε καὶ οἱ ἐχθροὶ σώζειν αὐτὸν ἐθέλοντες οὐ δύναιντο. Χειμὼν δ' ἔτυχε τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐξ ἠοῦς (18), οὐ μὴν ὑετός γε. Κροίσου δ' εὐξαμένου ζοφερὸς ἐξαίφνης ἀὴρ συνέδραμε νεφούμενος

tuis ob linguæ, quo tunc tenebar, vitium tuum aspectum declinabam; postquam vero afflictæ res nostræ esse cœperunt, tum primum vocem edidi, quasi idcirco solum articulatam loquelam dii mihi commodaverint, ut domesticas calamitates deflere loquendo possem. » At Crœsus, « Noli, inquit, fili, juvenis quum sis et adhuc longum tibi curriculum supersit vitæ, de rebus tuis penitus desperare, quando et mihi nonnihil etiamnum spei reliquum est, neque in deorum numine positam fiduciam prorsus abjeci. » Hæc quum diceret, complures ancillæ superveniunt, vestes pretiosas et plurima omnis generis ornamenta afferentes, quæ Lydorum matronæ congerenda in rogum miserant. Itaque Crœsus filium ac reliquos circumstantes Lydos deosculatus, in pyram ascendit. Sed juvenis regius, manibus in cœlum sublatis, « Rex, ait, Apollo, diique porro omnes, quos pater multum coluit, nunc saltem adeste nobis, nec peribit cum Crœso omnis mortalium pietas. » Hæc fatus vix ab amicis abduci potuit, quum sese in rogum una conjicere niteretur. Interim vero, dum Crœsus in pyram conscendit, ecce derepente Sibylla e sublimi quodam loco progredi ad spectaculum visa est, et statim diffuso per multitudinem rumore, vatem adesse, cuncti exspectatione arrecti erant, num quid super præsenti negotio vaticinaretur. Nec multo post carmine hæc fari cœpit :

> O miseri, quæ tanta nefas insania suadet?
> Juppiter obstat enim Phœbusque atque Amphiaraus.
> Verum desinite et nostris parete libentes
> Consiliis, ne vos superûm gravis ira sequatur.

Quæ quum audiisset Cyrus, Persis exponi oraculum jussit, quo a scelere deterrerentur. Sed Persæ ad hoc comparatam fuisse Sibyllam suspicabantur, ut liberaretur Crœsus. Jam ille in pyra cum bis septem Lydis consederat, et circum Persæ tædas gestantes pyram incendebant. Silentibus interea cunctis altum suspirans Crœsus ter Solonem appellare cœpit. Quo Cyrus audito illacrimatus est, quum apud se reputaret, facinus indignum committere se, qui regem nihilo olim inferiorem se ipso coactus a Persis cremaret. Jam vero etiam Persæ conturbari cœperant, quum partim Crœsum respicerent, partim regem suum super his dolentem; ac liberari Crœsum jubebant. Igitur Cyrus, missis e satellitio suo nonnullis, pyram ut restinguerent, imperavit. Sed quum illa arderet, et undique concepto igne nemini locus adeundi esset, tum Crœsus, oculis in cœlum sublatis, Apollinis opem precatus esse dicitur, quando hostes ipsi, qui servare se vellent, minime possent. Forte is dies tempestate a primo solis ortu excitata fœdus erat, absque imbribus tamen. Tum vero, postquam Crœsus Apollinem

— 10. συναπόλλυται] συναπόλοιτο Coray., συναπόληται Orelli. — 11. συμβαλεῖν] sic cod., συμβάλλειν edit. — 12. αὐτὴ] Vales.; καὶ αὐτῇ ἴδῃ τὰ γινομενόμενα (sic) codex. — 13. διῆλθε] sic cod.; ἦλθε editt. — 14. ἀφραίνοντες] Val., ἀφρένοντες cod. — 15. διεξενεγκεῖν] διενεγκεῖν editt. — 16. πάλιν] « Ἴσως ἐγράφετο ἀναχαλεῖται τὸν Σόλωνα, πλὴν εἰ μή τι ἐξερρύη τοῦ χωρίου, πρὸς ὃ συνάπτοιτο τὸ πάλιν. Coray. Scribendum puto πάλιν καὶ πάλιν, vel, quod item in usu est, πάλιν πάλιν. — 17. ἀμφ'] Val.; ἀφ' codex. Mox pro ἐξημμένην Corayus scribi mavult ἐξημμένῃ. — 18. ἐξ ἠοῦς] scrib. ἐξαίσιος opinatur Coray.

πάντοθεν (19), βρονταί τε γίνονται καὶ ἀστραπαὶ συνεχεῖς· τοσοῦτος δὲ κατερράγη ὑετὸς, ὥστε μὴ μόνον τὴν πυρὰν σβεσθῆναι, ἀλλὰ (20) καὶ τοὺς ἀνθρώπους μόλις ἀντέχειν. Κροίσῳ μὲν οὖν ταχὺ στέγασμα πορφυροῦν ὑπερέτεινον· τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὰ μὲν ὑπὸ ζόφου καὶ λαίλαπος ταραττομένοις, τὰ δὲ ὑπὸ (21) ἀστραπῶν, [καὶ] καταπατουμένοις ὑπὸ τῶν ἵππων, τραχυνομένων πρὸς τὸν ψόφον τῶν βροντῶν, δείματα δαιμόνια ἐνέπιπτε, καὶ οἵ τε τῆς Σιβύλλης χρησμοὶ τά τε (22) Ζωροάστρου λόγια εἰσήει. Κροῖσον μὲν οὖν ἐδέων ἔτι μᾶλλον ἢ πάλαι σώζειν· αὐτοὶ δὲ καταπίπτοντες εἰς γῆν προσεκύνουν, εὐμένειαν παρὰ τοῦ θεοῦ αἰτούμενοι. Φασὶ δέ τινες Θαλῆν, προειδόμενον ἔκ τινων σημείων ὄμβρον γεννησόμενον, καὶ (23) ἀναμένειν τὴν ὥραν ἐκείνην. Τόν γε μὴν Ζωροάστρην (24), Πέρσαι ἀπ' ἐκείνου διεῖπαν, μήτε νεκροὺς καίειν, μήτ' ἄλλως μιαίνειν πῦρ, καὶ πάλαι τοῦτο καθεστὼς τὸ νόμιμον τότε βεβαιωσάμενοι. Κῦρος δ' εἰς τὰ βασίλεια Κροῖσον ἄγων παρεκάλει τε καὶ ἐφιλοφρονεῖτο, πειθόμενος εἶναι θεοσεβέστατον· ἐκέλευέ τε, εἴ τι βούλεταί οἱ γενέσθαι, μὴ ὀκνεῖν, ἀλλ' αἰτεῖσθαι. Ὁ δὲ εἶπεν· « Ὦ δέσποτα, ἐπεί μέ σοι θεοὶ ἔδοσαν, σύ τε χρηστὰ ἐπαγγέλλεις, αἰτοῦμαί σε δοῦναί μοι πέμψαι Πυθοῖδε (25) τὰς πέδας τάσδε, καὶ τὸν θεὸν ἐρέσθαι, τί παθὼν ἐξηπάτα με τοῖς χρησμοῖς ἐπάρας στρατεύειν ἐπὶ σὲ ὡς περιεσόμενον; ἐξ ὅτου αὐτῷ τάδε ἀκροθίνια πέμπω (δείξας τὰς πέδας)· καὶ τί δήποτε ἀμνημονοῦσι χάριτος οἱ τῶν Ἑλλήνων θεοί. » Κῦρος δὲ γελάσας καὶ τάδε ἔφη δώσειν, καὶ ἄλλων οὐκ ἀτυχήσειν αὐτὸν μειζόνων. Κῦρος δὲ ὀλίγου χρόνου φίλον ἐπεποίητο Κροῖσον, ἀξιών τε ἐκ Σάρδεων ἀπέδωκε παῖδας καὶ γυναῖκας, καὶ σὺν αὐτῷ ἐπήγετο (26). Φασὶ δέ τινες καὶ ἐπιτρέψαι ἂν αὐτῷ τὴν πόλιν, εἰ μὴ ᾤετο νεωτερεῖν.

comprecatus est, repente dispersæ nubes conjungi atque obnubilare cœlum cœpere; tonitrua etiam strepere et fulgura micare crebra, tantusque subito imbor effusus est, ut non modo pyram restinxerit, verum etiam spectatores pæne afflixerit. Ceterum ipsi quidem Cræso brevi purpureum pallium arcendo imbri prætensum est: Persas vero, partim tenebris ac turbine, partim fulgurum crebritate conturbatos, conculcatos præterea ab equis, quos strepitus tonitruum efferaverat, religio ac metus divùm incessit: Sibyllæ quoque vaticinia ac Zoroastris oracula in mentem veniebant. Itaque clamitabant, multo, quam antea, contentius, ut Crœsus servaretur. Ipsi in terram proni pacem deorum supplices poscebant. Sunt qui dicant, Thaletem, quum ex quibusdam signis imbrem tum futurum prævidisset, monuisse Crœsum, bono animo ut esset, eamque horam exspectaret. At Persæ exinde sanxerunt juxta præcepta Zoroastris, ne cadavra cremare neque ignem contaminare posthac liceret, quod quum apud eos ex veteri instituto olim obtinuisset, tum magis confirmaverunt. Post hæc Cyrus introductum in regiam Crœsum consolari ac benigne alloqui cœpit, ratus virum diis carissimum esse, hortatusque est, ut, si quid vellet, poscere ne dubitaret. Tum Crœsus, « Quandoquidem, inquit, domine, dii me ditioni tuæ subjecere, ac tu præcipuam humanitatem mihi ostentas, permitte, quæso, hasce ut compedes mittam Delphos Apollinem rogaturus, quid caussæ fuerit, cur me oraculis suis circumventum hortaretur ad bellum tibi inferendum, tanquam victor rediturus essem, cujus belli has ei primitias mitto (compedes, inquam): rogaturus præterea, num Græcorum dii officii ac gratiæ immemores sint. » His auditis, in risum solutus Cyrus, et hæc et alia quoque potiora concessurum se spopondit: ac brevi Crœsum in amicitiam recepit. Postremo Sardibus digrediens filios uxoresque ei restituit, eumque secum abduxit. Nonnulli etiam aiunt, Cyrum præfecturam Sardium traditurum fuisse Cræso, nisi veritus esset, ne Lydi res novas concitarent.

69.

Exc. De virt. : Ἐν ᾧ δὲ οὗτοι περὶ ταῦτα ἦσαν,

69.

Interea Faustulus ad Amulium abducitur. Veritus enim ne

— 19. νεφούμενος πάντοθεν] συνέβραμεν ἐνεφούμενος οὐ πάντοθεν cod. Negationem ejecit Coray. νεφούμενος dedit Valesius. — 20. ἀλλὰ] vocem supplevit Valesius. — 21. ὑπὸ ἀστρ.] ὑπὸ τῶν ἀστρ. editt. contra cod. auctoritatem. Mox v. καὶ supplevit Coray. — 22. τά τε] sic cod.; καὶ τὰ editt. — 23. καὶ] aut exciderunt nonnulla, aut pro καὶ fuit κελεῦσαι, monente Orellio. — 24. τόν γε μὴν Ζωρ.] « Deest hic verbum aliquod, puto αἰδούμενοι aut quid simile, nisi legas τῷ γε μὴν Ζωροάστρῃ ἑπόμενοι. » Valesius. « Valesii conjecturam probat Coray. Grotius vertens *Zoroastris vero dictum illud ex hoc Persæ celebrare cœperunt*, legisse videtur τό γε μὴν Ζωροάστρου II., quomodo et Bremius legendum judicat. » Orelli. Nihil novandum puto. Verte: *Quod Zoroastrem attinet*. De hoc genus accusativis absolutis, quos vulgo dicunt, vide quos laudat Matthiæ Gr. p. 789 et Schœmannus ad Isæum p. 331 — 25. Πυθοῖδε] sic cod.; Πυθῶδε editt. — 26. ἐπήγετο] Coray., ἀπήγετο codex.

69. *Cod. Tur. fol.* 158, 9 *r.* — 159, 14 *r.* « Hæc cuncta (sc. fr. 69 et 70) ad verbum transcripta sunt ex Dionysio Halicarnassense (I, 82 sqq. et II, 32 sq.), ex quo quædam etiam hic emendavimus. Mirum vero est, Nicolaum nostrum adeo securum fuisse, ut ex auctore et quidem æquali integras paginas furatus sit; sed omnino qui historiam universalem scribebat, multos scriptores compilare necesse habuit. Ejus generis sunt, quæ supra ex Ctesia descripta esse ostendimus. Ex Xantho etiam Lydo multa eundem accepisse, docent Stephani reliquiæ. Nimirum properabat Nicolaus, ut historiam suam Herodi regi amico et ejus cognitionis studioso detexeret. Porro ex hoc furto satis colligitur, Damascenum posteriorem esse Dionysio Halicarnassense. » Valesius. « Corayus Nicolaum a plagii crimine vindicans suspicatur, insigne hoc Dionysii Halicarnassei fragmentum a librariis nescientibus, cujus id auctoris esset, inter Nicolai excerpta fuisse intrusum, quum minime verosimile sit, Nicolaum alias decori observantissimum, et historiæ scriptorem nihilo deteriorem ipso Dionysio, tantæ fuisse impudentiæ, ut scriptoris coætanei opus ad verbum exscriberet pro suo venditans, idque dedicans Herodi, qui facillime potuisset fraudem detegere, usus quippe amicitia Agrippæ aliorumque Augusteæ familiæ principum, quibus historia Dionysii, Romæ quippe versati et historicis æque ac rhetoricis, quos Romæ edide-

ὁ Φαυστύλος ἀπάγεται πρὸς Ἀμόλιον (1). Δεδοικὼς γὰρ μὴ οὐ πιστὰ δόξῃ τῷ Νομέτορι λέγειν ὁ Φαυστύλος, ἄνευ σημείων ἐμφανῶν μεγάλου πράγματος μηνυτὴς γενόμενος, τὸ γνώρισμα τῆς ἐκθέσεως τῶν βρεφῶν, τὴν σκάφην ἀναλαβών, ὀλίγον (2) ὕστερον ἐδίωκεν εἰς τὴν πόλιν. Διερχόμενον δ' αὐτὸν τὰς πύλας ταραχωδῶς πάνυ, καὶ περὶ πολλοῦ ποιούμενον μηδενὶ ποιῆσαι καταφανὲς τὸ φερόμενον (3), τῶν φυλάκων τις καταμαθὼν (ἦν δὲ πολεμίων ἐφόδου δέος, καὶ τὰς πύλας οἱ μάλιστα πεπιστευμένοι παρὰ τοῦ βασιλέως ἐρρούρουν), συλλαμβάνει δὴ (4), καὶ τὸ κρυπτὸν δ τι ὄφποτ' ἦν καταμαθεῖν ἀξιῶν ἀποκαλύπτει βίᾳ τὴν περιβολήν. Ὡς δὲ τὴν σκάφην ἐθεάσατο, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἔμαθεν ἀπορούμενον, ἠξίου λέγειν, τίς ἡ ταραχὴ, καὶ τί τὸ βούλημα τοῦ μὴ φανερῶς εἰσφέρειν (5) σκεῦος, οὐδὲν (6) δεόμενον ἀπορρήτου φορᾶς. Ἐν δὲ τούτῳ πλείους τῶν φυλάκων συνέρρεον· καί τις αὐτῶν γνωρίζει τὴν σκάφην, αὐτὸς ἐν ἐκείνῃ τὰ παιδία κομίσας (7) ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ φράζει πρὸς τοὺς παρόντας. Οἱ δὲ συλλαβόντες τὸν Φαυστύλον (8) ἄγουσιν ἐπ' αὐτὸν τὸν βασιλέα καὶ διηγοῦνται τὰ γενόμενα. Ἀμόλιος δὲ, ἀπειλῇ βασάνων καταπληξάμενος τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὴ λέξει τὰς (9) ἀληθείας ἐκὼν, πρῶτον μὲν, εἰ ζῶσιν οἱ παῖδες, ἤρετο (10)· ὡς δὲ ταῦτ' ἔμαθε, τῆς σωτηρίας αὐτοῖς ὅστις ὁ τρόπος ἐγένετο. Διηγησαμένου δὲ αὐτοῦ πάντα ὡς ἐπράχθη, « Ἄγε δὴ, φησὶν ὁ βασιλεὺς, ἐπειδὴ ταῦτα ἀληθεύσας ἔχεις, φράσον, ὅπου νῦν ἂν (11) εὑρεθεῖεν· οὐ γὰρ ἔτι δίκαιοί εἰσιν ἐν βουκόλοις καὶ ἀδόξῳ βίῳ ζῆν, ἔμοιγε ὄντες συγγενεῖς, ἄλλως τε καὶ θεῶν προνοίᾳ σωζόμενοι. » Φαυστύλος δὲ τῆς ἀλόγου πραότητος ὑποψίᾳ κινηθεὶς, μὴ φρονεῖν αὐτὸν ὅμοια τοῖς λόγοις, ἀποκρίνεται ὧδε· « Οἱ μὲν παῖδές εἰσιν ἐν τοῖς ὄρεσι βουκολοῦντες, ὅσπερ ἐκείνων βίος, ἐγὼ δ' ἐπέμφθην παρ' αὐτῶν τῇ μητρὶ ὀηλώσων, ἐν αἷς εἰσὶ τύχαις. Ταύτην δὲ παρὰ σοὶ φυλάττεσθαι ἀκούων, δεήσεσθαι τῆς σῆς θυγατρὸς ἔμελλον, ἵνα με πρὸς αὐτὴν ἀγάγοι. Τὴν δὲ σκάφην ἔφερον, ἵν' ἔχω δεικνύναι τεκμήριον ἐμφανὲς ἅμα τοῖς λόγοις. Νῦν οὖν ἐπειδὴ δέδοκταί σοι (12) τοὺς νεανίσκους δεῦρο κομίσαι, χαίρω τε, καὶ πέμψον οὕστινας βούλει σὺν ἐμοί. Δείξω μὲν (13) οὖν τοῖς ἐλθοῦσι τοὺς παῖδας, φράσουσι δ' αὐτοῖς

absque certissimis signis in tantæ rei indicio fides sua apud Numitorem laboraret, argumentum facti alveum ipsum, in quo expositi erant pueri, secum sumens mox ad urbem contendit. Eum portas trepide transeuntem, et quod ferebat studiose occultantem, unus custodum quum animadvertisset (erat enim suspicio belli et portæ per fidelissimos regi servabantur) comprehendit, et, quidnam tantopere occultaret, scire cupiens, amiculum ei per vim detraxit, conspectoque alveo, postquam hominem turbatum hærere sensit, quæ perturbationis causa esset, dicere jubet, quove consilio alveum, quem palam ferre liceat, sollicite absconderet. Interim plures custodes confluere, quorum unus alveum agnoscit, quippe quo ipsemet pueros ad fluvium deportasset, remque iis, qui aderant, indicat. Ita correptus Faustulus ad regem perducitur. Amulius perterrefactum hominem tormentorum metu, ni veritatem sponte aperiret, primum quidem interrogavit, viverentne pueri; quo comperto, amplius percontatur, quonam modo incolumes evasissent. Edoctusque omnia, prout gesta erant, « Age, inquit, quandoquidem vera hactenus es locutus, dic, ubinam inveniri modo possint; neque enim æquum fuerit, eos inter bubulcos ignobilem vitam agere, quum et mihi genere conjunctissimi sint, et deorum insuper providentia servati. » Ibi Faustulus ex nova et insolita regis mansuetudine suspicatus, aliud regem verbis præ se ferre, aliud in animo habere, in hunc modum respondit: « Juvenes quidem in montibus armenta pascunt, quæ illorum vitæ ratio est; me vero ad matrem suam miserunt, nuntiatum, quo in statu eorum res sint. Quam quum apud te in custodia detineri audiissem, filiam tuam rogare statueram, me ut ad illam duceret. Alveum vero mecum ideo attuli, ut orationem meam illustri hoc signo confirmare possem. Nunc vero, quando tibi visum est juvenes huc accersere, vehementer lætor. Proinde si quos ex tuis mittere mecum volueris, ego illis juvenes indicabo, quibus mandata tua exponant. »

---

rat, libris tum temporis celebratissimi, ignota esse non poterat. Cui viro doctissimo equidem prorsus assentior. Orellius. Atqui hæc longe petita. Verum haud dubie vidit Valesius. Ac quidni statuamus Nicolaum in antecedentibus laudasse auctorem suum, atque in congerendis historiis exemplum secutum esse Alexandri Polyhistoris, ipsissima auctorum suorum verba reddere soliti. Fieri quidem potuit, ut in codice folium aliquod suo loco motum ex Dionysii fragmentis in fragmenta Nicolai transmigraverit, idque exemplo codicis Escorialensis comprobari possit; sed ne tale quid nostro loco factum esse statuamus, eo impedimur, quod fragmento 70 suscripta leguntur: τέλος τοῦ ἑβδόμου λόγου Νικολάου. Ζήτει τὰ λείποντα etc. — Cetera græca nostra multis locis melius habent quam vulgatus Dionysii textus in editione Reiskiana, ubi horum Excerptorum ne mentio quidem fit. Codex noster in plerisque consentit cum optimo codice Vaticano, quem mirum in modum editores neglexerunt. — 1. Ἀμόλιον] Αἰμύλιον codex h. l., sed ceteris locis Ἀμόλιον, ut in Dion. cod. Vat. Pro Νομέτωρ in Dionys. editt. semper Νουμίτωρ. — 2. ὀλίγον] ὀλίγου editt. Dion.; cum nostro facit cod. Vat., ut fere semper. Quod in singulis quibusque monere tædet. — 3. φερόμενον] λεγόμενον cod. et Dionys.; mutavit Gelenius. — 4. δὴ] τε Dionys. — 5. εἰσφέρειν] sic etiam cod. Vatic.; ἐκφέρειν editt. Dion. — 6. οὐδὲν] vox e Dionysio suppleta. — 7. κομίσας] e Dion.; γνωρίσας codex. — 8. Φαυστύλου] φαιστύλον cod. — 9. τὰς] Dion.; τῆς codex. Pro λέξει in editt. Dion. λέξῃ; cod. Vat. λέξοι. — 10. ἤρετο] Dion., εἴρετο cod. Deinde Dionysii editt.: ὡς δὲ τοῦτ' ἔμαθεν, ὅστις αὐτοῖς ὁ τρόπος τῆς σ. ἐγένετο, διηγησαμένου αὐτοῦ π..ὡς ἐπράχθη, ἄγε δὴ, φησὶν, κτλ. Cum nostro facit cod. Vat. — 11. νῦν ἂν] ἂν νῦν Dion. — 12. ἐπειδὴ δέδοκταί σοι] Dionys.; ἐπεὶ δέδοκται τοὺς ν. codex. — 13. δείξω μὲν] Dion., δείξομεν cod. Deinde post τοὺς παῖδας in editt. legitur ἐγὼ,

ἐκεῖνοι τὰ παρὰ σοῦ. » Ὁ μὲν δὴ ταῦτ' ἔλεγεν, ἀναβολὴν εὑρέσθαι βουλόμενος τοῖς παισὶ τοῦ θανάτου, καὶ ἅμα αὐτὸς ἀποδράσεσθαι (14) τοὺς ἄγοντας, ἐπειδὰν ἐν τοῖς ὄρεσι γένηται, ἐλπίσας. Ἀμόλιος δὲ τοῖς πιστοτάτοις τῶν φίλων (15) ἐπιστείλας χρύφα, οὓς ἂν ὁ συφορβὸς (16) αὐτοῖς δείξῃ, συλλαβόντας ὡς αὐτὸν ἄγειν, ἀποστέλλει διὰ ταχέων. Ταῦτα δὲ (17) διαπραξάμενος αὐτίκα γνώμην ἐποιεῖτο, καλέσας τὸν ἀδελφὸν ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ ἔχειν, ἕως ἂν εὖ θῆται (18) τὰ παρόντα, καὶ αὐτὸν ὡς ἐπ' ἄλλῳ δή τινι ἐκάλει. Ὁ δὲ αποσταλεὶς ἄγγελος, εὐνοίᾳ τε τοῦ κινδυνεύοντος, καὶ ἐλέῳ τῆς τύχης, ἐπιστρέψας κατήγορος γίνεται Νομέτορι τῆς Ἀμολίου γνώμης. Ὁ δὲ, τοῖς παισὶ δηλώσας τὸν κατειληφότα κίνδυνον αὐτοὺς καὶ παρακελευσάμενος ἄνδρας ἀγαθοὺς γενέσθαι, παρῆν ἄγων ὡπλισμένους ἐπὶ τὰ βασίλεια, τῶν τε ἄλλων πελατῶν καὶ ἑταίρων, καὶ θεραπείας πιστῆς χεῖρα οὐκ ὀλίγην. Ἦκον δὲ καὶ οἱ ἐκ τῶν ἀγρῶν συνελθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἐκλιπόντες τὴν ἀγοράν, ἔχοντες ὑπὸ ταῖς περιβολαῖς (19) ξίφη κεκρυμμένα, στῖφος καρτερόν. Βιασάμενοι δὲ τὴν εἴσοδον ἀθρόᾳ ὁρμῇ πάντες, οὐ πολλοῖς ὁπλίταις φρουρουμένην, ἀποσφάττουσιν εὐπετῶς Ἀμόλιον, καὶ μετὰ τοῦτο τὴν ἄκραν καταλαμβάνουσι (20). Ταῦτα μὲν οὖν (21) εἴρηται τοῖς περὶ Φάβιον· ἕτεροι δὲ οὐδὲν τῶν μυθωδεστέρων ἀξιοῦντες ἱστορικῇ γραφῇ προσήκειν, τήν γε ἀπόθεσιν τὴν τῶν βρεφῶν οὐχ, ὡς ἐκελεύσθη (22) τοῖς ὑπηρέταις, γενομένην, ἀπίθανον εἶναί φασι· καὶ τῆς λυκαίνης τὸ τιθασὸν (23), ἢ τοὺς μαστοὺς ἐπεῖχε τοῖς παιδίοις, ὡς δραματικῆς μεστὸν ἀτοπίας διασύρουσιν. Ἀντιδιαλλαττόμενοι δὲ πρὸς ταῦτα λέγουσιν, ὡς ὁ Νομέτωρ, ἐπειδὴ τὴν Ἰλουΐαν (24) ἔγνω κύουσαν, ἕτερα παρασκευασάμενος παιδία νεογνὰ, διηλλάξατο τεκούσης αὐτῆς τὰ βρέφη, καὶ τὰ μὲν ὀθνεῖα δέδωκε τοῖς φυλάττουσι τὰς ὠδῖνας ἀποφέρειν (25), εἴτε χρημάτων τὸ πιστὸν τῆς χρείας αὐτῶν (26) πριάμενος, εἴτε διὰ γυναικῶν τὴν ὑπαλλαγὴν ποιησάμενος (27)· καὶ αὐτὰ λαβὼν ὁ Ἀμόλιος ὅτῳ δὴ τρόπῳ ἀναιρεῖ (28), τὰ δὲ ἐκ τῆς Ἰλουΐας γενόμενα περὶ παντὸς ποιούμενος ὁ μητροπάτωρ διασώζεσθαι, δίδωσι τῷ Φαυστύλῳ.

Hæc ille eo consilio aiebat, ut cædem juvenum mora ac dilatione averteret; simul sperans, se ex manibus eorum, a quibus duceretur, facile in montibus fuga dilapsurum. Sed Amulius satellitum fidissimos mittit cum occultis mandatis, ut a subulco demonstratos quam primum ad se pertrahant. Quibus ita constitutis, illico accitum fratrem in libera custodia detinere statuit, donec cuncta pro arbitrio suo composuisset. Confestim, nescio quo prætextu, illum evocat. At nuntius, ut qui periclitanti bene vellet, ac vicem illius miseraretur, mutato consilio, Amulii propositum Numitori aperit. Qui mox, præsenti periculo adolescentibus indicato, jussisque forti animo esse, cum clientum amicorumque et famulorum haud exigua manu armis instructa in regiam contendit. Sed et rusticorum, qui ex agris in urbem convenerant, multitudo valida relicto foro advolat, gladios sub veste tegens. Itaque omnes uno impetu, oppressis in aditu custodibus, qui pauci pro regia excubabant, Amulium facile obtruncant, arcemque occupant. Sic quidem Fabius rem narrat. Alii vero, qui fabulas ab historia longe submovendas existimant, negant verisimile esse, infantes, secus quam jussum sit, a ministris expositos; ad hæc mitem lupam ubera præbentem pueris tanquam rem fabularum figmentis simillimam explodunt, institutaque in diversum narratione aiunt: Numitorem, quum Iliam prægnantem deprehendisset, alios recens natos infantes ad id comparatos germanorum loco subjecisse post Iliæ partum; hos a parturientis custodibus fuisse asportatos, sive illi fidem venalem habuerint, sive muliebri astu circumventi sint; eosque ab Amulio qualicumque ratione necatos fuisse; natos vero ex Ilia cura ac sollicitudine materni avi, qui eos omni ope servatos vellet, traditos esse Faustulo alendos.

70.

Exc. De virt. : Ὅτι τοῦ Ῥωμύλου, πληθυσμοῦ ἕνεκεν ἀνδρῶν, ἁρπαγὴν ποιησαμένου τῶν παρθένων, ὡς διεβοήθη τὰ περὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν παρθένων καὶ τὰ περὶ τοὺς γάμους εἰς τὰς πλησιοχώρους πόλεις, αἱ μὲν αὐτὸ τὸ πραχθὲν πρὸς ὀργὴν (1) ἐλάμβανον, αἱ δὲ ἀφ' ἧς ἐπράχθη διαθέσεως, καὶ εἰς ὃ τέλος (2) ἐχώρησεν,

70.

Postquam Romulus propter virorum multitudinem virgines rapuerat atque de ea re et de nuptiis virginum per finitimas urbes fama divulgata est, alii graviter eo facto commoveri, alii et consilium raptorum et exitum rei reputantes moderatius ferre. Res tandem in bellum multi-

quod cum nostro om. cod. Vat. — 14. ἀποδράσεσθαι] ἀποδρᾶσαι edidit. Dion. — 15. φίλων] ὁπλοφόρων Dion., quod præstat. — 16. συφορβὸς] Dion. συοφορβὸς cod. — 17. δὲ] supplevi e Dion. — 18. εὖ θῆται] Dion., ὦσθηται cod. — 19. περιβολαῖς] ἑαυτῶν addunt edidit. Dion. In Vaticano quoque cod. vox deest. — 20. καταλαμβάνουσι] καταλαμβάνονται Dion. — 21. μὲν οὖν] hæc addidi e Dionysio ubi sic: Ταῦτα μὲν οὖν τοῖς περὶ τὸν Φάβιον (περὶ Φ. Val.) εἴρηται. — 22. ἐκελεύσθη] ἐκελεύθη edidit. Dion. — 23. τιθασὸν] cod.; τιθασσὸν Dion. — 24. Ἰλουΐαν] Ἰλίαν Dionys. — 25. ὀθνεῖα τοῖς φ. τὰς ὠ. ἐδωκεν ἀποφέρειν edidit. Dion. Cum nostro facit Vatic., nisi quod pro ἀποφέρειν male habet ἐπιφέρειν. — 26. τῆς χρ. αὐτῶν] αὐτῶν τῆς χρ. Dion. — 27. ποιησάμενος] μηχανησάμενος Dion. — 28. ἀναιρεῖ] Dion., ἀναιρεῖται codex.

70. *Cod. Tur. fol.* 159, 14 *r.* — 159, 32 *vso.* Hæc transcripta e Dionysii A. R. II, 32 sq. — 1. πρὸς ὀργὴν] δι' ὀργῆς edidit. Dion. Cum nostro facit Vatican. — 2. εἰς ὃ τέλος] sic etiam Vatic. Vulgo εἰς τέλος, perperam.

ἀναλογιζόμεναι, μετρίως αὐτὸ ἔφερον. Κατέσκηψε δ' οὖν ἀνὰ χρόνον εἰς πολέμους, τοὺς μὲν ἄλλους εὐπετεῖς, ἕνα δὲ τὸν πρὸς Σαβίνους μέγαν καὶ χαλεπόν. Οἷς ἅπασι τέλος ἐπηκολούθησεν εὐτυχὲς (3), ὥσπερ αὐτῷ τὰ μαντεύματα προεθέσπισε, πρὶν ἐπιχειρῆσαι τῷ ἔργῳ, πόνους μὲν καὶ κινδύνους μεγάλους προσημαίνοντα, τὰς δὲ τελευτὰς αὐτῷ (4) ἔσεσθαι καλάς. Ἦσαν δὲ (5) αἱ πρῶται πόλεις ἄρξασαι τοῦ πολέμου Καινίνη καὶ ἄλλαι (6), πρόφασιν μὲν ποιούμεναι τὴν ἁρπαγὴν τῶν παρθένων, καὶ τὸ [μὴ] (7) λαβεῖν ὑπὲρ αὐτῶν δίκας· ὡς δὲ ταληθὲς εἶχεν, ἀχθόμεναι (8) τῇ κτίσει τε καὶ αὐξήσει τῆς Ῥώμης, δι' ὀλίγου πολλῆ γενομένῃ, καὶ οὐκ ἀξιοῦσαι περιιδεῖν κοινὸν ἐπὶ τοῖς περιοίκοις ἅπασι κακὸν φυόμενον. Τέως μὲν οὖν πρὸς τὸ Σαβίνων ἔθνος ἀποστέλλουσαι πρέσβεις, ἐκείνους ἠξίουν τὴν ἡγεμονίαν τοῦ πολέμου παραλαβεῖν, ἰσχύν τε μεγίστην ἔχοντας (9) καὶ χρήμασι πλείοσι δυναμένους, ἄρχειν τε ἀξιοῦντας τῶν πλησιοχώρων, καὶ οὐκ ἐλάχιστα περιυβρισμένους (10) τῶν ἄλλων· τῶν γὰρ ἡρπασμένων αἱ πλείους ἦσαν ἐκείνων. Ἐπεὶ δ' (11) οὐδὲν ἐπέραινον, ἀντικαθισταμένων αὐταῖς τῶν παρὰ τοῦ Ῥωμύλου πρεσβειῶν καὶ θεραπευουσῶν λόγοις τε καὶ ἔργοις τὸ ἔθνος, ἀχθόμεναι τῇ τριβῇ τοῦ χρόνου, μελλόντων ἀεὶ τῶν Σαβίνων καὶ ἀναβαλλομένων εἰς χρόνους μακροὺς τὴν περὶ τοῦ πολέμου βουλήν, αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς ἔγνωσαν τοῖς Ῥωμαίοις πολεμεῖν, ἀποχρῆν οἰόμεναι τὴν δύναμιν τὴν οἰκείαν (12), εἰ καθ' ἓν αἱ τρεῖς γένοιντο, μίαν αἱρῆσαι πόλιν οὐ μεγάλην. Ἐβουλεύσαντο μὲν ταῦτα, συνελθεῖν δ' οὐκ ἔφθασαν (13) εἰς ἓν ἅπασαι στρατόπεδον, προεξαναστάντων προχειρότερον τῶν ἐκ τῆς Καινίνης (14), οἵπερ καὶ μάλιστα ἐδόκουν τὸν πόλεμον ἐνάγειν. Ἐξεστρατευμένων (15) δὲ τούτων καὶ ὀρούντων τὴν ὁρμορον, ἐξαγαγὼν τὴν δύναμιν ὁ Ῥωμύλος (16), ἀφυλάκτοις οὖσιν ἔτι τοῖς πολεμίοις ἀπροσδοκήτως ἐπιτίθεται καὶ τοῦ τε χάρακος (17) αὐτῶν ἀρτίως ἱδρυμένου γίνεται κύριος, τοῖς τε φεύγουσιν εἰς τὴν πόλιν ἐκ ποδὸς ἑπόμενος, οὐδέπω τῶν ἔνδον πεπυσμένων τὴν περὶ τοὺς σφετέρους συμφορὰν, τεῖχός τε ἀφύλακτον εὑρὼν καὶ πύλας ἀκλείστους, αἱρεῖ τὴν πόλιν ἐξ ἐφόδου, καὶ τὸν βασιλέα τῶν Καινινιτῶν (18), ὑπαντήσαντα σὺν καρτερᾷ χειρὶ, μαχόμενος (19) αὐτοχειρίᾳ κτείνει, καὶ τὰ ὅπλα ἀφαιρεῖται. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἁλούσης τῆς πόλεως, τὰ ὅπλα παραδοῦναι τοὺς ἁλόντας κελεύσας, καὶ παῖδας εἰς ὁμηρείαν οὓς ἐβούλετο λαβὼν, ἐπὶ τοὺς λοιποὺς (20) ἐχώρει. Γενόμενος (21) δὲ καὶ τῆς ἐκείνων δυνάμεως, ἐκκεδασμένης ἔτι κατὰ τὰς προνομὰς, τῇ παρ' ἐλπίδας

plex erupit, prægravante inter cetera Sabino. Quorum omnium felix exitus fuit, ut ei, antequam raptum virginum inchoasset, oraculis prædictum fuerat, laboris quidem ac discriminum plurimum, ceterum prosperos eventus fore. Primæ omnium bellum ei intulerunt Cænina, aliæque (*Antemna et Crustumerium*) prætexentes quidem ultionem virginum raptarum, sed revera ægre ferentes, conditam urbem brevi temporis spatio adeo increvisse, nec connivendum esse ratæ, finitimorum dum communi damno surgeret. Itaque principio quidem legationibus ad Sabinos missis petierant, ut ductu auspicioque illorum bellum gereretur; quippe qui viribus atque opibus præpollerent, imperiumque in vicinos ad se pertinere contenderent, nec minus, quam ceteri, injuriam passi essent: certe enim raptarum virginum maxima pars e Sabinis erat. Sed quum nihil proficerent, obsistentibus legatis Romuli, et gentis favorem verbis factisque exambientibus, pertæsi morarum, Sabinis consilium de suscipiendo bello in dies protrahentibus, decreverunt ipsi suis opibus bellum gerere; satis superque sibi virium esse arbitrati, collatis in unum trium civitatum copiis, ad unam haud maximam urbem expugnandam. Sed quo minus in una omnes castra convenirent, uti decreverant, Cæninensium fecit præpropera eruptio; qui belli inferendi præcipui auctores erant. Hos a sedibus suis excitos ac Romani terminos agri populantes, Romulus repente infestis signis invectus adhuc imparatos aggreditur, et vallo vixdum munito vi potitur, fugientiumque tergo inhærens, priusquam oppidani de suorum clade rescivissent, incustodita mœnia ac portas patentes nactus, urbem primo impetu capit, regem ipsum cum valido juvenum globo occurrentem sua manu obtruncat spoliatque. Cænina hoc modo capta, armis ademptis sumptisque pro arbitrio suo obsidibus in reliquos movit. Sed et horum copias in abigendis prædis adhuc disper-

— 3. εὐτυχὲς] sic et Vat., ἀγαθὸν vgo. — 4. αὐτῷ] αὐτῶν Dion. — 5. ἦσαν δὲ αἱ] Dionys.; ἦσαν δὲ καὶ αἱ codex. Mox Dionysius τοῦ πρὸς αὐτὸν πολέμου. Dein pro Καινίνη codex: Κησίνη. — 6. καὶ ἄλλαι] καὶ Ἀντεμνα καὶ Κρουστουμερία (sic), Dionys. — 7. μὴ] om. Dion. — 8. ἀχθόμεναι] Hæc vox post γενομένῃ legitur ap. Dion. — 9. ἔχοντας.. δυναμένους, ἄρχειν] Dionys.; ἔχουσαι... δυναμέναις, ἀρχὴν cod. — 10. περιυβρ.] περιυβρισμένας cod.; τῶν ἄλλ. περιυβρισμένους Dion. — 11. ἐπεὶ δ'] ἐπειδὴ δ' Dion. — 12. τὴν δυν. τὴν οἰκ.] τὴν οἰκ. δυν. codex. Deinde pro καθ' ἓν αἱ τρεῖς codex habet: καθ' ἕνα τρεῖς. — 13. ἔφθασαν] ὤφθησαν edilt. Dion.; ἐφθησαν cod. Vat. — 14. Καινίνης] κενίνης cod. — 15. ἐνάγειν. ἐξεστρατ.] Dion.; ἐξάγειν. ἐκστρατευομένων cod. — 16. ἐξαγαγὼν... Ῥωμύλος] e Dionysio suppleta. — 17. τοῦ τε χάρακος] τούς τε χάρακας cod. — 18. Καινινιτῶν] καινιτῶν cod. — 19. μαχόμενος] μαχόμενον cod. — 20. λοιποὺς] Ἀντεμνιάτας Dionys. — 21. γενόμενος] γενομένης cod.

ἐφόδῳ, καθάπερ καὶ τῆς προτέρας, ἐγκρατὴς, καὶ τὰ αὐτὰ τοὺς ἁλόντας διαθεὶς, ἀπῆγεν ἐπ' οἴκου τὴν δύναμιν, ἄγων σκῦλά τε ἀπὸ τῶν ἀποίκων (22) κατὰ τὴν μάχην, καὶ ἀκροθίνια λαφύρων θεοῖς (23).

Τέλος τοῦ ἑβδόμου λόγου τῆς Νικολάου Ἱστορίας. Ζήτει τὰ λείποντα περὶ Ἑλληνικῆς ἱστορίας

sas nec opinantes adortus fudit ac fugavit, eodemque modo usus victoria, exercitum domum reduxit, detracta hostibus spolia ac votivas manubiarum primitias præferens.

Finis libri septimi Historiarum Nicolai Damasceni. Quære quæ desiderantur de rebus Græcorum.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛ. ΤΟΥ ΙΗ' (Η'?).

71.

Constant. Porphyr. De them. I, 3 : Τὸ δὲ νῦν καλούμενον Θρᾳκήσιον θέμα πάλαι μὲν καὶ κατ' ἀρχὰς Ἀσία μικρὰ ὠνομάζετο... Θρᾳκήσιοι δὲ ἐπεκλήθησαν ἀπὸ τῆς τοιαύτης αἰτίας. Ἐπὶ τῶν ἡμερῶν Ἀλυάττου τοῦ τῶν Λυδῶν βασιλέως, ἀνήρ τις μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν αὐτοῦ τέκνων ἐκ Μυσίας τῆς τῶν Θρᾳκῶν χώρας ὁρμώμενος, ἧς καὶ Ὅμηρος μνημονεύει λέγων οὕτως,

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν,

διεπέρασεν εἰς τὰ μέρη τῆς Ἀσίας εἰς χώραν τὴν λεγομένην Λυδίαν, καὶ κατῴκησε πλησίον τῆς πόλεως Σάρδεων. Τοῦ οὖν βασιλέως πρὸς τῷ τῆς πόλεως τείχει καθεζομένου, διήρχετο ἡ γυνὴ τοῦ Θρᾳκὸς, ἐπὶ μὲν τῆς κεφαλῆς βαστάζουσα στάμνον, ἐπὶ δὲ τῶν χειρῶν ἠλακάτην καὶ ἄτρακτον, ὄπισθεν δὲ πρὸς τὴν ζώνην ἵππος τις προσεδέδετο. Καὶ ἐπὶ μὲν τῆς κορυφῆς ὁ στάμνος ἦν μεστὸς ὕδατος, ἐν δὲ ταῖς χερσὶν εἰργάζετο νήθουσα ἐκ τῆς ἠλακάτης τὸν ἄτρακτον, ὄπισθεν δὲ πρὸς τὴν ζώνην ἠκολούθει ὁ ἵππος ἀπὸ τῆς πηγῆς πεποτισμένος. Ταύτην ἰδὼν ὁ βασιλεὺς μεγάλως ἐθαύμασε, καὶ ἠρώτησε πόθεν καὶ τίς καὶ ποίας ἐστὶ πόλεως. Ἡ δὲ ἀπεκρίνατο, Μυσὴ μὲν εἶναι τὸ γένος, Θρᾴκης δ' ἔστιν αὕτη τὸ πολίχνιον. Λαβὼν οὖν ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἀφορμὴν, πρεσβείαν πρὸς τὸν τῆς Θρᾴκης βασιλέα ποιησάμενος, Κότυν ὀνομαζόμενον, ἐκεῖθεν ἔλαβεν ἄνδρας μετοίκους μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων, ὄχλον ἱκανόν. [Ἐκ τούτου τοῦ γένους ὠνομάσθησαν οἱ τὴν μικρὰν

E LIBRO XVIII (VIII).

71.

Quod nunc Thracesiorum thema appellatur, olim quidem et ab initio Asia minor vocabatur... Thracenses vero hac de causa vocati sunt. Alyatte apud Mysos regnante, vir quidam cum uxore et liberis egressus ex ea Thracum regione, cui Mysiæ nomen est, cujusque Homerus isto versu meminit,

Mysorum pugnax genus et celebres Equimulgos,

transiit in Asiæ partem eam, quæ Lydia dicitur, habitavitque non longe Sardibus. Ac forte rege ad muros urbis considente, præteriit illius Thracis uxor urnam gestans capite, manibus colum et fusum; zonæ autem a tergo adjunctus erat equus. Urna, quæ capite gestabatur, aquæ erat plena, manibus vero fusum de colo devolvebat; equus qui zonæ annexus sequebatur, ductus aquatum fuerat. Hanc rex conspectam miratus rogavit, unde veniret, quænam, cujatis. Respondit, Mysam se, e modico Thraciæ oppido. Hinc rex occasione sumpta, ad Thracum regem, cui tum Cotyi nomen erat, legatione missa impetrat inde colonos cum uxoribus ac liberis numero satis magno. [Ex hac natione appellati sunt Asiæ minoris incolæ Thracesii, quod sint operosi ac

— 22. ἀποίκων] Sic codex et Dionysius. Vox corrupta. ἀποιχομένων Portus; ἀποθανόντων vel ἁλόντων Stephanus; ἀποκταν θέντων Casaubonus; περιοίκων dedit Corayus ita explicans : τοὺς τῆς Καινίνης κατοίκους καὶ τοὺς συμμάχους αὐτῶν δηλοῖ τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίων καταπολεμηθέντας. Quod si verum esset, simplicius foret scribere ἐποίκων. Sed ferri neutrum potest. — 23. λαφύρων θεοῖς] Dion.; θεοῖς λαφύρων codex.

71. Verbe græca dedi ex recensione I. Bekkeri (Constant. Porphyr. vol. III, p. 22 ed. Bonn. 1840). — « Alio modo eandem historiam enarrat Herodotus V, 12, mulierem illam sub Dario Hystaspe (non sub Alyatte) cum duobus fratribus, Pigre et Mantye, e Pæonia ad flumen Strymonem sita Sardes venisse, Darium autem, admiratum illius populi sollertiam et assiduitatem, Megabazo præfecto Thraciæ per literas mandasse, ut Pæones e sedibus suis ad se transferat, cum liberis pariter et uxoribus. Nicolaum autem sua hausisse e Xantho Lydo suspicatur doctissimus Corayus. » Orell. in Supplem. p. 58. — Lydorum historiam e Xantho Nicolaus narravit libris IV, VI, VII. Quod nostro loco legitur ἐν τῇ', quum procul dubio corruptum sit, mutandum dixeris in : ἐν ζ, præsertim quum probabile sit auctores Excerptorum Constantinianorum nonnisi priores libros septem Nicolai ob oculos habuisse. Sed fateor istam mutationem violentiorem esse; contra vero manu lenissima corrigi ἐν η'. Quem librum octavum Porphyrogenitus apud Stephanum Byzantium, quo uti solet, laudatum repererit. Tum vero consentaneum est rem narratam non e Xantho fluxisse, sed ex alio auctore depromptam data occasione a Nicolao fuisse expositam. Nisi fallor, Nicolaus quoque narravit Pæones a Dario in Asiam transductos esse, eaque opportunitate de aliis dixit Thracibus, quos prioribus temporibus Alyattes in Lydiam advocaverit; atque historiunculam quam de Dario Herodotus narrat, ipse ad Alyatten retulit. Quod si est, optime quadrat libri numerus (ἐν η'). Nam quum Cyri historia libro VII legatur, verisimillimum est de primis Darii temporibus

Ἀσίαν οἰκοῦντες Θρᾳκήσιοι, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἐργοπόνους, ἐργώδεις τε καὶ χειρώνακτας] .... Ταύτην δὲ τὴν ἱστορίαν Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς γράφει ἐν τῷ ιη' (l. η') αὐτοῦ βιβλίῳ, ὁ γεγονὼς ὑπογραφεὺς Ἡρώδου τοῦ βασιλέως.

laboriosi et opere manuario victum sibi quæritantes]... Historiam narrat libro octavo Nicolaus Damascenus, qui scriba Herodis regis fuit.

ΕΚ ΒΙΒΛΙΩΝ ΑΔΗΛΩΝ.

E LIBRIS INCERTIS.

72.

Athenæus XIII, p. 593, A : Μυρρίνην δὲ, τὴν Σαμίαν, ἑταίραν Δημήτριος εἶχεν ὁ βασιλεὺς, ὁ τῆς διαδοχῆς τελευταῖος, καὶ ἔξω τοῦ διαδήματος κοινωνὸν εἶχε τῆς βασιλείας, ὡς φησι Νικόλαος ὁ Δαμασκηνός.

72.

Myrrhinam Samiam meretricem Demetrius (Poliorcetes) habuit rex, postremus ex Alexandri successoribus, eamque, si diadema excipias, regni participem habuit, ut ait Nicolaus Damascenus.

73.

Josephus C. Apion. II, c. 7, p. 373 ed. Didot. : *Quia vero Antiochus* (Epiphanes) *neque justam fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, quum non esset hostis, et socios insuper nos suos et amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic invenit : multi et digni conscriptores super hoc quoque testantur, Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes et Castor chronographus et Apollodorus : qui omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum transgressum fœdera Judæorum et spoliasse templum auro argentoque plenum.*

74.

Josephus A. J. XIII, 8, 4 : Ὑρκανὸς δὲ τὸν Δαυίδου τάφον ἀνοίξας, ὃς πλούτῳ τοὺς πώποτε βασιλεῖς ὑπερέβαλλε, τρισχίλια μὲν ἀργυρίου τάλαντα ἐξεκόμισεν, ὁρμώμενος δ' ὑπὸ τούτων πρῶτος Ἰουδαίων ξενοτροφεῖν ἤρξατο. Γίνεται δ' αὐτῷ καὶ πρὸς Ἀντίοχον φιλία καὶ συμμαχία· καὶ δεξάμενος αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν, ἀφθόνως πάντα τῇ στρατιᾷ καὶ φιλοτίμως παρέσχε. Καὶ ποιουμένῳ τὴν ἐπὶ Πάρθους αὐτῷ στρατείαν συνεξώρμησεν Ὑρκανός. Μάρτυς δὲ τούτων ἡμῖν ἐστι καὶ Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς, οὕτως ἱστορῶν· « Τρόπαιον δὲ στήσας Ἀντίοχος ἐπὶ τῷ Λύκῳ ποταμῷ, νικήσας Ἰνδάτην τὸν Πάρθων στρατηγὸν, αὐτόθι ἔμεινεν ἡμέρας δύο, δεηθέντος Ὑρκανοῦ τοῦ Ἰουδαίου διά τινα ἑορτὴν πάτριον, ἐν ᾗ τοῖς Ἰουδαίοις οὐκ ἦν νόμιμον ἐξοδεύειν. » Καὶ ταῦτα μὲν οὐ ψεύδεται λέγων.

74.

Hyrcanus, aperto sepulcro Davidis, qui divitiis reges omnes anteibat, tria millia talentorum argenti inde extulit, et his opibus fretus Judæorum primus cœpit externum militem alere. Iniit et cum Antiocho (*Pio*) amicitiam et societatem, eoque in urbem accepto, omnia exercitui abunde et magnifice subministravit. Quumque ille in Parthos expeditionem faceret, cum comitatus est Hyrcanus. De his vero testimonium nobis perhibet Nicolaus Damascenus, ita narrans: « At Antiochus, erecto tropæo ad Lycum fluvium, quum Indaten Parthorum ducem superasset, illic per biduum substitit, ad preces Hyrcani Judæi, quod forte inciderat patrium quoddam festum, in quo Judæis non licebat iter facere. » Et hæc quidem dicendo non falsus habetur.

75.

Idem ib. XIII, 12, 6 : Πτολεμαῖος δὲ μετὰ τὴν νίκην προσκαταδραμὼν τὴν χώραν, ὠφίας ἐπιγενομένης ἔν τισι κώμαις τῆς Ἰουδαίας κατέμεινεν· ἃς γυναικῶν

75.

Ptolemæus (*Lathurus*) post victoriam (de Alexandro Judæorum rege deportatam) regionem populatus, vespere mansit in quibusdam Judææ pagis, quos feminarum et in-

in octavo libro fuisse sermonem. Deinde autem quum illa quæ de Mysia Thraciæ regione memorantur, aperte dicta sint in eam sententiam, ut Mysia Asiæ a Mysis Thraciæ nomen acceperit (quod eodem versu Homeri probare studet Posidonius apud Strabonem p. 296) : vel hinc colligitur non fluxisse hæc e Xanthi Lydiacis. Nam Strabo XII, p. 572 ab iis, qui Thracicam originem Mysis Asiæ tribuunt, diserte distinguit Xanthum, quippe qui Mysos Lydicæ originis populum esse statuerit. Ceterum qui sit iste Alyattes, nescio. De Crœsi patre cogitari nolim, quum ad antiquiora tempora res pertinere debeat. Ex nostris vero fragmentis patet nomen Alyattis etiam inter Heraclidas reges viguisse.

72. De Myrrhina cf. Idomeneus apud Athenæum XIII, p. 590, A.

73. Cf. Diodor. XXXIV, 1 ed. Didot., Castoris fr. 22.

74. Antiochi Sidetæ contra Parthos expeditio cadit in an. 129 a C. Vide Clinton. F. H. tom. III, p. 331. Cf. Appian. Syr. c. 68; Justin. XXXVIII, 10; Diodor. XXXIV, 15. 16.

75. In antecedentibus Josephus narravit, quomodo Alexander, Hyrcani f., post mortem Aristobuli fratris regnum

εὑρὼν μεστὰς καὶ νηπίων, ἐκέλευσε τοὺς στρατιώτας ἀποσφάττοντας αὐτοὺς καὶ χρεουργοῦντας, ἔπειτα εἰς λέβητας ζέοντας ἐντιέντας τὰ μέλη ἀπάρχεσθαι. Τοῦτο δὲ προσέταξεν, ἵν' οἱ διαφυγόντες ἐκ τῆς μάχης καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐλθόντες σαρκοφάγους ὑπολάβωσιν εἶναι τοὺς πολεμίους, καὶ διὰ τοῦτο ἔτι μᾶλλον αὐτοὺς καταπλαγῶσι ταῦτ' ἰδόντας. Λέγει δὲ καὶ Στράβων καὶ Νικόλαος ὅτι τοῦτον αὐτοῖς ἐχρήσαντο τὸν τρόπον, καθὼς κἀγὼ προείρηκα.

76.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ϟϚ'.

Idem ib. I, 3, 6 : Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἐνενηκοστῇ καὶ ἕκτῃ βίβλῳ ἱστορεῖ περὶ αὐτῶν, λέγων οὕτως· « Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, Βᾶρις λεγόμενον· εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι, καί τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι. Γένοιτο δ' ἂν οὗτος, ὄντινα καὶ Μωυσῆς ἀνέγραψεν ὁ Ἰουδαίων νομοθέτης. »

77.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΡΙΓ'.

Athenæus X, p. 415, E : Νικόλαος δ' ὁ Περιπατητικὸς ἐν τῇ τρίτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν τῶν Ἱστοριῶν, Μιθριδάτην φησὶ, τὸν Ποντικὸν βασιλέα, προθέντ' ἀγῶνα πολυφαγίας καὶ πολυποσίας (ἦν δὲ τὸ ἆθλον τάλαντον ἀργυρίου), ἀμφότερα νικῆσαι. Τοῦ μέντοι ἄθλου ἐκστῆναι τῷ μετ' αὐτὸν κριθέντι Καλαμόδρυϊ τῷ Κυζικηνῷ ἀθλητῇ.

78.

Idem VI, p. 252, F : Μιθριδάτου δ' ἀναγράφει κόλακα Σωσίπατρον, ἄνθρωπον γόητα, Νικόλαος ὁ Περιπατητικός,

79.

Idem VI, p. 266, E : Νικόλαος δ' ὁ Περιπατητι-

fantum plenos nactus, militibus imperavit, ut eos jugularent et frustatim dissecarent, et quum membratim in ferventia ahena eos conjecissent, libamenta facerent. Hoc autem mandavit, ut qui ex prœlio elapsi fuerint et ad ipsos venerint, hostes humana carne vesci arbitrarentur, idque videntes majore etiam terrore percuterentur. Strabo quoque et Nicolaus Ptolemæum eo quem dixi modo contra illos se gessisse referunt.

76.

E LIBRO XCVI

Nicolaus Damascenus libro nonagesimo sexto de his rebus narrat in hæc verba : « Est super Minyada in Armenia mons ingens, Baris dictus, in quem multos diluvii tempore confugientes fama est servatos esse, et quendam in arca vectum ad summum ejus jugum appulisse, lignorumque reliquias diu conservatas esse. Iste fortasse idem ille est de quo etiam scripsit Moyses Judæorum legislator. »

77.

E LIBRO CIII.

Narrat Nicolaus Peripateticus centesimo tertio Historiarum libro, Mithridatem Ponti regem, quum proposuisset edendi bibendique certamen, cujus præmium erat argenti talentum, in utroque certamine victoriam reportasse : at præmio tamen cessisse ei qui post ipsum secundas tulisse putatus est, Calamodryi Cyziceno athletæ.

78.

Mithridatis adulatorem fuisse Sosipatrum, hominem ridiculum, scribit Nicolaus Peripateticus.

79.

Nicolaus Peripateticus et Posidonius Stoicus in suis uter-

---

adeptus, prœlio ad Jordanen fluvium cum Ptolemæo Lathuro commisso, ingentem cladem passus sit. Strabonis opus, quod h. l. et fr. 87 citatur, intellige τὰ Ὑπομνήματα ἱστορικά.

76. Hæc Nicolaus narrationi de rebus Mithridatis inseruisse mihi videtur. Similiter Justinus XLII, 2 post memoratum bellum, quod Ortoadisti Armeniorum regi Mithridates intulit, pergit : *Sed quoniam in Armeniam transitum facimus, origo ejus paullo altius repetenda est. Condita est ab Armenio Iasonis Thessali comite*, etc. (Cf. Müller. *Min.* p. 281). Quum Justinus aliique originem Armeniæ ab Iasone Minya deducant, simile quid narraverit Nicolaus Μινυάδα regionem Armeniæ commemorans. Hanc enim librorum lectionem cum Müllero l. l. et Dindorfio in edit. nov. Josephi mutare in Μιλυάδα non ausus sum. Sane quidem apud Plinium V, 31 legitur : *Attingit Galatia et Pamphylia Cabaliam et Mylias, quæ circa Barin sunt et Cyllanticum et Oroandicum Pisidiæ tractum.* Verum Baris hæc est Pisidiæ urbs (de qua v. Ptolem. V, 5, Hierocles p. 673 ibiq. Wessel., Stephan. Byz s. v. Alia ejus nominis urbs Persica ap. Æschyl. Pers. 552), non vero mons Armeniæ. Quare, nisi incongrua plane Josephum miscere dicas, in vulgata acquiescendum est. Bochartus (Geogr. Sacra I, c. 3) Minyadis nomen derivare statuit ab Hebræorum *mini* vel *mimi*, quam regionem cum *Ararat* (i. e. Gordiene) memorat Jeremias I, 27. Ceterum de Gordiæis montibus, in quos arca appulerit, v. Berosi fr. 7. De Bari monte ejusque nominis origine opiniones virorum doctorum vide in Steph. Thes. v. Βᾶρις p. 431.

77. Hoc fragmentum fugit priores Nicolai editores. Cf. Ælian. V. H. I, 27, qui inter ἀδηφάγους recenset Μιθριδάτην τὸν Ποντικὸν καὶ Καλαμόδρυν τὸν Κυζικηνόν.

79. Acciderunt hæc an. 86 a. C., postquam Archelaus, dux Mithridatis, ad Chæroneam cladem acceperat. Plura v. ap. Appian. Mithr. c. 47, p. 231 ed. Didot. Ipse Nicolaus sua ex Posidonio hauserit.

τικὸς, καὶ Ποσειδώνιος ὁ Στωικὸς, ἐν ταῖς Ἱστορίαις, ἑκάτερος τοὺς Χίους φησὶν, ἐξανδραποδισθέντας ὑπὸ Μιθριδάτου τοῦ Καππάδοκος, παραδοθῆναι τοῖς ἰδίοις δούλοις δεδεμένους, ἵν' εἰς τὴν Κόλχων γῆν κατοικισθῶσιν.

80.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΡΔ'.

Athen. VIII, p. 332, F : Νικόλαος δ' ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ τετάρτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν τῶν Ἱστοριῶν· « Περὶ Ἀπάμειαν, φησὶ, τὴν Φρυγιακὴν κατὰ τὰ Μιθριδατικὰ, σεισμῶν γενομένων, ἀνεφάνησαν περὶ τὴν χώραν αὐτῶν λίμναι τε αἱ πρότερον οὐκ οὖσαι καὶ ποταμοὶ καὶ ἄλλαι πηγαὶ ὑπὸ τῆς κινήσεως ἀνοιχθεῖσαι· πολλαὶ δὲ καὶ ἠφανίσθησαν. Τοσοῦτόν τε ἄλλο ἀνέβλυσεν αὐτῶν ἐν τῇ γῇ πικρόν τε καὶ γλαυκὸν ὕδωρ, πλεῖστον ὅσον ἀπεχούσης τῶν τόπων τῆς θαλάσσης, ὥστε ὀστρέων πλησθῆναι τὸν πλησίον τόπον ἅπαντα καὶ ἰχθύων τῶν τε ἄλλων, ὅσα τρέφει ἡ θάλασσα. »

81.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΡΖ'.

Idem V, p. 261, C : Νικόλαος δ' ἐν τῇ ἑβδόμῃ καὶ ἑκατοστῇ τῶν Ἱστοριῶν Σύλλαν φησὶ, τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν, οὕτω χαίρειν μίμοις καὶ γελωτοποιοῖς, φιλόγελων γενόμενον, ὡς καὶ πολλὰ γῆς μέτρα αὐτοῖς χαρίζεσθαι τῆς δημοσίας. Ἐμφανίζουσι δ' αὐτοῦ τὸ περὶ ταῦτα ἱλαρὸν αἱ ὑπ' αὐτοῦ γραφεῖσαι σατυρικαὶ κωμῳδίαι τῇ πατρίῳ φωνῇ.

82.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΡΗ'.

Idem XV, p. 682, A : Νικόλαος δ' ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Ἱστοριῶν πρὸς ταῖς ἑκατὸν περὶ τὰς Ἄλπεις λίμνην τινά φησιν εἶναι πολλῶν σταδίων οὖσαν, ἧς περὶ τὸν κύκλον πεφυκέναι δι' ἔτους ἄνθη ἥδιστα καὶ εὐχρούστατα, ὅμοια ταῖς καλουμέναις κάλχαις.

83.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΡΙ'.

Idem XII, p. 543, A : Νικόλαος δ' ὁ Περιπατητικὸς ἐν τῇ δεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ τῶν Ἱστοριῶν Λεύκολλόν

que Historiis narrant, Chios in servitutem redactos a Mithridate Cappadoce traditos esse propriis servis vinctos, ut in regionem Colchorum transportarentur.

80.

E LIBRO CIV.

Nicolaus Damascenus libro quarto ac centesimo Historiarum tradit, circa Apameam Phrygiæ temporibus Mithridatici belli post terræ motum in ea regione lacus erupisse, ubi nulli antea fuerant, itemque amnes ac fontes terræ concussu reclusos, multos contra, qui prius exstabant, evanuisse; tantam porro aquæ amaræ copiam scaturivisse eodem in agro, qui a mari plurimum aberat, ut vicina loca ostreis ac ceteris id genus piscibus, quos mare alere solet, opplerentur.

81.

E LIBRO CVII.

Nicolaus libro septimo ac centesimo Historiarum refert, Sullam Romanum imperatorem adeo delectatum fuisse mimis et scurris, quum ridiculis ac jocis summopere esset deditus, ut agri publici multa ejusmodi hominibus jugera largitus sit. Ac quantopere iis rebus delectatus sit, ostendunt comœdiæ satyricæ patria ab eo lingua conscriptæ.

82.

E LIBRO CVIII.

Nicolaus Damascenus Historiarum libro centesimo octavo circa Alpes lacum esse scribit in multa stadia patentem, in cujus ambitu nascantur quotannis flores odoris suavissimi, pulcherrimique coloris, similes eorum quos κάλχας (*calthas latine*) vocant.

83.

E LIBRO CX.

Nicolaus Peripateticus libro Historiarum decimo supra centesimum tradit Lucullum, quum Romam reversus, su-

80. Hæc quoque fluxerint e Posidonio, quem multum fuisse constat de terræ motibus, quæ partim sua ipsius ætate acciderunt. V. Strabo VI, p. 276; I, p. 58 (Posidon. fr. 68, 6 et fr. 76). Justin. XL, 1 : *Sed sicut ab hostibus tuta Syria fuit, ita terræ motu vastata est, quo centum septuaginta millia hominum, et multæ urbes perierunt. Quod prodigium mutationem rerum portendere haruspices responderunt.* Pertinent hæc ad tempora quibus penes Tigranem Syriæ imperium erat (83—69).

81. Cf. Plutarch. Sulla c. 36 : Συνῆν μίμοις γυναιξὶ καὶ κιθαρισταῖς καὶ θυμελικοῖς ἀνθρώποις ἐπὶ στιβάδων ἀφ' ἡμέρας συμπίνων.. ὅθεν καὶ τὴν νόσον... πολὺν χρόνον ἠγνόει κτλ. Nicolaus quoque de postremis Sullæ temporibus loquens hæc attulisse debet. Moritur Sulla an. 78.

82. Cf. Stephan. Thes. Gr. v. κάλχη.

83. Cf. Plutarchus in Lucull. c. 37.

φησιν, ἀφικόμενον εἰς Ῥώμην, καὶ θριαμβεύσαντα, λόγον τε ἀποδόντα τοῦ πρὸς Μιθριδάτην πολέμου, ἐξοκεῖλαι εἰς πολυτελῆ δίαιταν ἐκ τῆς παλαιᾶς σωφροσύνης, τρυφῆς τε πρῶτον εἰς ἅπαν Ῥωμαίοις ἡγεμόνα γενέσθαι, καρπωσάμενον δυοῖν βασιλείοιν πλοῦτον, Μιθριδάτου καὶ Τιγράνου.

84.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΡΙ΄.

Idem IV, p. 153, F : Νικόλαος δ' ὁ Δαμασκηνὸς, εἷς τῶν ἀπὸ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων, ἐν τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν τῶν Ἱστοριῶν, Ῥωμαίους ἱστορεῖ παρὰ τὸ δεῖπνον συμβάλλειν μονομαχίας, γράφων οὕτως· « Τὰς τῶν μονομάχων θέας οὐ μόνον ἐν πανηγύρεσι καὶ θεάτροις ἐποιοῦντο Ῥωμαῖοι, παρὰ Τυρρηνῶν παραλαβόντες τὸ ἔθος, ἀλλὰ κἀν ταῖς ἑστιάσεσιν. Ἐκάλουν γοῦν τινες πολλάκις ἐπὶ δεῖπνον τοὺς φίλους ἐπί τε ἄλλοις, καὶ ὅπως ἂν δύο ἢ τρία ζεύγη ἴδοιεν μονομάχων, ὅτε καὶ κορεσθέντες δείπνου καὶ μέθης εἰσεκάλουν τοὺς μονομάχους, καὶ ὁ μὲν ἅμα ἐσφάττετο, αὐτοὶ δ' ἐκρότουν ἐπὶ τούτῳ ἡδόμενοι. Ἤδη δέ τις κἀν ταῖς διαθήκαις γέγραφε γυναῖκας εὐπρεπεστάτας μονομαχῆσαι, ἃς ἐκέκτητο· ἕτερος δὲ παῖδας ἀνήβους ἐρωμένους ἑαυτοῦ. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἠνέσχετο ὁ ὄχλος τὴν παρανομίαν ταύτην, ἀλλ' ἄκυρον τὴν διαθήκην ἐποίησεν. »

85.

Josephus A. J. XIV, 1, 3 : Φίλος δέ τις Ὑρκανοῦ Ἰδουμαῖος, Ἀντίπατρος λεγόμενος, πολλῶν μὲν εὐπορῶν χρημάτων, δραστήριος δὲ τὴν φύσιν ὢν καὶ στασιαστής, ἀλλοτρίως εἶχε πρὸς τὸν Ἀριστόβουλον καὶ διαφόρως, διὰ τὴν πρὸς Ὑρκανὸν εὔνοιαν. Νικόλαος μέντοι φησὶν ὁ Δαμασκηνὸς τοῦτον εἶναι γένος ἐκ τῶν πρώτων Ἰουδαίων τῶν ἐκ Βαβυλῶνος εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀφικομένων. Ταῦτα δὲ λέγει χαριζόμενος Ἡρώδῃ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, βασιλεῖ τῶν Ἰουδαίων ἐκ τύχης τινὸς γενομένῳ· περὶ οὗ κατὰ καιρὸν δηλώσομεν.

86.

Idem ibid. XIV, 4, 3, p. 530 (de Pompeio loquitur Hierosolyma obsidente) : Μάθοι δ' ἄν τις ἐντεῦθεν τὴν ὑπερβολὴν ἧς ἔχομεν περὶ τὸν θεὸν εὐσεβείας καὶ τὴν φυλακὴν τῶν νόμων, μηδὲν ὑπὸ τῆς πολιορκίας διὰ φόβον ἐμποδιζομένων πρὸς τὰς ἱερουργίας, ἀλλὰ δὶς τῆς ἡμέρας, πρωΐ τε καὶ περὶ ἑνάτην ὥραν, ἱερουργούντων ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, καὶ μηδ' εἴ τι περὶ τὰς προσβολὰς δύσκολον εἴη, τὰς θυσίας παριέντων. Καὶ γὰρ ἁλούσης τῆς πόλεως περὶ τρίτον μῆνα τῇ τῆς νηστείας ἡμέρᾳ, κατὰ τὴν ἑνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, ὑπατευόντων Γαΐου Ἀντωνίου καὶ Μάρκου Τυλλίου Κικέρωνος, οἱ πολέμιοι μὲν εἰσπεσόντες ἔσφαττον τοὺς ἐν τῷ ἱερῷ, οἱ δὲ πρὸς ταῖς θυσίαις οὐδὲν

peratis Mithridate et Tigrane regibus, triumphasset, et rationem eorum, quæ gesserat, reddidisset, a pristina frugalitate ad sumptuosum ac delicatum victum descivisse, primumque omnium Romanis ad luxum signa sustulisse, quum duorum regum, Mithridatis ac Tigranis, opibus esset potitus.

84.

E LIBRO CX.

Nicolaus Damascenus Peripateticæ sectæ philosophus libro Historiarum decimo supra centesimum Romanos scribit inter cœnandum gladiatorum paria committere solitos, his verbis : « Gladiatorum autem spectacula non solum in publicis conventibus et amphitheatris edunt Romani, invecto ab Etruscis more, sed etiam inter epulas. Itaque amicos ad cœnam invitant interdum, tum ut alia, tum ut duo triave gladiatorum paria dimicantia iis exhibeant. Igitur postquam vino ac dapibus sese ingurgitarunt, introduci jubent gladiatores; quorum ubi quis jugulatur, universi convivæ plaudunt eo spectaculo exhilarati. Quidam etiam testamento jussit mulieres formosas, quas emerat, ferro inter se dimicare : alius item pueros impuberes, quos in deliciis habuerat. Sed populus eam atrocitatem detestatus testamentum eorum irritum esse jussit. »

85.

Erat Hyrcano amicus quidam Idumæus, nomine Antipater, homo quidem multa abundans pecunia, natura vero gnavus et seditiosus, qui alieno ab Aristobulo erat animo et ab eo dissidebat ex sua in Hyrcanum benevolentia. Nicolaus quidem Damascenus hujus genus a primoribus Judæorum, qui in Judæam venerunt Babylone, deducit. Verum hoc dicit in gratiam Herodis ejus filii, quem fors quædam ad Judæorum regnum evexit : de quo suo tempore dicemus.

86.

Licet hinc discere quam immenso pietatis studio deum colamus et quam observantes legum simus, quod *sacerdotes* ex obsidione nihil præ metu impediti fuerint quominus sacra peragerent, sed bis quotidie, mane et hora nona, rem divinam ad aram fecerint, neque, si quid in oppugnatione difficile inciderit, sacrificia omiserint. Etenim capta urbe, tertio mense, die jejunii, Olympiade centesima septuagesima nona, Caio Antonio et Marco Tullio Cicerone consulibus, quum vi ingressi hostes eos qui erant in fano jugularent, tamen qui sacra procurabant nihilo secius rem

ἧττον ἱερουργοῦντες διετέλουν, οὔτε ὑπὸ τοῦ φόβου τοῦ περὶ τῆς ψυχῆς οὔτε ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἤδη φονευομένων ἀναγκασθέντες ἀποδρᾶναι, πᾶν δ' ὅ τι δέοι παθεῖν τοῦτο παρ' αὐτοῖς ὑπομεῖναι τοῖς βωμοῖς κρεῖττον εἶναι νομίζοντες ἢ παρελθεῖν τι τῶν νομίμων. Ὅτι δὲ οὐ λόγος ταῦτα μόνον ἐστὶν ἐγκώμιον ψευδοῦς εὐσεβείας ἐμφανίζων, ἀλλ' ἀλήθεια, μαρτυροῦσι πάντες οἱ τὰς κατὰ Πομπήϊον πράξεις ἀναγράψαντες, ἐν οἷς καὶ Στράβων καὶ Νικόλαος καὶ πρὸς τούτοις Τίτος Λίβιος, ὁ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας συγγραφεύς.

87.

Joseph. A. J. XIV, 6, 4, p. 534 : Περὶ δὲ τῆς Πομπηίου καὶ Γαβινίου στρατείας ἐπὶ Ἰουδαίους γράφει Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς καὶ Στράβων ὁ Καππάδοξ, οὐδὲν ἕτερος ἑτέρου καινότερον λέγων.

88.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΡΙΔ'.

Athenæus VI, p. 252, D : Λικινίου δὲ Κράσσου, τοῦ ἐπὶ Πάρθους στρατεύσαντος, κόλακά φησι γενέσθαι Νικόλαος ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ἀνδρόμαχον τὸν Καρρηνὸν, ᾧ τὸν Κράσσον πάντα ἀνακοινούμενον προδοθῆναι Πάρθοις ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἀπολέσθαι. Οὐκ ἀτιμώρητος δ' ὑπὸ τοῦ δαιμονίου παρεἰθη ὁ Ἀνδρόμαχος. Μισθὸν γὰρ λαβὼν τῆς πράξεως τὸ τυραννεῖν Καρρῶν τῆς πατρίδος, διὰ τὴν ὠμότητα καὶ βίαν ὑπὸ τῶν Καρρηνῶν πανοικίᾳ ἐνεπρήσθη.

89

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΡΙϚ'.

Idem VI, p. 249, A : Νικόλαος δ' ὁ Δαμασκηνὸς (εἷς δ' ἦν τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου) ἐν τῇ πολυβίβλῳ Ἱστορίᾳ (ἑκατὸν γὰρ καὶ τεσσαράκοντά εἰσι πρὸς ταῖς τέτταρσι), τῇ ἑκκαιδεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ φησιν, Ἀδιάτομον, τὸν τῶν Σωτιατῶν βασιλέα (ἔθνος δὲ τοῦτο Κελτικὸν), ἑξακοσίους ἔχειν λογάδας περὶ αὐτὸν, οὓς καλεῖσθαι ὑπὸ Γαλατῶν τῇ πατρίῳ γλώττῃ σιλοδούρους· τοῦτο δ' ἐστὶν Ἑλληνιστὶ εὐχωλιμαῖοι. Τούτους δ' οἱ βασιλεῖς ἔχουσι συζῶντας καὶ συναποθνήσκοντας, ταύτην ἐκείνων εὐχὴν ποιουμένων· ἀνθ' ἧς συνδυναστεύουσί τε αὐτῷ, τὴν αὐτὴν ἐσθῆτα καὶ δίαιταν ἔχοντες, καὶ

divinam facere perseverabant, neque metu vitæ amittendæ neque jam cæsorum multitudine in fugam compulsi, quicquid pati necesse erat, illud ad aras ipsas sustinere melius putantes quam ut aliquid legibus patriis præscriptum omitterent. Quod autem ista non sint fabula, unice ad falsæ pietatis laudem ostendendam adhibita, sed veritas, testimonio sunt qui res a Pompeio gestas memoriæ prodiderunt, et inter eos Strabo et Nicolaus nec non Titus Livius, historiæ Romanæ scriptor.

87.

De his autem Pompeii et Gabinii contra Judæos expedi tionibus scribit Nicolaus Damascenus et Strabo Cappadox, quorum alter nihil ab altero alienum refert.

88.

E LIBRO CXIV.

Licinii Crassi, ejus qui bellum intulit Parthis, adulatorem fuisse tradit Nicolaus libro centesimo decimo quarto Andromachum quendam Carrenum, ab eoque Crassum, qui omnia consilia cum illo communicabat, proditum Parthis ac perditum fuisse; quod quidem scelus haudquaquam inultum dii reliquerunt. Nam quum in præmium ac mercedem sceleris sui tyrannidem Carrarum, quæ ejus patria erat, accepisset Andromachus, ob crudelitatem ac violentiam a Carrenis cum omni familia crematus est.

89.

E LIBRO CXVI.

Nicolaus Damascenus Peripateticus in immenso Historiarum opere (sunt enim quattuor et quadraginta supra centum libri) libro centesimo decimo sexto narrat : Adiatomum regem Sotiatum (gens est Gallica) sexcentos circa se habuisse lectos homines, quos Galli Soldurios lingua patria vocant : ea vox Græcis devotos significat. Hi cum rege una et vitam agunt et moriuntur, quum eo semet ipsi voto obligaverint; in cujus gratiam ipsi quodammodo participes sunt regni, eodemque quum rege victu ac corporis cultu utun-

88. Fusius rem exponit Plutarchus in Crasso c. 20. Moritur Crassus an. 53. Quæ fr. 89 e libro 116 afferuntur, spectant ad annum 56. Quare suspicio nascitur altero loco libri numerum corruptum esse.

89. Petitum fragmentum ex narratione de P. Crassi in Aquitanos expeditione, Gallici belli anno tertio (56 a C. v. Cæsar. B. G. III, 20 sqq. Dio Cass. XXXIX, 46. Florus III, 10, 7. Orosius VI, 8). Crassus oppidum Sotiatum oppugnavit. Oppidani tandem petunt ut se in deditionem Crassus recipiat. « *Qua re impetrata arma tradere jussi faciunt. Atque in ea re omnium nostrorum intentis animis, alia ex parte oppidi Adcantuannus, qui summam imperii tenebat, cum sexcentis devotis, quos illi Soldurios appellant (quorum hæc est conditio, uti omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderint; si quid iis per vim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant : neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui, eo interfecto*

συναποθνήσκουσι κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην, εἴτ' ἐν νόσῳ τελευτήσειε βασιλεὺς, εἴτε πολέμῳ, εἴτ' ἄλλως πως. Καὶ οὐδεὶς εἰπεῖν ἔχει τινὰ ἀποδειλιάσαντα τούτων τὸν θάνατον, ὅταν ἥκῃ βασιλεῖ, ἢ διεκδύντα.

90.

Plutarch. Brut. 53, 2 : Τὸν δὲ Βροῦτον ὁ Ἀντώνιος ἀνευρὼν τεθνηκότα τὸ μὲν σῶμα τῇ πολυτελεστάτῃ τῶν ἑαυτοῦ φοινικίδων περιβαλεῖν ἐκέλευσεν, ὕστερον δὲ τὴν φοινικίδα κεκλεμμένην αἰσθόμενος ἀπέκτεινε τὸν ὑφελόμενον. Τὰ δὲ λείψανα πρὸς τὴν μητέρα τοῦ Βρούτου Σερβιλίαν ἀπέπεμψε. Πορκίαν δὲ τὴν Βρούτου γυναῖκα Νικόλαος ὁ φιλόσοφος ἱστορεῖ καὶ Οὐαλέριος Μάξιμος βουλομένην ἀποθανεῖν, ὡς οὐδεὶς ἐπέτρεπε τῶν φίλων, ἀλλὰ προσέκειντο καὶ παρεφύλαττον, ἐκ τοῦ πυρὸς ἀνασπάσασαν ἄνθρακας καταπιεῖν καὶ τὸ στόμα συγκλείσασαν καὶ μύσασαν οὕτω διαφθαρῆναι. Καίτοι φέρεταί τις ἐπιστολὴ Βρούτου πρὸς τοὺς φίλους ἐγκαλοῦντος αὐτοῖς καὶ ὀλοφυρομένου περὶ τῆς Πορκίας, ὡς ἀμεληθείσης ὑπ' αὐτῶν καὶ προελομένης διὰ νόσον καταλιπεῖν τὸν βίον. Ἔοικεν οὖν ὁ Νικόλαος ἠγνοηκέναι τὸν χρόνον, ἐπεὶ τό γε πάθος καὶ τὸν ἔρωτα τῆς γυναικὸς καὶ τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς ὑπονοῆσαι δίδωσι καὶ τὸ ἐπιστολιον, εἴπερ ἄρα τῶν γνησίων ἐστίν.

91.

Strabo XV, p. 719 : Προσθείη δ' ἄν τις τούτοις καὶ τὰ παρὰ τοῦ Δαμασκηνοῦ Νικολάου. Φησὶ γὰρ οὗτος ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ ἐπὶ Δάφνῃ παρατυχεῖν τοῖς Ἰνδῶν πρέσβεσιν, ἀριγμένοις παρὰ Καίσαρα τὸν Σεβαστόν. Οὓς ἐκ μὲν τῆς ἐπιστολῆς πλείους δηλοῦσθαι, σωθῆναι δὲ τρεῖς μόνους, οὓς ἰδεῖν φησι, τοὺς δ' ἄλλους ὑπὸ μήκους τῶν ὁδῶν διαφθαρῆναι τὸ πλέον. Τὴν δ' ἐπιστολὴν ἑλληνίζειν ἐν διφθέρᾳ γεγραμμένην, δηλοῦσαν, ὅτι Πῶρος εἴη γράψας· ἑξακοσίων δὲ ἄρχων βασιλέων, ὅμως περὶ πολλοῦ ποιεῖτο φίλος εἶναι Καίσαρι καὶ ἕτοιμος εἴη δίοδόν τε παρέχειν ὅπῃ βούλεται, καὶ συμπράττειν ὅσα καλῶς ἔχει. Ταῦτα μὲν ἔφη λέγειν τὴν ἐπιστολήν, τὰ δὲ κομισθέντα δῶρα προσενέγκαι ὀκτὼ οἰκέτας γυμνοὺς ἐν περιζώμασι, καταπεπασμένους ἀρώμασιν· εἶναι δὲ τὰ δῶρα τόν τε Ἑρμᾶν ἀπὸ τῶν ὤμων ἀῤῥηγμένον ἐκ νηπίου τοὺς βραχίονας, ὃν καὶ ἡμεῖς εἴδομεν, καὶ ἐχίδνας μεγάλας, καὶ ὄφιν πηχῶν δέκα, καὶ χελώνην ποταμίαν τρίπηχυν, πέρδικα δὲ μείζω γυπός. Συνῆν δὲ, ὥς φασι, καὶ ὁ Ἀθήνησι κα-

tur. Ceterum quum rex sive morbo sive in prælio sive alia qua causa interiit, simul ipsis moriendi necessitas incumbit; neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui mortuo rege mori recusaverit.

90.

Bruti cadaver inventum Antonius pretiosissima suarum punicearum tunicarum involvi jussit, et furem, a quo eam subtractam sensit, interfecit. Reliquias autem ad matrem Bruti Serviliam misit. Porciam vero, Bruti uxorem, Nicolaus philosophus et Valerius Maximus memorant, quum mortis cupida ab amicis prohiberetur, qui ei adhærebant assidui eamque observabant, carbones ex igne arreptos deglutisse, oreque clauso ita suffocatam periisse. Sane Bruti ad amicos epistola circumfertur, qua eos incusat casumque Porciæ deplorat, quæ ab ipsis neglecta propter morbum mortem sibi consciscere delegerit. Videtur igitur Nicolaus ignorasse mortis tempus, quando ea epistola, si quidem est genuina, morbum amoremque uxoris et mortis modum significat.

91.

His adjici possunt quæ a Nicolao Damasceno dicuntur. Narrat hic, se Antiochiæ ad Daphnen Indorum vidisse legatos, qui ad Cæsarem Augustum venerant. In epistola quidem plures fuisse memoratos, sed tres tantum superfuisse, quos ab se visos ait, ceteris longitudine itineris magna ex parte absumptis. Epistolam porro Græcam fuisse in membrana scriptam, in qua significaretur, Porum esse qui scriberet : quamvis sexcentis regibus imperaret, Cæsaris tamen amicitiam magni pendere, et paratum esse aditum ei, quacumque velit, concedere, opemque, modo jus fasque sit, ferre. Hæc in epistola dicit contenta fuisse. Allata præterea esse dona ab octo servis nudis subligaculo cinctis et omni aromatum genere delibutis. Ea fuisse Herman brachiis truncum a puero, quem et nos vidimus, tum viperas ingentes et anguem cubitûm decem et testudinem fluviatilem trium cubitûm et perdicem vulture majorem. Aderat etiam, ut aiunt, is, qui semet ipse Athenis crema-

cujus se amicitiæ devovisset, mortem recusaret), cum iis Adcantuannus, eruptionem facere conatus, clamore ab ea parte munitionis sublato, quum ad arma milites concurrissent, vehementerque ibi pugnatum esset, repulsus in oppidum, tamen uti eadem deditionis conditione uteretur, a Crasso impetravit. » Hæc Cæsar III, 22. E Cæsare, ut videtur, Nicolaus.

91. Cf. Dio Cass. LIV, 9. Fidem narrationis in dubium vocat, nescio quo jure, Bohlen. *Das alte Indien* tom. I, p. 70, not. 222. — ἀπὸ Βαργόσης] « Nomen Βαργόση frustra quæsivi apud veteres. Videtur intelligenda urbs Barygaza, nobilissimum Indorum emporium, hodie *Baroantsch*. Vide Mannert. *Geogr.* tom. V, p. 181. » Orelli. Cf. Forbiger. *Geogr.* II, p. 506.

ταχαύσας ἑαυτόν. Ποιεῖν δὲ τοῦτο τοὺς μὲν ἐπὶ κακοπραγίᾳ, ζητοῦντας ἀπαλλαγὴν τῶν παρόντων, τοὺς δ' ἐπ' εὐπραγίᾳ, καθάπερ τοῦτον· ἅπαντα γὰρ κατὰ γνώμην πράξαντα μέχρι νῦν, ἀπιέναι δεῖν, μή τι τῶν ἀβουλήτων χρονίζοντι συμπέσῃ· καὶ δὴ καὶ γελῶντα ἅλασθαι γυμνὸν ἐπαληλειμμένον ἐν περιζώματι ἐπὶ τὴν πυράν. Ἐπιγεγράφθαι δὲ τῷ τάφῳ·

ΖΑΡΜΑΝΟΣ ΧΗΓΑΝ

ΙΝΔΟΣ ΑΠΟ ΒΑΡΓΟΣΗΣ

ΚΑΤΑ ΤΑ ΠΑΤΡΙΑ ΙΝΔΩΝ ΕΘΗ

ΕΑΥΤΟΝ ΑΠΑΘΑΝΑΤΙΣΑΣ ΚΕΙΤΑΙ.

92.

ΕΚ ΤΩΝ ΒΙΒΛ. ΡΚΓ΄ ΚΑΙ ΡΚΔ΄.

Josephus A. J. XII, 3, 2: Ὅμοιον δέ τι τούτων καὶ Μάρκον Ἀγρίππαν φρονήσαντα περὶ τῶν Ἰουδαίων οἴδαμεν. Τῶν γὰρ Ἰώνων κινηθέντων ἐπ' αὐτοὺς καὶ δεομένων τοῦ Ἀγρίππα, ἵνα τῆς πολιτείας, ἣν αὐτοῖς ἔδωκεν Ἀντίοχος ὁ Σελεύκου υἱωνός, ὁ παρὰ τοῖς Ἕλλησι Θεὸς λεγόμενος, μόνοι μετέχωσιν, ἀξιούντων δ', εἰ συγγενεῖς εἰσὶν αὐτοῖς Ἰουδαῖοι, σέβεσθαι τοὺς ἰδίους αὐτῶν θεούς, καὶ δίκης περὶ τούτων συστάσης, ἐνίκησαν οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς αὑτῶν ἔθεσι χρῆσθαι, συνηγορήσαντος αὐτοῖς Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Ὁ γὰρ Ἀγρίππας ἀπεφήνατο μηδὲν αὐτῷ καινίζειν ἐξεῖναι. Τὸ δ' ἀκριβὲς εἴ τις βούλεται καταμαθεῖν, ἀναγνώτω τῶν Νικολάου Ἱστοριῶν τὴν ἑκατοστὴν καὶ εἰκοστὴν τρίτην καὶ τετάρτην (1).

Idem ib. XVI, 2, 3.: Τότε δὲ περὶ τὴν Ἰωνίαν αὐτῶν γενομένων (Agrippam et Herodem dicit ex Ponto reduces), πολὺ πλῆθος Ἰουδαίων, ὃ τὰς πόλεις ᾤκει, προσῆλθε, καιροῦ καὶ παρρησίας ἐπειλημμένοι· καὶ τὰς ἐπηρείας ἔλεγον, ἃς ἐπηρεάζοντο, μήτε νόμοις οἰκείοις ἐῶμενοι χρῆσθαι, δίκας τε ἀναγκαζόμενοι διδόναι κατ' ἐπήρειαν τῶν εὐθυνόντων ἐν ἱεραῖς ἡμέραις, καὶ τῶν εἰς Ἱεροσόλυμα χρημάτων ἀνατιθεμένων ἀφαιροῖντο, στρατειῶν καὶ λειτουργιῶν ἀναγκαζόμενοι κοινωνεῖν, καὶ πρὸς ταῦτα δαπανᾶν τῶν ἱερῶν χρημάτων,

vit: quod quidem alii in rebus adversis facere dicuntur, ut præsentia mala effugiant, alii in secundis rebus, quemadmodum hic, de quo agimus. Nam quum omnia ex sententia hactenus illi successissent, abeundum sibi censuit e vita, ne quid adversi accideret moranti diutius. Adeoque ridentem illum et nudum unctumque in rogum insiliisse aiunt; ejus tumulo inscriptum esse:

HIC SITUS EST ZARMANUS CHEGAN

INDUS E BARGOSA

QUI MORE INSTITUTOQUE INDORUM

SE E VITA EDUXIT.

92.

E LIBRIS CXXIII ET CXXIV.

M. quoque Agrippam similiter erga Judæos affectum fuisse accepimus. Nam quum Iones adversus eos graviter concitati rogassent Agrippam, ut civitatis, quam eis dederat Antiochus Seleuci nepos, is qui a Græcis Deus est cognominatus, soli ipsi participes essent, postularentque, si quidem Judæi ejusdem generis esse vellent, ut eosdem quoque deos colerent: quum res] in judicium venisset, causam obtinuerunt Judæi, ut suis moribus sibi vivere liceret, Nicolai Damasceni patrocinio usi. Agrippa enim pronunciavit, nihil sibi innovandum videri. Quæ si quis volet exactius cognoscere, is legat Historiarum Nicolai libros vicesimum tertium quartumque supra centesimum.

Tunc vero quum in Ioniam venissent, magna Judæorum multitudo, qui urbes illas incolebant, ad Agrippam, occasione fiduciaque sumpta, se contulerunt: et apud eum de injuriis, quæ sibi fierent, expostulabant, ut qui suis uti legibus prohibeantur, et sacris diebus in jus vocentur magistratuum iniquitate, et pecuniis spolientur quas Hierosolyma mittere vellent, coganturque ad obeundam militiam et publica munera, et in ea sacras pecunias insumere, quibus semper soluti essent, quum ipsis Romani secundum

92. Quæ sequuntur ex Josepho fragmenta fere omnia pertinent ad historiam Herodis. In qua quum Nicolaus non tam fidei narrationis, quam regis gloriæ consuluisse perhibeatur (Joseph. XVI, 7, 1. fr. 67), consentaneum est ea certissime ex Nicolao Josephum mutuatum dici, quæ vel in laudem regis vel ad crimina ab eo avertenda afferuntur, ita tamen, ut simul aliorum narratio opponatur. Cadit hoc tum in alia nonnulla, tum in ea quæ lib. XV, 6, 2 de causa dicuntur, cur Hyrcanum Herodes interfecerit. Qua exposita, Josephus subjicit: Ταῦτα δὲ γράφομεν ἡμεῖς ὡς ἂν ἐν τοῖς ὑμομνήμασι τοῖς τοῦ βασιλέως Ἡρώδου περιείχετο. Τοῖς δὲ ἄλλοις οὐ κατὰ ταῦτα συμφωνεῖ· τὸν γὰρ Ἡρώδην οὐκ ἐπὶ τοιούτοις ζοκοῦσιν, ἀλλ' ἐξ ἐπιβουλῆς μᾶλλον Ὑρκανῷ τὴν αἰτίαν ἐπαγαγόντα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀποκτεῖναι. κτλ. Quæ non ita sunt intelligenda, ut Commentarios ab ipso rege de rebus suis in publicum editos a Josepho inspectos esse putemus; nam neque aliunde de iis constat, nec omnino probabile est scribendis iis operam dedisse regem multis ad mortem usque negotiis districtum, cuique Nicolaus ἱστοριογράφος præsto adesset. Verum hic ipse Nicolaus, ut fidem dictis conciliaret, ad regiarum chartarum testimonia provocasse censendus est. Ceterum eundem plane auctorem redolent quæ mox sequuntur apud Josephum XV, 7, 6, de animi altitudine, quam oratione ad Cæsarem habita Herodes ostenderit. — (1) Uberius rem Josephus suo loco exponit libro XVI, 2, 3. Quare hunc locum fragmento subjunximus.

ὧν ἀφείδησαν ἀεὶ, Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπιτρεψάντων κατὰ τοὺς οἰκείους ζῆν νόμους. Τοιαῦτα καταβοώντων, παρῆτήσατο μὲν ὁ βασιλεὺς ἀκοῦσαι τὸν Ἀγρίππαν αὐτῶν δικαιολογουμένων. Νικόλαον δέ τινα τῶν αὐτοῦ φίλων ἔδωκεν εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτῶν τὰ δίκαια. Τοῦ δὲ Ἀγρίππα Ῥωμαίων τε τοὺς ἐν τέλει, καὶ βασιλέων καὶ δυναστῶν τοὺς παρόντας αὐτῷ συνέδρους ποιησαμένου, καταστὰς ὁ Νικόλαος ὑπὲρ τῶν Ἰουδαίων ἔλεξεν (2).

patrias leges vivere permisissent. Hæc dum vociferantur, rogavit Herodes Agrippam, ut illorum rationes audire vellet, allegavitque quendam suum amicum, nomine Nicolaum, qui Judæorum causam ageret. Quumque assessores sibi advocasset Agrippa Romanorum primores et qui aderant reges et principes, Nicolaus pro Judæis dicere aggressus est.

93.

Idem ib. XVI, 7, 1 : Ὁ γὰρ Ἡρώδης, πολλοῖς ἀναλώμασιν εἴς τε τὰς ἔξω καὶ τὰς ἐν τῇ βασιλείᾳ χρώμενος [χορηγίας], ἀκηκοὼς ἔτι τάχιον, ὡς Ὑρκανὸς ὁ πρὸ αὐτοῦ βασιλεὺς, ἀνοίξας τὸν Δαυίδου τάφον, ἀργυρίου λάβοι τρισχίλια τάλαντα, κειμένων πολὺ πλειόνων ἔτι, καὶ δυναμένων εἰς ἅπαν ἐπαρκέσαι ταῖς χορηγίαις, ἐκ πλείονος μὲν δι' ἐννοίας εἶχε τὴν ἐπιχείρησιν, ἐν δὲ τῷ τότε, νυκτὸς ἀνοίξας τὸν τάφον εἰσέρχεται, πραγματευσάμενος ἥκιστα μὲν ἐν τῇ πόλει φανερὸς εἶναι, παρειληφὼς δὲ τοὺς πιστοτάτους τῶν φίλων. Ἀποθέσιμα μὲν οὖν χρήματα, καθάπερ Ὑρκανὸς, οὐχ εὗρε, κόσμον δὲ χρυσοῦ καὶ κειμηλίων πολὺν, ὃν ἀνείλετο πάντα. Σπουδὴν δ' εἶχεν, ἐπιμελιστέραν ποιούμενος τὴν ἔρευναν, ἐνδοτέρω τε χωρεῖν, καὶ κατὰ τὰς θήκας, ἐν αἷς ἦν τοῦ Δαυίδου καὶ τοῦ Σολομῶνος τὰ σώματα. Καὶ δύο μὲν αὐτῷ τῶν δορυφόρων διεφθάρησαν, φλογὸς ἔνδοθεν εἰσιούσης ἀπαντώσης, ὡς ἐλέγετο· περίφοβος δ' αὐτὸς ἐξῆλθε, καὶ τοῦ δέους ἱλαστήριον μνῆμα λευκῆς πέτρας ἐπὶ τῷ στομίῳ κατεσκευάσατο, πολυτελὲς τῇ δαπάνῃ. Τούτου καὶ Νικόλαος, ὁ κατ' αὐτὸν ἱστοριογράφος, μέμνηται τοῦ κατασκευάσματος, οὐ μὴν ὅτι κατῆλθεν, οὐκ εὐπρεπῆ τὴν πρᾶξιν ἐπιστάμενος. Διατελεῖ δὲ καὶ τὰ ἄλλα τοῦτον τὸν τρόπον χρώμενος τῇ γραφῇ. Ζῶν τε γὰρ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ συνὼν αὐτῷ, κεχαρισμένος ἐκείνῳ καὶ καθ' ὑπηρεσίαν ἀνέγραφε, μόνων ἁπτόμενος τῶν πρὸς εὔκλειαν αὐτῷ φερόντων, πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἐμφανῶς ἀδίκων ἀντικατασκευάζων, καὶ μετὰ πάσης σπουδῆς ἐπικρυπτόμενος· ὅς γε καὶ τὸν Μαριάμμης θάνατον, καὶ τῶν παίδων αὐτῆς, οὕτως ὠμῶς τῷ βασιλεῖ πεπραγμένον, εἰς εὐπρέπειαν ἀνάγειν βουλόμενος, ἐκείνης τε ἀσέλγειαν καὶ τῶν νεανίσκων ἐπιβουλὰς καταψεύδεται, καὶ διατετέλεκε τῇ γραφῇ τὰ μὲν πεπραγμένα δικαίως τῷ βασιλεῖ περιττότερον ἐγκωμιάζων, ὑπὲρ δὲ τῶν παρανομηθέντων ἐσπουδασμένως ἀπολογούμενος. Ἐκείνῳ μὲν οὖν πολλὴν ἄν τις, ὡς ἔφην, ἔχοι τὴν συγγνώμην· οὐ γὰρ ἱστορίαν τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ ὑπουργίαν τῷ βασιλεῖ ταύτην ἐποιεῖτο.

93.

Herodes autem quum multas erogationes domi forisque faceret, audito, Hyrcanum, qui ante ipsum regnaverat, aperto Davidis sepulcro, tria inde millia talentorum argenti abstulisse, quum multo plura restarent sumptus quamvis magnos expletura, jam dudum quidem id imitari in animo habuerat. Hoc vero tempore noctu aperto monumento intrat, sollicitus, ne per urbem hoc innotesceret, ideoque amicorum nonnisi fidissimos assumpserat. Depositas tamen pecunias, ut Hyrcanus, non invenit, sed multum in ornatu auri et gemmarum, quæ abstulit omnia. Voluit et ad diligentiorem indaginem interius penetrare ad conditoria corporum Davidis et Salomonis, sed duo ex ipsius comitatu perierunt, flamma, ut fertur, e penetralibus erumpente. Queis ipse territus piando facinori ad os monumenti opus struxit magni impendii e marmore. Et operis quidem hujus meminit Nicolaus, qui illa ætate historiam scripsit, sed non et regis descensum illum commemorat, gnarus factum id non ex honesto esse, eundemque morem ubique in scribendis rebus servat. Nam quum vivente illo et regnante scriberet, regi, cujus gratiam magni faciebat, obsecutus est, eaque tantum attigit, quæ ad ipsius gloriam pertinerent. Contra vero, quæ haud dubie facta erant improbe, ea aut quæsito colore pinxit, aut obduxit silentio. Nam et Mariamnes filiorumque ejus cædem crudeliter a rege patratam specie aliqua recti excolere quum vellet, illius impudicitiam, horum etiam insidias confinxit. Atque ita passim in omni scriptione recte a rege Herode facta supra modum prædicat, peccata vero laboriose excusat. Sed ei forte aliquis veniam det; neque enim in posteritatis usum historiam scribebat, sed operam hanc regi gratificabatur.

(2) Sequitur Nicolai oratio longissima, quam apud ipsum Josephum legas.

94.

Joseph. A. J. XVI, 9, 4 : Πέρας οὐδὲν ὁρῶν τῶν περιεστώτων κακῶν (1), ἔγνω πάλιν εἰς Ῥώμην ἀποστέλλειν, εἴ τι δύναιτο μετριώτερον εὑρεῖν διά τε τῶν φίλων καὶ πρὸς αὐτὸν Καίσαρα τὴν ἐντυχίαν ποιησόμενος· κἀκεῖ μὲν ὁ Δαμασκηνὸς ἀπῆει Νικόλαος.

Idem ib. XVI, 10, 8 : Τὰ γὰρ περὶ τὴν Νικολάου πρεσβείαν ἀπέβη τοῦτον τὸν τρόπον. Ὡς ἀνῆλθεν εἰς τὴν Ῥώμην καὶ περὶ τὴν αὐλὴν ἐγένετο, πρῶτον μὲν οὐκ ἐφ' οἷς ἐληλύθει μόνον, ἀλλὰ καὶ Συλλαίου κατηγορεῖν ἠξίου. Καὶ οἱ Ἄραβες ὄῆλοι πρὸ τῆς ἐντυχίας ἦσαν ἀλλήλους πολεμοῦντες, καὶ ὑπονοστήσαντες ἐξ αὐτοῦ καὶ τῷ Νικολάῳ προσελθόντες τὰς ἀδικίας ἁπάσας ἐμήνυον, καὶ τῶν Ὀβόδου ὡς διαφθαρέντων πλείστων ἐκφανῆ τεκμήρια παρέχοντες. Ἦσαν γὰρ καὶ τῶν γραμμάτων αὐτοῦ κατὰ τὴν ἀπόστασιν ὑφῃρημένοι, καὶ διὰ τούτων ἤλεγχον. Ὁ δὲ Νικόλαος ἐπιτυχίαν ταύτην ὁρῶν αὐτῷ προσγεγενημένην, ὅτ' αὐτῆς ἐπραγματεύετο τὸ μέλλον, ἐπείγων ἔλθειν εἰς διαλλαγὰς Ἡρῴδῃ ποιῆσαι Καίσαρα· σαφῶς γὰρ ἠπίστατο βουλομένῳ μὲν ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν ἔπραξεν οὐκ ἔσεσθαι παρρησίαν· ἐθέλοντι δὲ κατηγορεῖν Συλλαίου, γενήσεσθαι καιρὸν ὑπὲρ Ἡρῴδου λέγειν. Συνεστώτων οὖν ἐπ' ἀλλήλους καὶ δοθείσης ἡμέρας, Νικόλαος, παρόντων αὐτῷ τῶν Ἀρέτα πρέσβεων, τά τε ἄλλα κατηγόρει τοῦ Συλλαίου, τήν τε τοῦ βασιλέως ἀπώλειαν λέγων καὶ πολλῶν Ἀράβων, χρήματά τε ὡς εἴη δεδανεισμένος ἐπ' αὐδὲν ὑγιὲς, καὶ μοιχείας ἐξελέγχων οὐ τῶν ἐν Ἀραβίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ γυναικῶν· προσετίθει δὲ τὸ μέγιστον, ὡς ἐξαναστήσειε Καίσαρα, μηδὲν ἀληθὲς διδάξας ὑπὲρ τῶν Ἡρῴδῃ πεπραγμένων. Ὡς δὲ ἦκεν ἐπὶ τοῦτον τὸν τόπον, ὁ μὲν Καῖσαρ ἐξεῖργεν αὐτὸν τοῦτο μόνον ἀξιῶν ὑπὲρ Ἡρῴδου λέγειν, ὡς οὐ στρατιὰν ἤγαγεν εἰς Ἀραβίαν, μηδὲ δισχιλίους καὶ πεντακοσίους ἀποκτείνειεν τῶν ἐκεῖ, μηδὲ αἰχμαλώτους λάβοι τὴν χώραν διαρπάσας. Πρὸς ταῦτα ὁ Νικόλαος, « Ὑπὲρ τούτων, ἔφη, καὶ μάλιστα διδάξειν, ὅτι μηδὲν ἢ τὰ πλεῖστά γε αὐτῶν οὐ γέγονεν, ὡς σὺ ἀκήκοας, καὶ δίκαιον ἦν ἐπ' αὐτοῖς χαλεπῶς φέρειν. » Πρὸς δὲ τὸ παράδοξον Καίσαρος ἐνδόντος αὐτὸν ἀκροατὴν, τὸ δάνειον εἰπὼν τῶν πεντακοσίων ταλάντων καὶ τὴν συγγραφὴν, ἐν ᾗ καὶ τοῦτο ἦν προσγεγραμμένον, ἐξεῖναι τῆς προθεσμίας παρελθούσης ῥύσια λαμβάνειν ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας, τὴν μὲν στρατείαν οὐκ ἐπιστρατείαν ἔλεγεν, ἀλλὰ δικαίαν τῶν ἰδίων ἀπαίτησιν χρημάτων· καὶ μηδὲ ταχὺ ταύτην, μηδὲ ὡς ἐπέτρεπον αἱ συγγραφαὶ ** πολλάκις μὲν ἐπὶ Σατουρνῖνον ἐλθόντα καὶ Οὐολόμνιον τοὺς τῆς Συρίας ἡγεμόνας, « τελευταῖον δὲ ἐν Βηρυτῷ τούτων ἐναντίον Συλλαίου τὴν σὴν τύχην ἐπομόσαντος,

94.

Quum nullum tot malorum finem reperiret Herodes, constituit iterum Romam mittere, si quid amicorum gratia et precibus apud Cæsarem impetrare æquius posset. Legationem suscepit Nicolaus Damascenus.

Nicolai legatio hunc in modum successit. Is postquam Romam et in aulam venerat, non ea tantum, quorum ergo missus, exsequi, sed ultro Syllæum accusare constituit. Nam Arabes, priusquam cum iis colloqueretur, aperte inter se dissentiebant, quorum nonnulli quum se a Syllæo subduxissent, ad Nicolaum se applicuere, facta omnia injusta ei indicantes, manifestisque indiciis ostendentes, eum multos ex Obodæ hominibus interfecisse : quum enim discessionem fecissent, subreptæ erant literæ, quibus ipsum redarguebant. Quam rem sibi valde opportunam videns Nicolaus, ea utebatur ad id quod sibi agendum erat, modis omnibus studens, ut Cæsarem cum Herode in gratiam redire faceret. Certo enim sciebat, si vellet Herodis facta defendere, non habiturum audientiam; sin Syllæum accusare constitueret, fore ut occasio sibi daretur Herodis causam melius agendi. Contestata igitur lite dictaque die, Nicolaus, adsistentibus sibi Aretæ legatis, et alia Syllæo objiciebat, et quod regi suo Arabumque multis perniciem attulisset, quodque ad perturbandum statum pecunias mutuo sumpsisset; eum etiam arguebat mulieres corrupisse tam Romæ quam in Arabia : et, quod maximum esset, adjiciebat, Cæsarem alienasse, quod ipsum nihil veri de gestis ab Herode docuerit. Ubi autem ad hunc locum ventum est, eum interpellabat Cæsar, jubens hoc unum diceret de Herode, annon exercitum in Arabiam duxisset et bis mille et quingentos homines illic occidisset, et direpto agro abduxisset captivos? Ad hæc Nicolaus, de his se vel maxime, ait, docere posse, hæc partim nihil habere veri, partim non ita facta ut tu accepisti, nec ut ob ea merito succensere Herodi debeas. His præter opinionem auditis, et Cæsare attentiorem se præbente, quum narrasset de quingentis talentis mutuo datis, et de syngrapha, in qua cautum fuerat ut liceret Herodi, ubi dies præstituta cessisset, pignora capere ex universa Arabum terra, hanc expeditionem non expeditionem esse dixit, sed justis de causis pecuniæ sibi debitæ exactionem. Neque tamen huc festinanter decurrisse Herodem, sed post aditos aliquoties Syriæ duces Saturnium et Volumnium : « denique, postquam apud Berytum his coram Syllæus per tuam fortunam jurasset, omnino

94. Quæ sequuntur, etsi non laudatis Nicolai historiis afferuntur, apponenda tamen curavimus, quod ad Nicolai res gestas pertinent et probabiliter magnam partem ex Nicolai opere deprompta sunt. — 1. Loquitur de Herode qui ob irruptionem in Arabiam factam accusatus apud Cæsarem, quum legati ad causam defendendam Romam missi re infecta re-

ἢ μὴν ἐντὸς ἡμερῶν τριάκοντα παρέξειν τὰ χρήματα καὶ τοὺς ἐκ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἡρώδου πεφευγότας. Ὧν οὐδὲν ποιήσαντος Συλλαίου, πάλιν ἐπὶ τοὺς ἡγεμόνας ἐλθεῖν Ἡρώδην, κἀκείνων ἐφέντων αὐτῷ λαμβάνειν τὰ ῥύσια, μόλις οὕτως ἐξελθεῖν σὺν τοῖς περὶ αὐτόν. Ὁ μὲν δὴ πόλεμος, ὡς οὗτοι τραγῳδοῦντες ἔλεγον, καὶ τὰ τῆς ἐπιστρατείας τοιαῦτα. Καίτοι πῶς ἂν εἴη πόλεμος, ἐπιτρεψάντων μὲν τῶν σῶν ἡγεμόνων, δεδωκυίας δὲ τῆς συνθήκης, ἠσεβημένου δὲ μετὰ τῶν ἄλλων θεῶν καὶ τοῦ σοῦ, Καῖσαρ, ὀνόματος; Τὰ δὲ περὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἐξῆς ἤδη λεκτέον. Λησταὶ τῶν τὸν Τράχωνα κατοικούντων τεσσαράκοντα τὸ πρῶτον, εἶτα αὖθις πλείονες, τὰς Ἡρώδου κολάσεις διαφεύγοντες, ὁρμητήριον ἐποιήσαντο τὴν Ἀραβίαν. Τούτους ὑπεδέξατο Συλλαῖος ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους τρέφων, καὶ χώραν ἔδωκε νέμεσθαι, καὶ τὰ κέρδη τῶν λῃστῶν αὐτὸς ἐλάμβανεν. Ὡμολόγησε δὲ καὶ τούτους ἐπὶ τοῖς ὅρκοις ἀποδώσειν κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ δανείου προθεσμίαν, καὶ δύναιτο ἂν οὐκ ἐπιδεῖξαι κατὰ τὸ παρὸν ἄλλον τινὰ τῆς Ἀράβων χώρας ἢ τούτους ἐξῃρημένους, οὐδὲ πάντας, ἀλλ' ὅσοι μὴ λαθεῖν ἴσχυσαν. Οὕτως οὖν καὶ τοῦ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπιφθόνου συκοφαντήματος πεφηνότος, μέγιστον, ὦ Καῖσαρ, κατάμαθε πλάσμα καὶ ψεῦσμα πρὸς τὴν σὴν ὀργὴν αὐτῷ ποιηθέν. Φημὶ γὰρ, ἐπελθούσης ἡμῖν τῆς Ἀράβων δυνάμεως, καὶ τῶν περὶ Ἡρώδην πεσόντος ἑνὸς καὶ δευτέρου, τότε μόλις ἀμυνομένου, Νάκεβον τὸν στρατηγὸν αὐτῶν καὶ περὶ πέντε καὶ εἴκοσι συνέβη πεσεῖν τοὺς πάντας, ὧν ἕκαστον αὐτὸς εἰς ἑκατὸν ἀναφέρων δισχιλίους καὶ πεντακοσίους τοὺς ἀπολωλότας ἔλεγε. »

Ταῦτα μᾶλλον ἐκίνει τὸν Καίσαρα, καὶ πρὸς τὸν Συλλαῖον ἐπιστραφεὶς, ὀργῆς μεστὸς, ἀνέκρινεν, ὁπόσοι τεθνήκασι τῶν Ἀράβων. Ἀπορουμένου δὲ αὐτοῦ καὶ πεπλανῆσθαι λέγοντος, αἵ τε συνθῆκαι τῶν δανείων ἀνεγινώσκοντο, καὶ τὰ τῶν ἡγεμόνων γράμματα, πόλεις τε ὅσαι λῃστήρια κατῃτιῶντο. Καὶ πέρας εἰς τοῦτο κατέστη Καῖσαρ, ὡς τοῦ μὲν Συλλαίου καταγνῶναι θάνατον, Ἡρώδῃ δὲ διαλλάττεσθαι, μετάνοιαν ἐφ' οἷς ἐκ διαβολῆς πικρότερον ἔγραψεν αὐτῷ πεπονθὼς, καί τι τοιοῦτον εἰπεῖν εἰς Συλλαῖον, ὡς ἀναγκάσειεν αὐτὸν ψευδεῖ λόγῳ πρὸς ἄνδρα φίλον ἀγνωμονῆσαι (2).

intra trigesimum diem se et nomen exsoluturum, et dedituram qui ex ditione Herodis in Arabiam profugerant. Et quum horum nihil Syllæus præstitisset, iterum ab Herode appellatos duces; quumque hi ei permisissent pignora capere, vix tandem cum suis profectum in Arabiam. Equidem hoc, inquit, est, quod tragice exaggerantes bellum appellant, atque ejusmodi erat ista expeditio At quomodo bellum dicatur hæc juris persecutio post impetratam a ducibus tuis veniam, idque ex præscripto cautionis, post violatum et deorum aliorum numen et tui, Cæsar, nominis majestatem? Jam restat dicere, quæ ad captos homines pertinent. Quum Trachonitæ latrocinari cœpissent, quadraginta primum, mox etiam complures, ne ab Herode ad supplicium raperentur, in Arabiam perfugerunt. Hos recepit Syllæus, et omnium hominum in damnum aluit, locumque ad habitandum dedit, imo et horum ex latrociniis quæstus partem in se vertit. Eodem tamen juramento spopondit, hos se dedituram illa ipsa die, quæ et pecuniæ solvendæ erat præstituta; nec potest ostendere in præsenti quenquam alium præter hos ex Arabia abductum, ac ne hos quidem omnes, sed qui latebras reperire nequibant. Jam quum videris illud invidiæ plenum de hominibus captis nihil esse nisi calumniam, rogo aliud, Cæsar, cognoscas nequissimum figmentum et mendacium, quo usus hic est, ut te ad iram concitaret. Pro cognito enim affirmo, quum in nostras partes irrupisset Arabum exercitus, et eorum qui Herodi parebant unus atque alter periissent, tum demum, et non ante, sua tutante Herode, occubuisse Nacebum illorum ducem, et una homines non supra viginti quinque, e quorum iste singulis centenos faciens, bis mille et quingentos narrabat occisos. »

Cæsarem jam ante nutantem hæc maxime commoverunt; et ad Syllæum versus, jam manifestus iræ, quærit, quot Arabes interierint. Illo autem hærente et male se edoctum fatente, lecta est rei creditæ cautio, lectæ et ducum literæ et civitatum querelæ de latrociniis. Tandem eo perductus est Cæsar, ut capitis Syllæum damnaret, Herodi vero conciliaretur, ut quem jam pœniteret eorum quæ calumniis inductus duriora ipsi scripserat; et Syllæo hoc quoque exprobraret, sese ejus falsis verbis adductum, ut in amicum veterem amicitiæ officia exueret.

95.

Idem XVII, 5,4, postquam apposuit orationem Herodis, qua commissa scelera Antipatro filio exprobrat, pergit ita : Ταῦθ' ἅμα λέγων εἰς δάκρυα τρέπεται, λέγειν τε ἄπορος ἦν. Καὶ Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς φίλος τε ὢν τοῦ βασιλέως, καὶ τὰ πάντα συνδιαιτώμενος ἐκείνῳ, καὶ τοῖς πράγμασι, ὃν πραχθεῖεν τρόπον, παρατετευχὼς, δεηθέντι τῷ βασιλεῖ τὰ λοιπὰ

95.

Hæc (in filium Antipatrum) dicenti Herodi obortæ lacrimæ finem dicendi fecere. Atque Nicolaus Damascenus, qui et regi amicus erat et convictor prope quotidianus, et plerisque suis rebus, de quibus agebatur, interfuerat, quum

dissent, in summis versabatur angustiis. — 2. Proximum Josephi locum (XVI, 11, 3), qui est de Nicolao Herodem exhortante, ne quid acerbius in filios ab Antipatro accusatos statuat, exscripsi ad fragm. 5, not. 11.

εἰπεῖν, ἔλεγεν ὁπόσα ἀποδείξεών τε καὶ ἐλέγχων ἐχόμενα ἦν....

5. Νικόλαος ἀρξάμενος οἷς τε ὁ βασιλεὺς κατήρξατο λόγοις παλιλλογεῖν μειζόνως ἐκδεινῶν, καὶ ὁπόσα ἐκ βασάνων ἢ μαρτυριῶν συνῆγε ** τὴν ἀπόδειξιν τοῦ ἐγκλήματος· μάλιστα δὲ τὴν ἀρετὴν ἐπιπολὺ ἐξηγεῖτο τοῦ βασιλέως ἥπερ εἴς τε τροφὰς καὶ παιδεύματα χρησάμενος τῶν υἱέων, οὐδαμόθεν εὕροιτο ὀνησιφόρον αὐτὴν, περιπταίων ἑτέροις ἀφ' ἑτέρων. Καίτοι γε οὐχ οὕτω θαυμάζειν τῶν προτέρων τὴν ἀβουλίαν· νεωτέρους γὰρ καὶ κακίᾳ συμβούλων διεφθαρμένους ἀπαλεῖψαι τὰ τῆς φύσεως δικαιώματα, ἀρχῆς θᾶσσον ἢ χρὴν μεταποιεῖσθαι σπουδάσαντας· Ἀντιπάτρου δ' ἂν δικαίως τὴν μιαρίαν καταπλαγῆναι, μὴ μόνον ὑπὸ τοῦ πατρὸς εὐεργετηθέντα τὸν λογισμὸν, ὥσπερ τὰ ἰοβολώτατα τῶν ἑρπετῶν μὴ μαλαχθέντος, καίτοι γε κἀκείνοις τινὸς ἐγγινομένης μαλακίας τοῦ ἀδικεῖν τοὺς εὐεργέτας, ἀλλὰ μηδὲ τὰς τύχας τῶν ἀδελφῶν πρὸς τὸ οὐ μιμητὴν αὐτῶν καταστῆναι τῆς ὠμότητος ἐμποδὼν στήσαντος. «Καίτοιγε, ὦ Ἀντίπατρε, τῶν ἀδελφῶν μηνυτής τε ὢν τολμήσειαν αὐτὸς ἦς, καὶ ἐρευνητὴς τῶν ἐλέγχων καὶ κολαστὴς τῶν πεφωραμένων. Καὶ οὐ τοῦ ἐπ' ἐκείνοις ἐγκαλοῦμεν θυμῷ χρῆσθαι μὴ ἐλλείποντος, ἀλλὰ τοῦ μιμεῖσθαι τὴν ἀσέλγειαν αὐτῶν σπουδάσαντος ἐκπεπλήγμεθα, εὑρίσκοντες κἀκεῖνα οὐκ ἐπ' ἀσφαλείᾳ τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν ἀδελφῶν πεπραγμένα, ὅπως μισοπονηρίᾳ τῇ κατ' αὐτῶν φιλοπάτωρ εἶναι πεπιστευμένος, ἀδεεστέραν ἐπ' αὐτῷ κακουργεῖν παραλάβοις δύναμιν· ὃ δὴ καὶ τοῖς ἔργοις παρέστησας. Ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἀνῄρεις, ἐφ' οἷς ἤλεγχες πονηροὺς γεγονότας, καὶ τοὺς ὁμοπραγήσαντας αὐτοῖς οὐχ ὑπεδίδους, φανερὸν τοῖς πᾶσι καθιστὰς, ὡς καὶ συνθήκην πρὸς αὐτοὺς κατὰ τοῦ πατρὸς ποιησάμενος, ἐπανείλου κατηγορεῖν, βουλόμενος σοὶ τὴν ἐπιβουλὴν τῆς πατροκτονίας κερδαίνεσθαι κατὰ μόνας, καὶ δυσὶν ἀγῶσιν εὐφροσύνην καρπούμενος, τρόπου τοῦ σοῦ ἀξίαν, φανεροῦ μὲν τοῦ κατὰ τῶν ἀδελφῶν, ᾧ καὶ ἠγάλλου ὡς ἐπὶ τοῖς μεγίστοις, καὶ ἦν ἄξιον οὕτω φρονεῖν, εἰ δὲ μή γε, σὺ χείρων ἦς κρύπτειν δόλον κατὰ τοῦ πατρὸς συντιθείς, ἐκείνους μὲν οὐχ ὡς τῷ πατρὶ ἐπιβεβουλευκότας μισῶν (οὐ γὰρ ἂν ἐξώκειλας αὐτὸς ἐπὶ πρᾶξιν παραπλησίαν), ἀλλ' ὡς διαδόχους τῆς ἡγεμονίας σου δικαιότερον ἂν γενομένους· τὸν δὲ πατέρα ἐπισφάζειν τοῖς ἀδελφοῖς *, ἵνα θᾶσσον ὡς ἐκείνων ἐπικαταψεύσαιο μὴ ἐλεγχθῇς, καὶ ὧν αὐτὸς δίκας παρασχεῖν ἄξιος γένοιο, ταύτην παρὰ τοῦ δυστυχοῦς εἰσπράξαιο πατρὸς, ἐπινοῶν πατροκτονίαν οὐ κοινὴν, ἀλλ' οἵαν μέχρι νῦν οὐχ ἱστόρησεν ὁ βίος· οὐχ υἱὸς γὰρ μόνον πατρὶ ἐπεβούλευες, ἀλλὰ καὶ φιλοῦντι καὶ εὐεργετηκότι, κοινωνὸς τῆς βασιλείας ὢν τοῖς ἔργοις καὶ διάδοχος προφανθείς, καὶ τὴν μὲν ἡδονὴν τῆς ἐξουσίας ἤδη προλαμβάνειν μὴ ἐπικεκωλυμένος, ἐλπίδα δὲ τὴν εἰσαῦθις γνώμῃ τοῦ πατρὸς καὶ γράμμασι προησφαλισμένος· ἀλλ' οὐκ ἄρα τῇ Ἡρώδου ἀρετῇ τὰ πράγματα, γνώμῃ δὲ καὶ πονηρίᾳ ἔκρινες τῇ ἑαυτοῦ, βουλόμενος

eum rogasset rex, ut reliqua adderet, quæ pertinerent ad criminum probationem, persequebatur....

5. Nicolaus accusationem a rege cœptam atrocius persequens, argumenta omnia ad eam firmandam, quæ ex quæstionibus aut testium fide haberi poterant, densavit. Inprimis vero regis virtutem prædicabat, et merita in bene educandis instituendisque liberis, quorum ille non modo fructum perciperet nullum, sed inde in alias ex aliis incideret calamitates. Neque tamen adeo se mirari priorum filiorum temeritatem: fuisse enim juvenes, et a malis consultoribus corruptos, ut majori quam oporteret fruendi imperii festinatione a naturæ legibus desciscerent. At Antipatri stupendum plane scelus, quem tot patris merita non flexerint, venenati in morem animantis, nisi quod hujus quoque generis aliquid creditur beneficiis emolliri; nec fratrum miseranda exempla absterruerint, quo minus eos imitaretur obfirmato in duritatem animo. Atqui tu ipse, inquit, Antipater, index fuisti facinoris fratrum, tu argumenta suppeditasti, tu in convictos ut animadverteretur fecisti. Nec id culpamus, quod in illis iram satiasti: sed hoc miramur, te tam subito æmulatum ipsorum improbitatem: et hinc discimus, quæ fecisti antea, in iis propositam fuisse non salutem patris, sed fratrum perniciem, dum insectando scilicet ipsorum malitiam id consecutus, ut patris amans filius credereris, majores inde vires et audaciam ad scelus aggrediendum sumeres. Docet hoc res ipsa. Fratres sustulisti ob ea quæ admiserant: conscios atque adjutores eorum non dedidisti, ut facile appareat, te tacito cum his fœdere inito accusationem aggressum, nimirum, ut solus parricidii compos fieres, et duplicem, sed utramque tuo dignam ingenio perciperes voluptatem: palam quidem confectis fratribus, quo nomine, tanquam rem præclare gessisses, ultro gloriaris, nec injuria; sin minus, tu illis pejores, qui clam patris vitæ insidiatus es, illos, non quod non patri moliti essent necem, odio habens (nam id si esset, non te obligasses eodem crimine), sed quod regni heredes essent justiores. Patrem autem interficere voluisti, scilicet fratribus superadditum, ut periculum effugeres, ne, quæ in eos calumniatus es, detegerentur, et quæ tu meritus eras supplicia, ea de infelici patre exigeres: repertor non vulgaris parricidii, sed quale hactenus ignorat hominum vita. Non enim tantum patri filius insidiatus es, sed et amanti te, beneficiis ab eo affectus, re ipsa jam particeps regni et successor designatus: ita ut voluptatem imperii re ipsa jam perciperes, et spem plenæ possessionis certissimam haberes, conscripta patris voluntate. At tu non Herodis bonitate, sed pravitate ingenii tui res metiebaris, hoc agens, ut patri indulgentissimo par-

τοῦ πάντων σοι ὑπακούσαντος πατρὸς καὶ τὸ μέρος ἀφαιρεῖσθαι· καὶ ὃν προσεποίου τοῖς λόγοις σώζειν, τοῖς ἔργοις τοῦτον ἀφανίσαι ζητῶν, καὶ μὴ μόνον αὐτὸς πονηρὸς καθιστάμενος, ἀλλὰ καὶ τὴν μητέρα ὧν ἐπενόεις τιμπλὰς, καὶ στασιοποιῶν τὴν εὔνοιαν τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ τολμῶν θηρίον ἀποκαλεῖν τὸν πατέρα, παντὸς ἑρπετοῦ χαλεπωτέραν τὴν διάνοιαν κατεσκευασμένος, ἢ τὸν ἐκεῖνον ἰὸν ἐπὶ τοὺς συγγενεστάτους καὶ τοὺς ἐπὶ τοσούτοις εὐεργέτας παρεκάλεις ἐπὶ συμμαχίαις φυλάκων, καὶ τέχναις ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν φρασσόμενος κατὰ τοῦ γέροντος, ὥσπερ οὐκ ἀρκούσης τοῦ τῆς διανοίας μίσους τὸ ὑποικουροῦν παραστῆσαι. Καὶ νῦν ἐλήλυθας μετὰ βασάνους ἐλευθέρων, οἰκετῶν, ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ διὰ σὲ γεγονυίας, μηνύσεις τῶν συνωμοτῶν, ἀντιλέγειν τῇ ἀληθείᾳ σπεύδων, καὶ οὐχὶ μόνον τὸν πατέρα ἀναιρεῖν μεμελετηκὼς ἐκ τοῦ ἀνθρωπείου βίου, ἀλλ' ἤδη καὶ νόμον κατὰ σοῦ γεγραμμένον, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ Οὐάρου, καὶ τοῦ δικαίου τὴν φύσιν. Οὕτως ἄρα τῇ ἀναιδείᾳ πέποιθας, ὥστε καὶ βασανίζεσθαι ἀξιοῖς, καὶ ψευδεῖς λέγων τὰς βασάνους τῶν προβεβασανισμένων, ἵν' οἱ μὲν ῥυόμενοί σου τὸν πατέρα ἐκκρουσθῶσιν τοῦ ἠληθευκέναι, αἱ δὲ σαὶ βάσανοι δοκῶσι πισταί. Οὐ ῥύσῃ, Οὐάρε, τὸν βασιλέα τῆς ἐπηρείας τῶν συγγενῶν; οὐδὲ ἀπολεῖς πονηρὸν θηρίον, ἐπ' ὀλέθρῳ μὲν τῶν ἀδελφῶν εὔνοιαν προσποιούμενον τοῦ πατρὸς, ἔνθα δὲ μέλλοι κατὰ μόνας ταχέως ἀποίσεσθαι τὴν βασιλείαν, πάντων αὐτῷ θανασιμώτατον ἀναφαινόμενον; γνοὺς ὅτι πατροκτονία κοινὸν ἐστιν ἀδίκημα καὶ τῆς φύσεως καὶ τοῦ βίου, πεφηνυῖα οὐδὲν ἧσσων ** ὡς τοῦ βεβουλευμένου, καὶ ὁ μὴ κολάζων ἀδικεῖ τὴν φύσιν. »

6. Προσετίθει δὲ ἤδη τὰ τῆς μητρὸς Ἀντιπάτρου, ὁπόσα πρός τινας ἦν κουφολογίᾳ γυναικείῳ εἰρημένα, μαντείας τε καὶ θυσίας ἐπὶ τῷ βασιλεῖ γεγονυίας, καὶ ὁπόσα μετὰ τῶν Φερώρα γυναικῶν Ἀντιπάτρῳ ἠσέλγητο μετὰ οἴνου καὶ λύμης ἐρωτικῆς, τῶν τε βασάνων τὰς ἀνακρίσεις καὶ ὁπόσα μαρτυριῶν ἐχόμενα· πολλὰ δὲ καὶ παντοῖα ἦν τὰ μὲν προητοιμασμένα, τὰ δὲ πρὸς τοῦ ὀξέως ἀπαγγέλλεσθαί τε καὶ βεβαιοῦσθαι ἐφηυρημένα.

tem quæ ei restabat de imperio auferres, et cujus conservator volueras dici, eum re ipsa conareris interficere : ac quasi non satis esset temet malum esse, matrem etiam tuis pessimis consiliis implevisti, et fratrum concordiam dissociasti. Atque patrem feram appellare ausus es, ipse pessimos serpentes exsuperans feritate animi, unde illud virus in proximos sanguine et tantorum tibi bonorum auctores in promptu esset, stipato satellitiis, armato astubus, nec virorum tantum sed etiam mulierum adversus senem, quasi tuus ille odio tam injusto insessus animus ad maleficia non sufficeret. Et nunc apparere hic audes, ut post tortos homines, liberos, servos, viros, feminas, tuam unius ob causam, post tot judicia eorum qui tecum conspiraverant, veritatem oppugnes : quasi, quod patrem rebus humanis voluisti eximere, parum sit, nisi insuper evertas legem in te scriptam, et Vari æquitatem et ipsam vim justitiæ. Itane tuæ confidis audaciæ et confidentiæ, ut etiam tormentis temetipsum subjici velis, dum prius habitis quæstionibus fidem detrahis, ut illi scilicet, qui patrem tuum salvum voluerunt, mendaces habeantur, illis vero credatur quæstionibus, quas tu rexisti? Quando regem liberabis, Vare, a consanguineorum injuriis? quando exstingues portentum illud hominis, cum dico, qui in fratrum perniciem patris amorem simulavit, ac deinde, quum solus brevi regno esset potiturus, fata ejus maxime omnium præcipitare voluit? Scis quippe parricidium communem in humanum genus universum esse injuriam, et naturæ pariter ac vitæ hominum infestum, nec ideo minus ** ut tantum modo cogitatum; et qui non punit, naturæ ipsi facit injuriam. »

6. Addidit super hæc Nicolaus quædam a matre Antipatri muliebri garrulitate effusa, consultos vates et sacra facta, quibus rex devoveretur; et quæ in Pheroræ uxores Antipater in vino atque amoris æstu proterve fecerat. Tum vero repetiit, quæ tormentis et testimoniis comperta erant : multa autem et varia erant partim ex præmeditatione indicata, partim ex tempore et subinde confirmari reperta.

95 a.

Idem XVII, 9,6 : Καὶ Ἀντίπατρος μὲν τοιάδε εἰπὼν, καὶ μαρτύρων παραστάσεσι τὰ εἰρημένα κρατυνάμενος πολλοῖς τῶν συγγενῶν, παύεται τοῦ λέγειν. Ἀνίσταται δὲ Νικόλαος ὑπὲρ Ἀρχελάου καὶ ἔλεγεν, τὰ μὲν ἐν τῷ ἱερῷ γνώμῃ τῶν πεπονθότων ἀνατιθεὶς μᾶλλον ἢ ἐξουσίᾳ τοῦ Ἀρχελάου· τοὺς γὰρ ἐπὶ τοιοῖσδε ἄρχοντας, οὐ μόνον τῷ καθ' αὑτοὺς ὑβρίζοντι εἶναι πονηροὺς, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀναγκάζοντι εἰς τὴν ἄμυ-

95 a.

Antipater talia locutus multisque e consanguineis ad ea quæ dixerat testimoniis suis firmanda adhibitis, finem dicendi fecit. Surrexit vero Nicolaus, qui Archelai causam egit, dixitque, illa quidem, quæ in templo facta, obstinatis potius eorum animis, qui passi sint, imputans quam Archelai potestati. Nam talia cœptantes non eo tantum injustos esse, quod innocentes vexent, sed etiam quod pacis et æqui amantes in ultionem impellant. Hos autem

95 a. Interfecto Antipatro, mox defunctus est Herodes, qui secundo, quod paullo ante mortem scripserat, testamento successorem regni constituerat Archelaum filium. Is antequam Romam proficisceretur, ut Cæsar testamentum patris auctoritate sua confirmaret, Judæorum seditionem compescuit. Scilicet quum postulatis eorum non obtemperatum esset, festi tempore seditiosos in fano cœtus habebant, adeoque se gerebant insolenter, ut vim vi Archelaus repel

ναν αὐτῶν εὐγνωμονεῖν προαιρουμένους. Ὡς δὲ πολέμια ἔδρων λόγῳ μὲν κατ' Ἀρχελάου, τὸ δὲ ἀληθὲς εἰς Καίσαρα, φανερὸν εἶναι. Τοὺς γὰρ ὑβριοῦντας, κωλύτας παραγενομένους καὶ ὑπ' Ἀρχελάου πεπομφότας, κτεῖναι ἐπιτιθεμένους, οὔτε τοῦ Θεοῦ οὔτε τοῦ νόμου τῆς ἑορτῆς ἐν φροντίδι γενομένους, ὧν Ἀντίπατρον οὐκ αἰσχύνεσθαι ἐκδικητὴν καθιστάμενον ἐπὶ θεραπείᾳ ἔχθρας τῆς αὐτοῦ πρὸς Ἀρχέλαον, ἢ μίσει τοῦ ἀρετῇ δικαίου. Οἱ παρελθόντες καὶ μὴ πρὸς διανοουμένους ἄρχοντες ἀδίκων ἔργων, οἵδε εἰσὶν οἱ βιαζόμενοι καὶ μὴ θέλοντας τοὺς ἀμυνομένους ἐφ' ὅπλα χωρεῖν. Ἀνετίθει δὲ καὶ τὰ λοιπὰ πᾶσι τοῖς ἐν βουλῇ τῶν κατηγόρων· οὐδὲν γὰρ ὅ τι μὴ οὐ μετὰ γνώμης τῆς αὐτῶν γεγενημένον αἰτίᾳ τοῦ ἀδικεῖν ὑπάγεσθαι. Οὐ τῇ φύσει τοιούτους αὐτὰ γεγονότα πονηρὰ εἶναι, ἀλλὰ τῷ βλάψειν ἂν δοκεῖν Ἀρχέλαον. Τοσήνδε αὐτοῖς εἶναι βουλὴν τοῦ ὑβριοῦντος εἰς ἄνδρα συγγενῆ, καὶ πατρὸς μὲν εὐεργέτην, συνήθη δὲ αὐτοῖς καὶ διὰ παντὸς οἰκείως πεπολιτευμένον. Τάς γε μὴν διαθήκας ὑπό τε σωφρονοῦντος γεγράφθαι τοῦ βασιλέως, καὶ κυριωτέρας εἶναι τῶν γεγραμμένων πρότερον, διὰ τὸ Καίσαρα δεσπότην τῶν ὅλων καταλελεῖφθαι πρὸς τὴν κρίσιν τῶν ἐν αὐταῖς γεγραμμένων· μιμήσεσθαί τε οὐδαμῶς Καίσαρα τὴν ὕβριν αὐτῶν, οἳ τῆς Ἡρώδου παντοίως ἀπολαύσαντες παρ' ὃν ἔζη καιρὸν δυνάμεως, τὰ πάντα ἐπὶ ὕβριν γνώμης ἐπείγοιντο αὐτοῦ, οὐδ' αὐτῶν περὶ τὸν συγγενῆ τοιούτων γεγονότων. Οὔκουν Καίσαρά τε ἀνδρὸς ὑπ' αὐτῷ πεποιημένου τὰ πάντα καὶ φίλου καὶ συμμάχου καταλύσειν τὰς διαθήκας, ἐπὶ πίστει τῇ αὐτοῦ γεγραμμένας, οὐδὲ μιμήσεσθαι κακίαν τὴν ἐκείνων τὴν Καίσαρος ἀρετὴν καὶ πίστιν, πρὸς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην ἀνενδοίαστον γενομένην, καὶ μανίαν καὶ λογισμοῦ ἔκστασιν καταχρίνειν ἀνδρὸς βασιλέως, υἱεῖ μὲν ἀγαθῷ τὴν διαδοχὴν καταλελοιπότος, πίστει δὲ τῇ αὐτοῦ προσπεφευγότος· οὔτε ἁμαρτάνειν Ἡρώδην ποτὲ περὶ κρίσιν τοῦ διαδόχου, σωφροσύνῃ κεχρημένον ἐπὶ τῇ Καίσαρος γνώμῃ τὰ πάντα ποιεῖσθαι.

7. Καὶ Νικόλαος μὲν τοιάδε διελθών, καταπαύει τὸν λόγον. Καῖσαρ δὲ Ἀρχέλαον προσπεσόντα αὐτῷ πρὸς τὰ γόνατα φιλοφρόνως ἀνίστη φάμενος ἀξιώτατον εἶναι τῆς βασιλείας.

96.

Joseph. A. J. XVII, 11, 3 : Τοιαῦτα δὲ τῶν Ἰουδαίων εἰρηκότων, Νικόλαος τούς τε βασιλεῖς ἀπήλλασσε τῶν ἐγκλημάτων, Ἡρώδην μέν, διὰ τὸ παρ' ὃν ἔζη χρόνον

homines verbo quidem in Archelaum patrasse hostilia, re ipsa autem in Cæsarem, uti pateat. Constat enim (inquit), quos ad vim ac injuriam prohibendam Archelaus miserat, occisos ab illis neque Deum neque fas dierum sanctissimorum reverentibus. Etsi sunt, quorum non puduit Antipatrum suscipere tutelam, sive ut odio in Archelaum suo morem gereret, sive quod jus et æquum omne aversetur. Certe qui adoriuntur alios, nihilque mali suspicantes injuriis lacessunt, hi sunt, qui nolentes cogunt sui tuendi causa ad arma recurrere. Tum reliquorum omnium, quæ objecta fuerant, causam assignavit iis ipsis, qui consilio erant accusatoribus. Nihil enim esse quod non illorum instinctu factum jam in injuriæ *tanquam ab Archelao commissæ* accusationem producatur : unde color quæratur injuriæ, quod non ipsis factum sit suasoribus. Neque ea per se esse improba, sed in odium Archelai ita referri, ut improba videantur. Tanto illos agi studio lædendi cognatum hominem de ipsorum parente bene meritum et ipsos omnibus amicitiæ officiis prosecutum. Testamentum a patre factum bene mentis compote, et haud dubie posteriores tabulas potiores esse prioribus, eoque magis, quod Cæsari omnium, quæ in iis scripta sint, plenissimum arbitrium relinquatur. Non timendum, ne horum iniquitatem Cæsar imitetur, qui Herodis, ex cujus viventis potentia fructus plurimos ceperint, nunc mortui voluntatem oppugnent, idque satis sibi conscii, neutiquam se de Herode ita meritos, ut Archelaus fuerit. Non eum esse Cæsarem, qui viri amici, bellorum socii, qui in omnibus ex Cæsare pendere semper voluerit, rescindat testamentum suæ commissum fidei. Multum ab horum malignitate abfuturam Cæsaris virtutem ac fidem toti humano generi testatissimas, neque id in eum cadere, ut non sanæ mentis pronuntiet regem, qui primum filio bono hereditatem reliquerit, deinde in hoc ipsius Cæsaris fidem imploraverit. Quando testamentum condens Herodes ita sapuerit, ut Cæsaris arbitratui cuncta submitteret, in herede quidem eligendo desipere non potuisse.

Hæc fere quum oratione percurrisset Nicolaus, finem dicendi facit. Cæsar autem Archelaum, qui se ad pedes ejus abjecerat, comiter allevavit, regno dignissimum esse dicens.

96.

Quum autem Judæi ejusmodi orationem habuissent, Nicolaus reges de criminibus purgavit, Herodem quidem, quod nulla de re ab illis accusatus fuerit quamdiu viveret,

---

lens ter mille Judæos occideret. Post hæc Romam profectus præter alios etiam Nicolaum nostrum secum abduxit (Joseph. XVII, 9, 3). Eodem autem tempore Romam venit Antipas, alius Herodis filius, qui quum primo testamento hæres designatus esset, consiliis cedens amicorum (inter quos Ptolemæus frater Nicolai), successionem regni surripere Archelao moliebatur. Re ad Cæsarem delata, contra Archelaum verba facit Antipater, filius Salmones, quæ soror Herodis erat. Exprobrat autem adversario tum alia complura, tum illud maxime, quod in Judæos scelus commisisset, et quod antequam licuisset Cæsaris venia, arbitratu suo res administrasset. His expositis subjungit Josephus quæ nostro fragmento leguntur.

96. In antecedentibus Josephus narravit quomodo Judæorum legati apud Cæsarem de Herodis et Archelai sævitia conquesti petiverint ut suis sibi legibus vivendi sub Romanorum tutela detur potestas.

:υχεῖν ἀκατηγόρητον, οὐ γὰρ εἶν τοὺς ἐγκαλεῖν ἔχοντας ἐπὶ μετρίοις καὶ παρὰ ζῶντος τιμωρίαν λαβεῖν δυναμένους ἐπὶ νεκρῷ κατηγορίαν συντιθέναι, τὰ δὲ ὑπ' Ἀρχελάου πραχθέντα ὕβρει τῇ ἐκείνων ἀντετίθει, οἳ ὀριγνώμενοι πραγμάτων παρὰ τοὺς νόμους, καὶ σφαγῆς ἄρξαντες τῶν κωλύειν ὑβρίζοντας προμηθουμένων, ἀμύνης γενομένης ἐγκαλοῖεν. Ἐνεκάλει δὲ νεωτεροποιίας αὐτοῖς καὶ τοῦ στασιάζειν ἡδονὴν ἀπαιδευσίαν τε τοῦ ἕπεσθαι δίκῃ καὶ νόμοις, ὑπὸ τοῦ θέλειν τὰ πάντα νικᾶν. Ταῦτα μὲν οὖν Νικόλαος.

neque fas esse ut qui apud æquos rerum judices accusare et de vivente pœnam sumere potuerint, mortuo accusationem conflarent; quæ vero ab Archelao acta essent, ad illorum improbitatem injuriasque referebat, qui quum res contra leges affectassent, et illorum cædes facere cœpissent, quibus curæ erat illos ab injuriis prohibere, nunc de injuriis vindicatis quererentur. Iisque objecit rerum novarum studium, quodque seditionibus delectarentur, ut qui justitiam colere legibusque parere nescirent, quod in omnibus vincere vellent. Et hæc quidem Nicolaus.

ΕΚ ΒΙΒΛΙΩΝ ΑΔΗΛΩΝ.

97.

Josephus Ant. Jud. I, 3 : Ἡσίοδός τε καὶ Ἑκαταῖος καὶ Ἑλλάνικος καὶ Ἀκουσίλαος καὶ πρὸς τούτοις Ἔφορος καὶ Νικόλαος ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια. Eadem Syncell. p. 43, A.

98.

Bekker. Anecd. Gr. p. 367, 24 : Ἀχολασία Θουκυδίδης ἔφη, ἀκολαστία δὲ Ἄλεξις, ἀκολαστότατα δὲ Ἀριστοτέλης, καὶ ἀκολαστότερα Νικόλαος.

E LIBRIS INCERTIS.

97.

Hesiodus, Hecatæus, Hellanicus, Acusilaus, nec non Ephorus ac Nicolaus veteres olim ad mille annos vitam produxisse aiunt.

98.

Ἀχολασία Thucydides dixit, ἀκολαστία vero Alexis, ἀκολαστότατα Aristoteles, et ἀκολαστότερα apud Nicolaum legitur.

ΒΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ.

99.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΓΩΓΗΣ.

Exc. De virt. : Ὅτι εἰς τιμῆς ἀξίωσιν οὕτω (1) προσεῖπον οἱ ἄνθρωποι, ναοῖς τε καὶ θυσίαις γεραίρουσιν, ἀνά τε νήσους καὶ ἠπείρους διῃρημένοι, καὶ κατὰ πόλεις καὶ ἔθνη, τό τε μέγεθος αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς καὶ τὴν εἰς σφᾶς εὐεργεσίαν ἀμειβόμενοι. Δυνάμεως γὰρ καὶ φρονήσεως εἰς τὰ πρῶτα ἀνελθὼν οὗτος ὁ ἀνὴρ, πλείστων μὲν ἦρξεν ἀνθρώπων τῶν διὰ μνήμης, μακροτάτους τε ὅρους ἐποιήσατο τῆς Ῥωμαίων δυναστείας, εἴς τε τὸ βεβαιότατον οὐ τὰ φῦλα μόνον καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς τὰς διανοίας κατεστήσατο, τὸ μὲν πρῶτον σὺν ὅπλοις, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ἄνευ ὅπλων, ἐθελουσίους τε προσαγόμενος διὰ τὸ (2) μᾶλλον ἔτι ἐνδηλος γίνεσθαι τῇ φιλανθρωπίᾳ, ἔπεισεν ἑαυτοῦ ἀκροᾶσθαι, ὧν δὴ (3) πρότερον οὐδὲ ὀνόματα ἠπίσταντο οἱ ἄνθρωποι, οὐδέ τινος ὑπήκοοι ἐγένοντο διὰ μνήμης, ἡμερωσάμενος (4), ὁπόσοι ἐντὸς (5) Ῥήνου ποταμοῦ

Huic viro cognomen *Augusti* in honoris testimonium imposuerunt, templisque eum et sacrificiis venerantur per insulas continentesque dispersi populi atque civitates, ut et virtutes ipsius maximas et collata in se beneficia rependant. Hic enim ille est, qui ad summum tam prudentiæ quam potentiæ culmen evectus, omnium quos memoria complectitur hominum latissime regnavit et longissimis terminis Romanum sepsit imperium, ac firmissime Græcorum barbarorumque non populos tantum sed animos etiam sibi adjunxit, primum quidem armis, mox vero etiam nulla usus vi, sed volentes lubentesque ad se pelliciens, quum humanitate magis etiam quam viribus inclaruisset, vel iis obsequium persuasit, quorum antea ne nomina quidem noveramus, quique nullius unquam per hominum memoriam imperio subditi fuerant : nam quot populi trans Rhenum

99. *Cod. Tur. fol.* 160, 1 *r.* — 162, 32 *v.* — 1, 1. οὕτω] sc. Σεβαστόν. V. Sueton. Octav. 7; Dio Cass. LIII, 16. 18; Oros. VI, 20; Censorin. D. N. 21; Ovid. Fast. I, 587; Calend. Prænest. ap. Orell. Inscr. II, p. 346. 382; Feriale Cumanum in Museo Rhenan. tom. IV, p. 530; Monum. Ancyr. col. 18. — 2. διὰ τὸ μᾶλλον ἔτι] διὰ μᾶλλόν τι codex. Articulum addidit Valesius; τι in ἔτι mutarunt Orellius et Corayus, qui ita dedit : προσαγόμενος· διὰ δὲ τὸ μᾶλλον ἔτι κτλ. Pro ἐνδηλος fortasse ἐκδηλος fuisse idem suspicatur Corayus. — 3. δὴ] Coray., δὲ codex. — 4. ἡμερωσάμενος]

κατοικοῦσιν, ὑπέρ τε τὸν Ἰόνιον πόντον καὶ τὰ Ἰλλυριῶν γένη· Παννονίους αὐτοὺς καὶ Δάκας (6) καλοῦσιν. Ζήτει ἐν τῷ Περὶ ἀναγραθημάτων.

II. Περὶ δὴ τούτου τοῦ ἀνδρὸς φρονήσεώς τε καὶ ἀρετῆς ἰσχὺν δεῖξαι ὁπόσον δύναται, τὰ μὲν ἐκ τῆς πολιτείας ἥντινα ἐν τῇ πατρίδι ἐπολιτεύσατο, τὰ δὲ (1) κατὰ στρατηγίας μεγάλων πολέμων ἐγχωρίων τε καὶ ἀλλοεθνῶν, ἀγώνισμα μὲν ἀνθρώποις πρόκειται λέγειν καὶ γράφειν, ὡς ἂν εὐδοκιμοῖεν (2) ἐν καλοῖς ἔργοις. Καὐτὸς δ' ἀφηγήσομαι τὰ πεπραγμένα, ἐξ ὧν οἷόν τε γνῶναι σύμπασι τὴν ἀλήθειαν. Πρότερον δ' αὐτοῦ τό τε γένος διέξειμι καὶ τὴν φύσιν, τούς τε γεννητάς, ἀφ' ὧν ἦν, τήν τ' (3) ἐκ νηπίου τροφήν τε καὶ παίδευσιν, ᾗ χρησάμενος τοσόσδε ἐγένετο. Πατὴρ μὲν οὖν ἦν αὐτῷ Γάϊος Ὀκταούϊος, ἀνὴρ τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου. Οἱ δ' αὐτοῦ πρόγονοι, κατά τε πλοῦτον καὶ ἐπιείκειαν ὀνομαστότατοι γενόμενοι (4), ὀρφανῷ ὄντι ἐκείνῳ τὰ χρήματα ἐλίποντο· [οἱ] καταστάντες δ' ἐπίτροποι ταῦτα διεφόρησαν· ὁ δὲ τῶν πρὸς αὐτοὺς δικαίων ἀποστὰς, τοῖς περιλειφθεῖσιν ἠρκεῖτο.

III. Ὅτι Καῖσαρ περὶ ἐννέα ἔτη μάλιστα γεγονὼς, θαῦμά τε οὐ μικρὸν παρέσχε Ῥωμαίοις, φύσεως ἀκρότητα δηλώσας ἐν τοιᾷδε ἡλικίᾳ, καὶ τοῖς ἀνδράσι πολὺς ἐγγίνεται θόρυβος ἐν πολλῷ ὁμίλῳ δημηγοροῦντι (1). Ἀποθανούσης δ' αὐτῷ τῆς τηθῆς, παρὰ τῇ μητρὶ ἐτρέφετο Ἀντίᾳ, καὶ τῷ ταύτης ἀνδρὶ Φιλίππῳ Λευκίῳ, ὃς ἦν ἀπόγονος τῶν τὸν Μακεδόνα Φίλιππον κεχειρωμένων (2). Παρὰ δὴ τῷ Φιλίππῳ ὁ Καῖσαρ, ὡς παρὰ πατρὶ, τρεφόμενος πολλὴν ὑπέφαινεν ἐλπίδα, ἤδη τε (3) ἀξιότιμος καὶ τοῖς ἡλίκοις ἐφαίνετο τοῖς εὐγενεστάτοις παισί· καὶ συνῄεσαν πρὸς αὐτὸν παμπληθεῖς, οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν νεανίσκων, οἷς τὸ πράττειν ὅτ' ἐλπίδος ἦν. Προὔπεμπον δὲ αὐτὸν πάμπολλοι ὁσημέραι καὶ μειρακίσκοι καὶ ἄνδρες καὶ ἥλικες παῖδες, εἴτε ἐφ'

habitant et supra mare Ionium, et Illyricæ originis gentes, quos Pannonios et Dacas vocant, omnes pacavit. *Quære in Excerptis de rebus fortiter gestis.*

II. Hic vir quantum præstiterit virtute et prudentia, quæ quum domi in administratione reipublicæ tum foris in difficillimis bellis et civilibus et externis eluxit, dictis scriptisque prosequi materia ingeniis proposita est eorum, qui celebrando præclara facta ipsi gloriam sibi parare cupiant. Ego vero res ejus gestas ita enarrabo, ut verum omnibus pateat. Primum igitur de genere ejus atque indole dicam, qui ejus parentes ac quæ a prima ætate fuerit institutio, cujus beneficio tantus postmodum vir evasit. Pater ei Octavius senatorii fuit ordinis, cui quum majores et opibus et æquitate nobiles impuberi adhuc rem reliquissent, et eam tutores dissipassent, ipse jus suum illis remittens, residuis contentus vixit.

III. Annum ætatis circiter nonum agens Cæsar haud mediocri admirationi fuit Romanis, quippe qui in tantilla ætate egregiæ indolis specimina ederet, ita ut et ab adultæ ætatis viris orationem habens ad multitudinem maximo applausu acciperetur. Porro mortua avia (Julia) educatus est apud Atiam matrem et L. Philippum vitricum: qui quidem originem ab iis ducebat, qui Philippum Macedonem superaverant. Apud hunc velut alterum patrem educatus Cæsar maximam spem ostendebat, jamque tum ab æqualibus suis, pueris nobilissimis, colebatur. Adjungebant se ei plurimi, inter quos et adolescentes non pauci, quibus capessendæ propediem reipublicæ spes erat, ac quotidie maxima frequentia juvenum ac virorum et æqualium puerorum deducebatur, sive equitatum extra urbem prodiret,

---

In codice hæc vox legitur post ἄνθρωποι. Transposuerunt eam Valesius et Corayus. — 5. ἐντὸς] Vales.; ἐν τοῖς codex. — 6. Δάκας] Meminit hujus loci Bernhardyus ad Dionys. Perieg. 305, p. 593, de ratione disputans, qua Dacas a Getis Romani distinxerint.

II, 1. δὲ] omis. codex. — 2. εὐδοκιμοῖεν] e conj. Corayi; εὐδοκιμεῖν codex. — 3. τ'] om. codex. — 4. Cf. Sueton. Octav. c. 3 : *C. Octavius a principio ætatis et re et existimatione magna fuit... Amplis innutritus opibus, honores et adeptus est facile et egregie administravit.* Quæ de tutoribus ejus n. l. leguntur, aliunde non nota sunt. Articulum οἱ ante καταστάντες addidit Corayus.

III, 1. δημηγοροῦντι] « Intelligit sine dubio orationem funebrem, quam Augustus vixdum decennis habuit in rostris de laudibus aviæ Juliæ; de qua re sic Suetonius Octav. 8 : *Quadrimus patrem amisit, duodecimum annum agens aviam Juliam defunctam pro concione laudavit.* Lege *decimum annum agens* ex Damasceno nostro. Sic Tiberius novem natus annos defunctum patrem pro rostris laudavit, teste Suetonio. » Valesius. Ego Suetonii loco nihil mutandum esse censeo. Nam primum cum eo facit Quinctilianus XII, 6, 1 : *Cæsar Augustus duodecim natus annos aviam pro rostris laudavit.* Deinde satis sibi constat Suetonius pergens hunc in modum : *Quadriennio post, toga virili sumpta* (an. 49 a. C.), *militaribus donis triumpho Cæsaris Africano* (an 46 a. C.) *donatus est, quamquam expers belli propter ætatem* (cf. Nicol. c. 6). Anno vero 46 a. C. Octavius (natus die 23 Septembr. 63 a. C.) annos sedecim natus erat, adeo ut orationem habuisse debeat annos natus duodecim. Igitur si funebrem istam orationem Nicolaus quoque intellexit, quod addubitari vix potest, de anno quo defuncta sit Julia, aliter statuit aut adulandi causa sciens verum ignorare voluit, aut, quod malim, legendum : περὶ ἑνδεκα. — 2. « An potius Περσέα scribendum est? Etenim Q. Marcius L. F. Philippus bellum gessit cum Perseo Macedonum rege, et facilem victoriam Æmilio Paullo successori tradidit. » Valesius. At eundem Marcium Philippum jam Philippi regis temporibus in Macedoniam legatum esse constat ex Livio XXXIX, 48. XL, 2. 3. De nostro Philippo (L. Marcio L. f., Q. n., Philippo), qui Attiam viduam uxorem duxit, v. Dio XLV, 1; Vellejus II, 59, 3; Cicero Philipp. III, 6, 17; Appian. B. C. III, 10. 13; Plutarch. Cic. 44. Ovid. Fast. VI, 807. Pro *Atia* in Nicolai excerptis constanter scribitur Ἀντία, uno excepto loco, ubi : Ἀτία. — 3. τε] deest in cod.; addidit Valesius. Fort. fuit καὶ δὴ. — 4. προήει] Coray.; ἀστεως προσήει codex.

ἱππασίαν ἔξω τοῦ ἄστεος προήει (1), εἴτε παρὰ συγγενεῖς ἢ ἄλλους τινάς. Ἦσκει γὰρ καὶ τὴν ψυχὴν τοῖς καλλίστοις ἐπιτηδεύμασι, καὶ τὸ σῶμα ταῖς γενναίαις καὶ πολεμικαῖς μελέταις, καὶ τῶν διδασκόντων θᾶττον αὐτὸς τὴν μάθησιν ἐπὶ τῶν ἔργων ἀπεδείκνυτο, ὥστε ἀπὸ τοῦδε καὶ ἐν τῇ πατρίδι πολὺν ζῆλον ἐνέγκασθαι. Ἐφεστήκει δὲ αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ, καὶ ὁ ταύτης ἀνὴρ Φίλιππος, ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν πυνθανόμενοι παρὰ τῶν διδασκάλων τε καὶ ἐπιμελητῶν, οὓς παρακατέστησαν τῷ παιδί, ὅ τι πράξειε, καὶ ὅποι πορευθείη, ἢ ὅπως διημερεύσειε, τάς τε διατριβὰς μεθ' ὧν ποιήσαιτο.

IV. Ἐν δὲ τῷ κατασχόντι ταράχῳ τὴν πόλιν ὑπεκπέμπει ἥ τε μήτηρ Ἀντία καὶ Φίλιππος Καίσαρα εἴς τι τῶν πατρῴων χωρίων. Κατέβαινε δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν περὶ ἔτη μάλιστα γεγονὼς τεσσαρεσκαίδεκα, ὥστε ἀποθέσθαι μὲν αὐτὸν ἤδη τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα, ἀναλαβεῖν δὲ τὴν καθαρὰν, σύμβολον οὖσαν τῆς εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆς (1). Περιβλεπόμενος δ' ὑπὸ παντὸς τοῦ δήμου διά τε εὐπρέπειαν (2) καὶ λαμπρότητα εὐγενείας, ἔθυε τοῖς θεοῖς, καὶ ἐνεγράφη εἰς τὴν ἱερωσύνην εἰς τὸν Λευκίου Δομιτίου τόπον τετελευτηκότος (3). Καὶ ὁ δῆμος μάλα προθύμως ἐχειροτόνησε. Καὶ ὁ μὲν ἅμα τῇ μεταλλαγῇ τῆς ἐσθῆτος καὶ τῇ καλλίστῃ τιμῇ κοσμηθεὶς ἔθυε. Καίπερ δὲ κατὰ νόμον εἰς ἄνδρας ἐγγεγραμμένον, διεκώλυεν ἡ μήτηρ ἔξω τῆς αὐλείου (4) θύρας χωρεῖν, πλὴν ὅπη καὶ πρότερον, ὅτε παῖς ἦν, ἐφοίτα, δίαιτάν τε τὴν αὐτὴν ἔχειν ἐπηνάγκαζε, κοιτάζεσθαί τε ἔνθα καὶ πρότερον ἐν τῷ αὐτῷ δωματίῳ. Νόμῳ τε μόνον ἀνὴρ ἦν, τὰ δ' ἄλλα παιδικῶς ἐπεστατεῖτο. Τῆς δὲ ἐσθῆτος οὐδοτιοῦν ἐξήλλαξεν, ἀλλ' ἀεὶ τὴν πάτριον ἀμπείχετο (5).

V. Ἐφοίτα δὲ καὶ εἰς τὰ ἱερὰ ἐν ταῖς νομίμοις ἡμέραις νύκτωρ διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ ὥραν, ἅτε δὴ καὶ (1) πολλὰς γυναῖκας ἐκμήνας εὐπρεπείᾳ καὶ λαμπρότητι γένους. Ἐπιβουλευόμενος δὲ παρ' αὐτῶν, οὐδαμῇ ἐφαίνετο ἁλωτὸς ὤν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἡ μήτηρ ἀπήρυκεν αὐτοῦ φυλάττουσα καὶ οὐδαμόσε μεθιεῖσα, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη ἔννους ὤν, ἅτε εἰς τοὔμπροσθεν τῆς ἡλικίας προϊών (2). Ἐνστάσης δέ τινος ἑορτῆς Λατίνης, ὁπότε καὶ τοὺς ὑπάτους εἰς Ἄλβαν (3) τὸ ὄρος ἀναβαίνειν ἔδει, πατρίου θυσίας ἕνεκα, τοὺς δ' ἱερεῖς διαδόχους αὐτῶν τῆς δικαιοδοσίας εἶναι, καθίζει ἐπὶ τὸ βῆμα Καῖ-

sive ad propinquos aut alios quos viseret. Nam animum quidem optimis artibus, corpus vero generosis ac militaribus exercitationibus instruebat; et quæ didicerat facilius quam docentes ipsi in rem conferebat; quod vel maxime civitati eum admirabilem fecit. Enimvero eum sollicite observabat mater Attia cum Philippo vitrico; quotidie a magistris et custodibus, quos puero apposuerant, inquirentes studiose, quid rei egisset, quo esset profectus, qua ratione diem transegisset, quibuscum denique esset versatus.

IV. Post hæc bello civili urbem turbante in villam paternam subductus est a parentibus. Inde annos circiter quattuordecim natus in forum descendit, posita prætexta togam puram indutus, quod virilis tirocinii argumentum est; omniumque civium oculis in eum defixis, ob oris speciem atque generis nobilissimi splendorem diis sacrificavit: et in collegium pontificum adscriptus est in locum L. Domitii (*Ahenobarbi*), qui e vivis abierat: quod quidem populus suis suffragiis libentissime jussit. Ita simul cum virili toga maximo sacerdotio ornatus, diis sacra faciebat. Ceterum tametsi inter tirones relatus esset ex more ac legibus Romanorum, nihilominus mater ex vestibulo cum progredi vetabat, nisi quo antea prætextatus ventitare consueverat, eodemque cultu illum habebat, et in eodem quo prius cubiculo cubare cogebat, prorsus legibus duntaxat tiro, cetera prætextati instar arctius habebatur. Vestitum porro nunquam mutavit, sed perpetuo patria veste amictus fuit.

V. Legitimis diebus templa deorum adibat sed noctu, quum formæ decore ac splendore generis plurimas mulieres in amorem sui raperet; sæpe vero ab iis tentatus nullis unquam artibus cessit; sed partim matris sollicitudo, quæ eum custodiebat, neque evagari sinebat longius, partim ipse semet sua prudentia muniebat, quippe qui ætate in dies progrederetur. Porro quum Latinæ feriæ adessent (quibus consules sacrificii patrii causa in montem Albanum egredi mos est, jurisdictione interim sacerdotibus mandata,) Cæsar medio in foro posita curuli sella consedit. Quem quidem

spicata, rursus haud libenter admodum hoc admittebat, et videbatur inter utramque fluctuare sententiam mariti atque filii. Sic illa innumeris curis discruciabatur, modo dolore affecta, quando pericula enumeraret de summo imperio contendenti imminentia, modo gaudio elata, quando potentiæ honorisque reputaret magnitudinem. Quare avertere quidem filium non audebat res magnas aggredientem justamque ultionem molientem, verumtamen neque etiam incitare eum, quod incerta sit fortuna, sustinebat. Concessit tamen ut nomen Cæsaris assumeret, imo prima ipsa hoc collaudavit. Cæsar vero postquam de his quoque omnes amicos, quid sentirent, consuluerat, nihil moratus bona fortuna faustoque omine nomen Cæsaris et adoptionem adiit: quod tum ipsi tum omnibus hominibus bonorum erat initium, præ ceteris autem patriæ et Romanorum populo universo. Ac confestim in Asiam misit ad apparatus et pecunias, quæ Cæsar ad bellum Parthicum præmiserat. Quibus reportatis una cum tributo annuo populorum Asiaticorum, Cæsar, paternis opibus contentus, bona publica in fiscum Romam perferenda curavit. Ceterum tunc quoque amicorum nonnulli suadebant, quod jam Apolloniæ suaserant, ut in veteranorum colonias a patre deductas se conferret, milites ibi convocaret, eosque ad expeditionem pro ipso suscipiendam tum aliis modis tum magni Cæsaris nominis recordatione excitaret; nam lubentissime exercitum etiam filium Cæsaris ducem secuturum et imperata omnia facturum esse. Etenim mira quædam apud illos fides vigebat et benevolentia erga Cæsarem, et memoria rerum quæ cum vivente peregerant, et desiderium sub hujus nominis auspiciis una cum filio decertandi imperium, quod ipsi olim patri attribuerant. At horum nondum tempus esse videbatur. Porro legitime honores paternos petens sententiâ senatus non famam ambitiosi hominis potius quam legibus obtemperantis ferre studebat. Quare amicis ætate provectioribus et peritia pollentibus obsecutus Brundusio Romam sese contulit.

XIX. In sequentibus narratio nostra exponet quomodo conflata in Cæsarem percussorum conjuratio, et tota res peracta sit, et quænam deinceps gesta sint, concussa tota republica. Primum igitur ipsam persequar conjurationem, quem ad finem et quomodo facta sit, causasque dicam de quibus conflata in tantum evaserit; deinde vero de altero Cæsare loquar, cujus causa hanc narrationem institui, quo modo scilicet ad regnum pervenerit, et in illius locum subsecutus quænam bello et pace gesserit. Conjuratio initio conflata a paucis est; postea autem multi ejus participes

— 7. αὐτῷ] αὐτὸς cod. In antecedentibus codex ἐπευφήμῳ κλήδωνι. — 8. φίλων ἔνιοι ἃ καὶ] φίλων οἱ καὶ codex. — 9. ἔξοδον] malim διέξοδον, ut supra. Deinde post μεγάλου lacunam notavi. Supplere possis τῇ μνήμῃ ἐποτρύνειν. Fort. erat: συγκροτεῖν τὰ ἐν ἐκείναις... ἄλλως τε καὶ τῇ τοῦ ὀνόματος μεγαλειότητι. — 10. συγκατειργάσαντο] συγκατειργάσατο codex. — 11. περιέθεσαν] περέθεσαν codex. — 12. Supplevi part. δὲ. — 13. ἐπείθετο] ἐπίθετο codex.

XIX 1. τά τε μετὰ] τάτε με μετὰ cod. — 2. καθ' ὅτι] καθότι cod.

ἐπὶ ἡγεμόνα μνημονεύονται συστῆναι. Φασὶ γὰρ τοὺς μετασχόντας τοῦ λόγου γενέσθαι ὑπὲρ π' (3)· ἐν οἷς μέγιστον ἠδύνατο Δέκμος (4) τε Βροῦτος, φίλος ἐς τὰ μάλιστα ὢν Καίσαρι, καὶ Γάϊος Κάσσιός τε καὶ Μάρκος Βροῦτος, οὐδενὸς ἧττον παρὰ Ῥωμαίοις τότε ἐπαινούμενος· πάντες δὲ πρότερον ἀντιπόλεμοί τε ἦσαν καὶ τὰ Πομπηίου ᾑρξον (*)· ἐκείνου δὲ ἡττηθέντος, γενόμενοι ὑπὸ Καίσαρι, τὸ ἀπ' αὐτοῦ εἰρηνικὸν (5) βίον εἶχον· οὐδὲ, καίπερ Καίσαρος φιλανθρώπως προσαγομένου ἕκαστον (6), ἐν τῇ διανοίᾳ τὸ δύσελπι αὐτῶν ἀφῃροῦντο· ἀμνησίκακος [γὰρ] ἦν (7) τὸ ἦθος πρὸς τοὺς κρατηθέντας διά τινα πραότητα. Καρπούμενοι δὴ τὸ ἀπ' ἐκείνου ἀνύποπτον, κατεχρήσαντο αὐτῷ εἰς τὸ μᾶλλόν τι λανθάνειν ἐπιβουλεύοντες ἐπαγωγοῖς τε λόγοις καὶ ἔργοις προσποιήτοις. Αἰτίαι δ' αὐτοὺς ἐνῆγον ἐπιχειρεῖν τἀνδρὶ οὐκ ἀπὸ μικρῶν διαφόρων ἰδίᾳ τε ἑκάστοις καὶ κοινῇ πᾶσι γεγονυῖαι. Οἱ μὲν γὰρ ἐλπίδος τι ἔχοντες, εἰ ἐκεῖνον ἐκποδὼν ποιήσαιντο, αὐτοὶ ἡγεμόνες ἀντ' ἐκείνου ἔσεσθαι, τὴν ἐπιβουλὴν συνίστασαν, οἱ δὲ ὑπὸ ὀργῆς ὧν πάθοιεν παρὰ τὸν πόλεμον, οἰκείων αὐτοῖς ἀπολωλότων ἢ τὰ χρήματα ἀφῃρημένοι ἢ ἀρχὰς ἐν τῇ πόλει, ἐνεπικραίνοντο, καὶ τὸ ὀργιζόμενον ὑποκρυπτόμενοι τοῦ εὐπρεποῦς τι μετεποιοῦντο, ὡς δυσχεραίνοιεν τὴν ἑνὸς ἀρχήν, ζητοῖεν δὲ κατ' ἰσονομίαν πολιτεύεσθαι. Ἄλλα δὲ ἄλλοις αἴτια συνενεχθέντα ὑφ' ὧν ἔτυχε προφάσεων τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς τοὺς δυνατωτάτους συνέστησεν, ἔπειτα πολὺ πλείους προσήγετο, τοὺς μὲν αὐτεπαγγέλτους (8) κατ' ἴδια ἐγκλήματα, τοὺς δὲ κατὰ σύμπραξιν ἑτέροις ἐκ τῆς πάλαι φιλίας πολὺ τὸ πιστὸν ὑποφαίνοντας καὶ κατὰ τοῦτο προσηταιρισμένους. Ἦσαν δέ τινες οἱ κατ' οὐδέτερον, ἀλλὰ τῇ τε ἀξιώσει τῶν ἀνδρῶν συνεπιδιδόντες τὴν γνώμην, καὶ ἐκ τῆς πάλαι δημοκρατίας ἀχθόμενοι τῇ ἑνὸς ἰσχύι, ἄσμενοί τε (ἂν), εἰ καὶ μὴ αὐτοὶ ἄρξαι τοῦ πράγματος, ἀλλ' ἑτέρου γε ἄρξαντος συλλαβέσθαι τότ' ἀγαπητῶς μετὰ τοιούτων ἀνδρῶν, εἰ (9) καί τι δέοι παθεῖν οὐκ ὀκνοῦντες. Πολλὰ δ' ἐξώτρυνε καὶ ἡ ἐκ παλαιοῦ Βρούτοις ὑποῦσα εὐκλεια (10) τῶν προγόνων τοὺς ἀπὸ Ῥωμύλου βασιλεῖς (11) τῆς Ῥώμης καταλελυκότων καὶ δημοκρατίαν πρῶτον καταστησαμένων. Οἵ τε φίλοι πρότερον ὄντες τῷ Καίσαρι οὐκέθ' ὁμοίως εὔνοι ἦσαν, εἰς ἴσον ἑαυτοῖς ὁρῶντες τιμωμένους τοὺς πάλαι μὲν πολεμίους, ὑπ' ἐκείνου δὲ σωθέντας. Οὐ μὴν οὐδὲ αὐτοῖς ἐκείνοις τὸ εὔνουν ὑπῆρχεν, ἀλλ' ἐπίπροσθεν τῆς χάριτος γινόμενον τὸ ἀρχαῖον μῖσος οὐχ ὧν εὖ ἔπαθον σωθέντες μνήμην ἐνεποίει, ἀλλ' ὧν ἀπεστερήθησαν ἀγαθῶν κρατηθέντες ἐννοούμενοι παρωξύνοντο (12). Πολλοὶ δὲ καὶ αὐτῷ ἤχθοντο τὸ δι' ἐκείνου σεσῶσθαι, καίτοι γε ἀνονείδιστα αὐτοὺς

facti, et quot antea nunquam in ducem conjurasse memorantur. Nam supra octoginta fuisse dicunt, inter quos principes erant Decimus Brutus, Cæsaris ex intimis amicis, et C. Cassius et M. Brutus, gratia tunc apud Romanos nemine inferior. Hi omnes antea adversarii fuerant et Pompeii partibus addicti. Quo debellato, quum in Cæsaris potestatem venissent, in præsens quietem agebant; neque vero, quamquam humanitate et gratia singulos conciliare sibi Cæsar studebat, malam spem animis expellebant. Et quum immemor injuriarum erga victos esset ingenita lenitate, illi in rem suam convertentes quod nihil Cæsar ipsos suspectaret, abusi eo sunt, ut tanto facilius laterent insidiantes verbis blandis factisque simulatis. Causæ vero ad manum viro admovendam eos induxerunt diversissimæ privatim singulos et communiter omnes. Nonnulli quod sperabant, si Cæsarem removissent, ipsos ejus loco imperio potituros esse, insidias parabant; alii ira propter ea quæ per bellum passi essent, necessariis orbati, et opibus et muneribus, quibus in urbe functi erant, spoliati, exacerbabantur, sed iram hanc celantes, speciosius aliquid præ se ferebant, aientes graviter se ferre unius viri imperium, atque hoc agere, ut ex juris æquabilitate respublica regeretur. Aliæ denique aliis causæ erant ex obvio quoque prætextu repetitæ; quæ initio quidem nonnisi principes conjurationis jungebant, deinde vero multo plures adducebant, partim sponte sua venientes ob privatas criminationes, partim societate sua aliis vetustæ amicitiæ firmissimam fidem testaturos et propter hoc se conjuratis adjungentes. Erant etiam nonnulli, qui neutro horum, sed dignitate illorum virorum moti suffragabantur iis, atque veteris status popularis memores ægre ferebant unius viri potentiam, et quamquam ipsi rem non suscepturi fuissent, tamen ubi alius eam aggressus esset, tum alacres se adjungere properabant cum ejusmodi viris, etiamsi pati aliquid deberent, haud cunctantes. Multum vero excitabat etiam quæ ex antiquo tempore Brutis erat nobilis fama majorum, qui reges post Romulum Romanis imperantes everterant, primumque populare regimen instituerant. Porro pristini Cæsaris amici non ejusdem amplius benevolentiæ erant, quod pari apud eum honore esse videbant eos, qui hostes olim fuerant et a Cæsare servati. Verum ne his ipsis quidem sincera erat benevolentia, sed offuscans gratiam vetus odium non quæ in servatos Cæsar contulisset beneficiorum memoriam infigebat, sed quæ victi bona amisissent recordantes exstimulabat. Multi etiam eo infensi erant, quod salutem suam Cæsari deberent, quamquam ne minimo quidem probro ab eo

— 3. ὑπὲρ π'] Conspiratum est a *sexaginta amplius*, Sueton. Cæs. 80. — 4. Δέκμος] sic etiam ap. Appianum libri pro Δέκιμος. — * ᾖρχον cod. — 5. ὑπὸ Καίσαρι... βίον] ὑπὸ καίρος τὸ ἀπ' αὐτοῦ (ὑπὸ Καίσαρι ἐς τὸ παραυτίκα?) εἰρην βίον εἶχον (εἰρήνην ἦγον?) codex. — 6. οὐδὲ γὰρ ἄλλως φιλανθρώπως προσαγομένου ἑκάστου codex. — 7. ἀμνησίκακος γὰρ ἦν] μνησίκακος ὤν. Mutato ὢν in ἦν, addidi particulam γὰρ. — 8. αὐτεπαγγ.] ἀντεπαγγ. codex. — 9. εἰ καὶ] fortasse ante εἰ excidit alterum καί. — 10. εὔκλεια] εὔκλει codex. — 11. βασιλεῖς] βασίλεως codex. — 12. εὐνοουμένους codex. Fort. præstat εὐνοουμένους παρώξυνε.

πάντα πεποιηκότι· ἀλλ' ὅμως αὐτὸ τὸ ἐν χάριτος μέρει λαβεῖν τἀδ' ἃ (13) κατὰ πολλὴν εὐμάρειαν κρατοῦσιν ὑπῆρχε, σφόδρα ἐν τῇ διανοίᾳ ἐνὸν ἐλύπει. Καὶ μὲν δὴ κἀκεῖνα τὰ ἤθη αὐτῶν διάφορα ἤδη ἦν, τῶν τε συστρατευομένων πάλιν ἐν ἰδιωτῶν (14) μοίρᾳ τῶν τε ἡγεμόνων καὶ οὐ τιμῆς μεταποιουμένων· τὸ μὲν ὅτι συγκατελέλεκτο (15) εἰς τὸ ἀρχαῖον στρατιωτικὸν τὸ πολέμῳ ἁλοῦν, καὶ τοὺς ἴσους μισθοὺς ἔφερεν. Ἦχθοντο οὖν οἱ φίλοι ἐν ἴσῳ τιμώμενοι τοῖς ὑπ' αὐτῶν αἰχμαλώτοις γενομένοις, ἔστι δ' ὑφ' ὧν καὶ παρωθούμενοι τιμῆς. Πολλοῖς δὲ καὶ τὸ εὖ πάσχειν ὑπ' αὐτοῦ διαφερόντως ἀνιαρὸν ἦν κατά τε χρημάτων δόσεις καὶ ἀρχῶν συντάξεις, ὡς μόνου δυναμένου τοῦτο ποιεῖν, τῶν δὲ ἄλλων πάντων ἐν οὐδενὸς μοίρᾳ παρεωσμένων. Αὐτός τε ἐκεῖνος ἐπὶ πολλαῖς καὶ καλαῖς νίκαις ἀγαλλόμενος οὐκ εἰκότως, πλέον τε ἢ ἄνθρωπος ἀξιῶν ἤδη εἶναι, τοῖς μὲν πολλοῖς ἐθαυμάζετο, τοῖς δὲ μεγάλοις καὶ δυναστείας μεταποιουμένοις ἐπαχθὴς ἐδόκει εἶναι. Παντοδαπὰ οὖν συνέστη φῦλα ἐπ' αὐτὸν ἀνδρῶν μεγάλων, μικρῶν, φίλων, πολεμίων, στρατιωτῶν, πολιτικῶν, ἑκάστων προφάσεις ἰδίας εἰς τὸ ἔργον ὑποτιμωμένων (16) καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐγκλημάτων ἐμπιστευόντων καὶ ταῖς παρὰ τῶν ἄλλων κατηγορίαις. Ἕκαστός τε (17) ἕκαστον συνιστάμενον παρώξυνον (18), καὶ τὸ εἰς ἀλλήλους βέβαιον ἐκ τῶν ἰδίᾳ ὑπόντων πρὸς αὐτὸν (19) ἐγκλημάτων παρείχοντο. Δι' ὃ καὶ τοσούτων γενομένων τῶν συστάντων, οὐδεὶς ἐτόλμησε καταμηνῦσαι τὴν πρᾶξιν. Φασὶ δέ τινες ὀλίγον πρὸ τοῦ θανάτου γραμματίδιον (20) αὐτῷ ὑπό του δεδόσθαι μηνύον τὴν ἐπιβουλήν· ὃ μετὰ χεῖρας ἔχων πρὶν ἀναγνῶναι ἀπεσφάγη· μετὰ δὲ ἀποθανόντος ἀνευρέθη ἐν τοῖς ἄλλοις γραμματιδίοις.

XX. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐγνώσθη· τότε δὲ [ἄλλαις] ἐπ' ἄλλαις (1) τιμαῖς αὐτῷ ψηφιζομέναις τῶν μὲν χαρίζεσθαι βουλομένων, ἐνίων δὲ μετὰ ἐνέδρας δεχομένων τὰς ὑπερβεβλημένας καὶ εἰς ἅπαντας ἐκφερόντων, ὡς ἂν φθόνος ὁμοῦ [καὶ] (2) ὑποψία ἐγγένοιτο ἐπαχθής, ὅδε ἅτε ἁπλοῦς ὢν τὸ ἦθος καὶ ἄπειρος πολιτικῆς τέχνης διὰ τὰς ἐκδήμους (3) στρατείας, ἡλίσκετο ῥᾳδίως τούτοις, ἐκ τοῦ εἰκότος οἰόμενος γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους θαυμαζόντων αὐτὸν μᾶλλόν περ ἢ ἐπιβουλευόντων. Μάλιστα δὲ τῶν ἐψηφισμένων ἐλύπει τοὺς ἐν τέλει τὸ καὶ τῶν ἀρχῶν ἄκυρον γενέσθαι τῆς καταστάσεως τὸν δῆμον, ἐκείνῳ δ' αὐτὰς ἀποδίδοσθαι οἷς βούλοιτο διδόναι, ὥσπερ τὸ δόγμα ἐκέλευεν οὐ πρὸ πολλοῦ κεχυρωμένον. Παντοδαπαὶ δὲ καὶ ἐν τῷ ὁμίλῳ λογοποιαὶ διεφέροντο, ἄλλων ἄλλα διεξιόντων. Οἱ μὲν γὰρ ἔφασκον βασίλειον αὐτῷ ἐγνωκέναι συμπάσης γῆς καὶ θαλάττης Αἴγυπτον ἀποδεικνύναι, ἔνθα βασιλίδα Κλεοπάτραν αὐτοῦ τεκεῖν

affecti essent; at nihilominus illud ipsum, quod beneficii loco accepissent, quibus victores summa cum commoditate frui potuissent, cogitationi inhærens contristabat. His porro jam diverso modo hostiliter affectis ii accedebant, qui expeditionum socii fuerant vel gregarii vel ducum munere fungentes, neque ad honores promovebantur, querentes illi, quod bello capti in veteres legiones cooptarentur et eadem mererentur stipendia. Graviter igitur amici ferebant, eodem se loco esse cum iis, quos ipsi in captivitatem redegissent, et a nonnullis eorum vel deturbari gradu honoris. Multos etiam accepta ab eo beneficia sive pecuniæ largitione sive munerum collatione mœrore afficiebant, quod solus ille hoc facere posset, ac reliqui omnes ut nullius momenti negligerentur. Denique ipse Cæsar multis ac præclaris victoriis se efferens haud immerito et plus se quam mortalem jam esse existimans, apud multitudinem quidem cum admiratione suspiciebatur, optimatibus vero et imperia ambientibus molestus esse videbatur. Sic multiplex in eum coorta est turba virorum magnorum, parvorum, amicorum, inimicorum, militarium, civilium, qui suos quisque prætextus ad rem afferebant, et ob proprias criminationes etiam aliorum fidebant accusationibus. Singulique singulos convenientes exstimulabant, fidemque mutuam ex iis quæ privatim unicuique erant criminibus præbebant. Atque ita factum est, ut in tanto conjuratorum numero nemo rem deferre auderet. Quamquam nonnulli narrant paullo ante necem ei libellum insidiarum indicem a quodam traditum esse, quem manu tenens, antequam legisset, interfectus est, quemque deinde ad mortuum inter reliquos codicillos repererunt.

XX. Hæc igitur postea demum innotuerunt. Tum vero quum aliis super aliis honoribus ei decernendis alii gratificari vellent, nonnulli autem insidiose insignes illos honores adeo admitterent, ut eos tamquam immodicos in vulgus efferrent, atque sic invidiam simul et suspicionem excitarent: Cæsar, utpote simplex indole et civilium machinationum ob expeditiones peregrinas parum peritus, facile iis circumventus est, ex æquo putans laudationes illas esse admirantium potius quam insidiantium. Omnium maxime vero inter decreta viros muneribus publicis fungentes illud offendit, quo etiam jus creandorum magistratuum populo ademptum, atque Cæsari data potestas est magistratus constituendi quoscumque vellet, sicuti senatus consulto paullo ante sancito jubebatur. Præterea varii apud plebem sermones ficti circumferebantur, aliis alia persequentibus commenta. Sic nonnulli dicebant statuisse eum regiam terræ universæ marisque in Ægyptum transferre, ubi Cleopatra

— 13. τἀδ' ἃ] τάδ' ἃ codex. — 14. πάλαι ἐν ἰδίῳ τῶν codex. — 15. συγκατελέλεκτο] συγκατέτεκτο codex. In seqq. pro συντάξεις codex συμπράξεις. — 16. ὑποτιμωμένων] ὑπό τινος μένων codex. — 17. ἕκαστός τε] ἑκαστότε codex. — 18. παρώξυνον] παρωξύνων codex. — 19. αὐτὸν] αὐτῶν codex. — 20. De eadem re cf. Appian. II, 116; Sueton. Cæs. c. 81; Dio Cass. 44, 18; Vellejus II, 57; Florus IV, 2, 94; Plutarch. Cæsar. 65, 1, p. 881 ed. Didot.

XX. 1. Supplevi v. ἄλλαις uncis inclusam. — 2. καὶ] supplevi particulam sæpius a scriba nostro neglectam; nisi forte scribi malis φθόνος ὁμοῦ ὑποψία ἐγγένοιτο. — 3. ἐκδήμους στρατείας] εὐδήμους στρατιὰς cod.

παῖδα Κῦρον (4) φοιτήσασαν εἰς εὐνήν· ὅπερ αὐτὸς ἤλεγξεν ἐν ταῖς διαθήκαις ψεῦδος ὄν. Οἱ δ' ἐν Ἰλίῳ τοῦτο ἔφασαν αὐτὸν μέλλειν καθίστασθαι, διὰ τὴν παλαιὰν πρὸς τὸ Δαρδανιδῶν γένος συγγένειαν. Γενόμενον δέ τι καὶ τόσον παρώξυνε τὰ μάλιστα τοὺς ἐπ' αὐτὸν συνεστῶτας. Ἦν αὐτῷ χρυσοῦς ἀνδριὰς, ὥσπερ ἐψήφιστο, ἐπὶ τῶν ἐμβόλων (5). Τούτου διάδημα ὤφθη περὶ τῇ κεφαλῇ κείμενον· ὑπόπτως δὲ πάνυ πρὸς αὐτὸν ἔχουσι Ῥωμαῖοι, δουλείας οἰόμενοι εἶναι σύμβολον· ἐπελθόντες δὲ τῶν δημάρχων Λεύκιος καὶ Γάϊος ἐκέλευσάν τινι τῶν ὑπηρετῶν ἀναβάντι καθελεῖν (6) αὐτὸ καὶ ῥῖψαι. Τοῦτο γενόμενον Καῖσαρ ὡς ἤσθετο, καλέσας τὴν σύγκλητον εἰς τὸ τῆς Ὁμονοίας ἱερὸν κατηγόρησε τῶν δημάρχων, φάσκων αὐτοὺς εἶναι τοὺς περιθέντας κρύφα τὸ διάδημα, ὅπως ἂν ἐν φανερῷ αὐτὸν ὑβρίσειαν καὶ δοκοῖεν ἀνδραγαθίζεσθαι ἐπὶ τῇ ἐκείνου ἀτιμίᾳ, ὡς οὐκέτι (7) βουλῆς οὔτ' αὐτοῦ ἐπιστρεφόμενοι· μείζονός τε γνώμης καὶ ἐπιβουλῆς εἶναι αὐτοῖς τὸ ὀρασθὲν, εἴ πως δύναιντο εἰς τὸ πλῆθος αὐτὸν διαβαλόντες ὡς ἂν δυναστείας παρανόμου ἐρῶντα (8) καὶ αὐτοὶ ἐξάρχοντες νεωτεροποιίας ἀποκτεῖναι. Ταῦτα εἰπὼν, συνδόξαν τῇ συγκλήτῳ, ἤλασεν (9) αὐτοὺς φυγάδας. Καὶ οἱ μὲν ᾤχοντο φεύγοντες, ἕτεροι δ' ἀντ' αὐτῶν δήμαρχοι ἐγένοντο· ὁ δὲ δῆμος ἐβόα βασιλέα τε αὐτὸν εἶναι καὶ ἀναδεῖσθαι μηδὲν ἔτι μέλλοντα, ἐπεὶ καὶ ἡ Τύχη αὐτὸν ἀνέδησεν (10). Ὁ δὲ πᾶν ἂν ἔφη χαρισάμενος τῷ δήμῳ διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν τοῦτο [δ'] οὔποτε δώσειν, καὶ συγγνώμην ᾐτεῖτο εἰ ἀντιλέγει σώζων τὰ πάτρια· βούλεσθαι γὰρ τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἔχειν νομίμως ἢ βασιλείαν παρανόμως.

XXI. Τοιαῦτα (1) μὲν δὴ τότε ἐλέγετο· μετὰ δὲ ταῦτα ἑορτὴ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐγένετο χειμῶνος, Λουπερκάλια (2) καλεῖται, ἐν ᾗ γηραιοί τε ὁμοῦ πομπεύουσι καὶ νέοι, γυμνοὶ, ἀλειμμένοι (3) τε καὶ διεζωσμένοι, τούς τε ὑπαντῶντας κατακερτομοῦντες καὶ τύπτοντες αἰγείαις (4) δοραῖς. Τότε δὲ ἐνστάσης, ἡγεμὼν ᾑρέθη Μάρκος Ἀντώνιος· καὶ προῄει διὰ τῆς ἀγορᾶς, ὥσπερ ἔθος ἦν, συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλος ὄχλος. Καθημένῳ δὲ Καίσαρι ἐπὶ τῶν ἐμβόλων λεγομένων ἐπὶ χρυσοῦ θρόνου, καὶ ἱματίου ἁλουργὲς ἀμπεχομένῳ, πρῶτον Λικίνιος δάφνινον ἔχων στέφανον, ἐντὸς δὲ διάδημα περιφαινόμενον (5), προσέρχεται (ἦν γὰρ ὑψηλὸς ὁ τόπος ἐφ' οὗ Καῖσαρ ἐδημηγόρει, βασταχθεὶς ὑπὸ τῶν συναρ-

regina Cyrum filium Cæsari peperisset. Quod ipse testamento suo tamquam mendacium redarguit. Alii in Ilio sedem regni constituturum ferebant propter cognationem inde ab antiquo cum Dardanidis sibi intercedentem. Præterea hocce adversarios exasperabat quammaxime. Erat ei statua aurea ex populi decreto in rostris dedicata. Huic quondam diadema impositum conspexerunt; idque Romani vehementer suspectabant, servitutis esse signum censentes. Et advenientes tribuni Lucius *Cæsetius Flavius* et Caius *Epidius Marullus*, unum ex ministris jubent adscendere detractumque diadema projicere. Quod quum comperisset Cæsar, convocato in Concordiæ templum senatu, tribunos accusavit, ab ipsis dicens diadema impositum esse, quo palam se contumelia afficerent et viros strenuos se ostenderent, nihil amplius neque senatus neque suam ipsius auctoritatem curantes. Altioris consilii et insidiarum huic facto subesse indicium, si quando possent se populi in invidiam ductum, utpote illegitimæ dominationis appetentem, ipsi rerum novarum auctores interficere. Quibus dictis senatu suffragante, exilio eos mulctavit. Illis igitur solum vertentibus alii tribuni substituti sunt. Populus vero acclamans jubebat Cæsarem regem esse, et diademate caput cingere nihil morari, quandoquidem ipsa Fortuna statuam ejus redimivisset. Ille autem declaravit omnia se populo gratificantem ob ejus in ipsum benevolentiam, hoc tamen nunquam concessurum esse; atque veniam petivit, si obloqueretur mores servaturus patrios; nam malle se consulare munus habere ex legum præscripto, quam regium imperium legum adeptum contemptu.

XXI. Ac tunc quidem talia dicebantur. Post hæc festum Romæ celebrabatur hiemis tempestate, Lupercalia vocant, in quo pompam ducunt seniores simul et juniores, nudi, uncti et præcincti, obviosque jocis lacessentes ac pellibus verberantes caprinis. Hoc igitur instante festo, dux pompæ creatus erat Marcus Antonius. Procedebat ille per forum, uti mos erat, multa comitante plebe. Tum ad Cæsarem sedentem pro rostris in sella aurea et amictum toga purpurea, primum Licinius lauream tenens coronam, cui insertum diadema conspiciebatur, adscendit (erat enim editior locus, in quo Cæsar concionari solebat, a collegis elatus).

— 4. Κῦρον] Corruptum nomen videtur ex Καισαρίωνα, ut apud reliquos scriptores Cleopatræ e Cæsare filius appellatur. Dio Cass. 47, 31 : Ἥ τε Κλεοπάτρα... τὸν υἱὸν, ὃν Πτολεμαῖον μὲν ὠνόμαζεν, ἐπλάττετο δὲ ἐκ τοῦ Καίσαρος τετοκέναι, καὶ διὰ τοῦτο Καισαρίωνα προσηγόρευε κτλ. Cf. Sueton. Cæsar. 52; Plutarch. Cæsar. 49; Anton. 54, 71; Dio 51, 6. De reliquis cf. Sueton. Cæs. 79 : *Quin etiam valida fama percrebuit migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii, exhaustaque Italia delectibus et procuratione urbis amicis permissa.* — 5. De hac historia ab aliis paullo aliter narrata v. Appian. II, 108; Plutarch. Cæsar. 61, 3; Dio Cass. 44, 4 et 9; Livius Epit. 116; Sueton. 79; Vellej. II, 68; Zonaras X, 11. — 6. καθελεῖν] καθαιρεῖν codex. — 7. ὡς οὐκέτι βουλῆς] ὥστε οὔτ' ἐκ βουλῆς codex. — 8. ἐρῶντα] Dubnerus; εὑρόντα codex. — 9. ἤλασεν] ἤλασαν codex. — 10. ἀνέδησεν] ἐνέδωκεν codex. Deinde codex ὁ δὲ πᾶν ἀνέφηνε χαρ. ...τοῦτο οὔποτε.

XXI. 1. τοιαῦτα] τὰ αὐτὰ codex. — 2. Λουπερκάλια] λουπερκία codex. Ea quæ in seqq. narrantur, brevius et paullo aliter relata habes ap. Appian. II, 109; Plutarch. Cæsar. 61, Antonio 12; Dion. 44, 11; Sueton. 79; cf. Cicero Philipp. III, 5; V, 14; II, 34. — 3. ἀλειμμένοι] ἀλειμέναι codex. — 4. αἰγείαις] αἰγίαις cod.; λασίοις σκύτεσι Plutarch. II. II. — 5. ἐντὸς.. περιφαινόμενον] στεφάνῳ δάφνης περιπεπλεγμένον Plutarch. Cæs. 61, 2. διάδημα δάφνης

χόντων) καὶ (6) κατέθηκεν αὐτοῦ πρὸ τῶν ποδῶν τὸ διάδημα. Βοῶντος δὲ τοῦ δήμου, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τίθεται· καὶ ἐπὶ τοῦτον Λέπιδον καλοῦντος τὸν ἱππάρχην, ὁ μὲν ὤκνει· ἐν τούτῳ δὲ Κάσσιος Λογγῖνος, εἷς τῶν ἐπιβουλευόντων, ὡς ῥᾷθεν εὔνους ὤν, ἵνα καὶ λανθάνειν μᾶλλον δύναιτο, ὑποῤῥὰς ἀνείλετο τὸ διάδημα καὶ ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ ἔθηκε. Συνῆν δὲ καὶ Πόπλιος Κάσκας (7). Καίσαρος δὲ διωθουμένου καὶ τοῦ δήμου βοῶντος, ταχὺ προσδραμὼν Ἀντώνιος γυμνὸς ἀληλιμμένος (8), ὥσπερ ἐπόμπευεν, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιτίθησι. Καῖσαρ δὲ ἀνελόμενος αὐτὸ εἰς τὸν ὄχλον ἔρριψε. Καὶ οἱ μὲν τελευταῖοι ἐκρότησαν ἐπὶ τούτῳ, οἱ δὲ πλησίον ἐδόων δέχεσθαι καὶ μὴ διωθεῖσθαι τὴν τοῦ δήμου χάριν. Ἄλλοι γὰρ ἄλλην γνώμην περὶ τῶν ὁρωμένων εἶχον· οἱ μὲν γὰρ ἐδυσχέραινον, ἅτε δυναστείας δήλωσιν (9) μείζονος ἢ κατὰ δημοκρατίαν· οἱ δὲ χαρίζεσθαι εἰόμενοι συνέπραττον· οἱ δὲ οὐκ ἔξω τῆς γνώμης αὐτοῦ διεῤῥόουν τοῦτο Ἀντώνιον (10) πεποιηκέναι· πολλοῖς δ' ἦν καὶ βουλομένοις βασιλέα αὐτὸν ἀναμφιλόγως γενέσθαι. Παντοδαπαὶ μὲν ῥῆμαι ἐν τῷ ὁμίλῳ ἦσαν. Τὸ δ' οὖν δεύτερον Ἀντωνίου ἐπιτιθέντος, ὁ δῆμος ἐβόησε « Χαῖρε βασιλεῦ » τῆς ἑαυτοῦ γλώττης. Ὁ δὲ οὐ δεχόμενος (11) ἐκέλευσεν εἰς τὸ τοῦ Καπιτωλίου Διὸς ἱερὸν ἀποφέρειν αὐτό· ἐκείνῳ γὰρ μᾶλλον ἁρμόττειν. Καὶ πάλιν ἐκρότησαν οἱ αὐτοὶ, ὥσπερ καὶ πάλαι. Λέγεται δὲ καὶ ἕτερος λόγος, ὡς ταῦτα ἔπραττεν Ἀντώνιος ἐκείνῳ μὲν, ὥς γε ᾤετο, χαρίζεσθαι βουλόμενος, αὐτῷ δὲ ἐλπίδα μνώμενος εἰ γένοιτο ποιητὸς υἱός. Τελευταῖον δὲ ἀσπασάμενος Καίσαρα δίδωσι τῶν παρεστώτων τισὶν ἐπιθεῖναι αὐτὸ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ πλησίον ἀνδριάντος Καίσαρος· οἱ δὲ ἐπέθεσαν. Ἐν δ' οὖν τοῖς τότε (12) οὐδενὸ, ἧττον καὶ τόδε πραχθὲν ἤγειρε θᾶττον τοὺς ἐπιβουλεύοντας, πίστιν ἐν ὀφθαλμοῖς μείζω παρασχὸν τῶνδ' ἃ (13) δι' ὑποψίας εἶχον.

XXII. Κίννας δὲ μετ' οὐ πολὺ στρατηγῶν Καίσαρα παραιτησάμενος δόγμα ἐκύρωσεν κατιέναι τοὺς ἀπελαθέντας δημάρχους καὶ, ὥσπερ βούλεται ὁ δῆμος, πεπαυμένους τῆς ἀρχῆς ἰδιώτας εἶναι τῶν κοινῶν μὴ εἰργομένους (τῆς ἀρχῆς) (1). Καῖσαρ δὲ οὐ διεκώλυε τὴν κάθοδον· καὶ οἱ μὲν κατῆσαν (2). Ἀρχαιρεσίαι δ' ἦσαν ἐνιαύσιοι, ὑπὸ Καίσαρος ἀγόμεναι· αὐτὸς γὰρ εἶχε τὴν τούτων ἐξουσίαν, ὥσπερ ἐκέλευσε τὸ δόγμα· καὶ δὴ ἀποδείκνυσι εἰς τὸ ἐπιὸν ὑπάτους Οὐίβιον Πάνσαν (3), καὶ Αὖλον Ἵρτιον· εἰς δὲ τρίτον ἔτος Δέκμον (4) Βροῦτον, ἕνα τῶν ἐπιβούλων, καὶ Μουνάτιον Πλάγκον (5). Κατόπιν δὲ τούτου καὶ ἕτερον ἐπράχθη, ὃ

et ante pedes ejus diadema deposuit; dein clamante populo, in caput ponit. Contra hunc Cæsar Lepidum advocat magistrum equitum. Is vero moras nectebat. Interea Cassius Longinus, conjuratorum unus, bene se affectum simulans, quo lateret tanto facilius, detraxit diadema et in genua reposuit. Una cum eo erat etiam Publius Casca. Cæsare autem rejiciente diadema, populoque plaudente, confestim accurrens Antonius nudus unctus, sicuti erat in pompa, rursus imponit capiti. Tum detractum Cæsar in populum projecit. Ac postremi quidem ob id plausum ediderunt, sed propius adstantes clamabant, ut acciperet neque rejiceret donum populi. Etenim alii aliter de his sentiebant. Pars ægre id ferebant, ut imperii signum majoris quam popularis status admitteret; pars gratificari volentes rem comprobabant. Alii haud absque ipsius Cæsaris sententia Antonium hoc fecisse dictitabant. Multis etiam haud invitum erat Cæsarem sine controversia regium tenere imperium. Tam varii inter multitudinem rumores spargebantur. Porro quum iterum Antonius diadema capiti Cæsaris admoveret, clamare populus : *Salve rex*. Ille vero recusans diadema Jovi in Capitolium mitti jussit, huic magis id convenire dicens. Ad quæ denuo iidem plaudebant, sicuti antea. Celerum alius quoque de his sermo fertur, ex quo Antonius illa fecit Cæsari quidem, uti sperabat, gratificaturus, sibi autem spem fovens, si forte pro filio ab eo adoptaretur. Postremo Cæsarem amplexus adstantibus quibusdam diadema tradidit, qui statuæ Cæsaris proximæ imponerent. Idque illos fecisse aiunt. Inter ea igitur quæ tunc evenerunt, etiam hoc inprimis conjuratos ad maturanda destinata consilia incitavit, quum majorem fidem eorum quæ suspicabantur ob oculos poneret.

XXII. Haud multo post prætor *L. Cornelius* Cinna, Cæsare precibus placato, decretum scribi curavit, quo pulsis tribunis permissum est, ut in patriam redirent, et ex populi voluntate, adempta potestate tribunicia, privati essent, sed a republica capessenda non arcerentur. Itaque, non refraganto Cæsare, Romam tribuni redierunt. Mox Cæsar comitia annua magistratibus creandis habet (nam horum quoque ex decreto penes ipsum potestas erat), et in annum sequentem consules designat C. Vibium Pansam et A. Hirtium, in tertium annum Decimum Brutum, e conjuratis unum, et Munatium Plancum. Post hæc aliud accidit, quod vehementer conjuratos excitavit. Etenim fo-

στεφάνῳ περιελίξας Ἀντώνιος Plut. Anton. 12, 1. — 6. καὶ] particulam de meo addidi. — 7. Κάσκας] κασικὰς codex h. l. et infra. — 8. ἀληλιμμένος] ἀληλειμένος, codex. — 9. δήλωσιν] δήλωσι codex. — 10. Ἀντώνιον] ἀντωνίου codex. — 11. οὐ δεχόμενος] οὐδ' ἐχόμενος cod. — 12. τοῖς τότε] supplevi τοῖς. — 13. παρασχὸν τῶνδ' ἃ] παραχόντων ὃ codex.

XXII 1. τῆς ἀρχῆς] inclusi, ut abundantia, et probabiliter ex antecedentibus male repetita. — 2. κατῆσαν] Aliter Appian. II, 122, ubi Cassius et Brutus post mortem Cæsaris tribunos illos ex exilio revocandos esse censent. Sueton. c. 80 : *Post remotos Cæsetium et Marullum tribunos, reperta sunt proximis comitiis complura suffragia consules eos declarantium*... Quod item de absentibus intelligendum esse videtur. — 3. Οὐίβιον Πάνσαν] ὀρβιον πάνα codex. — 4. Δέκμον] δέγμον codex. — 5. Πλάγκον] πλάγκτον codex.

σφόδρα ἤγειρε τοὺς συνεστῶτας. Ἀγορὰν κατεσκεύαζε μεγάλην καὶ ἀξιοπρεπῆ ἐν Ῥώμῃ, καὶ τοὺς τεχνίτας ἀθροίσας τὰ ἔργα εἰς τὴν κατασκευὴν διεπίπρασκεν. Ἐν τούτῳ δὲ αὐτῷ προσῆλθον (6) οἱ Ῥωμαῖοι ἄριστοι τιμὰς φέροντες, ἅστινας τότε ἐψηφίσαντο ἐν κοινῷ. Τούτων δ' ἡγεῖτο μὲν ὁ ὕπατος, συνάρχων τότε αὐτῷ ὤν, κομίζων τὰ ἐψηφισμένα· ῥαβδοφόροι τε προήεσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὸν ὄχλον ἀνείργοντες· συνήεσαν δὲ τῷ ὑπάτῳ οἵ τε στρατηγοὶ καὶ δήμαρχοι καὶ ταμίαι καὶ ἄλλαι πᾶσαι ἀρχαί· μετὰ δὲ ἡ σύγκλητος ἐν κόσμῳ εἵπετο καὶ ὁ λαὸς (7) ἄπειρος τὸ πλῆθος καὶ ὅσος οὐκ ἄλλος· πολλὴ δὲ ἦ τε ἔκπληξις ἦν καὶ τὸ ἀξίωμα τῶν πρώτων, εἰς οὓς τὰ συμπάντων ἀνήρτητο κράτη, θαυμαζόντων ἄλλον κρείττω. Ὁ δὲ προσιόντων ἐκάθητο καὶ διὰ τὸ τοῖς ἐκ πλαγίου ὁμιλεῖν οὔτ' ἐπιστρέψας πρὸς αὐτοὺς τὸ πρόσωπον οὔτε προσέχων, ἀλλ' ὁμοίως διοικῶν ἃ ἐν χερσὶν εἶχεν, εἴς ὁ τῶν πλησίον φίλων τις (8) εἶπεν, Ὅρα τοὺς ἐξ ἐναντίας προσιόντας· καὶ τότε ἀποθέμενος τὰ γραμματίδια ἐπεστράφη (9), καὶ περὶ ὧν ἦλθον ἤκουε. Συνόντες οὖν αὐτοῖς οἱ ἐπιβουλεύοντες τὸ γεγονὸς (10) καὶ τοὺς ἄλλους τῆς πρὸς αὐτὸν δυσμενείας ἀνέπλησαν καὶ αὐτοὺς ἤδη ἀχθομένους· ὥργων τότε καὶ οἱ ἐπὶ ὀλέθρῳ τῶν συμπάντων, μή τί γε ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐπιχειρεῖν τῷ ἀνδρὶ [βουλόμενοι] (11), καὶ προσεδόκων χειρώσασθαι αὐτὸν ἀνίκητον παντάπασι δοκοῦντα εἶναι· δυσὶ γὰρ καὶ τριακοσίαις μάχαις ἐδόκει συμβαλὼν εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἔν τε Ἀσίᾳ καὶ Εὐρώπῃ (12) οὔποθ' ἡττῆσθαι. Μόνος δὲ πολλάκις ἐξιὼν καὶ φαινόμενος αὐτοῖς ἐλπίδα ἐνεδίδου τοῦ ἐπιβουλῆ ἁλώσιμος εἶναι· ἐμηχανῶντό τε, εἴ πως παραλύσειαν αὐτοῦ τὴν ἀμφὶ τὸ (13) σῶμα φυλακήν, λόγῳ τε κηλοῦντες ὡς χρεὼν εἴη ἱερὸν αὐτὸν πρὸς πάντων νομίζεσθαι πατέρα τε καλεῖσθαι τῆς πόλεως, καὶ ψηφίσματα περὶ τούτων γράφοντες, εἴ πως ἐκεῖνος τούτοις παραχθεὶς τῷ ὄντι πιστεύσειεν ὑπ' αὐτῶν στέργεσθαι, καὶ τοὺς δορυφόρους ἀπολύσειεν, οἰόμενος τῇ πάντων εὐνοίᾳ φυλάττεσθαι. Ὅπερ γενόμενον πολλὴν αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον ῥαστώνην παρέσχε.

XXIII. Συνήεσαν δ' ἐν φανερῷ μὲν οὔποτε βουλευσόμενοι, λάθρα δὲ κατ' ὀλίγους εἰς τὰς ἀλλήλων οἰκίας· καὶ πολλὰ μέν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἐλέχθη τε αὐτοῖς καὶ ἐκινήθη, σκοπουμένοις τοσόνδε ἔργον ὅπως τε ἐπιθήσωνται καὶ ὅποι. Τινὲς μὲν οὖν εἰσέφερον διὰ τῆς ἱερᾶς καλουμένης ὁδοῦ ἰόντι ἐγχειρεῖν· ἐφοίτα γὰρ πολλάκις ἐκείνῃ· ἄλλοι δ' ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις, ἐν αἷς αὐτὸν ἔδει καθιστάντα ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως πεδίῳ τὰς ἀρχὰς διιέναι τινὰ γέφυραν, διακληρωσάμενοι τὸ ἔργον ὅπως

rum amplum splendidumque Romæ ædificans Cæsar opifices convocaverat, iisque opera facienda elocabat. Dum his occupatur, accedunt principes Romanorum, decreta afferentes honorum, quos tunc communi consensu in senatu ei detulerant. Agmen ducebat *Antonius* consul, Cæsaris collega, manu tenens decreta; præibant lictores hinc inde plebem arcentes; consulem comitabantur prætores et tribuni et quæstores et reliqui omnes magistratus; sequebatur senatus decore incedens, et deinceps immensa numero multitudo et quanta nulla usquam alia. Stupendus erat splendor dignitasque primorum, qui quum summam totius imperii tenerent ipsi alium admirabantur præstantiorem. Accedentibus illis, Cæsar sedebat, et cum iis qui obliqui adstabant colloquens ideoque faciem ab advenientibus aversam habens, quæ in manu erant negotia tractare pergebat, usque dum ex amicis quidam diceret: « Specta ex adverso accedentes. » Tum positis libellis ad illos se convertit, et de iis quorum causa venerant dedit aditum. Quibus quum interessent conjurati, ob casum illum etiam reliquos suo in Cæsarem odio implebant vel ipsos jam male affectos. Animis tunc ardebant vel ii, qui ad perniciem reipublicæ, non ad recuperandam libertatem manum viro injicere moliebantur, opportunitatemque exspectabant, qua domare possent eum qui insuperabilis esse omnibus videbatur: nam trecentis ac duobus prœliis, quæ ad illud temporis in Asia et Europa commiserat, nunquam cladem tulisse putabatur. Jam quum solus sæpe exiret et conspiciendum se ipsis præberet, spes erat fore, ut insidiis circumveniretur. Nihilominus machinabantur si qua ratione corporis custodiam amovere possent, verbis eum demulcentes, quasi sacrosanctus ab omnibus censeri et pater patriæ appellari deberet, atque decreta in hanc sententiam scribentes, num forte his seductus et revera se ab ipsis amari confidens omniumque benevolentia satis se custoditum putans satellites dimitteret. Quo demum facto, multa iis exsequendi consilia præbebatur facilitas.

XXIII. Ad deliberandum palam coitabant nunquam, sed clanculum bini vel terni in suas invicem domus. Ubi multa, ut consentaneum, dicta motaque sunt circumspicientibus tantam rem qua ratione et quo loco aggrederentur. Nonnulli igitur proponebant, ut invaderent per viam sacram euntem; sæpius enim illic transibat. Aliis placuit ut in comitiis magistratuum creandorum causa habendis, ubi Cæsari in campo ante urbem sito magistratus constituturo pons transeundus esset, ita rem peragerent, ut, divisis partibus,

— 6. Eandem historiam paullo aliter narrant Appian. II, 107; Sueton. Cæs. 78; Liv. Epit. 116.; Plut. Cæs. 60, 2; Dio Cass. 44, 8. — 7. λαὸς] πᾶς cod. Mox πολλοὶ cod. — 8. τις] C. Trebatius sec. Sueton. c. 68. — 9. Minus facete excusare Cæsarem student illi qui dicunt eum non assurrexisse ὅτι τῆς κοιλίας ἀκρατὴς ὑπὸ διαρροίας ἐγεγόνει, Dio Cass. 44, 8. Aliam excusationem affert Plutarch. Cæsar. 60, 2. — 10. Verti quasi scriptum esset διὰ τὸ γεγονός. A verbo ἐπιβουλεύοντες accusativus τὸ γεγονὸς pendere nequit; suspicari autem licet verba συνόντες οὖν αὐτοῖς corrupta esse, scriptoremque dixisse: διασύροντες οὖν αὐτοὶ οἱ ἐπιβ. τὸ γεγονὸς vel συκοφαντοῦντες δ' οἱ ἐπιβ. κτλ. vel ejusmodi quid. Mox codex ὠργων. — 11. βουλόμενοι] inserui; si nolis, scribe ἐπιχειροῦντες. — 12. Ἀσίᾳ καὶ Εὐρώπῃ] Ἀσίαν Εὐρώπῃ codex. — 13. τὸ] τοῦ codex.

οἱ μὲν ὥσειαν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γεφύρας, οἱ δὲ ἐπιδραμόντες κτείνειαν (1)· ἄλλοι δὲ ὅταν θέαι μονομάχων ἄγωνται· ὑπόγυοι δ' ἦσαν· ἔνθα καὶ ὅπλα ὁρᾶσθαι παρεσκευασμένα ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἀνύποπτον ἦν διὰ τὸν ἀγῶνα. Οἱ πλεῖστοι δὲ παρῄνουν ἐν τῇ βουλῇ συνεδρεύοντα κτείνειν, ἡνίκα μόνος αὐτὸς ἔμελλεν ἔσεσθαι· οὐ γὰρ συνεισίασιν οἱ μὴ μετέχοντες αὐτῆς, πολλοὶ δ' οἱ ἐπιβουλεύοντες ὑπὸ τοῖς ἱματίοις ἔχοντες ἐγχειρίδια. Καὶ ἐκράτει ἥδε ἡ γνώμη. Συνέλαβε δὲ καὶ τύχη τις εἰς τοῦτο, ποιήσασα ἡμέραν ῥητὴν αὐτὸν ὁρίσαι εἰς ἣν (2) συνίασιν οἱ ἐκ τοῦ συνεδρίου βουλευσόμενοι περὶ ὧν αὐτὸς ἔμελλεν εἰσοίσειν. Ἐπεὶ δὲ ἐνέστη ἡ κυρία ἡμέρα, συνῆσαν παρεσκευασμένοι τοῖς πᾶσιν. Ἐγίνετο δὲ αὐτοῖς ἡ σύνοδος εἰς τὴν Πομπηίου στοάν, ἔνθα ἑκάστοτε (3) συνελέγοντο. Τῷ δ' ἄρα ὁ δαίμων διεδείκνυε τὰ ἐνθάδε (4) ὁποῖα εἴη, ὡς πάντα ἀστάθμητα καὶ τῆς τύχης ἥττω, εἰς τὸ τοῦ ἐχθροῦ αὐτὸν ὑπάγων χωρίον, ἐν ᾧ ἔμελλε πρὸ τοῦ ἐκείνου ἀνδριάντος νεκρὸς κεῖσεσθαι, καὶ οὗ ζῶντος περιεγένετο, τούτου τεθνεῶτος πρὸς τῷ εἰδώλῳ ἀποσφάττεσθαι. Ἰσχυρότερον δέ τι καὶ ἡ μοῖρα, εἰ δή τις ἐπέστη τούτοις. Οἵ τε (5) γὰρ φίλοι ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐκώλυον, διά τινας φήμας οἰωνιζόμενοι, πορεύεσθαι εἰς τὸ βουλευτήριον· ἰατροί τε διὰ νόσον σκοτώδη (6) ἑκάστοτε συμβαίνουσαν αὐτῷ καὶ τότε προσπεσοῦσαν· ἥ τε γυνὴ πάντων μάλιστα, Καλπουρνία ὄνομα, διά τινας ὄψεις ἐνυπνίων δειματωθεῖσα (7), ἐνέφυ τε αὐτῷ καὶ οὐκ ἔφη ἐάσειν ἐκείνης ἐξιέναι τῆς ἡμέρας. Παραστὰς δὲ Βροῦτος, εἷς τῶν ἐπιβουλευόντων, ἐν δὲ τοῖς μάλιστα φίλοις τότε νομιζόμενος, « Τί σὺ λέγεις, εἶπεν, ὦ Καῖσαρ; Καὶ σὺ ὁ τηλικόσδε, γυναικὸς ἐνυπνίοις καὶ ἀνδρῶν ματαίων κληδόσι (8) προσσχών, ὑβρίσεις (9) τὴν σε τιμήσασαν σύγκλητον, ἣν αὐτὸς συνεκάλεσας, οὐκ ἐξιών; Ἀλλ' οὐκ, ἤν γέ μοι πείθῃ, ἀλλὰ ῥίψας τὰ τούτων ὀνειροπολήματα πορεύσῃ· κάθηται γὰρ ἐξ ἑωθινοῦ σὲ περιμένουσα. » Καὶ ὃς ἐπείσθη τε καὶ ἐξῆλθεν.

XXIV. Ἐν τούτῳ οἱ μὲν σφαγεῖς ἠὐτρεπίζοντο, τάττοντες αὐτοὺς οἱ μὲν εἰς πλησίον αὐτοῦ καθέδρας, οἱ δὲ ἐξ ἐναντίας, οἱ δὲ κατόπισθεν. Οἱ δὲ ἱερεῖς θύματα προσέφερον πρὸ τῆς εἰς τὸ βουλευτήριον εἰσόδου θυσομένῳ τὴν ὑστάτην θυσίαν ἐκείνην. Καὶ δῆλον ὡς οὐκ ἐκαλλιέρει. Δυσθυτοῦντες δ' οἱ μάντεις ἕτερα ἐφ' ἑτέροις θύματα ὑπήλλαττον, εἴ τι αὐτοῖς ἄμεινον ὂν (1) ἐσημαίνετο φανείη· τελευτῶντες δὲ χαλεπῶς τὰ θεῶν ὁρᾶν ἔφασαν,

alii de ponte eum detruderent, alii incurrentes jacentem confoderent. Nonnulli tempus quo ludi gladiatorum celebrarentur destinabant. Qui quidem tunc erant proximi, in iisque armorum apparatus conspici suspicione carebat. Plurimi autem suadebant, ut in senatu trucidarent, quando solus futurus esset : nam in curiam nonnisi senatores admitti, quorum multi forent conjurationis socii pugiones sub veste gestantes. Atque hæc sententia prævaluit. Ceterum etiam fortuna quædam adjuvavit, quæ effecit, ut ipse Cæsar diem definitam indiceret, qua senatores de rebus ab ipso proponendis deliberaturi essent. Ubi aderat dies indicata, omnibus rebus instructi conveniunt in Pompeii porticum, in quam interdum convocabantur. Unde numen testatum fecit quænam rerum humanarum sit indoles et natura, quam instabilia sint omnia et fortunæ arbitrio obnoxia : siquidem Cæsarem in inimici domum induxit, uti mox ad statuam ejus jaceret cadaver, et quo vivo superior fuerat, ejus mortui ad simulacrum jugularetur. At potentius quiddam sane fatum est, quandoquidem vis fati cujusdam in his debet agnosci. Nam et amici eum prohibebant, ex ominibus quibusdam male augurantes, quominus illa die in curiam se conferret; et medici propter vertigines, quibus, quum sæpius laboraret, etiam tunc correptus est; et ipsa denique Calpurnia uxor, quæ visis nocturnis territa, omnium maxime inhæsit ei amplexa, neque admissuram sese dixit, ut foras illa die prodiret. Tum vero adstans Brutus, ex conjuratis unus, Cæsarique ex intimis, uti putabant, amicis, « Quid tu dicis, inquit, Cæsar? Num tu vir tantus, mulieris ad somnia futiliumque hominum vaticinia attendens, senatum, qui honoribus te ornavit quemque ipse tu convocasti, contumelia eo, quod domi manes, afficies? Minime vero, mihi siquidem auscultes; imo, missis nugis istis somniorum, in curiam proficisceris, ubi a mane inde exspectans te senatus considet. » His ille persuasus exiit.

XXIV. Interim percussores ita se disposuerunt, ut alii juxta sellam Cæsaris considerent, alii ex adverso, alii a tergo. Aruspices vero victimas attulerunt pro introitu in curiam sacra hæc facturo ultima. Ac manifestum erat eum non litare. Infausta reperientes exta vates cum aliis alias hostias permutabant, si forte meliora iis, quæ prioribus portendebantur, apparerent. Postremo infesta esse signa deorum declararunt; vindicem quendam aientes occulta-

XXIII. 1. Cf. Sueton. Cæs. 80 : *Qui primum cunctati, utrum illum in campo, per comitia tribus ad suffragia vocantem, partibus divisis e ponte dejicerent atque exceptum trucidarent; an in sacra via vel in aditu theatri adorirentur, postquam aditus Idibus Martiis in Pompeii curiam editus est, facile tempus et locum prætulerunt.* — 2. ἣν] τὴν codex. — 3. ἑκάστοτε] ἑκάστοτε pro *interdum* etiam infra occurrit. Quamquam l. l. omissum esse : id quod putari possit, quibus illud ἑκάστοτε definiebatur. Appian. B. C. II, 115 : Θέαι δ' ἦσαν ἐν τῷ Πομπηίου θεάτρῳ, καὶ βουλευτήριον ἔμελλε τῶν τις περὶ αὐτὸ οἴκος ἔσεσθαι, εἰ ὧδε ἐπὶ ταῖς θέαις ὧδε γίγνεσθαι. De loco cf. etiam codex Med. in Dion. Cass. 44, 17 : ἐκεῖ γάρ που (ad theatrum Pompeii) ἐν οἰκήματί τινι τοῦ περιστώου συνεδρεύειν ἔμελλον, ad quem locum Gronovius : « Videtur locus ita ædificatus fuisse, ut ex area columnis circumsepta ad aliquod quadrati latus discedentes in curiam Pompeiam intrarent. » — 4. τὰ ἐνθάδε] Dübner.; τὰ ἔθη codex. — 5. οἵ τε] οὔτε codex. — 6. νόσον σκοτώδη] Hujus morbi meminit Plutarch. Cæsar. 60, 2, ubi eo excusare studet Cæsarem senatui decreta afferenti non surgentem. — 7. δειματωθεῖσα] δειγματωθεῖσα codex. — 8. κληδῶσι codex. — 9. ὑβρίσεις] ὑβρισετε codex.

XXIV. 1. ὂν] ὃν codex. In anteced. nota vocem δυσθυτέω, et in sqq. v. δίοπτον.

καί τινα ἀλάστορα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐγκεκρυμμένον δίοπτον εἶναι. Ὁ δὲ ἀχθεσθεὶς ἀπεστράφη πρὸς δυόμενον τὸν ἥλιον· καὶ οἱ μάντεις πολὺ μᾶλλον τοῦτο οἰωνίσαντο. Παρόντες δὲ οἱ φονεῖς (1) ἥσθησαν ἐπὶ τούτοις. Ὁ δὲ Καῖσαρ, πολὺ μάλιστα τῶν φίλων δεομένων ἀναβαλέσθαι τὸν σύλλογον ἐκείνης τῆς ἡμέρας διὰ τὰ λεγόμενα ὑπὸ τῶν μάντεων, ἐκέλευσε (2) καὶ δὴ τοῦτο δρᾶν. Ταχὺ δ' οἱ ὑπηρέται αὐτῷ ἐπέστησαν καλοῦντες καὶ λέγοντες ὅτι πλήρης ἡ βουλὴ εἴη. Καὶ ὁ μὲν εἰς τοὺς φίλους διέβλεψεν. Ὁ δὲ Βροῦτος αὐτῷ πάλιν παραστὰς, « Ἴθι, ὦ ἀγαθέ, ἔφη, τοῖς λήροις τούτων χαίρειν φράσας, καὶ ἃ Καίσαρί τε καὶ τῇ τοσαύτῃ ἀρχῇ διοικεῖν πρέπει, μὴ ἀναβάλλου, αἴσιον οἰωνὸν τὴν σεαυτοῦ ἀρετὴν ποιούμενος. » Καὶ ὁ μὲν ταῦτα παραπείθων, ὁμοῦ τῆς δεξιᾶς λαβόμενος (ἐγγὺς δ' ἦν καὶ τὸ συνέδριον) ἦγεν αὐτόν. Ὁ δὲ εἵπετο σιωπῇ. Εἰσιόντα δὲ αὐτὸν ὡς εἶδεν ἡ σύγκλητος, ὑπανέστη εἰς τιμῆς ἀξίωσιν. Οἱ δὲ μέλλοντες ἐγχειρήσειν περὶ αὐτὸν ἦσαν. Πρῶτος δὲ πάντων ἐπ' αὐτὸν καθίετο (4) Τύλλιος Κίμβρος (5), ᾧ ἔφευγεν ἀδελφὸς ἐληλαμένος ὑπὸ Καίσαρος. Ἐν προσχήματι δὴ τοῦ ἀντιβολεῖν αὐτὸν λιπαρῶς ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ προσελθὼν ἥπτετο τῆς ἀναβολῆς, καί τι θρασύτερον εἴσω τὰς χεῖρας ἔχοντος ἐδόκει δρᾶν, ἐκώλυέ τε, εἰ βούλοιτο ἀνίστασθαι καὶ ταῖς χερσὶ χρῆσθαι· ὀργιζομένου δ' ἐπιστρεφῶς ἐκείνου, ἔργου εἴχοντο οἱ ἄνδρες, ταχὺ δὲ πάντες γυμνώσαντες τὰ ἐγχειρίδια, ἐπ' αὐτὸν ὥρμησαν. Καὶ πρῶτος μὲν Σερουίλιος Κάσκας (6) κατὰ τὸν ἀριστερὸν ὦμον ὀρθῷ τῷ ξίφει παίει μικρὸν ὑπὲρ τὴν κλεῖν, εὐθύνων ἐπ' αὐτὴν, ταραττόμενος δὲ οὐκ ἠξυνήθη (7). Καῖσαρ δ' ἀνέστη (8) ὡς ἀμυνόμενος ἐπ' αὐτόν· καὶ ὃς τὸν ἀδελφὸν βοᾷ Ἑλλάδι γλώττῃ ὑπὸ θορύβου. Ὁ δ' ὑπακούσας ἐρείδει τὸ ξίφος κατὰ τῆς πλευρᾶς. Μικρὸν δὲ Κάσσιος ὑποφθὰς εἰς τὸ πρόσωπον ἐγκαρσίαν αὐτῷ πληγὴν δίδωσι· Δέκμος δὲ Βροῦτος ὑπὸ ταῖς λαγόσι διαμπερὲς παίει. Κάσσιος δὲ Λογγῖνος ἑτέραν ἐπεκδοῦναι πληγὴν σπεύδων, τοῦ μὲν ἁμαρτάνει, τυγχάνει δὲ τῆς Μάρκου Βρούτου χειρός. Μινούκιος (9) δὲ καὶ αὐτὸς τύπτων Καίσαρα, παίει Ῥούβριον εἰς τὸν μηρόν. Ἐώκεσάν τε μαχομένοις ἐπ' αὐτῷ. Πίπτει δὲ ὑπὸ πλήθους τραυμάτων πρὸ τοῦ Πομπηίου ἀνδριάντος. Καὶ οὐδεὶς ἔτι λοιπὸν ἦν ὃς οὐχὶ νεκρὸν κείμενον ἔπαιεν, ὅπως ἂν καὶ αὐτὸς (10) δοκοίη τοῦ ἔργου συνῆφθαι, εἰς ὃ ε' καὶ λ' (11) λαβὼν τραύματα ἀπέπνευσεν.

XXV. Κραυγὴ δὲ μυρία ἐφέρετο, τῶν μὲν ἐκ τοῦ συνεδρίου φυγόντων μετ' ἐκπλήξεως, ὅσοι μὴ μετεῖχον τοῦ βουλεύματος, καὶ οἰομένων αὐτίκα καὶ ἐπὶ σφᾶς τὸ δεινὸν ἥξειν, τῶν δ' ἔξω Καίσαρι συνόντων (1) πάσης οἰο-

tum in extis victimarum esse perspicuum. Quod agre ferens Cæsar quum ad occidentem se solem averteret, hoc ipsum multo magis ominosum esse vates augurabantur. Percussores præsentes his lætabantur. Cæsar, enixe rogantibus amicis ut conventum in aliam diem differret, tandem etiam facere hoc volebat. Sed eodem tempore accedentes apparitores in curiam, quæ plena jam esset, invocant. Hæsitabundus Cæsar oculos in amicos defigit. At iterum adstans Brutus, « Age, inquit, o bone, nugas istas valere jubeas; quæ Cæsarem tantumque decent imperium, ea tractare ne differas; faustum augurium tuam tibi habe virtutem. » Idque persuadens, dextra ejus apprehensa, in curiam, quæ in propinquo erat, abduxit. Ille sequebatur taciturnus. Ingredientem ubi conspexit senatus, in honorem ejus assurrexit. Jam manum illaturi undique circumstabant. Primus ad eum prodiit Tullius Cimber, cujus fratrem Cæsar exilio multaverat. Is igitur quasi pro fratre obtestaturus instanter, propius accedit, togamque apprehendens audacius aliquid quam pro viro intra vestem manus continente facere videbatur, atque sic impediebat Cæsarem, quominus, si vellet, de sede assurgeret et manibus uti posset. Illo autem severiorem in modum irascente, aggredientes rem conjurati illico omnes in eum strictis gladiolis irruerunt. Primus Servilius Casca recto ferro humerum sinistrum ferit paullo supra jugulum, in quod direxerat ictum, sed præ perturbatione aberrans non tetigit. Surrexit Cæsar defensurus se; Casca vero fratrem vocat lingua græca clamans ob tumultum. Audiens ille ferrum infigit lateri. Paullulum antevertens eum Cassius in faciem infligit ictum transversum. Decimus Brutus inguen perfodit penitus. Cassius Longinus alterum addere ictum properans aberrat, manumque tangit Marci Bruti. Minutius *Basilus* item Cæsarem petens Rubrium *Rufum* in femore saucial. Certantium de eo præbebant spectaculum. Tandem vulnerum multitudine concidit ad statuam Pompeii; nec jam quisquam relinquebatur, quin exanimi jacentique ictum ingereret, ut ipse quoque particeps facinoris fuisse videretur, usque dum ille triginta quinque confectus vulneribus animam efflasset.

XXV. Clamor edebatur ingens partim ab iis qui conspirationis non conscii terrore perculsi e curia se proripiebant, et jamjam in ipsos quoque tempestatem istam irruituram opinabantur, partim ab iis qui Cæsarem comitati foras

— 2. φονεῖς] τφονεῖς cod. — 3. ἐκέλευσε] fuisse videtur ἐθέλησε. — 4. καθίετο] καθείη codex. Fortasse præstat κατῆει. — 5. Κίμβρος] κίμαρος codex. Τύλλιος Κίμβρος Plutarch. Cæsar. 66, 2. Τίλλιος Κίμβρος Appian. II, 117. Alii aliter, quos vide ap. Sturz. ad Dio Cass. 44, not. 98. — 6. μὲν Σερουίλιος Κάσκας] μὲν χίλων χασικὰς codex. — 7. Cf. Appian. II, 117 : Κάσκας δ' ἐρεστὼς ὑπὲρ κεφαλῆς, ἐπὶ τὴν σφαγὴν ἤρεισε πρῶτος· παρολισθὼν δὲ ἐνέτεμε τὸ στῆθος. Plutarch. 66, 2 : πρῶτος δὲ Κάσκας ξίφει παίει παρὰ τὸν αὐχένα πληγὴν οὐ θανατηφόρον οὐδὲ βαρεῖαν, ἀλλ', ὡς εἰκός, ἐν ἀρχῇ τολμήματος μεγάλου ταραχθείς. — 8. ἀνέστη] ἀνέστει cod. — 9. Μινούκιος] μαυνίκιος codex. — 10. αὐτὸς] οὗτος cod. — 11 ε' καὶ λ'] reliqui scriptores 23 vulnera memorant.

XXV. 1. Appian. II, 118 : Αἱ πλέονες ἀρχαὶ καὶ πολὺς ὅμιλος ἄλλος ἀστῶν καὶ ξένων καὶ πολὺς θεράπων καὶ ἐξελεύθερος

μένων εἶναι τῆς βουλῆς τὸ ἔργον καὶ στράτευμα μέγα (2) εἶναι τὸ ἐπὶ τοῦτο ἐληλυθὸς, τῶν δ' ἄλλων ὑπ' ἀγνοίας τοῦ γεγονότος πρὸς τὸ ἐξαπιναῖον τοῦ θορύβου καὶ τὰ ἐν ὄψει ὁρώμενα (ταχὺ γὰρ οἱ σφαγεῖς τὰ ἐγχειρίδια ἡμαγμένα ἔχοντες * (3)) δειματουμένων τε καὶ ὁρόμῳ φερομένων. Πάντα δ' ἦν φευγόντων πλέα μετὰ κραυγῆς. Ἐξανέστη δὲ καὶ ὁ δῆμος οὐδενὶ σὺν κόσμῳ φεύγων ἐκ τοῦ θεάτρου (ἐτύγχανε γὰρ θεώμενος μονομαχίας), τὸ μὲν πραχθὲν βεβαίως οὐκ εἰδὼς, ὑπὸ δὲ τῆς πάντοθεν βοῆς ταραττόμενος. Οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν τὴν σύγκλητον ὑπὸ τῶν μονομάχων σφάττεσθαι, οἱ δὲ Καίσαρος ἀποσφαγέντος τὴν στρατιὰν ἐφ' ἁρπαγὴν τῆς πόλεως τετράφθαι, ἄλλοι δὲ ἄλλα ὑπελάμβανον. Ἀκοῦσαι δ' οὐδὲν ἦν σαφές· ἄκριτος γάρ τις ἐπεῖχε τάραχος εἰς ὃ τοὺς σφαγέας εἶδον, καὶ Μάρκον Βροῦτον παύοντα τὸν θόρυβον καὶ θαρρεῖν παρακελευόμενον, ὡς οὐδενὸς κακοῦ γεγονότος· ἡ δὲ σύμπασα διάνοια ἦν, καὶ τὰ λόγῳ κομπαζόμενα τοῖς σφαγεῦσιν (1), ὡς τύραννον κτείνειαν. Ἐγένοντο δ' ἐν αὐτοῖς λόγοι, ὡς χρὴ καὶ ἄλλους ἀναιρεῖν, οἳ ἔμελλον σφίσιν ἐναντίως ἔσεσθαι καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς αὖθις ἀγωνιεῖσθαι· οὓς ἐπισχεῖν φασὶ Μάρκον Βροῦτον, οὐ δίκαιον λέγοντα εἶναι, πρὸς οὓς ἐμφανῆ μὴ ὑπέστη (5) ἐγκλήματα, τούτους δι' ὑποψίας ἀποφανοῦς ἀποσφάττειν. Καὶ ἐνίκα ταῦτα. Ἐξαίξαντες δὴ τοὐντεῦθεν οἱ σφαγεῖς ἔφευγον θέοντες διὰ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὸ Καπιτώλιον, γυμνὰ ἔχοντες τὰ ξίφη, ὑπὲρ κοινῆς ἐλευθερίας ταῦτα βοῶντες εἰργάσθαι. Εἵπετο δ' αὐτοῖς πολὺς μονομάχων καὶ οἰκετῶν ὄχλος, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο εὐτρεπής. Διαδρομαὶ δ' εὐρεῖαι ἦσαν ἔν τε ταῖς ὁδοῖς καὶ κατ' ἀγοράν, διεξελθόντος ἤδη τοῦ λόγου εἰς τὸ πλῆθος, ὅτι σφαγείη Καῖσαρ· ἐώκει τε ἡ πόλις ἁλισκομένῃ. Ἀναβάντες δὲ εἰς τὸ Καπιτώλιον καὶ διανειμάμενοι τὸ χωρίον ἐν κύκλῳ ἐφρούρουν, δεδοικότες, μὴ τὸ Καίσαρος στρατιωτικὸν αὐτοῖς ἐπίοι.

XXVI. Ὁ δὲ νεκρὸς ἐκεῖ (1) ἔκειτο ἔνθα ἔπεσεν ἀτίμως πεφυρμένος αἵματι, ἀνδρὸς ἐλάσαντος μὲν πρὸς ἑσπέραν ἄχρι Βρεττανῶν τε καὶ Ὠκεανοῦ, διανοουμένου δ' ἐλαύνειν πρὸς ἕω ἐπὶ τὰ Πάρθων ἀρχεῖα καὶ Ἰνδῶν, ὡς ἂν, κἀκείνων ὑπηκόων γενομένων, εἰς μίαν ἀρχὴν κεφαλαιωθείη γῆς πάσης καὶ θαλάττης τὰ κράτη· τότε δ' οὖν ἔκειτο, μηδενὸς τολμῶντος ὑπομένειν (2) καὶ τὸν νεκρὸν ἀναιρεῖσθαι. Οἱ μὲν γὰρ παρόντες ἐπεφεύγεσαν, οἱ δ' ἔξω ὄντες τῶν φίλων ἐκρύπτοντο ἐν ταῖς οἰκίαις· οἱ δ' ἐξήεσαν μεταμφεννύμενοι εἴς τε τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰ σύνεγγυς χωρία. Παρίστη δ' αὐτῷ τῶν φίλων οὐδεὶς, πολλῶν ὄντων, οὔτε σφαττομένῳ οὔτε μετὰ ταῦτα, ὅτι μὴ Σαβῖνος Καλουίσιος καὶ Κηνσωρῖνος. Οὗτοι δὲ ἐπιφερομένων τῶν περὶ Βροῦτον καὶ

erant, et commune totius senatus facinus esse magnumque exercitum ad hoc convenisse putabant; partim a reliquis rei ignaris et ob repentinum tumultum atque propter ea quæ suis oculis conspiciebant (nam statim percussores cruentos pugiones manu tenentes *in publicum prodierunt*) metu attonitis et huc illuc discurrentibus. Omnia repleta erant fuga ac vociferatione. Exsurrexit etiam populus tumultuanter e theatro prorumpens (nam ludos gladiatorum tum spectabat), de re acta nondum certior factus, sed auditis undique clamoribus perterrefactus : alii dicebant senatum a gladiatoribus trucidari, alii exercitum, occiso Cæsare, ad urbem diripiendam se convertisse; alii alia credebant. Accuratius quid comperire non licebat. Anceps obtinebat terror donec percussores conspiciunt et Marcum Brutum sedantem tumultus, bonoque animo esse jubentem : nihil enim accidisse funestum. Summa mens vero eorum quæ ille dicebat et reliqui percussores orationibus gloriabantur, hæc erat, tyrannum ab ipsis interfectum esse. Ceterum sermones inter eos facti sunt de reliquis quoque interficiendis qui adversaturi ipsis et de imperio rursus certaturi essent. Quod suadentes M. Brutus inhibuisse fertur, haud justum esse dicens in quos manifesta criminationes non suppeterent, eos obscuræ suspicionis causa occidere. Eaque sententia pervicit. Deinde e curia prosilientes percussores cursim fugerunt per forum in Capitolium, nudos tenentes pugiones, pro communi omnium libertate clamantes hæc se perpetrasse. Sequebatur eos multa gladiatorum servorumque turba ad hoc ipsum instructa. Discursatio ingens in viis et foro erat, percrebrescente jam in vulgus sermone de Cæsare trucidato. Ab hoste captam urbem fuisse diceres. Isti vero in Capitolium egressi, partibus divisis, circumcirca locum custodiebant, metuentes ne milites Cæsaris se adorirentur.

XXVI. Interea corpus occisi jacebat ubi ceciderat, fœde inquinatum cruore, viri illius qui occidentem versus ad Britannos usque et Oceanum penetraverat, qui orientem versus ad Parthorum et Indorum regias expeditionem destinaverat, ut his quoque subactis in unum caput terræ universæ marisque imperia conjungerentur. Tunc vero jacebat, nullo manere apud eum audente et tollere mortuum. Nam qui cum eo fuerant in curia, fuga se proripuerant; quos foris habebat amicos, ii in domibus occultabant se, vel mutata veste urbem relinquentes in agros et propinquos locos sese subducebant. Ex tot amicis nemo ei adstabat neque dum jugulabatur neque postea, præter Sabinum Calvisium et Censorinum; sed hi quoque postquam irruentibus Bruti Cas-

αὐτὸν ἐπὶ τὸ βουλευτήριον ἐκ τῆς οἰκίας παρεπεπόμφεισαν. — 2. μέγα] μέγαν cod. — 3. ἔχοντες] Lacunam notavi. Plutarch. Cæs. 67, 2 : Οἱ δὲ περὶ Βροῦτον, ὥσπερ ἦσαν ἔτι θερμοὶ τῷ φόνῳ, γυμνὰ τὰ ξίφη δεικνύντες ἅμα πάντες ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου ἐχώρουν εἰς τὸ Καπιτώλιον κτλ. Appian. II, 119 : Οἱ δὲ σφαγεῖς... τὰ ἱμάτια ταῖς λαιαῖς ὥσπερ ἀσπίδας περιπλεξάμενοι, καὶ τὰ ξίφη μετὰ τοῦ αἵματος ἔχοντες, ἐβοηδρόμουν βασιλέα καὶ τύραννον ἀνελεῖν. Cf. infra. — 4. τοῖς σφαγεῦσιν] τοῖς φαγεῦσιν cod. — 5. ὑπέστη] ὑπέστην cod.

XXVI. 1. ἐκεῖ] ἐπεὶ cod. — 2 ὑπομένειν] ὑπομείνειν cod.

Κάσσιον μικρὸν ἀντιστάντες ἔφυγον διὰ τὸ ἐκείνων πλῆθος· οἱ δὲ ἄλλοι τὸ κατὰ σφᾶς περιέβλεπον· τοῖς δὲ καὶ βουλομένοις ἦν τὰ γιγνόμενα. Φασί γέ τοί τινα αὐτῶν εἰπεῖν ἐπὶ τεθνηῶτι· « Ἄλις τυράννου θεραπείας. » Οἰκέται δὲ ὀλίγοι (3), οἵπερ ἦσαν πλησίον, ὀλίγον ὕστερον ἐνθέμενοι τὸν νεκρὸν εἰς φορεῖον οἴκαδε ἐκόμιζον διὰ τῆς ἀγορᾶς ὁρώμενον, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀνεσταλμένων τῶν παραπετασμάτων, αἰωρουμένας (4) τὰς χεῖρας καὶ τὰς ἐπὶ τοῦ προσώπου πληγάς. Ἔνθα οὐδεὶς ἄδακρυς ἦν, ὁρῶν τὸν πάλαι ἴσα καὶ θεὸν τιμώμενον· οἰμωγή τε πολλὴ καὶ στενὼ (5) συμπαρεπέμπετο ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὀλοφυρομένων ἀπό τε τῶν τεγῶν καθ' οὓς ἂν γένοιτο καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ προθύροις. Καὶ ἐπειδὴ πλησίον τῆς οἰκίας ἐγένετο, πολὺ δὴ μείζων ὑπήντα κωκυτός· ἐξεπεπηδήκει (6) γὰρ ἡ γυνὴ μετὰ πολλοῦ ὄχλου γυναικῶν τε καὶ οἰκετῶν, ἀνακαλουμένη τὸν ἄνδρα, καὶ ἑαυτὴν ὀδυρομένη, ὅτι μάτην προὔλεγε μὴ ἐξιέναι τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Τῷ δ' ἤδη μοῖρα ἐφειστήκει πολὺ κρείττων ἢ κατὰ τὴν αὐτῆς ἐλπίδα.

XXVI. Καὶ οἱ μὲν αὐτῷ τάφον κυτρέπιζον, οἱ δ' αὐτόχειρες, πολλοὺς πρὸ τοῦ ἔργου ἑτοιμασάμενοι μονομάχους, ἡνίκα μὲν ἔμελλον ἐγχειρήσειν, ἱδρυσαν αὐτοὺς ἐν ὅπλοις μεταξὺ τοῦ τε βουλευτηρίου καὶ τοῦ θεάτρου ἐν τῷ Πομπηίου περιπάτῳ. Ἦν δ' ὁ τούτους εὐτρεπίζων Δέκμος Βροῦτος (1), προφάσεσι μὲν ὡς ἐπ' ἄλλο, συναρπάσαι δή τινα βουλόμενος, ὡς ἔφη, τῶν εἰς τὸ θέατρον συνιόντων μονομάχων, ὃς αὐτὸν ἐκείνῳ προαπεμίσθωσεν (ἀγῶνες γὰρ τότε ἦσαν· οὓς δὴ (2) καὶ αὐτὸς δώσειν μέλλων προσεποιεῖτο φιλοτίμως ἔχειν πρὸς τὸν τότε ἀγωνοθέτην)· τῷ δ' ἔργῳ ἡ παρασκευὴ ἐγίνετο ἐπὶ τὸν φόνον, ἴν' εἴ τι ἀντικρούσεται τῶν Καίσαρι ἀμυνομένων, παρείη αὐτοῖς ἡ βοήθεια. Τούτους οὖν ἔχοντες κατέβαινον ἐκ τοῦ Καπιτωλίου καὶ ἄλλο οἰκετῶν πλῆθος. Συγκαλέσαντες δὲ τὸν δῆμον διάπειραν ἔγνωσαν αὐτοῦ καὶ τῶν ἐν τέλει ποιήσασθαι, πῶς ἔχουσι γνώμης πρὸς αὐτούς, πότερον ὡς τυραννίδα παύσαντας ἀποδέχοιντο ἢ ὡς φονέας ** μείζω (3) κακὰ ἀπ' αὐτῶν ἐκραγήσεσθαι· οὐ γὰρ ἀπὸ μικρᾶς διανοίας καὶ παρασκευῆς γεγονέναι ταῦτα, οὔτε ὑφ' ὧν ἐπράχθη, οὔτε ἐπὶ οὓς ἠβουλήθη· μεγάλα γὰρ δὴ στρατόπεδα εἶναι τὰ Καίσαρος ἐπικουρικά, καὶ μεγάλους ἡγεμόνας τοὺς διαδόχους αὐτοῦ τῆς διανοίας ἀπολελειμμένους. Σιγὴ δὲ τότε παρὰ τὸ ἄηθες ἐν θορύβῳ τῆς γνώμης πολλὴ ἦν (4), καραδοκούντων πάντων, ὅ τι πρῶτον ὡς ἐν τῷ τοιῷδε τολμηθείη, καὶ ἄρξειε τῆς νεωτεροποιίας. Ἐν τούτῳ δὲ Μάρκος Βροῦτος, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν τοῦ δήμου τὸ μέλλον προσδεχομένου, σωφροσύνῃ τε βίου διὰ παντὸς τιμώμενος κατά τε εὐκλειαν προγόνων, καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ ἐπιείκειαν εἶναι

siique sociis aliquantisper restiterant, propter multitudinem adversariorum in fugam se dederunt. Reliqui autem omnes nonnisi suæ prospexerunt saluti; nonnullis etiam haud invitis res accidit. Certe unus eorum ad mortuum dixisse fertur : « Satis est præstiti tyranno obsequii. » Tandem servi tres, qui prope aderant, paullo post cadaver in lecticam impositum domum reportarunt per forum, ita ut, elevatis utroque latere aulæis, manus dependentes vulneraque faciei conspicerentur. Tum virum videns pariter ac deum modo honoratum, nemo non lacrimabat; ingens eum lamentatio et gemitus utrinque prosequebatur plorantium in tectis, in viis, in vestibulis, ubicumque corpus transferebatur. Ubi demum ad ædes Cæsaris appropinquabat, tum vero multo major occurrebat ejulatus. Nam prosiluerat uxor cum mulierum servorumque multitudine, invocans nomen mariti, cum fletu se ipsam accusans, quod frustra eum præmonuisset ne domo die ista prodiret. At illi tum fatum jam instabat multo illud quam pro uxoris exspectatione potentius.

XXVI. Ac hi quidem funus adornabant; percussores vero multos antea gladiatores collegerant, quos, ubi Cæsari manus illaturi erant, armatos inter curiam et theatrum in Pompeii deambulacro collocaverant. Instruxerat eos Decimus Brutus, verbo tenus ut gladiatorem ex iis qui eo die prodituri in theatrum conveniebant quendam, qui ipsi prius se accepta mercede elocasset, corriperent (scilicet ludi gladiatorii tunc erant, quos quum ipse quoque edere vellet, simulabat se æmulatione ductum cum eo qui tunc edebat, contendere); re vera autem apparatus ille ad cædem pertinebat, ut, si quid adversi ex defendentibus Cæsarem accideret, præsto adesset auxilium. His igitur gladiatoribus aliaque servorum caterva stipati e Capitolio descenderunt. Ac convocato populo, periculum ejus et magistratuum facere voluerunt, quomodo essent affecti, utrum se ut liberatores et tyrannicidas excepturi essent, an ut sicarios. ** mox majora etiam mala in rempublicam irruptura esse; nam haud parvo consilio et apparatu hæc facta esse neque eorum qui peregissent, neque eorum contra quos structa essent; magnos esse Cæsaris exercitus auxiliares, ac magnos duces relictos, qui consilia ejus cœptaque persequerentur. Tunc igitur propter rei novitatem altum in magna animorum perturbatione erat silentium, cunctis præstolantibus quidnam primum in tanto discrimine ausuri essent, quodnam rerum novarum foret initium. In hac populi futura exspectantis tranquillitate M. Brutus, honoratus ille ob moderationem per totam ejus vitam conspicuam simulque ob gloriam majorum et quam ipsi tribuebant

3. Cf. Appian. II, 118 extr. Sueton. 82. — 4. αἰωρουμένας] αἰωρουμένων cod. Sueton. l. l. : *Exanimis, diffugientibus cunctis, aliquamdiu jacuit, donec lecticæ impositum, dependente brachio, tres servuli domum retulerunt.* — 5. στενὼ] στένω codex; si genuina vox, addenda lexicis. In antec. Ἴσα καὶ θεοῦ. — 6. ἐξεπεπηδήκει] ἐξεπηδήκει codex.

XXVI. 1. Attingit hæc Appian. II, 122. — 2. δὴ] δὲ cod. — 3. Locus turbatus. Supplere possis Ὁ δὲ δῆμος ὑπελάμβανε vel simile quid. — 4. πολλὴ ἦν] πολλὴν codex.

δοκοῦσαν, ἔλεξε τοιάδε. Ζήτει ἐν τῷ Περὶ δημηγοριῶν.

XXVII. Μετὰ δὲ τὴν δημηγορίαν ἀναχωρήσαντες πάλιν εἰς τὸ Καπιτώλιον ἐβουλεύοντο περὶ τῶν παρόντων ὃ χρὴ ποιεῖν. Ἔδοξε δ' οὖν αὐτοῖς πέμψαι πρέσβεις πρός τε Λέπιδον καὶ Ἀντώνιον, ὅπως ἂν πείσειαν ἐλθεῖν τε πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ ἱερὸν καὶ ἐν κοινῷ βουλεύεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος συνοίσειν τῇ πόλει, ὑπισχνεῖσθαί τε αὐτοῖς, πάνθ' ὅσα ἔχουσι παρὰ Καίσαρος, ἐν ὠρεᾶς μέρει κύρια ποιήσειν, ὥστε τούτων γ' οὕνεκα μὴ διαφέρεσθαι. Τοῖς δ' ἥκουσιν ἐκείνοις ἔφασαν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀπόκρισιν δώσειν. Γενομένων δὲ τούτων περὶ δείλην ὀψίαν πολὺ μείζων κατέσχε τὴν πόλιν θόρυβος. Ἕκαστός τε τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐφυλάττετο τοῦ κοινοῦ ἤδη ἀφεστηκώς, φοβούμενος τὰς ἐξαπίνης ἐπιβουλὰς καὶ ἐπιχειρήσεις (1), τῶν πρώτων ἐν ὅπλοις ὄντων καὶ ἀλλήλοις ἀντικαθημένων, σφίσι δὲ ἔτι ἀδήλου ὄντος τοῦ βεβαίως προστησομένου. Καὶ τότε μὲν ἐπεὶ νὺξ ἦν, διελύθησαν ἀπ' ἀλλήλων· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἦν μὲν ἐν ὅπλοις Ἀντώνιος ὕπατος ὤν· Λέπιδος δὲ ἀθροίσας οὐκ ὀλίγην στρατιὰν ἐπικούρων, διὰ μέσης ἀγορᾶς διεξῄει ἀμύνειν ἐγνωκὼς Καίσαρι. Ὡς δὲ τοῦτο γεγονὸς εἶδον οἱ πρότερον ἐνδοιάζοντες, συνέρρεον πρὸς αὐτοὺς μεθ' ὅπλων κατὰ ἰδίας ἑταιρείας, καὶ μέγα (2) στράτευμα ἐγένετο. Ἦσαν δὲ οἱ τοῦτο δέει ἑῶρων οὐ βουλόμενοι φανεροὶ εἶναι χαίροντες ἐπὶ τῇ Καίσαρος τελευτῇ, ἀλλὰ τῷ συνίστασθαι μετὰ τούτων θεραπεύοντες τὴν ἔπειτα ἐλπίδα. Πολλὰ δὲ ἐπέμπετο καὶ εἰς τοὺς ὑπὸ Καίσαρος εὖ πεπονθότας ἢ πόλεων κατοικησίαις (3) ἢ γῆς κληρουχήσεσι ἢ χρημάτων νομαῖς, ὡς μέλλοι πάντα κινεῖσθαι, εἰ μή τι φανείη καὶ ἀπ' αὐτῶν χαρτερόν. Πολλαὶ δὲ καὶ ὀλοφύρσεις καὶ ἱκετεῖαι πρὸς τοὺς ἐκείνου φίλους ἐγίγνοντο, καὶ μάλιστα τοὺς συνεστρατευμένους πρότερον μνημονεύειν παρακελευόμεναι, οἷος ὢν οἷα πάθοιεν ἐρημίᾳ φίλων. Συνέρρεον (4) δὲ ἤδη πολλοὶ κατά τε οἶκτον καὶ φιλότητα, καὶ κέρδη ἴδια δὲ καὶ νεωτερισμοῦ εὑρόντες, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ μαλακώτερα τὰ ἐκ τῶν ἐναντίων ἐφαίνετο, καὶ οὐχ ὁποῖα τὸ πρότερον προσεδοκήθη κατὰ ὑπόνοιαν ἰσχύος μείζονος. Ἐλέγετο δ' ἤδη ἐκ τοῦ φανεροῦ, ὅτι χρὴ ἀμύνειν αὐτῷ μηδὲ ἄλλως ποιεῖν μηδὲ περιορᾶν ἀτιμώρητον τὸν φόνον (5). Ἄλλοι δὲ ἄλλα κατὰ συστάσεις ἀθροιζόμενοι ἔλεγον, οἱ μὲν πρὸς τῶνδε, οἱ δὲ πρὸς τῶνδε. Ὅσοι δὲ πολιτείας τι μετεποιοῦντο ἡδόμενοι ἐπὶ τῇ συμπάσῃ (6) μεταβολῇ, ἐκάκιζον τοὺς Καίσαρος σφαγέας, ὅτι οὐχὶ πλείους ἀνέλοιεν τῶν τότε ὑπόπτων, καὶ βέβαιον ἀποδοῖεν σφίσι τὴν ἐλευθερίαν· πράγματα γὰρ αὐτοῖς τοὺς λειπομένους οὐκ ὀλίγα παρέξειν· ἦσαν δ' οἱ προμηθείᾳ πλέονι δοκοῦντες καὶ πείρᾳ τῶν ἐπὶ Σύλλα πρότερόν ποτε συμπεσόντων εἰδότες παρακελεύεσθαι ἐκ μέσου συστῆναι

aequitatem, dixit hunc in modum. *Quære in Exc. de concionibus.*

XXVII. Post concionem in Capitolium regressi deliberarunt in præsenti rerum statu quid faciendum sit. Placuit legatos mittere ad Lepidum et Antonium, quibus suaderent, ut ad ipsos venirent in templum, ibique in communi deliberarent quæ forent e republica; ac simul promittere se omnia quæ a Cæsare illi accepta tenerent, pro donis rata habituros esse, adeo ut ab hac saltem parte nihil dissiderent. Illi vero legatis dixerunt postridie se responsuros esse. Hæc quum sera vespera fierent, multo magis aucta est in urbe animorum perturbatio. Suis unusquisque rebus consulebat, deserta jam republica, metuens repentinas insidias et aggressiones; nam duces in armis erant castra castris opponentes; necdum liquebat quinam firmo imperio rebus præfuturus esset. Et tunc quidem, ubi nox venerat, digressi sunt. Postridie vero Antonius consul in armis erat; Lepidus haud mediocri collecta manu auxiliari, per medium forum prodiit eædem Cæsaris ulturus. Quod ubi viderunt qui dubii hucusque fuerant, sumptis armis cum suo quisque sodalitio ad eum confluebant, adeo ut magnus coiret exercitus. Ceterum erant qui metu hoc facerent, nolentes manifestum fieri suum de nece Cæsaris gaudium, atque eo, quod illis se adjungebant, spei futuri inservientes. Multum etiam missis nuntiis eos sollicitabant, quos beneficiis Cæsar, sive urbibus ad habitandum concessis sive agrorum distributione sive pecuniarum largitione, affecerat, omnia dicentes fore ut statu suo moverentur, nisi ab ipsis quoque fortius aliquid ederetur. Denique multis precibus et lamentationibus amicos Cæsaris adibant, eos maxime qui in expeditionibus ejus socii fuerant, meminisse jubentes, quantus vir qualia passus esset quod amicis fuisset destitutus. Sic frequentes jam confluebant, partim miseratione et amicitia ducti, partim vero sua sibi lucra etiam ex rebus novis fore putantes, præsertim quum remissius ab adversariis agi viderent nec uti antea majoris roboris suspicione exspectaverant. Jam palam profitebantur Cæsarem ulciscendum, neque aliter faciendum, neque committendum esse, ut cædem ejus impunem sinerent. Alia alii in cœtus ab his, ab illis congregati dictitabant. Qui vero liberam rempublicam asserere volebant, facta rerum conversione gaudentes reprehendebant Cæsaris percussores, quod non plures eorum, qui suspecti essent, occidissent eoque libertatem stabilivissent: nam relictos haud parum negotii ipsis facturos esse. Nonnulli porro prudentia præstantes et peritia eorum quæ Sullæ temporibus olim acciderant edocti hortabantur,

XXVII. 1. ἐπιχειρήσεις] χειρήσεις cod. — 2. μέγα] μέγαν cod. Idem paullo post φανερὸν εἶναι. — 3. κατοικησίαις] κατοικησίας cod. Formam κατοικησία nonnisi ex Etym. M. novimus. V. Steph. Thes. v. κατοικεσία. — 4. συνέρρεον] συννέρρεων cod. Mox fort. scrib. ἐκ νεωτερ. — 5. τὸν φόνον] addidi articulum. — 6. συμπάσῃ] malim συμβάσῃ.

ἀμφοτέροις· καὶ γὰρ τότε οἱ ἀπολωλέναι δόξαντες αὖθις ἀναθαρρήσαντες τοὺς νενικηκότας ἤλασαν· πολὺν οὖν πόνον παρέξειν Καίσαρα καὶ ἀπολωλότα τοῖς τε σφαγεῦσι καὶ τῇ τούτων ἑταιρείᾳ, μεγάλων στρατευμάτων ἐνεστώτων καὶ ἀνδρῶν ἐπ' αὐτοῖς δραστηρίων. Οἱ δὲ περὶ Ἀντώνιον πρὶν μὲν παρασκευάσασθαι, διεπρεσβεύοντο καὶ διελέγοντο τοῖς ἐν Καπιτωλίῳ. Ἐπεὶ δὲ πλήθει ὅπλων καὶ στρατιᾶς ἐθάρρησαν, διοικεῖν ἠξίουν τὰ κοινά, παύσαντες τὸν ἐν τῇ πόλει ταραχον. Πρῶτον δὲ ἐν σφίσι βουλὴν προὔθεσαν ὅπως χρὴ ἔχειν πρὸς τοὺς σφαγέας, συγκαλέσαντες τοὺς φίλους. Τῶνδε Λέπιδος μὲν ἀπεφήνατο γνώμην, πολεμεῖν ἄντικρυς αὐτοὺς καὶ τιμωρεῖν Καίσαρι· Ἵρτιος δὲ διαλέγεσθαι καὶ φιλίαν τίθεσθαι. Ἄλλος δὲ τὴν ἐναντίαν εἶπε τῷ Λεπίδῳ, προσθέμενος, ὡς καὶ ἀνόσιον εἴη περιορᾶν νήποινον τὸν Καίσαρος φόνον, καὶ αὐτοῖς μέντοι οὐκ ἀσφαλές, ὅσοι ἐκείνῳ ἦσαν φίλοι· καὶ γὰρ εἰ ἐν τῷ παρόντι ἡσυχάζουσιν οἱ αὐτόχειρες, ἀλλὰ δύναμίν γε κτησάμενοι χωρήσουσιν ἐπὶ πλέον. Ἀντώνιος δὲ τῇ Ἵρτίου προσθέμενος γνώμῃ, σώζειν αὐτοὺς ἠξίου. Ἦσαν δ' οἱ ἀποπέμψασθαι παρακελευόμενοι ἐκ τῆς πόλεως ὑποσπόνδους (8).

XXVIII. Μετὰ δὲ θάνατον καὶ κηδείαν τοῦ μεγάλου Καίσαρος συνεβούλευσαν οἱ φίλοι Καίσαρι τῷ νέῳ Ἀντώνιον ποιήσασθαι φίλον καὶ τῶν πραγμάτων ἐπιμελητήν. ** Πολλῶν (1) δὲ καὶ ἄλλων αἰτίων συμβάντων πρὸς τὴν πρὸς ἀλλήλους διαφορὰν, ἐδόκει αὐτοῖς τὴν ἔχθραν ἐξάπτειν μᾶλλον πρὸς ἀλλήλους, διάφορος μὲν ὢν (2) πρὸς Καίσαρα, συμπράττων δ' Ἀντωνίῳ. Καῖσαρ δ' οὐδὲν ὀρρωδῶν ἐκ τοῦ μεγαλόφρονος, θέας ἐποίει (3) ἐνστάσης ἑορτῆς ἣν ὁ πατὴρ αὐτοῦ κατεστήσατο Ἀφροδίτῃ. Καὶ αὖθις προσελθὼν (4) σὺν πλείοσιν ἔτι καὶ φίλοις, παρεκάλει Ἀντώνιον, συγχωρῆσαι τὸν δίφρον μετὰ τοῦ στεφάνου τίθεσθαι τῷ πατρί. Ὁ δ' ὁμοια ἠπείλησεν, εἰ μὴ τούτων ἀποστὰς ἡσυχίαν ἄγοι. Καὶ ὃς ἀπῆει καὶ οὐδὲν ἠναντιοῦτο, κωλύοντος τοῦ ὑπάτου· εἰσιόντα γε μὴν αὐτὸν εἰς τὸ θέατρον ἐκρότει ὁ δῆμος εὖ μάλα καὶ οἱ πατρικοὶ στρατιῶται ἠχθημένοι (5) διότι τὰς πατρῴους ἀνανεούμενος τιμὰς διεκωλύθη, ἄλλους τε ἐπ' ἄλλοις κρότους ἐδίδουν παρ' ὅλην τὴν θέαν ἐπισημαινόμενοι (6). Ὁ δὲ τὸ ἀργύριον ἠρίθμει τῷ δήμῳ· ὅπερ αὐτῷ μεγάλην εὔνοιαν παρέσχεν. Ἐξ ἐκείνης δὲ τῆς ἡμέρας μᾶλλόν τι φανερὸς ἦν Ἀντώνιος δυσμενῶς ἔχων πρὸς Καίσαρα, ἐμποδὼν γενόμενος τῇ τοῦ δήμου σπουδῇ πρὸς

ut neutri se parti adjungentes, medios se inter utrosque collocarent : nam tunc quoque qui periisse viderentur, resumptis animis victores expulisse. Multum igitur laboris præbiturum Cæsarem etiam mortuum percussoribus eorumque factioni, magnis jam imminentibus exercitibus, quibus duces præessent strenuissimi. Antonius autem ejusque socii antequam ad exsequendum propositum accingerentur, missis legatis cum iis qui in Capitolio erant, collocuti sunt. Et armorum militumque copia fidentes rempublicam administrare cœperunt, sedato in urbe tumultu. Primum vero, convocatis amicis, deliberarunt inter se, quomodo erga percussores ipsis agendum esset. Lepidus armis contra eos dimicandum et Cæsaris necem ulciscendam esse censuit; Hirtius transigi et amicitiam jungi voluit. Alius contrariam sententiam cum Lepido faciens proposuit, neque pium esse addens si inultam eadem Cæsaris sinerent, neque ipsis ejus amicis alias securitatem fore; « nam si in præsenti, ait, quiescunt interfectores, certe simul ac viribus aucti fuerint, insolescent. » Antonius Hirtii sententiæ adstipulans servandos esse censuit. Erant etiam qui ex urbe dimittendos esse pactis induciis existimarent.

XXVIII. Post necem et exsequias Cæsaris magni, familiares suadebant Cæsari juniori, ut Antonium amicum sibi conciliaret eumque rerum suarum procuratorem constitueret. *** Præterea quum alia multa ad dissidium eorum conferrent, ille a Cæsare alienus et cum Antonio faciens, magis etiam excitare inimicitiam eorum videbatur. Cæsar vero nihil reformidans præ animi altitudine, spectacula adornavit, instante festo, quod pater Veneri *Genitrici* instituerat. Ac denuo cum amicis compluribus ad Antonium accedens petivit, ut sellam et coronam patri ponere sibi permitteretur. Ille autem eadem quæ antea minabatur, nisi ab his desistens quietem ageret. Abiit Cæsar neque quidquam contra molitus est, impediente consule. Ceterum in theatrum ingredientem ingenti plausu populus excepit et patris commilitones, ægre ferentes cum paternos honores renovaturum prohiberi; aliosque supra aliis plausus edentes par totum spectaculum favorem suum professi sunt. Porro Cæsar argentum populo dinumeravit; unde magnam sibi benevolentiam conciliavit. Inde ab illa die manifestior erat Antonii adversus Cæsarem simultas eo quod populi in eum

8. Plura excerptor omisit.

XXVIII. 1. Lacunam notavi. Codex αἰτιῶν — 2. διάφορος μὲν ὢν] Hæc intelligenda puto de Critonio tribuno. V. not. seq — 3. Appian. III, 58 : Θέαι δ' ἦσαν, ἃς Κριτώνιος ἀγορανομῶν ἐμελλε τελέσειν· καὶ ὁ Καῖσαρ ἐς τὰς θέας τῷ πατρὶ τόν τε χρύσεον θρόνον καὶ στέφανον παρεσκεύαζεν, ἅπερ αὐτῷ κατὰ πάσας θέας ἐψηφίσαντο προτίθεσθαι. Τοῦ Κριτωνίου δὲ εἰπόντος, οὐκ ἀνέξεσθαι τιμωμένου Καίσαρος ἐν ταῖς αὐτοῦ δαπάναις, ὁ Καῖσαρ αὐτὸν ἐς τὸν Ἀντώνιον ἦγεν, ὡς ὕπατον. Ἀντωνίου δὲ εἰπόντος, ἐς τὴν βουλὴν ἐπανοίσειν, χαλεπήνας ὁ Καῖσαρ, Ἀνάφερε, εἶπεν· ἐγὼ δὲ τὸν θρόνον, ἕως ἂν ᾖ τὸ δόγμα, προθήσω. Καὶ ὁ Ἀντώνιος χαλεπήνας ἐκώλυσεν. Ἐκώλυσε δὲ καὶ ἐν ταῖς ἑξῆς θέαις ἔτι παραλογώτερον, ἃς αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐτέλει, ἀνακειμένας ἐν τοῦ πατρὸς Ἀφροδίτης Γενετείρᾳ, ὅτεπερ αὐτῇ καὶ τὸν νεὼν ὁ πατὴρ τὸν ἐν ἀγορᾷ ἅμα αὐτῇ ἀγορᾷ ἀνετίθει. Τότε δὴ καὶ μάλιστα μῖσος ἦδη σαφὲς ἐκ πάντων ἐς τὸν Ἀντώνιον ἐγίγνετο κτλ. Cf. Dio 45, 6; Sueton. Cæs. 10 et 88; Plutarch. Anton. 16, 2; August. ap. Plinium H. N. II, 23. De prioribus ludis, quos Critonius edidit, ipsum etiam Nicolaum exposuisse, colligas ex verbis αὖθις προσελθὼν κτλ. — 4. προσελθὼν] προελθὼν cod — 5. ἠχθημένοι] ἠσθημένοι cod. — 6. ἐπισημαιν.]

ἅμα ἑωρακυῖα Καίσαρα τὸν ἑαυτῆς θεῖον οἷα πάθοι, οὐ πάνυ προσίετο πάλιν· ἐῴκει δὲ μεταξὺ ἀμφοτέρων εἶναι τῶν γνωμῶν, τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς Φιλίππου καὶ τοῦ υἱέος. Καὶ ἡ μὲν διὰ τοῦτο ἐν φροντίσι μυρίαις ἦν, τοτὲ μὲν ἀνιωμένη, ἐπειδὰν τοὺς ἠρτημένους ἀριθμῆται κινδύνους τῶν συμπάντων ἄρχειν ἀξιοῦντι, τοτὲ δ' ἐπαιρομένη, ἐπειδὰν τὸ μέγεθος τῆς ἐξουσίας τε καὶ τιμῆς λογίζηται. Διὸ ἀποτρέπειν μὲν τὸν παῖδα οὐκ ἐτόλμα μεγάλοις ἐγχειροῦντα καὶ ἐπὶ δικαίαν ἄμυναν ὡρμημένον, οὐ μὴν ὁπ οὐδὲ συμπαρορμᾶν διὰ τὸ ἄδηλον τοῦ δαίμονος· συνεχώρει δ' ὅμως τοὔνομα ἔχειν τὸ Καίσαρος, καὶ αὐτὴ πρώτη συνέπαινος ἦν. Πάντων δὲ τῶν φίλων καὶ περὶ τοῦδε ὁ Καῖσαρ πυθόμενος ἃ ἐφρόνουν, οὐδὲν μελλήσας τύχῃ ἀγαθῇ καὶ ἐπ' εὐφήμῳ κληδόνι δέχεται τοὔνομά τε καὶ τὴν υἱοθεσίαν, ἣ καὶ αὐτῷ (7) καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀρχὴ ἀγαθῶν ἦν, πολὺ δὲ μάλιστα τῇ πατρίδι καὶ σύμπαντι τῷ Ῥωμαίων γένει. Ἔπεμψε δὲ παραχρῆμα καὶ ἐπὶ τὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ παρασκευὰς καὶ τὰ χρήματα ἃ προὔπεμψε Καῖσαρ πρότερον ἐπὶ τὸν Παρθικὸν πολεμον. Καὶ ἐπειδὴ ἐκομίσθη, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ ἐτήσιος φόρος τῶν ἐν Ἀσίᾳ ἐθνῶν, ἀρκούμενος Καῖσαρ τοῖς πατρῴοις, τὰ δημόσια εἰς τὸ ταμιεῖον τῆς πόλεως ἀπέπεμψε. Παρήνουν δὲ καὶ τότε αὐτῷ τῶν φίλων ἔνιοι ἃ (8) καὶ ἐν Ἀπολλωνίᾳ, χωρεῖν ἐπὶ τὰς ἀποικίας τοῦ πατρὸς καὶ τὰ στρατεύματα συγκροτεῖν, κἀκείνους εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἔξοδον (9) ἄλλως τε καὶ τοῦ ὀνόματος μεγάλου **. Ἥδιστα γὰρ καὶ τοὺς στρατιώτας ἡγουμένου τοῦ Καίσαρος υἱέος ἀκολουθήσειν τε καὶ πάντα δράσειν· θαυμαστὴ γάρ τις αὐτοῖς πίστις τε καὶ εὔνοια ὑπῆρχε πρὸς ἐκεῖνον καὶ μνήμη ὧν συγκατειργάσαντο (10) ζῶντι, πόθος τε ἐπὶ τοῦ ἐκείνου ὀνόματος συναγωνίζειν ἣν αὐτοὶ ἐκείνῳ πρότερον περιέθεσαν (11) ἀρχήν. Ἀλλὰ τῶνδε μὲν οὐδέπω ὁ καιρὸς ἐφαίνετο εἶναι· ἐσπούδαζε δὲ (12) νομίμως τὰς πατρίους ἀρχὰς μετιὼν γνώμῃ συγκλήτου μὴ λαβεῖν δόξαν φιλοτιμουμένου μᾶλλον περ ἢ νομίμου. Διὸ τῶν φίλων τοῖς πρεσβυτάτοις τε καὶ ἐμπειρίᾳ προὔχουσι μάλιστα ἐπείθετο (13), ἀπό τε Βρεντεσίου ὥρμησεν ἐπὶ Ῥώμης.

XIX. Ἐπιζητεῖ δὲ τοὐντεῦθεν ὁ λόγος ὅπως συστήσειαν τὴν ἐπιβουλὴν οἱ σφαγεῖς ἐπὶ Καίσαρα, καὶ ὡς τὸ σύμπαν κατειργάσαντο, τά τε μετὰ (1) ταῦτα πραχθέντα, κινηθέντων τῶν ὅλων. Διέξειμι οὖν αὐτήν τε πρῶτον καθ' ὅ τι (2) ἐγένετο καὶ ὅπως, τάς τε αἰτίας ὑφ' ὧν συστᾶσα τοσόνδε ἐπεξῆλθεν· ἔπειτα δὲ περὶ τοῦ ἑτέρου Καίσαρος, οὗ ἕνεκα δὴ ὁ λόγος ὥρμηται, ὅπως τε παρῆλθεν εἰς τὴν ἀρχήν, καὶ ἐπειδὴ ἀντ' ἐκείνου κατέστη, ὅπως ἔργα πολέμου καὶ εἰρήνης ἀπεδείξατο. Ἦρξαν μὲν οὖν τῆς ἐπιβουλῆς ἄνδρες τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγοι, μετὰ δὲ ταῦτα πολλοὶ καὶ ὅσοι οὔτε πρότερον

spicata, rursus haud libenter admodum hoc admittebat, et videbatur inter utramque fluctuare sententiam mariti atque filii. Sic illa innumeris curis discruciabatur, modo dolore affecta, quando pericula enumeraret de summo imperio contendenti imminentia, modo gaudio elata, quando potentiæ honorisque reputaret magnitudinem. Quare avertere quidem filium non audebat res magnas aggredientem justamque ultionem molientem, verumtamen neque etiam incitare eum, quod incerta sit fortuna, sustinebat. Concessit tamen ut nomen Cæsaris assumeret, imo prima ipsa hoc collaudavit. Cæsar vero postquam de his quoque omnes amicos, quid sentirent, consuluerat, nihil moratus bona fortuna faustoque omine nomen Cæsaris et adoptionem adiit : quod tum ipsi tum omnibus hominibus bonorum erat initium, præ ceteris autem patriæ et Romanorum populo universo. Ac confestim in Asiam misit ad apparatus et pecunias, quæ Cæsar ad bellum Parthicum præmiserat. Quibus reportatis una cum tributo annuo populorum Asiaticorum, Cæsar, paternis opibus contentus, bona publica in fiscum Romam perferenda curavit. Ceterum tunc quoque amicorum nonnulli suadebant, quod jam Apolloniæ suaserant, ut in veteranorum colonias a patre deductas se conferret, milites ibi convocaret, eosque ad expeditionem pro ipso suscipiendam tum aliis modis tum magni Cæsaris nominis recordatione excitaret; nam lubentissime exercitum etiam filium Cæsaris ducem secuturum et imperata omnia facturum esse. Etenim mira quædam apud illos fides vigebat et benevolentia erga Cæsarem, et memoria rerum quæ cum vivente peregerant, et desiderium sub hujus nominis auspiciis una cum filio decertandi imperium, quod ipsi olim patri attribuerant. At horum nondum tempus esse videbatur. Porro legitime honores paternos petens sententiâ senatus non famam ambitiosi hominis potius quam legibus obtemperantis ferre studebat. Quare amicis ætate provectioribus et peritia pollentibus obsecutus Brundusio Romam sese contulit.

XIX. In sequentibus narratio nostra exponet quomodo conflata in Cæsarem percussorum conjuratio, et tota res peracta sit, et quænam deinceps gesta sint, concussa tota republica. Primum igitur ipsam persequar conjurationem, quem ad finem et quomodo facta sit, causasque dicam de quibus conflata in tantum evaserit; deinde vero de altero Cæsare loquar, cujus causa hanc narrationem institui, quo modo scilicet ad regnum pervenerit, et in illius locum subsecutus quænam bello et pace gesserit. Conjuratio initio conflata a paucis est; postea autem multi ejus participes

— 7. αὐτῷ] αὐτὸς cod. In antecedentibus codex ἐπευφήμῳ κλήδωνι. — 8. φίλων ἔνιοι ἃ καὶ] φίλων οἱ καὶ codex. — 9. ἔξοδον] malim διέξοδον, ut supra. Deinde post μεγάλου lacunam notavi. Supplere possis τῇ μνήμῃ ἐποτρύνειν. Fort. erat : συγκροτεῖν τὰ ἐν ἐκείναις... ἄλλως τε καὶ τῇ τοῦ ὀνόματος μεγαλειότητι. — 10. συγκατειργάσαντο] συγκατειργάσατο codex. — 11. περιέθεσαν] περίθεσαν codex. — 12. Supplevi part. δὲ. — 13. ἐπείθετο] ἐπίθετο codex.

XIX 1. τά τε μετὰ] τάτε με μετὰ cod. — 2. καθ' ὅτι] καθότι cod.

ἐπὶ ἡγεμόνα μνημονεύονται συστῆναι. Φασὶ γὰρ τοὺς μετασχόντας τοῦ λόγου γενέσθαι ὑπὲρ π' (3)· ἐν οἷς μέγιστον ἠδύνατο Δέκμος (4) τε Βροῦτος, φίλος ἐς τὰ μάλιστα ὢν Καίσαρι, καὶ Γάϊος Κάσσιός τε καὶ Μάρκος Βροῦτος, οὐδενὸς ἧττον παρὰ Ῥωμαίοις τότε ἐπαινούμενος· πάντες δὲ πρότερον ἀντιπόλεμοί τε ἦσαν καὶ τὰ Πομπηίου ηὗξον (*)· ἐκείνου δὲ ἡττηθέντος, γενόμενοι ὑπὸ Καίσαρι, τὸ ἀπ' αὐτοῦ εἰρηνικὸν (5) βίον εἶχον· οὐδὲ, καίπερ Καίσαρος φιλανθρώπως προσαγομένου ἕκαστον (6), ἐν τῇ διανοίᾳ τὸ δύσελπι αὐτῶν ἀφῃροῦντο· ἀμνησίκακος [γὰρ] ἦν (7) τὸ ἦθος πρὸς τοὺς κρατηθέντας διά τινα πραότητα. Καρπούμενοι δὴ τὸ ἀπ' ἐκείνου ἀνύποπτον, κατεχρήσαντο αὐτῷ εἰς τὸ μᾶλλόν τι λανθάνειν ἐπιβουλεύοντες ἐπαγωγοῖς τε λόγοις καὶ ἔργοις προσποιήτοις. Αἰτίαι δ' αὐτοὺς ἐνῆγον ἐπιχειρεῖν τἀνδρὶ οὐκ ἀπὸ μικρῶν διαφόρων ἰδίᾳ τε ἑκάστοις καὶ κοινῇ πᾶσι γεγονυῖαι. Οἱ μὲν γὰρ ἐλπίδος τι ἔχοντες, εἰ ἐκεῖνον ἐκποδὼν ποιήσαιντο, αὐτοὶ ἡγεμόνες ἀντ' ἐκείνου ἔσεσθαι, τὴν ἐπιβουλὴν συνίστασαν, οἱ δὲ ὑπὸ ὀργῆς ὧν πάθοιεν παρὰ τὸν πόλεμον, οἰκείων αὐτοῖς ἀπολωλότων ἢ τὰ χρήματα ἀφῃρημένοι ἢ ἀρχὰς ἐν τῇ πόλει, ἐνεπικραίνοντο, καὶ τὸ ὀργιζόμενον ὑποκρυπτόμενοι τοῦ εὐπρεποῦς τι μετεποιοῦντο, ὡς ὠυσχεραίνοιεν τὴν ἑνὸς ἀρχήν, ζητοῖεν δὲ κατ' ἰσονομίαν πολιτεύεσθαι. Ἄλλα δὲ ἄλλοις αἴτια συνενεχθέντα ὑφ' ὧν ἔτυχε προφάσεων τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς τοὺς δυνατωτάτους συνέστησεν, ἔπειτα πολὺ πλείους προσήγετο, τοὺς μὲν αὐτεπαγγέλτους (8) κατ' ἴδια ἐγκλήματα, τοὺς δὲ κατὰ σύμπραξιν ἑτέροις ἐκ τῆς πάλαι φιλίας πολὺ τὸ πιστὸν ὑποφαίνοντας καὶ κατὰ τοῦτο προσηταιρισμένους. Ἦσαν δέ τινες οἱ κατ' οὐδέτερον, ἀλλὰ τῇ τε ἀξιώσει τῶν ἀνδρῶν συνεπιδιδόντες τὴν γνώμην, καὶ ἐκ τῆς πάλαι δημοκρατίας ἀχθόμενοι τῇ ἑνὸς ἰσχύι, ἄσμενοί τε (ἂν), εἰ καὶ μὴ αὐτοὶ ἄρξαι τοῦ πράγματος, ἀλλ' ἑτέρου γε ἄρξαντος συλλαβέσθαι τότ' ἀγαπητῶς μετὰ τοιούτων ἀνδρῶν, εἰ (9) καί τι δέοι παθεῖν οὐκ ὀκνοῦντες. Πολλὰ δ' ἐξώτρυνε καὶ ἡ ἐκ παλαιοῦ Βρούτοις ὑποῦσα εὐκλεια (10) τῶν προγόνων τοὺς ἀπὸ Ῥωμύλου βασιλεῖς (11) τῆς Ῥώμης καταλελυκότων καὶ δημοκρατίαν πρῶτον καταστησαμένων. Οἵ τε φίλοι πρότερον ὄντες τῷ Καίσαρι οὐκέθ' ὁμοίως εὖνοι ἦσαν, εἰς ἴσον ἑαυτοῖς ὁρῶντες τιμωμένους τοὺς πάλαι μὲν πολεμίους, ὑπ' ἐκείνου δὲ σωθέντας. Οὐ μὴν οὐδὲ αὐτοῖς ἐκείνοις τὸ εὔνουν ὑπῆρχεν, ἀλλ' ἐπίπροσθεν τῆς χάριτος γινόμενον τὸ ἀρχαῖον μῖσος οὐχ ὧν εὖ ἔπαθον σωθέντες μνήμην ἐνεποίει, ἀλλ' ὧν ἀπεστερήθησαν ἀγαθῶν κρατηθέντες ἐννοούμενοι παρωξύνοντο (12). Πολλοὶ δὲ καὶ αὐτῷ ἤχθοντο τὸ δι' ἐκείνου σεσῶσθαι, καίτοι γε ἀνονείδιστα αὐτοὺς

facti, et quot antea nunquam in ducem conjurasse memorantur. Nam supra octoginta fuisse dicunt, inter quos principes erant Decimus Brutus, Cæsaris ex intimis amicis, et C. Cassius et M. Brutus, gratia tunc apud Romanos nemine inferior. Hi omnes antea adversarii fuerant et Pompeii partibus addicti. Quo debellato, quum in Cæsaris potestatem venissent, in præsens quietem agebant; neque vero, quamquam humanitate et gratia singulos conciliare sibi Cæsar studebat, malam spem animis expellebant. Et quum immemor injuriarum erga victos esset ingenita lenitate, illi in rem suam convertentes quod nihil Cæsar ipsos suspectaret, abusi eo sunt, ut tanto facilius laterent insidiantes verbis blandis factisque simulatis. Causæ vero ad manum viro admovendam eos induxerunt diversissimæ privatim singulos et communiter omnes. Nonnulli quod sperabant, si Cæsarem removissent, ipsos ejus loco imperio potituros esse, insidias parabant; alii ira propter ea quæ per bellum passi essent, necessariis orbati, et opibus et muneribus, quibus in urbe functi erant, spoliati, exacerbabantur, sed iram hanc celantes, speciosius aliquid præ se ferebant, aientes graviter se ferre unius viri imperium, atque hoc agere, ut ex juris æquabilitate respublica regeretur. Aliæ denique aliis causæ erant ex obvio quoque prætextu repetitæ; quæ initio quidem nonnisi principes conjurationis jungebant, deinde vero multo plures adducebant, partim sponte sua venientes ob privatas criminationes, partim societate sua aliis vetustæ amicitiæ firmissimam fidem testaturos et propter hoc se conjuratis adjungentes. Erant etiam nonnulli, qui neutro horum, sed dignitate illorum virorum moti suffragabantur iis, atque veteris status popularis memores ægre ferebant unius viri potentiam, et quamquam ipsi rem non suscepturi fuissent, tamen ubi alius eam aggressus esset, tum alacres se adjungere properabant cum ejusmodi viris, etiamsi pati aliquid deberent, haud cunctantes. Multum vero excitabat etiam quæ ex antiquo tempore Brutis erat nobilis fama majorum, qui reges post Romulum Romanis imperantes everterant, primumque populare regimen instituerant. Porro pristini Cæsaris amici non ejusdem amplius benevolentiæ erant, quod pari apud eum honore esse videbant eos, qui hostes olim fuerant et a Cæsare servati. Verum ne his ipsis quidem sincera erat benevolentia, sed offuscans gratiam vetus odium non quæ in servatos Cæsar contulisset beneficiorum memoriam infigebat, sed quæ victi bona amisissent recordantes exstimulabat. Multi etiam eo infensi erant, quod salutem suam Cæsari deberent, quamquam ne minimo quidem probro ab eo

— 3. ὑπὲρ π'] Conspiratum est a *sexaginta amplius*, Sueton. Cæs. 80. — 4. Δέκμος] sic etiam ap. Appianum libri pro Δέκιμος. — * ἠύξων cod. — 5. ὑπὸ Καίσαρι... βίον] ὑπὸ καίρος τὸ ἀπ' αὐτοῦ (ὑπὸ Καίσαρι ἐς τὸ παραυτίκα?) εἰρην βίον εἶχον (εἰρήνην ἦγον?) codex. — 6. οὐδὲ γὰρ ἄλλως φιλανθρώπως προσαγομένου ἑκάστου codex. — 7. ἀμνησίκακος γὰρ ἦν] μνησίκακος ὤν. Mutato ὢν in ἦν, addidi particulam γὰρ. — 8. αὐτεπαγγ.] ἀντεπαγγ. codex. — 9. εἰ καὶ] fortasse ante εἰ excidit alterum καί. — 10. εὔκλεια] εὐκλεῖ codex. — 11. βασιλεῖς] βασίλεως codex. — 12. εὐνοουμένους codex. Fort. præstat εὐνοουμένους παρώξυνε.

πάντα πεποιηκότι· ἀλλ' ὅμως αὐτὸ τὸ ἐν χάριτος μέρει λαβεῖν τάδ' ἃ (13) κατὰ πολλὴν εὐμάρειαν κρατοῦσιν ὑπῆρχε, σφόδρα ἐν τῇ διανοίᾳ ἐνὸν ἐλύπει. Καὶ μὲν δὴ καὶ εἰς ἐκείνα τὰ ἔθη αὐτῶν διάφορα ἤδη ἦν, τῶν τε συστρατευομένων πάλιν ἐν ἰδιωτῶν (14) μοίρᾳ τῶν τε ἡγεμόνων καὶ οὐ τιμῆς μεταποιουμένων· τὸ μὲν ὅτι συγκατελέλεκτο (15) εἰς τὸ ἀρχαῖον στρατιωτικὸν τὸ πολέμῳ ἁλοῦν, καὶ τοὺς ἴσους μισθοὺς ἔφερεν. Ἤχθοντο οὖν οἱ φίλοι ἐν ἴσῳ τιμώμενοι τοῖς ὑπ' αὐτῶν αἰχμαλώτοις γενομένοις, ἔστι δ' ὑφ' ὧν καὶ παρωθούμενοι τιμῆς. Πολλοῖς δὲ καὶ τὸ εὖ πάσχειν ὑπ' αὐτοῦ διαφερόντως ἀνιαρὸν ἦν κατά τε χρημάτων δόσεις καὶ ἀρχῶν συντάξεις, ὡς μόνου δυναμένου τοῦτο ποιεῖν, τῶν δὲ ἄλλων πάντων ἐν οὐδενὸς μοίρᾳ παρεωσμένων. Αὐτός τε ἐκεῖνος ἐπὶ πολλαῖς καὶ καλαῖς νίκαις ἀγαλλόμενος οὐκ ἐπιεικότως, πλέον τε ἢ ἄνθρωπος ἀξιῶν ἤδη εἶναι, τοῖς μὲν πολλοῖς ἐθαυμάζετο, τοῖς δὲ μεγάλοις καὶ δυναστείας μεταποιουμένοις ἐπαχθὴς ἐδόκει εἶναι. Παντοδαπὰ οὖν συνέστη φῦλα ἐπ' αὐτὸν ἀνδρῶν μεγάλων, μικρῶν, φίλων, πολεμίων, στρατιωτῶν, πολιτικῶν, ἑκάστων προφάσεις ἰδίας εἰς τὸ ἔργον ὑποτιμωμένων (16) καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐγκλημάτων ἐμπιστευόντων καὶ ταῖς παρὰ τῶν ἄλλων κατηγορίαις. Ἕκαστός τε (17) ἕκαστον συνισταμένων παρώξυνον (18), καὶ τὸ εἰς ἀλλήλους βέβαιον ἐκ τῶν ἰδίᾳ ὑπόντων πρὸς αὐτὸν (19) ἐγκλημάτων παρείχοντο. Δι' ὃ καὶ τοσούτων γενομένων τῶν συστάντων, οὐδεὶς ἐτόλμησε καταμηνῦσαι τὴν πρᾶξιν. Φασὶ δέ τινες ὀλίγον πρὸ τοῦ θανάτου γραμματίδιον (20) αὐτῷ ὑπό του δεδόσθαι μηνύον τὴν ἐπιβουλήν· ὃ μετὰ χεῖρας ἔχων πρὶν ἀναγνῶναι ἀπεσφάγη· μετὰ δὲ ἀποθανόντος ἀνευρέθη ἐν τοῖς ἄλλοις γραμματιδίοις.

XX. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐγνώσθη· τότε δὲ [ἄλλαις] ἐπ' ἄλλαις (1) τιμαῖς αὐτῷ ψηφιζομέναις τῶν μὲν χαρίζεσθαι βουλομένων, ἐνίων δὲ μετὰ ἐνέδρας δεχομένων τὰς ὑπερβεβλημένας καὶ εἰς ἅπαντας ἐκφερόντων, ὡς ἂν φθόνος ὁμοῦ [καὶ] (2) ὑποψία ἐγγένοιτο ἐπαχθής, ὅδε ἅτε ἁπλοῦς ὢν τὸ ἦθος καὶ ἄπειρος πολιτικῆς τέχνης διὰ τὰς ἐκδήμους (3) στρατείας, ἠλίσκετο ῥᾳδίως τούτοις, ἐκ τοῦ εἰκότος οἰόμενος γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους θαυμαζόντων αὐτὸν μᾶλλόν περ ἢ ἐπιβουλευόντων. Μάλιστα δὲ τῶν ἐψηφισμένων ἐλύπει τοὺς ἐν τέλει τὸ καὶ τῶν ἀρχῶν ἄκυρον γενέσθαι τῆς καταστάσεως τὸν δῆμον, ἐκείνῳ δ' αὐτὰς ἀποδίδοσθαι οἷς βούλοιτο διδόναι, ὥσπερ τὸ δόγμα ἐκέλευεν οὐ πρὸ πολλοῦ κεκυρωμένον. Παντοδαπαὶ δὲ καὶ ἐν τῷ ὁμίλῳ λογοποιίαι διεφέροντο, ἄλλων ἄλλα διεξιόντων. Οἱ μὲν γὰρ ἔφασκον βασίλειον αὐτῷ ἐγνωκέναι συμπάσης γῆς καὶ θαλάττης Αἴγυπτον ἀποδεικνύναι, ἔνθα βασιλίδα Κλεοπάτραν αὐτοῦ τεκεῖν

affecti essent; at nihilominus illud ipsum, quod beneficii loco accepissent, quibus victores summa cum commoditate frui potuissent, cogitationi inhærens contristabat. His porro jam diverso modo hostiliter affectis ii accedebant, qui expeditionum socii fuerant vel gregarii vel ducum munere fungentes, neque ad honores promovebantur, querentes illi, quod bello capti in veteres legiones cooptarentur et eadem mererentur stipendia. Graviter igitur amici ferebant, eodem se loco esse cum iis, quos ipsi in captivitatem redegissent, et a nonnullis eorum vel deturbari gradu honoris. Multos etiam accepta ab eo beneficia sive pecuniæ largitione sive munerum collatione mœrore afficiebant, quod solus ille hoc facere posset, ac reliqui omnes ut nullius momenti negligerentur. Denique ipse Cæsar multis ac præclaris victoriis se efferens haud immerito et plus se quam mortalem jam esse existimans, apud multitudinem quidem cum admiratione suspiciebatur, optimatibus vero et imperia ambientibus molestus esse videbatur. Sic multiplex in eum coorta est turba virorum magnorum, parvorum, amicorum, inimicorum, militarium, civilium, qui suos quisque prætextus ad rem afferebant, et ob proprias criminationes etiam aliorum fidebant accusationibus. Singulique singulos convenientes exstimulabant, fidemque mutuam ex iis quæ privatim unicuique erant criminibus præbebant. Atque ita factum est, ut in tanto conjuratorum numero nemo rem deferre auderet. Quamquam nonnulli narrant paullo ante necem ei libellum insidiarum indicem a quodam traditum esse, quem manu tenens, antequam legisset, interfectus est, quemque deinde ad mortuum inter reliquos codicillos repererunt.

XX. Hæc igitur postea demum innotuerunt. Tum vero quum aliis super aliis honoribus ei decernendis alii gratificari vellent, nonnulli autem insidiose insignes illos honores adeo admitterent, ut eos tamquam immodicos in vulgus efferrent, atque sic invidiam simul et suspicionem excitarent: Cæsar, utpote simplex indole et civilium machinationum ob expeditiones peregrinas parum peritus, facile iis circumventus est, ex æquo putans laudationes illas esse admirantium potius quam insidiantium. Omnium maxime vero inter decreta viros muneribus publicis fungentes illud offendit, quo etiam jus creandorum magistratuum populo ademptum, atque Cæsari data potestas est magistratus constituendi quoscumque vellet, sicuti senatus consulto paullo ante sancito jubebatur. Præterea varii apud plebem sermones ficti circumferebantur, aliis alia persequentibus commenta. Sic nonnulli dicebant statuisse cum regiam terræ universæ marisque in Ægyptum transferre, ubi Cleopatra

— 13. τάδ' ἃ] τάδ' ἃ codex. — 14. πάλαι ἐν ἰδίῳ τῶν codex. — 15. συγκατελέλεκτο] συγκατέτεκτο codex. In seqq. pro συντάξεις codex συμπράξεις. — 16. ὑποτιμωμένων] ὑπό τινος μένων codex. — 17. ἕκαστός τε] ἑκαστότε codex. — 18. παρώξυνον] παρωξύνων codex. — 19. αὐτὸν] αὐτῶν codex. — 20. De eadem re cf. Appian. II, 116; Sueton. Cæs. c. 81; Dio Cass. 44, 18; Vellejus II, 57; Florus IV, 2, 94; Plutarch. Cæsar. 65, 1, p. 881 ed. Didot.

XX. 1. Supplevi v. ἄλλαις uncis inclusam. — 2. καὶ] supplevi particulam sæpius a scriba nostro neglectam; nisi forte scribi malis φθόνος ὁμοῦ ὑποψία ἐγγένοιτο. — 3. ἐκδήμους στρατείας] εὐδήμους στρατιὰς cod.

παῖδα Κῦρον (4) φοιτήσασαν εἰς εὐνήν· ὅπερ αὐτὸς ἤλεγξεν ἐν ταῖς διαθήκαις ψεῦδος ὄν. Οἱ δ' ἐν Ἰλίῳ τοῦτο ἔφασαν αὐτὸν μέλλειν καθίστασθαι, διὰ τὴν παλαιὰν πρὸς τὸ Δαρδανιδῶν γένος συγγένειαν. Γενόμενον δέ τι καὶ τόσον παρώξυνε τὰ μάλιστα τοὺς ἐπ' αὐτὸν συνεστῶτας. Ἦν αὐτῷ χρυσοῦς ἀνδριὰς, ὥσπερ ἐψήφιστο, ἐπὶ τῶν ἐμβόλων (5). Τούτου διάδημα ὤφθη περὶ τῇ κεφαλῇ κείμενον· ὑπόπτως δὲ πάνυ πρὸς αὐτὸν ἔχουσι Ῥωμαῖοι, δουλείας οἰόμενοι εἶναι σύμβολον· ἐπελθόντες δὲ τῶν δημάρχων Λεύκιος καὶ Γάϊος ἐκέλευσάν τινι τῶν ὑπηρετῶν ἀναβάντι καθελεῖν (6) αὐτὸ καὶ ῥῖψαι. Τοῦτο γενόμενον Καῖσαρ ὡς ἤσθετο, καλέσας τὴν σύγκλητον εἰς τὸ τῆς Ὁμονοίας ἱερὸν κατηγόρησε τῶν δημάρχων, φάσκων αὐτοὺς εἶναι τοὺς περιθέντας κρύφα τὸ διάδημα, ὅπως ἂν ἐν φανερῷ αὐτὸν ὑβρίσειαν καὶ δοκοῖεν ἀνδραγαθίζεσθαι ἐπὶ τῇ ἐκείνου ἀτιμίᾳ, ὡς οὐκέτι (7) βουλῆς οὔτ' αὐτοῦ ἐπιστρεφόμενοι· μείζονός τε γνώμης καὶ ἐπιβουλῆς εἶναι αὐτοῖς τὸ δρασθέν, εἴ πως δύναιντο εἰς τὸ πλῆθος αὐτὸν διαβαλόντες ὡς ἂν δυναστείας παρανόμου ἐρῶντα (8) καὶ αὐτοὶ ἐξάρχοντες νεωτεροποιίας ἀποκτεῖναι. Ταῦτα εἰπὼν, συνδόξαν τῇ συγκλήτῳ, ἤλασεν (9) αὐτοὺς φυγάδας. Καὶ οἱ μὲν ᾤχοντο φεύγοντες, ἕτεροι δ' ἀντ' αὐτῶν δήμαρχοι ἐγένοντο· ὁ δὲ δῆμος ἐβόα βασιλέα τε αὐτὸν εἶναι καὶ ἀναδεῖσθαι μηδὲν ἔτι μέλλοντα, ἐπεὶ καὶ ἡ Τύχη αὐτὸν ἀνέδησεν (10). Ὁ δὲ πᾶν ἂν ἔφη χαρισάμενος τῷ δήμῳ διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν τοῦτο [δ'] οὔποτε δώσειν, καὶ συγγνώμην ᾔτειτο εἰ ἀντιλέγει σώζων τὰ πάτρια· βούλεσθαι γὰρ τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἔχειν νομίμως ἢ βασιλείαν παρανόμως.

XXI. Τοιαῦτα (1) μὲν δὴ τότε ἐλέγετο· μετὰ δὲ ταῦτα ἑορτὴ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐγένετο χειμῶνος, Λουπερκάλια (2) καλεῖται, ἐν ᾗ γηραιοί τε ὁμοῦ πομπεύουσι καὶ νέοι, γυμνοὶ, ἀλειλιμμένοι (3) τε καὶ διεζωσμένοι, τούς τε ὑπαντῶντας κατακερτομοῦντες καὶ τύπτοντες αἰγείαις (4) δοραῖς. Τότε δὲ ἐνστάσης, ἡγεμὼν ᾑρέθη Μάρκος Ἀντώνιος· καὶ προῄει διὰ τῆς ἀγορᾶς, ὥσπερ ἔθος ἦν, συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλος ὄχλος. Καθημένῳ δὲ Καίσαρι ἐπὶ τῶν ἐμβόλων λεγομένων ἐπὶ χρυσοῦ θρόνου, καὶ ἱματίου ἁλουργὲς ἀμπεχομένῳ, πρῶτον Λικίνιος δάφνινον ἔχων στέφανον, ἐντὸς δὲ διάδημα περιφαινόμενον (5), προσέρχεται (ἦν γὰρ ὑψηλὸς ὁ τόπος ἐφ' οὗ Καῖσαρ ἐδημηγόρει, βασταχθεὶς ὑπὸ τῶν συναρ-

regina Cyrum filium Cæsari peperisset. Quod ipse testamento suo tamquam mendacium redarguit. Alii in Ilio sedem regni constituturum ferebant propter cognationem inde ab antiquo cum Dardanidis sibi intercedentem. Præterea hocce adversarios exasperabat quammaxime. Erat ei statua aurea ex populi decreto in rostris dedicata. Huic quondam diadema impositum conspexerunt; idque Romani vehementer suspectabant, servitutis esse signum censentes. Et advenientes tribuni Lucius *Cæsetius Flavius* et Caius *Epidius Marullus*, unum ex ministris jubent adscendere detractumque diadema projicere. Quod quum comperisset Cæsar, convocato in Concordiæ templum senatu, tribunos accusavit, ab ipsis dicens diadema impositum esse, quo palam se contumelia afficerent et viros strenuos se ostenderent, nihil amplius neque senatus neque suam ipsius auctoritatem curantes. Altioris consilii et insidiarum huic facto subesse indicium, si quando possent se populi in invidiam ductum, utpote illegitimæ dominationis appetentem, ipsi rerum novarum auctores interficere. Quibus dictis senatu suffragante, exilio eos mulctavit. Illis igitur solum vertentibus alii tribuni substituti sunt. Populus vero acclamans jubebat Cæsarem regem esse, et diademate caput cingere nihil morari, quandoquidem ipsa Fortuna statuam ejus redimivisset. Ille autem declaravit omnia se populo gratificantem ob ejus in ipsum benevolentiam, hoc tamen nunquam concessurum esse; atque veniam petivit, si obloqueretur mores servaturus patrios; nam malle se consulare munus habere ex legum præscripto, quam regium imperium legum adeptum contemptu.

XXI. Ac tunc quidem talia dicebantur. Post hæc festum Romæ celebrabatur hiemis tempestate, Lupercalia vocant, in quo pompam ducunt seniores simul et juniores, nudi, uncti et præcincti, obviosque jocis lacessentes ac pellibus verberantes caprinis. Hoc igitur instante festo, dux pompæ creatus erat Marcus Antonius. Procedebat ille per forum, uti mos erat, multa comitante plebe. Tum ad Cæsarem sedentem pro rostris in sella aurea et amictum toga purpurea, primum Licinius lauream tenens coronam, cui insertum diadema conspiciebatur, adscendit (erat enim editior locus, in quo Cæsar concionari solebat, a collegis elatus).

— 4. Κῦρον] Corruptum nomen videtur ex Καισαρίωνα, ut apud reliquos scriptores Cleopatræ e Cæsare filius appellatur. Dio Cass. 47, 31 : Ἥ τε Κλεοπάτρα... τὸν υἱὸν, ὃν Πτολεμαῖον μὲν ὠνόμαζεν, ἐπλάττετο δὲ ἐκ τοῦ Καίσαρος τετοκέναι, καὶ διὰ τοῦτο Καισαρίωνα προσηγόρευε κτλ. Cf. Sueton. Cæsar. 52; Plutarch. Cæsar. 49; Anton. 54, 71; Dio 51, 6. De reliquis cf. Sueton. Cæs. 79 : *Quin etiam valida fama percrebuit migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii, exhaustaque Italia delectibus et procuratione urbis amicis permissa.* — 5. De hac historia ab aliis paullo aliter narrata v. Appian. II, 108; Plutarch. Cæsar. 61, 3; Dio Cass. 44, 4 et 9; Livius Epit. 116; Sueton. 79; Vellej. II, 68; Zonaras X, 11. — 6. καθελεῖν] καθαιλεῖν codex. — 7. ὡς οὐκέτι βουλῆς] ὥστε οὐτ' ἐκ βουλῆς codex. — 8. ἐρῶντα] Dübnerus; εὑρόντα codex. — 9. ἤλασεν] ἤλασαν codex. — 10. ἀνέδησεν] ἐνέδωκεν codex. Deinde codex ὁ δὲ πᾶν ἀνέφηνε χαρ. ... τοῦτο οὔποτε.

XXI. 1. τοιαῦτα] τὰ αὐτὰ codex. — 2. Λουπερκάλια] λουπερκία codex. Ea quæ in seqq. narrantur, brevius et paullo aliter relata habes ap. Appian. II, 109; Plutarch. Cæsar. 61, Antonio 12; Dion. 44, 11; Sueton. 79; cf. Cicero Philipp. III, 5; V, 14; II, 34. — 3. ἀλειλιμμένοι] ἀλειμμέναι codex. — 4. αἰγείαις] αἰγίαις cod.; λασίοις σκύτεσι Plutarch. II. II. — 5. ἐντὸς.. περιφαινόμενον] στεφάνῳ δάφνης περιπεπλεγμένον Plutarch. Cæs. 61, 2. διάδημα δάφνης

χόντων) καὶ (6) κατέθηκεν αὐτοῦ πρὸ τῶν ποδῶν τὸ διάδημα. Βοῶντος δὲ τοῦ δήμου, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τίθεται· καὶ ἐπὶ τοῦτον Λέπιδον καλοῦντος τὸν ἱππάρχην, ὁ μὲν ὤκνει· ἐν τούτῳ δὲ Κάσσιος Λογγῖνος, εἷς τῶν ἐπιβουλευόντων, ὡς ὄπθεν εὔνους ὤν, ἵνα καὶ λανθάνειν μᾶλλον δύναιτο, ὑποφθὰς ἀνείλετο τὸ διάδημα καὶ ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ ἔθηκε. Συνῆν δὲ καὶ Πόπλιος Κάσκας (7). Καίσαρος δὲ διωθουμένου καὶ τοῦ δήμου βοῶντος, ταχὺ προσδραμὼν Ἀντώνιος γυμνὸς ἀληλιμμένος (8), ὥσπερ ἐπόμπευεν, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιτίθησι. Καῖσαρ δὲ ἀνελόμενος αὐτὸ εἰς τὸν ὄχλον ἔρριψε. Καὶ οἱ μὲν τελευταῖοι ἐκρότησαν ἐπὶ τούτῳ, οἱ δὲ πλησίον ἐβόων δέχεσθαι καὶ μὴ διωθεῖσθαι τὴν τοῦ δήμου χάριν. Ἄλλοι γὰρ ἄλλην γνώμην περὶ τῶν ὁρωμένων εἶχον· οἱ μὲν γὰρ ἐδυσχέραινον, ἅτε δυναστείας δήλωσιν (9) μείζονος ἢ κατὰ δημοκρατίαν· οἱ δὲ χαρίζεσθαι βιόμενοι συνέπραττον· οἱ δὲ οὐκ ἔξω τῆς γνώμης αὐτοῦ διεθρόουν τοῦτο Ἀντώνιον (10) πεποιηκέναι· πολλοῖς δ' ἦν καὶ βουλομένοις βασιλέα αὐτὸν ἀναμφιλόγως γενέσθαι. Παντοδαπαὶ μὲν φῆμαι ἐν τῷ ὁμίλῳ ἦσαν. Τὸ δ' οὖν δεύτερον Ἀντωνίου ἐπιτιθέντος, ὁ δῆμος ἐβόησε « Χαῖρε βασιλεῦ » τῆς ἑαυτοῦ γλώττης. Ὁ δὲ οὐ δεχόμενος (11) ἐκέλευσεν εἰς τὸ τοῦ Καπιτωλίου Διὸς ἱερὸν ἀποφέρειν αὐτό· ἐκείνῳ γὰρ μᾶλλον ἁρμόττειν. Καὶ πάλιν ἐκρότησαν οἱ αὐτοί, ὥσπερ καὶ πάλαι. Λέγεται δὲ καὶ ἕτερος λόγος, ὡς ταῦτα ἔπραττεν Ἀντώνιος ἐκείνῳ μὲν, ὥς γε ᾤετο, χαρίζεσθαι βουλόμενος, αὐτῷ δὲ ἐλπίδα μνώμενος εἰ γένοιτο ποιητὸς υἱός. Τελευταῖον δὲ ἀσπασάμενος Καίσαρα δίδωσι τῶν παρεστώτων τισὶν ἐπιθεῖναι αὐτὸ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ πλησίον ἀνδριάντος Καίσαρος· οἱ δὲ ἐπέθεσαν. Ἐν δ' οὖν τοῖς τότε (12) οὐδενὸς ἧττον καὶ τόδε πραχθὲν ἤγειρε θᾶττον τοὺς ἐπιβουλεύοντας, πίστιν ἐν ὀφθαλμοῖς μείζω παρασχὸν τῶνδ' ἃ (13) δι' ὑποψίας εἶχον.

XXII. Κίννας δὲ μετ' οὐ πολὺ στρατηγῶν Καίσαρα παραιτησάμενος δόγμα ἐκύρωσεν κατιέναι τοὺς ἀπελαθέντας δημάρχους καὶ, ὥσπερ βούλεται ὁ δῆμος, πεπαυμένους τῆς ἀρχῆς ἰδιώτας εἶναι τῶν κοινῶν μὴ εἰργομένους (τῆς ἀρχῆς) (1). Καῖσαρ δὲ οὐ διεκώλυε τὴν κάθοδον· καὶ οἱ μὲν κατῆσαν (2). Ἀρχαιρεσίαι δ' ἦσαν ἐνιαύσιοι, ὑπὸ Καίσαρος ἀγόμεναι· αὐτὸς γὰρ εἶχε τὴν τούτων ἐξουσίαν, ὥσπερ ἐκέλευσε τὸ δόγμα· καὶ δὴ ἀποδείκνυσι εἰς τὸ ἐπιὸν ὑπάτους Οὐίβιον Πάνσαν (3), καὶ Αὖλον Ἵρτιον· εἰς δὲ τρίτον ἔτος Δέκμον (4) Βροῦτον, ἕνα τῶν ἐπιβούλων, καὶ Μουνάτιον Πλάγκον (5). Κατόπιν δὲ τούτου καὶ ἕτερον ἐπράχθη, ὃ

et ante pedes ejus diadema deposuit; dein clamante populo, in caput ponit. Contra hunc Cæsar Lepidum advocat magistrum equitum. Is vero moras nectebat. Interea Cassius Longinus, conjuratorum unus, bene se affectum simulans, quo lateret tanto facilius, detraxit diadema et in genua reposuit. Una cum eo erat etiam Publius Casca. Cæsare autem rejiciente diadema, populoque plaudente, confestim accurrens Antonius nudus unctus, sicuti erat in pompa, rursus imponit capiti. Tum detractum Cæsar in populum projecit. Ac postremi quidem ob id plausum ediderunt, sed propius adstantes clamabant, ut acciperet neque rejiceret donum populi. Etenim alii aliter de his sentiebant. Pars ægre id ferebant, ut imperii signum majoris quam popularis status admitteret; pars gratificari volentes rem comprobabant. Alii haud absque ipsius Cæsaris sententia Antonium hoc fecisse dictitabant. Multis etiam haud invitum erat Cæsarem sine controversia regium tenere imperium. Tam varii inter multitudinem rumores spargebantur. Porro quum iterum Antonius diadema capiti Cæsaris admoveret, clamare populus : *Salve rex*. Ille vero recusans diadema Jovi in Capitolium mitti jussit, huic magis id convenire dicens. Ad quæ denuo iidem plaudebant, sicuti antea. Ceterum alius quoque de his sermo fertur, ex quo Antonius illa fecit Cæsari quidem, uti sperabat, gratificaturus, sibi autem spem fovens, si forte pro filio ab eo adoptaretur. Postremo Cæsarem amplexus adstantibus quibusdam diadema tradidit, qui statuæ Cæsaris proximæ imponerent. Idque illos fecisse aiunt. Inter ea igitur quæ tunc evenerunt, etiam hoc inprimis conjuratos ad maturanda destinata consilia incitavit, quum majorem fidem eorum quæ suspicabantur ob oculos poneret.

XXII. Haud multo post prætor *L. Cornelius* Cinna, Cæsare precibus placato, decretum scribi curavit, quo pulsis tribunis permissum est, ut in patriam redirent, et ex populi voluntate, adempta potestate tribunicia, privati essent, sed a republica capessenda non arcerentur. Itaque, non refraganto Cæsare, Romam tribuni redierunt. Mox Cæsar comitia annua magistratibus creandis habet (nam horum quoque ex decreto penes ipsum potestas erat), et in annum sequentem consules designat C. Vibium Pansam et A. Hirtium, in tertium annum Decimum Brutum, e conjuratis unum, et Munatium Plancum. Post hæc aliud accidit, quod vehementer conjuratos excitavit. Etenim fo-

στεφάνῳ περιειλίξας Ἀντώνιος Plut. Anton. 12, 1. — 6. καὶ] particulam de meo addidi. — 7. Κάσκας] κασικὰς codex h. l. et infra. — 8. ἀληλιμμένος] ἀληλειμένος, codex. — 9. δήλωσιν] δήλωσι codex. — 10. Ἀντώνιον] ἀντωνίου codex. — 11. οὐ δεχόμενος] οὐδ' ἐχόμενος cod. — 12. τοῖς τότε] supplevi τοῖς. — 13. παρασχὸν τῶνδ' ἃ] παρεχόντων ὃ codex.

XXII 1. τῆς ἀρχῆς] inclusi, ut abundantia, et probabiliter ex antecedentibus male repetita. — 2. κατῆσαν] Aliter Appian. II, 122, ubi Cassius et Brutus post mortem Cæsaris tribunos illos ex exilio revocandos esse censent. Sueton. c. 80 : *Post remotos Cæsetium et Marullum tribunos, reperta sunt proximis comitiis complura suffragia consules eos declarantium...* Quod item de absentibus intelligendum esse videtur. — 3. Οὐίβιον Πάνσαν] ὄρβιον πάνα codex. — 4. Δέκμον] δέγμον codex. — 5. Πλάγκον] πλάγκτον codex.

σφόδρα ἤγειρε τοὺς συνεστῶτας. Ἀγορὰν κατεσκεύαζε μεγάλην καὶ ἀξιοπρεπῆ ἐν Ῥώμῃ, καὶ τοὺς τεχνίτας ἀθροίσας τὰ ἔργα εἰς τὴν κατασκευὴν διεπίπρασκεν. Ἐν τούτῳ δὲ αὐτῷ προσῆλθον (6) οἱ Ῥωμαῖοι ἄριστοι τιμὰς φέροντες, ἅστινας τότε ἐψηφίσαντο ἐν κοινῷ. Τούτων δ' ἡγεῖτο μὲν ὁ ὕπατος, συνάρχων τότε αὐτῷ ὤν, κομίζων τὰ ἐψηφισμένα· ῥαβδοφόροι τε προήεσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὸν ὄχλον ἀνείργοντες· συνῄεσαν δὲ τῷ ὑπάτῳ οἵ τε στρατηγοὶ καὶ δήμαρχοι καὶ ταμίαι καὶ ἄλλαι πᾶσαι ἀρχαί· μετὰ δὲ ἡ σύγκλητος ἐν κόσμῳ εἵπετο καὶ ὁ λαὸς (7) ἄπειρος τὸ πλῆθος καὶ ὅσος οὐκ ἄλλος· πολλὴ δὲ ἥ τε ἔκπληξις ἦν καὶ τὸ ἀξίωμα τῶν πρώτων, εἰς οὓς τὰ συμπάντων ἀνήρτητο κράτη, θαυμαζόντων ἄλλον κρείττω. Ὁ δὲ προσιόντων ἐκάθητο καὶ διὰ τὸ τοῖς ἐκ πλαγίου ὁμιλεῖν οὔτ' ἐπιστρέψας πρὸς αὐτοὺς τὸ πρόσωπον οὔτε προσέχων, ἀλλ' ὁμοίως διοικῶν ἃ ἐν χερσὶν εἶχεν, εἷς ὁ τῶν πλησίον φίλων τις (8) εἶπεν, Ὅρα τοὺς ἐξ ἐναντίας προσιόντας· καὶ τότε ἀποθέμενος τὰ γραμματίδια ἐπεστράφη (9), καὶ περὶ ὧν ἦλθον ἤκουε. Συνόντες οὖν αὐτοῖς οἱ ἐπιβουλεύοντες τὸ γεγονὸς (10) καὶ τοὺς ἄλλους τῆς πρὸς αὐτὸν δυσμενείας ἀνέπλησαν καὶ αὐτοὺς ἤδη ἀχθομένους· ὤργων τότε καὶ οἱ ἐπὶ ὀλέθρῳ τῶν συμπάντων, μή τί γε ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐπιχειρεῖν τῷ ἀνδρὶ [βουλόμενοι] (11), καὶ προσεδόκων χειρώσασθαι αὐτὸν ἀνίκητον παντάπασι δοκοῦντα εἶναι· δυσὶ γὰρ καὶ τριακοσίαις μάχαις ἐδόκει συμβαλὼν εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἔν τε Ἀσίᾳ καὶ Εὐρώπῃ (12) οὔποθ' ἡττῆσθαι. Μόνος δὲ πολλάκις ἐξιὼν καὶ φαινόμενος αὐτοῖς ἐλπίδα ἐνεδίδου τοῦ ἐπιβουλῇ ἁλώσιμος εἶναι· ἐμηχανῶντό τε, εἴ πως παραλύσειαν αὐτοῦ τὴν ἀμφὶ τὸ (13) σῶμα φυλακήν, λόγῳ τε κηλοῦντες ὡς χρεὼν εἴη ἱερὸν αὐτὸν πρὸς πάντων νομίζεσθαι πατέρα τε καλεῖσθαι τῆς πόλεως, καὶ ψηφίσματα περὶ τούτων γράφοντες, εἴ πως ἐκεῖνος τούτοις παραχθεὶς τῷ ὄντι πιστεύσειεν ὑπ' αὐτῶν στέργεσθαι, καὶ τοὺς δορυφόρους ἀπολύσειεν, οἰόμενος τῇ πάντων εὐνοίᾳ φυλάττεσθαι. Ὅπερ γενόμενον πολλὴν αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον ῥαστώνην παρέσχε.

XXIII. Συνῄεσαν δ' ἐν φανερῷ μὲν οὔποτε βουλευσόμενοι, λάθρα δὲ κατ' ὀλίγους εἰς τὰς ἀλλήλων οἰκίας· καὶ πολλὰ μέν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἐλέχθη τε αὐτοῖς καὶ ἐκινήθη, σκοπουμένοις τοσόνδε ἔργον ὅπως τε ἐπιθήσωνται καὶ ὅποι. Τινὲς μὲν οὖν εἰσέφερον διὰ τῆς ἱερᾶς καλουμένης ὁδοῦ ἰόντι ἐγχειρεῖν· ἐφοίτα γὰρ πολλάκις ἐκείνῃ· ἄλλοι δ' ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις, ἐν αἷς αὐτὸν ἔδει καθιστάντα ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως πεδίῳ τὰς ἀρχὰς διιέναι τινὰ γέφυραν, διακληρωσάμενοι τὸ ἔργον ὅπως

rum amplum splendidumque Romæ ædificans Cæsar opifices convocaverat, lisque opera facienda elocabat. Dum his occupatur, accedunt principes Romanorum, decreta afferentes honorum, quos tunc communi consensu in senatu ei detulerant. Agmen ducebat *Antonius* consul, Cæsaris collega, manu tenens decreta; præibant lictores hinc inde plebem arcentes; consulem comitabantur prætores et tribuni et quæstores et reliqui omnes magistratus; sequebatur senatus decore incedens, et deinceps immensa numero multitudo et quanta nulla usquam alia. Stupendus erat splendor dignitasque primorum, qui quum summam totius imperii tenerent ipsi alium admirabantur præstantiorem. Accedentibus illis, Cæsar sedebat, et cum iis qui obliqui adstabant colloquens ideoque faciem ab advenientibus aversam habens, quæ in manu erant negotia tractare pergebat, usque dum ex amicis quidam diceret : « Specta ex adverso accedentes. » Tum positis libellis ad illos se convertit, et de iis quorum causa venerant dedit aditum. Quibus quum interessent conjurati, ob casum illum etiam reliquos suo in Cæsarem odio implebant vel ipsos jam male affectos. Animis tunc ardebant vel ii, qui ad perniciem reipublicæ, non ad recuperandam libertatem manum viro injicere moliebantur, opportunitatemque exspectabant, qua domare possent eum qui insuperabilis esse omnibus videbatur : nam trecentis ac duobus prœliis, quæ ad illud temporis in Asia et Europa commiserat, nunquam cladem tulisse putabatur. Jam quum solus sæpe exiret et conspiciendum se ipsis præberet, spes erat fore, ut insidiis circumveniretur. Nihilominus machinabantur si qua ratione corporis custodiam amovere possent, verbis eum demulcentes, quasi sacrosanctus ab omnibus censeri et pater patriæ appellari deberet, atque decreta in hanc sententiam scribentes, num forte his seductus et revera se ab ipsis amari confidens omniumque benevolentia satis se custoditum putans satellites dimitteret. Quo demum facto, multa iis exsequendi consilia præbebatur facilitas.

XXIII. Ad deliberandum palam coitabant nunquam, sed clanculum bini vel terni in suas invicem domus. Ubi multa, ut consentaneum, dicta motaque sunt circumspicientibus tantam rem qua ratione et quo loco aggrederentur. Nonnulli igitur proponebant, ut invaderent per viam sacram euntem; sæpius enim illic transibat. Aliis placuit ut in comitiis magistratuum creandorum causa habendis, ubi Cæsari in campo ante urbem sito magistratus constituturo pons transeundus esset, ita rem peragerent, ut, divisis partibus,

— 6. Eandem historiam paullo aliter narrant Appian. II, 107; Sueton. Cæs. 78; Liv. Epit. 116.; Plut. Cæs. 60, 2; Dio Cass. 44, 8. — 7. λαὸς] πᾶς cod. Mox πολλοὶ cod. — 8. τις] C. Trebatius sec. Sueton. c. 68. — 9. Minus facete excusare Cæsarem student illi qui dicunt eum non assurrexisse ὅτι τῆς κοιλίας ἀκρατὴς ὑπὸ διαρροίας ἐγεγόνει, Dio Cass. 44, 8. Aliam excusationem affert Plutarch. Cæsar. 60, 2. — 10. Verti quasi scriptum esset διὰ τὸ γεγονός. A verbo ἐπιβουλεύοντες accusativus τὸ γεγονὸς pendere nequit; suspicari autem licet verba συνόντες οὖν αὐτοῖς corrupta esse, scriptoremque dixisse : διασύροντες οὖν αὐτοὶ οἱ ἐπιβ. τὸ γεγονὸς vel συκοφαντοῦντες δ' οἱ ἐπιβ. κτλ. vel ejusmodi quid. Mox codex ὤργουν. — 11. βουλόμενοι] inserui; si nolis, scribe ἐπιχειροῦντες. — 12. Ἀσίᾳ καὶ Εὐρώπῃ] Ἀσίαν Εὐρώπῃ codex. — 13. τὸ] τοῦ codex.

οἱ μὲν ὥσειαν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γεφύρας, οἱ δὲ ἐπιδραμόντες κτείνειαν (1)· ἄλλοι δὲ ὅταν θέαι μονομάχων ἄγωνται· ὑπόγυοι δ' ἦσαν· ἔνθα καὶ ὅπλα ὁρᾶσθαι παρεσκευασμένα ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἀνύποπτον ἦν διὰ τὸν ἀγῶνα. Οἱ πλεῖστοι δὲ παρῄνουν ἐν τῇ βουλῇ συνεδρεύοντα κτείνειν, ἡνίκα μόνος αὐτὸς ἔμελλεν ἔσεσθαι· οὐ γὰρ συνεισίασιν οἱ μὴ μετέχοντες αὐτῆς, πολλοὶ δ' οἱ ἐπιβουλεύοντες ὑπὸ τοῖς ἱματίοις ἔχοντες ἐγχειρίδια. Καὶ ἐκράτει ἥδε ἡ γνώμη. Συνέλαβε δὲ καὶ τύχη τις εἰς τοῦτο, ποιήσασα ἡμέραν ῥητὴν αὐτὸν ὁρίσαι εἰς ἣν (2) συνίασιν οἱ ἐκ τοῦ συνεδρίου βουλευσόμενοι περὶ ὧν αὐτὸς ἔμελλεν εἰσοίσειν. Ἐπεὶ δὲ ἐνέστη ἡ κυρία ἡμέρα, συνῆσαν παρεσκευασμένοι τοῖς πᾶσιν. Ἐγίνετο δὲ αὐτοῖς ἡ σύνοδος εἰς τὴν Πομπηίου στοάν, ἔνθα ἑκάστοτε (3) συνελέγοντο. Τῷ δ' ἄρα ὁ δαίμων διεδείκνυε τὰ ἐνθάδε (4) ὁποῖα εἴη, ὡς πάντα ἀστάθμητα καὶ τῆς τύχης ἥττω, εἰς τὸ τοῦ ἐχθροῦ αὐτὸν ὑπάγων χωρίον, ἐν ᾧ ἔμελλε πρὸ τοῦ ἐκείνου ἀνδριάντος νεκρὸς κεῖσεσθαι, καὶ οὗ ζῶντος περιεγένετο, τούτου τεθνεῶτος πρὸς τῷ εἰδώλῳ ἀποσφάττεσθαι. Ἰσχυρότερον δέ τι καὶ ἡ μοῖρα, εἰ δή τις ἐπέστη τούτοις. Οἵ τε (5) γὰρ φίλοι ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐκώλυον, διά τινας φήμας οἰωνιζόμενοι, πορεύεσθαι εἰς τὸ βουλευτήριον· ἰατροί τε διὰ νόσον σκοτώδη (6) ἑκάστοτε συμβαίνουσαν αὐτῷ καὶ τότε προσπεσοῦσαν· ἥ τε γυνὴ πάντων μάλιστα, Καλπουρνία ὄνομα, διά τινας ὄψεις ἐνυπνίων δειματωθεῖσα (7), ἐνέφυ τε αὐτῷ καὶ οὐκ ἔφη ἐάσειν ἐκείνης ἐξιέναι τῆς ἡμέρας. Παραστὰς δὲ Βροῦτος, εἷς τῶν ἐπιβουλευόντων, ἐν δὲ τοῖς μάλιστα φίλοις τότε νομιζόμενος, « Τί σὺ λέγεις, εἶπεν, ὦ Καῖσαρ; Καὶ σὺ ὁ τηλικόσδε, γυναικὸς ἐνυπνίοις καὶ ἀνδρῶν ματαίων κληδόσι (8) προσσχών, ὑβρίσεις (9) τήν σε τιμήσασαν σύγκλητον, ἣν αὐτὸς συνεκάλεσας, οὐκ ἐξιών; Ἀλλ' οὐκ, ἤν γέ μοι πείθῃ, ἀλλὰ ῥίψας τὰ τούτων ὀνειροπολήματα πορεύσῃ· κάθηται γὰρ ἐξ ἑωθινοῦ σὲ περιμένουσα. » Καὶ ὃς ἐπείσθη τε καὶ ἐξῆλθεν.

XXIV. Ἐν τούτῳ οἱ μὲν σφαγεῖς ῥύτρεπίζοντο, τάττοντες αὑτοὺς οἱ μὲν εἰς πλησίον αὐτοῦ καθέδρας, οἱ δὲ ἐξ ἐναντίας, οἱ δὲ κατόπισθεν. Οἱ δὲ ἱερεῖς θύματα προσέφερον πρὸ τῆς εἰς τὸ βουλευτήριον εἰσόδου θυσομένῳ τὴν ὑστάτην θυσίαν ἐκείνην. Καὶ ὄῆλον ὡς οὐκ ἐκαλλιέρει. Δυσθυτοῦντες δ' οἱ μάντεις ἕτερα ἐφ' ἑτέροις θύματα ὑπήλλαττον, εἴ τι αὐτοῖς ἄμεινον ὢν (1) ἐσημαίνετο φανείη· τελευτῶντες δὲ χαλεπῶς τάχ θεῶν ὁρᾶν ἔφασαν,

alii de ponte eum detruderent, alii incurrentes jacentem confoderent. Nonnulli tempus quo ludi gladiatorum celebrarentur destinabant. Qui quidem tunc erant proximi, in iisque armorum apparatus conspici suspicione carebat. Plurimi autem suadebant, ut in senatu trucidarent, quando solus futurus esset : nam in curiam nonnisi senatores admitti, quorum multi forent conjurationis socii pugiones sub veste gestantes. Atque hæc sententia prævaluit. Ceterum etiam fortuna quædam adjuvavit, quæ effecit, ut ipse Cæsar diem definitam indiceret, qua senatores de rebus ab ipso proponendis deliberaturi essent. Ubi aderat dies indicata, omnibus rebus instructi conveniunt in Pompeii porticum, in quam interdum convocabantur. Unde numen testatum fecit quænam rerum humanarum sit indoles et natura, quam instabilia sint omnia et fortunæ arbitrio obnoxia : siquidem Cæsarem in inimici domum induxit, uti mox ad statuam ejus jaceret cadaver, et quo vivo superior fuerat, ejus mortui ad simulacrum jugularetur. At potentius quiddam sane fatum est, quandoquidem vis fati cujusdam in his debet agnosci. Nam et amici eum prohibebant, ex ominibus quibusdam male augurantes, quominus illa die in curiam se conferret; et medici propter vertigines, quibus, quum sæpius laboraret, etiam tunc correptus est; et ipsa denique Calpurnia uxor, quæ visis nocturnis territa, omnium maxime inhæsit ei amplexa, neque admissuram sese dixit, ut foras illa die prodiret. Tum vero adstans Brutus, ex conjuratis unus, Cæsarique ex intimis, uti putabant, amicis, « Quid tu dicis, inquit, Cæsar? Num tu vir tantus, mulieris ad somnia futiliumque hominum vaticinia attendens, senatum, qui honoribus te ornavit quemque ipse tu convocasti, contumelia eo, quod domi manes, afficies? Minime vero, mihi siquidem auscultes; imo, missis nugis istis somniorum, in curiam proficisceris, ubi a mane inde exspectans te senatus considet. » His ille persuasus exiit.

XXIV. Interim percussores ita se disposuerunt, ut alii juxta sellam Cæsaris considerent, alii ex adverso, alii a tergo. Aruspices vero victimas attulerunt pro introitu in curiam sacra hæc facturo ultima. Ac manifestum erat eum non litare. Infausta reperientes exta vates cum aliis alias hostias permutabant, si forte meliora iis, quæ prioribus portendebantur, apparerent. Postremo infesta esse signa deorum declararunt; vindicem quendam aientes occulta-

XXIII. 1. Cf. Sueton. Cæs. 80 : *Qui primum cunctati, utrum illum in campo, per comitia tribus ad suffragia vocantem, partibus divisis e ponte dejicerent atque exceptum trucidarent; an in sacra via vel in aditu theatri adorirentur, postquam aditus Idibus Martiis in Pompeii curiam editus est, facile tempus et locum prætulerunt.* — 2. ἥν] τὴν codex. — 3. ἑκάστοτε] ἑκάστοτε pro *interdum* etiam infra occurrit. Quamquam l. l. omissum esse illud putari possit, quibus illud ἑκάστοτε definiebatur. Appian. B. C. II, 115 : Θέαι δ' ἦσαν ἐν τῷ Πομπηίου θεάτρῳ, καὶ βουλευτήριον ἔμελλε τῶν τις περὶ αὐτὸ οἴκος ἔσεσθαι, εἰ ὡς ἐπὶ ταῖς θέαις ὧδε γίγνεσθαι. De loco cf. etiam codex Med. in Dion. Cass. 44, 17 : ἐκεῖ γάρ που (ad theatrum Pompeii) ἐν οἰκήματί τινι τοῦ περιστώου συνεδρεύειν ἔμελλον, ad quem locum Gronovius : « Videtur locus ita ædificatus fuisse, ut ex area columnis circumsepta ad aliquod quadrati latus discedentes in curiam Pompeiam intrarent. » — 4. τὰ ἐνθάδε] Dubner.; τὰ ἔθη codex. — 5. οἵ τε] οὔτε codex. — 6. νόσον σκοτώδη] Hujus morbi meminit Plutarch. Cæsar. 60, 2, ubi eo excusare studet Cæsarem senatui decreta afferenti non surgentem. — 7. δειματωθεῖσα] δειγματωθεῖσα codex. — 8. κληδῶσι codex. — 9. ὑβρίσεις] ὑβρισεῖτε codex.

XXIV. 1. ὢν] ἂν codex. In anteced. nota vocem δυσθυτέω, et in sqq. v. δίοπτον.

καί τινα ἀλάστορα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐγκεκρυμμένον δίοπτον εἶναι. Ὁ δὲ ἀχθεσθεὶς ἀπεστράφη πρὸς δυόμενον τὸν ἥλιον· καὶ οἱ μάντεις πολὺ μᾶλλον τοῦτο οἰωνίσαντο. Παρόντες δὲ οἱ φονεῖς (2) ἥσθησαν ἐπὶ τούτοις. Ὁ δὲ Καῖσαρ, πολὺ μάλιστα τῶν φίλων δεομένων ἀναβαλέσθαι τὸν σύλλογον ἐκείνης τῆς ἡμέρας διὰ τὰ λεγόμενα ὑπὸ τῶν μάντεων, ἐκέλευσε (3) καὶ δὴ τοῦτο ὁρᾶν. Ταχὺ δ' οἱ ὑπηρέται αὐτῷ ἐπέστησαν καλοῦντες καὶ λέγοντες ὅτι πλήρης ἡ βουλὴ εἴη. Καὶ ὁ μὲν εἰς τοὺς φίλους διέβλεψεν. Ὁ δὲ Βροῦτος αὐτῷ πάλιν παραστὰς, « Ἴθι, ὦ ἀγαθέ, ἔφη, τοῖς λήροις τούτων χαίρειν φράσας, καὶ ἃ Καίσαρί τε καὶ τῇ τοσαύτῃ ἀρχῇ διοικεῖν πρέπει, μὴ ἀναβάλλου, αἴσιον οἰωνὸν τὴν σεαυτοῦ ἀρετὴν ποιούμενος. » Καὶ ὁ μὲν ταῦτα παραπείθων, δμοῦ τῆς δεξιᾶς λαβόμενος (ἐγγὺς δ' ἦν καὶ τὸ συνέδριον) ἦγεν αὐτόν. Ὁ δὲ εἵπετο σιωπῇ. Εἰσιόντα δὲ αὐτὸν ὡς εἶδεν ἡ σύγκλητος, ὑπανέστη εἰς τιμῆς ἀξίωσιν. Οἱ δὲ μέλλοντες ἐγχειρήσειν περὶ αὐτὸν ἦσαν. Πρῶτος δὲ πάντων ἐπ' αὐτὸν καθίετο (4) Τύλλιος Κίμβρος (5), ᾧ ἔφευγεν ἀδελφὸς ἐληλαμένος ὑπὸ Καίσαρος. Ἐν προσχήματι δὴ τοῦ ἀντιβολεῖν αὐτὸν λιπαρῶς ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ προσελθὼν ἥπτετο τῆς ἀναβολῆς, καί τι θρασύτερον εἴσω τὰς χεῖρας ἔχοντος ἐδόκει ὁρᾶν, ἐκώλυέ τε, εἰ βούλοιτο ἀνίστασθαι καὶ ταῖς χερσὶ χρῆσθαι· ὀργιζομένου δ' ἐπιστρεφῶς ἐκείνου, ἔργου εἴχοντο οἱ ἄνδρες, ταχὺ δὲ πάντες γυμνώσαντες τὰ ἐγχειρίδια, ἐπ' αὐτὸν ὥρμησαν. Καὶ πρῶτος μὲν Σερουίλιος Κάσκας (6) κατὰ τὸν ἀριστερὸν ὦμον ὀρθῷ τῷ ξίφει παίει μικρὸν ὑπὲρ τὴν κλεῖν, εὐθύνων ἐπ' αὐτὴν, ταραττόμενος δὲ οὐκ ἠδυνήθη (7). Καῖσαρ δ' ἀνέστη (8) ὡς ἀμυνόμενος ἐπ' αὐτόν· καὶ ὃς τὸν ἀδελφὸν βοᾷ Ἑλλάδι γλώττῃ ὑπὸ θορύβου. Ὁ δ' ὑπακούσας ἐρείδει τὸ ξίφος κατὰ τῆς πλευρᾶς. Μικρὸν δὲ Κάσσιος ὑποφθὰς εἰς τὸ πρόσωπον ἐγκαρσίαν αὐτῷ πληγὴν δίδωσι· Δέκμος δὲ Βροῦτος ὑπὸ ταῖς λαγόσι διαμπερὲς παίει. Κάσσιος δὲ Λογγῖνος ἑτέραν ἐπεκδοῦναι πληγὴν σπεύδων, τοῦ μὲν ἁμαρτάνει, τυγχάνει δὲ τῆς Μάρκου Βρούτου χειρός. Μινούκιος (9) δὲ καὶ αὐτὸς τύπτων Καίσαρα, παίει Ῥούβριον εἰς τὸν μηρόν. Ἐώκεσάν τε μαχομένοις ἐπ' αὐτῷ. Πίπτει δὲ ὑπὸ πλήθους τραυμάτων πρὸ τοῦ Πομπηίου ἀνδριάντος. Καὶ οὐδεὶς ἔτι λοιπὸν ἦν ὃς οὐχὶ νεκρὸν κείμενον ἔπαιεν, ὅπως ἂν καὶ αὐτὸς (10) δοκοίη τοῦ ἔργου συνῆφθαι, εἰς ὃ ε' καὶ λ' (11) λαβὼν τραύματα ἀπέπνευσεν.

XXV. Κραυγὴ δὲ μυρία ἐφέρετο, τῶν μὲν ἐκ τοῦ συνεδρίου φυγόντων μετ' ἐκπλήξεως, ὅσοι μὴ μετεῖχον τοῦ βουλεύματος, καὶ οἰομένων αὐτίκα καὶ ἐπὶ σφᾶς τὸ δεινὸν ἥξειν, τῶν δ' ἔξω Καίσαρι συνόντων (1) πάσης οἰο-

tum in extis victimarum esse perspicuum. Quod aegre ferens Cæsar quum ad occidentem se solem averteret, hoc ipsum multo magis ominosum esse vates augurabantur. Percussores præsentes his lætabantur. Cæsar, enixe rogantibus amicis ut conventum in aliam diem differret, tandem etiam facere hoc volebat. Sed eodem tempore accedentes apparitores in curiam, quæ plena jam esset, invocant. Haesitabundus Cæsar oculos in amicos defigit. At iterum adstans Brutus, « Age, inquit, o bone, nugas istas valere jubeas; quæ Cæsarem tantumque decent imperium, ea tractare ne differas; faustum augurium tuam tibi habe virtutem. » Idque persuadens, dextra ejus apprehensa, in curiam, quæ in propinquo erat, abduxit. Ille sequebatur taciturnus. Ingredientem ubi conspexit senatus, in honorem ejus assurrexit. Jam manum illaturi undique circumstabant. Primus ad eum prodiit Tullius Cimber, cujus fratrem Cæsar exilio multaverat. Is igitur quasi pro fratre obtestaturus instanter, propius accedit, togamque apprehendens audacius aliquid quam pro viro intra vestem manus continente facere videbatur, atque sic impediebat Cæsarem, quominus, si vellet, de sede assurgeret et manibus uti posset. Illo autem severiorem in modum irascente, aggredientes rem conjurati illico omnes in eum strictis gladiolis irruerunt. Primus Servilius Casca recto ferro humerum sinistrum ferit paullo supra jugulum, in quod direxerat ictum, sed præ perturbatione aberrans non tetigit. Surrexit Cæsar defensurus se; Casca vero fratrem vocat lingua græca clamans ob tumultum. Audiens ille ferrum infigit lateri. Paullulum antevertens eum Cassius in faciem infligit ictum transversum. Decimus Brutus inguen perfodit penitus. Cassius Longinus alterum addere ictum properans aberrat, manumque tangit Marci Bruti. Minutius *Basilus* item Cæsarem petens Rubrium *Rufum* in femore sauciat. Certantium de eo præbebant spectaculum. Tandem vulnerum multitudine concidit ad statuam Pompeii; nec jam quisquam relinquebatur, quin exanimi jacentique ictum ingereret, ut ipse quoque particeps facinoris fuisse videretur, usque dum ille triginta quinque confectus vulneribus animam efflasset.

XXV. Clamor edebatur ingens partim ab iis qui conspirationis non conscii terrore perculsi e curia se proripiebant, et jamjam in ipsos quoque tempestatem istam irruituram opinabantur, partim ab iis qui Cæsarem comitati foras

— 2. φονεῖς] φρονεῖς cod. — 3. ἐκέλευσε] fuisse videtur ἐθέλησε. — 4. καθίετο] καθείη codex. Fortasse præstat κατήει. — 5. Κίμβρος] κίμαρος codex. Τύλλιος Κίμβρος Plutarch. Cæsar. 66, 2. Τίλλιος Κίμβρος Appian. II, 117. Alii aliter, quos vide ap. Sturz. ad Dio Cass. 44, not. 98. — 6. μὲν Σερουίλιος Κάσκας] μὲν χίλων κασικὰς codex. — 7. Cf. Appian. II, 117 : Κάσκας δ' ἐρεστὼς ὑπὲρ κεφαλῆς, ἐπὶ τὴν σφαγὴν ἤρεισε πρῶτος· παρολισθὼν δὲ ἐνέτεμε τὸ στῆθος. Plutarch. 66, 2 : πρῶτος δὲ Κάσκας ξίφει παίει παρὰ τὸν αὐχένα πληγὴν οὐ θανατηφόρον οὐδὲ βαρεῖαν, ἀλλ', ὡς εἰκὸς, ἐν ἀρχῇ τολμήματος μεγάλου ταραχθείς. — 8. ἀνέστη] ἀνέστει cod. — 9. Μινούκιος] μαυνίκιος codex. — 10. αὐτὸς] οὗτος cod. — 11 ε' καὶ λ'] reliqui scriptores 23 vulnera memorant.

XXV. 1. Appian. II, 118 : Αἱ πλέονες ἀρχαὶ καὶ πολὺς ὅμιλος ἄλλος ἀστῶν καὶ ξένων καὶ πολὺς θεράπων καὶ ἐξελεύθερος

μένων εἶναι τῆς βουλῆς τὸ ἔργον καὶ στράτευμα μέγα (2) εἶναι τὸ ἐπὶ τοῦτο ἐληλυθός, τῶν δ' ἄλλων ὑπ' ἀγνοίας τοῦ γεγονότος πρὸς τὸ ἐξαπιναῖον τοῦ θορύβου καὶ τὰ ἐν ὄψει ὁρώμενα (ταχὺ γὰρ οἱ σφαγεῖς τὰ ἐγχειρίδια ἡμαγμένα ἔχοντες * (3)) δειματουμένων τε καὶ ὁρόμῳ φερομένων. Πάντα δ' ἦν φευγόντων πλέα μετὰ κραυγῆς. Ἐξανέστη δὲ καὶ ὁ δῆμος οὐδενὶ σὺν κόσμῳ φεύγων ἐκ τοῦ θεάτρου (ἐτύγχανε γὰρ θεώμενος μονομαχίας), τὸ μὲν πραχθὲν βεβαίως οὐκ εἰδώς, ὑπὸ δὲ τῆς πάντοθεν βοῆς ταραττόμενος. Οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν τὴν σύγκλητον ὑπὸ τῶν μονομάχων σφάττεσθαι, οἱ δὲ Καίσαρος ἀποσφαγέντος τὴν στρατιὰν ἐφ' ἁρπαγὴν τῆς πόλεως τετράφθαι, ἄλλοι δὲ ἄλλα ὑπελάμβανον. Ἀκοῦσαι δ' οὐδὲν ἦν σαφές· ἄκριτος γάρ τις ἐπεῖχε τάραχος εἰς ὃ τοὺς σφαγέας εἶδον, καὶ Μάρκον Βροῦτον παύοντα τὸν θόρυβον καὶ θαρρεῖν παρακελευόμενον, ὡς οὐδενὸς κακοῦ γεγονότος· ἡ δὲ σύμπασα διάνοια ἦν, καὶ τὰ λόγῳ κομπαζόμενα τοῖς σφαγεῦσιν (4), ὡς τύραννον κτείναιεν. Ἐγένοντο δ' ἐν αὐτοῖς λόγοι, ὡς χρὴ καὶ ἄλλους ἀναιρεῖν, οἳ ἔμελλον σφίσιν ἐναντίως ἔσεσθαι καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς αὖθις ἀγωνιεῖσθαι· οὓς ἐπισχεῖν φασὶ Μάρκον Βροῦτον, οὐ δίκαιον λέγοντα εἶναι, πρὸς οὓς ἐμφανῆ μὴ ὑπέστη (5) ἐγκλήματα, τούτους δι' ὑποψίας ἀποφανοῦς ἀποσφάττειν. Καὶ ἐνίκα ταῦτα. Ἐξαίξαντες δὴ τοὐντεῦθεν οἱ σφαγεῖς ἔφευγον θέοντες διὰ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὸ Καπιτώλιον, γυμνὰ ἔχοντες τὰ ξίφη, ὑπὲρ κοινῆς ἐλευθερίας ταῦτα βοῶντες εἰργάσθαι. Εἵπετο δ' αὐτοῖς πολὺς μονομάχων καὶ οἰκετῶν ὄχλος, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο εὐτρεπής. Διαδρομαὶ δ' εὐρεῖαι ἦσαν ἔν τε ταῖς ὁδοῖς καὶ κατ' ἀγοράν, διεξελθόντος ἤδη τοῦ λόγου εἰς τὸ πλῆθος, ὅτι σφαγείη Καῖσαρ· ἐώκει τε ἡ πόλις ἁλισκομένῃ. Ἀναβάντες δὲ εἰς τὸ Καπιτώλιον καὶ διανειμάμενοι τὸ χωρίον ἐν κύκλῳ ἐφρούρουν, δεδοικότες, μὴ τὸ Καίσαρος στρατιωτικὸν αὐτοῖς ἐπίοι.

XXVI. Ὁ δὲ νεκρὸς ἐκεῖ (1) ἔκειτο ἔνθα ἔπεσεν ἀτίμως πεφυρμένος αἵματι, ἀνδρὸς ἑλάσαντος μὲν πρὸς ἑσπέραν ἄχρι Βρεττανῶν τε καὶ Ὠκεανοῦ, διανοουμένου δ' ἐλαύνειν πρὸς ἕω ἐπὶ τὰ Πάρθων ἀρχεῖα καὶ Ἰνδῶν, ὡς ἂν, κἀκείνων ὑπηκόων γενομένων, εἰς μίαν ἀρχὴν κεφαλαιωθείη γῆς πάσης καὶ θαλάττης τὰ κράτη· τότε δ' οὖν ἔκειτο, μηδενὸς τολμῶντος ὑπομένειν (2) καὶ τὸν νεκρὸν ἀναιρεῖσθαι. Οἱ μὲν γὰρ παρόντες ἐπεφεύγεσαν, οἱ δ' ἔξω ὄντες τῶν φίλων ἐκρύπτοντο ἐν ταῖς οἰκίαις· οἱ δ' ἐξῆσαν μεταμφεννύμενοι εἴς τε τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰ σύνεγγυς χωρία. Παρέστη δ' αὐτῷ τῶν φίλων οὐδείς, πολλῶν ὄντων, οὔτε σφαττομένῳ οὔτε μετὰ ταῦτα, ὅτι μὴ Σαβῖνος Καλουίσιος καὶ Κηνσωρῖνος. Οὗτοι δὲ ἐπιφερομένων τῶν περὶ Βροῦτον καὶ

erant, et commune totius senatus facinus esse magnumque exercitum ad hoc convenisse putabant; partim a reliquis rei ignaris et ob repentinum tumultum atque propter ea quæ suis oculis conspiciebant (nam statim percussores cruentos pugiones manu tenentes *in publicum prodierunt*) metu attonitis et huc illuc discurrentibus. Omnia repleta erant fuga ac vociferatione. Exsurrexit etiam populus tumultuanter e theatro prorumpens (nam ludos gladiatorum tum spectabat), de re acta nondum certior factus, sed auditis undique clamoribus perterrefactus : alii dicebant senatum a gladiatoribus trucidari, alii exercitum, occiso Cæsare, ad urbem diripiendam se convertisse; alii alia credebant. Accuratius quid comperire non licebat. Anceps obtinebat terror donec percussores conspiciunt et Marcum Brutum sedantem tumultus, bonoque animo esse jubentem : nihil enim accidisse funestum. Summa mens vero eorum quæ ille dicebat et reliqui percussores orationibus gloriabantur, hæc erat, tyrannum ab ipsis interfectum esse. Ceterum sermones inter eos facti sunt de reliquis quoque interficiendis qui adversaturi ipsis et de imperio rursus certaturi essent. Quod suadentes M. Brutus inhibuisse fertur, haud justum esse dicens in quos manifestæ criminationes non suppeterent, eos obscuræ suspicionis causa occidere. Eaque sententia pervicit. Deinde e curia prosilientes percussores cursim fugerunt per forum in Capitolium, nudos tenentes pugiones, pro communi omnium libertate clamantes hæc se perpetrasse. Sequebatur eos multa gladiatorum servorumque turba ad hoc ipsum instructa. Discursatio ingens in viis et foro erat, percrebrescente jam in vulgus sermone de Cæsare trucidato. Ab hoste captam urbem fuisse diceres. Isti vero in Capitolium egressi, partibus divisis, circumcirca locum custodiebant, metuentes ne milites Cæsaris se adorirentur.

XXVI. Interea corpus occisi jacebat ubi ceciderat, fœde inquinatum cruore, viri illius qui occidentem versus ad Britannos usque et Oceanum penetraverat, qui orientem versus ad Parthorum et Indorum regias expeditionem destinaverat, ut his quoque subactis in unum caput terræ universæ marisque imperia conjungerentur. Tunc vero jacebat, nullo manere apud eum audente et tollere mortuum. Nam qui cum eo fuerant in curia, fuga se proripuerant; quos foris habebat amicos, ii in domibus occultabant se, vel mutata veste urbem relinquentes in agros et propinquos locos sese subducebant. Ex tot amicis nemo ei adstabat neque dum jugulabatur neque postea, præter Sabinum Calvisium et Censorinum; sed hi quoque postquam irruentibus Bruti Cas-

αὐτὸν ἐπὶ τὸ βουλευτήριον ἐκ τῆς οἰκίας παρεπεπόμφεισαν. — 2. μέγα] μέγαν cod. — 3. ἔχοντες] Lacunam notavi. Plutarch. Cæs. 67, 2 : Οἱ δὲ περὶ Βροῦτον, ὥσπερ ἦσαν ἔτι θερμοὶ τῷ φόνῳ, γυμνὰ τὰ ξίφη δεικνύντες ἅμα πάντες ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου ἐχώρουν εἰς τὸ Καπιτώλιον κτλ. Appian. II, 119 : Οἱ δὲ σφαγεῖς... τὰ ἱμάτια ταῖς λαιαῖς ὥσπερ ἀσπίδας περιπλεξάμενοι, καὶ τὰ ξίφη μετὰ τοῦ αἵματος ἔχοντες, ἐδορυδρόμουν βασιλέα καὶ τύραννον ἀνελεῖν. Cf. infra. — 4. τοῖς σφαγεῦσιν] τοῖς φαγεῦσιν cod. — 5. ὑπέστη] ὑπέστην cod.

XXVI. 1. ἐκεῖ] ἐπὶ cod. — 2 ὑπομένειν] ὑπομείνειν cod.

Κάσσιον μικρὸν ἀντιστάντες ἔφυγον διὰ τὸ ἐκείνων πλῆθος· οἱ δὲ ἄλλοι τὸ κατὰ σφᾶς περιέβλεπον· τοῖς δὲ καὶ βουλομένοις ἦν τὰ γιγνόμενα. Φασί γέ τοί τινα αὐτῶν εἰπεῖν ἐπὶ τεθνηῶτι· « Ἄλις τυράννου θεραπείας. » Οἰκέται δὲ δὴ τρεῖς (3), οἵπερ ἦσαν πλησίον, ὀλίγον ὕστερον ἐνθέμενοι τὸν νεκρὸν εἰς φορεῖον οἴκαδε ἐκόμιζον διὰ τῆς ἀγορᾶς ὁρώμενον, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀνεσταλμένων τῶν παρακαλυμμάτων, αἰωρουμένας (4) τὰς χεῖρας καὶ τὰς ἐπὶ τοῦ προσώπου πληγάς. Ἔνθα οὐδεὶς ἄδακρυς ἦν, ὁρῶν τὸν πάλαι ἴσα καὶ θεὸν τιμώμενον· οἰμωγή τε πολλὴ καὶ στενὼ (5) συμπαρεπέμπετο ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὀλοφυρομένων ἀπό τε τῶν τεγῶν καθ' οὓς ἂν γένοιτο καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ προθύροις. Καὶ ἐπειδὴ πλησίον τῆς οἰκίας ἐγένετο, πολὺ δὴ μείζων ὑπήντα κωκυτός· ἐξεπεπηδήκει (6) γὰρ ἡ γυνὴ μετὰ πολλοῦ ὄχλου γυναικῶν τε καὶ οἰκετῶν, ἀνακαλουμένη τὸν ἄνδρα, καὶ ἑαυτὴν ὀδυρομένη, ὅτι μάτην προὔλεγε μὴ ἐξιέναι τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Τῷ δ' ἤδη μοῖρα ἐφειστήκει πολὺ κρείττων ἢ κατὰ τὴν αὐτῆς ἐλπίδα.

XXVI. Καὶ οἱ μὲν αὐτῷ τάφον ηὐτρέπιζον, οἱ δ' αὐτόχειρες, πολλοὺς πρὸ τοῦ ἔργου ἑτοιμασάμενοι μονομάχους, ἡνίκα μὲν ἔμελλον ἐγχειρήσειν, ἴδρυσαν αὐτοὺς ἐν ὅπλοις μεταξὺ τοῦ τε βουλευτηρίου καὶ τοῦ θεάτρου ἐν τῷ Πομπηίου περιπάτῳ. Ἦν δ' ὁ τούτους εὐτρεπίζων Δέκμος Βροῦτος (1), προφάσει μὲν ὡς ἐπ' ἄλλο, συναρπάσαι δή τινα βουλόμενος, ὡς ἔφη, τῶν εἰς τὸ θέατρον συνιόντων μονομάχων, ὃς αὐτὸν ἐκείνῳ προαπεμίσθωσεν (ἀγῶνες γὰρ τότε ἦσαν· οὓς δὴ (2) καὶ αὐτὸς δώσειν μέλλων προσεποιεῖτο φιλοτίμως ἔχειν πρὸς τὸν τότε ἀγωνοθέτην)· τῷ δ' ἔργῳ ἡ παρασκευὴ ἐγίνετο ἐπὶ τὸν φόνον, ἵν' εἴ τι ἀντικρούσεται τῶν Καίσαρι ἀμυνομένων, παρείη αὐτοῖς ἡ βοήθεια. Τούτους οὖν ἔχοντες κατέβαινον ἐκ τοῦ Καπιτωλίου καὶ ἄλλο οἰκετῶν πλῆθος. Συγκαλέσαντες δὲ τὸν δῆμον διάπειραν ἔγνωσαν αὐτοῦ καὶ τῶν ἐν τέλει ποιήσασθαι, πῶς ἔχουσι γνώμης πρὸς αὐτούς, πότερον ὡς τυραννίδα παύσαντας ἀποδέχοιντο ἢ ὡς φονέας ** μείζω (3) κακὰ ἀπ' αὐτῶν ἐκραγήσεσθαι· οὐ γὰρ ἀπὸ μικρᾶς διανοίας καὶ παρασκευῆς γεγονέναι ταῦτα, οὔτε ὑφ' ὧν ἐπράχθη, οὔτε ἐπὶ οὓς ἠβουλήθη· μεγάλα γὰρ δὴ στρατόπεδα εἶναι τὰ Καίσαρος ἐπικουρικά, καὶ μεγάλους ἡγεμόνας τοὺς διαδόχους αὐτοῦ τῆς διανοίας ἀπολελειμμένους. Σιγὴ δὲ τότε παρὰ τὸ ἄηθες ἐν θορύβῳ τῆς γνώμης πολλὴ ἦν (4), καραδοκούντων πάντων, ὅ τι πρῶτον ὡς ἐν τῷ τοιῷδε τολμηθείη, καὶ ἄρξειε τῆς νεωτεροποιίας. Ἐν τούτῳ δὲ Μάρκος Βροῦτος, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν τοῦ δήμου τὸ μέλλον προσδεχομένου, σωφροσύνῃ τε βίου διὰ παντὸς τιμώμενος κατά τε εὐκλειαν προγόνων, καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ ἐπιείκειαν εἶναι

siique sociis aliquantisper restiterant, propter multitudinem adversariorum in fugam se dederunt. Reliqui autem omnes nonnisi suæ prospexerunt saluti; nonnullis etiam haud invitis res accidit. Certe unus eorum ad mortuum dixisse fertur : « Satis est præstiti tyranno obsequii. » Tandem servi tres, qui prope aderant, paullo post cadaver in lecticam impositum domum reportarunt per forum, ita ut, elevatis utroque latere aulæis, manus dependentes vulneraque faciei conspicerentur. Tum virum videns pariter ac deum modo honoratum, nemo non lacrimabat; ingens eum lamentatio et gemitus utrinque prosequebatur plorantium in tectis, in viis, in vestibulis, ubicumque corpus transferebatur. Ubi demum ad ædes Cæsaris appropinquabat, tum vero multo major occurrebat ejulatus. Nam prosiluerat uxor cum mulierum servorumque multitudine, invocans nomen mariti, cum fletu se ipsam accusans, quod frustra eum præmonuisset ne domo die ista prodiret. At illi tum fatum jam instabat multo illud quam pro uxoris exspectatione potentius.

XXVI. Ac hi quidem funus adornabant; percussores vero multos antea gladiatores collegerant, quos, ubi Cæsari manus illaturi erant, armatos inter curiam et theatrum in Pompeii deambulacro collocaverant. Instruxerat eos Decimus Brutus, verbo tenus ut gladiatorem ex iis qui eo die prodituri in theatrum conveniebant quendam, qui ipsi prius se accepta mercede elocasset, corriperent (scilicet ludi gladiatorii tunc erant, quos quum ipse quoque edere vellet, simulabat se æmulatione ductum cum eo qui tunc edebat, contendere); re vera autem apparatus ille ad cædem pertinebat, ut, si quid adversi ex defendentibus Cæsarem accideret, præsto adesset auxilium. His igitur gladiatoribus aliaque servorum caterva stipati e Capitolio descenderunt. Ac convocato populo, periculum ejus et magistratuum facere voluerunt, quomodo essent affecti, utrum se ut liberatores et tyrannicidas excepturi essent, an ut sicarios. ** mox majora etiam mala in rempublicam irruptura esse; nam haud parvo consilio et apparatu hæc facta esse neque eorum qui peregissent, neque eorum contra quos structa essent; magnos esse Cæsaris exercitus auxiliares, ac magnos duces relictos, qui consilia ejus cœptaque persequerentur. Tunc igitur propter rei novitatem altum in magna animorum perturbatione erat silentium, cunctis præstolantibus quidnam primum in tanto discrimine ausuri essent, quodnam rerum novarum foret initium. In hac populi futura exspectantis tranquillitate M. Brutus, honoratus ille ob moderationem per totam ejus vitam conspicuam simulque ob gloriam majorum et quam ipsi tribuebant

3. Cf. Appian. II, 118 extr. Sueton. 82. — 4. αἰωρουμένας] αἰωρουμένων cod. Sueton. l. l. : *Exanimis, diffugientibus cunctis, aliquamdiu jacuit, donec lecticæ impositum, dependente brachio, tres servuli domum retulerunt.* — 5. στενὼ] στένω codex; si genuina vox, addenda lexicis. In antec. Ἰσα καὶ θεοῦ. — 6. ἐξεπεπηδήκει] ἐξεπηδήκει codex.

XXVI. 1. Attingit hæc Appian. II, 122. — 2. δὴ] δὲ cod. — 3. Locus turbatus. Supplere possis Ὁ δὲ δῆμος ὑπελάμβανε vel simile quid. — 4. πολλὴ ἦν] πολλὴν codex.

δοκοῦσαν, ἔλεξε τοιάδε. Ζήτει ἐν τῷ Περὶ δημηγοριῶν.

XXVII. Μετὰ δὲ τὴν δημηγορίαν ἀναχωρήσαντες πάλιν εἰς τὸ Καπιτώλιον ἐβουλεύοντο περὶ τῶν παρόντων ὃ χρὴ ποιεῖν. Ἔδοξε δ' οὖν αὐτοῖς πέμψαι πρέσβεις πρός τε Λέπιδον καὶ Ἀντώνιον, ὅπως ἂν πείσειαν ἐλθεῖν τε πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ ἱερὸν καὶ ἐν κοινῷ βουλεύεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος συνοίσειν τῇ πόλει, ὑπισχνεῖσθαί τε αὐτοῖς, πάνθ' ὅσα ἔχουσι παρὰ Καίσαρος, ἐν δωρεᾶς μέρει κύρια ποιήσειν, ὥστε τούτων γ' οὕνεκα μὴ διαφέρεσθαι. Τοῖς δ' ἥκουσιν ἐκείνοις ἔφασαν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀπόκρισιν δώσειν. Γενομένων δὲ τούτων περὶ δείλην ὀψίαν πολὺ μείζων κατέσχε τὴν πόλιν θόρυβος. Ἕκαστός τε τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐφυλάττετο τοῦ κοινοῦ ἤδη ἀφεστηκώς, φοβούμενος τὰς ἐξαπίνης ἐπιβουλὰς καὶ ἐπιχειρήσεις (1), τῶν πρώτων ἐν ὅπλοις ὄντων καὶ ἀλλήλοις ἀντικαθημένων, σφίσι δὲ ἔτι ἀδήλου ὄντος τοῦ βεβαίως προστησομένου. Καὶ τότε μὲν ἐπεὶ νὺξ ἦν, διελύθησαν ἀπ' ἀλλήλων· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἦν μὲν ἐν ὅπλοις Ἀντώνιος ὕπατος ὤν· Λέπιδος δὲ ἀθροίσας οὐκ ὀλίγην στρατιὰν ἐπικούρων, διὰ μέσης ἀγορᾶς διεξῄει ἀμύνειν ἐγνωκὼς Καίσαρι. Ὡς δὲ τοῦτο γεγονὸς εἶδον οἱ πρότερον ἐνδοιάζοντες, συνέρρεον πρὸς αὐτοὺς μεθ' ὅπλων κατὰ ἰδίας ἑταιρείας, καὶ μέγα (2) στράτευμα ἐγίνετο. Ἦσαν δὲ οἱ τοῦτο δέει ἔδρων οὐ βουλόμενοι φανεροὶ εἶναι χαίροντες ἐπὶ τῇ Καίσαρος τελευτῇ, ἀλλὰ τῷ συνίστασθαι μετὰ τούτων θεραπεύοντες τὴν ἔπειτα ἐλπίδα. Πολλὰ δὲ ἐπέμπετο καὶ εἰς τοὺς ὑπὸ Καίσαρος εὖ πεπονθότας ἢ πόλεων κατοικησίαις (3) ἢ γῆς κληρουχήσεσι ἢ χρημάτων νομαῖς, ὡς μέλλοι πάντα κινεῖσθαι, εἰ μή τι φανείη καὶ ἀπ' αὐτῶν καρτερόν. Πολλαὶ δὲ καὶ ὀλοφύρσεις καὶ ἱκετεῖαι πρὸς τοὺς ἐκείνου φίλους ἐγίγνοντο, καὶ μάλιστα τοὺς συνεστρατευμένους πρότερον μνημονεύειν παρακελευόμεναι, οἷος ὢν οἷα πάθοιεν ἐρημίᾳ φίλων. Συνέρρεον (4) δὲ ἤδη πολλοὶ κατά τε οἶκτον καὶ φιλότητα, καὶ κέρδη ἴδια δὲ καὶ νεωτερισμοῦ εὑρόντες, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ μαλακώτερα τὰ ἐκ τῶν ἐναντίων ἐφαίνετο, καὶ οὐχ ὁποῖα τὸ πρότερον προσεδοκήθη κατὰ ὑπόνοιαν ἰσχύος μείζονος. Ἐλέγετο δ' ἤδη ἐκ τοῦ φανεροῦ, ὅτι χρὴ ἀμύνειν αὐτῷ μηδὲ ἄλλως ποιεῖν μηδὲ περιορᾶν ἀτιμώρητον τὸν φόνον (5). Ἄλλοι δὲ ἄλλα κατὰ συστάσεις ἀθροιζόμενοι ἔλεγον, οἱ μὲν πρὸς τῶνδε, οἱ δὲ πρὸς τῶνδε. Ὅσοι δὲ πολιτείας τι μετεποιοῦντο ἡδόμενοι ἐπὶ τῇ συμπάσῃ (6) μεταβολῇ, ἐκάκιζον τοὺς Καίσαρος σφαγέας, ὅτι οὐχὶ πλείους ἀνέλοιεν τῶν τότε ὑπόπτων, καὶ βέβαιον ἀποδοῖεν σφίσι τὴν ἐλευθερίαν· πράγματα γὰρ αὐτοῖς τοὺς λειπομένους οὐκ ὀλίγα παρέξειν· ἦσαν δ' οἱ προμηθείᾳ πλέονι δοκοῦντες καὶ πείρᾳ τῶν ἐπὶ Σύλλα πρότερόν ποτε συμπεσόντων εἰδότες παρακελεύεσθαι ἐκ μέσου συστῆναι

æquitatem, dixit hunc in modum. *Quære in Exc. de concionibus.*

XXVII. Post concionem in Capitolium regressi deliberarunt in præsenti rerum statu quid faciendum sit. Placuit legatos mittere ad Lepidum et Antonium, quibus suaderent, ut ad ipsos venirent in templum, ibique in communi deliberarent quæ forent e republica; ac simul promittere se omnia quæ a Cæsare illi accepta tenerent, pro donis rata habituros esse, adeo ut ab hac saltem parte nihil dissiderent. Illi vero legatis dixerunt postridie se responsuros esse. Hæc quum sera vespera fierent, multo magis aucta est in urbe animorum perturbatio. Suis unusquisque rebus consulebat, deserta jam republica, metuens repentinas insidias et aggressiones; nam duces in armis erant castra castris opponentes; necdum liquebat quinam firmo imperio rebus præfuturus esset. Et tunc quidem, ubi nox venerat, digressi sunt. Postridie vero Antonius consul in armis erat; Lepidus haud mediocri collecta manu auxiliari, per medium forum prodiit cædem Cæsaris ulturus. Quod ubi viderunt qui dubii hucusque fuerant, sumptis armis cum suo quisque sodalitio ad eum confluebant, adeo ut magnus coiret exercitus. Ceterum erant qui metu hoc facerent, nolentes manifestum fieri suum de nece Cæsaris gaudium, atque eo, quod illis se adjungebant, spei futuri inservientes. Multum etiam missis nuntiis eos sollicitabant, quos beneficiis Cæsar, sive urbibus ad habitandum concessis sive agrorum distributione sive pecuniarum largitione, affecerat, omnia dicentes fore ut statu suo moverentur, nisi ab ipsis quoque fortius aliquid ederetur. Denique multis precibus et lamentationibus amicos Cæsaris adibant, eos maxime qui in expeditionibus ejus socii fuerant, meminisse jubentes, quantus vir qualia passus esset quod amicis fuisset destitutus. Sic frequentes jam confluebant, partim miseratione et amicitia ducti, partim vero sua sibi lucra etiam ex rebus novis fore putantes, præsertim quum remissius ab adversariis agi viderent nec uti antea majoris roboris suspicione exspectaverant. Jam palam profitebantur Cæsarem ulciscendum, neque aliter faciendum, neque committendum esse, ut cædem ejus impunem sinerent. Alia alii in cœtus ab his, ab illis congregati dictitabant. Qui vero liberam rempublicam asserere volebant, facta rerum conversione gaudentes reprehendebant Cæsaris percussores, quod non plures eorum, qui suspecti essent, occidissent eoque libertatem stabilivissent: nam relictos haud parum negotii ipsis facturos esse. Nonnulli porro prudentia præstantes et peritia eorum quæ Sullæ temporibus olim acciderant edocti hortabantur,

XXVII. 1. ἐπιχειρήσεις] χειρήσεις cod. — 2. μέγα] μέγαν cod. Idem paullo post φανερὸν εἶναι. — 3. κατοικησίαις] κατοικησίας cod. Formam κατοικησία nonnisi ex Etym. M. novimus. V. Steph. Thes. v. κατοικεσία. — 4. συνέρρεον] συννέρρεων cod. Mox fort. scrib. ἐκ νεωτερ. — 5. τὸν φόνον] addidi articulum. — 6. συμπάσῃ] malim συμβάσῃ.

ἀμφοτέρους· καὶ γὰρ τότε οἱ ἀπολωλέναι δόξαντες αὖθις ἀναθαρρήσαντες τοὺς νενικηκότας ἤλασαν· πολὺν οὖν πόνον παρέξειν Καίσαρα καὶ ἀπολωλότα τοῖς τε σφαγεῦσι καὶ τῇ τούτων ἑταιρείᾳ, μεγάλων στρατευμάτων ἐνεστώτων καὶ ἀνδρῶν ἐπ' αὐτοῖς ὀραστηρίων. Οἱ δὲ περὶ Ἀντώνιον πρὶν μὲν παρασκευάσασθαι, διεπρεσβεύοντο καὶ διελέγοντο τοῖς ἐν Καπιτωλίῳ. Ἐπεὶ δὲ πλήθει ὅπλων καὶ στρατιᾶς ἐθάρρησαν, διοικεῖν ἠξίουν τὰ κοινά, παύσαντες τὸν ἐν τῇ πόλει τάραχον. Πρῶτον δὲ ἐν σφίσι βουλὴν προὔθεσαν ὅπως χρὴ ἔχειν πρὸς τοὺς σφαγέας, συγκαλέσαντες τοὺς φίλους. Τῶνδε Λέπιδος μὲν ἀπεφήνατο γνώμην, πολεμεῖν ἄντικρυς αὐτοὺς καὶ τιμωρεῖν Καίσαρι· Ἵρτιος δὲ διαλέγεσθαι καὶ φιλίαν τίθεσθαι. Ἄλλος δὲ τὴν ἐναντίαν εἶπε τῷ Λεπίδῳ, προσθέμενος, ὡς καὶ ἀνόσιον εἴη περιορᾶν νήποινον τὸν Καίσαρος φόνον, καὶ αὐτοῖς μέντοι οὐκ ἀσφαλὲς, ὅσοι ἐκείνῳ ἦσαν φίλοι· καὶ γὰρ εἰ ἐν τῷ παρόντι ἡσυχάζουσιν οἱ αὐτόχειρες, ἀλλὰ δύναμίν γε κτησάμενοι χωρήσουσιν ἐπὶ πλέον. Ἀντώνιος δὲ τῇ Ἱρτίου προσθέμενος γνώμῃ, σώζειν αὐτοὺς ἠξίου. Ἦσαν δ' οἱ ἀποπέμψασθαι παρακελευόμενοι ἐκ τῆς πόλεως ὑποσπόνδους (8).

XXVIII. Μετὰ δὲ θάνατον καὶ κηδείαν τοῦ μεγάλου Καίσαρος συνεβούλευσαν οἱ φίλοι Καίσαρι τῷ νέῳ Ἀντώνιον ποιήσασθαι φίλον καὶ τῶν πραγμάτων ἐπιμελητήν. ** Πολλῶν (1) δὲ καὶ ἄλλων αἰτίων συμβάντων πρὸς τὴν πρὸς ἀλλήλους διαφοράν, ἐδόκει αὐτοῖς τὴν ἔχθραν ἐξάπτειν μᾶλλον πρὸς ἀλλήλους, διάφορος μὲν ὢν (2) πρὸς Καίσαρα, συμπράττων δ' Ἀντωνίῳ. Καῖσαρ δ' οὐδὲν ὀρρωδῶν ἐκ τοῦ μεγαλόφρονος, θέας ἐποίει (3) ἐνστάσης ἑορτῆς ἣν ὁ πατὴρ αὐτοῦ κατεστήσατο Ἀφροδίτῃ. Καὶ αὖθις προσελθὼν (4) σὺν πλείοσιν ἔτι καὶ φίλοις, παρεκάλει Ἀντώνιον, συγχωρῆσαι τὸν δίφρον μετὰ τοῦ στεφάνου τίθεσθαι τῷ πατρί. Ὁ δ' ὅμοια ἠπείλησεν, εἰ μὴ τούτων ἀποστὰς ἡσυχίαν ἄγοι. Καὶ ὃς ἀπῄει καὶ οὐδὲν ἠναντιοῦτο, κωλύοντος τοῦ ὑπάτου· εἰσιόντα γε μὴν αὐτὸν εἰς τὸ θέατρον ἐκρότει ὁ δῆμος εὖ μάλα καὶ οἱ πατρικοὶ στρατιῶται ἠχθημένοι (5) διότι τὰς πατρῴους ἀνανεούμενος τιμὰς διεκωλύθη, ἄλλους τε ἐπ' ἄλλοις κρότους ἐδίδουν παρ' ὅλην τὴν θέαν ἐπισημαινόμενοι (6). Ὁ δὲ τὸ ἀργύριον ἠρίθμει τῷ δήμῳ· ὅπερ αὐτῷ μεγάλην εὔνοιαν παρέσχεν. Ἐξ ἐκείνης δὲ τῆς ἡμέρας μᾶλλόν τι φανερὸς ἦν Ἀντώνιος δυσμενῶς ἔχων πρὸς Καίσαρα, ἐμποδὼν γενόμενος τῇ τοῦ δήμου σπουδῇ πρὸς

ut neutri se parti adjungentes, medios se inter utrosque collocarent : nam tunc quoque qui periisse viderentur, resumptis animis victores expulisse. Multum igitur laboris præbiturum Cæsarem etiam mortuum percussoribus eorumque factioni, magnis jam imminentibus exercitibus, quibus duces præessent strenuissimi. Antonius autem ejusque socii antequam ad exsequendum propositum accingerentur, missis legatis cum iis qui in Capitolio erant, collocuti sunt. Et armorum militumque copia fidentes rempublicam administrare cœperunt, sedato in urbe tumultu. Primum vero, convocatis amicis, deliberarunt inter se, quomodo erga percussores ipsis agendum esset. Lepidus armis contra eos dimicandum et Cæsaris necem ulciscendam esse censuit; Hirtius transigi et amicitiam jungi voluit. Alius contrariam sententiam cum Lepido faciens proposuit, neque pium esse addens si inultam cædem Cæsaris sinerent, neque ipsis ejus amicis alias securitatem fore; « nam si in præsenti, ait, quiescunt interfectores, certe simul ac viribus aucti fuerint, insolescent. » Antonius Hirtii sententiæ adstipulans servandos esse censuit. Erant etiam qui ex urbe dimittendos esse pactis induciis existimarent.

XXVIII. Post necem et exsequias Cæsaris magni, familiares suadebant Cæsari juniori, ut Antonium amicum sibi conciliaret eumque rerum suarum procuratorem constitueret. *** Præterea quum alia multa ad dissidium eorum conferrent, ille a Cæsare alienus et cum Antonio faciens, magis etiam excitare inimicitiam eorum videbatur. Cæsar vero nihil reformidans præ animi altitudine, spectacula adornavit, instante festo, quod pater Veneri *Genitrici* instituerat. Ac denuo cum amicis compluribus ad Antonium accedens petivit, ut sellam et coronam patri ponere sibi permitteretur. Ille autem eadem quæ antea minabatur, nisi ab his desistens quietem ageret. Abiit Cæsar neque quidquam contra molitus est, impediente consule. Ceterum in theatrum ingredientem ingenti plausu populus excepit et patris commilitones, ægre ferentes eum paternos honores renovaturum prohiberi; aliosque supra aliis plausus edentes per totum spectaculum favorem suum professi sunt. Porro Cæsar argentum populo dinumeravit; unde magnam sibi benevolentiam conciliavit. Inde ab illa die manifestior erat Antonii adversus Cæsarem simultas eo quod populi in eum

8. Plura excerptor omisit.

XXVIII. 1. Lacunam notavi. Codex αἰτιῶν — 2. διάφορος μὲν ὤν] Hæc intelligenda puto de Critonio tribuno. V. not. seq — 3. Appian. III, 58 : Θέαι δ' ἦσαν, ἃς Κριτώνιος ἀγορανομῶν ἔμελλε τελέσειν· καὶ ὁ Καῖσαρ ἐς τὰς θέας τῷ πατρὶ τόν τε χρύσεον θρόνον καὶ στέφανον παρεσκεύαζεν, ἅπερ αὐτῷ κατὰ πάσας θέας ἐψηφίσαντο προτίθεσθαι. Τοῦ Κριτωνίου δὲ εἰπόντος, οὐκ ἀνέξεσθαι τιμωμένου Καίσαρος ἐν ταῖς αὐτοῦ δαπάναις, ὁ Καῖσαρ αὐτὸν ἐς τὸν Ἀντώνιον ἦγεν, ὡς ὕπατον. Ἀντωνίου δὲ εἰπόντος, ἐς τὴν βουλὴν ἐπανοίσειν, χαλεπήνας ὁ Καῖσαρ, Ἀνάφερε, εἶπεν· ἐγὼ δὲ τὸν θρόνον, ἕως ἂν ᾖ τὸ δόγμα, προὔθησω. Καὶ ὁ Ἀντώνιος χαλεπήνας ἐκώλυσεν. Ἐκώλυσε δὲ καὶ ἐν ταῖς ἑξῆς θέαις ἔτι παραλογώτερον, ἃς αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐτέλει, ἀνακειμένας ἐν τοῦ πατρὸς Ἀφροδίτῃ Γενετείρᾳ, ὅτεπερ αὐτῇ καὶ τὸν νεὼν ὁ πατὴρ τὸν ἐν ἀγορᾷ ἅμα αὐτῇ ἀγορᾷ ἀνετίθει. Τότε δὴ καὶ μάλιστα μῖσος ἤδη σαφὲς ἐκ πάντων ἐς τὸν Ἀντώνιον ἐγίγνετο κτλ. Cf. Dio 45, 6; Sueton. Cæs. 10 et 88; Plutarch. Anton. 16, 2; August. ap. Plinium H. N. II, 23. De prioribus ludis, quos Critonius edidit, ipsum etiam Nicolaum exposuisse, colligas ex verbis αὖθις προσελθὼν κτλ. — 4. προσελθών] προελθὼν cod — 5. ἠχθημένοι] ἡσθημένοι cod. — 6. ἐπισημαιν.]

αὐτόν (7)· ἑώρα τε Καῖσαρ (8), ὅπερ αὐτῷ ἐκ τῶν τότε παρόντων καταφανὲς γενόμενον, προστασίας δεόμενος πολιτικῆς· ἑώρα δὲ καὶ τοὺς ὑπάτους ἐκ τοῦ φανεροῦ ἀνθεστῶτας ἰσχύν τε πολλὴν ἔχοντας καὶ ἄλλην ἔτι σφίσι προσποιοῦντας. Καὶ γὰρ τὸ ταμιεῖον τῆς πόλεως, ὃ πολλῶν χρημάτων ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐνέπλησεν, ἐντὸς δυοῖν μηνοῖν ἢ Καίσαρα τελευτῆσαι κενὸν ἐποίησαν καθ' ἣν τύχοι πρόφασιν ἐν ἀκαταστασίᾳ πολλῇ πραγμάτων ἐκφοροῦντες ἀθρόον τὸ ἀργύριον, καὶ τοῖς σφαγεῦσι φίλοι ἦσαν. Μόνος δ' ἔτι λοιπὸς ἦν Καῖσαρ τιμωρὸς τῷ πατρὶ, διαμεθέντος Ἀντωνίου τὸ σύμπαν καὶ τὴν πρὸς τοὺς φονεῖς ἀγαπῶντος ἀμνηστίαν. Συνήεσαν οὖν πολλοὶ [μὲν] πρὸς αὐτὸν, οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ πρὸς τοὺς περὶ Ἀντώνιον καὶ Δολοβέλλαν. Ἦσαν δ' οἱ ἐν μέσῳ τὴν ἔχθραν ἀνάγοντες αὐτῶν καὶ πράττοντες τοῦτο *. Τούτων δ' ἦσαν κορυφαῖοι Πόπλιος, Οὐίβιος (9), Λεύκιος, πάντων δὲ μάλιστα Κικέρων. Καῖσαρ δὲ οὐκ ἀγνοῶν (10) ὄντινα τρόπον αὐτῷ συνίασιν οὗτοι παροξύνοντες ἐπὶ Ἀντώνιον, οὐ διωθεῖτο, ὅπως αὐτῶν τὴν βοήθειαν φυλακήν τε ἐρρωμενεστέραν περὶ ἑαυτὸν καταστήσοιτο· ᾔδει γὰρ ἑκάστους ἐλάχιστα μὲν τοῦ κοινοῦ προεστῶτας, περισκοποῦντας δὲ ἀρχὴν καὶ δυναστείαν, ὡς ἂν τοῦ ταῦτα κεκτημένου πρότερον ἐκποδὼν (11) ὄντος, αὐτοῦ δὲ κομιδῇ νεωτέρου καὶ οὐκ ἂν ἀνταρκέσαντος, ὥς γε ὑπολαμβάνειν, πρὸς τοσόνδε τάραχον, ἄλλων ἄλλα προσδοκώντων καὶ ἰδίᾳ σφίσιν ἃ δύναιντο (12) κτωμένων. Ἀνῃρημένης γὰρ τῆς εἰς τὸ κοινὸν γνώμης, κατὰ πολλὰ δὲ μέρη τῶν δυνατῶν διεσχισμένων, καὶ ἑκάστων ἑαυτοῖς τὰ κράτη περιποιούντων τὰ σύμπαντα ἢ ὁπόσα γοῦν δύναιντο παρασπάσασθαι, πολυπρόσωπός τις (*) ἦν καὶ ἀλλόκοτος ἡ ταραχή. Καὶ Λέπιδος μὲν μοῖραν τινὰ τῆς Καίσαρος στρατιᾶς ἀπορρήξας, ἀντείχετο καὶ αὐτὸς ἐξουσίας ἐν Ἰβηρίᾳ τῇ ἐπιτάδε, Κελτούς τε τοὺς γειτνιῶντας τῇ ἄνω θαλάττῃ κατέχων· τοὺς δ' ἐπέκεινα Μουνάτιος (13) Λεύκιος Πλάγκος (14) ὑφ' αὐτῷ ἐπεποίητο συὺν ἑτέρῳ στρατῷ ὕπατος καὶ αὐτὸς ἀποδεδειγμένος. Ἰβηρίας δὲ τοὺς ἐπέκεινα οἰκοῦντας Γάϊος Ἀσίνιος (15), ἄλλου στρατοῦ ἄρχων, ὑπῆκτο. Δέκμος δὲ Βροῦτος τὴν ἰσόνομον ἐκράτει Γαλατίαν σὺν δυοῖν τάγμασιν, ἐφ' οἷς ἔμελλεν αὐτίκα μάλα χωρεῖν Ἀντώνιος· Μακεδονίᾳ δὲ Γάϊος Βροῦτος ἔφεδρος (16) ἦν, ὅσον οὔπω περαιωθεὶς ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐπ' αὐτὴν, καὶ Συρίᾳ Κάσσιος Λογγῖνος, ὅστις ἀπεδέδεικτο (17) τῆς Ἰλλυρίδος (18) στρατηγός. Τοσαῦτα μὲν στρατεύματα ἐν τῷ τότε συνειστήκει, καὶ τοσοίδε ἄρχοντες, αὐτός τις ἕκαστος ἑαυτὸν ἀξιῶν τὴν τῶν ὅλων δυναστείαν ἔχειν, ἀνῃρημένου παντὸς νομίμου καὶ δικαίου, κατ' ἰσχὺν δὲ τὴν ἑκάστοις προσοῦσαν τοῦ

studiis impedimento erat. Viditque Cæsar, quod e præsenti rerum statu clare elucebat, indigere se præsidio aliquo publico; vidit etiam consules aperto resistentes magnaque potitos potentia majora adhuc appetentes. Nam ærarium civitatis, quod multis opibus pater ejus impleverat, intra duos menses inde a morte Cæsaris exhauserant, obvio quoque prætextu per summam rerum omnium confusionem pecunias dilapidantes; denique percussoribus amici erant. Sic solus adhuc reliquus erat Cæsar paternæ cædis vindex, quum Antonius totum hoc negligeret et concessam percussoribus rerum anteactarum oblivionem tueretur. Multi sane ad Cæsarem accedebant, sed haud pauci etiam ad Antonium et Dolabellam; alii vero in medio positi hoc agebant, ut inimicitiam eorum focillarent. Quorum principes erant Publius, Vibius, Lucius et præ ceteris Cicero. Cæsar etsi haud nescius quonam consilio se convenirent hi, qui contra Antonium exstimulabant, non repulit tamen, ut eorum auxilio usus firmiore se custodia muniret. Nam bene noverat singulos illos non salutis publicæ curam agere, sed summum magistratum et imperium circumspicere, quum J. Cæsar antea his potitus non amplius impedimento esset, ipse vero juvenis admodum, adeoque impar, uti putabant, tantis componendis turbis foret, aliis alia exspectantibus et sibi singulis quæ possent vindicantibus. Etenim sublata omni quæ ad communem salutem spectaret cogitatione, virisque principibus in multas factiones divisis, singulisque affectantibus aut summam imperii aut quantum ejus pertrahere ad se possent: multiformis et immanis erat rerum conturbatio. Lepidus parte quadam a Cæsaris exercitu avulsa, et ipse imperium appetebat, Hispaniam tenens Citeriorem et Galliam quæ mari superiori imminet; ulteriores Gallos L. Munatius Plancus in potestate habebat cum alio exercitu consul creatus. Iberiam ulteriorem tenebat C. Asinius *Pollio*, alius dux exercitus. Decimus Brutus in Gallia Cisalpina imperabat cum duabus legionibus, contra quas jam exire properabat Antonius. Macedoniam sibi vindicabat C. Brutus tantum nondum ex Italia in eam profectus, Syriam Cassius Longinus, qui Illyriæ prætor designatus erat. Tanti exercitus tum contracti erant, tot duces constituti, quorum sibi quisque summam imperii asserere studebat, quum sublata esset omnis legum auctoritas et justitia, atque vi armorum, quibus quisque polleret, res disceptaren-

---

ἐπισημεν. cod. Mox ἠρήθμει cod. — 7. αὐτὸν] ἑαυτὸν cod. — 8. Καῖσαρ] καίσαρι cod. — 9. Οὐίβιος] ὄρβιος, ut supra. — 10. οὐκ ἀγνοῶν] οὐκαινοῶν cod. — 11 ἐκποδὼν] ἐμποδὼν codex. — 12. ἃ δύν.] ἀδυν. cod. — * πολὺ πρόσω πίστις codex. — 13. τοὺς δ' ἐπέκεινα Μουνάτιος] τούτους δὲ κομανοὺς cod. Lepido Cæsar Galliam Narbonensem et Hispaniam finitimam tribuerat. Ulteriorem Galliam tenebat Munatius Plancus. Dio Cass. 43, 51. 45, 10. — 14. Πλάγκος] πλάγκτος cod. Deinde πεποίητο. — 15. Ἀσίννιος, altera ν litera suprascripta, codex. — 16. ἔφεδρος] ἔφορος cod. — 17. ἀπεδ.] ἀποδεδ. codex. — 18. Ἰλλυρίδος] Exspectabas Κυρήνης, ut apud plurimos traditur, v. c. ap. Appian. III, 8. Neque tamen omnes inter se consentiunt. Sic *Bithyniam* Cassio assignatam a senatu esse licit Dio Cass. 47, 21, ubi vide quæ

πράγματος βραβευομένου. Μόνος δὲ Καῖσαρ, ᾧ τὸ σύμπαν κράτος κατελέλειπτο (19) νομίμως κατά τ' ἐξουσίαν τοῦ πρότερον κεκτημένου καὶ συγγένειαν, ἄμοιρος ὢν δυνάμεως ἠστινοσοῦν, ἐπλάζετο μεταξὺ αἰωρούμενος (20) φθόνου τε πολιτικοῦ καὶ πλεονεξίας τῶν (τε) ἐφεδρευόντων αὐτῷ καὶ τοῖς σύμπασι πράγμασιν· ἅπερ ὕστερον ἐπρυτάνευσεν ὀρθῶς τὸ δαιμόνιον καὶ ἡ τύχη. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἤδη καὶ περὶ τῆς ψυχῆς δεδοικὼς, ἐνδήλου αὐτῷ τῆς Ἀντωνίου (21) γνώμης γιγνομένης, καὶ οὐδενὶ τρόπῳ δυνάμενος αὐτὸν μεταπεῖσαι, οἴκοι καθῆστο καιρὸν ἐπιτηρῶν.

XXIX. Πρώτη δ' ἐν τῇ πόλει κίνησις γίνεται ἐκ τῶν πατρικῶν αὐτοῦ στρατιωτῶν, ἀχθομένων ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀντωνίου περιοψίᾳ, καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἐν ἑαυτοῖς λογοποιούντων, ὅτι ἀμνημονοῦσι τοῦ Καίσαρος, τὸν ἐκείνου παῖδα προπηλακιζόμενον περιορῶντες, ὃν ἐχρῆν ὑπὸ πάντων αὐτῶν ἐπιτροπεύεσθαι, εἴ τις δικαίου λόγος ἢ ὁσίου. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀθρόοι γινόμενοι μᾶλλόν τι (1) κατεμέμφοντο σφᾶς συνιόντες ἐπὶ τὴν Ἀντωνίου οἰκίαν· τούτοις γὰρ κἀκεῖνος ἐθάρρει (2)· καί τινας λόγους ἐποιοῦντο ἐκ φανεροῦ, διότι καλῶς ἔχει μετριώτερον αὐτὸν χρῆσθαι Καίσαρι, καὶ μεμνῆσθαι ὧν ἐπέσκηψεν ὁ πατήρ· καὶ γὰρ αὐτοῖς εὐσεβέστερον εἶναι μὴ περιορᾶν ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τὰ τυχόντα τῶν ἐκείνου ὑπομνημάτων (3) διασώζειν, μήτι γε τὸν παῖδα καὶ διάδοχον ὑποδειχθέντα, ἐκείνοις τε ὁρᾶν τὴν ὁμοφροσύνην ἐν τῷ παρόντι διὰ τὸ πλῆθος τῶν περιεστώτων ἐχθρῶν ὠφελιμωτάτην. Ταῦτα λεγόντων ὡς μὴ δοκοίη ἐναντιοῦσθαι τῇ ὁρμῇ Ἀντώνιος (4), ἐπειδὴ καὶ δεόμενος αὐτῶν ἐτύγχανεν, ἔφη βούλεσθαι καὶ ταῦτα δοκιμάζειν, εἴγε μετριάζοι κἀκεῖνος, τήν τε προσήκουσαν αὐτῷ τιμὴν ἀποφέμοι, ἕτοιμός τε εἶναι εἰς λόγους ἐλθεῖν, παρόντων ἐκείνων καὶ ἐπακροωμένων. Οἱ δ' ἐπῄνουν, καὶ συνέθεντο αὐτὸν ἄξειν εἰς τὸ Καπιτώλιον, καὶ μεσιτεύειν τὰς διαλλαγὰς, εἰ αὐτὸς ἐθέλοι. Συνέφη δ' οὖν, καὶ εὐθὺς ἐξαναστὰς ᾤχετο εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν, ἐκείνους τε ἔπεμψεν (5) ὡς τὸν Καίσαρα. Οἱ δὲ συνερρύησαν ἄσμενοι πολλοὶ καὶ ἦλθον, ὥστ' ἐν ἀγωνίᾳ κἀκεῖνον γενέσθαι, ἀπαγγείλαντος τινὸς αὐτῷ, διότι πλῆθος ἥκοι στρατιωτῶν ἐπὶ τὰς θύρας, οἱ δ' ἐντὸς εἶεν ζητοῦντες αὐτόν. Ὁ δὲ ταραχθεὶς, τὸ μὲν πρῶτον εἴς τι ὑπερῷον ἀπεχώρησε σὺν τοῖς φίλοις, οἳ ἔτυχον παρόντες, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπυνθάνετο διακύπτων ὅ τι βούλοιντο, καὶ τοῦ χάριν ἐληλύθοιεν, ἐγνώριζέ τε αὐτοὺς οἰκείους ὄντας στρατιώτας. Οἱ δ' ἀποκρίνονται ἐπὶ τῷ ἀγαθῷ αὐτοῦ τε

tur. Solus vero Cæsar, ad quem legitime summum imperium ex voluntate ejus qui prius obtinuerat, et secundum cognationem pertinebat, destitutus ab omni potestate errabat inter invidiam fluctuans et avaritiam eorum, qui ipsi et summæ rerum insidiabantur. Quæ quidem postea recte moderatum est numen et fortuna. Interim Cæsar, jam de vita sibi timens, quum mentem Antonii perspectam haberet nulloque pacto mutare posset, domi sedebat agendi exspectans opportunitatem.

XXIX. Primus in urbe motus a patris commilitonibus profectus est, qui ægre ferentes quem Antonius ostendebat contemptum, initio quidem inter se sermones faciebant, ut qui Cæsaris immemores essent atque filium ejus contumeliis affici paterentur, cui omnes se patrocinari deceret, si justi piique rationem haberent. Deinde vero frequentiores acrius se incusabant ad domum Antonii confluentes (his enim militibus Antonius quoque fidebat), et aperte nonnulli profitebantur decere cum Cæsare moderatius uti, ac meminisse quæ pater ejus mandaverit: nam tum ipsos pietate admoneri ne hæc despicerent, sed ut vel minima quæque ab eo in mandatis scripta observanda curarent, nedum ut filium ejus et successorem designatum tuerentur; tum illis conducere concordiam in præsenti propter inimicos undique imminentes utilissimam. Hæc dicentibus, ne refragari eorum studiis videretur Antonius, quoniam ope eorum indigebat, velle se respondit hæc probare, modo ille quoque moderatum se gereret debitumque sibi honorem tribueret; se paratum esse in colloquium venire, cui ipsi auditores interfuturi essent. Collaudabant hæc milites, ac convenit inter eos, ut Antonium in Capitolium deducerent, ibique, si ipse vellet, reconciliationis mediatores essent. Consentit Antonius et confestim exsurgens in Jovis fanum proficiscitur, illos vero ad Cæsarem misit. Qui haud inviti magno numero confluentes ad domum ejus accesserunt, adeo ut in summa Cæsar perplexitate versaretur, nuntiante quodam militum multitudinem ad fores esse, aliosque intus eum quærere. Qua in perturbatione primum quidem una cum amicis, qui tum præsentes erant, in superiora ædium confugit, ac inde prospiciens interrogavit homines, quidnam vellent et cujus rei causa venissent. Respondent illi adesse se eorum causa quæ ipsi et toti fa-

affert Sturzius. — 19. κατελελ.] καταλελ. codex. — 20. αἰωρούμενος] codex ἐωρούμενος. — 21. Ἀντωνίου] ἀντωνίνου cod.

XXIX. 1. μᾶλλόν τι] μᾶλλοντι cod. — 2. κἀκεῖνος ἐθάρρει] Sc. Antonius e veteranis Cæsarianis satellitium suum delegerat. Conferre cum nostris liceat Appian. III, 29: Ἀπειλησαμένου δὲ αὐτοῦ (Ἀντωνίου) τῷ Καίσαρι πικρότερον, καὶ τῆς ἀπειλῆς ἐξενεχθείσης ἐς τὸ φανερὸν, ἔτι μᾶλλον ἅπαντες ὥρμηντο. Καὶ οἱ τῆς φρουρᾶς Ἀντωνίου ταξίαρχοι ἐστρατευμένοι τε Καίσαρι τῷ προτέρῳ, καὶ ἐς τὰ μέγιστα ὑπ' Ἀντωνίου τότε προτιμώμενοι, τὴν ὕβριν αὐτὸν ἐπισχεῖν ἠξίουν καὶ διὰ σφᾶς καὶ δι' ἑαυτὸν, ὑπὸ Καίσαρι στρατευσάμενον, καὶ τῶνδε τῶν οἱ παρόντων ἀγαθῶν παρ' ἐκείνου τυχόντα, κτλ. Cf. alteram similem militum ad Antonium orationem ibid. c. 32. Scilicet Appianus ab Nicolao differt eo, quod bis reconciliatos Octavium et Antonium narrat. Paucis rem tangunt Dio Cass. 45, 8; Plutarch. Anton. 16, 2. — 3. ὑπομνημάτων] Plutarch. Anton. 15, 1: Ἔλαβε δὲ (Ἀντώνιος) καὶ τὰ βιβλία τοῦ Καίσαρος, ἐν οἷς ὑπομνήματα τῶν κεχριμένων καὶ δεδογμένων ἦν ἀναγεγραμμένα. Cf. Vellejus II, 60. — 4. Ἀντώνιος] Ἀντωνίου codex. — 5. ἐκείνους τε ἔπεμψεν] ἐκεῖνόν τε ἔπεμψαν codex.

καὶ τῆς ὅλης μερίδος, εἰ κἀκεῖνος θέλοι ἀμνησικακεῖν (6) ὧν εἴργασται Ἀντώνιος· οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς ἀρεστὰ γέγονε (7) ταῦτα· δεῖν δ' αὐτοὺς πᾶσαν ὀργὴν ἐκβαλόντας διαλλάττεσθαι ἁπλῶς καὶ ἀδόλως. Εἷς δ' αὐτῶν καὶ μείζονι τῇ βοῇ βοήσας θαρρεῖν ἐκέλευε, καὶ γινώσκειν ὅτι κληρονομία οἱ πάντες εἶεν αὐτοῦ· μεμνῆσθαι γὰρ τοῦ κατὰ γῆς πατρὸς ἴσα καὶ θεοῦ, καὶ περὶ τῶν διαδόχων αὐτοῦ ἅπαν ἂν ὀρᾶσαι καὶ παθεῖν. Ἄλλος δὲ μεῖζον ἐπιφθεγξάμενος καὶ Ἀντώνιον ἂν διαχρήσασθαι αὐτόχειρ ἔφη, εἰ μὴ τὰς Καίσαρος διαθήκας ἅμα καὶ βουλῆς ἴσα φυλάττοι. Καὶ ὃς θαρρῶν ἤδη ἐπ' αὐτοῖς κατέβη τε (8) καὶ φιλοφρονηθεὶς ἤσθη ἐπὶ τῇ εὐνοίᾳ τε καὶ προθυμίᾳ. Ἐκεῖνοι μὲν αὐτὸν παραλαβόντες διὰ τῆς ἀγορᾶς λαμπρότατα ἦγον εἰς τὸ Καπιτώλιον, ἁμιλλώμενοι τῇ σπουδῇ πρὸς ἀλλήλους, οἱ μὲν ἥδη ἀχθόμενοι τῇ Ἀντωνίου δυναστείᾳ, οἱ δὲ κατὰ εὐσέβειαν τὴν πρὸς Καίσαρα καὶ τὸν ἐκείνου διάδοχον, οἱ δ' ἐλπίδος ἕνεκα τῆς ἀπ' αὐτοῦ, μεγάλα ὠφεληθήσεσθαι σὺν τῷ δικαίῳ προσδοκῶντες, οἱ δὲ τιμωρίαν σπουδάζοντες γενέσθαι παρὰ τῶν σφαγέων ὑπὲρ τοῦ φόνου, καὶ ταύτην μάλιστά γε (9) πράξεσθαι διὰ τοῦ παιδὸς οἰόμενοι, εἰ συλλήπτωρ εἴη καὶ ὁ ὕπατος. Πάντες γε μὴν παρήνουν αὐτῷ ὑπ' εὐνοίας προσιόντες μὴ φιλονεικεῖν, ἀλλὰ προσέχειν τῷ σφετέρῳ ἀσφαλεῖ, καὶ ὡς δύναιντο συμπροσλαμβάνειν βοηθούς, μεμνημένον ὡς σφαλερὸς εἴη ὁ Καίσαρος θάνατος. Ταῦτα ἀκούων Καῖσαρ, καὶ ὁρῶν τὴν τῶν ἀνθρώπων σπουδὴν οὐκ ἀπεικότως περὶ αὐτὸν, ἦκεν εἰς τὸ Καπιτώλιον, ἔνθα πολὺ πλείους ἑώρα πατρικοὺς στρατιώτας, οἷς ἐθάρρει Ἀντώνιος, πολὺ μᾶλλον εὖνους αὐτῷ ὄντας, εἴ τι ἀδικεῖν περὶ αὐτὸν ἐγχειροίη. Ἐκ τούτου ἀπεχώρουν οἱ πλείους· περιλειφθέντες δὲ ἀμφότεροι μετὰ τῶν φίλων διελέγοντο.

XXX. Ὅτι τοῦ Καίσαρος εἰς τὴν οἰκίαν ἀπιόντος μετὰ τὸ διαλλαγῆναι πρὸς Ἀντώνιον, μονωθέντα Ἀντώνιον αὖθις ἀνερεθίζεσθαι, τὴν εὔνοιαν ὁρῶντα (1) παραπολὺ τοῦ στρατιωτικοῦ παντὸς ἀπονεύουσαν ὡς πρὸς [Καίσαρα]· ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἐποιοῦντο παῖδά τε εἶναι καὶ διάδοχον ἀποδεδεῖχθαι ἔν ταῖς διαθήκαις τῷ τε ὀνόματι ὁμοίως προσαγορεύεσθαι, γενναίαν τε ὑποφαίνειν ἐλπίδα καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς φύσεως ὀραστηρίου (2), εἰς ὃ ὁ Καῖσαρ ἀποβλέψας οὐχ ἧττον ἢ τὴν συγγένειαν ἀποδείξειεν αὐτὸν παῖδα, ὡς μόνον ἐχέγγυον αὐτοῦ τήν τε σύμπασαν ἀρχὴν καὶ τὸ τοῦ οἴκου ἀξίωμα διασώζειν. Ἃ δὴ τότε ἐνθυμιαζόμενος Ἀντώνιος μετεγίνωσκε

ctioni suæ saluti futura sint, si ipse quoque illatas ab Antonio injurias vellet oblivisci; neque sibi hæc grata fuisse; debere autem eos, omni ira deposita, sincere et absque dolo reconciliari. Unus vero elatiore voce clamans, bono animo esse Cæsarem, atque bene tenere jussit universos ipsius esse hereditatem: nam patris defuncti pariter atque dei se meminisse, atque pro successore ejus omnia facere patique fore paratos. Alius summa voce acclamavit se vel Antonium sua manu interfecturum, nisi Cæsaris mandata simul atque senatus exsequeretur. Tum resumpta fiducia Cæsar descendit et comiter eos amplexus laudavit ob propensam in se benevolentiam. Illi vero assumentes eum solenni pompa in Capitolium duxerunt alacritate inter se certantes, partim odio ducti in Antonii imperium, partim pietate erga Cæsarem ejusque successorem, partim spe magnorum præmiorum, quæ haud immerito ab eo exspectabant, partim desiderio ultionis, qua cædis pœnæ a percussoribus repeterentur, quas quammaxime a filio exactum iri, si adjutor ei consul esset, existimabant. Omnes certe ob benevolentiam ad Cæsarem accedentes hortabantur, ne vellet altercari, sed hoc spectare, ut securitati factionis suæ consuleret eique auxiliares adjungeret, memor quam fallax fuisset mors Cæsaris. Quæ audiens videnque quanto studio se haud immerito prosequerentur, in Capitolium venit, ubi multo plures conspexit milites paternos, quibus fidebat Antonius, sed qui multo propensiores in ipsum erant, si forte injuria aliqua ab Antonio afficeretur. Deinde quum plurimi recessissent, Cæsar et Antonius cum amicis relicti inter se collocuti sunt.

XXX. Cæsare post reconciliationem domum revertente, Antonium *narrat*, quum solus esset, denuo ad iram excitatum esse, videntem multo magis in Cæsarem inclinare exercitus universi benevolentiam. Hunc enim contendebant et filium Cæsaris esse et successorem ab eo in testamenti tabulis designatum, et eodem nomine appellari, et spem egregiam etiam indolis virtute ostendere, ad quam non minus atque ad cognationem Cæsar respiciens pro filio eum adoptasset, ut qui solus ad conservandum imperium domusque dignitatem idoneus esset. Quæ in animum inducens Antonius sententiam mutavit, factique eum pœnituit,

— 6. κἀκεῖνος 0. ἀμνησ.] κακείνοις 0. μνησικακεῖν codex. — 7. γέγονε] indicativum librarii esse puto. — 8. τε] γε codex. — 9. γε] τε codex.

CXXIII, 12 : Ἰνδοὶ συγκαταχαίουσιν ὅταν τελευτήσωσι τῶν γυναικῶν τὴν προσφιλεστάτην. Αὐτῶν δὲ ἐκείνων ἀγὼν μέγιστος γίγνεται, σπουδαζόντων νικῆσαι ἑκάστην τῶν φίλων. [Τὸ αὐτὸ καὶ Ἡρόδοτος ἐν

sponsam ambiant, apud sponsae petitae patrem cœnant, præsente etiam puella. Dum vero multa dicteria fundunt, cui eorum puella arriserit, is eam ducit.

137. SARDOLIBYES.

Sardolibyes nullam supellectilem sibi parant præter calicem et gladium.

138. ALITEMNII.

Alitemnii Libyes pernicississimos eligunt reges : ex reliquis prout quisque maxime justus est, ita et dignitate eminet.

139. NOMADES.

Nomades, Libyum gens, in temporum dinumeratione non diebus, sed noctibus utuntur.

140. ATARANTES.

Atarantes Libyes nominibus propriis carent. (2) Soli orienti convicium faciunt, ut qui multa mala in lucem proferat et ostendat. (3) Ex filiabus optimas eas censent, quæ tempore quam longissimo virgines manent.

141. PANEBI.

Panebi Libyes mortuo rege corpus reliquum terra condunt, caput autem trunco amputatum inaurantes in sacris statuunt.

142. ÆTHIOPES.

Æthiopes sororibus potissimum honorem exhibent, et successionem tradunt reges, non suis, sed sororum filiis. Quodsi ex iis nullus supersit, cui succedere jus sit, tum pulcherrimum omnium et bellicosissimum regem deligunt. (2) Exercent ii præcipue pietatem et justitiam. Ædibus ipsorum nullæ sunt januæ, quumque in viis publicis multa posita sint, nemo eorum aliquid furatur.

143. INDI.

Indis mortuis jungitur in rogum uxor ex omnibus dilectissima una cremanda. Inter ipsas autem acerrimum certamen oritur, adjuvantibus quamlibet suis amicis, uti vincat. [Idem Herodotus libro quinto (c. 6) Historia-

137. Σαρδολίβυες codd. Parisin.; vulgo Σορδολίβυες; Damasc. Παρδοὶ Λίβυες. De colonia quam Sardus, Maceridis f., ex Libya in Sardiniam duxit, v. Pausanias X, 17, 2. Coray. fortasse legendum esse putavit Σαλδολίβυες a *Saldis* (Σαλδαί), urbe maritima Mauritaniæ Cæsareensis, hodie *Tedles* vocata et finitima hodiernæ *Algeriæ*.

138. Ἀλιτέμνιοι] sic cod. Paris. alter et Damascius : Ἀλιτέμιοι reliqui. Populus aliunde, ut videtur, non notus.

140. Vulgatam Ἀφάραντες ex Herodoto IV, 184 correxit Salmasius ad Solin. p. 292. Cf. Voss. ad Melam I, 8. λοιδοροῦνται] Cf. Herodot. l. l.; Diodor. III, 8; Strabo XVII, p. 822.

141. Panebi aliunde non noti. De re cf. quæ de Issedonibus narrat Herodot. IV, 26 et quos ibi laudat Bæhr.

142. Cf. Herodot. III, 20; Strabo XVII, p. 823.

143. Ad § 1 cf. Strabo XV, p. 699, 714; Ælian. V. H. VIII, 18. Ad § 2 cf. Strabo XV, p. 709; Ælian. V. H. IV, 1; Lassen. *Indien* II, p. 9.

πέμπτῃ Ἱστοριῶν παρὰ Σκυθῶν τῶν ὑπερθεν Κρηστωναίων γίγνεσθαι λέγει.]

XLIV, 41 : Παρ' Ἰνδοῖς ἐάν τις ἀποστερηθῇ δανείου ἢ παρακαταθήκης, οὐκ ἔστι κρίσις, ἀλλ' αὐτὸν αἰτιᾶται ὁ πιστεύσας. (2) Ὁ δὲ τεχνίτου πηρώσας χεῖρα ἢ ὀφθαλμὸν θανάτῳ ζημιοῦται. Τὸν δὲ μέγιστα ἀδικήσαντα ὁ βασιλεὺς κελεύει κείρασθαι, ὡς ἐσχάτης οὔσης ταύτης ἀτιμίας.

144. ΑΡΙΤΟΝΟΙ.

V, 50 : Ἀρίτονοι τῶν ἐμψύχων οὐδὲν ἀποκτείνουσι. Τὰ δὲ κεράμεα τῶν χρηστηρίων ἐν χρυσοῖς ἑλύτροις φυλάττουσι.

145. ΠΑΔΑΙΟΙ.

IX, 52 : Ἐν Παδαίοις, Ἰνδικῷ ἔθνει, οὐχ ὁ θύων, ἀλλ' ὁ συνετώτατος τῶν παρόντων κατάρχεται τῶν ἱερῶν. Αἰτεῖται δ' ἀεὶ παρὰ τῶν θεῶν οὐδὲν ἄλλο πλὴν δικαιοσύνης.

146. ΠΡΑΥΣΙΟΙ.

XXXVII, 38. Πραύσιοι τοὺς ἀστυγείτονας, ἐὰν λιμῷ πιεσθῶσι, τρέφουσι.

147.

ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΥ ΡΟΔΙΟΥ.

Ἀνδρὶ μὲν Ἱππαίμων ὄνομ' ἦν· ἵππῳ δὲ Πόδαργος·
καὶ κυνὶ Θήραργος, καὶ θεράποντι Βάβης.
Θεσσαλὸς, ἐκ Κρήτης, Μάγνης γένος, Αἵμονος υἱός·
ὤλετο δ' ἐν προμάχοις ὀξὺν Ἄρη συνάγων.

Τούτου τοῦ ἐπιγράμματος μέμνηται Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς ὡς ἀρίστου.

rum apud Scythas, qui supra Crestonæos habitant, fieri tradit.]

Apud Indos si quis fraudatur mutuo aut deposito, actionem non habet, sed sibi culpam imputare debet, quod credidit. (2) Si quis artificem manu vel oculo privaverit, morte pœnam luit. Qui gravissimo obnoxius delicto est, jubente rege tondetur, tanquam hoc extremæ sit ignominiæ.

144. ARITONI.

Aritoni nullum animal mactant. Vasa figulina ad quotidianos usus parata in aureis involucris custodiunt.

145. PADÆI.

Apud Padæos, gentem Indicam, non is qui sacrificat, sed prudentissimus omnium, qui præsto sunt, sacra auspicatur. Petitur autem a diis nihil aliud quam justitia.

146. PRAYSII.

Praysii vel Prasii vicinos fame afflictos alimento sustinent.

147.

PISANDRI RHODII.

Hippæmon vir dictus erat, sonipesque Podargus,
Therargusque canis, mancipiumque Babes:
Thessalus, e Creta, Magnes genus, Hæmone natus,
occidit, in primo dum movet arma loco.

Hujus epigrammatis meminit Nicolaus Damascenus tam quam optimi.

144. Pro Ἀρίτονοι cod. Paris. A. præbet Ἀρίστονοι, Damascius Κρίτονοι. Nomen in reliq. græcis auctoribus haud obvium. Ἀρρητίνοι conj. Coray. At verum haud dubie vidit Censor Lipsiensis libri Orelliani, qui Ἀρίτονοι nomen esse statuit populi Indici, cujus meminit Herodotus III, 100 : Ἑτέρων δέ ἐστι Ἰνδῶν ὅδε ἄλλος τις τρόπος· οὔτε κτείνουσι οὐδὲν ἔμψυχον οὐδέ τι σπείρουσι, οὔτε οἰκίας νομίζουσι ἐκτῆσθαι κτλ. Bohlen (*D. alte Indien*, tom. I, p. 319) Ἀριτόνιοι vocem indice esse *Arhatas*, i. e. *venerabiles*, quo nomine sæpius signentur *Buddistæ*.

145. Παδαίοις] Vulgatam Παιδαλίοις correxit Valckenaer. ex Herodot. III, 99.

146. Πραύσιοι Straboni XIV, p. 702 sunt Πράσιοι. Cf. Arrian. Ind. c. 10.

147. Epigramma hoc cum lemmate adscripto exhibet codex Vaticanus Antholog. Palat. VII, 304. Quonam in libro Nicolaus hujus epigrammatis mentionem fecerit, nescio. Ceterum v. Jacobs. ad h. l. et Dübnerum in Fragm. Pisandri p. 12.

JUBA MAURITANUS.

Pompeianis prœlio ad Thapsum (46 a. C.) in Africa debellatis, Juba, Numidiæ rex, Scipionis socius, desperata salute, ut vitaret, quæ in victos committi solent, ipse sibi mortem conscivit (Hirtius De bello Afric. c. 94; Appian. B. C. II, 100; Dio Cass. XLIII, 8). Filius ejus, Juba (1), historicus noster, puerulus adhuc, Cæsaris ornavit triumphum. Appian. B. C. II, 101 : Ἔνθα καὶ Ἰόβα παῖς, Ἰόβας ὁ συγγραφεύς, βρέφος ὢν ἔτι, παρήγετο. Plutarch. Cæsar. c. 55 : Τότε καὶ υἱὸς ὢν ἐκείνου, κομιδῇ νήπιος, ἐν τῷ θριάμβῳ παρήχθη, μακαριωτάτην ἄλοὺς ἄλωσιν, ἐκ βαρβάρου καὶ νομάδος Ἑλλήνων τοῖς πολυμαθεστάτοις ἐνάριθμος γίνεσθαι συγγραφεῦσι (2). De institutione pueri, qua sub Octaviani auspiciis usus esse videtur egregia, traditum nihil accepimus. Juvenis Octavianum in bellum contra æmulum secutus, post mortem Antonii (30 a. C.), Cleopatram Selenen, Cleopatræ reginæ ex Antonio triumviro filiam, a victore uxorem accepit, inque regnum paternum restitutus est (29 a. C.). Dio Cass. LI, 15 : Ἡ δὲ Κλεοπάτρα Ἰόβᾳ τῷ τοῦ Ἰόβου παιδὶ συνῴκησε. Τούτῳ γὰρ ὁ Καῖσαρ τραφέντι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ συστρατευσαμένῳ οἱ, ταύτην τε καὶ τὴν βασιλείαν τὴν πατρῴαν ἔδωκε. Plutarch. Anton. c. 87 : Ἀντωνίου δὲ γενεὰν ἀπολιπόντος ἐκ τριῶν γυναικῶν ἑπτὰ παῖδας, ὁ πρεσβύτατος, Ἄντυλλος, ὑπὸ Καίσαρος ἀνῃρέθη μόνος· τοὺς δὲ λοιποὺς Ὀκταβία παραλαβοῦσα μετὰ τῶν ἐξ ἑαυτῆς ἔθρεψε· καὶ Κλεοπάτραν μὲν τὴν ἐξ Κλεοπάτρας Ἰόβᾳ, τῷ χαριεστάτῳ βασιλέων, συνῴκισεν. Cf. Strabo XVII, p. 828. Sueton. Calig. c. 26. — Quattuor annis post Augustus, finito contra Asturres et Cantabros bello, Jubæ assignavit regna quæ Bocchus et Boguas ante tenuerant (Mauritaniam Tingitanam et Cæsariensem), ac præterea partem Gætuliæ. Dio Cass. LIII, 26 : Παυσαμένου δὲ τοῦ πολέμου τούτου... τῷ μὲν Ἰόβᾳ τῆς τε Γαιτουλίας τινὰ ἀντὶ τῆς πατρῴας ἀρχῆς, ἐπείπερ ἐς τὸν τῶν Ῥωμαίων κόσμον οἱ πλείους ἐσεγεγράφατο, καὶ τὰ τοῦ Βόκχου τοῦ τε Βογούου ἔδωκε (25 a. C.). Strabo XVII, p. 828 : Μικρὸν μὲν οὖν πρὸ ἡμῶν οἱ περὶ Βόγον βασιλεῖς καὶ Βόκχον κατεῖχον αὐτὴν (Mauritaniam), φίλοι Ῥωμαίων ὄντες· ἐκλιπόντων δὲ τούτων, Ἰούβας παρέλαβε τὴν ἀρχήν, ὄντος τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος καὶ ταύτην αὐτῷ τὴν ἀρχὴν πρὸς τῇ πατρῴᾳ. Idem VI, p. 288 : Νυνὶ δ' εἰς Ἰούβαν περιέστηκεν ἥ τε Μαυρουσία καὶ πολλὰ μέρη τῆς ἄλλης Λιβύης διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους εὔνοιάν τε καὶ φιλίαν. Regiam Juba constituit Jol urbem, quam magnopere auctam in honorem patroni Cæsaream (hodie *Cherchel*(*)) denominavit. Strabo XVII, p. 831 : Ἦν δὲ, ἐν τῇ παραλίᾳ ταύτῃ πόλις Ἰὼλ ὄνομα, ἣν ἐπικτίσας Ἰούβας ὁ τοῦ Πτολεμαίου πατὴρ, μετωνόμασε Καισάρειαν, ἔχουσαν καὶ λιμένα, καὶ πρὸ τοῦ λιμένος νησίον. Μεταξὺ δὲ τῆς Καισαρείας καὶ τοῦ Τρητοῦ μέγας ἐστὶ λιμὴν, ὃν Σάλδαν καλοῦσι· τοῦτο δ' ἐστὶν ὅριον τῆς ὑπὸ τῷ Ἰούβᾳ καὶ τῆς ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις. Plinius V, 1, 1 : *Promontorium Apollinis, oppidumque ibi celeberrimum Cæsarea, ante vocitatum Jol, Jubæ regia, a Divo Claudio coloniæ jure donata.* — Anno 6 p. Chr. Gætulorum contra Jubam exarsit seditio, quam compescuit Cornelius Cossus. Dio Cass. LV, c. 28 : Γαιτοῦλοι, τῷ τε Ἰούβᾳ τῷ βασιλεῖ ἀχθόμενοι, καὶ ἅμα ἀπαξιοῦντες μὴ οὐ καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἄρχεσθαι, ἐπανέστησαν αὐτῷ· καὶ τὴν πρόσχωρον ἐπόρθησαν, καὶ συχνοὺς καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐπιστρατεύσαντας σφίσιν ἀπέκτειναν. Τὸ δὲ σύμπαν ἐπὶ τοσοῦτον ἐπηυξήθησαν, ὥστε Κορνήλιον Κόσσον, τὸν κατεργασάμενον σφᾶς, τιμάς τε ἐπινικίους καὶ ἐπωνυμίαν ἀπ' αὐτοῦ λαβεῖν. Cf. Florus IV, 12, 40. Vellej. II, 116. Quo tem-

(1) De majoribus Jubæ dicere ad nos nihil attinet. De suspectæ fidei inscriptione (in qua regum series : Juba, Juba, Hiempsal, Gulussa, Masinissa) v. Sylloge epistol. Burmanni tom. II, p. 145 sq. Saxius in Onom. I, p. 178. Cf. infra. Jubæ sententiam ex qua familiæ suæ genus ab Hercule derivat, v. in fragm. 19. Ceterum vid. Sevin, *Recherches sur la vie et les ouvrages de Juba le jeune*, in *Mém. de l'Acad. d. Inscr.* tom. IV, p. 457 sqq.

(2) Ex alio fonte, cui fidem merito denegarunt, sua hausit Suidas : Ἰόβας, Λιβύης καὶ Μαυρουσίας βασιλεὺς, ὃν λαβόντες καὶ μαστιγώσαντες ἐπόμπευον οἱ Ῥωμαῖοι, οὐ μὴν ἀνέτλον, διὰ τὴν παίδευσιν. Ἦν δὲ ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος, καὶ τὴν Κλεοπάτρας θυγατέρα Σελήνην, ἣν ἐκ τοῦ Καίσαρος Γαΐου (deb. ἐξ Ἀντωνίου) γενομένην ἐπεποίητο, γυναῖκα εἰλήφει. Συνήκμαζε δὲ αὐτῷ Δίδυμος ὁ χαλκέντερος, ὁ καὶ πολλὰ γράψας κατ' αὐτοῦ. Ἔγραψε πολλὰ πάνυ. Ad vocem μαστιγώσαντες Welserus ap. Jungerm. ad Polluc. V, 88 : « Puer admodum ductus fuit, et quæ tum flagrorum causa? neque ob eruditionem profecto puer servatus. Satis indicat Plutarchus, captivitatem demum eruditioni occasionem dedisse. Imaginem inter illustres Ursini reperies loco LXXVIII. Sed cave commentario fidem habere, qui quæ filii sunt, patri tribuit. » — Bernhardyus annotat : « Neque vero temere Suidas talia fingit. Mihi videtur quod de vindicta libertatis traditum invenisset, paullo pinguius ille accepisse. » Mihi declamationem rhetoris cujusdam redolere videntur.

(*) Alii aliter. Vid. quos laudat Forbiger. *Alt. Geogr.* tom. II, p. 873. n. 91. Ch. Lenormant in *Journal des débats*, 23 Jan. 1844 : « Un buste de marbre est découvert récemment à *Cherchel*, dans l'Algérie... c'est le portrait d'un homme dans tout l'éclat de la virilité, dont le front est orné du bandeau royal. Il offre une évidente ressemblance avec celui qu'on voit sur les monnaies du fils de Juba II, Ptolémée, second et dernier roi de la Mauritanie Tingitane. Cherchel est l'ancienne Césarée. »

pore hæc acciderunt, Cleopatra, ex qua Ptolemæum filium Juba susceperat, jam erat defuncta. Alteram uxorem rex duxerat Glaphyram, Archelai Cappadociæ regis filiam, quam mox repudiasse videtur. Scilicet apud Josephum (Ant. Jud. XVII, 13, 4) leguntur hæc : Παραπλήσια δὲ καὶ Γλαφύρᾳ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ (Archelai Judæorum regis) τυγχάνει, βασιλέως Ἀρχελάου θυγατρὶ οὔσῃ, ἣ συνῴκει, παρθένον λαβών, Ἀλέξανδρος Ἡρώδου μὲν υἱὸς, Ἀρχελάου δὲ ἀδελφός· ἐπεὶ δὲ συμβαίνει τὸν Ἀλέξανδρον ὑπὸ πατρὸς τελευτῆσαι, Ἰόβᾳ τῷ Λιβύων βασιλεῖ γαμεῖται· μεταστάντος (?) δὲ τοῦ Λίβυος, χηρεύουσαν ἐν Καππαδοκίᾳ παρὰ τῷ πατρὶ Ἀρχέλαος ἄγεται, τὴν συνοικοῦσαν αὐτῷ Μαριάμνην ἐκβαλών. Quorum postrema : μεταστάντος δὲ κτλ., falsa esse recte Sevinus et Wernsdorfius monuerunt. Nam Glaphyra, ipso testante Josepho, defuncta est an. 7 p. C., dum Jubam longe ultra vitam deduxisse constat. Fortasse res ita expedienda est. Jubam suspicor non modo opus De expeditione Arabica Caio Cæsari dedicasse, sed ipsum etiam comitem se Caio adjunxisse, atque, quum in Syria cum eo commorabatur, duxisse Glaphyram, deinde vero, postquam Caius in Asia obierat (an. 4 p. C.), in Africam reversum esse, Glaphyram autem repudiatam et in Asia relictam. Jam fieri facile potuit, ut verbum μεταστῆναι in fonte Josephi de profectione regis positum esset, a Josepho autem minus attento de obitu ejus acciperetur. — Quousque vixerit Juba, accurate definiri nequit. In numis notantur anni XXXVI. XL. XLII. XLV. Quorum postremus incideret in an. 16 p. C. Porro apud Strabonem lib. VI, p. 288 leguntur hæc : Νυνὶ δ' εἰς Ἰούβαν περιέστηκεν ἡ Μαυριτανία. Igitur in vivis adhuc fuit Juba anno 18 p. C. : nam Strabonis librum quartum anno 18, librum sextum vero ante annum 19 (ante mortem Germanici) scriptum esse liquet ex lib. IV, p. 206 et lib. VI, p. 288. Idem Strabo lib. XVII, p. 828 ita habet : Ἰούβας μὲν οὖν νεωστὶ ἐτελεύτα τὸν βίον· διαδέδεκται δὲ τὴν ἀρχὴν υἱὸς Πτολεμαῖος, γεγονὼς ἐξ Ἀντωνίου θυγατρὸς καὶ Κλεοπάτρας. Idem p. 840 : ... Λιβύην ὅση ὑπὸ Ῥωμαίοις, ἔξω τῆς ὑπὸ Ἰούβᾳ μὲν πρότερον, νῦν δὲ Πτολεμαίῳ τῷ ἐκείνου παιδί. At quonam anno librum decimum septimum scripserit Strabo, num anno 19 vel 20 vel etiam 21, non liquet. Proxime tamen a vero nos abesse puto si anno 19 vel 20 regem obiisse statuamus. Anno 24 jam regnasse Ptolemæum ex Tacito intelligitur, qui in Ann. IV, 23 : *Jamque tres*, inquit, *laureatæ in urbe statuæ, et adhuc raptabat Africam Tacfarinas auctus Maurorum auxiliis, qui Ptolemæo, Jubæ filio juventa incurioso, libertos regios et servilia ministeria bello mutaverant.* Idem Tacitus in Annal. IV, 5 (ad an. 23) dicit : *Mauros rex Juba acceperat donum populi Romani.* Unde Wernsdorfius colligit Jubam anno 23 adhuc vixisse. At ex verbis Taciti minime id consequitur; nihilque obstat quin an. 23 Ptolemæus jam successerit in regno, quod quinquaginta ante annis Juba pater donum a Romanis acceperat.

Ceterum quanta Jubæ regis fama et auctoritas fuerit, ex honoribus in eum collatis licet augurari. Minus huc pertinet quod Mauri Jubam post obitum pro deo coluisse dicuntur (Minucius Felix p. 214 : *Et Juba Mauris volentibus deus est;* Lactant. De fals. rel. I, 11; Isidor. VIII, 11); nam eundem honorem etiam ceteris regibus, sive bonis sive malis, mores Mauritaniæ decernebant (*). Avienus vero laudem Jubæ canit in Ora marit., v. 270 sqq., ubi de Gadibus :

.... Multa (inquit) et opulens civitas
ævo vetusto, nunc egena, nunc brevis,
nunc destituta, nunc ruinarum agger est.
Nos hoc locorum præter Herculaneam
solennitatem vidimus miri nihil.
At vis in illis tanta vel tantum decus
ætate prisca sub fide rerum fuit,
rex ut superbus omniumque præpotens
quos gens habebat forte tum Maurusia,
Octaviano princeps acceptissimus
et literarum semper in studio Juba,
interfluoque separatus æquore,
illustriorem semet urbis istius
duumviratu crederet.

Quo de loco adscribam quæ docte disputat Wernsdorfius (Poet. Minor. vol. V, p. 502 ed. Lemaire) : « Jam de *Duumviratu* reipublicæ Gaditanæ, quem a Juba rege gestum perhibet Avienus. Id quidem non alio veteris scriptoris testimonio constat; potest tamen convenientibus quibusdam aliis monumentis illustrari. An verum usquequaque sit, Jubam *illustriorem se* urbis illius *Duumviratu credidisse*, equidem non pertenderim, id saltem pro certo habeam, pro magno Gaditanorum suoque ipsius in Cæsarem Augustum studio, atque ad tuendam hujus in populis Hispaniæ potestatem, oblatum duumviratus honorem non Gadium modo sed et plurium civitatum Hispaniæ suscepisse libenter gratumque habuisse. Erat enim urbs Gaditana inprimis addicta Cæsari, quod a Julio Cæsare, pa-

(*) Cyprianus De idol. vanit. c. 2 : *Mauri vero manifesto reges suos colunt, nec ullo velamento hoc nomen prætexunt.* Tertullianus Apolog. c. 24 : *Unicuique provinciæ et civitati suus deus est... ut Africæ Cælestis, ut Mauritaniæ reguli sui.* Errat Sevinus p. 462, qui Cyprianum et Tertullianum hæc excogitasse putavit ex iis quæ de Juba referuntur. Vide quæ de Libyum in defunctos reges religiositate leguntur ap. Nicolaum Dam. fr. 115. Cf. etiam Spartian. in Severo c. 13 : *Horum igitur tantorum interfector* (Severus) *ab Afris ut deus habetur.*

cata Hispania, civitatem Romanam acceperat, teste Dione Cassio lib. XLI, et propterea *Augusta urbs Julia Gaditana* appellata (Plinius IV, 22), propter opes autem insigni præsidio rei Romanæ esse poterat. Mos erat, ut gentes et civitates exteræ viros a Romanis illustres, qui eas primum rei Romanæ adjecissent, aut civitate Romana donassent, patronos sibi adoptarent. Eam ob causam Gaditani generum Cæsaris Augusti M. Agrippam patronum suum nuncuparunt, quod plurimi Gaditanorum nummi testantur, in quibus Agrippa *patronus* vel *parens* municipii Gadit. vocatur. Agrippa demortuo forte Gaditani, ut in eadem domus Cæsareæ tutela manerent, Jubam regem substituerunt : neque mihi dubium est, quum ei duumviratus honorem detulissent, simul patronum coloniæ suæ designasse. Certe utrumque ei contigisse in alia urbe Hispaniæ maritima, Carthagine nova, demonstrat lapis antiquus ea in urbe repertus, cujus inscriptionem ex Reinesii Syntagm. p. 329, hic integram transcribam :

REGI JUBÆ REGIS
JUBÆ FILIO REGIS
HIEMPSALIS N. REG. GAV.
PRONEPOTI REGIS MASI
NISSÆ ABNEPOTI N. E. P. D. I.
II VIR QUINQ. PATRONO
COLONIÆ
COLONI ET INCOLÆ
LIBERTINI.

Singularias literas, quæ versu quinto occurrunt, Reinesius in indice interpretari tentat : *Nomini Ejus Ponendum Dicandumque Jusserunt;* Sponius : *Numini Ejus Plurimum Devoti Jusserunt.* Sed hæ formulæ minus videntur convenire verbis sequentibus, quibus tituli Jubæ continuantur. Itaque malo : *Nunc Etiam Publico Decurionum Jussu.* Quidquid id est, lapis hic dicatur *Jubæ Regi Duumviro Quinquennali, Patrono Coloniæ.* Quod ipsum confirmat, qui plane idem præfert, nummus antiquus a Gesnero, Reg. min. gent. Tab. III, fig. 18, et a Liebio in Goth. num. p. 41 propositus, et Carthagini Novæ haud temere adscriptus, qui in adversa parte florem loti exhibet cum inscript. : JUBA REX JUBÆ F. II V. Q., *duumvir quinquennalis;* in aversa : CN. ATELLIUS PONTI. II V. Q. *pontifex, duumvir quinquennalis*, cum instrumentis pontificalibus quattuor. Ex quo intelligimus, Jubæ regis in duumviratu Carthaginis collegam fuisse Cn. Atellium, eumque pontificem. Qui monumentum superius ei posuerunt, dicuntur *coloni et incolæ libertini.* Frequens libertinorum nomen per colonias Hispanicas est. Ortum eorum et primam coloniam tradit Livius lib. XLIII, 3, qui memorat homines super quattuor millia, qui se ex militibus Romanis et ex Hispanis mulieribus, cum quibus connubium non esset, natos profiterentur, ex Hispania per legatos senatum rogasse, ut sibi oppidum, in quo habitarent, daretur. Senatum decrevisse, ut ex iis qui manumissi essent, Carteiam ad Oceanum deducerentur. Hanc coloniam libertinorum, quæ Carteiæ subcrevit, haud dubie aliæ deinceps secutæ sunt, quæ maritimas Hispaniæ urbes insederunt, fortasse etiam a colonis ex Africa missis et pari conditione natis, subinde auctæ sunt. *Libertinos municipii Suelitani* in Hispania Bætica nominat inscriptio ap. Reines. p. 131, et Spon. sect. V, p. 189, et Reinesius in Comment. ad hanc inscript. p. 136, item in Epist. XXXI ad Hosm. monet, in alia inscriptione Antiquariæ Hisp. reperta, p. CCCXCV, n. 7, et p. CCCCXXVI, n. 8, pariter Libertinorum mentionem fieri. Fortasse Gaditana colonia æque ac Carthaginiensis multos ejusmodi libertinos habuit, eosque e Mauritania Numidiaque traductos, unde ratio aliqua potuit esse, cur Jubam regem sibi Duumvirum et Patronum optarent. Gaditano Jubæ honori addere possumus alium, a peregrina gente ei exhibitum. Quippe Pausanias (I, 17, 2) memorat Athenis in gymnasio, quod Ptolemæum vocatur, *Jubæ Libyco* statuam fuisse positam. » — Dictum regis servavit Quinctilianus (VI, 3, 90) : *Juba... quærenti, quod ab equo suo esset adspersus, Quid tu, inquit, me Hippocentaurum putas?*

Hactenus de rege χαριεστάτῳ ; jam de scriptore videamus. Nam *studiorum claritate memorabilior etiam quam regno* fuit (Plinius V, 1. fr. 27) ; ἀνὴρ πολυμαθέστατος dicitur Athenæo (III, p. 83, B. fr. 25) ; Plutarcho est ὁ πάντων ἱστορικώτατος βασιλέων (Sertor. c. 9. fr. 19). Scripsit πολλὰ πάνυ, uti Suidas ait. Commemorantur :

1. Ῥωμαϊκὴ ἱστορία, libris min. II. Fr. 1-20.
2. Ἀσσυριακά, libris II. Fr. 21-22.
3. Λιβυκά, libris min. III. Fr. 23-38.
4. *De Arabia sive De expeditione Arabica.* Fr. 39-67.
5. *Physiologa.* Fr. 68-69.
6. *De Euphorbia herba.* Fr. 27.
7. Περὶ ὄποῦ. Not. ad fr. 27.
8. Περὶ γραφικῆς (Περὶ ζωγράφων), libris min. VIII. Fr. 70-72.
9. Θεατρικὴ ἱστορία, libris min. XVII. Fr. 73-83.
10. Ὁμοιότητες, libris min. XV, Fr. 85-86.
11. Περὶ φθορᾶς λέξεως, libris min. II. Fr. 87
12. Ἐπίγραμμα. Fr. 84.

Romanam Historiam ab antiquissimis tempori-

bus ad suam ætatem deduxisse videtur. Certe de Sullæ rebus sermo est fr. 18. Quod de Sertorio narratur fr. 19, incertum est utrum ad Λιβυκὰ an ad Ῥωμαϊκὰ sit referendum. Ἀρχαιολογίαν Ῥωμαϊκὴν nominat Stephanus Byzantius (fr. 15). Quod etsi per se minime probat ad antiquitates maxime Romanas Jubam attendisse, reliquiæ tamen, ut ita statuamus, persuadent. Magni ambitus historia non fuerit, nam libro secundo jam sermo erat de Numantia. Græce opus scriptum esse testatur Plutarchus in Comp. Pelop. c. Marc. (fr. 17) ubi : Ἡμεῖς, ait, Λιβίῳ, Καίσαρι καὶ Νέπωτι, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ Ἰόβᾳ πιστεύομεν. Idem in Cæsar. c. 55 Jubam dicit ἐξ βαρβάρου καὶ νομάδος Ἑλλήνων τοῖς πολυμαθεστάτοις ἐνάριθμον γενέσθαι συγγραφεῦσι. Quæ scribens Plutarchus quum vix de una Romanorum historia cogitaverit, atque ipse ex aliis Jubæ libris deprompta afferat, etiam reliqua regis opera græce exarata fuisse statuendum erit, nisi peculiares rationes adsint, cur unum vel alterum latino sermone scriptum malueris.

De *Assyriorum historia*, in qua Berosum auctor secutus est, non habeo quod dicam.

In *Libyæ descriptione* Jubam Punicos auctores (v. c. Hiempsalem, de quo v. Sallust. B. Jug. c. 17) adhibuisse, quum per se probabile est, tum diserte testatur Amm. Marcellinus (fr. 29). Præterea ipsum regem suæ ditionis regiones et proximas diligenter excussisse ex fragmentis colligitur. Hujus igitur operis jactura præ ceteris dolenda.

De Arabia terrisque adjacentibus volumina scripsit ad Caium Cæsarem, Augusti filium, qui expeditionem Parthicam et Arabicam moliens (an. 1 a. C.), fama ejus terræ ardebat (v. fr. 51. 44. 46). Eandem ob causam Augustus ad commentanda omnia in Orientem præmiserat Dionysium Characenum (fr. 44). Juba num ipse illas regiones lustraverit, haud liquet, etsi veri non absimile esse videtur. Confidentius contendere licet eum multo studio congessisse quæcunque priores scriptores inde ab Alexandri ætate de plagis istis prodiderant. Fragmenta uni debemus Plinio, qui lib. VI, 27, 31 (fr. 44) in descriptione Arabiæ secutum se dicit Jubam regem et arma Romana. Quare non ea tantum, ubi expressa est Jubæ mentio, sed alia etiam plurima ex Nostro fluxisse putanda sunt. Latine opus scriptum fuisse Dodwellus (v. not. ad fr. 39) suspicatur propterea maxime, quod in iis quæ apud Plinium de paraplo Nearchi et Onesicriti ex Juba afferuntur, spatia Græcorum ad Romanorum milliaria sint revocata. Quod quidem argumentum caret pondere. Nam quum Plinius terrarum mensuras locorumque distantias e Græcis scriptoribus depromptas ubique fere ad passus Romanos redegerit, quidni idem in Jubæ libris excerpendis fecisse censeatur?

Quantopere Noster rerum, quæ ad naturalem historiam pertinent, studiosus fuerit Arabica docent luculentissime. Iisdem peculiare opus dedicaverat, Φυσιόλογα, uti videtur, inscriptum. Etiam de re rustica nescio an aliqua composuerit (v. fr. 69). Ad artem medicam spectant libelli De opio et de euphorbia, miræ virtutis herba, quam in Atlante rex vel potius medicus regis Euphorbus indagaverat.

De arte pictoria, De pictoribus eorumque operibus multis exposuerat voluminibus, ex quibus nihil nisi duo de Parrhasio et Polygnoto fragmenta perdurarunt. Fortasse descriptio picturarum, quibus Polygnotus aliique monumenta Athenarum ornaverant, in causa fuit, cur amicum Augusti civitate donandum statuaque honorandum putarent Athenienses. Eorundem urbem altero Juba illustravit opere, ἱστορία θεατρική inscripto. Reliquiæ ejus fere omnes sunt de instrumentis musicis deque generibus saltationum. Verum de ipsis quoque poetis et de ratione qua argumenta sua tractaverint auctorem disseruisse colligas ex fragm. 83.

Libris, quibus Ὁμοιότητες titulus erat, similitudines, quæ inter diversorum populorum instituta moresque intercesserint, demonstrasse videtur.

In grammatico argumento versabatur opus Περὶ φθορᾶς λέξεως, sive De corruptione sermonis, scilicet græci. Commemoratur denique Juba artigraphus de rebus nonnullis quæ ad grammaticam latinam pertinent. Qui quum latine scripserit, a Vossio et Sevino diversus esse a Nostro videtur. Fortasse erraverunt viri doctissimi.

Hactenus de πολυμαθείᾳ Varronis Africani. Fidem ejus et auctoritatem in multis impugnavit Didymus ille χαλκέντερος, ὁ πολλὰ γράψας κατ' αὐτοῦ. Parum hoc me moveret, nisi fatendum esset nihil me in reliquiis deprehendisse, quod virum prodat cum multiplicis eruditionis copia jungentem etiam acumen judicii et severitatem; contra nimiæ et anilis fere credulitatis vestigia sat frequentia deprehendes. Quæ quum ita se habeant, nescio quanam re nisi regii nominis præstigio Juba inter ævi sui polyhistores eminuerit.

ΡΩΜΑΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Steph. Byz.: Ἀβοριγῖνες, ἔθνος Ἰταλικὸν, ὡς Ἰόβας ἐν Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας πρώτῃ· « Μέχρι μὲν οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου τὴν ἀρχαίαν Ἀβοριγίνην (l. Ἀβοριγίνων ὀνομασίαν) διέσωζον, Λατίνου δὲ βασιλεύσαντος οὕτω προσηγορεύθησαν. » Τὰ αὐτὰ καὶ Χάραξ. Aut Jubam cum Dionysio confundit Stephani Epitomator, aut Juba exscripsit Dionysium Hal. in Ant. Rom. I, ubi : μέχρι μὲν οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου τὴν ἀρχαίαν τῶν Ἀβοριγίνων ὀνομασίαν διέσωζον, κτλ.

2.

Idem : Λαβίνιον, πόλις Ἰταλίας, Αἰνείου κτίσμα· Ἰόβας ἐν πρώτῳ· ἀπὸ τοῦ τῆς βασιλέως θυγατρὸς Λαβινίας.

3.

Idem : Ὦστία, πόλις Ἰταλίας. Ἰόβας ἐν πρώτῳ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας· « Ἀπὸ μὲν τῶν βορείων μερῶν ὁ Τίβερις· Ὦστία πόλις πλησίον. »

4.

Plutarchus Romul. c. 14, 13, de raptis Sabinis : Ἁρπασθῆναι δέ φασιν, οἱ μὲν, τριάκοντα μόνας, ἀφ' ὧν καὶ τὰς φρατρίας ὀνομασθῆναι· Οὐαλέριος δὲ Ἀντίας ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ πενταxοσίας· Ἰόβας δὲ τρεῖς καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑξακοσίας παρθένους.

5.

Idem ib. c. 15, 7 : Τὸν Ταλάσιον..., ὥσπερ Ἕλληνες τὸν Ὑμέναιον, ἀπάδουσι Ῥωμαῖοι τοῖς γάμοις. Quem morem nonnulli ab iis, quæ in raptu Sabinarum contigisse narrantur, derivari putant. Οἱ δὲ πλεῖστοι νομίζουσιν, ὧν καὶ ὁ Ἰόβας ἐστὶ, παράκλησιν εἶναι καὶ παρακέλευσιν εἰς φιλεργίαν καὶ ταλασίαν, οὔπω τότε τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασι τῶν Ἰταλικῶν ἐπιxεχυμένων. Cf. id. Qu. Rom. c. 31 : « Διὰ τί ὁ πολυθρύλλητος ᾄδεται Ταλάσιος ἐν τοῖς γάμοις; » Πότερον ἀπὸ τῆς ταλασίας; Καὶ γὰρ τὸν τάλαρον τάλαντον ὀνομάζουσι· καὶ τὴν νύμφην εἰσάγοντες, νάκος ὑποστρωνύουσιν· αὐτὴ δ' εἰσφέρει μὲν ἠλακάτην καὶ τὴν ἄτρακτον, ἐρίῳ δὲ τὴν θύραν περιστέφει τοῦ ἀνδρός. Ceterum hæc, sicuti alia nonnulla quæ de antiquitatibus Romanis traduntur, legi etiam poterant in libro Ὁμοιότητες inscripto, quo Græca cum Romanis Juba comparavit.

6.

Idem Rom. c. 17, 10 : Ἑάλω δὲ καὶ Ταρπήιος προδοσίας ὑπὸ Ῥωμαίων διωχθεὶς, ὡς Ἰόβας φησὶ Γάλβαν Σουλπίκιον ἱστορεῖν.

7.

Plutarch. Numa c. 7, 6 : Δεύτερον (Νουμᾶς) δὲ τοῖς οὖσιν ἱερεῦσι Διὸς καὶ Ἄρεος τρίτον Ῥωμύλου προσκατέστησεν, ὃν Φλαμίνα Κυρινάλιον ὠνόμασεν. Ἐκάλουν δὲ καὶ τοὺς προγενεστέρους Φλαμίνας ἀπὸ τῶν περικρανίων πίλων, οὓς περὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι, πιλαμένας τινὰς ὄντας, ὡς ἱστοροῦσι, τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀναxεxραμένων. Καὶ γὰρ ἃς ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς λαίνας ὁ Ἰόβας χλαίνας φησὶν εἶναι καὶ τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα λέγεσθαι Κάμιλλον, ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν οὕτως ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Κάμιλλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευον.

8.

Idem ib. c. 13, 6 : Αὐτὰς δὲ τὰς πέλτας (τῶν Σα-

HISTORIA ROMANA.

1.

Aborigines, populus Italicus, ut Juba libro primo Historiæ Romanæ : « Usque ad tempora belli Trojani vetus Aboriginum nomen servarunt; imperante autem Latino, de hoc denominati sunt. »

2.

Lavinium, urbs Italiæ ab Æneа condita. Juba primo Historiæ Romanæ. Nomen habet a regis filia Lavinia.

3.

Ostia, urbs Italiæ. Juba primo Historiæ Romanæ : « A septentrionali parte Tiberis; Ostia urbs prope abest. »

4.

Raptas Sabinas aiunt hi triginta tantum, et ab iis nominatas curizs; Valerius Antias quingentas viginti septem; Juba octoginta tres supra sexcentas virgines.

5.

Talasium Romani accinunt nuptiis; ut Hymenæum Græci... Plerique, inter quos etiam Juba, hunc Talasium adhortationem esse ad laboris sedulitatem et lanificium, quod Græci ταλασίαν dicunt, censent, quamquam nondum id temporis Italica verba cum Græcis confusa erant.

6.

Damnatus est etiam Tarpeius proditionis a Romulo accusatus, ut Juba auctor est Sulpicium Galbam in Historia prodere.

7.

Deinde Numa flaminibus Jovis et Martis, tertium Romuli addidit, Quirinalemque dixit. Flaminum nomen etiam majoribus natu tributum tradunt, a pileis quibus capita operiebant, quasi pilamines : quia eo tempore plura quam hodie Græca vocabula fuerint Latinis intermixta. Quemadmodum etiam læenas, regum vestem, Juba χλαίνας esse ait : ac puerum Jovis sacerdoti ministrantem patrimum et matrimum, Camillum dici solitum, sicut et Græcorum nonnulli Mercurium a ministerio Camillum appellaverunt.

8.

Ipsas peltas ancilia appellant a figura; non enim ea est

λίων) ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα. Κύκλος γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἀποδίδωσιν, ὡς πέλτη, τὴν περιφέρειαν, ἀλλ' ἐκτομὴν ἔχει γραμμῆς ἑλικοειδοῦς, ἧς αἱ κεραῖαι καμπὰς ἔχουσαι καὶ συνεπιστρέφουσαι τῇ πυκνότητι πρὸς ἀλλήλας ἀγκύλον τὸ σχῆμα ποιοῦσιν· ἢ διὰ τὸν ἀγκῶνα, περὶ ὃν περιφέρονται. Ταῦτα γὰρ ὁ Ἰόβας εἴρηκε γλιχόμενος ἐξελληνίσαι τοὔνομα.

Subjicio h. l. reliqua, quæ de Romanis antiquitatibus e Juba afferuntur.

9.

Athenæus III, p. 98, B : Τὸν δὲ μῆνα τοῦτον (Φεβρουάριον) κληθῆναί φησιν ὁ Μαυρούσιος Ἰόβας ἀπὸ τῶν κατουδαίων φόβων κατ' ἀναίρεσιν τῶν δειμάτων, ἐν ᾧ τοῦ χειμῶνός ἐστι τὸ ἀκμαιότατον, καὶ ἔθος τότε τοῖς κατοιχομένοις τὰς χοὰς ἐπιφέρειν πολλαῖς ἡμέραις.

10.

Plutarchus Qu. Rom. c. 24 : Διὰ τί τρεῖς τοῦ μηνὸς ἀρχὰς καὶ προθεσμίας ἔχουσιν, οὐ ταὐτὸ διάστημα τῶν ἡμερῶν μεταξὺ λαμβάνοντες; Πότερον, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἰόβαν ἱστοροῦσιν, ὅτι ταῖς καλάνδαις ἐκάλουν τὸν δῆμον οἱ ἄρχοντες, καὶ κατήγγελλον εἰς πέμπτην τὰς νόννας, εἰδοῦς δὲ ἡμέραν ἱερὰν ἐνόμιζον;

11.

Idem ib. c. 89 : Διὰ τί τὰ Κυρινάλια μωρῶν ἑορτὴν ὀνομάζουσιν; Ἢ ὅτι τὴν ἡμέραν ταύτην ἀποδεδώκεισαν, ὡς Ἰόβας φησί, τοῖς τὰς αὑτῶν φρατρίας ἀγνοοῦσιν; Ἢ τοῖς μὴ θύσασιν, ὥσπερ οἱ λοιποί, κατὰ φυλὰς ἐν τοῖς Φουρνικαλίοις, δι' ἀσχολίαν ἢ ἀποδημίαν ἢ ἄγνοιαν, ἐδόθη τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ τὴν ἑορτὴν ἐκείνην ἀπολαβεῖν;

12.

Idem ib. c. 4 : Διὰ τί τοῖς ἄλλοις Ἀρτεμισίοις ἐπιεικῶς ἐλάφων κέρατα προσπατταλεύουσι, τῷ δ' ἐν Ἀβεντίνῳ βοῶν; Ἢ τοῦ παλαιοῦ συμπτώματος ἀπομνημονεύοντες; λέγεται γὰρ ἐν Σαβίνοις Ἄντρωνι Κορατίῳ βοῦς ἐκπρεπὴς ὄψει καὶ μεγέθει διαφέρουσα τῶν ἄλλων γενέσθαι· μάντεως δέ τινος αὐτῷ φράσαντος, ὅτι τοῦ καθιερεύσαντος Ἀρτέμιδι τὴν βοῦν ἐκείνην ἐν Ἀβεντίνῳ πέπρωται μεγίστην γενέσθαι καὶ βασιλεῦσαι τῆς Ἰταλίας ἁπάσης τὴν πόλιν, ἐλθεῖν μὲν εἰς Ῥώμην τὸν ἄνθρωπον, ὡς θύσοντα τὴν βοῦν· οἰκέτου δὲ κρύφα τῷ βασιλεῖ Σερουίῳ τὸ μάντευμα φράσαντος, ἐκείνου δὲ Κορνηλίῳ τῷ ἱερεῖ, προστάξαι τὸν Κορνήλιον τῷ Ἄντρωνι λούεσθαι πρὸ τῆς θυσίας ἀπὸ τοῦ Θύμβρεως· νενομίσθαι γὰρ οὕτω τοὺς καλλιερουῦντας. Ἐκεῖνον οὖν ἀπελθόντα λούεσθαι, τὸν δὲ Σερούϊον φθάσαντα, θῦσαι τῇ θεῷ τὴν βοῦν, καὶ τῷ ἱερῷ τὰ κέρατα προσπατταλεῦσαι. Ταῦτα καὶ ὁ Ἰόβας ἱστόρηκε καὶ Βάρρων· πλὴν ὅτι τοὔνομα τοῦ Ἄντρωνος Βάρρων οὐ γέγραφεν, οὐδ' ὑπὸ Κορνηλίου φησὶ τοῦ ἱερέως, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ νεωκόρου παρακρουσθῆναι τὸν Σαβῖνον.

13.

Idem ib. c. 59 : Διὰ τί κοινὸς ἦν βωμὸς Ἡρακλέους καὶ Μουσῶν; Ἢ ὅτι γράμματα τοὺς περὶ Εὔανδρον ἐδίδαξεν Ἡρακλῆς, ὡς Ἰόβας ἱστόρηκε; Καὶ τὸ πρᾶγμα σεμνὸν ἐνομίζετο, φίλους καὶ συγγενεῖς διδασκόντων· ὀψὲ δ' ἤρξαντο μισθοῦ διδάσκειν, καὶ πρῶτος ἀνέῳξε γραμματοδιδασκαλεῖον Σπόριος Καρ-

---

rotunda, neque instar parmæ circulum explet, sed excisæ sunt in modum lineæ volutæ, cujus apices curvitatem habent, ac qua peltæ crassissimæ sunt, in se convertuntur formamque curvam exprimunt : sive a cubito, quo gestantur, quem ἀγκῶνα Græci dicunt. Hæc enim Juba affert, cupiens vocabulum Græcæ linguæ vindicare.

9.

Februarium mensem nomen ait habere Juba Mauritanus a pavoribus, quos incutiunt inferi, quorum pavorum terriculamenta depelluntur quo tempore summus urit hiemis rigor, ac moris tunc est per plures dies continuos mortuis ferre inferias.

10.

Cur tria principia menses habent non eodem dierum numero distincta? An Jubæ fides habenda est? is Calendis dicit populum fuisse a magistratibus vocatum, et ei indictas in quintum abinde diem Nonas : Idus autem diem sacram habitam.

11.

Cur Quirinalia festum stultorum appellant? An quod dies iste his erat destinatus, ut Juba scribit, qui suam curiam ignorabant? Aut quod qui Fornacalibus feriis ob occupationes, peregrinationem vel ignorationem non sacrificassent in sua tribu, iis permissæ fuerunt istæ feriæ harum loco obeundæ?

12.

Cur reliquis Dianæ fanis soliti cervorum cornua affigere, ei quod in Aventino est, boum cornua affixerunt? Fortassis ut monimentum esset antiqui casus. Fuit quidam in Sabinis Antro Coratius : is vaccam habebat magnitudine et forma reliquis præstantem : monitusque a vate quodam qui in Aventino bovem hanc Dianæ immolasset, ei fata summam potestatem deferre, urbemque ipsius Italiæ totius regno potituram, Romam se contulit bovis ibi mactandæ gratia : servos autem regi Servio clam id vaticinium, idque rex Cornelio pontifici indicavit : tum Cornelius Antroni mandavit ut ante sacrificium aqua Tiberis profluente sese ablueret; sic enim legibus præscriptum esse litaturo : ita hic lotum abiit : interim Servius occasionem immolandæ vaccæ in honorem Dianæ præcepit, mactatæque cornua templo affixit. Hoc et Juba narrat, et Varro : nisi quod hic Antronis nomen non habet, deceptumque non a Cornelio sacerdote Sabinum, sed ab ædituo refert.

13.

Cur communis fuit ara Herculis et Musarum? An quia Evandrum litteras docuit Hercules, ut Juba narrat? Resque ea videbatur perhonesta, quum litteras prisci amicis ac cognatis traderent. Sero cœptum est mercede doceri, primusque ludum litterarium aperuit Spurius Carbilius, Carbilii libertus ejus, qui primus uxorem dimisit.

βίλιος ἀπελεύθερος Καρβιλίου τοῦ πρώτου γαμετὴν ἐκβαλόντος.

14.

Idem ib. c. 78 : Διὰ τί τῶν οἰωνῶν ὁ καλούμενος ἀριστερὸς, αἴσιος;... Ἢ μᾶλλον, ὡς Ἰόβας φησὶ, τοῖς πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἀποβλέπουσιν ἐν ἀριστερᾷ γίνεται τὸ βόρειον; ὃ δὴ τοῦ κόσμου δεξιὸν ἔνιοι τίθενται καὶ καθυπέρτερον.

15.

E LIBRO SECUNDO.

Steph. Byz. : Νομαντία, πόλις Ἰβηρίας. Ἰόβας ἐν δευτέρῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

16.

Steph. Byz. : Ἀρβάκη, πόλις ἐν Κελτιβηρίᾳ, ὡς Ἰόβας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀρβακαῖος.

17.

Plutarchus Comp. Pelop. c. Marcell. c. 1, 5 : Ἀννίβαν δὲ Μάρκελλος, ὡς μὲν οἱ περὶ Πολύβιον λέγουσιν, οὐδ' ἅπαξ ἐνίκησεν, ἀλλ' ἀήττητος ὁ ἀνὴρ δοκεῖ διαγενέσθαι μέχρι Σκηπίωνος, ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ, Καίσαρι, Νέπωτι καὶ τῶν Ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ Ἰόβᾳ πιστεύομεν, ἥττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρκέλλου τῶν σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι· μεγάλην δ' αὖται ῥοπὴν οὐδεμίαν ἐποίησαν, ἀλλ' ἔοικε ψευδόπτωμά τι γενέσθαι περὶ τὸν Λίβυν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς ἐκείναις.

18.

Plutarch. Sulla c. 16, 10 : Ἐπεὶ δὲ ἀποχρουσθεὶς ἐκεῖθεν ὁ Ἀρχέλαος ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Χαιρώνειαν, οἱ συστρατευσάμενοι τῶν Χαιρωνέων ἐδέοντο τοῦ Σύλλα μὴ προέσθαι τὴν πόλιν, ἐκπέμπει τῶν χιλιάρχων ἕνα Γαβίνιον μετὰ τάγματος ἑνὸς καὶ τοὺς Χαιρωνεῖς ἀφίησι βουληθέντας μέν, οὐ μὴν δυνηθέντας φθῆναι τὸν Γαβίνιον. Οὕτως ἦν ἀγαθὸς καὶ προθυμότερος εἰς τὸ σῶσαι τῶν σωθῆναι δεομένων. Ὁ δὲ Ἰόβας οὐ Γαβινιόν φησι πεμφθῆναι, ἀλλὰ Ἐρίκιον. Ἡ μὲν οὖν πόλις ἡμῶν παρὰ τοσοῦτον ἐξέφυγε τὸν κίνδυνον.

19.

Plutarch. Sertor. c. 9, 5 : Sertorius Maurusiis contra Ascalim opitulans, τὴν Τίγγιν, εἰς ἣν ὁ Ἀσκαλις συνέφυγε μετὰ τῶν ἀδελφῶν, ἐξεπολιόρκησεν. Ἐνταῦθα τὸν Ἀνταῖον οἱ Λίβυες ἱστοροῦσι κεῖσθαι· καὶ τὸν τάφον αὐτοῦ Σερτώριος διέσκαψε τοῖς βαρβάροις ἀπιστῶν διὰ μέγεθος. Ἐντυχὼν δὲ τῷ σώματι πηχῶν ἑξήκοντα μῆκος, ὡς φασι, κατεπλάγη καὶ σφάγιον ἐντεμὼν συνέχωσε τὸ μνῆμα καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ τιμήν τε καὶ φήμην συνηύξησε. Τιγεννῖται δὲ μυθολογοῦσιν Ἀνταίου τελευτήσαντος τὴν γυναῖκα Τίγγην Ἡρακλεῖ συνελθεῖν, Σόφακα δ' ἐξ αὐτῶν γενόμενον βασιλεῦσαι τῆς χώρας καὶ πόλιν ἐπώνυμον τῆς μητρὸς ἀποδεῖξαι, Σόφακος δὲ παῖδα γενέσθαι Διόδωρον, ᾧ πολλὰ τῶν Λιβυκῶν ἐθνῶν ὑπήκουσεν Ἑλληνικὸν ἔχοντι στράτευμα τῶν αὐτόθι κατῳκισμένων ὑφ' Ἡρακλέους Ὀλβιανῶν καὶ Μυκηναίων. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀνακείσθω τῇ Ἰόβα χάριτι τοῦ πάντων ἱστορικωτάτου βασιλέων· ἐκείνου γὰρ ἱστοροῦσι τοὺς προγόνους Διοδώρου καὶ Σόφακος ἀπογόνους εἶναι. Ipsum Jubam de his monuisse sive in Romana sive in Libyca historia nihil dubito. Cf. Plin. Hist. Nat. V, 1, 1.

14.

Cur aves sinistræ quæ dicuntur, in auspicio habentur pro addicentibus?... Aut potius versus ortum solis intuentibus ad lævam est septentrionalis mundi plaga, quam nonnulli dextram et superiorem mundi partem appellant? Hæc est Jubæ opinio.

15.

Numantia, urbs Iberiæ. Juba secundo Historiæ Romanæ.

16.

Arbace, urbs Celtiberiæ, teste Juba. Gentile Arbacæus.

71.

Hannibalem Polybius scribit nunquam a Marcello superatum, sed usque ad Scipionem invictum permansisse. Nos Livio, Cæsari, Nepoti, ac de Græcis scriptoribus regi Jubæ credimus, Hannibalem aliquoties a Marcello victum fugatumque, quæ tamen victoriæ ad summam rerum non magnum pondus attulerint, ut in illis conflictibus illusisse Pœnus videri possit.

18.

Posteaquam repulsus Archelaus adversus Chæroneam se convertit, Sylla, orantibus qui in castris erant Chæronensibus ne urbem suam destitueret, Gabinium tribunum militum cum legione una eo mittit, dimissis etiam Chæronensibus : sed il quamvis anniterentur, non potuerunt tamen Gabinium prævertere. Adeo bonus ille vir erat, et ad salutem ferendam iis ipsis qui eam petebant celerior. Juba non Gabinium, sed Ericium missum scribit. Tantulum abfuit quin patria nostra in periculum veniret.

19.

Sertorius Tingim urbem, in quam Ascalis confugerat cum fratribus, expugnavit. Ibi Antæum sepultum Afri narrant; et Sertorius quum barbaris tantam corporis ejus molem perhibentibus fidem non haberet, effosso monumento corpus sexaginta, ut aiunt, cubitorum inveniens, obstupuit, hostiaque mactata sepulcrum instauravit honoresque et famam Antæi auxit. Perhibent Tigennitæ, Antæo mortuo, Herculem cum Tingi uxore ejus concubuisse; inde natum Sophacem regem ejus fuisse regionis et urbem matri cognominem condidisse; Sophaci filium fuisse Diodorum, qui ex Græcis eo ab Hercule deductis Olbianis et Mycenæis exercitu contracto, multas Africæ gentes subegerit. Quæ quidem gratiæ data sint Jubæ, quo nemo regum alius fuit historiarum peritior; hujus enim majores a Diodoro et Sophace genus traxisse creduntur.

20.

Athenæus VI, p. 229, C : Μέχρι γὰρ τῶν Μακεδονικῶν χρόνων κεραμέοις σκεύεσιν οἱ δειπνοῦντες διηκονοῦντο, ὥς φησιν ὁ ἐμὸς Ἰόβας. Μεταβαλόντων δ' ἐπὶ τὸ πολυτελέστερον Ῥωμαίων τὴν δίαιταν, κατὰ μίμησιν ἐκδιαιτηθεῖσα Κλεοπάτρα, ἡ τὴν Αἰγύπτου καταλύσασα βασιλείαν, τοὔνομα οὐ δυναμένη ἀλλάξαι, ἀργυροῦν καὶ χρυσοῦν ἀπεκάλει κέραμον αὐτὸ, κέραμά τ' ἀπεδίδοτο τὰ ἀποφόρητα τοῖς δειπνοῦσι· καὶ τοῦτ' ἦν τὸ πολυτελέστατον.

ΑΣΣΥΡΙΑΚΑ

ἐν βίβλοις β'.

21.

Tatianus Or. adv. Gr. c. 58 : Βηρωσὸς δέ ἐστιν ἀνὴρ ἱκανώτατος, καὶ τούτου τεκμήριον Ἰόβας, ὃς περὶ Ἀσσυρίων γράφων παρὰ Βηρωσοῦ φησι μεμαθηκέναι τὴν ἱστορίαν. Εἰσὶ δὲ αὐτῷ βίβλοι περὶ Ἀσσυρίων δύο. Tatiani locum repetit Euseb. P. E. p. 488, A. Vide fragmenta Berosi.

Clem. Alex. Str. I, 21, p. 142, 18 Sylb. (II, 83 Kl.) : Ἐν δὲ τῷ ὀγδοηκοστῷ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας Ναβουχοδονόσορ πρὸ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἔτεσιν ἑβδομήκοντα ἐπὶ Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους ἐστράτευσεν, ὥς φησι Βήρωσσος ἐν ταῖς Χαλδαϊκαῖς ἱστορίαις. Ἰόβας δὲ περὶ Ἀσσυρίων γράφων ὁμολογεῖ τὴν ἱστορίαν παρὰ Βηρώσσου εἰληφέναι μαρτυρῶν ἀλήθειαν τἀνδρί.

22.

Plinius H. N. VIII, 42, 64, p. 89 Tchn. : *Equum adamatum a Semiramide usque ad coitum Juba auctor est.* Hæc in Assyriacis narrari poterant, etsi Plinius vel ex Libycis vel ex libris De expeditione Arabica hausisse videtur.

ΛΙΒΥΚΑ.

23.

E LIBRO TERTIO.

Plutarch. Par. m. c. 23 : Μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν ἐξεβράσθη Διομήδης εἰς Λιβύην. Ἔνθα Λύκος ἦν βασιλεὺς, ἔθος ἔχων τοὺς ξένους Ἄρει τῷ πατρὶ θύειν. Καλλιρρόη δὲ, ἡ θυγάτηρ, ἐρασθεῖσα Διομήδους, τὸν πατέρα προὔδωκε, καὶ τὸν Διομήδην ἔσωσε λύσασα τῶν δεσμῶν· ὁ δὲ, ἀμελήσας τῆς εὐεργέτιδος, ἀπέπλευσεν· ἡ δὲ βρόχῳ ἐτελεύτησεν· ὡς Ἰόβας ἐν τρίτῃ Λιβυκῶν.

De avibus Diomedeis v. fr. 68 a.

24.

Athenæus III, p. 83, B : Αἰμιλιανὸς δὲ ἔλεγεν Ἰόβαν τὸν Μαυρουσίων βασιλέα, ἄνδρα πολυμαθέστατον, ἐν τοῖς Περὶ Λιβύης συγγράμμασι, μνημονεύοντα τοῦ κιτρίου, καλεῖσθαι φάσκειν αὐτὸ παρὰ τοῖς Λίβυσι μῆλον Ἑσπερικὸν, ἀφ' ὧν καὶ Ἡρακλέα κομίσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα τὰ χρύσεα διὰ τὴν ἰδέαν λεγόμενα μῆλα.

25.

Plinius XIII, s. 29, p. 305, de citris arboribus Mauritaniæ : *Venumdatæ sunt et duæ a Juba rege pendentes : quarum alteri pretium fuit sestertium duodecies centena millia, alteri paullo minus.*

26.

Plinius H. N. V, 1, p. 304 ed. Tchn. : *Suetonius Paulinus, quem consulem vidimus, primus Romanorum ducum transgressus quoque Atlantem ali-*

20.

Usque ad Macedonica tempora in conviviis in vasis figulinis apponebatur cœna, ut ait popularis meus Juba. Postquam vero Romani ad sumptuosiorem vitæ rationem se converterant, eorum exemplo Cleopatra, quæ Ægypti regnum evertit, in luxuriam effusa, quum nomen mutare non posset, *argenteum aureumque fictile* (κέραμον) vocavit; et fictilia auferenda tradidit cœnantibus : et erat hoc pretiosissimum.

HISTORIA ASSYRIORUM.

LIBRIS II.

21.

Berosus rerum testis optimus, uti e Juba colligitur, qui de Assyriis scribens ex Beroso historiam eorum se didicisse ait. Scripsit vero Juba de Assyriis libros duos.

Anno duodecimo Sedeciæ Nabuchodonosor, septuaginta annis ante Persarum imperium, contra Phœnices et Judæos expeditionem suscepit, ut Berosus dicit in Chaldaicis. Atque Juba de Assyriis scribens fatetur ex Beroso se historiam sumpsisse, veritatemque ejus viri narrationis testatur.

DE LIBYA.

23.

Post Ilii excidium Diomedes in Africam maris fluctibus ejectus est. Regnabat ibi Lycus Martis filius, qui peregrinos de more patri mactabat. Sed filia hujus Callirrhoe Diomedis amore capta patrem prodidit, Diomedemque vinculis exsolvit. Hic benefactricis nulla habita ratione avectus quum esset, Callirrhoe fune sibi mortem conscivit. Ex Jubæ tertio Libycorum.

24.

Æmilianus Jubam ait, Mauritaniæ regem, virum multiplici doctrina instructissimum, in Commentariis de Libya citrii mentionem facere, dicereque, ab Afris illud *Hesperium malum* vocari; a quibus etiam Hercules *aurea* illa, a colore sic dicta, *mala* in Græciam transportasset.

quot millium spatio, prodidit de excelsitate quidem ejus quæ ceteri : imas radices densis altisque repletas silvis incognito genere arborum, proceritatem spectabilem esse enodi nitore, frontes cupressis similes, præterque gravitatem odoris tenui eas obduci lanugine : quibus addita arte, posse quales e bombyce vestes confici. Verticem altis etiam æstate operiri nivibus. Decumis se eo pervenisse castris, et ultra ad fluvium, qui Ger vocaretur, per solitudines nigri pulveris eminentibus interdum velut exustis cautibus, loca inhabitabilia fervere, quanquam hiberno tempore, expertum. Qui proximos inhabitent saltus, refertos elephantorum ferarumque et serpentium omni genere, Canarios appellari. Quippe victum ejus animalis promiscuum his esse, et dividua ferarum viscera. Junctam Æthiopum gentem, quos Perorsos vocant, satis constat. Juba, Ptolemæi pater, qui primus utrique Mauritaniæ imperavit, studiorum claritate memorabilior etiam quam regno, similia prodidit de Atlante : præterque gigni ibi herbam, euphorbiam nomine, ab inventore medico suo appellatam. Cujus lacteum succum miris laudibus celebrat in claritate visus contraque serpentes et venena omnia, privatim dicato volumine. Præcedunt alia quædam de Atlante fabulosa, quæ ab Hannone in Periplo (§ 14 ed. Kluge) primum narrata esse videntur; Plinius sumserit e Juba. Plinium exscripsit Solinus c. 24 (ed. Traj. ad Rh. 1689), sed temerario illo, quo solet, modo. Quare rationem ejus non habemus. Ceterum hic statim subjicere liceat locum ex libro de Euphorbia superstitem.

27.

DE EUPHORBIA.

Plinius XXV, s. 28, p. 60 : *Invenit et patrum nostrorum ætate rex Juba* (herbam), *quam appellavit Euphorbiam, medici sui nomine. Frater is fuit Musæ, a quo Divum Augustum conservatum indicavimus... Sed Jubæ volumen quoque exstat de ea herba, et clarum præconium. Invenit eam in monte Atlante : specie thyrsi, foliis acanthinis. Vis tanta est, ut e longinquo succus excipiatur : incisæ conto, subditis excipulis ventriculo hædino, humor lactis videtur effluere : siccatus quum coiit, thuris effigiem habet. Qui colligunt clarius vident. Contra serpentes medetur, quacunque parte percussa : vertice inciso, et medicamento addito. Ibi Gætuli, qui legunt, hædino lacte adulterant : sed discernitur igni. Id enim quod sincerum non est, fastidiendum odorem habet.*

Hujus βιβλιδίου meminit etiam Galenus Φαρμακ. κατὰ γένη lib. IX, c. 4, et Dioscorides lib. III, 96. Jubæ libellum Περὶ ὄπου commemorat Galenus tom. II, p. 297. Cf. Stephan. Thes. v. εὐφόρβιον.

28.

Plinius VI, s. 36, p. 393 : *Nec Mauritaniæ insularum certior fama est. Paucas modo constat esse ex adverso Autololum, a Juba repertas, in quibus Gætulicam purpuram tingere instituerat.*

§ 37. *Sunt, qui ultra eas Fortunatas putant esse, quasdamque alias... Juba de Fortunatis ita inquisivit : sub meridie quoque positas esse prope occasum, a Purpurariis DCXXV mill. passuum, sic ut CCL supra occasum navigetur : deinde per LXXV mill. passuum ortus petatur. Primam vocari Ombrion nullis ædificiorum vestigiis : habere in montibus stagnum, arbores similes ferulæ : ex quibus aqua exprimatur, ex nigris amara, ex candidioribus potui jucunda. Alteram insulam Junoniam appellari; in ea ædiculam esse tantum lapide exstructam. Ab ea in vicino eodem nomine minorem. Deinde Caprariam lacertis grandibus refertam. In conspectu earum esse Nivariam, quæ hoc nomen accepit a perpetua nive, nebulosam. Proximam ei Canariam vocari a multitudine canum ingentis magnitudinis; ex quibus perducti sunt Jubæ duo : apparentque ibi vestigia ædificiorum. Quum autem omnes copia pomorum et avium omnis generis abundent, hanc et palmetis caryotas ferentibus, ac nuce pinea abundare. Esse copiam et mellis. Papyrum quoque et siluros in amnibus gigni : infestari eas belluis, quæ expellantur assidue, putrescentibus.*

29.

Plinius V, 10, p. 314 : *Nilus incertis ortus fontibus, it per deserta et ardentia : et immenso longitudinis spatio ambulans, famaque tantum inermi quæsitu cognitus, sine bellis, quæ ceteras omnes terras invenere. Originem (ut Juba rex potuit inquirere) in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quam vocant Nilidem. Ibi pisces reperiuntur alabetæ, coracini, siluri. Crocodilus quoque inde ob argumentum hoc Cæsareæ in Iseo dicatus ab eo spectatur hodie. Præterea observatum est, prout in Mauritania nives imbresque satiaverint, ita Nilum increscere. Ex hoc lacu profusus indignatur fluere per arenosa et squalentia, conditque se aliquot dierum itinere. Mox alio lacu majore in Cæsariensis Mauritaniæ gente Massæsylûm erumpit, et hominum cœtus veluti circumspicit, iisdem animalium argumentis : iterum arenis receptus conditur rursus XX dierum desertis ad proximos Æthiopes : atque ubi iterum senserit hominem, prosilit, fonte (ut verisimile*

est) illo quem Nigrin vocavere. Inde Africam ab Æthiopia dispescens, etiamsi non protinus populis, feris tamen et belluis frequens, silvarumque opifex, medios Æthiopas secat, cognominatus Astapus; quod illarum gentium lingua significat aquam e tenebris profluentem. etc. Cf. Solinum c. 32, p. 42.

Ammianus Marcellinus : *Rex autem Juba Punicorum confisus textu librorum, a monte quodam oriri eum exponit, qui situs in Mauritania despectat Oceanum : hisque indiciis hoc proditum ait, quod pisces et herbæ et belluæ similes per eas paludes gignuntur.*

Ex Libyæ descriptione petita videntur etiam ea quæ de elephantis e Juba proferuntur.

30.

Ælian. N. An. IX, 58 : Λέγει δὲ ὁ Ἰόβας γενέσθαι μὲν αὐτοῦ τῷ πατρὶ πολυετῆ Λίβυν ἐλέφαντα, κατιόντα ἐκ τῶν ἄνω τοῦ γένους· καὶ Πτολεμαίῳ δὲ τῷ Φιλαδέλφῳ Αἰθίοπα, καὶ ἐκεῖνον ἐκ πολλοῦ βιώσαντα, γενέσθαι πραότατον καὶ ἡμερώτατον, τὰ μὲν ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους συντροφίας, τὰ δὲ ἐκ τοῦ γένους πωλευθέντα. Σελεύκου τε τοῦ Νικάνορος κτῆμα ἄδει Ἰνδὸν ἐλέφαντα, καὶ μέντοι καὶ διαβιῶναι τοῦτον μέχρι τῆς τῶν Ἀντιόχων ἐπικρατείας φησίν.

31.

Plinius H. N. VIII, 55, p. 56 Tchn. : *Unguentariam quandam dilectam* (ab elephanto) *Juba tradit. Omnium amoris fuere argumenta, gaudium a conspectu, blanditiæque inconditæ, stipesque, quas populus dedisset, servatæ et in sinum effusæ. Nec mirum esse amorem quibus sit memoria. Idem namque tradit, agnitum in senecta, multos post annos, qui rector in juventa fuisset. Idem divinationem quandam justitiæ. Quum Bocchus rex triginta elephantis totidem, in quos sævire instituerat, stipitibus alligatos objecisset, procursantibus inter eos qui lacesserent, non potuisse effici, ut crudelitatis alienæ ministerio fungerentur.*

32.

Chæremon ac ceteri nec aliud quidquam ante mundos illos, qui sub adspectum cadunt, fuisse arbitrantur, quum eos, qui ab Ægyptiis inducuntur, ipso disputationum suarum initio ponant; nec alios agnoscunt deos, quam quæ vulgo errantia sidera vocantur, quæque zodiacum implent, adeoque quotquot in eorum vicinia oriuntur. Quibus adjiciunt suas illas in decanos sectiones, horoscopos, quique fortes ac robusti duces nuncupantur, quorum non modo nomina, sed etiam morborum et calamitatum curationes, ortusque simul et occasus, futurorumque significationes in almenichiacis continentur. Quippe videbat enim, qui solem universi architectum dicerent, ab illis non ea tantum quæ ad Osiridem Isidemque pertinent, sed etiam quidquid sacrarum fabularum erat, partim in stellas et earum adspectus, occultationes ortusque devolvi, partim in lunæ modo crescentis, modo senescentis varietatem, partim in solis cursum, ac vel in diurnum vel in nocturnum hemisphærium, vel in Nilum ipsum fluvium, cuncta denique n res naturales, nihil in corporea mole carentes viventesque naturas, ipsarum interpretatione conferri. Atque istorum etiam plerique, quod in nostra voluntate est ac potestate situm, ex siderum motu voluerunt suspensum esse, cuncta necessitate, quod ipsi fatum appellant, sic tanquam inexplicabilibus quibusdam vinculis nescio quo pacto constringentes, eademque rursus ad deorum istorum vim ac numen alligantes. Itaque non alios sive in templis sive in simulacris sive in aliis ejusmodi, quam qui fati leges solvunt, venerantur.

3.

Me quidem tum vehementer angi sentio, ubi mecum ipse reputo, qui fieri possit, ut quorum veluti augustiorum ac diviniorum opem imploremus, ii tamen perinde ut humiliores et deteriores obediant : quique clientes ipsi suos æquitatem colere velint, eosdem injustis imperiis obsequi non pudeat : adeoque quum eorum vota precesque repudient, qui ad sese minus abs re venerea puri accesserint, obvios quosque tamen nefandam in venerem agere non erubescant. Porro vates illi quidem interpretesque suos rebus animatis abstinere jubent, ne corporeis exhalationibus inficiantur : sacrificiorum tamen, quæ ex animantibus fieri solent, vaporibus maxime capiuntur; ac mortuum quidem ab sacrorum suorum inspectoribus tangi nefas esse statuunt, cæsis tamen victimis deorum evocationes partem maximam peraguntur. Quodque omnium absurdissimum est, non jam vulgari cuipiam dæmoni, aut defuncti animæ, sed ipsimet

μέλη τοῦ Ὀσίριδος διασχεδάσει τῷ Τυφῶνι, τίνα οὐχ ὑπερβολὴν ἐμπληξίας μὲν τῷ ἀπειλοῦντι, ἃ μήτε οἶδε μήτε δύναται, καταλείπει, ταπεινότητος δὲ τοῖς δεδοικόσιν οὕτω κενὸν φόβον καὶ πλάσματα, ὡς κομιδῇ παῖδες ἀνόητοι; Καίτοι καὶ Χαιρήμων ὁ ἱερογραμματεὺς ἀναγράφει ταῦτα, ὡς καὶ παρ' Αἰγυπτίοις θρυλλούμενα, καὶ ταῦτά φασιν εἶναι καὶ τὰ τοιαῦτα βιαστικώτατα. Reliqua exscribere non vacat, quanquam nullus dubito quin ad ea quæ Chæremon narraverat, sint referenda. Ceterum eundem locum habes ap. Theodoretum Ther. p. 48, nec non ap. Iamblich. De mysteriis.

4.

Porphyrius De abstin. IV, 6 : Τὰ γοῦν κατὰ τοὺς Αἰγυπτίους ἱερέας Χαιρήμων ὁ στωικὸς ἀφηγούμενος, οὓς καὶ φιλοσόφους ὑπειλῆφθαί φησι παρ' Αἰγυπτίοις, ἐξηγεῖται ὡς τόπον μὲν ἐλέξαντο ἐμφιλοσοφῆσαι τὰ ἱερά. Πρός τε γὰρ τὴν ὅλην ὄρεξιν τῆς θεωρίας συγγενὲς ἦν παρὰ τοῖς ἐκείνων ἀφιδρύμασι διαιτᾶσθαι· παρεῖχέν τε αὐτοῖς ἀσφάλειαν μὲν ἐκ τοῦ θείου σεβασμοῦ, καθάπερ τινὰ ἱερὰ ζῷα, πάντων τιμώντων τοὺς φιλοσόφους· ἠρεμαίους δὲ εἶναι, ἅτε τῆς ἐπιμιξίας κατὰ τὰς πανηγύρεις καὶ τὰς ἑορτὰς συντελουμένης μόνον, τὸ δὲ λοιπὸν σχεδὸν ἀβάτων ὄντων τοῖς ἄλλοις τῶν ἱερῶν· ἁγνεύσαντας γὰρ ἔδει προσιέναι καὶ πολλῶν ἀποσχομένους, καὶ τοῦτο ὥσπερ κοινὸς τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερῶν θεσμός ἐστιν. Ἀπειπάμενοι δὲ πᾶσαν τὴν ἄλλην ἐργασίαν καὶ πόρους ἀνθρωπίνους, ἀπέδοσαν ὅλον τὸν βίον τῇ τῶν θείων θεωρίᾳ καὶ θεάσει· διὰ μὲν ταύτης τό τε τίμιον καὶ ἀσφαλὲς καὶ εὐσεβὲς ποριζόμενοι, διὰ δὲ τῆς θεωρίας τὴν ἐπιστήμην, δι' ἀμφοῖν δὲ ἄσκησιν ἠθῶν κεκρυμμένην τινὰ καὶ ἀρχαιοπρεπῆ. Τὸ γὰρ ἀεὶ συνεῖναι τῇ θείᾳ γνώσει καὶ ἐπιπνοίᾳ, πάσης μὲν ἔξωτίθησι πλεονεξίας, καταστέλλει δὲ τὰ πάθη, διεγείρει δὲ πρὸς σύνεσιν τὸν βίον. Αὐτότητα δὲ ἐπετήδευσαν καὶ κατάστολὴν, ἐγκράτειάν τε καὶ καρτερίαν, τό τε ἐν παντὶ δίκαιον καὶ ἀπλεονέκτητον. Σεμνοὺς δὲ αὐτοὺς παρεῖχε καὶ τὸ δυσεπίμικτον· οἵγε παρὰ μὲν αὐτὸν τῶν λεγομένων ἁγνειῶν τὸν καιρὸν οὐδὲ τοῖς συγγενεστάτοις καὶ ὁμοφύλοις ἐπεμίγνυντο σχεδὸν, οὐδὲ ἄλλως θεωρούμενοι ὅτι μὴ πρὸς τὰς ἀναγκαίας συναγεύουσι χρείας ἢ ἁγνευτήρια τοῖς μὴ καθαρεύουσιν ἄδυτα καὶ πρὸς ἱερουργίας ἅγια κατανεμόμενοι. Τὸν δὲ ἄλλον χρόνον ἁπλούστερον μὲν τοῖς ὁμοίοις ἐπεμίγνυντο, τῶν δὲ ἐξωτικῶν τῆς θρησκείας οὐδενὶ συνεβίουν. Ἐφαίνοντο δὲ ἀεὶ θεῶν ἢ ἀγαλμάτων ἐγγὺς, ἤτοι φέροντες ἢ προηγούμενοι καὶ τάσσοντες μετὰ κόσμου τε καὶ σεμνότητος· ὧν ἕκαστον οὐ τῦφος ἦν, ἀλλά τινος ἔνδειξις φυσικοῦ λόγου. Τὸ δὲ σεμνὸν κἀκ τοῦ καταστήματος ἐωρᾶτο. Πορεία τε γὰρ ἦν εὔτακτος καὶ βλέμμα καθεστηκὸς ἐπετηδεύετο, ὡς ὅτε βουληθεῖεν μὴ σκαρδαμύττειν· γέλως δὲ σπάνιος, εἰ δέ που γένοιτο, μέχρι μειδιάσεως·

---

soli, siderum principi, lunæ reliquisque iis cœlestibus homo quivis e populi fæce obnoxius minas intentat, atque ut eos ad vera dicenda compellat, falsum vanumque terrorem ostendit. Nam futurum denuntiare, uti vel cœlum ipsum quatiat, vel Isidis arcana patefaciat, vel quod Abydi occultum latet dictuque nefas est, in lucem proferat, vel Ægyptiacæ navis cursum inhibeat, vel in Typhonis gratiam Osiridis membra disjiciat : quidnam, obsecro, vel summum ad stuporem atque vecordiam ista quæ neque novit neque efficere potest comminanti, vel numinibus, quæ fictitius iste et inanis terror leviculorum pusionum more percellat, summam ad humilitatem reliquum fecit? Et tamen hæc omnia Chæremon, sacer ille scriba, tanquam Ægyptiorum omnium pridem ore jactata conscripsit, quæ quidem uti ejusdem quoque generis cetera, ad vim diis afferendam potentissima esse dictitant.

4.

De sacerdotibus Ægyptiis scribens Chæremon Stoicus, quos apud eos existimari etiam philosophos inquit, templa sibi ipsos refert elegisse, in quibus degerent ac philosopharentur. Quippe et ad universam contemplationis deorum appetitionem cognatum esse videbatur, ut ad simulacra eorum assiderent; et id tum securos ipsos reddebat ex divina veneratione, quum omnes quasi sacra quædam animalia philosophos honore prosequerentur : tum quietem ipsis afferebat, quum in celebritatibus tantummodo versandum cum aliquibus ipsis esset : reliquo vero fere tempore templorum aditus aliis non pateret : eo quod ad ea accedere aliter non possent, nisi caste se gessissent a multisque aliis abstinuissent. Hæc siquidem quasi communis quædam templorum Ægypti lex est. Omnibus autem hi opificiis laboribusque humanis repudiatis, totam vitam suam deorum et contemplationi et inspectioni dedicarunt : ex inspectione enim honorem, tutelam et timorem : ex contemplatione scientiam, ex utrisque abditam quandam et quæ priscam dignitatem deceret, morum exercitationem sibi comparabant. Nam semper in divina cognitione et affectione versari, ab omni avaritia et insolentia excludit, affectus reprimit, mentemque ad intelligentiam excitat. Parcimoniam item victusque tenuitatem et continentiam et tolerantiam exercebant, justitiamque in omnibus et æquitatem. Venerabiles autem ex eo etiam reddebantur, quod parum admodum cum aliis versarentur. Nam in ipso castimoniæ et purificationis tempore ne cum maxime quidem sibi cognatis et consortibus consuescebant; neque alias conspiciebantur nisi quum necessarii simul abstinentium usus requirerent : quippe quum penetralia impuris et non purgatis hominibus inaccessa, et ad sacrificandum sancta incolerent. Reliquo omni tempore liberius una cum similibus sui degebant; cum ceteris vero religionis expertibus commercium nullum habebant. Semper autem prope deos deorumque statuas vel ferre aliquid vel præsidere vel constituere cum modestia et gravitate spectabantur. Idque non fastus alicujus, sed naturalis rationis indicium erat. Nam gravitatem venerabilem etiam ex habitu ipso præ se ferebant. Incessus enim erat moderatus, adspectus sedatus, ut quandocumque voluissent, oculis minime nictarentur : risus admodum rarus atque ejusmodi, ut non ultra vultus

ἀεὶ δὲ ἐντὸς τοῦ σχήματος χεῖρες. Καὶ σύμβολόν γε ἦν ἑκάστῳ τῆς τάξεως ἐμφαντικὸν, ἣν ἔλαχεν ἐν τοῖς ἱεροῖς· πλείους γὰρ ἦσαν αἱ τάξεις. Δίαιτα δὲ λιτὴ καὶ ἀφελής· οἴνου μὲν γὰρ οἱ μὲν οὐδ' ὅλως, οἱ δὲ ὀλίγιστα ἐγεύοντο, νεύρων αἰτιώμενοι βλάβας καὶ πλήρωσιν κεφαλῆς, ἐμπόδιον εἰς εὕρεσιν· ἀφροδισίων τε ἔφασαν αὐτὸν ὀρέξεις ἐπιφέρειν. Ταύτῃ δὲ καὶ τῶν ἄλλων εὐλαβῶς εἶχον. Ἄρτοις μὲν οὐδὲ ὅλως ἐν ταῖς ἁγνείαις χρώμενοι, εἰ δέ ποτε μὴ ἁγνεύοιεν, σὺν ὑσσώπῳ κόπτοντες ἤσθιον. Τὸ πολὺ γὰρ αὐτοῦ τῆς δυνάμεως καθαιρεῖν ἔφασαν τὸν ὕσσωπον. Ἐλαίου δ' ἀπείχοντο μὲν ὡς τὸ πολὺ, οἱ πλεῖστοι δὲ καὶ παντελῶς, εἰ δέ που μετὰ λαχάνων χρήσαιντο, παντελῶς ὀλίγῳ, καὶ ὅσον παρηγορῆσαι τὴν αἴσθησιν.

Cap. 7. Τῶν μὲν οὖν ἐκτὸς Αἰγύπτου γιγνομένων βρωμάτων τε καὶ ποτῶν οὐ θέμις ἦν ἅπτεσθαι. Πολύς τις οὕτω τρυφῆς ἀπεκέκλειστο τόπος. Τῶν δὲ κατ' αὐτὴν τὴν Αἴγυπτον ἰχθύων ἀπείχοντο πάντων, καὶ τετραπόδων ὅσα μώνυχα ἢ πολυσχιδῆ ἢ μὴ κερασφόρα, πτηνῶν δὲ ὅσα σαρκοφάγα· πολλοὶ δὲ καθάπαξ τῶν ἐμψύχων· καὶ ἔν γε ταῖς ἁγνείαις ἅπαντες, ὁπότε μηδ' ᾠὸν προσίεντο. Καὶ μέντοι καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ἀσυκοφάντητον ἐποιοῦντο παραίτησιν· οἷον τῶν βοῶν τὰς θηλείας παρῃτοῦντο, τῶν δ' ἀρρένων ὅσα δίδυμα ἢ κατάσπιλα ἢ ἑτερόχροα ἢ παραλλάσσοντα τῇ μορφῇ ἢ δεδαμασμένα, ὡς ἤδη καθωσιωμένα τοῖς πόνοις, καὶ τιμωμένοις ἐμφερῆ, ἢ καθ' ὁντινοῦν οἷον ἀπεικασμὸν ἐξείη (ἐξίῃ Reisk.), ἢ ἑτερόφθαλμα ἢ πρὸς ἀνθρωπείαν ἐμφέρειαν νεύοντα. Μυρίαι δ' ἄλλαι παρατηρήσεις καὶ τῆς περὶ αὐτὰ τέχνης τῶν καλουμένων μοσχοσφραγιστῶν, ἄχρι συντάξεων προάγουσαι βιβλιακῶν. Περιεργότερον δ' ἔτι περὶ τὰ πτηνά, οἷον τρυγόνα μὴ ἐσθίειν· ἱέρακ γὰρ, ἔφασαν, πολλαχῆ τὸ ζῷον συλλαβὼν ἀφίησιν, μισθὸν ἀποδιδοὺς μίξεως σωτηρίαν· ὡς οὖν μὴ λάθοιεν τοιούτῳ περιπεσόντες, ἅπαν αὐτῶν περιίσταντο τὸ γένος. Κοιναὶ μὲν δὴ θρησκεῖαί τινες αὗται, κατὰ γένη δὲ τῶν ἱερέων διάφοροι, καὶ οἰκεῖαι καθ' ἕκαστον θεόν. Αἱ δὲ ἁγνεῖαι πάντων ἐκαθάρευον. Ὁ δὲ χρόνος οὗτος, ὁπότε συντελεῖν τι τῶν περὶ τὴν ἱερὰν μέλλοιεν θρησκείαν, προλαμβάνων ἡμερῶν ἀριθμὸν, οἱ μὲν δυοῖν καὶ τετταράκοντα, οἱ δὲ τούτων πλείους, οἱ δὲ ἐλάσσους, οὐδέποτε μέντοι τῶν ἑπτὰ λειπομένας, παντὸς μὲν ἐμψύχου ἀπείχοντο, παντὸς δὲ λαχάνου τε καὶ ὀσπρίου, πρὸ δὲ πάντων ἀφροδισίων ὁμιλίας γυναικείας· ἄρρενος μὲν γὰρ οὐδὲ τὸν ἄλλον χρόνον μετεῖχον. Τρὶς δὲ τῆς ἡμέρας ἀπελούοντο ψυχρῷ, ἀπό τε κοίτης καὶ πρὸ ἀρίστου καὶ πρὸς ὕπνον. Εἰ δέ ποτε συμβαίη καὶ ὀνειρώττειν, παραχρῆμα ἀπεκάθαιρον λουτρῷ τὸ σῶμα. Ψυχρῷ μὲν οὖν καὶ κατὰ τὸν ἄλλον ἐχρῶντο βίον, οὐ μὴν οὐτωσὶ πλεονάζον. Κοίτῃ δὲ αὐτοῖς ἐκ τῶν σπαδίκων τοῦ φοίνικος, ἃς καλοῦσι βάϊς, ἐπέπλεκτο. Ξύλινον δὲ ἡμικυλίνδριον εὖ λελεασμένον ὑπόθημα τῆς κεφαλῆς· ἤσκουν δὲ δίψαν καὶ πεῖναν, καὶ ὀλιγοστίαν παρὰ πάντα τὸν βίον.

---

hilaritatem progrederetur : semper autem intra indumentum manus continebantur. Quin nota etiam erat singulis, quæ ordinem ac statum cujusque (plures enim erant) significaret, quem in templis sortitus unusquisque fuerat. Victu tenui ac simplici utebantur. Vini enim alii nihil omnino, alii paucissimum adhibebant, ob nervorum læsionem quam inferret, capitisque repletionem, quæ contemplationi esset impedimento : tum quia venereorum appetitiones incitaret. Unde etiam in ceteris assumendis caute admodum se gerebant : panem enim in castimoniis nunquam gustabant ; quando vero abstinentiæ tempus non erat, cum hyssopo contusum edere consueverant : hyssopum enim vim ejus majori ex parte obtundere aiebant. Oleo plerumque omnes, plerique autem semper abstinebant : quodsi quispiam cum oleribus eo aliquando utebatur, id admodum paucum adhibebat, quantum tantummodo sensum mitigare aliquantulum posset.

Cap. 7. Ea porro quæ extra Ægyptum nascebantur esculenta et potulenta, attingere ipsis fas non erat : atque ita multum luxui locum exclusum habebant. Ab omnibus vero qui in Ægypto erant pisces, abstinebant, ab omnibus item quadrupedibus, quæ solipeda aut multifida aut non cornuta essent : a volucribus etiam, quæ carnibus vescerentur. Multi ab omnibus quoque prorsus animalibus, et in purificationibus omnes abstinebant ; quippe quum ne ova quidem tunc ulla sibi esse edenda censerent. Quin etiam aliorum quoque multa ac sycophantica fere apud ipsos observatio erat. Feminas enim ex bobus in esu repudiabant : mares quoque si erant gemelli, si maculosi, si diversi coloris, si varii formæ, si domiti jam essent, utpote qui consecrati jam essent laboribus, similesque iis quæ honorarentur : si quæcumque alia effigie quipiam repræsentarent, si uno tantum oculo essent præditi, si ad humanam similitudinem tenderent. Innumerabiles aliæ observationes sunt, quæ ad eorum artem spectant, qui μοσχοσφραγισταί, id est vitularii seu vitulorum obsignatores, appellantur : quæ ad librorum usque compositiones processerunt. Id quod curiosius etiam circa volucres faciunt. Nam turturem, ut verbi causa hoc referam, sibi non esse comedendam putant. Accipitrem enim aiunt sæpe, ubi eam avem comprehendit, incolumem dimittere, pro mercede concubitus salute condonata. Ne igitur in ejusmodi aliquam ex ipsis incidant, sibi toto earum genere interdicendum consueverunt. Ac hi quidem communes omnibus cultus erant : alii pro sacerdotum genere diversi et singulis diis accommodati. Castimoniæ autem et purificationes in omnibus observabantur. Tempus earum erat, quum aliquid in sacro cultu erant operaturi, numero dierum præfinitum, quandoque duorum et quadraginta, quandoque plurium aut panciorum : ita tamen ut nunquam a septenario deficeret. Tunc ab omnibus animatis abstinebant ; ab omni olere et legumine, in primis vero a congressu venereo mulieris : nam maris consuetudinem alio etiam omni tempore evitabant. Ter in die lavabantur frigida, quum cubitu surrexerant, quum pransuri erant, quum cubitum ibant. Si forte autem contigisset, ut seminis fusione in somniis polluerentur, confestim lavacro corpus expiabant. Frigido sane lavacro in reliqua vita etiam, non ita tamen frequenter utebantur. Cubile ipsis ex palmarum virgultis, quas appellant *bais*, intextum erat. Ligneus autem semicylindrus apte lævigatus capiti subjiciebatur. Sitim et famem et parcum victum toto vitæ tempore exercebant.

Cap. 8 : Μαρτυρία δ' αὐτῶν τῆς ἐγκρατείας, ὅτι μήτε περιπάτοις ἢ αἰώραις χρώμενοι διῆγον ἄνοσοι, καὶ πρὸς μετρίαν ἰσχὺν εὔτονοι. Πολλὰ γοῦν κατὰ τὰς ἱερουργίας ἐνεδέχοντο βάρη, καὶ ὑπηρετήματα τῆς κοινῆς ἰσχύος μείζω. Διῄρουν δὲ νύκτα μὲν εἰς ἐπιτήρησιν οὐρανίων, ἐνίοτε δὲ καὶ ἁγιστείαν, ἡμέραν δὲ εἰς θεραπείαν τῶν θεῶν, καθ' ἣν ἢ τρὶς ἢ τετράκις, κατὰ τὴν ἕω καὶ τὴν ἑσπέραν μεσουρανοῦντά τε τὸν ἥλιον καὶ πρὸς δύσιν καταφερόμενον, τούτους ὑμνοῦντες· τὸν δὲ ἄλλον χρόνον πρὸς θεωρήμασιν ἦσαν ἀριθμητικοῖς τε καὶ γεωμετρικοῖς, ἐκπονοῦντες ἀεί τι, καὶ προσεξευρίσκοντες, συνόλως τε περὶ τὴν ἐμπειρίαν καταγιγνόμενοι. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐν ταῖς χειμερίοις ἐπετήδευον νυξί, φιλολογίᾳ προσαγρυπνοῦντες, ἅτε μήτε πορισμοῦ ποιούμενοι φροντίδα, δεσπότου τε κακοῦ τῆς πολυτελείας ἐλευθεριάζοντες. Ὁ μὲν δὴ πόνος ὁ ἄτρυτός τε καὶ διηνεκὴς καρτερίαν ἀπομαρτυρεῖ τοῖς ἀνδράσι, τὸ δὲ ἀνεπιθύμητον, ἐγκράτειαν. Οἵ γε ἐν τοῖς ἀσεβεστάτοις ἐτίθεντο πλεῖν ἀπ' Αἰγύπτου, διευλαβούμενοι ξενικὰς τρυφὰς καὶ ἐπιτηδεύματα· μόνοις γὰρ ὅσιον ἐδόκει τοῖς κατὰ τὰς βασιλικὰς χρείας ἀπηναγκασμένοις. Πολὺς δὲ καὶ τούτοις ἦν λόγος ἐμμεῖναι τοῖς πατρίοις. Μικρὰ δ' εἰ καταγνωσθεῖεν παραβαίνοντες, ἀπηλαύνοντο. Καὶ τὸ μὲν κατ' ἀλήθειαν φιλοσοφοῦν ἔν τε τοῖς προφήταις ἦν καὶ ἱεροστολισταῖς καὶ ἱερογραμματεῦσιν, ἔτι δὲ ὡρολόγοις. Τὸ δὲ λοιπὸν τῶν ἱερέων τε καὶ παστοφόρων καὶ νεωκόρων πλῆθος καὶ ὑπουργῶν θεοῖς, καθαρεύει μὲν ὁμοίως, οὔτι γε μὴν μετ' ἀκριβείας καὶ ἐγκρατείας τοσῆσδε. Τοιαῦτα μὲν τὰ κατ' Αἰγυπτίους ὑπ' ἀνδρὸς φιλαλήθους τε καὶ ἀκριβοῦς ἔν τε τοῖς στωικοῖς πραγματικώτατα φιλοσοφήσαντος μεμαρτυρημένα.

Eadem tradit Hieronymus Adv. Jovin. II, 13. « Philonem Judæum illa quæ de Therapeutis disputat, sumpsisse a Chæremone, mutatis quibusdam, e fragmine hoc colligebat *Jablonski*. Vide *La Crozii* Thes. Ep. I, p. 180. » Rhoer.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ.

Tzetzes Hist. V, 403 : Ὡς δ' ὁ Αἰγύπτιος ἱερογραμματεὺς Χαιρήμων ἔδειξεν ἐν διδάγμασι τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ὁ φοῖνιξ ἓξ τοῖς ἔτεσι καὶ ἑπτακισχιλίοις θνήσκει παραγενόμενος ἐν τόποις τοῖς Αἰγύπτου.

Cf. Fragm. Chronolog. p. 191.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΟΜΗΤΩΝ.

Origenes C. Celsum I, 51 : Ἀνέγνωμεν δ' ἐν τῷ Περὶ κομητῶν Χαιρήμονος τοῦ στωικοῦ συγγράμματι τίνα τρόπον ἔοθ' ὅτε καὶ ἐπὶ χρηστοῖς ἐσομένοις κομῆται ἀνέτειλαν, καὶ ἐκτίθεται τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν. Seneca Qu. N. VII, 5 : *Charimander* (*Chæremon?*) *quoque in eo libro quem De cometis composuit, ait Anaxagoræ visum grande insolitumque cœlo lumen magnitudine trabis, et id per multos dies fulsisse.*

E SCRIPTO GRAMMATICO.

Apollon. Alexand. Περὶ συνδέσμων, ap. Bekk. An. p. 315, 13 : Τινές φασιν οὐ δεόντως αὐτοὺς (sc. τοὺς παραπληρωματικοὺς) συνδέσμους εἰρῆσθαι, εἴγε συνδέσεως λόγων οὐκ εἰσὶν αἴτιοι. Καί φησι Χαιρήμων ὁ στωικὸς, ὡς κατά τι εἶησαν ἂν σύνδεσμοι· σύνδεσμον γάρ φησι καλεῖσθαι καὶ αὐτὴν φωνὴν [καὶ τὸ ἐξ αὐ]τῆς δηλούμενον, ᾧ λόγῳ καὶ τὰ ἡμέτερα σχήματα, κτλ.

Cap. 8. Continentiæ siquidem eorum illud est, quod licet nullis neque deambulationibus neque gestationibus uterentur, non solum absque morbis vitam traducerent, verum etiam ita valide, ut moderatæ etiam ad labores vires suppeterent : quippe quum onera in sacrorum operationibus sustinerent, atque ministeria obirent, quæ majora esse viderentur, quam ut communibus viribus convenirent. Noctem in cœlestium observationem et quandoque in sanctificationem dividebant. Diem in deorum cultum distribuebant, in quo ter vel quater, mane et vesperi, et quum medium cœlum sol percurreret et quum ad occasum ferretur, hymnos in honorem eorum decantabant. Reliquo tempore contemplationibus arithmeticis et geometricis vacantes semper aliquid elaborabant atque excogitabant, in universumque in experientia versabantur. Eadem exercitatione uti in hiemalibus etiam noctibus consueverant studio literarum invigilantes, utpote qui neque proventus alicujus curam ullam haberent, et a servitute molestæ dominæ luxuriæ liberi essent. Labor sane indefatigabilis et assiduus tolerantiam, cupiditatum omnium vacuitas continentiam hominum manifestat; quippe qui quum peregrinos mores et luxus evitarent, discedere ab Ægypto impium maxime esse censerent. Solis enim iis id licere videbatur, qui negotia regia tractare essent coacti : quibus tamen ipsis patriorum institutorum tanta erat cura, ut si violare ea vel paullulum fuissent deprehensi, ejicerentur. Ac vera quidem philosophandi ratio apud prophetas et sacrificos et scribas, nec non etiam horologos servabatur. Cetera vero sacerdotum et ædituorum et ministrorum multitudo pure etiam ipsa et abstinenter vivebat, non ita exacta tamen diligentia ut illi. Atque hæc sunt quæ de Ægyptiis a viro veritatis studioso et accurato, qui inter Stoicos non inaniter sed solide admodum philosophatus est, prodita memoriæ sunt.

DE SACRIS LITERIS.

Ut Ægyptius sacrorum scriba Chæremon monstravit in præceptis de literis sacris, Phœnix post sex annos et septies mille moritur in Ægypti veniens loca.

DE COMETIS.

Legimus in Chæremonis stoici De cometis scripto, quomodo interdum etiam fausta cometæ præsignaverint, idque declarat exemplis ex historia petitis.

SELEUCUS ALEXANDRINUS.

Σέλευκος, Ἀλεξανδρεὺς, γραμματικὸς, ὃς ἐπεκλήθη Ὁμηρικὸς, ἐσοφίστευσε δὲ ἐν Ῥώμῃ. Ἔγραψε ἐξηγητικὰ εἰς πάντα ὡς εἰπεῖν ποιητήν. Περὶ τῆς ἐν συνωνύμοις διαφορᾶς. Περὶ τῶν ψευδῶς πεπιστευμένων. Περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν. Περὶ θεῶν βιβλία ρ', καὶ ἄλλα Σύμμικτα. Hæc Suidas.

Hic Seleucus, opinor, is est, cujus Suetonius meminit in Tiberio c. 36 : *Quum soleret* (Tiberius) *ex lectione quotidiana quæstiones super cœnam proponere, comperissetque Seleucum grammaticum a ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores, atque ita præparatum venire : primum a contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulit.* Certe Seleucus ille, quem sæpissime laudat Athenæus, quemque celebrem istum Suidæ grammaticum esse dubium vix est, non ante Augusti tempora floruisse, patet ex Athenæo p. 21, D : Τῆς δὲ κατὰ τοῦτον (Μέμφιν) ὀρχήσεως τῆς τραγικῆς καλουμένης πρῶτος εἰσηγητὴς γέγονε Βάθυλλος Ἀλεξανδρεὺς, ὃν φησι νομίμως ὀρχήσασθαι Σέλευκος. Bathyllum Augusti æqualem fuisse constat.

Ceterum nos Seleuci mentionem facimus propterea, quod Βίους scripsisse dicitur.

ΒΙΟΙ.

Harpocratio : Ὁμηρίδαι. Σέλευκος ἐν β' Περὶ βίων ἁμαρτάνειν φησὶ Κράτητα νομίζοντα ἐν ταῖς Ἱεροποιίαις Ὁμηρίδας ἀπογόνους εἶναι τοῦ ποιητοῦ. Ὠνομάσθησαν γὰρ ἀπὸ τῶν ὁμήρων, ἐπεὶ αἱ γυναῖκές ποτε τῶν Χίων ἐν Διονυσίοις παραφρονήσασαι εἰς μάχην ἦλθον τοῖς ἀνδράσι, καὶ δόντες ἀλλήλοις ὅμηρα νυμφίους καὶ νύμφας ἐπαύσαντο, ὧν τοὺς ἀπογόνους Ὁμηρίδας λέγουσιν. De re v. Welcker. Cycl. p. 161. 181.

Etiam philosophorum Vitas in Βίοις tractatas esse probabile. Certe Περὶ φιλοσοφίας librum citat Diog. L. III, 109 : Γέγονε καὶ ἄλλος Πλάτων φιλόσοφος, Ῥόδιος, μαθητὴς Παναιτίου, καθά φησι Σέλευκος ὁ γραμματικὸς ἐν πρώτῳ Περὶ φιλοσοφίας.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΟΛΩΝΟΣ ΑΞΟΝΩΝ.

Photius v. Ὀργεῶνες : Σέλευκος δ' ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σόλωνος ἀξόνων ὀργεῶνάς φησι καλεῖσθαι τοὺς συνόδους (συλλόγους Suid.) ἔχοντας περί τινας ἥρωας ἢ θεούς. Ἤδη δὲ μεταφέροντες καὶ τοὺς ἱερέας οὕτως καλοῦσιν· ὁ γοῦν Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λυδῇ [γ'· « Ἔνθα] Καβάρνους ὤῃκεν ἀγακλείας ὀργείωνας. » Καὶ ὁ Αἰσχύλος ἐν Μυσοῖς τὸν ἱερέα τοῦ Καΐκου προσαγορεύων· « Ποταμοῦ Καΐκου χαῖρε πρῶτος ὀργεών, Εὐχαῖς δὲ σώζοις δεσπότας Παιωνίας. » Περὶ δὲ τῶν ὀργεώνων γέγραφε καὶ Φιλόχορος. Eadem Suidas. Cf. Philoch. fr. 94.

ΣΥΜΜΙΚΤΑ.

Schol. Apoll. Rhod. II, 1055 : Στυμφαλίδες δὲ λέγονται αἱ περὶ αὐτὴν (τὴν Στυμφαλίδα λίμνην) ὄρνιθες, ἃς πλωΐδας εἶπεν Ἀπολλώνιος. Οὕτω δὲ αὐτὰς ὀνομάζει καὶ Σέλευκος ἐν Συμμίκτοις, καὶ Χάρων, αὐτοῦ τοῦ Ἀπολλωνίου γνώριμος ἐν τῷ Περὶ ἱστοριῶν τοῦ Ἀπολλωνίου.

Ex Συμμίκτοις fluxerint etiam hæc ap. Athenæum IV, p. 155, D : Σέλευκος δὲ Θρᾳκῶν φησι τινὰς ἐν τοῖς συμποσίοις ἀγχόνην παίζειν, βρόχον ἀρτήσαντας ἔκ τινος ὕψους στρογγύλον, πρὸς ὃν κατὰ κάθετον προστίθεσθαι λίθον εὐπερίτρεπτον τοῖς ἐπιβαίνουσι. Διαλαγχάνειν οὖν αὐτοὺς, καὶ τὸν λαχόντα, ἔχοντα δρεπάνιον, ἐπιβαίνειν τῷ λίθῳ καὶ τὸν τράχηλον εἰς τὸν βρόχον ἐντιθέναι· παρερχόμενον δ' ἄλλον ἐγείρειν τὸν λίθον· καὶ ὁ χρεμάμενος, ὑποτρέχοντος τοῦ λίθου, ἐὰν μὴ ταχὺ φθάσας ἀποτέμῃ τῷ δρεπάνῳ, τέθνηκε, καὶ οἱ ἄλλοι γελῶσι, παιδιὰν ἔχοντες τὸν ἐκείνου θάνατον (*).

(*) Opus Περὶ θεῶν respicit Porphyr. De abstin. II, 55 (Euseb. P. E. IV, 16, p. 155). Hinc fortasse etiam sua sumpsit Athenæus IV, p. 172, D : Πεμμάτων δὲ πρῶτόν φησι μνημονεῦσαι Πανύασιν Σέλευκος, ἐν οἷς περὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρωποθυσίας διηγεῖται, πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι λέγων πέμματα, πολλὰς δὲ νοσσάδας ὄρνεις, προτέρου Στησιχόρου ἢ Ἰβύκου ἐν Ἄθλοις ἐπιγραφομένοις εἰρηκότος. — Opus Περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν excerpsisse videtur Pseudo-Plutarchus, cujus superstes est Proverbiorum collectio, in qua ea maxime proverbia attulisse se dicit, quibus Alexandrini usi essent (ἐγρῶντο). V. Schneidewin. Præm. præf. p. XXXV. — Præterea Seleucus scripsit Γλώσσας, quas laudat Athenæus p. 50 A, 52 E, 76 F, 77 D, 114 D, 487 A, 645 D, 678 A, C; Steph. Byz. v. Βρεντήσιον. — Περὶ Ἑλληνισμοῦ Athen. p. 367 A, et 398 A (lib. ε'). Ex iisdem libris, partimque ex commentariis in Homerum hausit Athen. p. 40 C, 114 D, 188 F, 267 C, 495 C, 500 B, 658 D, 678 C, 699 E. — *Homerica* dabunt Schol. Od. α, 215. β, 190; Il. α, 211. 340. 381. γ, 57. ι, 33. π, 272. 807. ω, 476; Eustath. in Il. p. 225. 1024. 1179. 1271. Od. p. 1441. 1483. 1963. *Hesiodea* (cf. Mützell. De em. Theog. III, 2) schol. Hes. Opp. 94. 547. Scut. 415. Theog. 114. 160. 270. — Ap. schol. Aristophan. Thesm. 1175 : Σέλ. ἐν τῷ πρὸς Ζήνωνα προτατικῷ. Thesm. 840 · Προβάλλει ὁ Ὁμηρικὸς ἐν τῷ πρὸς Πολύβιον προτατικῷ τίς ἡ Ὑπερβόλου μήτηρ. His adde Hesych. v. βούβιος, διάσχεσις, κάρβανοι, στήριον, τιάλλακτον. Photius v. σησάμην. Eudoc. p. 386. Bekk. An. p. 224, 13. 608, 17.

THRASYLLUS MENDESIUS.

Thrasyllus *Mendesius* apud Pseudo-Plutarchum in libro De fluviis tanquam auctor Θρᾳκικῶν et Αἰγυπτιακῶν operisque Περὶ λίθων laudatur. Quæri potest num opera illa omnino fuerint historica, an in solis fabulis ad magicas superstitiones pertinentibus se continuerint. Quid? quod scripta hæc nec non auctores, quos e solo isto De fluviis libello novimus, commentis ævi infimi deberi a multis censentur. Sed hoc quidem non satis mihi probari sæpius jam monui. Et quod Thrasyllum Mendesium attinet, quum dubium vix sit quin Plutarchus intellexerit Thrasyllum mathematicum illum, astrologum et philosophum Platonicum, qui Tiberii æqualis ac familiaris (*), actisque magicæ magister, anno 36 p. C. diem obiit, nihil video cur infitieris eum et peculiaria opera quæ ad magica spectant conscripsisse, et in aliis operibus sæpius ad superstitiones istas attendisse. Dein vero Ægyptiacam historiam a Thrasyllo, sicuti a Ptolemæo Men-

(*) Schol. Juvenal. Sat. VI, 575 : *Thrasyllus multarum artium scientiam professus postremo se dedit Platonicæ sectæ, ac deinde mathesi, quæ præcipue viguit apud Tiberium, cum quo sub honore ejusdem artis familiarissime vixit : quem postea Tiberius in insula Rhodo* (a. 2 a. C.) *præcipitare voluit in pelagum quasi conscium promissæ dominationis. Quem dolum quum præsensisset, fugit.*

Tacitus Annal. VI, 20 : *Non omiserim præsagium Tiberii de Ser. Galba, tum consule : quem accitum et diversis sermonibus pertentatum, postremo Græcis verbis in hanc sententiam alloculus « Et tu, Galba; quandoque degustabis imperium, » seram ac brevem potentiam significans, scientia Chaldæorum artis, cujus adipiscendæ otium apud Rhodum, magistrum Thrasyllum habuit, peritiam ejus hoc modo expertus. Quoties super tali negotio consultaret, edita domus parte ac liberti unius conscientia utebatur. Is literarum ignarus, corpore valido per avia ac derupta (nam saxis domus imminet) præibat eum, cujus artem experiri Tiberius statuisset, et regredientem, si vanitatis aut fraudum suspicio incesserat, in subjectum mare præcipitabat, ne index arcani exsisteret. Igitur Thrasyllus iisdem rupibus inductus, postquam percunctantem commoverat, imperium ipsi et futura sollerter patefaciens, interrogatus, an suam quoque genitalem horam comperisset; quem tum annum, qualem diem haberet? Ille, positus siderum ac spatia dimensus, hærere primo, dein pavescere, et quantum introspiceret, magis ac magis trepidus admirationis et metus, postremo exclamat, ambiguum sibi ac prope ultimum discrimen instare. Tum complexus eum Tiberius, præscium periculorum et incolumem fore gratatur, quæque dixerat oraculi vice accipiens, inter intimos amicorum tenet.*

Dio Cass. LV, 11 : Θράσυλλον ἄνδρα πάσης ἀστρολογίας διαπεφυκότα ἔχων Τιβέριος πάντα καὶ τὰ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις (Caio et Lucio) πεπρωμένα ἀκριβῶς ἠπίστατο. Καὶ λόγος ἔχει ὅτι μελλήσας ποτὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ τὸν Θράσυλλον ἀπὸ τοῦ τείχους ὥσειν, ἐπειδὴ μόνος αὐτῷ πάνθ' ὅσα ἐνενόει συνήδει, ὡς εἶδεν αὐτὸν σκυθρωπάσαντα, ἤρετο διὰ τί συννένοφεν; εἰπόντος δὲ κίνδυνόν τινα ὑποπτεύειν, θαυμάσας οὐκέτ' αὐτὸ ἐποίησεν. Οὕτω γάρ που πάντα ἐκεῖνος σαφῶς ἤδει, ὥστε καὶ τὸ πλοῖον τὸ τὴν ἀγγελίαν τῷ Τιβερίῳ τῆς ἐς Ῥώμην ἀνακομιδῆς... φέρον πόρρωθεν κατιδὼν προσπλέον, προειπεῖν αὐτῷ ἃ ἀγγέλλειν ἔμελλε.

Sueton. Tiber. c. 14 : *Thrasyllum mathematicum, quem ut sapientiæ professorem contubernio admoverat, tunc maxime expertus est, affirmantem nave prævisa gaudium afferri, quum quidem illum durius et contra prædicta cadentibus rebus, ut falsum et secretorum temere conscium, eo ipso momento dum spatiatur una, præcipitare in mare destinasset.*

Suetonius August. c. 98 (a. 14 p. C.) : *Ex dilectis unum, Masgabam nomine, quasi conditorem insulæ* (Caprearum), κτίστην *vocare consueverat* (Augustus) : *hujus Masgabæ, ante annum defuncti, tumulum quum ex triclinio animadvertisset magna turba multisque luminibus frequentari, versum compositum ex tempore clare pronuntiavit :*

Κτίστου δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.

Conversusque ad Thrasyllum, Tiberii comitem, contra accubantem et ignarum rei interrogavit, cujusnam poetæ putaret esse : quo hæsitante subjecit alium :

Ὁρᾷς φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον;

ac de hoc quoque consuluit. Quum ille nihil aliud responderet, quam, cujuscunque essent, optimos esse, cachinnum sustulit, atque in jocos effusus est.

Idem Tiber. c. 62 : *Quod nisi eum* (Tiberium) *et mors prævenisset, et Thrasyllus consulto, ut aiunt, differre quædam spe longioris vitæ compulisset : plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur.*

Dio Cass. LVII, 15 (an. 16 p. C.) de Tiberio : Τῷ τε Θρασύλλῳ ἀεὶ συνὼν καὶ μαντείᾳ τινὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμενος.

Idem LVIII, 27 : Τότε μὲν γὰρ (Papirio et Plautio coss. an. 36 p. C.) ὁ Θράσυλλος, τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει ἐκεῖνος (Tiberius)... ἐτελεύτησεν.

Tacitus Annal. VI, 22 : *A filio ejusdem Thrasylli prædictum Neronis imperium in tempore memorabitur.*

Cf. præterea Porphyr. Vit. Plotin. c. 20; Cramer. Anecd. Parisin. II, p. 277; Themist. Orat. XII, p. 62. 108. 145. Sevin. *Recherches sur la vie et les ouvrages de Thrasylle*, in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* tom. X; Fabricius Bibl. Gr. tom. II, p. 518; IV, p. 2. Quæ ad mathematica et musica scripta pertinent de industria omittimus. V. Porphyr. in Ptolem. Mus. p. 266 (Θρ. ἐν τῷ Περὶ τῶν ἑπτὰ τόνων); Theon Smyrnæus p. 74 (Θρ. Περὶ τῆς ἐν ὀργάνῳ λέγων ἁρμονίας), 133. 137. 145; Nicomachus Gerasenus Enchirid. harmon. lib. I, p. 25; Achilles Tatius ad Arat. c. 16. 19. De nominis scriptura in codd. varia (Θράσυλλος, Θρασύλος, Θρασύλαος) v. C. Keil. Specim. onomatolog. p. 68 (Lips. 1840) et Mullach. in Democriti operum fragmentis (Berolin. 1843) p. 96.

desio, scriptam esse nescio an recte collegerim ex loco Clementis (v. fr. 3). Quæ præterea Thrasyllus de scriptis Platonis et Democriti, quæ in tetralogias divisit, et de mathematicis et musicis rebus composuit, a nobis aliena sunt.

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ. [ΘΡΑΚΙΚΑ.]

1.

Plutarchus De fluv. 11 : Παράκεινται δ' αὐτῷ (τῷ Στρυμῶνι) ὄρη Ῥοδόπη καὶ Αἷμος. Οὗτοι ἀδελφοὶ τυγχάνοντες, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἀλλήλων ἐμπεσόντες, ὁ μὲν αὐτὴν Ἥραν προσηγόρευσεν, ἡ δὲ τὸν ἀγαπώμενον Δία, μισοπονήρως. Οἱ δ' ἀτιμούμενοι θεοὶ τὴν πρᾶξιν βαρέως ἐνεγκόντες, εἰς ὁμώνυμα ὄρη μετέβαλον ἀμφοτέρους. Γεννῶνται δ' ἐν αὐτοῖς λίθω, Φιλάδελφοι λεγόμενοι, κόρακος τὴν χρόαν, ἀνθρωπόμιμοι· οὗτοι τεθέντες χωρὶς ἀλλήλων, καὶ ὀνομασθέντες, διαλύονται παραχρῆμα καὶ ἰδίᾳ· καθὼς ἱστορεῖ Θράσυλλος Μενδήσιος ἐν γ' Περὶ λίθων· μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον ἐν τοῖς Θρακικοῖς.

Postrema καὶ ὀνομασθέντες κτλ. aperte corrupta sunt : fortasse ὁμόσε ἴασι (vel εἰς ἓν συνίασι) καὶ ἑνωθέντες διαλύονται παραχρῆμα, καὶ ἰδίᾳ τίθενται. Natalis Comes ita vertit, quasi post ἀκριβέστερον excidisset Ἰάσων ὁ Βυζάντιος, cujus Θρακικὰ in antecedentibus a Plut. citantur. Idque non caret veri specie.

Ad aliud Thrasylli scriptum de remediis magicis pertinent ea quæ habet Plinius H. N. XXXII, 5, 19 : *Decem vero cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sint scorpiones ad eum locum coituros magi dicunt : et cum ocimo ipsos cineremve eorum percussis imponunt. Minus in his omnibus marini prosunt, ut Thrasyllus auctor est.* Nominatur præterea Thrasyllus in indice auctt. ad lib. II. IX. XXXI.

ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

2.

Idem ib. c. 16 : Νεῖλος ποταμός ἐστι τῆς Αἰγύπτου, κατὰ πόλιν Ἀλεξάνδρειαν. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μέλας ἀπὸ Μέλανος τοῦ Ποσειδῶνος· ὕστερον δ' Αἴγυπτος ἐπεκλήθη δι' αἰτίαν τοιαύτην· Αἴγυπτος, Ἡφαίστου καὶ Λευκίππης παῖς, βασιλεὺς ὑπῆρχε τῶν τόπων· δι' ἐμφύλιον δὲ πόλεμον μὴ ἀναβαίνοντος τοῦ Νείλου, καὶ λιμῷ συνεχομένων τῶν ἐγχωρίων, ἔχρησεν ὁ Πύθιος τὴν εὐφορίαν, ἐὰν ὁ βασιλεὺς ἀποτρόπαιον θεοῖς τὴν θυγατέρα θύσῃ. Θλιβόμενος δὲ ὑπὸ τῶν κακῶν ὁ τύραννος, τοῖς βωμοῖς Ἀγανίππην προσήγαγε. Τῆς δὲ διασπασθείσης, ὁ Αἴγυπτος δι' ὑπερβολὴν τῆς λύπης ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Μέλανα, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Αἴγυπτος μετωνομάσθη. Προσηγορεύθη δὲ Νεῖλος δι' αἰτίαν τοιαύτην· Γαρμαθώνη, τῶν κατ' Αἴγυπτον βασίλισσα τόπων, ἀποβαλλουσα τὸν υἱὸν αὐτῆς, Χρυσοχόαν, ἀχμῇ ἔφηβον, μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐθρήνει συμπαθῶς τὸν προειρημένον. Ἴσιδος δ' αἰφνιδίως ἐπιφανείσης, τὴν λύπην πρὸς καιρὸν ὑπερέθετο, καὶ προσποιητὴν χάριν σκηψαμένη, τὴν θεὸν ὑπεδέξατο φιλανθρώπως. Ἡ δὲ τὴν διάθεσιν τούτων ἀμείψασθαι βουλομένη τῆς εὐσεβείας, Ὄσιριν παρεκέλευσεν, ὅπως ἀγάγῃ τὸν υἱὸν αὐτῆς ἐκ τῶν καταχθονίων τόπων. Τούτου δὲ ταῖς δεήσεσι τῆς γυναικὸς συμπεριενεχθέντος, Κέρβερος, ὃν ἔνιοι καλοῦσι Φοβερὸν, ὑλάκτησε· Νεῖλος δὲ, τῆς Γαρμαθώνης ἀνὴρ, αἰφνιδίως ἔνθεος γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν καλούμενον Αἴγυπτον· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Νεῖλος μετωνομάσθη. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος, κυάμῳ παρόμοιος, ὃν ἂν κύνες ἴδωσιν, οὐχ ὑλακτοῦσι· ποιεῖ δὲ πρὸς τοὺς δαιμονιζομένους· ἅμα γὰρ προστεθῆναι ταῖς ῥισὶν, ἀπέρχεται τὸ δαιμόνιον. Γεννῶνται δὲ καὶ ἄλλοι

DE LAPIDIBUS.

Adjacent Strymoni montes Rhodope et Hæmus, qui quum fratres essent, et invicem diligerent se, hic sororem suam Junonem ausus est dicere, illa vero amasium suum, Jovem, non sine impietate. Quam quum non pati possent dii, in cognomines montes utrumque transformarunt, in quibus nascuntur lapides *Philadelphi*, id est, fratres amantes, dicti, coracino colore, humani generis imitatores, qui separatim positi illico conjunguntur, et conjuncti statim separantur, ut narrat Thrasyllus Mendesius in tertio De lapidibus, et diligentius (*Iason?*) in Thracicis.

DE REBUS ÆGYPTIIS.

2.

Nilus Ægypti fluvius est juxta Alexandriam, qui dicebatur antea Melas a Melane, Neptuni filio, tandem vero vocatus est Ægyptus hanc ob causam. Ægyptus, Vulcani et Leucippes filius, Ægypti imperium tenuit; quum autem ob civile bellum non retrocederet Nilus, et fame premerentur indigenæ, respondit Pythius, fertilitatem tunc demum futuram, quum rex averruncatricem diis natam sacrificasset. Aganippen igitur hic ad altaria duxit, miseriis et calamitatibus oppressus. Sed ea immolata, tantum animo Ægyptus dolorem concepit, ut se ipsum in fluvium Melanem præcipitem dederit, qui ab eo vocatus est Ægyptus. Sumpsit vero postea nomen Nili ea de causa. Garmathone, Ægypti regina, amisso Chrysochoa filio, nondum pubertatis annum ingresso, eum cum domesticis vehementer lugebat; quum, Iside ei subito apparente, mœrorem ad tempus remittere coacta fuerit. Deam igitur humanissime excepit, simulans præsentiam ejus sibi gratissimam esse; quæ quum debitas ejus pietati gratias reddere vellet, Osiridi præcepit, ut filium ex infernalibus locis reduceret. Eo autem ad mulieris preces se conformante, Cerberus, quem aliqui Phoberum (*Tremendum*) vocant, allatravit; unde Nilus repentino percitus furore in Ægyptum fluvium incidit, qui ab eo deinceps Nilus est vocatus. Producitur in ipso lapis, fabæ speciem referens, quem statim ac canes viderint, non allatrant. Juvat a dæmone possessos; ubi enim admotus est naribus, expellitur subito dæmonium. Reperiunturque

λίθοι, Κόλλωτες καλούμενοι· τούτους κατὰ τὴν ἀσίβειαν τοῦ Νείλου συλλέγουσαι χελιδόνες κατασκευάζουσι τὸ προσαγορευόμενον Χελιδόνιον τεῖχος· ὅπερ ἐπέχει τοῦ ὕδατος τὸν ῥοῖζον, καὶ οὐκ ἐᾷ κατακλυσμῷ φθείρεσθαι τὴν χώραν· καθὼς ἱστορεῖ Θράσυλλος ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς.

Cf. Stobæus Florileg. C, 16, qui pauca ex his excerpsit citato Thrasyllo. Ni fallor, postrema tantum ex Thrasyllo hausta sunt, de quibus cf. Plinius H. N. X, 33, 49: *In Ægypti Heracleotico ostio molem continuatione nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem opponunt* (hirundines) *stadii fere unius spatio; quod humano opere perfici non posset. In eadem juxta oppidum Copton insula est sacra Isidi, quam ne laceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus vernis diebus, palea et stramentis rostrum ejus firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, ut multas in opere emori constet.*

3.

Clemens Strom. I, p. 145 Sylb. (p. 335 Pott.): Γίνεται ἡ ἔξοδος (sc. τῶν Ἰουδαίων) κατὰ Ἴναχον πρὸ τῆς Σωθιακῆς περιόδου ἐξελθόντος ἀπ' Αἰγύπτου Μωυσέως ἔτεσι πρότερον τριακοσίοις τεσσαράκοντα ε'.

Ἀπὸ δὲ τῆς Μωυσέως στρατηγίας καὶ Ἰνάχου ἐπὶ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν, τὴν δευτέραν λέγω ἐπομβρίαν, καὶ ἐπὶ τὸν Φαέθοντος ἐμπρησμόν, ἃ δὴ συμβαίνει κατὰ Κρότωπον, γενεαὶ τέσσαρες ἀριθμοῦνται· εἰς μέντοι τὰ ἑκατὸν ἔτη τρεῖς ἐγκαταλέγονται γενεαί.

Ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸν Ἴδης ἐμπρησμὸν καὶ τὴν εὕρησιν τοῦ σιδήρου καὶ Ἰδαίους Δακτύλους, ἔτη ἑβδομήκοντα τρία, ὥς φησι Θράσυλλος.

Καὶ ἀπὸ Ἴδης ἐμπρησμοῦ ἐπὶ Γανυμήδους ἁρπαγήν, ἔτη ἑξήκοντα πέντε.

Ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν Περσέως στρατείαν ὅτε καὶ Γλαῦκος ἐπὶ Μελικέρτῃ τὰ Ἴσθμια ἔθηκεν, ἔτη πεντεκαίδεκα.

Ἀπὸ δὲ Περσέως στρατείας ἐπὶ Ἴλίου κτίσιν, ἔτη τριάκοντα τέσσαρα.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν εἴσπλουν τῆς Ἀργοῦς, ἔτη ἑξήκοντα τέσσαρα.

Ἐκ τούτου ἐπὶ Θησέα καὶ Μινώταυρον, ἔτη τριάκοντα δύο.

Εἶτα ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, ἔτη δέκα.

Ἐπὶ δὲ τὸν Ὀλυμπίασιν ἀγῶνα ὃν Ἡρακλῆς ἔθηκεν ἐπὶ Πέλοπι, ἔτη τρία.

Εἵς τε τὴν Ἀμαζόνων εἰς Ἀθήνας στρατείαν καὶ τὴν Ἑλένης ὑπὸ Θησέως ἁρπαγήν, ἔτη ἐννέα.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Ἡρακλέους ἀποθέωσιν, ἔτη ἑνδεκα.

Εἶτα ἐπὶ τὴν Ἑλένης ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἁρπαγήν, ἔτη τέσσαρα.

[Εἶτα ἐπὶ τὴν Τροίας ἅλωσιν, ἔτη εἴκοσι.]

Ἀπὸ δὲ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Αἰνείου κάθοδον καὶ κτίσιν Λαουινίου, ἔτη δέκα.

Ἐπί τε τὴν Ἀσκανίου ἀρχήν, ἔτη ὀκτώ.

Καὶ ἐπὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ἔτη ἑξήκοντα ἔνἐπί τε τὴν Ἰφίτου ὀλυμπιάδα, ἔτη τριακόσια τριάκοντα ὀκτώ.

Pro γενεαὶ τέσσαρες ἀριθμοῦνται vgo legitur γ. τεσσαράκοντα ἀρ., errore manifesto. Deinde ante verba ἀπὸ τῆς Τροίας ἁλώσεως patet lacunam esse. Quot anni supplendi sint, e reliquis numeris intelligitur. Ceterum ex hoc loco collegerunt Thrasyllum Chronica rerum Græcarum scripsisse ad exemplum Eratosthenis et Apollodori. Quod non pernego. Est tamen cur addubitaverim. Etenim annus, quo Judæos Ægypto exiisse Clemens statuit, non ab ipso Clemente, puto, computatus est, sed ex Ægyptiæ historiæ scriptore fluxit. Nam ratio qua annus ille ab periodi Sothiacæ initio computatur, uti ab

---

etiam alii lapides, *Collotes* dicti, quos hirundines adversus Nili alluvionem colligunt, ut ex iis murum quem Chelidonium vocant, ædificent, ad cohibendos aquarum impetus et ut regio perpetuo diluvio non corrumpatur aut devastetur, ut tradit Thrasyllus in Ægyptiacis.

3.

	A. C.
Exitus Judæorum fit Inachi temporibus, exeunte Mose ex Ægypto annis 345 ante periodum Sothiacam (i. e. ante annum 1322 a. C.).	1667
A Mose Judæorum duce et ab Inacho usque ad Deucalionis diluvium, quod est secundum, et ad Phaethontis conflagrationem, quæ accidit Crotopi (regis Argivorum) temporibus, quattuor numerantur generationes, ita ut ternæ efficiant seculum (*igitur 4 generationes = 133 1/3 anni.*).	1533
A diluvio ad Idæ incendium et ferri inventionem et Idæos Dactylos anni 73, ut Thrasyllus ait, . . .	1460
Et ab Idæ incendio ad raptum Ganymedis, anni 65.	1395
Hinc ad Persei expeditionem, quando etiam Glaucus Isthmia instituit propter Melicertem, anni 15. . .	1380
A Persei autem expeditione ad Trojam conditam anni 34.	1346
Hinc ad navis quæ Argo dicta est navigationem anni 64.	1282
Ab eo ad Theseum et Minotaurum anni 32. . . .	1250
Deinde ad Septem contra Thebas anni 10.	1240
Hinc ad certamen Olympicum, quod in Pelopis honorem Hercules instituit, anni 3.	1237
Hinc ad Amazonum Athenas expeditionem, et ad Helenam a Theseo raptam, anni 9.	1228
Hinc ad Herculem inter deos relatum anni 11. . .	1217
Hinc ad Helenam ab Alexandro raptam anni 4. . .	1213
(Hinc ad Trojæ excidium anni 20).	1193
Hinc ad Æneæ descensum et Lavinium conditum anni 10.	1183
Hinc ad Ascanii regnum anni 8.	1175
Hinc ad Heraclidarum descensum anni 61.	1114
Hinc ad Iphiti Olympiadem anni 338.	776

Christianorum chronologorum aliena esse solet, sic optime cadit in scriptorem Ægyptium. Is qui fuerit, ex ipso discimus Clemente l. l. p. 138, 19 ed. Sylb. (378 ed. Pott.), ubi Mosem Ægypto exiisse dicit sub Amasi rege, qui Inachi æqualis fuerit, ὡς ἐν τοῖς Χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος (v. Apion. fr. 2; Manethonis fr. p. 577). Jam quum Thrasyllus Mendesius ipse quoque Ægyptiaca scripsisse dicatur, facile fieri potuit, ut quæ Ptolemæus de Amasi utpote Inachi æquali posuerat, Thrasyllus comprobare studeret, apposita rerum Græcarum chronologia ita adornata, ut Inachi ætas incidat in an. 345 ante initium Periodi Sothiacæ. Quare locum nostrum ex Αἰγυπτιακοῖς petitum esse suspicor. Thrasyllum vero a Clemente laudatum eundem esse cum eo qui De Democriti scriptis egit, inde eruo, quod quæ nostro loco de æra Trojana ponuntur, optime conciliari possunt cum iis quæ de Democriti natalibus ex Thrasyllo affert Diogenes Laertius.

ΤΑ ΠΡΟ ΤΗΣ ΑΝΑΓΝΩΣΕΩΣ ΤΩΝ ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ ΒΙΒΛΙΩΝ.

4.

Diogenes L. IX, 41 : Γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις, ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ μικρῷ Διακόσμῳ, νέος κατὰ πρεσβύτην Ἀναξαγόραν, ἔτεσιν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα. Συντετάχθαι δέ φησι τὸν μικρὸν Διάκοσμον ἔτεσιν ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τριάκοντα καὶ ἑπτακοσίοις. Γεγόνοι δ' ἄν, ὡς μὲν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα· ὡς δὲ Θρασύλος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐνιαυτῷ, φησί, πρεσβύτερος ὢν Σωκράτους.

Vides Democritum in computo suo ab æra Trojana proficisci. Idem fecerunt Apollodorus et Thrasyllus, quorum ille D. natum dicit an. 460, hic an. 470, quoniam ille Trojam captam ponit an. 1183, hic vero an. 1193, ut patet ex fr. 3. Uterque ab æra Trojana numerat annos 723. Idem fecit auctor Diodori (XIV, 11), qui D. natum refert an. 494. Nimirum proficiscitur ab æra Trojana ap. antiquiores scriptores usitata, anni 1217 (1217 —723=494), uti monui tom. II, p. 24.

5.

Idem IX, 36 : Δοκεῖ δὲ (Δημόκριτος), φησὶ, καὶ Ἀθήναζε ἐλθεῖν καὶ μὴ σπουδάσαι γνωσθῆναι, δόξης καταφρονῶν. Καὶ εἰδέναι μὲν Σωκράτην, ἀγνοεῖσθαι δὲ ὑπ' αὐτοῦ· « Ἦλθον γὰρ, φησὶν, ἐς Ἀθήνας καὶ οὔτις με ἔγνωκεν. » « Εἴπερ οἱ Ἀντερασταὶ Πλάτωνός εἰσι, » φησὶ Θρασύλος, « οὗτος ἂν εἴη ὁ παραγενόμενος ἀνώνυμος, τῶν περὶ Οἰνοπίδην καὶ Ἀναξαγόραν ἕτερος, ἐν τῇ πρὸς Σωκράτην ὁμιλίᾳ διαλεγόμενος περὶ φιλοσοφίας, ᾗ, φησὶν, ὁ φιλόσοφος ὡς πενταθλῳ ἔοικεν. »

6.

Idem IX, 38 : Δῆλον δὲ κἀκ τῶν συγγραμμάτων οἷος ἦν (Δημόκριτος). Δοκεῖ δὲ, φησὶν ὁ Θρασύλος, ζηλωτὴς γεγονέναι καὶ τῶν Πυθαγορικῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ Πυθαγόρου μέμνηται, θαυμάζων αὐτὸν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ συγγράμματι. Πάντα δὲ δοκεῖ παρὰ τούτου λαβεῖν καὶ αὐτοῦ δ' ἂν ἀκηκοέναι, εἰ μὴ τὰ τῶν χρόνων ἐμάχετο.

Idem IX, 45 : Τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θρασύλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν οὕτως ὥσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος, κατὰ τετραλογίαν. Sequitur scriptorum recensus, quem non exscribo. Vide, qui fuse de his exponit, Mullachium in libro De Democrito p. 105

LEGENDA ANTE LECTIONEM DEMOCRITI.

4.

Erat, ut ipse in parvo Diacosmo refert, Democritus juvenis senescente Anaxagora, illo minor natu annis quadraginta. Parvum vero illum Diacosmum a se compositum refert anno post Trojæ excidium septingentesimo trigesimo. Natus itaque fuerit, ut ait Apollodorus in Chronicis, Olympiade octogesima (460 a. C.); ut autem Thrasylus in eo libro qui inscribitur Legenda ante lectionem librorum Democriti, memorat, anno tertio septuagesimæ septimæ Olympiadis (470 a. C.), anno major natu quam Socrates.

5.

Constat, inquit (Demetrius in Nominibus cognominibus), Democritum Athenas quoque venisse atque ob despectum gloriæ agnosci noluisse : et cognovisse quidem Socratem, sed in ejus notitiam non venisse. Veni enim Athenas, inquit, et me nemo cognovit. « Si quidem Anterastæ Platonis sunt, ait Thrasylus, hic esse videtur ille qui non nominatus aderat, diversus ab asseclis Œnopidis et Anaxagoræ, in colloquio cum Socrate disserens de philosophia, cui, ait, pentathlo similis videtur esse philosophus. »

6.

Constat autem vel ex scriptis Democriti cujusmodi fuerit. Videtur autem, ut ait Thrasylus, et Pythagoreos æmulatus : quin etiam ipsius Pythagoræ meminit, illum singulari admiratione venerans in libro cognomine. Adeo autem videtur ab illo accepisse omnia, ut, nisi temporum ratio obstaret, illum et audivisse putaretur.

Ceterum Democriti libros et Thrasylus notavit atque in ordinem digessit sicuti Platonis, secundum tetralogiam.

sqq. Quemadmodum Democriti, sic etiam *Platonis scripta* secundum tetralogias distributa adornaverat. Diogen. L. III, 56 : Θρασύλος δέ φησι καὶ κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδοῦναι αὐτὸν τοὺς διαλόγους. Deinde singuli dialogi ex Thrasylli rationibus recensentur, usque ad § 61, ubi : Οὗτος μὲν οὕτω διαιρεῖ, καί τινες. Id. ib. III, 1 : Φασὶ δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ (Πλάτωνος) ἀνάγειν εἰς Κόδρον τὸν Μελάνθου, οἵτινες ἀπὸ Ποσειδῶνος ἱστοροῦνται, κατὰ Θρασύλον.

POTAMO MYTILENÆUS.

Potamo Mytilenæus patrem habuit Lesbonactem (*) philosophum, qui πλεῖστα φιλόσοφα scripsit (Suidas v. Λεσβῶναξ). Patris filiique nomina exhibet inscriptio sellæ marmoreæ, in Lesbo ins. effossæ, cui insculpta leguntur hæc (v. Ambr. Firmin. Didot. *Notes sur un voyage dans le Levant;* Bœckh. C. I. II, p. 194). :

(*) Plehn. Lesbiac. p. 217 : « De eo apud Lucianum De saltat. p. 69 hæc leguntur : Λεσβῶναξ ὁ Μυτιληναῖος, ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, χειρισόφους τοὺς ὀρχηστὰς ἀπεκάλει καὶ ἤει ἐπὶ τὴν θέαν αὐτῶν ὡς βελτίων, ἀναστρέψων ἀπὸ τοῦ θεάτρου. Ad quem locum scholiasta ita scribit : Τοῦτον λέγει Λεσβώναχτα, οὗ καὶ ἄλλαι μελέται ῥητορικαὶ φέρονται θαυμάσιαι καὶ ἐνάμιλλοι Νικοστράτου καὶ Φιλοστράτου τῶν ἐν τοῖς τ' νεωτέροις σοφισταῖς διαπρεπόντων, μάλιστα δὲ αἱ ἐρωτικαὶ ἐπιστολαὶ πολλὴν τὴν ἐκ τοῦ λόγου ἀποστάζουσαι ἡδονήν. Confudisse videtur grammaticus Lesbonactem Mytilenæum cum illo, cujus orationes XVI politicas legisse se testatur Photius, e quibus tres hodie supersunt. Exstat nummus in Lesbonactis honorem a Mytilenæis cusus, cum inscriptione ΛΕΣΒΩΝΑΞ ΗΡΟΣ (sic) ΝΕΟΣ. Vide Mionnet. III, p. 48, nr. 116. Commemorat nummum illum a Gallo quodam in dissertatione Parisiis ann. 1754 impressa editum etiam Visconti in Icon. Gr. tom. III, p. 319. Is tamen in eo inscriptum esse dicit ΗΡΩΣ ΝΕΟΣ ΛΕΣΒΩΝΑΞ, quæ verba mire interpretatur : *heros novus Lesbi patronus.* Caput nummo insculptum Antinoi ab Hadriano dilecti esse putat creditque nomen ΛΕΣΒΩΝΑΞ Bacchi fuisse epitheton, quod ad dei illius cultum respicientes Antinoo indiderint Mytilenæi. » Cf. Bœckhius l. l. : « Ad eundem (Lesbonactem Potamonis patrem) referri Cargi nummum cum inscriptione ΗΡΩΣ ΝΕΟΣ ΛΕΣΒΩΝΑΞ, etiam post Visconti dubitationem censeo (cf. Plehn. Lesb. p. 217); mire enim prodigi Mytilenæi in honoribus conferendis fuerunt, qui Theophanem defunctum inter deos retulerint : nec credo honores Agrippæ et Tiberio atque Agrippinæ et Germanico post obitum demum habitos esse. » Alius Lesbonactis Περὶ σχημάτων libellum Ammonio adjunxit Valckenarius.

ΠΟΤΑΜΩΝΟΣ

ΤΩ ΛΕΣΒΩΝΑΚΤΟΣ

ΠΡΟΕΔΡΙΑ.

Inter claros viros Mytilenis oriundos Potamonem (*) recenset Strabo XIII, p. 617 : Ὕστερον δ' ἐγένετο χρόνοις πολλοῖς Διοφάνης ὁ ῥήτωρ· καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων καὶ Λεσβοκλῆς καὶ Κριναγόρας καὶ ὁ συγγραφεὺς Θεοφάνης. Magnum declamatorem commemorat etiam Seneca Suasor. c. 2. Hesychio Milesio et Suida testibus (v. Ποτάμων coll. v. Θεόδωρος Γαδαρεύς), sub Tiberio Romæ sophisticen exercuit, gratiaque apud Cæsarem magnopere polluit, adeo ut, quum aliquando in patriam rediret, hujusmodi literis a Tiberio instructus esse dicatur : Ποτάμωνα Λεσβώνακτος εἴ τις ἀδικεῖν τολμήσει, σκεψάσθω εἴ μοι δυνήσεται πολεμεῖν. Vixit annis nonaginta. Lucian. Macrob. c. 23 : Ποτάμων δὲ οὐκ ἄδοξος ῥήτωρ ἔτη ἐνενήκοντα (ἐβίωσεν). De scriptis ejus Suidas : Ἔγραψε Περὶ Ἀλεξάνδρου Μακεδόνος. Ὥρους (ὅρους codd.) Σαμίων. Βρούτου ἐγκώμιον. Καίσαρος ἐγκώμιον. Περὶ τελείου ῥήτορος. Ex quibus, præter locum ex Alexandri historia petitum, nihil tulit ætatem.

ΠΕΡΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Plutarchus Alex. 61 : Alexander in Bucephali equi honorem Bucephaliam ad Hydaspen condidit. Λέγεται δὲ καὶ κύνα, Περίταν ὄνομα, τεθραμμένον ἀποβαλὼν κτίσαι πόλιν ἐπώνυμον. Τοῦτο δὲ Σωτίων φησὶ Ποτάμωνος ἀκοῦσαι τοῦ Λεσβίου. Sotion probabiliter is est, qui Περὶ ποταμῶν καὶ λιμνῶν καὶ χρηνῶν παραδοξουμένων scripsit. V. Westermann. Paradox. p. 183 sqq.

(*) « Cave Potamonem hunc Lesbium confundas cum Potamone Alexandrino, qui et ipse quidem sub Augusto et deinceps claruit, verum non rhetor sed philosophus fuit ac primus condidit sectam ἐκλεκτικήν quæ ab eo Potamonica vocabatur, ut pluribus exposui libro De philosophorum sectis. » Voss. Hist. Gr. p. 233. Vide Diog. L. Prooem. § 21; Simplic. in Aristot. De cœlo p. 149 *b*. 459 *b*. 160; Porphyr. Vit. Plotin. c. 9.

APION OASITA.

Suidas : Ἀπίων ὁ Πλειστονίκου, ὁ ἐπικληθεὶς Μόχθος, Αἰγύπτιος, κατὰ δ' Ἑλικώνιον Κρὴς, γραμματικὸς, μαθητὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀρχιβίου. Ἠκηκόει δὲ καὶ Εὐφράνορος γηραιοῦ καὶ ὑπὲρ ρ' ἔτη γεγονότος, Διδύμου δὲ τοῦ μεγάλου θρεπτός. Ἐπαίδευσε δ' ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος καὶ Κλαυδίου ἐν Ῥώμῃ. Ἦν δὲ διάδοχος Θέωνος τοῦ γραμματικοῦ, καὶ σύγχρονος Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασσέως. Ἔγραψεν Ἱστορίαν κατ' ἔθνος καὶ ἄλλα τινά. Cf. Eudocia p. 63.

Ἀπίων ὁ Ποσειδωνίου legis apud Africanum, Syncellum et Justinum Martyrem (v. fr. 2). Pro Ποσειδωνίου Suidas exhibet Πλειστονίκου, idque rectius; quamquam patris nomen cum cognomine filii grammaticus confudisse videri postest; nam Ἀπίων, ὁ γραμματικὸς, ὁ Πλειστονίκης (al. πλειστονείκης) ἐπικληθεὶς dicitur Clementi (fr. 2). Cf. Gellius V, 14 (fr. 5) *Apion, qui Plistonices appellatus est;* id. VI, 8 (fr. 26.) : Ἀπίων, *Græcus homo, qui* πλειστονίκης *est appellatus;* Plinius H. N. XXXVII, 5, 19 (fr. 8), *Apion cognominatus Plistonices* (*) — De Μόχθος cognomine cf. Suidas v. Ἀντέρως : Ἀντέρως, ὁ καὶ Ἀπολλώνιος, Ἀλεξανδρεὺς, γραμματικὸς... ἀκουστὴς δ' ἦν Ἀπίωνος τοῦ Μόχθου. Apollonius Synt. p. 92 : Οἱ περὶ Ἀπίωνα τὸν Μόχθον. Schol. Arist. Pac. p. v. 778 : Σύνηθες ἦν τοῖς παλαιοῖς ᾄδειν θεῶν τε καὶ ἡρώων γάμους. Σημειοῦται δὲ ταῦτα ὁ Μόχθος πρὸς τοὺς ἀθετοῦντας τὴν ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης μοιχείαν. — Id nominis Apionem tulisse, quia vir *laboriosissimus* fuerit, censent Vossius, Sturzius, alii (**). At male hoc quadrare in hominem circumforaneum potius quam assiduum et χαλκέντερον monens Lehrsius (l. l. p. 24) : « Quid, ait, si ideo potius dictum, quod erat ἀνὴρ φορτικὸς, homo insolens? »

Natus Apion in Oasi Ægypti (Joseph. C. Ap. II, 3). Ibi Samios Æschrioniæ tribus habitasse scimus ex Herodoto (III, 26). Fortasse ibidem etiam Cretenses consederant, ex quibus oriundus Apion; nam Cretensem vocat Heliconius (***). Juvenis Alexandriam se contulisse videtur, ubi grammaticis celeberrimis Apollonio et Didymo præceptoribus usus, scholæ Theonis successor exstitit, et civitate ab Alexandrinis donatus est (Joseph. l. l.). Deinde C. Cæsaris temporibus omnem Græciam pervagatus declamationibus suis, quas de Homeri carminibus habebat, magnam ubique famam sibi peperit (Seneca Ep. 88). Sub Tiberio Romæ docuit; Alexandriam reversus mox denuo Romam venit legatus, qui apud Caligulam imperatorem Judæos accusaret (Joseph. Ant. Jud. XVIII, c. 14 et 15); provectus jam ætate iterum Romæ scholas aperuit sub Claudio imperatore (qui regnavit a. 41-54 p. Chr.). Vidit eum Plinius *adolescens* (natus est c. an. 23). Vide fr. 28. Quæ de morte ejus tradit vel mentitus est Josephus, leguntur fragm. 24.

SCRIPTA APIONIS.

1. Ἱστορία κατ' ἔθνος. Suidas. Aliunde non nota.

2. Αἰγυπτιακά (fr. 1-14), libris V; vide fr. 2.

3. Τὰ κατὰ Ἰουδαίων (fr. 15-25).

4. *De Alexandri regis laudibus* (fr. 26).

5. Περὶ τῆς Ἀπιχίου τρυφῆς (fr. 27).

6. Περὶ μάγου (fr. 28.)

7. *De metallica disciplina.* Index auctorum ad Plin. H. N. XXXV.

(*) Lems. Qu. Ep. p. 23 not. : « Ὁ Πλειστονίκης tantum patris nomen esse ex more Latinorum (ut Apollonius Molo et similia, v. Sturz. Op. p. 14) alii recte monuerunt. Nec aliud quid credidisse putandi sunt qui hoc modo locuti sunt.: *Apio, cognominatus Plistonices*, etc.; nam cognomen hoc etiam recte dicitur in Græcis. Ad Latinorum morem patris nomen per nominativum addere fortasse præcipue invaluit in iis, quibus frequentior cum Romanis consuetudo intercesserat, quod recte valet de Apione et de Apollonio rhetore. Deinde vero Græce loquentes item sic loqui non defugerunt. Imo hoc tam late patuit, ut e. g. Josephus non tantum Apollonius ὁ Μόλων dicat (Adv. Ap. II, 14, 36), sed etiam Μόλων (ib. II, 2, 33, 41). Si tam multi Apiones fuissent quam Apollonii, facile pro Apione Plistonicen haberemus. » — Quod Apionis magister dicatur Apollonius Archebii filius, id falsum esse ex Lexico Homerico hujus Apollonii probare studet Lachmann. De Babrio p. XI. « Ex quo libro, ait, apparet hunc Apionis auditorem fuisse, qui vanissima ejus commenta cum scholæ Aristarcheæ disciplina conciliare non posset, et ne defunctum quidem acerbius reprehendere auderet : nam plerumque leniter subjicit : δύναται δὲ καὶ εἶναι, βέλτιον δὲ, οὐκ ἔστι δὲ, ἔστι δὲ μᾶλλον, ἡμῖν δὲ φαίνεται, rarius οὐχ ὑγιῶς, semel κακῶς p. 126,1, semel γελοίως p. 167, 4. »

(**) Suidas : Ἑλικώνιος, σοφιστὴς Βυζάντιος. Ἔγραψε χρονικὴν ἐπιτομὴν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἐν βιβλίοις ι'.

8. Περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου. Athenæus XV, p. 680, D.

9. Περὶ στοιχείων v. Schol. in Dion. Gr. in Bekk. An. p. 764.

10. *Commentarii et glossæ in Homeri carmina* (*).

11. *Commentarii in Aristophanem?* Vide Schol. in Ar. Eq. 577.

Alia quæ ex Apione afferuntur, ad alios libros pertineant, quorum tituli nunc ignorantur.

De indole horum scriptorum audiamus, quæ disputat Lehrsius l. l. p. 3 : « Seneca Ep. 88 : *Apion grammaticus, qui sub C. Cæsare tota circumlatus est Græcia* (**) *et in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus* (***), *aiebat*, etc. Fuit igitur sua ætate celeberrimus. Unde hæc gloria? Partim quidem ex vana hominis loquacitate, qui et sui ipsius præco esset et mirabilia quæque ad vulgi stuporem aucuparetur. Plinius H. N. præf. : *Apion quidem grammaticus, hic quem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocabat, quum propriæ* (****) *famæ tympanum potius videri posset*, etc. Hoc quid sit explicat Apulcius De orthogr. p. 5, Os. : *Cymbalum hya habet et similiter tympanum... Vulgatum est proverbium in eos, qui vana loquacitate improbe, importune inaniterque loquuntur, cymbalum Dodoneum, ut tintinnabulum, ut lebes, ut æs Dodoneum, ut pelvis ærea, ut tympanum mundi, ex Aristotele, Menandro, Xenophonte, Zenodoro, Cæcilio, Plinio, Suida et aliis. Lupus Anilus proin cymbalum appellat Uranium æmulum.* Ut clarius indicetur suæ ipsius gloriæ præconem fuisse Plinius maluit eum propriæ famæ tympanum dici : nec cymbalum, sed tympanum, quia hoc sonorum etiam præ illo. — *Vitium studiumque ostentationis* ei attribuit Gellius V, 14, et *esse* ait *sanequam in prædicandis doctrinis suis venditatorem* (fr. 5). Nec dubitari potest (tam conspirant diserta testimonia), quin hæc ejus venditatio ea fuerit, quæ quibusdam, veluti Plinio, stomachum moverit, aliis et nobis ipsis risum movere debeat. Sunt enim nimium quantum festiva et ridicula. Judæis infensus vitio dedit, nullos inter illos exstitisse doctrina præstantes : tum Græcos contra ponens Socratem, Zenonem, alios de principibus evocavit : εἶτα τὸ θαυμασιώτατον... αὐτὸς ἑαυτὸν προστίθησι καὶ μακαρίζει τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὅτι τοιοῦτον ἔχει πολίτην (Joseph. C. Ap. II, 12). Infestissimus illi Josephus; attamen hoc mentiri non poterat, nec mentitus est : nam Plinius quod memoriæ prodidit prorsus ejusdem notæ est : quippe *immortalitate a se donari scripsit, ad quos componebat* (Plin. l. l.).

« Hoc studio veritatem rerum gestarum ab eo eversam esse, doctrinæ diligentiam posthabitam, et incredibilia tradita, quo vulgo imponeret, ut facile conjicias, sic veteres plerique crediderunt. Etenim Gellius V, 14 : *Sed in his quæ audivisse vel legisse sese dicit, fortasse a vitio studioque ostentationis fit loquacior* (fr. 5). Et Ælianus ex eo referens de Ibide immortali, de qua tamen Apio ipse dubitaverat, addit : « Et mihi quidem prorsus patet rem esse ementitam, siquidem *etiam illi* videtur (fr. 11). Quare alio loco (fr. 12) referens ex eo, cervos esse quibusdam locis quaternis cornibus præditos, adjicit : εἰ μὴ τερατεύεται. Simillime Plinius, θαυμάσιον ἄκουσμα ex illo petens his verbis usus est : *Ut incredibile dictu, Apion gr. scriptum reliquit* (fr. 31). Restat Plinii de mendaciis ejus indignatio : *Quærat aliquis* etc. (Vide fr. 28). Sed priusquam de hac re moneamus, alia quædam Homerica proferamus, quæ ventosum hominem produnt. Athenæus p. 16, F (Eustath. 1397, 1426, 18) : Ἀπίων δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς καὶ ἀκηκοέναι φησὶ παρὰ τοῦ Ἰθακησίου Κτήσωνος τὴν τῶν μνηστήρων πεττείαν οἵα ἦν, et describit deinde qualis fuerit. Quis, quæso, iste Cteso, ad quem refert auctorem, quasi ille oculis suis procos ludentes vidisset. Scilicet sic « mundus decipitur. » Habuit hoc Apion, ut se ipsum audisse aliquid vel vidisse diceret. Ibin immortalem Hermopoli sacerdotes ipsi ostenderant (fr. 12). Androclum cum leone ipsum sese in urbe Roma vidisse oculis suis confirmavit : *Ejus rei*, inquit, *Romæ quum forte essem, spectator fui* (fr. 5). De pueri et delphini amoribus historiolam sic exorsus erat : Αὐτὸς δ' οὖν εἶδον περὶ Δικαιαρχίαν (fr. 6). Et viderat sine dubio multa, qui multas terras viderat, homo curiosus : attamen jam, opinor, satis cognitum habemus hunc ventilatorem, nec putabimus religioni ei fuisse nonnunquam etiam ocu-

(*) Lehrs. l. l. p 33 : « Apionis Homerica duobus operibus continebantur, commentariis et glossis. Commentarii... ipso addito titulo nusquam laudantur. Sed fuisse et hinc sumpta esse omnia illa, quæ in glossis locum non habebant, non potest dubitari. » Plura de his sicuti de Crateteo Apionis Homerica interpretandi studio, de etymologiis ejus ceteraque grammatices scientia haud ita magna, apud ipsum legas Lehrsium docte uti solet hæc omnia pertractantem. Cf. etiam Ritschl. in libro *Die Alex. Bibl.* etc. p. 142 sq. Ad nos hæc parum pertinent.

Ceterum ad Glossas referendum fuerit etiam locus Suidæ v. ἀγύρτης, ubi vgo. legitur ὡς Ἀπίων ἐν Ἐπιγράμμασι. Interpungendum post v. Ἀπίων.

(**) Recte, opinor, hoc explicatur « quasi manibus gestatus et ut publica quadam pompa. » Non aptum *circulatus*.

(***) Verba hæc Lehrsius p. 18 ita accipit, ut Apionem lectionibus suis Homericis oppidorum plausus et admirationem excitantem *Homerici* cognomine exornatum esse statuat. Equidem cum Welckero Cycl. p. 197 de civitatis jure a multis oppidis in Apionem collato cogitare malim.

(****) Sic rectissime ex codd. vestigiis edidit Silligius pro *publicæ*.

lorum et aurium suarum auctoritatem ementiri, ut de se ipse loqueretur, et eo magis ad admirationem erigeret audientium animos. Sic de ludo calculorum, quo utuntur proci in Odyssea, illa lepide callida proferens, se qualis fuerit in ipsa Ithaca a Ctesone audisse enarrabat (sive fuit Itathæ sive non fuit, sive audiit sive non audiit). Non novit vulgus hominum, nec quid hodie fiat observavit, qui talia admirationem et plausum excitare et vero etiam fidem invenire, quamvis sint inania, dubitet. Apion quidem prudentior erat et illud vulgus noverat melius. Et hoc unum testatum faceret, nisi satis superque undecunque eluceret, ne hoc quidem Josephum ultra id quod verum est dixisse, cum παρὰ πάντα τὸν βίον ὀχλαγωγὸν γεγονέναι (C. Ap. II, 1). Multo melius hominis imaginem percipiemus, ubi eum non tam scribentem (quanquam idem mos et eædem partim res transibant in scripta) quam ad auditores, ut facere solebat, de Homero declamantem et Homerum explicantem fingimus. Etenim ad hoc totam Græciam peragravit (Sen. Ep. 88). Jam oculis meis video hominem hoc modo declamantem : *Homerum utraque materia consummata, Odyssea et Iliade, principium adjecisse operi suo, quo bellum Trojanum complexus est.* Et *hujus rei argumentum afferentem, quod duas literas in primo versu posuisset ex industria librorum suorum numerum continentes.* Sc. MH i. e. XLVIII (*). Stupent audientes rem novam et argute scilicet excogitatam, εὖ γε acclamant, plaudunt impense. — Non plauserunt fortasse, sed religioso silentio auscultabant de ψυχομαντείᾳ sua referenti : ut Homerum ex inferis excitaverit ad percontandum, qua patria, quibusque parentibus natus esset (fr. 28). Et Homerus non minus facilem se ei præbuisse videtur, quam Achilles Apollonio Tyanensi (Philostr. V. Ap. p. 153). Dixit enim; sed tamquam ἀπόρρητον, et in vulgus efferri vetuit. Ergo non audere sese profiteri, quid responderit : impedire religione : « Εὔστομα κείσθω. » Tam scite ille elusit credulos.

« Facundia Apioni diserte tribuitur. Gellius VI, 8 : *Apion... facili atque alacri facundia fuit.* (Quod in sequentibus probat Lehrsius apponens nonnulla ex fragm. 5, 6, 26, quæ vide.) Ac eloquentiæ sine dubio debebat præcipue, non calliditati solum, quod eum potissimum eligebant Alexandrini, qui Judæos apud Caligulam imperatorem incusaret (*). Qua causa simul factum est ut ejus nomen et ingenium præ aliis grammaticis in Christianorum doctiorum et indoctiorum notitiam veniret. Induxerant eum qui cum apostolis et primis patribus disputans veterem religionem defenderet. Euseb. H. Eccl. III, 38, de scriptis Clementi Romano suppositis verba faciens : Ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα ἐχθὲς καὶ πρώην τινὲς προήγαγον, Πέτρου δὴ καὶ Ἀπίωνος διαλόγους περιέχοντα· ὧν οὐδ' ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται. Festivus est Apion Plistonicensi in Recognitionibus Clementis quæ feruntur l. X, p. 151 (ed. Lambert. Gruteri, Colon. 1570) : ubi quidem non disputat cum Petro, qui adest; sed cum Clemente disputat in Epitome de rebus gestis Petri p. 391. » Hæc Lehrsius.

(*) « Hoc referens Seneca l. l. utitur imperfecto : *Apion... aiebat :... argumentum afferebat..* Quo videtur significare hoc illum dicere solitum, quum ore Homerum explicaret. »

ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

Ἐν βιβλίοις ε'.

1.

E LIBRO TERTIO.

Josephus C. Apion. II, c. 2 : Φησὶ γὰρ (Ἀπίων) ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν τάδε· « Μωϋσῆς, ὡς ἤκουσα παρὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν Αἰγυπτίων, ἦν Ἡλιουπολίτης· ὃς, πατρίοις ἔθεσι κατηγγυημένος, αἰθρίους προσευχὰς ἀνῆγεν εἰς οἴους εἶχεν ἡ πόλις περιβόλους, πρὸς ἀφηλιώτην δὲ πᾶσαν ἀπέστρεφεν· ὧδε γὰρ καὶ Ἥλιόυ κεῖται πόλις. Ἀντὶ δὲ ὀβελῶν ἔστησε κίονας, ὑφ' οἷς ἦν ἐκτύπωμα σκάφης, σκιὰ δ' ἀπ' ἄκρων ἐπ' αὐτὴν διακειμένη, ὡς, ὃν ἐν αἰθέρι, τοῦτον ἀεὶ τὸν δρόμον ἡλίῳ συμπεριπολεῖ. »

(**) « De ineptiis et mendaciis, quæ libro suo contra Judæos scripto in medium proferre haud reveritus est, non est quod dicamus, quum res fragmenta perlustranti unicuique pateat. Josephus C. Ap. II, 1 : Τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων τοῖς ὑπ' ἄλλων εἰρημένοις ὅμοια, τὰ δὲ λίαν ψυχρῶς προσέθηκεν, τὰ πλεῖστα δὲ βωμολοχίαν ἔχει καὶ πολλὴν, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀπαιδευσίαν· ὡς ἂν ὑπ' ἀνθρώπου συγκείμενα καὶ φαύλου τὸν τρόπον καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ὀχλαγωγοῦ γεγονότα. »

« De contemptione ejus Judæorum judicium est ap. Niebuhrium H. Rom. I, p. 7, accuratius illud sub examen vocandum »

DE REBUS ÆGYPTIORUM.

1.

Apion in tertio rerum Ægyptiacarum dicit : « Moyses, ut accepi a grandioribus natu Ægyptiis, Heliopolitanus erat; qui patriis institutis obligatus, subdiales precationes ad septa, qualia urbs habebat, reduxit : totam autem civitatem ad subsolanum convertebat; ita enim Heliopolis sita est. Pro gnomonibus autem columnas statuit, quibus scaphæ forma subjecta erat; ab harum vero summitatibus umbra

Τοιαύτη μέν τις ἡ θαυμαστὴ τοῦ γραμματικοῦ φράσις, τὸ δὲ ψεῦσμα λόγων οὐ δεόμενον, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων περιφανές. De columnis istis vide doctam disputationem Moversii (*Phœnizien* tom. I, p. 296 sqq.).

2.

E LIBRO QUARTO.

Africanus ap. Euseb. P. E. X, 10 p. 490, B : Ἀπίων δὲ ὁ Ποσειδωνίου, περιεργότατος γραμματικῶν ἐν τῷ Κατὰ Ἰουδαίων βιβλίῳ καὶ ἐν τετάρτῃ τῶν Ἱστοριῶν φησὶ, κατὰ Ἴναχον Ἄργους βασιλέα, Ἀμώσιος Αἰγυπτίων βασιλεύοντος, ἀποστῆναι Ἰουδαίους, ὧν ἡγεῖσθαι Μωσέα. Eadem Sync. p. 64, D, et 148, D ; Justinus Coh. ad Gr. c. 9, ubi rex audit Ἄμασις. (Cf. not. ad Manethon. fr. 48.)

Tatian. Or. ad Gr. c. 59 (et Euseb. P. E. X, 11, p. 494, D) : Ἀπίων ὁ γραμματικὸς, ἀνὴρ δοκιμώτατος, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν (πέντε δέ εἰσιν αὐτῷ γραφαί), πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα φησὶ καὶ ὅτι κατέσκαψε τὴν Αὔαριν Ἄμωσις, κατὰ τὸν Ἀργεῖον γενόμενος Ἴναχον, ὡς ἐν τοῖς Χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος.

Αὔαριν] μαρίαν Tatiani edd. vett.; Αὐαρίαν ms. Paris. λυαρίαν m. Mut. ἀθυρίαν Clem. Alex. Strom. I, p. 378, 21. Cf. Bœckh. *Manetho* p. 194 sqq.

Clem. Alex. Str. I, 22, p. 138, 19 Sylb. : Ἀπίων τοίνυν ὁ γραμματικὸς ὁ Πλειστονίκης ἐπικληθεὶς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν ἱστοριῶν, καίτοι φιλαπεχθημόνως πρὸς Ἑβραίους διακείμενος, ἅτε Αἰγύπτιος τὸ γένος, ὡς καὶ κατὰ Ἰουδαίων συντάξασθαι βιβλίον, Ἀμώσιος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως μεμνημένος καὶ τῶν κατ' αὐτὸν πράξεων μάρτυρα παρατίθεται Πτολεμαῖον τὸν Μενδήσιον, καὶ τὰ τῆς λέξεως αὐτοῦ ὧδε ἔχει· Κατέσκαψε δὲ τὴν Ἀθυρίαν Ἄμωσις κατὰ τὸν Ἀργεῖον γενόμενος Ἴναχον, ὡς ἐν τοῖς Χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος. »

Syncell. p. 63, A : Οἵ τε γὰρ ἐκ περιτομῆς πάντες Ἰώσηππός τε καὶ Ἰοῦστος, οἵ τε ἐξ Ἑλλήνων, Ἡλέμων, φημὶ, καὶ Ἀπίων Ποσειδωνίου (sic margo; Ποσειδώνιος libri) καὶ Ἡρόδοτος τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν τοῦ Ἰσραὴλ κατὰ Φορωνέα καὶ Ἄπιδα τοὺς Ἀργείων βασιλεῖς συνέγραψαν, Ἀμώσεως βασιλεύοντος.

Verba Syncelli supinam auctoris arguunt negligentiam. Numerum libri apud Josephum (fr. 1) aut apud Tatianum, Africanum, Clementem (qui omnes pro uno valent) corruptum esse suspiceris, quum in uno eodemque libro de Moyse sermonem fuisse sit probabile.

3.

Josephus C. Apion. II, 2 : Ὁ δέ γε πάντων πιστότατος Ἀπίων ὡρίσατο τὴν ἔξοδον (sc. τῶν Ἰουδαίων ἐξ Αἰγύπτου) ἀκριβῶς κατὰ τὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, καὶ ταύτης ἔτος εἶναι πρῶτον, ἐν ᾧ, φησὶ, Καρχηδόνα Φοίνικες ἔκτισαν.

Aliena ab his plane tradidit fr. 2, ex Ptolemæo Mendesio. Hic sequitur *Lysimachum* (v. not. ad Lysimachi fr. 2), Judæorum derisorem.

4.

Idem ibid. paullo post : Τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν ἐλασθέντων τὸν αὐτὸν Λυσιμάχῳ σχεδιάσας (ἕνδεκα γὰρ αὐτοὺς εἶναί φησι μυριάδας), θαυμαστήν τινα καὶ πιθανὴν ἀποδίδωσιν αἰτίαν, ἀφ' ἧς φησι τὸ σάββατον ὠνομᾶσθαι. « Ὁδεύσαντες γὰρ (φησὶν) ἐξ ἡμερῶν ὁδὸν βουβῶνας ἔσχον, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀνεπαύσαντο σωθέντες εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν Ἰουδαίαν λεγομένην, καὶ ἐκάλεσαν τὴν ἡμέραν σάββατον, σώζοντες τὴν Αἰγυπτίων γλῶτταν· τὸ γὰρ βουβῶνος ἄλγος καλοῦσιν Αἰγύπτιοι Σαββάτωσιν. »

---

in eam incidebat, ita ut eundem cursum quem sol in æthere absolveret. » Atque hujuscemodi est admiranda illa hujus grammatici phrasis : mendacium autem verbis argui non desiderat, sed ex operibus Moysis abunde constat.

2.

Apion, Posidonii filius, curiosissimus grammaticorum, in libro Contra Judæos et in quarto Historiæ Ægyptiacæ, temporibus Inachi, Argivorum regis, et Amasi apud Ægyptios regnante, Judæos defecisse eorumque ducem Mosem fuisse tradit.

Apion grammaticus, vir insignis, in libro quarto Historiæ Ægyptiacæ (quinque ejus sunt libri) inter alia multa dicit Auarim evertisse Amasim regem, qui Inachi æqualis fuerit, ut in Chronicis tradat Ptolemæus Mendesius.

Apion grammaticus, cui Plistonicæ cognomen, libro quarto Historiæ Ægyptiæ (quamquam ille inimico in Judæos animo est, utpote Ægyptius genere, adeo ut etiam librum contra Judæos scripserit) Amasis regis Ægyptiorum rerumque ab eo gestarum mentionem faciens, testem adducit Ptolemæum Mendesium, atque ad verbum ita scribit : Excidit Athyriam (*Auarim*) Amasis, Inachi æqualis, ut in Chronicis ait Ptolemæus Mendesius. »

Judæi omnes, ut Josephus et Justus, et Græci, ut Polemo et Apion Posidonii et Herodotus, Judæos Ægypto exiisse narrant Phoronei et Apidis, Argivorum regum, temporibus, regnante apud Ægyptios Amosi.

3.

Apion iste, fide nimirum dignissimus, accurate exitum definivit Olympiade septima, ejusque anno primo, quo, ut ait, Pœni Carthaginem condiderunt.

4.

Numerum pulsorum Judæorum Apion eundem quem Lysimachus commentus (ait enim fuisse eorum millia centum et decem) miram quandam et credibilem reddit causam, cur *Sabbatum* nominari dicit diem septimam. « Exacto enim, inquit, sex dierum itinere, inguinum ulceribus affecti sunt, et hac de causa septima die quieverunt incolumes in regione, quæ nunc Judæa vocatur : et appellarunt eam diem Sabbatum, servata Ægyptiorum voce; nam inguinis dolo[illegible] Ægyptii vocant *Sabbatosin*. »

Ibid. paullo post : Ὁ δὲ θαυμαστὸς Ἀπίων διὰ μὲν ἓξ ἡμερῶν αὐτοὺς ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν προείρηκεν· πάλιν δὲ τὸν Μωϋσῆν εἰς τὸ μεταξὺ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἀραβίας ὄρος, ὃ καλεῖται Σίναιον, ἀναβάντα φησὶν ἡμέραις τεσσαράκοντα κρυφθῆναι, κἀκεῖθεν καταβάντα δοῦναι τοῖς Ἰουδαίοις τοὺς νόμους.

E LIBRO QUINTO.

5.

Gellius N. A. V, 14 : *Apion, qui Plistonices appellatus est, literis homo multis præditus, rerumque Græcarum plurima atque varia scientia fuit. Ejus libri non incelebres feruntur, quibus omnium ferme, quæ mirifica in Ægypto visuntur audiunturque, historia comprehenditur. Sed in iis, quæ vel legisse sese dicit, fortassean vitio studioque ostentationis fit loquacior; est enim sane quam in prædicandis doctrinis suis venditator. Hoc autem, quod in libro Ægyptiacorum quinto scripsit, neque audisse neque legisse, sed ipsum sese in urbe Romana vidisse oculis suis confirmat. In circo maximo, inquit, venationis amplissimæ pugna populo dabatur. Ejus rei, Romæ quum forte essem, spectator, inquit, fui. Multæ ibi sævientes feræ, magnitudines bestiarum excellentes, omniumque invisitata aut forma erat aut ferocia. Sed præter alia omnia leonum, inquit, immanitas admirationi fuit; præterque omnes ceteros unius. Is unus leo corporis impetu et vastitudine terrificoque fremitu et sonoro toris comisque cervicum fluctuantibus, animos oculosque omnium in sese converterat. Introductus erat inter complures ceteros ad pugnam bestiarum datus servus viri consularis. Ei servo Androclus nomen fuit. Hunc ille leo ubi vidit procul, repente, inquit, quasi admirans stetit : ac deinde sensim atque placide tamquam noscitabundus ad hominem accedit. Tum caudam more atque ritu adulantium canum clementer et blande movet, hominisque sese corpori adjungit; cruraque ejus et manus prope jam exanimati metu lingua leniter demulcet. Homo Androclus inter illa tam atrocis feræ blandimenta amissum animum recuperat : paullatimque oculos ad contuendum leonem refert. Tum, quasi mutua recognitione facta, lætos, inquit, et gratulabundos videres hominem et leonem. Ea re prorsus tam admirabili maximos populi clamores excitatos dicit, arcessitumque a Cæsare Androclum, quæsitumque causam, cur ille atrocissimus leo uni parcisset. Ibi Androclus rem mirificam narrat atque admirandam. Quum provinciam, inquit, Africam proconsulari imperio meus dominus obtineret, ego ibi iniquis ejus et quotidianis verberibus ad fugam sum coactus; et, ut mihi a domino, terræ illius præside, tutiores latebræ forent, in camporum et arenarum solitudines concessi : ac, si defuisset cibus, consilium fuit, mortem aliquo pacto quærere. Tum, sole medio, inquit, et aridо et flagranti specum quandam nactus remotam latebrosamque, in eam me penetro et recondo. Neque multo post ad eandem specum venit hic leo, debili uno et cruento pede, gemitus edens, et murmura dolorem cruciatumque vulneris commiserantia. Atque illic primo quidem conspectu advenientis leonis territum sibi et pavefactum animum dixit. Sed postquam introgressus, inquit, leo, uti re ipsa apparuit, in habitaculum illud suum, vidit me procul delitescentem, mitis et mansues accessit; et sublatum pedem ostendere mihi et porrigere quasi opis petendæ gratia visus est. Ibi, inquit, ego stirpem ingentem, vestigio pedis ejus hærentem, revelli; conceptamque saniem vulnere intimo expressi : accuratiusque, sine magna jam formidine, siccavi penitus atque detersi cruorem. Ille tunc mea opera et medela levatus, pede in manibus meis posito, recubuit et quievit. Atque ex eo die triennium totum ego et leo in eadem specu eodemque victu viximus. Nam quas venabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat; quæ ego ignis copiam non habens, meridiano sole torrens edebam. Sed ubi me, inquit, vitæ illius ferinæ jam pertæsum est, leone in venatum profecto, reliqui specum : et viam ferme tridui permensus, a militibus visus apprehensusque sum, et ad dominum ex Africa Romam deductus. Is me statim rei capitalis damnandum, dandumque ad bestias curavit. Intelligo autem, inquit, hunc quoque leonem, me tunc separato, captum gratiam nunc mihi beneficii et medicinæ referre. Hæc Apion dixisse Androclum tradit, eaque omnia scripta circumlataque tabula populo declarat : atque ideo, cunctis petentibus, dimissum Androclum et pœna solutum, leonemque ei suffragiis populi donatum. Postea, inquit, videbamus Androclum et leonem, loro tenui revinctum, urbe tota circum tabernas ire : donari ære Androclum, floribus spargi leonem; omnes fere ubique obvios dicere : « Hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis. »*

6.

Gellius N. A. VII, 8 : *Delphinos venereos esse et amasios non modo historiæ veteres, sed recentes quoque memoriæ declarant. Nam et sub Cæsaribus, in Puteolano mari, ut Apion scriptum reli-*

Mirificus Apion sex quidem diebus Judæos in Judæam venisse antea dixit : rursus autem, Moysen conscenso monte Ægyptum inter et Arabiam medio, qui Sinæus appellatur, quadraginta diebus delituisse dicit, indeque descendentem Judæis leges dedisse.

quit, et aliquot seculis ante apud Naupactum, ut Theophrastus tradidit, amatores flagrantissimi [quidam] delphinorum cogniti compertique sunt. Neque ii amaverunt, quod sunt ipsi genus; sed pueros forma liberali in naviculis forte aut in vadis litorum conspectos miris et humanis modis arserunt. Verba subscripsi Apionis, eruditi viri, ex Ægyptiacorum libro quinto : quibus delphini amantis et pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert; eaque omnia sese ipsum multosque alios vidisse dicit : Αὐτὸς δ' οὖν εἶδον περὶ Δικαιαρχίαν ἀελφῖνα ἐρῶντα παιδὸς (Ὑάκινθος ἐκαλεῖτο) καὶ πρὸς παιδικὴν ψυχὴν πτερούμενος ἐντός. Ἀτὰρ οὖν καὶ προσνηχόμενος ὁ ἰχθὺς ἀνεδέχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων, καὶ τὰς ἀκάνθας περιστέλλων, ἵνα μὴ τοῦ ποθουμένου χρωτὸς ἀμύξῃ φειδόμενος, ἱππηδὸν περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σταδίων· ἐξεχεῖτο δὴ οὖν ἡ Ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία τῆς Ἀφροδίτης ξυνορῶντες ἡνιοχούμενον ἰχθύν. *Ad hoc adjicit rem non minus mirandam. Postea, inquit, idem ille puer delphineromenos morbo affectus obiit suum diem. At ille amans, ubi sæpe ad litus solitum adnavit, et puer, qui in primo vado adventum ejus opperiri consueverat, nusquam fuit, desiderio tabuit exanimatusque est; et in litore jacens inventus ab iis, qui rem cognoverant, in sui pueri sepulcro humatus est.*

« Quomodo hæc in Ægyptiaca aditum invenerint, videre licet ex Ælian. VI, 15 fin. (cfr. II, 6 init.). Similis enim Delphinus sub secundo Ptolemæo Alexandriæ spectabatur. » Lehrs. Qu. Ep. p. 17.

E LIBRIS INCERTIS.

7.

Gellius N. A. X, 10 : *Veteres Græcos annulum habuisse in digito accepimus sinistræ manus, qui minimo est proximus : Romanos quoque homines aiunt sic plerumque annulis usitatos. Causam esse hujus rei Apion in libris Ægyptiacis hanc dicit : quod insectis apertisque humanis corporibus, ut mos in Ægypto fuit, quas Græci* ἀνατομὰς *appellant, repertum est, nervum quendam tenuissimum ab eo digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere et pervenire : propterea non inscitum visum esse, eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens et quasi connexus esse cum principatu cordis videretur.*

8.

Plinius H. N. XXXVII, 5, 19 : *Theophrastus tradit in Ægyptiorum Commentariis reperiri regi eorum a rege Babyloniorum missum smaragdum munere IV cubitorum longitudine et trium latitudine. Et fuisse apud eos in Jovis delubro obeliscum e IV smaragdis, XL cubitorum longitudine, latitudine vero in parte quattuor, in parte duorum. Se autem scribente esse in Tyro Herculis templo stantem pilam e smaragdo, nisi potius pseudosmaragdus sit; nam ei hoc genus reperiri, etc... Apion cognominatus Plistonices paullo ante scriptum reliquit, esse etiamnunc in labyrintho Ægypti colosseum Serapin e smaragdo novem cubitorum.* De re cf. Movers. *Phœnizien* I, p. 345 et p. 80.

Plinius l. l. XXXVI, 12, 17 inter eos, qui de pyramidibus scripserint, postremo loco nominat Apionem. — Adjungam locos duos ex grammaticis scriptis desumptos, qui ad res Ægyptias spectant : Etym. M. p. 329, 13 : Ἐλεφαντίνη, ἡ Αἰγυπτία· καί φησιν Ἀπίων, ὅτι Ὀνυχίνην χρὴ λέγειν· ὅτι καθάπερ ὄνυξ ἀφαιρεθεὶς ἐπιβλαστάνει, διώκων αὐξήσειν τὴν ἀφαίρεσιν· οὕτως ὁ Νεῖλος ἀναλισκόμενος εἰς τὰς ἀρούρας τοῖς δαπανωμένοις ἐπαναχεῖται καθ' ἕκαστον ἔτος ἀναλισκόμενος καὶ πάλιν αὐτὰ πελαγίζων.

Reliqua quæ ex Apione laudat auctor Etym. M. ad grammatica pertinent. V. Et. M. p. 152, 5. 371, 28. 514, 21. 519, 46. 525, 6. 530, 21. 541, 21. 628, 39. 634, 43. 650, 1. 668, 23. 719, 40. 737, 55. Eustathius ad Od. δ', 563, p. 1509, 25, de campo Elysio disputans : Ἀπίων δὲ κατασκευάζει τὴν περὶ Κάνωβον καὶ Ζεφύριον πεδιάδα οὕτω (Ἠλύσιον πεδίον) κληθῆναι παρὰ τὴν τοῦ Νείλου ἰλύν. Ἦν πολλὴν καταφέρων ἐκεῖνος προσέχωσε τὴν κάτω χώραν κατὰ Ἡρόδοτον πᾶσαν πάλαι ποτὲ πέλαγος οὖσαν· ὡς δῆλον, φησίν, ἐκ τῶν ἐκεῖ εὑρισκομένων κογχυλίων καὶ λεπαδίων, ὡς καὶ περὶ Μέμφιν· καὶ σποπητέον, εἰ μὴ ὁ τοιοῦτος τοῦ Ἀπίωνος λόγος διὰ τοῦ ι γράφει τὴν τοῦ Ἠλυσίου ἄρχουσαν· ὁ δ' αὐτὸς λέγει καὶ ὅτι πείρατα γαίης ὁ ποιητὴς ἐνταῦθά φησιν οὐ τὰ πρὸς Ὠκεανόν, ἀλλὰ τὰ ἐκεῖ πρὸς τῇ κατὰ Νεῖλον θαλάσσῃ· καθὰ καὶ Αἰσχύλος, εἰπών· Ἔστιν πόλις Κάνωβος ἐσχάτη χθονός· πᾶσα γὰρ ἀγχίαλος ἐσχάτη χθονός· διὸ καὶ Μενελαΐτης νομὸς ἐκεῖ, ὡς τῆς τοιαύτης γῆς ὑπὸ Μενελάῳ ποτὲ γενομένης. « Videntur etiam quæ sequuntur ex Herodoto III, 25 de fortunatorum insulis circa Oasin, qua ex urbe grammaticus noster natus erat, ab ipso Apione hic allata fuisse. » *Lehrs.* l. l. p. 26.

9.

Steph. Byz. : Ἀπόλλωνος πόλις, ἐν Αἰγύπτῳ πρὸς τῷ μέρει τῆς Λιβύης, ἡ μικρά, ἧς μέμνηται Ἀπίων· δευτέρα ἡ μεγάλη ἐν Αἰγύπτῳ.

9.

Apollonopolis parva, in Ægypto Libyam versus sita, cujus meminit Apion; altera est Apollonopolis magna in Ægypto.

10.

Ælian. H. N. A. X, 29 : Ἴδιον δὲ ἐν Αἰγυπτίοις λόγοις ἴβεως καὶ ἐκεῖνο προσακήκοα· ὅταν ὑποκρύψηται τὴν δέρην καὶ τὴν κεφαλὴν τοῖς ὑπὸ τῷ στέρνῳ πτεροῖς, τὸ τῆς καρδίας σχῆμα ἀπεμάξατο. Ἄλλως δὲ καὶ ὅτι εἰσὶ τοῖς ἐπὶ λύμῃ καὶ ἀνθρώπων καὶ καρπῶν ζῴοις γεγενημένοις ἔχθισται, ἤδη που καὶ ἄνω προεῖπον. Μίγνυνται δὲ τοῖς στόμασι, καὶ παιδοποιοῦνται τὸν τρόπον τοῦτον. Λέγουσι δὲ Αἰγύπτιοι (καὶ ἐμέ γε οὐ ῥᾳδίως ἔχουσι πειθόμενον), λέγουσι γοῦν τοὺς ταῖς ταριχαίαις τῶν ζῴων ἐφεστῶτας καὶ δεινοὺς τήνδε τὴν σοφίαν, ὁμολογεῖν τὸ τῆς ἴβιδος ἔντερον ἓξ εἶναι πήχεων καὶ ἐνενήκοντα· διαβαίνειν δὲ κατὰ πῆχυν αὐτὴν προσακήκοα βαδίζουσαν· σελήνης δὲ ἐκλιπούσης καταμύει, ἔστ' ἂν ἡ θεὸς αὖθις ἀναλάμψῃ. Καὶ τῷ Ἑρμῇ δὲ, φασὶ, τῷ πατρὶ τῶν λόγων φιλεῖται, ἐπεὶ ἔοικε τὸ εἶδος τῇ φύσει τοῦ λόγου· τὰ μὲν γὰρ μέλανα ὠκύπτερα τῷ τε σιγωμένῳ καὶ ἔνδον ἐπιστρεφομένῳ λόγῳ παραβάλλοιτο ἄν, τὰ δὲ λευκὰ τῷ προφερομένῳ τε καὶ ἀκουομένῳ ἤδη, καὶ ὑπηρέτῃ τοῦ ἔνδον καὶ ἀγγέλῳ, ὡς ἂν εἴποις. Ὡς μὲν οὖν μακροβιώτατόν ἐστι τὸ ζῷον καὶ δὴ εἶπον. Λέγει δὲ Ἀπίων, καὶ ἐπάγεται τοὺς ἐν Ἑρμοῦ πόλει ἱερέας μάρτυρας, δεικνύντας οἱ ἴβιν ἀθάνατον· τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἐκείνῳ δοκεῖ τῆς ἀληθείας ἀφεστάναι πάμπολυ, καὶ ἐμοὶ δὲ πάντως ἂν καὶ κατεφαίνετο ψευδὲς, εἰ καὶ ἐκείνῳ δοκεῖ.

11.

Ælianus N. An. XI, 40 : Λέγει δὲ Ἀπίων, εἰ μὴ τερατεύεται, καὶ ἐλάφους νεφροὺς τέτταρας ἔχειν κατά τινας τόπους. Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ κατὰ τὸν Οἶνιδα (κατ' Ἀτωθίδα? V. Manetho p. 541, *b*) τὸν Μήνιδος βασιλεύοντα δικέφαλον γέρανον φανῆναι, καὶ εὐθερῆσαι τὴν Αἴγυπτον· καὶ ἐπ' ἄλλου βασιλέως τετρακέφαλον ὄρνιν, καὶ πλημμυρῆσαι τὸν Νεῖλον ὡς οὔποτε, καὶ καρπῶν ἀφθονίαν γενέσθαι, καὶ εὐποτμίαν ληΐων θαυμαστήν. Cf. Schneider ad h. l. Subjicio alia quædam de rebus mirabilibus, quæ probabiliter in Ægyptiacis Apion protulit.

12.

Plinius XXXI, 2, 18 : *In Africæ lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur, item in Siciliæ fonte Phinthia, ut Apion tradit, et in Medorum lacu puteoque Saturni.*

13.

Idem ibid. XXXII, 2, 9 : *Apion maximum piscium esse tradit porcum, quem Lacedæmonii orthagoriscum vocant: grunnire eum, quum capiatur.*

ΚΑΤΑ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

Nonnulla eorum quæ ex hoc scripto deprompta esse possunt, jam adscripsimus fragm. 3 et 4. Reliqua hæc sunt.

14.

Josephus C. Apion II, 3 : Καὶ τί γε δεῖ θαυμάζειν, εἰ περὶ τῶν ἡμετέρων ψεύδεται προγόνων (Ἀπίων) λέγων αὐτοὺς εἶναι τὸ γένος Αἰγυπτίους;

15.

Idem II, 4 : Τίνα τοίνυν ἐστὶ τὰ δεινὰ καὶ σχέτλια τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων Ἰουδαίων, ἃ κατηγόρηκεν αὐτῶν (Ἀπίων), ἴδωμεν· « Ἐλθόντες, φησὶν, ἀπὸ Συρίας ᾤκησαν πρὸς ἀλίμενον θάλασσαν, γειτνιάσαντες ταῖς τῶν κυμάτων ἐκβολαῖς. »

Paullo post : Οὐ γὰρ ἀπορίᾳ γε τῶν οἰκησόντων τὴν μετὰ σπουδῆς ὑπ' αὐτοῦ πόλιν κτιζομένην Ἀλέξανδρος

10.

Ibidis etiam illam vim ex Ægyptiorum libris accepi; eam nimirum, quum in pennas, quæ sub pectus exsistunt, collum et caput abdiderit, cordis figuram exprimere. Quod vero animalibus omnibus, quæ hominibus et fructibus sunt perniciosa, infestissimæ sint hæ aves, jam supra commemoravi. Eandem Ægyptii ferunt ore coire, et parere itidem. Dicunt præterea, quod mihi non facile persuadent, eos qui condiendis bestiarum cadaveribus præsunt eaque scientia præstant, Ibidis intestinum sex et nonaginta cubitorum esse affirmare; ipsam autem in lunæ defectione connivere, donec aucto rursus splendore fulgeat. Cruribus ad cubiti spatium distentis eam incedere aiunt; et Mercurio sermonis parenti ideirco in amore esse, quod orationis speciem similitudinemque gerat : namque pennæ in ejus alis nigræ cum tacito adhuc et nondum emisso sermone comparari queunt; prolatæ vero orationi, quæ jam auditur, intimorum sensuum enunciatrici et interpreti, candidæ possunt conferri. Dixi etiam eam longissimæ vitæ, ut refert Apion atque in eam rem Hermopolis sacerdotes testes citat, qui immortalem ipsi Ibim ostenderint; sed hoc et Apion procul a vero abesse judicat, et ego similiter ab omni ratione abhorrere existimo, siquidem vel illi sic videtur.

11.

Apion, nisi nugatur, alicubi cervis quattuor esse renes prodidit. Et quum Œnis Menidis filius regnaret in Ægypto, gruem bicipitem esse visam, et feracitatem regionis secutam idem auctor est; item sub alio rege quadricipitem avem, et alluvione Nili secuta copiosiore quam alias unquam, fructuum et segetum admirabilem fertilitatem exstitisse.

CONTRA JUDÆOS.

14.

Quid mirum si de nostris patribus mentitur Apion dicens eos genere Ægyptios esse?

15.

Videamus quænam sint illa gravia et non ferenda, de quibus Judæos Alexandriam habitantes Apion accusat. « E Syria, inquit, profecti sedes fixerunt ad importuosum

τῶν ἡμετέρων τινὰς ἐκεῖ συνήθροισεν. Quod negat Josephus, affirmasse videtur Apion.

16.

Josephus II, 5 : Ὁ δὲ Φιλομήτωρ Πτολεμαῖος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Κλεοπάτρα τὴν βασιλείαν ὅλην τὴν ἑαυτῶν Ἰουδαίοις ἐπίστευσαν, καὶ στρατηγοὶ πάσης τῆς δυνάμεως ἦσαν Ὀνίας καὶ Δοσίθεος Ἰουδαῖοι, ὧν Ἀπίων σκώπτει τὰ ὀνόματα, δέον τὰ ἔργα θαυμάζειν καὶ μὴ λοιδορεῖν, ἀλλὰ χάριν αὐτοῖς ἔχειν ὅτι διεσώσαντο τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἧς ὡς πολίτης ἀντιποιεῖται. Πολεμούντων γὰρ αὐτῶν τῇ βασιλίσσῃ Κλεοπάτρᾳ καὶ κινδυνευόντων ἀπολέσθαι κακῶς, οὗτοι συμβάσεις ἐποίησαν, καὶ τῶν ἐμφυλίων κακῶν ἀπήλλαξαν. Ἀλλὰ « μετὰ ταῦτα, φησὶν, Ὀνίας ἐπὶ τὴν πόλιν ἦγαγε στρατὸν ὀλίγον, ὄντος ἐκεῖ Θέρμου τοῦ παρὰ Ῥωμαίων πρεσβευτοῦ καὶ παρόντος. » Ὀρθῶς δὲ ποιῶν, φαίην ἄν, καὶ μάλα δικαίως. Ὁ γὰρ Φύσκων ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος, ἀποθανόντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος, ἀπὸ Κυρήνης ἐξῆλθε Κλεοπάτραν ἐκβαλεῖν βουλόμενος τῆς βασιλείας, *et filios regis, ut ipse regnum injuste sibimet applicaret : propter hæc ergo Onias adversus eum bellum pro Cleopatra suscepit, et fidem quam habuit circa reges, nequaquam in necessitate deseruit. Testis autem Deus justitiæ ejus manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolemæus, quum adversum exercitum quidem Oniæ pugnare præsumeret, omnes vero Judæos in civitate positos cum filiis et uxoribus capiens nudos atque vinctos elephantis subjecisset, ut ab eis conculcati deficerent, et ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium quæ præparaverat evenere. Elephanti enim relinquentes sibi appositos Judæos, impetu facto super amicos ejus, multos ex ipsis interemere. Et post hæc Ptolemæus quidem aspectum terribilem contemplatus est, prohibentem se ut illis noceret hominibus : concubina vero sua carissima, quam alii quidem Ithacam, alii vero Hirenen denominant, supplicante ne tantam impietatem perageret, ei concessit, et ex his, quæ jam egerat vel acturus erat, pœnitatem egit. Unde recte hanc diem Judæi Alexandriæ constituti, eo quod aperte a Deo salutem promeruere, celebrare noscuntur. Apion autem omnium calumniator, etiam propter bellum adversus Physconem gestum Judæos accusare præsumpsit, quum eos laudare debuerit. Is autem etiam ultimæ Cleopatræ reginæ Alexandrinorum meminit, veluti nobis improperans, quoniam circa nos fuit ingrata ; et non potius illam redarguere studuit, cui nihil omnino injustitiæ et malorum operum defuit.* Deinde pravos Cleopatræ mores postquam perstrinxit, addit : *Putasne gloriandum nobis non esse, si, quemadmodum dicit Apion, famis tempore Judæis triticum non est mensa... Si vero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuriæ frumentorum, non accusatio Judaeorum.*

17.

Cap. 6 : *Sed super hoc : « Quomodo ergo, inquit, si sunt cives, eosdem deos, quos Alexandrini, non colunt? » Cui respondeo, etc... Is* (sc. Apion) *autem seditionis causas nobis apponit... Derogare nobis Apion voluit, quia imperatorum non statuamus imagines.*

18.

Cap. 7 : *Admiror autem etiam eos, qui ei hujusmodi fomitem præbuere, id est Posidonium et Apollonium Molonem.* (Ex his sumpsit sequentia.) *In hoc enim sacrario* (in templo Hierosol.) *Apion præsumsit edicere asini caput collocasse Judæos, et id colere ac dignum facere tanta religione : et hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes et exspoliasset templum, et illud caput invenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum.* De origine hujus fabulæ v. Movers. l. l. p. 297.

19.

Cap. 8 : *Alteram vero fabulam, derogatione nostra plenam, de Græcis apposuit. Dixit Antiochum in templo invenisse lectum et hominem in eo jacentem, et appositam ei mensulam maritimis terrenisque volatilium dapibus plenam, et quod obstupuisset his homo. Illum vero mox adorasse regis ingressum, tamquam maximam sibi opem præbituri ; ac procidentem ad ejus genua, extensa dextera poposcisse libertatem ; et jubente rege, ut consideret, et diceret, quis esset, vel cur ibidem*

---

mare in vicinia allisionis fluctuum. » .... Non propter inopiam habitatorum civitatis, quam studiose ædificabat, Alexander M. nostrorum aliquos illic congregavit.

16.

Ptolemæus autem Philometor et uxor ejus Cleopatra omne regnum suum commisere Judæis, factique sunt totius militiæ duces Onias et Dositheus Judæi : quorum nomina cavillatur Apion, quum debuisset factorum potius admirari et non conviciari, sed gratias illis habere quod servarint Alexandriam, cujus civis videri vult et haberi. Quum enim bellum inferrent reginæ Cleopatræ, et male percundi discrimen adirent, isti fecerunt ut pax iniretur et mala intestina cessarent. Sed « postea, inquit, Onias ad urbem deduxit par- « vum exercitum, quum illic præsens adesset Thermus « Romanorum legtus. » Id quod bene recteque admodum factum dixerim. Ptolemæus enim cognomine Physcon, mortuo suo fratre Ptolemæo Philometore, egressus est de Cyrene, eo animo ut Cleopatram e regno ejiceret.

habitaret, vel quae esset causa ciborum ejus, tum hominem cum gemitu et lacrymis lamentabiliter suam narrasse necessitatem. Ait, inquit, se esse Græcum : et dum peragraret provinciam parandi victus causa, correptum se subito ab alienigenis hominibus, atque deductum ad templum et inclusum illic, et a nullo conspici, sed cuncta dapium apparatione saginari. Et primum quidem hæc sibi inopinabilia beneficia visa attulisse lætitiam, deinde suspicionem, postea stuporem : postremum consulentem a ministris ad se accedentibus audisse legem ineffabilem Judæorum, pro qua nutriebatur : et hoc illos facere singulis annis quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem Græcum peregrinum, eumque annuo tempore saginare, et deductum ad quandam silvam occidere quidem eum hominem, ejusque corpus sacrificare secundum suas solemnitates, et gustare ex ejus visceribus, et jusjurandum facere in immolatione Græci, ut inimicitias contra Græcos haberent : et tunc in quandam foveam reliqua hominis pereuntis abjicere. Deinde refert eum dixisse, paucos jam dies debitos sibimet superesse; atque rogasse; ut reveritus Græcorum deos, et superans in suo sanguine insidias Judæorum, de malis eum circumstantibus liberaret. Cf. Diodorus XXXIV, 1, qui ex parte eadem (ex Posidonio) affert.

20.

Cap. 9 : *Rursumque tamquam pissimos deridet adjiciens fabulæ inania facta. Ait enim illum retulisse, dum bellum Judæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua civitate Idumæorum qui in ea Apollinem colebat venisse ad Judæos, cujus hominis nomen dicitur Zabidus; deinde iis promisisse traditurum se eis Apollinem deum Doriensium, venturumque illum ad nostrum templum, si omnes ascenderent, et adducerent omnem multitudinem Judæorum. Zabidum vero fecisse quoddam machinamentum ligneum, et circumposuisse sibi, et in eo tres ordines finxisse lucernarum, et ita ambulasse, ut procul stantibus appareret quasi stella per terram iter agens.* Τοὺς μὲν Ἰουδαίους ἀπὸ τοῦ παραδόξου τῆς θέας καταπεπληγμένους, πόρρω μὲν ὄντας ἡσυχίαν ἄγειν· τὸν δὲ Ζάβιδον ἐπὶ πολλῆς ἡσυχίας εἰς τὸν ναὸν παρελθεῖν, καὶ τὴν χρυσῆν ἀποσῦραι τοῦ κάνθωνος κεφαλὴν (οὕτω γὰρ ἀστεϊζόμενος γέγραφε), καὶ πάλιν εἰς Δώραν κατὰ τάχος ἀπελθεῖν.

21.

Cap. 10 : Καταψεύδεται δὲ (sc. Ἀπίων) καὶ ὅρκον ἡμῶν, ὡς ὀμνύοντων τὸν θεὸν τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, μηδενὶ εὐνοήσειν ἀλλοφύλῳ, μάλιστα δὲ Ἕλλησιν.

22.

Cap. 11 : Σφόδρα τοίνυν τῆς πολλῆς συνέσεως καὶ ἐπὶ τῷ μέλλοντι ῥηθήσεσθαι θαυμάζειν ἄξιόν ἐστιν Ἀπίωνα. Τεκμήριον γὰρ εἶναί φησι τοῦ μήτε νόμοις ἡμᾶς χρῆσθαι δικαίοις μήτε τὸν θεὸν εὐσεβεῖν ὡς προσῆκε, τὸ μὴ ἄρχειν, δουλεύειν δὲ μᾶλλον ἔθνεσι καὶ ἄλλοτε ἄλλοις, καὶ τὸ κεχρῆσθαι συμφοραῖς τισι περὶ τὴν πόλιν, αὐτῶν δηλονότι πόλεως ἡγεμονικωτάτης ἐκ τῶν ἄνωθεν ἄρχειν, ἀλλὰ μὴ Ῥωμαίοις δουλεύειν συνειθισμένων.

23.

Cap. 12 : Ἀλλὰ θαυμαστοὺς ἄνδρας οὐ παρεσχήκαμεν, οἷον τεχνῶν τινων εὑρετὰς, ἢ σοφίᾳ διαφέροντας. Καὶ καταριθμεῖ Σωκράτην καὶ Ζήνωνα καὶ Κλεάνθην καὶ τοιούτους τινάς· εἶτα, τὸ θαυμασιώτατον τῶν εἰρημένων, αὐτὸς ἑαυτὸν προστίθησι, καὶ μακαρίζει τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὅτι τοιοῦτον ἔχει πολίτην. Ἔδει γὰρ αὐτῷ μάρτυρος ἑαυτοῦ. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἅπασιν ὀχλαγωγὸς ἐδόκει πονηρὸς εἶναι, καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ διεφθαρμένος, ὥστε εἰκότως ἐλεῆσαι τις ἂν τὴν Ἀλεξάνδρειαν, εἴπερ ἐπὶ τούτῳ μέγα ἐφρόνει.

24.

Cap. 13 : Ἐγκαλεῖ ὅτι ζῷα θύομεν, καὶ χοῖρον οὐκ

20.

Judæos quidem, inexspectata visione obstupefactos, quum procul quidem abessent, quiescere : Zabidum vero multa quiete ad templum venisse, et aureum detraxisse cantherii caput (ita enim scripsit, facetus videri volens), et rursus Doram velociter se contulisse. »

21.

Mentitur Apion et de juramento nostro, quod juremus per Deum, et cœli et terræ et maris creatorem, nemini fauturos alienigenæ, præcipue si Græci fuerint.

22.

Vehementer in Apione admiranda est eximia prudentia, etiam ob hoc quod mox dicetur. Nam indicio esse, affirmat, quod neque legibus justis utamur, neque Deum convenienter ejus naturæ colamus, hoc quod non imperemus, sed diversis potius gentibus serviamus, et in ipsa civitate calamitates quasdam perferamus, utique quum ipsi ex urbe primaria a multis retro sæculis imperare, sed non Romanis servire consueverint.

23.

Sed viros admirabiles non tulimus, veluti artium quarundam inventores, aut sapientia præcellentes. Atque enumerat Socratem, et Zenonem, et Cleanthen, aliosque hujusmodi : deinde, quod ex dictis maxime mirandum, semetipsum adjicit, et Alexandriam beatam prædicat, quæ civem habuerit tali ingenio præditum. Oportebat enim ipsum de se testimonium dare. Nam ceteris quidem circulator esse videbatur improbus, et vita et sermone pravus : adeo ut merito quis Alexandriam miseretur, si super isto sese efferat.

24.

Vitio nobis vertit, quod animalia pro victimis mactemus,

ἐσθίομεν καὶ τὴν τῶν αἰδοίων χλευάζει περιτομήν. — Respondens inter alia Josephus etiam Ægyptios sacerdotes circumcidi, addit hæc : Ὅθεν εἰκότως μοι δοκεῖ τῆς εἰς τοὺς πατρίους αὐτοῦ νομοὺς βλασφημίας δοῦναι δίκην Ἀπίων τὴν πρέπουσαν. Περιετμήθη γὰρ ἐξ ἀνάγκης, ἑλκώσεως αὐτῷ περὶ τὸ αἰδοῖον γενομένης· καὶ μηδὲν ὠφεληθεὶς ὑπὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλὰ σηπόμενος ἐν δειναῖς ὀδύναις ἀπέθανεν.

25.

Tatianus Or. ad Gr. c. 44 : Τὰς περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον θεῶν δόξας Ἀπίωνος ἔχοντες παρ' ἑαυτοῖς, ὡς ἀθεωτάτους ἡμᾶς ἐκκηρύσσετε.

26.

ΑΛΕΧΑΝΔΡΟΥ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

Gellius N. A. VI, 8 : Ἀπίων, *Græcus homo, qui* Πλειστονίκης *est appellatus, facili atque alacri facundia fuit. Is quum de Alexandri regis laudibus scriberet : « Victi, inquit, hostis* (sc. Darii) *uxorem, facie inclyta mulierem, vetuit in conspectum suum deduci : ut eam ne oculis quidem contingeret. »*

27.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΠΙΚΙΟΥ ΤΡΥΦΗΣ.

Athenæus VII, p. 294, F : Ἀπίων δ' ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ Περὶ τῆς Ἀπικίου τρυφῆς, τὸν ἕλοπα καλούμενον τοῦτόν φησιν εἶναι τὸν ἀκκιπήσιον. De hoc Apicio, Tiberii æquali, gulæque, studio infami, v. Athenæus I, p. 7, A; Seneca Cons. ad Helviam c. 10, Plinius H. N. XIX, 8, 41; Dio Cass. LVII, 19.

ΠΕΡΙ ΜΑΓΟΥ.

28.

Suidas : Πάσης· ὄνομα κύριον. Καὶ παροιμία· τὸ Πάσητος ἡμιωβόλιον. Ὁ δὲ Πάσης οὗτος μαλακὸς ἦν τὴν φύσιν, πάντων δὲ ἀνθρώπων ἐν μαγείᾳ διενήνοχεν, ὥστε ἐκ τῶν ἐπαοιδῶν αὐτοῦ καὶ δεῖπνα πολυτελῆ ὁρᾶσθαι, καὶ διακονουμένους τινὰς, καὶ πάλιν ἀφανῆ τὰ πάντα γίνεσθαι. Εἶχε δὲ καὶ ἡμιωβόλιον ἐκ μιᾶς (μνᾶς Bas. ἐκ μαγείας conj. Portus) αὐτῷ πεποιημένον, ὃ διαδιδόμενον ὑπ' αὐτοῦ τοῖς πιπράσκουσι, παρ' ὧν ἤθελεν ὠνεῖσθαι, εἰ ἠβούλετο, πάλιν παρ' αὐτῷ ἠρίσκετο. Καὶ Ἀπίων δὲ ὁ γραμματικὸς μνημονεύει αὐτοῦ ἐν τῷ Περὶ μάγου. Cf. Lobeck. Aglaoph. II, p. 970.

(ΜΑΓΙΚΑ ?)

28 *a*.

Plinius H. N. XXX, 2, 6 : *Quærat aliquis quæ sint mentiti veteres magi, quum adolescentibus nobis visus Apion, grammaticæ artis, prodiderit cynocephaliam herbam, quæ in Ægypto vocaretur osyrites, divinam et contra omnia veneficia; sed si tota erueretur, statim eum qui eruisset, mori; seque evocasse umbras ad percontandum Homerum, quanam patria quibusque parentibus genitus esset, non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse diceret.* Cf. Welcker. Cycl. Hom. p. 196.

29.

Idem H. N. XXX, 11, 30, inter quartani remedia recenset *scarabæum qui pilas volvit. Propter hunc Ægypti magna pars scarabæos inter numina colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat solis operum similitudinem huic animali esse, ad excusandos gentis suæ ritus.*

30.

Idem H. N. XXIV, 17, 102 : *Anacampserotem* (sc. herbam magicam dicit) *celeber arte grammatica paullo ante* (intellige Apionem), *cujus omnino tactu redirent amores vel cum odio depositi.*

DE METALLICA DISCIPLINA

Apio grammaticus scripsisse dicitur ap. Plin. in indice auctorum ad lib. XXXV.

---

et non vescamur carne suilla; et pudendorum circumisionem irridet.

Unde jure mihi videtur Apion ob maledicta in patriæ suæ leges pœnas dedisse quas commeruit. Nam ex necessitate circumcisus erat, utpote ulceratus circa pudenda : et quum nihil ei profuerit circumcisio, sed putresceret, magnis doloribus exspiravit.

25.

Apionis de diis Ægyptiis opiniones foventes, tanquam impiissimos nos clamoribus vestris exagitis.

DE APICII LUXURIA.

27.

Apion in libro De Apicii luxuria, quem piscem Græci *clopa* vocant, hunc esse ait accipenserem.

DE MAGO.

28.

Pases. Nomen proprium. Et proverbium : *Pasetis semiobolus.* Hic Pases ingenio molli fuit, sed omnes mortales arte magica superavit : itaque incantationibus suis effecit ut et cœnæ sumptuosæ conspicerentur et qui ad mensam ministrarent, cademque omnia rursus evanescerent. Habuit etiam semiobolum, arte magica ab ipso factum, qui quum ab ipso datus esset vendentibus, a quibus aliquid emere volebat, apud ipsum rursus inveniebatur, si vellet. Meminit ejus Apion grammaticus in libro De mago.

INCERTA.

31.

Plinius H. N. XXXV, 10, 36, 88 : *Imagines adeo similitudinis indiscretæ pinxit* (Apelles), *ut incredibile dictu, Apion grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominem addivinantem* (*quos metoposcopos vocant*) *ex iis dixisse aut futuræ mortis annos aut præteritæ.*

32.

Stephan. Byz. v. Κραστός· πόλις Σικελίας... Ἀπίων δὲ ὅτι μόνος Πολέμων (v. fr. 44, p. 127) ἔφη τὴν Λαΐδα Κορινθίαν. Etiam v. Κάρασσος Apio a Stephano laudatur. Qui locus pertinet ad interpretationem Hom. Il. 13, 363.

32.

Apion dicit solum Polemonem Laidem Corinthiam appellare.

THALLUS.

Eusebius Chron. p. 195 Mai. Chronica sua quum ex aliis scriptis consarcinasse dicit, tum *e Thalli libris tribus Memoriarum* (Ὑπομνημάτων ἱστοριχῶν) *ab Ilio capto usque ad CLXVII Olympiadem* (Ol. 167,1 = 112 a. C.).

At e tertio libro (fr. 8) affertur res quæ pertinet ad Ol. 203, 33 post C. Igitur Eusebii locus corruptus est. Ne in græco Eusebio fuisse putemus σξζ′ pro ρξζ′, eo impedimur quod Thallus (fr. 2) jam laudatur a Theophilo. Porro Tertullianus dicit: ... *Juba et Apion et Thallus, et qui istos aut probat aut revincit Judæus Josephus.* Hinc sequeretur Thallum scripsisse ante Josephum. At nulla apud Josephum Thalli scriptoris mentio fit. Igitur in conjecturæ arbitrium res retruditur. Equidem pro ρξζ′ fuisse puto σζ′, adeo ut ξζ′ ex dittographia ejusdem sigli ortum sit. Itaque Chronica pertinuissent usque ad Ol. 207. 49 p. C. Hoc si largiaris, non est adeo improbabile Thallum nostrum esse libertum Tiberii, cujus meminit Josephus in Tiberii historia, XVIII, 6, 4 : Καὶ δή τις ἦν Θάλλος Σαμαρεὺς γένος, Καίσαρος δὲ ἀπελεύθερος· παρὰ τούτου δάνεισμα μυριάδων ἑκατὸν εὑρόμενος (Ἀγρίππας) τῇ τε Ἀντωνίᾳ καταβάλλει τὸ ὀφειληθὲν χρέος κτλ. (*). In Syrum scriptorem bene cadunt historiæ Assyriæ (οἵ τε τὰ Σύρια Κάστωρ καὶ Θάλλος, fr. 3), quæ diversa fuisse debent ab Ὑπομνημάτων ἱστορ. sive Chronicorum libris tribus, siquidem recte hos Eusebius ab Ilio demum capto initium sumpsisse tradit.

1.

Tertullian. Apolog. 10: *Saturnum itaque, quantum literæ docent, neque Diodorus græcus aut Thallus neque Cassius Severus, aut Cornelius Nepos neque ullus commentator ejusmodi antiquitatum, aliud quam hominem promulgarunt.*

Lactantius I, 13 : *Omnes ergo non tantum poetæ, sed historiarum quoque ac rerum antiquarum scriptores hominem fuisse* (Saturnum) *consentiunt, qui res ejus in Italia gestas memoriæ prodiderunt; Græci, Diodorus et Thallus; Latini, Nepos et Cassius et Varro.*

Minutius Felix in Octavio p. 24 ed. 1652 : *Saturnum enim principem hujus generis et examinis omnes scriptores vetustatis Græci Romanique hominem prodiderunt. Scit hoc Nepos et Cassius in historia, et Thallus ac Diodorus hoc loquuntur.* Cf. etiam Justinus Cohort. ad Gr. p. 7.

Qui fuerit Cassius Severus, quem Tertull. dicit, nescio. Fortasse intelligendus est Cassius Hemina, quem Annales hist. Rom. scripsisse constat. Cogitari etiam possit de Cassio Longino, quem Eusebius p. 195 tanquam Chronicorum auctorem inter fontes suos recenset. Idem Tertullianus c. 19 Thalli nomen inter alia enumerat : *Reseranda antiquissimarum etiam gentium archiva, Ægyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum; advocandi municipes eorum per quos notitia* (sc. temporum) *subministrata est, aliqui, Manethon Ægyptius et Berosus Chaldæus, sed et Iromus Phœnix et Menander Ephesius et Demetrius Phalereus et rex Juba et Apion et Thallus, et qui istos aut probat aut revincit Judæus Josephus.*

2.

Theophilus Ad Autolyc. III, 29 : Βήλου τοῦ Ἀσσυρίων βασιλεύσαντος καὶ Κρόνου τοῦ Τιτᾶνος Θάλλος μέμνηται, φάσκων τὸν Βῆλον πεπολεμηκέναι σὺν τοῖς Τιτᾶσι πρὸς τὸν Δία καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ θεοὺς λεγομένους, ἔνθα φησίν· « Καὶ Ὤγυγος ἡττηθεὶς ἔφυγεν εἰς Ταρτησσόν· ** τότε μὲν τῆς χώρας ἐκείνης Ἀκτῆς κληθείσης, νῦν δὲ Ἀττικῆς προσαγορευομένης, ἧς Ὤγυγος τότε ἦρξε· » Καὶ τὰς λοιπὰς δὲ χώρας καὶ πόλεις, ἀφ' ὧν τὰς προσονυμίας ἔσχον, οὐκ ἀναγκαῖον ἡγούμεθα καταλέγειν, μάλιστα πρὸς σὲ τὸν ἐπιστάμενον τὰς ἱστορίας.

Idem ibid. : Κατὰ γὰρ τὴν Θάλλου ἱστορίαν ὁ Βῆλος προγενέστερος εὑρίσκεται τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου ἔτεσι τκβ′.

Lactantius I, 23 : *Theophilus in libro De temporibus ad Autolycum scripto ait, in historia sua Thallum dicere, quod Belus, quem Babylonii et Assyrii colunt, antiquior bello Trojano fuisse invenitur CCCXXII annis.*

(*) *Thallum* quendam Cineæ filium, Phocionis socium, commemorat Plutarch. Phoc. 13. Idem nomen proprium habes in Inscript. Att. ap. Bœckh. C. I. I, p. 320. 368. 370.

2.

Beli Assyriorum regis et Saturni Titanis Thallus meminit, aiens Belum una cum Titanibus pugnasse contra Jovem reliquosque deos, quos dicunt, Jovis socios. Verba Thalli sunt : « Et *Saturnus* victus fugit Tartessum, Ogygus vero *in terram quæ ab eo Ogygiæ nomen accepit*, quæ regio tunc Acte vocabatur, nunc vero Attica dicitur; cujus regionis Ogyges tunc imperio potitus est. » Reliquas regiones (a profugis Titanibus nomen adeptas?) a quibusnam nomen habeant non est quod exponam, tibi maxime, qui novisti historias.

Ὤγυγος] ὁ Γύγος codd., quod correxit Niebuhr. (*Kl. Schrift.* p. 211) e Castore (fr. 1) ap. Euseb. p. 36 ed. Mai. Deinde quædam excidisse liquet. Explendam vero lacunam Niebuhrius censet hunc fere in modum :.. Ἔφυγεν εἰς Ταρτησσὸν, τότε μὲν τῆς χώρας ἐκείνης [Ταρτάρου λεγομένης, ὥσπερ] Ἀκτῆς κληθείσης κτλ. Nimirum Thallum fabulam de Titanibus in Tartarum præcipitatis eo explicasse quod rex eorum Ogygus Tartessum, quæ olim Tartarus dicta sit, fugerit; nominis mutationem istam illustrasse comparata Attica, quæ olim Acte dicta sit. Hoc autem exemplo usum esse, quod Ogygus Titan in mentem revocasset Ogygum Atticum. Nescio tamen an hoc nimis sit ingeniosum. Narravit Thallus, opinor, *Saturnum*, non vero Ogygum, Tartessum fugisse et in occidentali hac regione imperasse. (cf. Diodor. V, 56, Cic. N. D. 3,17. Κρόνου τύρσις ap. Pindar. Ol. II, 70); addiditque haud dubie terram illam de eo Saturniam dictam esse; Ogygum vero in eam regionem fugisse, quæ tum Acte, ab ipso Ogygia (Charax ap. Steph. v. Ὠγυγία), postea Attica nominata sit. Itaque restituerim : Ἔνθα φησίν· « Κρόνος ἡττηθεὶς ἔφυγεν εἰς Ταρτησσὸν, Ὤγυγος δὲ εἰς τὴν ἀπ' αὐτοῦ ὀνομασθεῖσαν Ὠγυγίαν, τότε μὲν κτλ.

Bellum Trojanum Thallus ex more sui ævi assignaverit annis 1193-1184. Itaque Belus et initium regni Assyriaci refertur ad an. 1515 a. C. (1193+322). Finis imperii ex Ctesiæ computo (quem seriores longe plurimi plus minus accurate reddere solent) incidit in annum 885 a. C. Eodem modo Thallum quoque statuisse censeo. Igitur stetit Assyriorum regnum per annos 630 (10×63). Quæ est dimidia pars annorum 1260, quos Castor usque ad finem Sardanapalli exputat. Vide fragm. Chronol. p. 160. Ibidem vero monuimus catalogum regum Ass., quem Eusebius, Syncellus, Excerpta Barbara exhibent, ex duobus regum laterculis esse conflatum. Eodem spectat quod Alexander Polyhistor tradit (fr. 1), prosapiam Semiramidis pertinuisse usque ad Belum (vel Ballæum), a quo novus regum ordo incipit. Belus ille alter apud Eusebium appellatur Belochus (cujus filia est altera Semiramis sive Atossa); ab initio vero regni Assyriaci usque ad Belochum ex Eusebii numeris anni sunt 626. Vides igitur Belochi regno laterculum regum Assyr. in duas partes æquales dispesci. Thallus nonnisi alteram earum, certe quod anno attinet, agnovisse videtur (*); idque optime. Igitur summa annorum in Thallo quam proxime accessit ad computum Berosi. Is enim post Chaldæos et Arabes reges recenset regum Assyriorum ann. 526 usque ad Phulum. Phuli, Tiglat-Pilesaris et Salmanassaris annos e Beroso non enotavit Eusebius. Apud Samuelem, p. 16, iis tribuuntur anni 59. Horum vero successores Asordanus, Sammuges ejusque frater Sardanapallus apud Berosum regnant annis 60. Unde summa colligitur annorum 645. Fortasse etiam major foret consensus, si omnium regum numeros ex ipso Beroso Eusebius apposuisset. Ceterum in eo Thallus peccavit quod finem imperii Assyr. ex Ctesiana chronologia constituit, ideoque centum fere et quinquaginta annis a Beroso recedit.

(3.)

African. ap. Euseb. P. E. X, 10, p. 489 : Ἀπὸ Ὠγύγου, ἐφ' οὗ γέγονεν ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἐν τῇ Ἀττικῇ κατακλυσμὸς, Φορωνέως Ἀργείων βασιλεύσαντος, ὡς Ἀκουσίλαος ἱστορεῖ, μέχρι πρώτης Ὀλυμπιάδος ἔτη συνάγεται χίλια εἴκοσιν. Ταῦτα γὰρ οἱ τὰ Ἀθηναίων ἱστοροῦντες Ἑλλάνικός τε καὶ Φιλόχορος οἱ τὰς Ἀτθίδας, οἵ τε τὰ Σύρια Κάστωρ (fr. 15) καὶ Θάλλος καὶ Διόδωρος Ἀλεξανδρός τε ὁ Πολυίστωρ καί τινες τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκριβέστερον ἐμνήσθησαν καὶ τῶν Ἀττικῶν ἁπάντων. Huic loco, ubi scriptores temere cumulantur, omnino nihil tribuendum est.

(4.)

Syncellus p. 92, B : Ταύτην (τῶν Ἀράβων βασιλείαν) Ἀσσυρίων μα' διεδέξαντο βασιλεῖς... ἀπὸ τοῦ πρώτου αὐτῶν Βήλου ἕως τοῦ μα' Μακοσκολέρου τοῦ καὶ Σαρδαναπάλλου, ὡς συμφωνοῦσι πολλοὶ τῶν ἐπισήμων ἱστορικῶν, Πολύβιος καὶ Διόδωρος, Κεφαλίων τε καὶ Κάστωρ καὶ Θάλλος καὶ ἕτεροι. Hæc in Thallum non magis cadent, quam in reliquos, quos sueta arrogantia Syncellus recenset.

5.

Justin. Martyr. Coh. ad Gr. p. 10, A. Thallus inter eos ponitur, qui Moysis ὡς σφόδρα ἀρχαίου καὶ παλαιοῦ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντος meminerint. Conf.

(*) Quamquam cogitari etiam possit eum de altero Belo narrasse, quod Castor de primo Belo narrat.

3.

Ab Ogyge, sub quo magnum illud primumque in Attica accidit diluvium, Phoroneo Argivis imperante, ut Acusilaus narrat, usque ad primam Olympiadem, anni colliguntur mille viginti. Sic enim rerum Atheniensium narratores, Hellanicus et Philochorus Atthidum auctores, et Assyriaca qui scripserunt Castor et Thallus, et Diodorus et Alexander Polyhistor, et nostri ævi nonnulli etiam accuratius quam Attici universi tradiderunt.

4.

Arabum reges exceperunt Assyrii reges quadraginta et unus a primo eorum Belo usque ad quadragesimum primum Macoscolerum sive Sardanapallum, sicuti uno ore affirmant plurimi historicorum præcipuorum, Polybius, Diodorus, Cephalion, Castor, Thallus, alii.

Castoris fr. 16. 17. Hoc quoque loco temere nomina scriptorum congesta esse jam alii monuerunt.

6.

Africanus ap. Euseb. P. E. X, p. 488, C : Κῦρος Περσῶν ἐβασίλευσεν ᾧ ἔτει Ὀλυμπιὰς ἤχθη νε', ὡς ἐκ τῶν Βιβλιοθηκῶν Διοδώρου καὶ τῶν Θάλλου καὶ Κάστορος (fr. 5. 6, p. 158) Ἱστοριῶν, ἔτι δὲ Πολυβίου καὶ Φλέγοντός ἐστιν εὑρεῖν.

7.

Malala p. 157 ed. Bonn., de Crœso ad Halyn devicto et capto, quem Cyrus triumphans tripodi igneo imposuerit [Tripodem istum substituere rogo] : Ταῦτα δὲ ἱστόρησαν οἱ σοφώτατοι Θάλης (scr. Θάλλος) καὶ Κάστωρ καὶ Πολύβιος συγγραψάμενοι καὶ μετ' αὐτοὺς (l. αὐτῶν) Ἡρόδοτος ὁ ἱστοριογράφος· ἅτινα καὶ ὁ σοφὸς Θεόφιλος ἐχρονογράφησεν. Eadem Cedrenus. Ipsam narrationem exscripsimus in Castoris fr. 5 a. Ceterum num recte dicat Thallum et Castorem ita narrasse vehementer dubito. Quam temere Herodotus testis advocetur patet. Malala sua hausit ex Theophilo, quem laudat sæpissime.

8.

E LIBRO TERTIO.

Africanus ap. Syncell. p. 322, C, ad an. m. 5533, sive 33 p. Chr., Ol. 203, 1, quo anno Christus ad passionem venit : Καθ' ὅλου τοῦ κόσμου σκότος ἐπήγετο φοβερώτατον, σεισμῷ τε αἱ πέτραι διερρήγνυντο καὶ τὰ πολλὰ Ἰουδαίας καὶ τῆς λοιπῆς γῆς κατερρίφθη. Τοῦτο τὸ σκότος ἔκλειψιν τοῦ ἡλίου Θάλλος ἀποκαλεῖ ἐν τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ ἀλόγως. Cf Phlegont. fr. ad Ol. 203, 4.

6.

Cyrus Persarum regno potitus est Olymp. 55, 1, uti in Bibliotheca Diodori, et Thalli, Castoris, Polybii, Phlegontis historiis legere est.

8. Totum orbem terrarum caligo tegebat horrenda, terræque motu saxa sunt dirrupta et Judææ reliquæque terræ regiones plurimæ quassatæ. Illas tenebras solis eclipsin, absque ratione idonea, ut mihi videtur, Thallus appellat Historiarum libro tertio.

PAMPHILA EPIDAURIA.

Suidas : Παμφίλη, Ἐπιδαυρία, σοφὴ (φιλόσοφος καὶ ἱστορικὴ Eudoc.), θυγάτηρ Σωτηρίδου, οὗ λέγεται εἶναι καὶ τὰ συγγράμματα, ὡς Διονύσιος ἐν τῷ λ' τῆς Μουσικῆς ἱστορίας· ὡς δὲ ἕτεροι γεγράφασι, Σωκρατίδα τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. Ἱστορικὰ ὑπομνήματα ἐν βιβλίοις λγ'. Ἐπιτομὴν τῶν Κτησίου ἐν βιβλίοις γ'. Ἐπιτομὰς ἱστοριῶν τε καὶ ἑτέρων βιβλίων παμπλείστων. Περὶ ἀμφισβητήσεων. Περὶ ἀφροδισίων, καὶ ἄλλων πολλῶν.

Eudocia post verba θυγάτηρ Σωτηρίδου ponit indicem librorum, et deinde addit : Τινὲς δὲ πάντα ταῦτα εἰς τὸν αὐτῆς πατέρα ἀναφέρουσιν, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ἐν τῇ λ' τῆς Μουσικῆς ἱστορίᾳ, ὡς δὲ ἕτεροι εἰς Σωκρατίδαν τὸν ἄνδρα αὐτῆς. Ctesiæ Epitomen ad Soteridam potius quam ad Pamphilen pertinere, nescio an colligere liceat ex Πολίωνος ἐπιστολῇ πρὸς Σωτηρίδαν (sic Reinesius correx. vulgatam Σωτηρίνδαν) Περὶ τῆς Κτησίου χλοπῆς. De *Socratida* aliunde non constat. *Socratem* Argivum inter scriptores ætatis incertæ memorabimus.

Idem : Σωτηρίδας, Ἐπιδαύριος, πατὴρ Παμφίλης, ἧς τὰ Ὑπομνήματα ὑπέγραψεν (ὡς ὁ Διονύσιος ἐν λ' τῆς Μουσικῆς ἱστορίας), βιβλία γ' [l. λγ'].

Ὑπέγρ.] ἔγραψεν editt. ante Küsterum ; ἐπέγραψεν Küster. ; ᾧ τὰ Υ. ἐπέγραψαν Hemsterh. ; ὑπεγρ. e codd. V. E. reposuit Bernhardy., explicans : *adumbravit et argumenta commentariorum delineavit,* laudato Astio in Platon. Legg. p. 249. Dubito an recte.

Idem : Σωτηρίδας, γραμματικὸς, ἀνὴρ (l. πατὴρ) Παμφίλης, ᾗ καὶ τὰς ἱστορίας περιῆψεν. Ἔγραψεν Ὀρθογραφίαν, Ζητήσεις Ὁμηρικὰς, Ὑπόμνημα εἰς Μένανδρον, Περὶ μέτρων, Περὶ Κωμῳδίας, Εἰς Εὐριπίδην.

Photius Bibl. cod. 175, p. 119 Bekk. : Ἀνεγνώσθησαν Παμφίλης Συμμίκτων ἱστορικῶν ὑπομνημάτων λόγοι ή'. Αὕτη ἀνδρὶ μὲν συνῴκει, ὡς καὶ αὐτὴ τῶν Ὑπομνημάτων προοιμιαζομένη ἐπισημαίνεται· ᾧ καὶ ιγ' ἔτη ἐκ παιδὸς συμβιοῦσα ἤδη τῆς ὑπομνηματικῆς ταύτης συγγραφῆς λέγει ἀπάρξασθαι, συγγράψαι δὲ ἅ τε παρὰ τοῦ ἀνδρὸς μάθοι, τὰ ιγ' ἔτη συνεχῶς αὐτῷ συνοῦσα καὶ μηδ' ἡμέραν μηδ' ὥραν ἀπολειπομένη, καὶ ἃ παρ' ἄλλου τινὸς ἀκοῦσαι συνέβη τῶν παρ' αὐτὸν ἀφικνουμένων (πολλοὺς γὰρ φοιτᾶν ὄνομα καὶ δόξαν ἔχοντας ἐπὶ παιδείᾳ), καὶ δὴ καὶ ὅσα βιβλίων αὐτῇ ἀνελέξατο. Ταῦτα δὲ πάντα, ὅσα λόγου καὶ μνήμης αὐτῇ ὄξια ἐδόκει, εἰς ὑπομνήματα συμμιγῆ καὶ οὐ πρὸς τὰς ἰδίας ὑποθέσεις διακεκριμένον ἕκαστον διελεῖν, ἀλλ' οὕτως εἰχῇ καὶ ὡς ἕκαστον ἐπῆλθεν ἀναγράψαι, ὡς οὐχὶ χαλεπὸν ἔχουσα, φησὶ, τὸ κατ' εἶδος αὐτὰ διελεῖν, ἐπιτερπέστερον δὲ καὶ χαριέστερον τὸ ἀναμεμιγμένον καὶ τὴν ποικιλίαν τοῦ μονοειδοῦς νομίζουσα. Χρήσιμον δὲ τὸ βιβλίον εἰς πολυμάθειαν· εὕροι γὰρ ἄν τις καὶ τῶν ἱστορικῶν οὐκ ὀλίγα ἀναγκαῖα, καὶ δὴ καὶ ἀποφθεγμάτων καὶ ῥητορικῆς διατριβῆς, ἔνια καὶ φιλοσόφου θεωρίας καὶ ποιητικῆς ἰδέας, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἐμπέσοι. Αἰγυπτία δὲ τὸ γένος ἡ Παμφίλη, ἤκμασε δὲ καθ' οὓς χρόνους Νέρων ὁ Ῥωμαίων ἤκμαζεν αὐτοκράτωρ. Ἡ δὲ φράσις, ὡς ἐστιν ἐκ τῶν προοιμίων συλλαβεῖν καὶ ἐν οἷς ἀλλοθί που ἰδιόν τι λέγει, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν διάνοιαν, οἷα δὴ καὶ γυναικὸς ἔκγονον οὖσα, τῆς ἀρελοῦς ἐστιν ἰδέας, οὐδὲ τῇ λέξει πρὸς τὴν ἰδέαν ἀλλοτριουμένη. Ἐν οἷς δὲ τὰ τῶν ἀρχαιοτέρων ἀπομνημονεύουσα λέγει, ποικιλώτερον αὐτῇ καὶ οὐ καθ' ἓν εἶδος σύγκειται ὁ λόγος.

Photius cod. 161, p. 103, a, 35 : Ὁ δὲ δεύτερος (sc. τῶν Ἐκλογῶν λόγος Σωπάτρῳ συνηθροίσθη) ἐκ τε τῶν Σωτηρίδα Παμφίλης Ἐπιτομῶν πρώτου λόγου καὶ καθεξῆς μέχρι τοῦ δεκάτου.

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ΙΣΤΟΡΙΚΑ.

1.

Diog. L. I, 24, de Thalete : Παρά τε Αἰγυπτίων γεωμετρεῖν μαθόντα φησὶ Παμφίλη πρῶτον καταγράψαι κύκλου τὸ τρίγωνον ὀρθογώνιον, καὶ θῦσαι βοῦν.

2.

Idem I, 63, de Chilone Lacedæmonio : Ἡρός τε τὸν ἀδελφὸν δυσφοροῦντα ὅτι μὴ ἔφορος ἐγένετο, αὐτοῦ ὄντος, « Ἐγὼ μὲν γὰρ ἐπίσταμαι, » εἶπεν, « ἀδικεῖσθαι, σὺ δὲ οὔ. » Γέγονε δὲ ἔφορος κατὰ τὴν πεντηκοστὴν πέμπτην Ὀλυμπιάδα· Παμφίλη δέ φησι κατὰ τὴν ἕκτην. Καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι ἐπὶ Εὐθυδήμου, ὥς φησι Σωσικράτης. Καὶ πρῶτος εἰσηγήσατο ἐφόρους τοῖς βασιλεῦσι παραζευγνύναι. Cf. Euseb. Chron. ad Ol. 56, 4 : *Chilo unus e sapientibus septem ephorus fuit Lacedæmone.*

COMMENTARII HISTORICI.

1.

Ab Ægyptiis præcepta geometriæ doctum Thaletem primum descripsisse circuli triangulum rectis angulis, et immolasse bovem refert Pamphila.

2.

Chilo indignanti fratri quod ephorus ipse non fieret, quum ille fuisset, « Ego, inquit, pati injuriam scio, tu nescis. » Fuit autem ephorus circa quinquagesimam et quintam Olympiadem : Pamphila autem circa sextam ait ; primumque ephorum fuisse archonte Euthydemo, auctor Sosicrates. Primus instituit ut ephori regibus adjungerentur.

3.

E LIBRO SECUNDO.

Diog. L. I, 76, de Pittaco : Παμφίλη δέ φησιν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ὑπομνημάτων, ὡς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Τυρραῖον καθήμενον ἐπὶ κουρείου ἐν Κύμῃ χαλκεύς τις πέλεκυν ἐμβαλὼν ἀνέλοι. Τῶν δὲ Κυμαίων πεμψάντων τὸν φονέα τῷ Πιττακῷ, μαθόντα καὶ ἀπολύσαντα εἰπεῖν, « συγγνώμη μετανοίας κρείσσων. »

4.

Idem I, 90, de Cleobulo Lindio : Φέρεται δ' αὐτοῦ ἐν τοῖς Παμφίλης Ὑπομνήμασι καὶ αἴνιγμα τοῖον·

Εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δυοκαίδεκα. Τῶν δὲ ἑκάστῳ
παῖδες δὶς τριάκοντα διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι·
αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι·
ἀθάνατοι δέ τ' ἐοῦσαι, ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι.

Ἔστι δὲ ὁ ἐνιαυτός.

5.

E LIBRO QUINTO.

Idem I, 98 : Σωτίων δὲ καὶ Ἡρακλείδης καὶ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Ὑπομνημάτων δύο φασὶ Περιάνδρους γεγονέναι, τὸν μὲν τύραννον, τὸν δὲ σοφὸν καὶ Ἀμβρακιώτην. Τοῦτο καὶ Νεάνθης φησὶν ὁ Κυζικηνός, ἀνεψιούς τε εἶναι ἀλλήλοις. Καὶ Ἀριστοτέλης μὲν τὸν Κορίνθιόν φησιν εἶναι τὸν σοφόν· Πλάτων δὲ οὔ φησι.

6.

E LIBRO SEPTIMO.

Idem II, 24, de Socrate : Αὐτάρκης τε ἦν καὶ σεμνός. Καί ποτε Ἀλκιβιάδου, καθά φησι Παμφίλη ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν Ὑπομνημάτων, διδόντος αὐτῷ χώραν μεγάλην, ἵνα ἐνοικοδομήσηται οἰκίαν, φάναι, « καὶ εἰ ὑποδημάτων ἔδει, καὶ βύρσαν μοι ἐδίδους, ἵν' ἐμαυτῷ ὑποδήματα ποιησαίμην, καταγέλαστος ἂν ἦν λαβών. »

7.

E LIBRO UNDECIMO.

Gellius N. A. XV, 23 : *Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historiæ scriptores, in iisdem fere temporibus laude ingenti floruerunt, et non nimis longe distantibus fuerunt ætatibus. Nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus videtur, Herodotus tres et quinquaginta, Thucydides quadraginta. Scriptum hoc est in libro undecimo Pamphilæ.* Recte hæc in dubium vocavit Krügerus *Leb. d. Thuc.* p. 7. 28.

8.

E LIBRO VICESIMO QUINTO.

Idem III, 23, de Platone : Φησὶ δὲ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ εἰκοστῷ τῶν Ὑπομνημάτων ὡς Ἀρκάδες καὶ Θηβαῖοι Μεγάλην πόλιν οἰκίζοντες παρεκάλουν αὐτὸν νομοθέτην. Ὁ δὲ μαθὼν ἴσον ἔχειν οὐ θέλοντας, οὐκ ἐπορεύθη.

9.

E LIBRO VICESIMO NONO.

Gellius N. A. XV, 17 : *Alcibiades Atheniensis quum apud avunculum Periclem puer artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur, et arcessi Pericles Antigenidem tibicinem jussisset, ut eum canere tibiis, quod honestissimum tum videbatur, doceret : traditas sibi tibias, quum ad os adhibuisset inflassetque, pudefactus oris deformitate abjecit infregitque. Ea res quum percrebuisset, omnium tum Atheniensium consensu disciplina tibiis canendi desita est. Scriptum hoc est in Commentario Pamphilæ nono et vicesimo.* Cf. Plut. Alc. c. 2.

3.

Pamphila in secundo Commentariorum Tyrrhæum refert Pittaci filium, quum sederet in tonstrina Cumis, injecta securi a fabro ærario fuisse necatum : a Cumanis vero vinctum homicidam ad Pittacum missum, atque ab eo pœna fuisse absolutum, dicente, quum rem cognovisset, veniam pœnitentia esse potiorem.

4.

Fertur in Commentariis Pamphilæ Cleobuli tale ænigma :

Est genitor, proles cui sit bissena : sed horum
cuivis triginta bis, forma dispare, natæ,
hæ niveis totæ, fuscis sed vultibus illæ;
atque immortales quum sint, moriuntur ad unam.

Est autem annus.

5.

Sotion atque Heraclides et Pamphila in quinto Commentariorum duos aiunt fuisse Periandros, tyrannum alterum, alterum vero sapientem, eumque Ambracioten. Idem Neanthes quoque Cyzicenus dicit, addens patrueles sibi invicem fuisse. Porro Aristoteles Corinthium asserit fuisse sapientem, Plato negat.

6.

Frugi item erat et continens Socrates. Refert Pamphila in septimo Commentariorum, quum Alcibiades grandem illi aream ad construendam domum largiretur, dixisse : « At vero si calceamentis mihi opus esset, coriumque dares ut calceos mihi ipse conficerem, ridiculus essem, si acciperem. »

8.

Refert Pamphila in vicesimo quinto Commentariorum Arcadas ac Thebanos quum Megalopolim conderent, petiisse ab eo ut novæ civitati leges scriberet : sed certior factus eos æquabilitatem juris nolle admittere, non venit.

10.

E LIBRO TRICESIMO SECUNDO.

Idem V, 36 : Ὁ δὲ Θεόφραστος γέγονεν ἀνὴρ συνετώτατος καὶ φιλοπονώτατος καὶ, καθά φησι Παμφίλη ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ τῶν Ὑπομνημάτων, διδάσκαλος Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ.

CLAUDIUS CÆSAR.

Suetonius Claud. c. 42 : *Nec minore cura Græca studia secutus est, amorem præstantiamque linguæ occasione omni professus... Denique et Græcas scripsit historias*, Τυρρηνικῶν *viginti*, Καρχηδονιακῶν *octo. Quarum causa veteri Alexandriæ Museo alterum additum ex ipsius nomine; institutumque ut quotannis in altero* Τυρρανικῶν *libri, in altero* Καρχηδονιακῶν, *diebus statutis, velut in auditorio, recitarentur toti a singulis per vices.* De latinis Claudii historiis idem ibid. c. 41 : « In principatu quoque et scripsit plurimum et assidue recitavit per lectorem. Initium autem sumpsit historiæ post cædem Cæsaris dictatoris. Sed et transiit ad inferiora tempora, cœpitque a pace civili : quum sentiret neque libere neque vere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam, correptus sæpe et a matre et ab avia. Prioris materiæ duo volumina, posterioris unum et quadraginta reliquit. Composuit et de vita sua octo volumina magis inepte quam ineleganter. Item Ciceronis defensionem adversus Asinii Galli libros satis eruditam. » — In universum cf. Joannes Antiochenus in Exc. Valesii p. 805 : Ὅτι Κλαύδιος ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων τὴν μὲν ψυχὴν οὐ ῥαῦλος ἐγεγόνει, ἐν παιδείᾳ δὲ ἠσκεῖτο ὡς καὶ συγγράψαι τινά. — Laudatur Claudius aliquoties apud Plinium, qui latinas historias a pace civili exordientes ante oculos habuisse putandus est.

1.

Plinius H. N. XII, 12, 39 : *Peregrinos ipsa* (Arabia) *mire odores et ad exteros petit. Tanta mortalibus rerum suarum satietas est, alienarumque aviditas. Petunt igitur in Elymæos arborem bratum, cupresso fusæ similem, ex albidis ramis, jucundi odoris accensam, et cum miraculo Historiis Claudii Cæsaris prædicatam. Folia ejus inspergere potionibus Parthos tradit. Odorem esse proximum cedro, fumumque ejus contra ligna alia remedio. Nascitur ultra Pasitigrin in finibus oppidi Sittacenæ, in monte Zagro.*

2.

Plinius H. N. V, 10, 11 : *Mareotis lacus a meridiana urbis parte, Euripo e Canopico ostio mittitur mediterraneo commercio, insulas quoque plures amplexus, triginta M. passuum trajectu, CL ambitu, ut tradit Claudius Cæsar.*

3.

Plinius H. N. VI, 9, 10 : *Universæ* (Armeniæ) *magnitudinem Aufidius quinquagies centena millia prodidit. Claudius Cæsar longitudinem a Dascusa ad confinium Caspii maris, XIII mill. passuum; latitudinem dimidium ejus, a Tigranocerta ad Iberiam.*

POLYÆNUS SARDIANUS.

Suidas : Πολύαινος Σαρδιανὸς, σοφιστὴς, γεγονὼς ἐπὶ τοῦ πρώτου Καίσαρος Γαΐου. Λόγους δικανικοὺς καὶ ὅσα ἤτοι συνηγορικῶν ὑποτυπώσεις. Θριάμβου Παρθικοῦ (Παρθικὰ Eudoc. p. 354) βιβλία γ', καὶ ἄλλα.

Πολύαινος Μακεδὼν, ῥήτωρ. Περὶ Θηβῶν. Ταχτικὰ βιβλία γ'.

Ex libris De triumpho Parthico, quam Polyænus Sardianus, Caii Caligulæ æqualis, scripsit, nihil superstes. « Fortasse autem quum sophista fuerit et in causis dicendis se exercuerit, quæ de triumpho Parthico edidit non tam fuere commentarii historii quam orationes panegyricæ. » Vossius Hist. Gr. p. 238. Alter Polyænus Macedo, sub Divis fratribus florens, Strategematôn libros octo (quos Ταχτικῶν βιβλίοις γ' indicari, adeoque pro γ' scribendum esse η' Corayus putat, absque idoneo argumento) scripsit, uti constat. De libro historico Περὶ Θηβῶν aliunde non liquet, nisi putes Macedonem hunc eundem esse cum *Atheniensi* quem de re ad Thebarum regionem pertinente laudat Syncellus p. 151, C : Αἰγυπτίων μ' ἐβασίλευσεν Ἀμενῶφθις ἔτη λδ'... Οὗτος ὁ Ἀμενῶφθίς ἐστιν ὁ Μέμνων εἶναι νομιζόμενος καὶ φθεγγόμενος λίθος· ὃν λίθον χρόνοις ὕστερον Καμβύσης ὁ Περσῶν τέμνει, νομίζων εἶναι γοητείαν ἐν αὐτῷ, ὡς Πολύαινος ὁ Ἀθηναῖος ἱστορεῖ. Cf. Chron. Pasch. p. 144; Antiatticista p. 129 et 130, ubi eadem e Polyæno narrantur. Wyttenbach. Bibl. crit. P. XI, p. 178. De re v. Letronnius *La statue vocale de Memnon* (Paris. 1833); Witzschel. in *Paulys Realencycl.* v. *Memnon*, et qui ibi laudantur. De Polyæno M. rhetore v. Stobæus Floril. XLIII, 53. 55. 41, et Appendix e cod. Florentino III, 42.

10.

Fuit Theophrastus vir summæ prudentiæ studiique singularis, atque, ut scribit Pamphila tricesimo secundo Commentariorum libro, Menandrum comicum instituit.

JUSTUS TIBERIENSIS.

Justus, Pisti filius, Tiberiensis ex Galilæo, Judæus, Josephi æqualis et inimicus, auctor Χρονικοῦ Ἰουδαίων βασιλέων τῶν ἐν τοῖς στέμμασιν, quod pertinuit usque ad Trajani annum tertium, quo ipso diem Justus obiit. Quæ de eo comperta habemus pæne omnia leguntur in Vita Josephi c. 9. 17. 37. 65. 74. 75 et in Photii Bibl. codice 33, quem ipsum habes in Josephi editione Parisina (tom II, p. III), ad quam lectorem relegamus. Meminit ejus etiam Hieronymus et qui græce Hieronymum vertit Sophronius in Catal. scriptorum ecclesiast., quem exscripsit Suidas v. Ἰοῦστος, et Euseb. Hist. Eccles. III, 9. Apud Diogenem L. II, 41 ex eo afferuntur hæc : Κρινομένου δ' αὐτοῦ (Σωκράτους) φησιν Ἰοῦστος ὁ Τιβεριεὺς ἐν τῷ Στέμματι (sic) Πλάτωνα ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ εἰπεῖν, « νεώτατος ὢν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα ἀναβάντων · » τοὺς δὲ δικαστὰς ἐκβοῆσαι, Κατάβα, κατάβα [τουτέστι καταβηθι]. — Denique Steph. Byz. v. Τιβεριάς · Ἐκ ταύτης ἦν Ἰοῦστος ὁ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον τὸν κατὰ Οὐεσπ σιανοῦ ἱστορήσας. Videtur igitur præter Chronica (ex quibus petita sunt quæ leguntur ap. Syncell. p. 63, A. V. Apionis fr. 2), quæ perbrevem rerum summarum narrationem exhibebant, alterum opus de bello Judaico conscripsisse; quamvis neque Photius neque Josephus mentionem ejus injiciant.

HERMOGENES TARSENSIS.

Suetonius Domit. c. 10 : *Occidit item* (Diocletianus) *Hermogenem Tarsensem propter quasdam in historia figuras, librariis etiam qui eam describerant cruci affixis.* De hoc Hermogene ejusque historiis disertius nihil traditur. Alter Hermogenes Tarsensis, notissimus rhetor, qui sub Marco Aurelio floruit, præter rhetorica etiam Περὶ Κοίλης Συρίας βιβλ. β' scripsisse dicitur apud Suidam v. Ἑρμογένης. Sunt qui duos hosce libros fortasse ad alterum nostrum Tarsensem referendos esse suspicentur. Ceterum ex his quoque nihil superstes. Josephus inter eos qui de Judæis tamquam populo perantiquo dixerint, recenset Theophilum, Theodotum, Mnaseam, Aristophanem, *Hermogenem*, Euemerum, Cononem, Zopyrionem. Is antiquior aliquis Hermogenes fuisse videtur; idem fortasse, cujus *De Phrygia* opus laudatur apud schol. Apollon., et Zenobium. Cogitari possit de Hermogene Smyrneo, de quo inscriptio Smyrnæ reperta ita habet (Bœckh. C. II. I, N° 3311, p. 768) :

Ἑρμογένης Χαριδήμου ἱητρείην ἀναγράψας
ἔπτ' ἐπὶ ἑβδομήκοντ' ἔτεσιν καὶ ἴσαις ἐπὶ βύβλοις.

Συνέγραψε δὲ βυβλία ἰατρικὰ μὲν οζ', ἱστορικὰ δὲ Περὶ Ζμύρνης α'. β', Περὶ τῆς Ὁμήρου σοφίας α', καὶ πατρίδος α', Ἀσίας κτίσεων α'. β', Εὐρώπης κτίσεων α'. β'. γ'. δ', νήσσων α', Ἀσίας σταδιασμῶν α', καὶ Εὐρώπης α', στρατηγημάτων α'. β'. Πίναξ Ῥωμαίων καὶ Σμυρναίων διαδοχὴ κατὰ χρόνους.

Ad hæc Bœckhius : « Hermogenem, Charidemi filium, Smyrnæum esse sponte patet, quum præsertim utrumque nomen Smyrnæ sit usitatum; Charidemos enim et Charidemianum tituli offerunt, Hermogenisque nomen ut in inscriptionibus Smyrnæis sæpissime reperitur, ita in nummis Smyrnæ satis frequens est. Medicum Hermogenem Smyrnæ habes N° 3350. Erasistrateorum schola Smyrnæ fuit duce Hicesio, parentum Strabonis ætate celeberrima, minus celebris postea (Strabo XII, p. 579) : quare probabile est, Hermogenem Erasistrateum, cujus mentio fit ap. Galen. Simpl. medicam. I, 29, esse Smyrnæum; neque impedit quidquam, quominus hunc putemus nostrum Charidemi filium esse. Idemne an alius sit Hadriani medicus Hermogenes, cujus meminit Dío Cassius (LXIX, 21), incertum est. Hermogenem medicum incertum quem perstringunt epigrammata Nicarchi et Lucillii Anthol. Palat. XI, 114. 257. Nostri patrem Charidemum Erasistrateum (ap. Cœl. Aurelian. De morb. acut. II, 15) esse notat Fabricius (B. Gr. tom. XIII, p. 182 ed. pr.). Qui in nummis Smyrnæis nominantur Hermogenæ, quare omnes medici esse putentur, nulla causa est; unus et alter eorum manifesto eponymi magistratus habendi : ut prætor fuit Hermogenes is, qui in nummo Neroniano comparet (Eckhel. D. N. II, p. 554) : quamquam hi quoque potuerunt medici esse. Sed medici est certe is nummus in quo : Ερμογενης Τρικκας, quum Tricca Thessaliæ urbs Æsculapii cultu et arte medica clarissima fuerit. Τρίκκας autem Meadio judice significandæ Hermogenis patriæ causa adscriptum; qua tamen de re dubito. Nam Hermogenis nomen Smyrnæis adeo est usitatum, ut patria et ortu Smyrnæum illum quoque Hermogenem judicem; Τρικκᾶς igitur videtur potius agnomen esse ab urbe Tricca ob hujus ipsius medicam laudem traductum. Agnomina namque nomini addita Smyrnæ frequentissima esse ex titulis permultis. » — « Ad nominativum Ἑρμογ. ἀναγράψας etc. intellige : ὅδε ἐστίν : haud dubie apposita erat imago. » — οζ'] οβ' lapis. Numerus secundum prægressum ἱητρείαν ἀναγρ. (i. q. συγγράψας) ad solos refertur medicos libros. Igitur verum videtur, quod proposuit Corsinus, οζ' scribens (Z pro B). — Περὶ Ὁμήρου πατρίδος] Smyrnæum credo Homerum probabat Hermogenes Smyrnæus. De scriptura νήσσων cf. ad n. 3268. Ad νήσων sup-

plendum esse κτίσεων recte notat Küsterus. Idem ad Σταδιασμούς Hermogenis contulit Timosthenis libri indicem Σταδιασμὸν s. Σταδιασμούς (Marcian. Heracleot. p. 64 ed. Huds.; Steph. Byz. Ἀγάθη). — πίναξ] Debebat πίναχα e διαδοχὴν esse; sed tales errores non sunt sine exemplo : cf. n° 3278. Quod vulgo legebatur Ἰωναίων, ad Ionen (Antiochiam ad Daphnen sec. Steph. Byz.) referebat Kusterus : quod nihili esse non est quod demonstrem. Nec de philosophorum vel aliorum eruditorum successione cogitandum : significatur tabula, qua Romanorum et Smyrnæorum regum olim, mox magistratuum, eponymorum haud dubie, ex ordine annorum proposita erat successio. Ceterum non male conjecit Küsterus, ipsum etiam Hermogenem fuisse prætorem, ideoque illam contexuisse tabulam. Et eponymo magistratu functos Smyrnæ unum et alterum Hermogenem esse monui jam supra. » Hæc Boeckhius. Subjicio quæ ex Hermogene, quicumque sit, historica afferuntur.

ΠΕΡΙ ΦΡΥΓΙΑΣ.

1.

Schol. Apoll. Rh. II, 722 : Σαγγάριος, ποταμὸς Φρυγίας. Ὁ δὲ Μυρλεανὸς Σάγγαρον αὐτὸν λέγεσθαί φησιν. Ἑρμογένης δὲ ἐν τῷ Περὶ Φρυγίας φησὶν, Σάγγαν τινὰ ἀσεβήσαντα περὶ τὴν Ῥέαν, μεταβαλεῖν εἰς τοῦτο τὸ ὕδωρ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸν ποταμὸν Σαγγάριον ὀνομασθῆναι. Πλησίον δὲ αὐτοῦ ὀρείας Δήμητρος ἱερόν ἐστιν, ὡς φησι Ξάνθος.

2.

Zenobius VI, 10 : Τὰ Νανν άκου· εἴρηται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν θαυμαζομένων ἐπὶ παλαιότητι, ἢ ἐπὶ τῶν πολλὰ θρηνούντων. Νάνναχος γὰρ ἐγένετο Φρυγῶν βασιλεὺς, ὥς φησιν Ἑρμογένης ἐν τοῖς Φρυγίοις (Φρυγιακοῖς?), πρὸ τῶν Δευκαλίωνος χρόνων· ὃς προειδὼς τὸν μέλλοντα κατακλυσμὸν, συναγαγὼν πάντας εἰς τὰ ἱερὰ μετὰ δακρύων ἱκέτευεν. Ἡρώδης δὲ ὁ ἰαμβοποιὸς φησίν· « Ἵνα τὰ Νανν άκου κλαύσῃ. »

Cf. Stephan. Byz. : Ἰκόνιον, πόλις Λυκαονίας πρὸς τοῖς ὅροις τοῦ Ταύρου. Φασὶν ὅτι ἦν τις Ἄνναχος, ὃς ἔζησεν ὑπὲρ τὰ τριακόσια ἔτη· τοὺς δὲ πέριξ μαντεύσασθαι ἕως τίνος βιώσεσθαι. Ἐδόθη δὲ χρησμὸς, ὅτι τούτου τελευτήσαντος πάντες διαφθαρήσονται. Οἱ δὲ Φρύγες ἀκούσαντες ἐθρήνουν σφοδρῶς· ὅθεν καὶ παροιμία· τὸ ἐπὶ Ἀνναχοῦ κλαύσειν (κλαῦσαι?), ἐπὶ τῶν λίαν οἰκτιζομένων. Γενομένου δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ Δευκαλίωνος διεφθάρησαν.

3.

Stephan. Byz. : Ἄζανοι, Φρυγίας πόλις... Τινὲς δὲ Ἀζάνιον αὐτήν φασι, Ἑρμογένης δέ φησιν· « Οὐ δεῖ οὕτως, ἀλλ' Ἐξουάνουν αὐτὴν καλεῖσθαι· λέγεται γὰρ παρὰ τὸν τόπον ἀγροικίας εἶναι, λιμοῦ δὲ γενομένου συνελθόντες οἱ ποιμένες ἔθυον εὐθυσίαν γενέσθαι· οὐκ ἀκουόντων δὲ τῶν θεῶν, Εὔφορβος τὸν οὐανοῦν, ὅ ἐστιν ἀλώπηξ, καὶ ἔξιν, ὅ ἐστιν ἐχῖνος, θῦσαι τοῖς δαίμοσιν· εὐαρεστηθέντων δὲ τῶν θεῶν, εὐθυσίαν γενέσθαι καὶ τὴν γῆν πολυκαρπῆσαι, τοὺς δὲ περιοίκους πυθομένους ἱερέα καὶ ἄρχοντα αὐτὸν καταστῆσαι. Ἐξ αὐτοῦ δὲ κληθῆναι τὴν πόλιν Ἐξουάνουν, ὃ μεθερμηνευόμενόν ἐστι ἐχιναλώπηξ. » Ἔοικε δὲ μετηλλοιῶσθαι ἐκ τοῦ Ἐξουάνουν τὸ Ἀζάνιον.

4.

Plutarchus De fluv. c. 17, 4 : Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (Εὐρώτᾳ) βοτάνη, καλουμένη Χαρίσιον, ἣν γυναῖκες, ἔαρος ἀρχομένου, τοῖς τραχήλοις περιάπτουσι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν συμπαθέστερον ἀγαπῶνται· καθὼς ἱστορεῖ Κλεάνθης ἐν α' Περὶ ὀρῶν. Μέμνηνται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Σωσθένης ὁ Κνίδιος, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφεν Ἑρμογένης. Ex quonam libro hæc fluxerint, nescio.

DE PHRYGIA.

1.

Sangarius, fluvius Phrygiæ. Asclepiades Myrleanus *Sangarum* dici ait. Hermogenes in libro De Phrygia narrat Sangam quendam, quum in Rheam peccasset, in hanc mutatum esse aquam, atque hinc fluvium appellari Sangarium. Prope eum montanæ Cereris fanum est, testante Xantho.

2.

Res Nannaci. Dictum proverbium de rebus vetustate admirandis, vel de iis qui multum plorant. Nannacus enim rex Phrygum (ut refert in libris De rebus Phrygicis Hermogenes) ante Deucalionis ætatem quum diluvium providisset, cogens suos in fanum, cum lacrimis diis supplicabat. Hinc Herodes iamborum scriptor : « Ut Nannaci, inquit, more plorem. »

3.

Azani, urbs Phrygiæ... Nonnulli eam vocant Azanium. Hermogenes vero inquit : « Non oportet eam hoc modo, sed Exuanun appellari. Narratur enim circa hunc locum villas quasdam fuisse. Exorta autem fame, pastores qui convenerant pro fertilitate fecisse sacrificia. Diis autem non exaudientibus, Euphorbum *uanun*, quod vulpem, et *exin*, quod echinum significat, dæmonibus sacrificasse; tum diis placatis, terram alimenti copiam et multos fructus produxisse; accolas vero, quum hæc cognovissent, eum sacerdotem et ducem constituisse, atque hinc urbem Exuanun appellatam esse, quod si interpreteris, *Echinovulpem* denotat. Videtur autem vox *Exuanun* deinde abiisse in *Azanium*.

4.

Nascitur in Eurota planta, Charisii ei nomen est, quam mulieres, incunte vere, collo appendunt, et vehementius ita a viris amantur, ut auctor est Cleanthes primo De montibus. Meminit horum disertius Sosthenes Cnidius, a quo argumentum sumpsit Hermogenes.

MEMNON.

Grande Memnon opus de rebus Heracleæ Ponticæ, qua in urbe vel natus (*) vel versatus diutius esse videtur, posteritati mandare decreverat. At ne levissimum quidem superesset ejus vestigium, nisi fausta fortuna in manus incidisset Photii, qui octo librorum (IX-XVI) satis ampla nobis reliquit excerpta. Certe alium scriptorem qui Memnonis memoriam excitaverit novi neminem. Jam quum Herodori, Nymphidis, Promathidæ, Callistrati, qui item de Heracleæ vel fabulis vel historiis scripserunt, crebra apud scholiastas Apollonii Rhodii mentio fiat, de Memnone vero sit silentium, facilis conjectura est Memnonem ætate posteriorem fuisse Didymo aliisque ejus sæculi scholiorum scriptoribus. Eadem docet Photius. Is enim postquam dixerat librum Historiarum decimum sextum pertinere usque ad mortem Britagoræ (c. 46 a. C.), qui patriam a Romanis dirutam restauravit, addit : Τὰς δὲ πρώτας ἡ ἱστορίας καὶ τὰς μετὰ τὴν ἕκτην καὶ δεκάτην οὔπω εἰπεῖν εἰς θέαν ἡμῶν ἀφιγμένας ἔχομεν. — Vixerit Memno primo vel ineunte secundo post Christum seculo.

Priores libri octo Heracleæ historiam exhibent usque ad tyrannidem Clearchi (364 a. C.). Quomodo post annos octoginta quattuor eversus sit tyrannorum dominatus, auctor exposuit libro duodecimo. Totidem fere libris idem temporis spatium tractaverat Nymphis, quem præ ceteris ducem Memnon sibi sumpserit. Mentionem ejus injicit cap. 11 et 24; atque uno illo loco, ubi Nymphidis (fr. 17) et Memnonis de Dionysio tyranno narrationem conferre licet, optime inter se consentiunt.

Libris XIII et XIV narratio usque ad victum a Romanis Antigonum (280-188) deducitur. Varia in his et multiformis historia est. Nam suo nisu Heraclienses nihil tum quod quidem majoris momenti sit, peregerunt; sed modo Ptolemæo Cerauno contra Antigonum, modo Nicomedi contra Zipœten et Antiochum auxiliantur, modo Byzantios contra Gallos juvant, modo lites coloniarum et controversias filiorum Nicomedis componunt. Hæc igitur non tam Heracleæ historia est quam regni Macedonici, Bithynici, Gallorum. Augetur hæc narrationis varietas insertis digressionibus, quibus ad superiora tempora auctor ascendit. Sic cap. 20 regum Bithyniæ seriem persequitur; deinde, ubi ad annum devenit, quo Romani contra Antiochum in Asiam trajecerunt, historiam eorum inde a primis incunabulis usque ad præsentia tempora satis amplo excursu exponit. Quod quum a proposito alienum sit, nescio quo jure Photius dixerit Memnonem digressiones historiis suis non intexuisse nisi ubi necessitate quadam sit coactus (c. 60).

Similis ratio est libri decimi quinti ad istud usque tempus pertinentis, quo Cotta ad obsidionem Heracleæ profectus est. Exponit auctor quomodo factum sit ut Heraclienses, Romanorum amici quidem neque tamen cum Romanis neque cum Mithridate arma jungentes, mox Archelai dolo nolentes in partes Mithridatis traherentur, deinde Lamachi proditione urbs in manus Mithridatis veniret, atque sic hostili Romanorum exercitu peteretur. Hæc Photius narrat cap. 33, 36, 38, 42, 43. Reliqua ad Heracliensium res nihil attinentia in narratione versantur de bello Mithridatico, adjuncto de Nicææ originibus episodio.

Contra argumentum libri decimi sexti totum pertinet ad res Heracleæ patriæ, cujus obsidionem, occupationem, direptionem, eversionem, restaurationem uberrime Memnon exposuit. Plura Photius in suo volumine non repperit. Scilicet hæc maxime historiæ Heracliensis pars lectu digna serioribus visa fuerit.

Fides Historiarum Memnonis in universum est optima. Ubi cum aliis bonæ notæ scriptoribus eas conferre licet, ut in Mithridaticis cum Appiano, Plutarcho, Dione Cassio, in plerisque consentiunt; ubi dissentiunt, Memnonis testimonium sæpe præferendum (v. c. 57, 1; 31, 2); contra laborat Memnon rerum geographicarum ignorantia; vid. c. 19, 4. 41, 1 et præ ceteris c. 49, ubi Marsos, Pelignos et Marucinos supra Libyam in Gadium confiniis habitasse dicit; ac omnino de Romanorum historia pessimos auctores Græculos secutus esse videtur, ut ex iis quoque quæ de Romana ad Alexandrum legatione narrantur, suspicari licet (vid. c. 29, 3, cl. 29, 2).

De oratione ceteraque historiarum indole ita Photius (c. 60, 5) : Ἔστι δὲ ἡ συγγραφὴ νουνεχὴς μὲν καὶ τὸν ἰσχνὸν μεταδιώκουσα χαρακτῆρα, οὐ μὴν οὐδὲ τοῦ σαφοῦς ἀμελοῦσα... καὶ λέξεσι δὲ, εἰ μή που σπανίως ἐξαλλαττούσαις, ταῖς συνήθεσι χρᾶται. Quod de verborum usu Photius ait (nam de hoc solo aliquatenus judicare nobis licet), ipsis confirmatur exemplis. « Voces et locutiones, Orellius (Memnon. Histor. Exc. Lips. 1816, p. V) inquit, plurimæ

(*) Cyzicenus Μέμνων γραμματεὺς βουλῆς καὶ δάμου memoratur in inscr. Cyz. ap. Boeckh. C. J. II. n. 3794.

insunt optimæ notæ, Herodoteæ, Thucydideæ, Xenophonteæ, quæ horum scriptorum lectorem assiduum et imitatorem haud infelicem arguunt. Venatur tamen aliquando etiam dictiones poeticas et a communi loquendi usu remotas, v. v. cap. 1 παλαμναῖος, c. 2 ἐδηλήσατο sensu nocendi, ibid. καταδαπανώμενος νόσῳ, c. 4 ἐξ ἀνθρώπων ἀποπτάς, c. 6 πόθου ἐμπύρευμα etc.; quales autem quum in posteriore horum excerptorum parte non amplius inveniantur, suspicor equidem Memnonem in prioribus historiæ libris antiquiorem aliquem rerum Heracliensium scriptorem, Nymphidem v. c. tali fortassis genere scribendi usum, vel exscripsisse vel excerpsisse saltem, ipsissimis illius verbis retentis. » Affectatum istud dicendi genus in eadem operis parte arguunt hæc (c. 3, 2) : Σπένδει αὐτῷ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν βλεφάρων δάκρυα καὶ τὰς ἀπὸ τῶν σπλάγχνων οἰμωγάς. Et paullo post : Ἐπιτελεῖ ἀγῶνας ἱππικοὺς, οὐχ ἱππικοὺς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ σκηνικοὺς κτλ. Ea quin ad Memnonem vel potius ejus fontem referenda sint, dubitari nequit; incerti vero hæremus, num recentioris græcitatis vocabula, quæ passim obvia fiunt (*) ipsi auctori an excerptori ejus tribui debeant.

(*) v. c. τελεῖν ὑπό τινα pro τελεῖν τινι c. 12; δυσωπεῖσθαι precibus flecti c. 55; βελτιόω c. 12; ἐκστράτευμα c. 15; δημοσιωνία c. 38; σκηνιεύεσθαι c. 51; quæ notavit Orellius l. l.

ΠΕΡΙ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ.

Ἀνεγνώσθη βιβλίον Μέμνονος ἱστορικὸν, ἀπὸ τοῦ θ' (ε' cod. A.) λόγου ἕως ις'. Ἡ δὲ πραγματεία, ὅσα περὶ τὴν Ποντικὴν Ἡράκλειαν συνηνέχθη, σκοπὸν ἀναγράψαι προτίθεται, τοὺς ἐν αὐτῇ τυραννήσαντας ἀναλεγομένη καὶ πράξεις αὐτῶν καὶ ἤθη, καὶ τοὺς ἄλλων (αὐτῶν?) βίους καὶ τέλη οἷς ἐχρήσαντο, καὶ ὅσα τῶν εἰρημένων ἐξήρτηται.

DE REBUS HERACLEÆ.

Memnonis historia, quam legi a libro nono usque ad decimum sextum, quæ circa Heracleam Ponticam acciderunt (id enim operis institutum est), exponit, tum urbis tyrannos, et res horum gestas moresque, tum vitam eorum et exitum et quæcumque eo pertinent, recensens.

ΕΚ ΤΟΥ Θ' ΚΑΙ ΤΟΥ Ι' ΒΙΒΛΙΟΥ.

I. Κλέαρχον μὲν οὖν ἐπιθέσθαι πρῶτον τυραννίδι κατὰ τῆς πόλεως ἀναγράφει. Φησὶ δὲ παιδείας μὲν τῆς κατὰ φιλοσοφίαν οὐκ ἀγύμναστον, ἀλλὰ καὶ Πλάτωνος τῶν ἀκροατῶν ἕνα γεγονέναι, καὶ Ἰσοκράτους δὲ τοῦ ῥήτορος τετραετίαν ἀκροάσασθαι· ὠμὸν δὲ τοῖς ὑπηκόοις καὶ μιαιφόνον, εἴπερ τινὰ ἄλλον, ἐπιδειχθῆναι, καὶ εἰς ἄκρον ἀλαζονείας ἐλάσαι, ὡς καὶ Διὸς υἱὸν ἑαυτὸν ἀνειπεῖν, καὶ τὸ πρόσωπον μὴ ἀνέχεσθαι ταῖς ἐκ φύσεως χρωματίζεσθαι βαφαῖς, ἄλλαις δὲ καὶ ἄλλαις ἰδέαις ποικιλλόμενον ἐπὶ τὸ στιλπνόν τε καὶ ἐνερευθὲς (al. ἐρευθὲς) τοῖς ὁρῶσιν ἐπιφαίνεσθαι· ἐξαλλάττειν δὲ καὶ τοὺς χιτῶνας ἐπὶ τὸ φοβερόν τε καὶ ἀβρότερον. (2) Οὐ ταῦτα δὲ μόνον γενέσθαι κακὸν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς εὐεργέτας ἀχάριστον καὶ πάντα βίαιόν τε καὶ τὰ ἄτοπα τολμηρόν· φῦναι δὲ καὶ δραστήριον τὸν παλα-

E LIBRIS IX ET X.

I. Clearchus (ait) primus tyrannidem in hanc sibi urbem vindicavit, disciplinæ philosophicæ haud equidem rudis (e Platonis enim discipulis unus fuit, et quadriennium Isocrati oratori operam dedit), at enimvero crudelem, si quisquam alius, civibus se exhibuit et cruentum : et ad summum usque insolentiæ processit, ut etiam Jovis se filium nominaret, nec colore genuino, quo natura faciem ejus tinxerat, contentus, subinde aliis atque aliis eam fucis illinebat, ut nitida et rubicunda intuentibus videretur : quin vestes quoque ad terrores et delicias permutabat. (2) Nec vero in his tantum improbus erat, sed etiam in benefactores ingratus et in omnibus violentus et ad res nefarias audax,

Libri I—VIII quum prorsus interierint, loca vett. scriptorum, quæ ad Heracleam urbem ejusque historiam antiquiorem spectant, paucis indicare liceat. Collegit et exscripsit Orellius. Omissis, quæ leguntur in fragmentis Herodori, Nymphidis, Promathidæ, Callistrati, reliqua hæc sunt : 1, *De situ urbis :* Ptolemæus ap. Hudson. Geogr. min. tom. III, p. 29; Xenoph. Exp. Cyr. VI, 6, 2; Arrian. Peripl. Ponti Eux. 13, 3, p. 259 ed. Didot.; Scylax Peripl. p. 82 Gronov. — *Regionis descriptio :* Plin. H. N. VI, 1; Pomp. Mela I, 19, 50; Solin. Polyh. 45. — *Memorabilia naturæ : aconitum*, Antigon. Caryst. Mir. 131; Dionys. Perieg. 788 sqq., ibique Eustath.; Plin. H. N. XXVII, 2; Schol. Nicand. Alex. v. 13; *laurus Alexandrina*, Plin. H. N. XV, 30 (29); *quercus Herculis*, Plin. l. l. XVI, 89; *pisces*, Idem l. l. IX, 83; *mel*, Id. XXI, 54; Dioscorides De materia med. II, 103. — *Urbis descriptio et historiæ summa :* Strabo XII, 3, 6. — *Urbis primordia :* Menander Rhet. Encom. II, 3, p. 92 Heeren.; Scymn. Ch. v. 981; Pausan. V, 26, 6; Justin. XVI, 3; Strabo XII, 3, 4; Schol. Apoll. Rh. II, 746. — *Coloniæ :* Anonym. in Peripl. Ponti ap. Gronov. Geogr. p. 146 et 158; Scym. Ch. 928. Cf. Spanhem. De usu et pr. numm. I, p. 576. — *Urbis fata ante Clearchi tyrannidem :* Justin. XVI, 3; Xenoph. Anab. V, 10, 1; Polyæn. Strateg. VI, 9, 3 sq.; Aristot. Polit. V, 6, 5; Æneas Poliorc. c. 9 et 12.

I, 1. De Clearcho. cf. Diodor. XV, 81, 4, XVI, 36, 3; Justin. XVI, 4 et 5 (ex Theopompo?); Polyæn. Strateg. II, 30; Plutarch. Ad princip. inerudit. c. 4, p. 781, D; Id. De fortun. Alex. c. 4, p. 338, B; Athenæus III, p. 85, A (Theopomp. fr. 200); Suidas v. Κλέαρχος; adde Epistolas, quæ sub Chionis nomine circumferuntur (edidit Orellius una cum fragm. Memnonis p. 130 sqq.). Ἰσοκράτους] V. Epist. VII Isocrat. ad Timotheum Clearchi f. — ἐπὶ τὸ φοβερόν] sc. Jovem imitans. Vid. Justin. l. l.

μναῖον οἷς ἂν ἐπιβάλοι, οὐ κατὰ τῶν ὁμοφύλων μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἐν ἀλλοφύλοις ἐφρόνει πολέμιον. Βιβλιοθήκην μέντοι κατασκευάσαι πρὸ τῶν ἄλλων, οὓς ἡ τυραννὶς ἀπέδειξεν ὀνομάζεσθαι. (3) Τοῦτον δὲ ἐπιβουλὰς μὲν πολλὰς πολλάκις διὰ τὸ μιαιφόνον καὶ μισάνθρωπον καὶ ὑβριστικὸν κατ' αὐτοῦ συστάσας διαφυγεῖν, ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ὑπὸ Χίωνος τοῦ Μάτριος, ἀνδρὸς μεγαλόφρονος καὶ κοινωνίαν πρὸς αὐτὸν τὴν ἐξ αἵματος ἔχοντος, καὶ Λέοντος καὶ Εὐξένωνος καὶ ἑτέρων οὐκ ὀλίγων συσκευασθῆναι πληγὴν καιρίαν ἐνεγκεῖν, καὶ τελευτῆσαι πικρῶς ἀπὸ τοῦ τραύματος. (4) Ἔθυεν μὲν γὰρ δημοτελῆ θυσίαν ὁ τύραννος· οἰηδὲ περὶ τὸν Χίωνα, ἐπιτήδειον εἶναι τὸν καιρὸν τῇ πράξει νομίσαντες, τῇ τοῦ Χίωνος χειρὶ τὸ ξίφος διὰ τῶν τοῦ κοινοῦ πολεμίου λαγόνων ἐλαύνουσιν. Ὁ δὲ, πολλῶν αὐτὸν καὶ πικρῶν ἀλγηδόνων κατατεινόντων, καὶ τοσούτων φασμάτων ἐκδειματούντων (εἴδωλα δὲ τὰ φάσματα ἦν ὧν ἐκεῖνος μιαιφόνως ἀνῃρήκει), οὕτω δευτεραῖος τὸν βίον κατέστρεψε, ζήσας μὲν ἔτη ἡ' καὶ ν', τούτων δὲ τυραννήσας δυοκαίδεκα. (5) Εἶχεν δὲ τὴν Περσῶν ἀρχὴν Ἀρταξέρξης τότε, εἶτα καὶ Ὦχος ὁ ταύτην ἐκ πατρὸς ἐκδεξάμενος· πρὸς οὓς καὶ πολλάκις ἔτι ζῶν ὁ Κλέαρχος διεπρεσβεύσατο. Οἱ μέντοιγε ἀνῃρηκότες τὸν τύραννον, μικροῦ πάντες οἱ μὲν ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων κατ' αὐτὸν τὸν τῆς ἐπιθέσεως καιρὸν, οὐκ ἀγεννῶς ἀνδρισάμενοι, κατεκόπησαν, οἱ δὲ καὶ ὕστερον συλληφθέντες καὶ πικραῖς τιμωρίαις ἐγκαρτερήσαντες ἀνῃρέθησαν.

II. Σάτυρος δὲ ὁ τοῦ τυράννου ἀδελφὸς, οἷα δὴ ἐπίτροπος καταλειφθεὶς τῶν παίδων Τιμοθέου καὶ Διονυσίου, τὴν ἀρχὴν ὑποδέχεται· ὃς ὠμότητι μὲν οὐ Κλέαρχον, ἀλλὰ καὶ πάντας τυράννους ὑπερέβαλεν. Οὐ μόνον γὰρ τοὺς ἐπιβεβουλευκότας τῷ ἀδελφῷ ἐτιμωρήσατο, ἀλλὰ καὶ τῶν τέκνων ἃ μηδὲν συνῄδει τοῖς γεγεννηκόσιν, οὐδὲν ἀνεκτότερον ἐδηλήσατο, καὶ πολλοὺς ἀναιτίους κακούργων δίκας ἀπῄτησε. (2) Τοῦτον δὲ καὶ μαθημάτων τῶν τε κατὰ φιλοσοφίαν καὶ τῶν παντὸς ἐλευθερίου ἄλλου παντελῶς ὑπάρξαι ἀπαράδεκτον, καὶ νοῦν δὲ πρὸς τὰς μιαιφονίας μόνον ὀξύρροπον ἔχοντα φιλάνθρωπον μηδὲν μηδὲ ἥμερον μήτε μαθεῖν ἐθελῆσαι μήτε φῦναι ἐπιτήδειον. Ἀλλὰ πάντα μὲν ἦν οὗτος κάκιστος, εἰ καὶ χρόνος αὐτῷ κόρον λαβεῖν τῶν ἐμφυλίων αἱμάτων καὶ τῆς μιαιφονίας ὑπεξέλυεν· ἐπὶ δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ τὸ πρῶτον ἠνέγκατο. (3) Τὴν γὰρ ἀρχὴν τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ παισὶν ἀνεπηρέαστον συντηρῶν ἐπὶ τοσοῦτον τῆς αὐτῶν κηδεμονίας λόγον ἐτίθετο, ὡς καὶ γυναικὶ συνὼν, καὶ τότε λίαν στεργομένῃ, μὴ ἀνασχέσθαι παιδοποιῆσαι, ἀλλὰ μηχανῇ πάσῃ γονῆς στέ-

Natura industrius ad cædes eorum quos impeteret, non tantum si quid hostile meditaretur contra populares, sed etiam in exteros. Bibliothecam tamen comparavit, cujus laude antegreditur alios quos tyrannis famosos reddidit. (3) Hic insidias crebro multas propter cædes, immanitatem et injurias sibi structas effugit: sed vix tandem a Chione Matris filio (vir erat magnanimus et necessitudine sanguinis tyranno devinctus) et Leone et Euxenone ceterisque non paucis, conjuratione inita, vulnus letale accepit: cujus dolore acerbissimo est exstinctus. (4) Commune enim populi sacrum agebat tyrannus. Opportunam igitur occasionem se adeptos rati qui cum Chione conspiraverant, manu Chionis ensem trans ilia communis patriæ hostis adigunt. Qui inter multos et sævissimos cruciatus magis magisque ingravescentes, et pavores a spectris incussos (erant autem simulacra eorum, quos crudelem in modum necaverat), altero die post vitam cum morte commutavit: quum vitæ annos exegisset quinquaginta-octo, et tyrannidem occupasset per annos duodecim. (5) Apud Persas tunc regno præerat Artaxerxes, et exinde Ochus, patris in imperio successor; ad quos sæpenumero Clearchus, dum in vivis erat, legatos misit. Qui vero necis auctores tyranno fuerant, prope omnes, partim a satellitibus in ipso aggressionis articulo, ubi strenuos se viros gerebant, concisi, partim aliquanto post capti et atrocibus suppliciis, quæ fortiter tolerarunt, affecti occubuere.

II. Satyrus autem tyranni germanus et tutor puerorum Timothei et Dionysii relictus imperium suscipit: qui non Clearchum solummodo, verum cunctos etiam tyrannos crudelitate superavit. Non enim de insidiatoribus fratris tantum vindictam sumpsit, sed etiam in liberos eorum, quum rei perpetratæ conscii non essent, non minus sæviit, atque ita a multis insontibus maleficorum pœnas exegit. (2) Fuit hic omnis doctrinæ philosophicæ et artium ingenuarum omnino expers, ingenio ad sævitiam tantum propenso. Nec voluntas ei erat humanum aliquid et moderatum discendi, nec a natura indita facultas: sed per omnia erat pessimus, etiamsi tempus ipsum infringebat hominem, ut civilis tandem sanguinis et cædis eum satietas caperet. Amoris tandem fraterni primas tulit. (3) Nam ut dominatum nepotibus ex fratre integrum ab injuriis conservaret, adeo illorum rationem habuit, ut, licet conjugali uxoris, quam unice amabat, consuetudine uteretur, liberos tamen ex ea procreare nollet, sed omni arte hanc orbitatis

— 2. ἐπιβάλοι] H. Stephan.; libri ἐπιβάλοιεν. — εἴ τι ἀλλοφ.] num εἴ τινι ἐν ἀ.? *Orelli*. εἴ τισιν ἀ.? — 3. καὶ ἑτέρων] ut Leonidæ et Antithei, quos Suidas et Justin. l. l. afferunt. — 4. δημοτελῆ θυσίαν] sc. Διονυσίων ὄντων, Diodor. XVI, 36. Cf. Chionis epist. ultim. — δυοκαίδεκα] Sic etiam Diodorus obitum tyranni memorans ad Ol. 106, 4 ($\frac{111}{333}$ a C.), occupatam tyrannidem ad Ol. 106, 1 ($\frac{101}{353}$).

II, 1. Σάτυρος] Ejus nulla mentio ap. Diodorum l. l., qui tutoris administrationem in annis regni Timothei comprehendit. V. Wesseling. — 2. ἐλευθ. ἄλλου] ἐλ. ἄλλον ἄλλου vulgata, ex dittographia (ἄλλου et ἄλλων), ni fallor, explicanda. Præstabit fort. scrib. ἄλλων. — αὐτῷ κόρον λαβεῖν.] Hæc corrupta. Orelli conj. αὐτόν. Possis αὐτῷ κ. ἐνέβαλλε vel ἐμβαλών. — 3. κηδ. λόγον] τὸν λόγον vulg.

ρησιν ἑαυτῷ δικάσαι, ὡς ἂν μηδ' ὅλως ὑπολίποι τινὰ ἐφεδρεύοντα τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ παισίν. (4) Οὗτος ἔτι ζῶν καὶ γήρᾳ βαρυνόμενος Τιμοθέῳ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων τοῦ ἀδελφοῦ ἐγχειρίζει τὴν ἀρχήν, καὶ μετὰ χρόνον οὐ πολὺν ἀνιάτῳ πάθει καὶ χαλεπωτάτῳ συσχεθείς *. Καρκίνωμα γὰρ μεταξὺ βουβῶνός τε καὶ ὀσχέου ὑποφυὲν τὴν νομὴν πρὸς τὰ ἔνδον ἐποιεῖτο πικρότερον· ἐς οὗ ἰχῶρες ἀναστομωθείσης τῆς σαρκὸς ἐξέρρεον βαρὺ καὶ δύσοιστον πνέουσαι, ὡς μηκέτι μήτε τὸ ὑπηρετούμενον μήτε τοὺς ἰατροὺς τὸ τῆς σηπεδόνος στέγειν δυσωδὲς καὶ ἀνυπόστατον. Καὶ συνεχεῖς δὲ ὀδύναι καὶ ὀριμεῖαι ὅλον τὸ σῶμα κατέτεινον· ὑφ' ὧν ἀγρυπνίαις τε καὶ σπασμοῖς ἐξεδίδοτο, ἕως προκόψασα μέχρις αὐτῶν τῶν σπλάγχνων τοῦ πάθους ἡ νομὴ τοῦ βίου ἀπέρρηξεν. (5) Ἐδίδου μὲν καὶ οὗτος ὥσπερ καὶ Κλέαρχος τελευτῶν τοῖς ὁρῶσιν ἐννοεῖν, δίκας ἀπαιτεῖσθαι ὧν ὠμῶς τε καὶ παρανόμως τοὺς πολίτας διέθεσαν. Πολλάκις γὰρ αὐτὸν φασὶν ἐν τῇ νόσῳ τὸν θάνατον ἐπελθεῖν αὐτῷ κατευχόμενον μὴ τυχεῖν, ἀλλὰ συχναῖς ἡμέραις τῇ πικρᾷ καὶ βαρείᾳ καταδαπανώμενον νόσῳ, οὕτως ἀποτῖσαι τὸ χρεών, ἔτη μὲν βιώσαντα πέντε καὶ ἑξήκοντα, ὧν ἡ τυραννὶς εἶχεν ζ'. Ἀγησίλαος δὲ τηνικαῦτα Λακεδαιμονίων ἐβασίλευεν.

III. Ὁ δὲ Τιμόθεος παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, οὕτω ταύτην ἐπὶ τὸ πρᾴότερον καὶ δημοκρατικώτερον μετερρύθμιζεν, ὡς μηκέτι τύραννον ἀλλ' εὐεργέτην αὐτὸν, οἷς ἔπραττε, καὶ σωτῆρα ὀνομάζεσθαι. Τά τε γὰρ χρέα τοῖς δανεισταῖς παρ' ἑαυτοῦ διελύσατο, καὶ τοῖς χρῄζουσι πρὸς τὰς ἐμπορίας καὶ τὸν ἄλλον βίον τόκων ἄνευ ἐπήρκεσε, καὶ τῶν δεσμωτηρίων οὐ τοὺς ἀνευθύνους μόνον ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν αἰτίαις διηρίει. Καὶ δικαστὴς ἀκριβὴς ἦν ὁμοῦ καὶ φιλάνθρωπος, καὶ τἆλλα χρηστὸς, καὶ τὰς ὑποθέσεις οὐκ ἀπιστούμενος. Ἐφ' οἷς καὶ τὸν ἀδελφὸν Διονύσιον τά τε ἄλλα πατρικῶς περιεῖπεν, καὶ κοινωνὸν μὲν εἶχεν αὐτίκα τῆς ἀρχῆς, ἐχομένως δὲ καὶ διάδοχον. (2) Οὐ μὴν ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς τῶν πράξεων ἀνδρείως ἐφέρετο, μεγαλόφρων δὲ ἦν καὶ γενναῖος σῶμα καὶ ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τῆς μάχης διαλύσεις εὐγνώμων τε καὶ οὐκ ἄχαρις· πράγματα μὲν συνιδεῖν ἱκανὸς, ἐξικέσθαι δὲ πρὸς τὰ συνεωραμένα δραστήριος, οἰκτίρμων τε τὸ ἦθος καὶ χρηστὸς, καὶ τῇ μὲν εὐτολμίᾳ δεινῶς ἀπότομος, τῇ δὲ μετριότητι φιλάνθρωπός τε καὶ μειλίχιος. Διὸ σφόδρα μὲν περιὼν τοῖς πολεμίοις φοβερὸς ἦν, καὶ πάντες αὐτὸν κατωρρώδουν, ἐπειδὰν ἀπεχθάνοιτο, τοῖς δ' ἀρχομένοις γλυκύς τε καὶ ἥμερος. Ἔνθεν καὶ τελευτῶν πόθον αὑτοῦ κατέλιπε πολὺν, καὶ πένθος ἤγειρε τῷ πόθῳ ἐνάμιλλον. (3) Ὁ δὲ τούτου ἀδελφὸς Διονύσιος καίει μὲν τὸ σῶμα πολυτελῶς, σπένδει δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ἀπὸ βλεφάρων δάκρυα καὶ τὰς ἀπὸ τῶν σπλάγχνων οἰμωγὰς, ἐπιτελεῖ δὲ καὶ ἀγῶνας ἱππικοὺς, οὐχ ἱππικοὺς δὲ μόνον,

et non gignendæ sobolis ceu pœnam sibi irrogaret : ne quem omnino insidiatorem nepotibus relinqueret. (4) Superstes adhuc, sed senio gravatus Timotheo, qui de pueris ætate præcessit, rerum summam tradit, nec multo tempore post difficillimo correptus morbo et immedicabili *vitam finivit*. Cancer enim inter inguen et scrotum enatus ad interiora pascendo subinde acerbius proserpebat : ex quo carne laxata, sanies gravissimos et intolerabiles exspirans odores profluebat, ut nec ministri nec medici virulentissimum putredinis fœtorem sustinerent ac perferrent. Continentes autem et acerrimi dolores totum ejus corpus excarnificabant : quorum vigiliis et convulsionibus eousque mali contagio adaugescebat, donec ad ipsa viscera se insinuans vitam tyranno abrupit. (5) Quare hic non minus quam Clearchus animadvertentibus considerandum exhibuit, pœnas tandem exigi illorum quæ contra divina et humana jura immaniter in cives admisissent. Sæpe enim inter morbi torturas precatus dicitur, ut quamprimum se mors obrueret ; voti tamen compos non ante factus, quam diuturni morbi vi et acerbitate consumptus eo modo fatis debitum exsolvit, postquam sexaginta quinque in vita, in tyrannide septem annos compleverat. Tempestate illa regnum apud Lacedæmonios Agesilaus administrabat.

III. Timotheus igitur imperium adeptus ita ad moderationem magisque popularem statum illud reduxit, ut non ultra tyrannus, sed beneficus servator ob præclare merita nuncuparetur. Nam de suo nomina creditoribus expedivit et inopia laborantibus sine fœnore ad negotiationes et alios vitæ usus pecunias suppeditavit ; nec modo insontes, sed etiam criminibus obnoxios carceribus exsolvit. Judex accuratus erat simulque humanus, atque cetera vir bonus, consiliis suis nemini suspectus. Tali præditus animo fratrem Dionysium quum in aliis paterno amore et studio complexus est, tum statim imperii consortem adscivit, et successorem sibi destinavit. (2) Sed enimvero ad res bellicas quoque alacri et qui virum decet animo ferebatur. Magno enim spiritu et generoso corporis et animi robore erat præditus. Verum etiam ad controversias bellorum dirimendas et componendas æquum bonumque se præbebat nec difficilem. Ad perspiciendum res idoneus et ad exsequendum bene consideratas strenuus ; ingenio et moribus clemens, misericors et beneficus ; in periculis quidem adeundis ferox, at in cetera vita perquam humanus et comis. Ideo, quamdiu salva ei vita mansit, hostibus quammaxime formidabilem (ut omnes, quibuscum inimicitias susceperat, eum expavescerent), sed civibus suavem et mitem sese præstitit. Hinc accidit ut ad vitæ exitum vocatus ingens sui desiderium faceret reliquum, et parem desiderio luctum excitaret. (3) Germanus autem ejus Dionysius magnificis cadaver sumptibus rogo tradit, et e suis fratri palpebris lacrimas ceu libans effundit, eque visceribus ei gemitus impendit. Ludos etiam eque-

— 4. συσχεθείς] excidisse videtur v. θνήσκει. — στέγειν] Bekker. pro vulg. στέργειν ex Vat. ; conjecerat Stephanus.
III, 1. δημοκρατικώτερον] Stephan. ; libri δημοκρατικώτατον. — ἐφ' οἷς] cod. A. ; ἐν οἷς vulg. — 2. τελευτῶν] Ἦρξεν ἔτη πεντεκαίδεκα, Diodor. XVI, 36, 3 ; 88, 5. Moritur Ol. 110, 3 sive 338 a. C.

ἀλλὰ καὶ σκηνικοὺς καὶ θυμελικοὺς καὶ γυμνικούς· τοὺς μὲν αὐτίκα, τοὺς δὲ λαμπροτέρους καὶ ὕστερον.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ θ′ καὶ ι′ τοῦ Μέμνονος, ὡς ἐν ἐπιδρομῇ φάναι, διαγράφει ἱστορία.

ΕΚ ΤΟΥ ΙΑ′ ΚΑΙ ΙΒ′ ΒΙΒΛΙΟΥ.

IV. Τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Διονύσιος ηὔξησε ταύτην, Πέρσας ἐπὶ Γρανικῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου μάχῃ καταγωνισαμένου καὶ παρασχόντος ἄδειαν τοῖς βουλομένοις αὔξειν τὰ ἑαυτῶν, τῆς τέως ἐμποδὼν πᾶσιν ἱσταμένης Περσικῆς ἰσχύος ὑποστελλομένης. Ὕστερον δὲ ποικίλας ὑπέστη περιστάσεις, μάλιστά γε τῶν τῆς Ἡρακλείας φυγάδων πρὸς Ἀλέξανδρον περιφανῶς ἤδη τῆς Ἀσίας κρατοῦντα διαπρεσβευομένων καὶ κάθοδον καὶ τὴν τῆς πόλεως πάτριον δημοκρατίαν ἐξαιτουμένων. Δι' ἅπερ ἐγγὺς μὲν κατέστη τοῦ ἐκπεσεῖν τῆς ἀρχῆς· καὶ ἐξέπεσεν ἄν, εἰ μὴ συνέσει πολλῇ καὶ ἀγχινοίᾳ καὶ τῇ τῶν ὑπηκόων εὐνοίᾳ καὶ θεραπείᾳ Κλεοπάτρας τοὺς ἀπειληθέντας αὐτῷ πολέμους διέφυγε, τὰ μὲν ὑπείκων καὶ τὴν ὀργὴν ἐκλύων καὶ μεθοδεύων ταῖς ἀναβολαῖς, τὰ δὲ ἀντιπαρασκευαζόμενος. (2) Ἐπεὶ δὲ ἢ θανάτῳ ἢ νόσῳ κατὰ Βαβυλῶνα γεγονὼς Ἀλέξανδρος τὸν βίον διέδραμεν, Εὐθυμίας μὲν ὁ Διονύσιος ἄγαλμα τὴν ἀγγελίαν ἀκούσας ἱδρύσατο, παθὼν τῇ πρώτῃ προσβολῇ τῆς φήμης ὑπὸ τῆς πολλῆς χαρᾶς, ὅσα ἂν ἡ σφόδρα λύπη δράσειε· μικροῦ γὰρ περιτραπεὶς εἰς τὸ πεσεῖν ὑπήχθη, καὶ ἄνους ὤφθη γενόμενος. (3) Περδίκκα δὲ τῶν ὅλων ἐπιστάντος, οἱ μὲν τῆς Ἡρακλείας φυγάδες πρὸς τὰ αὐτὰ καὶ τοῦτον παρώξυνον. Διονύσιος δὲ ταῖς ὁμοίαις μεθόδοις χρώμενος ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς πολλοὺς κινδύνους κατ' αὐτοῦ συστάντας πάντας διέδρασεν. Ἀλλ' ὁ μὲν Περδίκκας ὑπὸ τῶν ἀρχομένων μοχθηρὸς γεγονὼς ἀνῄρηται, καὶ αἱ τῶν φυγάδων ἐλπίδες ἐσβέννυντο· Διονυσίῳ δὲ πανταχόθεν τὰ πράγματα πρὸς τὸ εὐδαιμονέστερον μετεβάλοντο. (4) Ἡ δὲ πλείστη ῥοπὴ τῆς εὐδαιμονίας ὁ δεύτερος αὐτῷ κατέστη γάμος. Ἠγάγετο μὲν γὰρ Ἀμαστρίν· αὕτη δὲ ἦν Ὀξάθρου θυγάτηρ· ἀδελφὸς δὲ ἦν οὗτος Δαρείου, ὃν καθελὼν Ἀλέξανδρος Στάτειραν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα γυναῖκα ἠγάγετο, ὡς εἶναι τὰς γυναῖκας ἀλλήλαις ἀνεψιάς, ἔχειν δέ τι πρὸς ἑαυτὰς καὶ φίλτρον ἐξαίρετον, ὃ τὸ συντρόφους ὑπάρξαι ταύταις ἐνέφυσεν. (5) Ἀλλὰ ταύτην τὴν Ἀμαστρίν Κρατέρῳ (τῶν φιλουμένων ἦν οὗτος ὡς μάλιστα) συναρμόζει· Ἀλεξάνδρου δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀποπτάντος καὶ Κρατέρου πρὸς Φίλαν τὴν Ἀντιπάτρου ἀποκλίναντος, γνώμῃ τοῦ λιπόντος Διονυσίῳ ἡ Ἀμαστρις συνοικίζεται. (6) Ἐξ οὗ ἐπὶ μέγα ἡ ἀρχὴ αὐτῷ διήρθη πλούτου τε περιβολῇ τῇ διὰ τῆς ἐπιγαμίας προστεθείσῃ καὶ ἰδίᾳ φιλοκαλίᾳ. Καὶ γὰρ καὶ τὴν τοῦ Διονυσίου πᾶσαν ἐπισκευὴν τοῦ Σικελίας τυραννήσαντος αὐτὸν ἐπῆλθε ἐξωστres, et præter hos gymnicos et thymelicos et scenicos : alios statim, alios eosque magnificentiores peregit postea.

Hæc nono et decimo libro (quatenus cursim ista perstringimus) Historia Memnonis describit.

E LIBRIS XI ET XII.

IV. Dionysius deinceps imperium suscepit idemque etiam auxit. Alexander enim, Persis ad Granicum profligatis, securam amplificandi ditiones suas occasionem patefecerat his qui vellent, quum quæ hactenus impedimento fuerat, Persarum potentia jam corrueret. Sed varias postea fortunæ vices expertus est, maxime quum Heracleæ exules, missitandis ad Alexandrum legatis, aperte jam Asia potitum, de reditu et patria reipublicæ administratione sollicitarent. Quare non multum abfuit quin excidisset imperio; et excidisset sane, nisi prudentia et sagacitate mentis et benevolentia civium et suis erga Cleopatram obsequiis bella cum minis sibi denunciata effugisset : dum qua cedit, iramque mitigat, et dilationibus coercet, qua etiam se munit, et contra præparat. (2) At posteaquam Alexander, dum Babylone agit, vitæ cursum absolvit vel nece *violenta* vel morbo exstinctus, ubi nuncium Dionysius accepit, Lætitiæ statuam consecravit : et ad primum famæ adventum eo affectus est modo præ exuberanti gaudio, quo summa hominem consternatio affecerit. Nam prope erat ut vertigine correptus prolaberetur et a sana mente conspiceretur alienus. (3) Hinc ubi Perdiccas summi imperii negotia procurabat, Heracleæ exules ad petita ab Alexandro etiam hunc instigarunt. Dionysius vero, eadem fere qua prius utens agendi ratione, quamvis in acie novaculæ prope consisteret, pericula tamen, quæ plurima contra eum consurgebant, omnia effugit. Ac quum Perdiccas, quod improbe se gereret, ab iis quibus præerat, interimeretur, simul etiam spes exulum exstinguebantur. Proinde res Dionysio ab omni parte in statum feliciorem convertuntur. (4) Ad felicitatem vero plurimum ei attulit momenti secundum matrimonium. Amastrin enim duxit filiam Oxathræ. Frater is erat Darii, quem Alexander imperio exuit, ejusque filiam Statiram uxorem sibi adjunxit. Patrueles igitur erant hæ feminæ, amore inter se eximio devinctæ : qui a communi educatione et convictu in animis ipsarum radices egerat. (5) Amastrin hanc Alexander, quum Statiram fecisset uxorem, Cratero (qui inter carissimos ei fuit) nuptum dederat. At quum, Alexandro rebus mortalium propere exempto, Craterus ad Philam, Antipatro natam, animum adjiceret, Amastris, desertore non invito, domum a Dionysio ducitur. (6) Ex quo ad magnum ei augmentum dominatus sese extulit, tum opum e nuptiis accessione, tum ipsius etiam principis studio et magnificentia. Inter alia Dionysii, qui Siciliæ tyrannum egerat, omnem supellectilem

IV, 2. θανάτῳ] φαρμάκῳ conj. Orelli., βιαίῳ θανάτῳ Schæfer. — 3. ἐπιστάντος] ἐπιστατοῦντος mavult Scaliger. — 4. Ὀξάθρου] ὀξάνθου vel ὀξάρθου e cod. A notat Bekker. Ὀξάθρης nomen etiam exhibet vulgata in Scymno Chio v. 973, ubi novissimi editores e Strabone XII, p. 544 (addere possis Tzetzem XIII, 473) scripserunt : Ὀξυάθρου. — πρὸς ἑαυτὰς] cod. A. corr.; vulg. πρ. ἑαυτόν. — 5. Κρατέρῳ.. συναρμόζει] V. Arrian. Exp. Alex. VII, 4. — ἀποπτάντος] ἀποστάντος?

νήσασθαι, τῆς ἀρχῆς ἐκείνου διαφθαρείσης. (7) Οὐ ταῦτα δὲ μόνον αὐτῷ τὴν ἀρχὴν ἐπεκράτυνεν, ἀλλὰ καὶ εὐπραγία καὶ εὔνοια τῶν ὑπηκόων, καὶ πολλῶν ὧν οὐκ ἐκράτει πρότερον ἡ κυριότης. Καὶ Ἀντιγόνῳ δὲ τὴν Ἀσίαν κατέχοντι λαμπρῶς συμμαχήσας, ὁπότε τὴν Κύπρον ἐπολιόρκει, τὸν ἀδελφιδοῦν Πτολεμαῖον (στρατηγὸς δὲ οὗτος ἦν τῶν περὶ τὸν Ἑλλήσποντον) φιλοτιμίας ἀμοιβὴν εὕρατο παρ' Ἀντιγόνῳ γαμβρὸν λαβεῖν ἐπὶ θυγατρί· ἡ δὲ παῖς ἐκ προτέρων ἦν αὐτῷ γεγενημένη γάμων. Οὕτω γοῦν εἰς μέγα δόξης ἀνελθὼν, καὶ τὸν τύραννον ἀπαξιώσας, τὸ βασιλέως ἀντέλαβεν ὄνομα. (8) Φόβων δὲ καὶ φροντίδων ἐλευθεριάσας, καὶ ταῖς καθημεριναῖς τρυφαῖς ἐνδιαιτηθείς, ἐξωγκώθη τε τὸ σῶμα καὶ τοῦ κατὰ φύσιν πολὺ πλέον ἐλιπάνθη. Ὑφ' ὧν οὐ μόνον περὶ τὴν ἀρχὴν ῥᾳθύμως εἶχεν, ἀλλὰ καὶ ἐπειδὰν ἀφυπνώσειε, βελόναις μακραῖς τὸ σῶμα διαπειρόμενος (τοῦτο γὰρ ἄκος μόνον τοῦ κάρου καὶ τῆς ἀναισθησίας ὑπελείπετο) μόλις τῆς κατὰ τὸν ὕπνον καταφορᾶς ἐξανίστατο. (9) Τεκνωσάμενος δὲ γ' παῖδας ἐκ τῆς Ἀμάστριος, Κλέαρχον, Ὀξάθρην καὶ θυγατέρα ὁμώνυμον τῇ μητρὶ, μέλλων τελευτᾶν ταύτην τε τῶν ὅλων δέσποιναν καταλιμπάνει καὶ τῶν παίδων κομιδῇ νηπίων ὄντων σύντισιν ἑτέροις ἐπίτροπον, βιοὺς μὲν ἔτη ε' καὶ ν', ὧν ἐπὶ ἀρχῆς λ' ἐγνωρίζετο, πρᾳότατος ἐν αὐτῇ, ὡς εἴρηται, γεγονὼς καὶ τὸ Χρηστὸς ἐπίκλησιν ἐκ τῶν ἠθῶν ἐνεγκάμενος, καὶ πολὺν πόθον τοῖς ὑπὸ χεῖρα καὶ πένθος λιπών. (10) Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου ἐξ ἀνθρώπων ἀναχώρησιν τὰ τῆς πόλεως πρὸς εὐδαιμονίαν ἐφέρετο, Ἀντιγόνου τῶν τε παίδων Διονυσίου καὶ τῶν πολιτῶν ὡ παρέργως προνοουμένου. Ἐκείνου δὲ πρὸς ἕτερα τὰς φροντίδας τρεψαμένου, Λυσίμαχος πάλιν τῶν περὶ Ἡράκλειαν καὶ τῶν παίδων ἐπεμελεῖτο, ὃς καὶ Ἄμαστριν ποιεῖται γυναῖκα, καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν λίαν ἔστερξε, πραγμάτων δὲ αὐτῷ προσπεσόντων, αὐτὴν μὲν ἐν Ἡρακλείᾳ λείπει, αὐτὸς δ' εἶχετο τῶν ἐπειγόντων. Εἰς Σάρδεις δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον, τῶν πολλῶν πόνων βαΐσας, μετεπέμψατο ταύτην, καὶ ἔστεργεν ὁμοίως. Ὕστερον δὲ πρὸς τὴν θυγατέρα Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου (Ἀρσινόη δὲ ἦν τὸ ὄνομα) τὸν ἔρωτα μεταθεὶς, διαζυγῆναι τὴν Ἄμαστριν αὐτοῦ παρέσχεν αἰτίαν, καὶ καταλιποῦσαν τοῦτον καταλαβεῖν τὴν Ἡράκλειαν. Ἐγείρει δὲ αὕτη παραγενομένη καὶ συνοικίζει πόλιν Ἄμαστριν.

emere in mentem venit, quando de imperio illius actum fuit. (7) Nec vero his tantum roborabatur ei potestas, sed etiam eo, quod prospero successu et favore civium utebatur, et imperium usurpabat in multos antea non subjectos. Porro Antigono Asiam tenenti præclare auxiliatus quando Cyprum ille oppugnavit : Ptolemæum illius fratre natum (cui Hellesponti satrapiam commiserat) quasi præmium studii sui apud Antigonum invenit, ut generum illum haberet, filia, quæ ex priore fuerat suscepta conjugio, in matrimonium ei elocata. Itaque ad magnam elatus gloriam, tyranni nomen dedignatur et regis assumit. (8) Jamque metu et curis liberatus, quum in quotidianis vitam deliciis ageret, in crassam corporis molem excrevit, pinguedine supra naturæ modum adauctus. Unde evenit ut non modo negligenter regnum administraret, sed etiam somno oppressus aciculis oblongis in corpore fixis (id enim solum veterni et stuporis supererat remedium) vix tamen a soporis gravedine excitaretur. (9) Tribus autem ex Amastri liberis sibi procreatis, Clearcho, Oxathre et filia ejusdem cum matre nominis, jam morti propinquus uxori administrationem cunctam, et liberorum, qui adhuc teneræ admodum ætatis erant, tutelam (adjunctis quibusdam aliis) reliquit : quum vixisset annos quinquaginta quinque, in imperio autem conspicuus fuisset triginta. In quo se mitissimum (ut dixi) gessit, ita ut cognomen Benigni ex moribus referret, magnumque civibus desiderium et luctum post se relinqueret. (10) Nihilo tamen minus etiam post ejus a mortalibus discessum res civitatis in secundo fortunæ cursu permanebant, Antigono filiorum Dionysii et civium non obiter curam gerente. Qui ubi ad alia studium avertit, Lysimachus in accurationem Heracliensium et puerorum successit, qui etiam Amastrin uxorem sibi adscivit, et initio mirifice amavit : sed gliscentibus negotiis, illam Heracleæ relinquit, ipseque rebus urgentibus occupatur. Nec longo intervallo post, quum a laborum distractione quietem ageret, Sardes illam accersitam pari amore complectitur : postquam vero ad Ptolemæi Philadelphi natam (*imo : sororem*), cui nomen Arsinoe, amorem transtulisset, causam Amastri præbuit disjunctionis, utque deserto illo Heracleam occuparet. Quo reversa Amastrin urbem (*in Paphlagonia*) erexit, et colonis frequentavit.

— 8. ἐξωγκώθη] cf. Nymphidis fr. 16. — 9. ἐπὶ ἀρχῆς λ' ἐγνωρ.] triginta duos sec. Diodor. XVI, 88, 5 et XX, 77, 1, quod rectius esse censet Wesselingius; Nymphis l. l. annos numerat triginta tres; hoc verum habeo. Ceterum n. l. error est, ut videtur, Photii vel librariorum, non vero Memnonis, qui cap. 9 ab anno 281 a. C. usque ad initium tyrannidis (366) annos numerat 84, quod quadrat cum calculis Diodori. — 10. Amastris sive Amestris (cf. Bæhr. ad Her. VII, 61) et Lysimachi connubium etiam Diodorus XX, 109, 7 memorat. — θυγατέρα Πτολ. τ. Φιλαδελφ.] « Immo legendum ἀδελφήν pro θυγατέρα : duo enim Ptolemæi, frater et filius, hic confunduntur. Nam Arsinoe Ptolemæo Lagi filio fuit nata, fratremque germanum habuit Philadelphum, ut ex Plutarcho in Demetrio notum est. Nec tamen arbitror Memnonem hujus peccati esse auctorem. Id credere vetant sequentia, quibus sæpe Arsinoes fratrem Ptolemæum Ceraunum (quem patre Lagida procreatum haud obscure indicat c. 12) commemorat. Malim caeropter culpam in alium, sive is Photius sive amanuensis fuerit, conferre. » *Wesseling. Observ. Var.* I, 26, *p.* 106. — πόλιν Ἄμαστριν] Cf. Steph. Byz. s. h. v. Strabo XII, p. 544; Scymnus Chius 973; Tzetz. Hist. XIII, v. 470. Ab Amazone Amastri nomen urbis derivat Demosthenes Bithynus ap. St. Byz., alii sec. Tzetz. ab Amastri Xanthi filia.

V. Κλέαρχος δὲ ἀνδρωθεὶς ἤδη τῆς τε πόλεως ἦρχε, καὶ πολέμοις οὐκ ὀλίγοις, τὰ μὲν συμμαχῶν ἄλλοις, τὰ δὲ καὶ τοῖς ἐπιφερομένοις αὐτῷ, ἐξηταζετο· ἐν οἷς καὶ κατὰ Γετῶν Λυσιμάχῳ συστρατευόμενος ἑάλω τε σὺν αὐτῷ, καὶ ἀνεθέντος τῆς αἰχμαλωσίας ἐκείνου, καὶ αὐτὸς ὕστερον τῇ Λυσιμάχου προνοίᾳ ἀφίετο. (2) Οὗτος ὁ Κλέαρχος ἅμα τῷ ἀδελφῷ τῆς ἀρχῆς καταστάντες διάδοχοι, πρὸς μὲν ἡμερότητα καὶ χρηστότητα πολὺ τοῦ πατρὸς ἐλάττους τοῖς ὑπηκόοις ἀπέβησαν, εἰς ἔχθεσμον δὲ καὶ μιαρώτατον ἔργον ἐξέπεσον· τὴν γὰρ μητέρα, μηδὲν περὶ αὐτοὺς μέγα πλημμελήσασαν, μηχανῇ δεινῇ καὶ κακουργίᾳ ἐπιβᾶσαν νηὸς θαλάσσῃ ἀποπνιγῆναι κατειργάσαντο.

VI. Δι' ἣν αἰτίαν καὶ Λυσίμαχος ὁ πολλάκις ῥηθεὶς (Μακεδονίας δὲ ἐβασίλευεν), εἰ καὶ τὴν Ἄμαστριν διὰ τὴν συνάφειαν Ἀρσινόης λιπεῖν αὐτὸν παρεσκευάσατο, ἀλλ' οὖν τοῦ τε προτέρου πόθου φέρων ἐν ἑαυτῷ τὸ ἐμπύρευμα, καὶ τὸ μυσαρὸν καὶ ὠμὸν τῆς πράξεως οὐκ ἀνασχετὸν ποιούμενος, στεγανώτατα μὲν τὴν αὐτοῦ κατεῖχεν ἔνδον γνώμην, τὴν ἀρχαίαν δὲ φιλίαν πρὸς τοὺς περὶ Κλέαρχον τῷ σχήματι ἐπιδεικνὺς, διὰ πολλῶν τε μηχανῶν καὶ τῶν τοῦ λανθάνειν στρατηγημάτων (κρύψαι γὰρ τὸ βουλόμενον δεινότατος ἀνθρώπων γεγονέναι λέγεται) ἐν Ἡρακλείᾳ μὲν ὡς ἐπὶ τῷ τῶν δεχομένων συνοίσοντι παραγίνεται, πατρὸς δὲ στοργὴν τῷ προσωπείῳ τοῖς περὶ Κλέαρχον προβαλλόμενος, ἀναιρεῖ μὲν τοὺς μητροκτόνους, πρῶτον μὲν Κλέαρχον, εἶτα καὶ Ὀξάθρην, μητρικῆς ἀπαιτήσας μιαιφονίας δίκας· καὶ τὴν πόλιν ποιησάμενος ὑπὸ τὴν πρόνοιαν τὴν αὐτοῦ, καὶ τὰ πολλὰ δὲ λαφυραγωγήσας ὧν ἡ τυραννὶς ἠθροίκει χρημάτων, ἄδειάν τε δοὺς δημοκρατεῖσθαι τοὺς πολίτας, οὗ ἐφίεντο, πρὸς τὴν ἰδίαν βασιλείαν ἐστέλλετο.

VII. Λυσίμαχος δὲ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν καταλαβὼν, ἐπ' ἐπαίνων μὲν τὴν Ἄμαστριν εἶχεν, ἐθαύμαζε δὲ αὐτῆς τούς τε τρόπους καὶ τὴν ἀρχὴν, πρὸς ὄγκον καὶ μέγεθος καὶ ἰσχὺν ὡς ἐκρατύνατο, ἐξαίρων μὲν τὴν Ἡράκλειαν, μέρος δὲ τῶν ἐπαίνων καὶ τὴν Τῖον καὶ τὴν Ἄμαστριν, ἣν ἐπώνυμον ἤγειρεν ἐκείνη, ποιούμενος. (2) Καὶ ταῦτα λέγων τὴν Ἀρσινόην ἠρέθιζε δεσπότιν τῶν ἐπαινουμένων γενέσθαι· ἡ δὲ ἐδεῖτο τυχεῖν ὧν ἐπόθει. Καὶ ὁ Λυσίμαχος σεμνύνων τὸ ὦρον, κατ' ἀρχὰς μὲν οὐ προσίετο· ἐκλιπαρηθεὶς δὲ χρόνῳ παρίσχεν. Ἦν γὰρ δεινὴ περιελθεῖν ἡ Ἀρσινόη, καὶ τὸ γῆρας ἤδη Λυσίμαχον παρεῖχεν εὐεπιχείρητον. (3) Δεξαμένη δ' οὖν ἡ Ἀρσινόη τῆς Ἡρακλείας τὴν ἀρχὴν, πέμπει τὸν Κυμαῖον Ἡρακλείδην, ἄνδρα μὲν εὔνουν αὐτῇ, ἀπότομον δὲ ἄλλως καὶ δεινὸν ἐν βουλευμάτων ἐντρεχείᾳ καὶ

V. Clearchus autem, ad virilem tunc ætatem progressus, et civitati Heracleæ præfuit, et in bellis non paucis, modo socia cum aliis arma jungens, modo aggredientes ipsum propulsans, vires tentavit. Inter quæ dum Lysimacho contra Getas belligeranti operam navat, captus est cum rege, eoque ex captivitate soluto, ipse etiam prudentia Lysimachi postea est dimissus. (2) Verum Clearchus hic et frater in regno paterno successores, lenitate et beneficentia erga subditos patre longe inferiores evaserunt. Quid quod ad nefarium et exsecrabile facinus sunt delapsi. Matrem enim, quæ nihil in eos grande peccaverat, quum navi se commisisset, insigni commento et flagitio mari suffocandam curarunt.

VI. Quam ob causam Lysimachus, sæpius ille jam memoratus (in Macedonia autem tunc rerum potiebatur), etsi propter Arsinoes consuetudinem Amastrin a se abalienarat, quum tamen pristini amoris ceu igniculum ferret, et immane ac detestabile hoc scelus non tolerandum duceret: animi quidem apud se decreta quam arctissime continuit, antiquæ interim necessitudinis studium Clearcho ostentans: sed tamen arte multa et strategematis ad fallendum compositis (occultare enim quæ vellet, mortalium ingeniosissimus perhibetur), Heracleam, ceu publico recipientium commodo id fiat, ingreditur: et dum intimam patris affectionem larva quadam Clearcho eique addictis præ se ferret, parricidas illos e medio tollit, primo Clearchum, deinde etiam Oxathren: et sic justas maternæ cædis pœnas exigit. Hinc, ubi, redacta in clientelam suam civitate, opes tyrannorum dominatu collectas in prædam suam vertisset, et (quod diu exspectaverant) liberam civibus rempublicam restituisset, in proprium se regnum recepit.

VII. Reversus igitur ad sua, Amastrin laudibus extollere, ejusque mores et imperium demirari, ut hoc ad id magnitudinis, potentiæ et majestatis elatum corroborasset; uniceque prædicare Heracleam, sed ut in partem laudis venirent etiam Tius et Amastris, quam nomine suo celebrem illa condidisset. (2) Hæc crebro habens in ore, Arsinoen exstimulavit, ut urbium tantopere celebratarum dominium affectaret, quæque affectabat, sibi donari peteret. At is gravitatem muneris prætendens initio preces non admittebat, sed tamen progressu temporis exoratus concessit. Ingeniosa enim ad circumveniendum fuit Arsinoe, et jam senectus ipsa mansuefactum dederat Lysimachum. (3) Potita igitur Heracleæ dominatu Arsinoe Heraclidem eo Cymæum mittit, virum illius observantem et studiosum, sed alioqui præfractum et in consiliis dandis et exsequendis industrium

V. 1. συμμαχῶν ἄλλοις] cod. A.; σ. ἀλλήλοις vulg. — συστρατευόμενος] Scaliger., στρατευόμενος libri. De bello hoc Lysimachi v. Diodor. XXI, 11 sqq.; Pausan. I, 9. Droysen. *Hellenism.* tom. I, p. 588 sqq.

VI. τὸ βουλόμενον] τὸ βουλευόμενον A. Tuemur vulgatam, collato Thucyd. I, 90. VI, 24.

VII, 1. τὴν Τῖον] urbs hæc Heracleotis subjecta ab Amastri distat stadiis vigiuti, ut discimus e Menippi Periplo Paphlagoniæ ap. Steph. B. v. Τῖος. De Amastri cf. Droysen. *Hell.* I, p. 343. 462. 556. 609. II, 241. — 2. ἐπαινουμένων] A. ἐπαίνων vulg. — 3. Ἡρακλείδην] sic scripsi pro vulg. Ἡράκλειτον; paullo infra c. 11, ubi idem recurrit, omnes libri Heraclidem exhibent. Num hic est Heraclides Cumanus historiæ Persarum auctor?

ὀξύτητι· ὁ δὲ τῆς Ἡρακλείας ἐπιβὰς, τά τε ἄλλα σφόδρα ἐπιστρόφως τῶν πραγμάτων ἐξηγεῖτο, καὶ πολλοὺς αἰτίαις ὑποβάλλων τῶν πολιτῶν οὐκ ἐλάττους ἐτιμωρεῖτο, ὡς πάλιν ἀποβαλεῖν αὐτοὺς τὴν μόλις ἐπιφανεῖσαν εὐδαιμονίαν.

VIII. Ὁ μέντοι Λυσίμαχος περιδρομῇ Ἀρσινόης τὸν ἄριστον τῶν παίδων καὶ πρεσβύτερον Ἀγαθοκλέα (ἐκ προτέρων δὲ φὺς ἦν αὐτῷ γάμων) κατ' ἀρχὰς μὲν λανθάνοντι φαρμάκῳ, ἐκείνου δὲ κατὰ πρόνοιαν ἐξεμεθέντος, ἀναιδεστάτῃ διαχειρίζεται γνώμῃ· δεσμωτηρίῳ ἐμβαλὼν κελεύει κατακοπῆναι, ἐπιβουλὴν αὐτῷ καταψευσάμενος. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος, ὃς αὐτόχειρ τοῦ μιάσματος ἐγεγόνει, ἀδελφὸς ἦν Ἀρσινόης, καὶ ἐπώνυμον διὰ τὴν σκαιότητα καὶ ἀπόνοιαν τὸν κεραυνὸν ἔφερεν. (2) Ὁ τοίνυν Λυσίμαχος διὰ τὴν παιδοκτονίαν μῖσός τε δίκαιον παρὰ τῶν ὑπηκόων ἐλάμβανε, καὶ Σέλευκος ταῦτα πυθόμενος, καὶ ὡς εὐχερὲς εἴη τοῦτον παραλῦσαι τῆς ἀρχῆς τῶν πόλεων ἀφεσταμένων αὐτοῦ, μάχην συνάπτει πρὸς αὐτόν. Καὶ πίπτει ἐν τῷ πολέμῳ Λυσίμαχος παλτῷ βληθείς· ὁ δὲ βαλὼν ἀνὴρ Ἡρακλεώτης ἦν, ὄνομα Μαλάκων, ὑπὸ Σελεύκῳ ταττόμενος. Πεσόντος δὲ, ἡ τούτου ἀρχὴ προσχωρήσασα τῇ τοῦ Σελεύκου μέρος κατέστη. Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν καὶ τὸ ιϐ' τῆς Μέμνονος ἱστορίας λήγει.

ΕΚ ΤΟΥ ΙΓ' ΚΑΙ ΙΔ' ΒΙΒΛΙΟΥ.

IX. Ἐν δὲ τῷ ιγ' τοὺς Ἡρακλεώτας λέγει πυθομένους τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Λυσιμάχου καὶ ὡς εἴη ὁ τοῦτον ἀπεκτονὼς Ἡρακλεώτης, τάς τε γνώμας ἀναρρώννυσθαι καὶ πρὸς τὸν τῆς ἐλευθερίας ἀνδραγαθίζεσθαι πόθον, ἣν ὁ' καὶ π' ἔτεσιν ὑπό τε τῶν ἐμφυλίων τυράννων καὶ μετ' ἐκείνους ὑπὸ Λυσιμάχου ἀφῄρηντο. (2) Πρωτῆλθον οὖν πρότερον Ἡρακλείδῃ, πείθοντες αὐτὸν μὲν ἐκχωρεῖν τῆς πόλεως, οὐκ ἀπαθῆ κακῶν μόνον ἀλλὰ καὶ λαμπροῖς δώροις ἐφοδιαζόμενον, ἐφ' ᾧ τὴν ἐλευθερίαν ἐκείνους ἀναλαβεῖν. (3) Ὡς δὲ οὐ μόνον οὐκ ἔπειθον, ἀλλὰ καὶ εἰς ὀργὴν ἐκπεσόντα εἶδον καί τινας αὐτῶν καὶ τιμωρίαις ὑπάγοντα, συνθήκας θέμενοι πρὸς τοὺς φρουράρχους οἱ πολῖται, αἳ τήν τε ἰσοπολιτείαν αὐτοῖς ἔνεμον καὶ τοὺς μισθοὺς λαβεῖν ὧν ἐστέρηντο, συλλαμϐάνουσι τὸν Ἡρακλείδην καὶ φυλαττόμενον εἶχον ἐπὶ χρόνον. Ἐκεῖθεν λαμπρὰς ἀδείας λαϐόντες τῆς τε ἀκροπόλεως μέχρις ἐδάφους τὰ τείχη κατέϐαλον, καὶ πρὸς Σέλευκον διεπρεσϐεύοντο, τῆς πόλεως ἐπιμελητὴν προστησάμενοι Φώκριτον.

X. Ζιποίτης δὲ ὁ Βιθυνῶν ἐπάρχων, ἐχθρῶς ἔχων Ἡρακλεώταις πρότερον μὲν διὰ Λυσίμαχον, τότε δὲ διὰ Σέλευκον (διάφορος γὰρ ἦν ἑκατέρῳ), τὴν κατ' αὐ-

et acrem. Hic quum pedem intulisset Heracleæ, quum cetera nimis rigide administravit, tum multos civium criminibus oneravit, nec pauciores supplicio affecit; adeo ut felicitatem vixdum exortam cives denuo amitterent.

VIII. Ceterum Lysimachus fraude Arsinoes circumventus natu maximum et optimum filiorum Agathoclem, e priore sibi conjuge natum, primo quidem veneno clancularío, sed postea, hoc per vomitum rejecto, quum providisset ille insidias, sententia impudentissima damnatum necat. In carcerem enim compactum trucidari jubet, insidias sibi structas falso criminatus. Ptolemæus autem, qui sua manu scelus id perpetravit, frater erat Arsinoes, et Ceraunι (*Fulminis*) cognomentum ab importunitate morum et vecordia retulit. (2) Lysimachus igitur propter filii cædem in odio erat subditorum. Et Seleucus, his cognitis, et quod facile sit regno hominem excutere, civitatibus ab eo deficientibus, prælium cum eo (*ad Curopedium*) conserit, in quo Lysimachus pilo trajectus occumbit: trajecit autem vir Heracliensis, nomine Malacon, Seleuco militans. Interempto Lysimacho, regnum ad Seleuci ditionem accessit. Ibi duodecimus Memnonis liber Historiarum desinit.

LIBRI XIII ET XIV.

IX. Libro decimo tertio narrat hæc: Heraclienses, ut audito Lysimachi interitu, et quod a populari suo nex illi illata esset, animos confirmant, et pro libertatis recuperandæ desiderio fortes se viros declarant: quam per annos octoginta quattuor tyranni domestici, et post eos Lysimachus ereptam tenuerant. (2) Primum igitur Heraclidem conveniunt, et ut non tantum salvus et incolumis, sed etiam splendido munerum viatico instructus excedat, pristinam modo libertatem obtineant, suadent. At quum non modo non persuaderent, sed ira etiam tyrannum inflammari, et nonnullos de suis ad supplicia rapi ab eo viderent, pacto cum præsidii præfectis inito, ut æquali in republica jure uterentur, et quibus fraudati essent stipendia reciperent, Heraclidem in vincula conjectum ad tempus custodiunt. Omni dehinc metu soluti, mœnia arcis ad fundamenta usque diruunt, et missa ad Seleucum legatione, Phocritum civitatis principem et curatorem faciunt.

X. At Zipœtes, Bithyniæ regulus, Heraclensibus infensus jam antea Lysimachi, tunc vero Seleuci causa (nam cum utroque simultates habebat), excursionibus factis detri-

VIII, 1. Ἀγαθοκλέα] Cf. Strabo XIII, p. 623; Pausan. I, 10; Appian. Syr. 64; Justin. XVII, 1. Droysen. l. l. I, 638 sqq.

IX, 3. λαμπρὰς] olim λαμπρᾶς; quare λαϐόντες in μεταλαϐόντες mutari voluit Jacobs. ad Achill. Tat. p. 880.

X. Ζιποίτης] De hoc vide infra c. 20, Diodor. XIX, 60, 3 ibique Wesseling.; Plutarch. Qu. Gr. c. 49, p. 302, E; Pausan. V, 12; Tzetz. Hist. III, 950. Cf. Gronov. ad Liv. XXXVIII, 16; Clinton. F. H. tom. III, p. 411.

τῶν ἐπιδρομὴν, ἔργα κακώσεως ἀποδεικνὺς, ἐποιεῖτο. Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ αὐτοῦ στράτευμα κακῶν ἀπαθεῖς ἔπραττον ἅπερ ἔπραττον, ἔπασχον δὲ καὶ αὐτοὶ ὧν ἔδρων οὐ κατὰ πολὺ ἀνεκτότερα.

XI. Ἐν τούτῳ δὲ Σέλευκος Ἀφροδίσιον πέμπει διοικητὴν εἴς τε τὰς ἐν Φρυγίᾳ πόλεις καὶ τὰς ὑπερκειμένας τοῦ Πόντου. Ὁ δὲ, διαπραξάμενος ἃ ἐβούλετο καὶ ἐπανιὼν, τῶν μὲν ἄλλων πόλεων ἐν ἐπαίνοις ἦν, Ἡρακλεωτῶν δὲ κατηγόρει μὴ εὐνοϊκῶς ἔχειν τοῖς τοῦ Σελεύκου πράγμασιν. Ὑφ' οὗ Σέλευκος παροξυνθεὶς, τούς τε πρὸς αὐτὸν ἀφικομένους πρέσβεις ἀπειλητικοῖς ἐξεφαύλιζε λόγοις καὶ κατέπληττεν, ἑνὸς τοῦ Χαμαιλέοντος οὐδὲν ὀρρωδήσαντος τὰς ἀπειλὰς, ἀλλὰ φαμένου « Ἡρακλῆς χάρρων, Σέλευκε » (χάρρων δὲ ὁ ἰσχυρότερος παρὰ Δωριεῦσιν). Ὁ δ' οὖν Σέλευκος τὸ μὲν ῥηθὲν οὐ συνῆκεν, ὀργῆς δ' ὡς εἶχε, καὶ ἀπετρέπετο. Τοῖς δὲ οὔτε τὸ ἀναχωρεῖν οἴκαδε οὔτε τὸ προσμένειν λυσιτελὲς ἐδόκει. (2) Ταῦτα δὲ Ἡρακλεῶται πυθόμενοι τά τε ἄλλα παρεσκευάζοντο καὶ συμμάχους ἤθροιζον, πρός τε Μιθριδάτην τὸν Πόντου βασιλέα διαπρεσβευόμενοι καὶ πρὸς Βυζαντίους καὶ Χαλκηδονίους. (3) Οἱ δὲ περιλειπόμενοι τῶν ἀπὸ Ἡρακλείας φυγάδων, Νύμφιδος, καὶ αὐτοῦ ἑνὸς ὑπάρχοντος τούτων, κάθοδον βουλεύσαντος αὐτοῖς, καὶ ῥᾴδιαν εἶναι ταύτην ἐπιδεικνύντος, εἰ μηδὲν ὧν οἱ πρόγονοι ἀπεστέρηντο αὐτοὶ φανεῖεν διοχλοῦντες ἀναλήψεσθαι, ἔπεισέν τε σὺν τῷ ῥᾴστῳ, καὶ τῆς καθόδου ὃν ἐβούλευσε τρόπον γεγενημένης, οἵ τε καταχθέντες καὶ ἡ δεξαμένη πόλις ἐν ὁμοίαις ἡδοναῖς καὶ εὐφροσύναις ἀνεστρέφοντο, φιλοφρόνως τῶν ἐν τῇ πόλει τούτους δεξιωσαμένων, καὶ μηδὲν τῶν εἰς αὐτάρκειαν αὐτοῖς συντελούντων παραλελοιπότων. Καὶ οἱ Ἡρακλεῶται τὸν εἰρημένον τρόπον τῆς παλαιᾶς εὐγενείας τε καὶ πολιτείας ἐπελαμβάνοντο.

XII. Σέλευκος δὲ τοῖς κατωρθωμένοις κατὰ Λυσιμάχου ἐπαρθεὶς, εἰς τὴν Μακεδονίαν διαβαίνειν ὥρμητο, πόθον ἔχων τῆς πατρίδος, ἐξ ἧς σὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐστρατεύετο, κἀκεῖ τοῦ βίου τὸ λεῖπον διανῦσαι, γηραιὸς ἤδη ὤν, διανοούμενος, τὴν δὲ Ἀσίαν Ἀντιόχῳ παραθέσθαι τῷ παιδί. (2) Πτολεμαῖος δὲ ὁ Κεραυνὸς, τῶν Λυσιμάχου πραγμάτων ὑπὸ Σελεύκῳ γεγενημένων, καὶ αὐτὸς ὑπ' αὐτὸν ἐτέλει, οὐχ ὡς αἰχμάλωτος παρορώμενος, ἀλλ' οἷα δὴ παῖς βασιλέως τιμῆς τε καὶ προνοίας ἀξιούμενος, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὑποσχέσεσι λαμπρυνόμενος, ἃς αὐτῷ Σέλευκος προὔτεινεν, εἰ τελευτήσειεν ὁ γεινάμενος, [αὐτὸν εἰς] τὴν Αἴγυπτον, πατρῴαν οὖσαν ἀρχὴν, καταγαγεῖν. (3) Ἀλλ' ὁ μὲν τοιαύτης κηδεμονίας ἠξίωτο· κακὸν δὲ ἄρα αἱ εὐεργε-

menta iis intulit. Exercitus tamen ejus, dum huic negotio incumbit, cladium non expers est, sed non multo mitiores, quam infert, recipit.

XI. Sub hæc Seleucus Aphrodisium procuratorem in oppida Phrygiæ et quæ adjacent Ponti mittit. Hic, rebus, quarum causa venerat, confectis, post reditum in aliarum quidem civitatum laude prolixus erat, Heraclienses autem criminabatur ut Seleuco parum addictos. Seleucus ergo, hoc irritatus, legatos ad se profectos fastidit, et minis increpitans terret. Quorum tamen unus, Chamæleon, nihil his perculsus, ita regem compellat: Hercules χάρρων, Seleuce (χάρρων autem Doriensibus cum significat, qui est fortior). Quam vocem quum rex non intelligeret, concepta in ira persistens, se avertit. Legatis igitur neque domum redire neque illic manere operæ pretium videbatur. (2) Quæ quum Heracliensibus renunciarentur, tum ceteris se muniunt, tum sociorum copias colligunt, legatis missis ad Mithridatem, Ponti regem, et Byzantios et Chalcedonios. (3) Porro exules ab Heraclea qui supererant, Nymphis quidam ex eorum numero, reditum eis suadens nec difficilem hunc esse demonstrans, si nihil eorum quæ majores amisissent moleste viderentur et turbulente reposcere, quam minimo negotio persuasit. Quare quum eo quo consuluerat modo felicem inveniret successum reditus, tum reducti, tum quæ recepit illos patria, in communi et æqua versabantur lætitia et voluptate. Nam et humanissime eos cives tractabant, et nihil eorum, quæ ad mediocrem vitæ sustentationem conducunt, deesse patiebantur. Hoc itaque modo Heraclienses in antiquum nobilitatis et gubernationis decus sese vindicarunt.

XII. At Seleucus, successu contra Lysimachum elatus, transitum in Macedoniam instituit, (impulit enim amor patriæ, ex qua cum Alexandro militatum iverat,) ibique reliquum vitæ tempus conficere destinans (nam senio confectus erat), Asiam filio Antiocho commendavit. (2) Ptolemæus autem Ceraunus, Lysimachi regno sub arbitrium Seleuci redacto, et ipse ei subjectus erat: nec tamen, ceu captivi loco, neglectim, sed, ut regia soboles, in honore et accuratione habitus; immo magnificis etiam promissis ornatus a Seleuco, fore ut defuncto parente (*Ptolemæo Lagi*) in paternum Ægypti regnum deduceretur. (3) Ita sane liberaliter et honorifice ille tractabatur: at hominem

XI, 1. κάρρων] H. Stephanus; καρῶν libri. Sophron ap. Apollon. Dysc. De pron. p. 355 Bekk.: Ἡρακλῆς τεοῦς κάρρων ἦν. Proverbium in superbos. Plura v. in H. Stephan. Thesaur. v. κρατύς. — ὀργῆς δ' ὡς εἶχε] « Est Herodotea phrasis, qua, ut tot aliis Herodoti, utitur Pausan. I, 42. V. Valckenar. ad Herodot. p. 412. » *Schæfer.* — 3. Νύμφιδος] v. fr. Nymphid. introduct. — εἰ μηδὲν] A.; μηδὲ vulg.

XII, 1. κατὰ Λυσ.] em. Rhodomannus; libri μετὰ. — Ἀντιόχῳ] em. Palmer.; libri Ἀντιγόνῳ. — 2. [αὐτὸν εἰς] supplevit Scaliger. — 3. ἠξιώτο] A., ἐπετέλουν cett. — Interfectus Seleucus anno vitæ 75mo, regni 32mo (Syncell. p. 266) initio anni 280 a. C. Vide Clinton. ad h. an.

σίαι οὐκ ἐβελτίουν. Ἐπιβυλὴν γὰρ συστήσας, προσπεσὼν τὸν εὐεργέτην ἀναιρεῖ, καὶ ἵππου ἐπιβὰς πρὸς Λυσιμαχίαν φεύγει, ἐν ᾗ διάδημα περιθέμενος μετὰ λαμπρᾶς δορυφορίας κατέβαινεν εἰς τὸ στράτευμα, δεχομένων αὐτὸν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης, καὶ βασιλέα καλούντων, οἳ πρότερον Σελεύκῳ ὑπήκουον.

XIII. Ἀντίγονος δὲ ὁ Δημητρίου τὰ συνενεχθέντα μαθὼν ἐπὶ Μακεδονίαν διαβαίνειν ἐπεχείρει πεζῷ καὶ νηΐτῃ στρατεύματι, προφθάσαι σπεύδων τὸν Πτολεμαῖον. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος τὰς Λυσιμάχου νῆας ἔχων ἀπήντα καὶ ἀντιπαρετάττετο. (2) Ἦσαν δ' ἐν αὐταῖς ἄλλαι τε καὶ τῆς Ἡρακλείας αἱ μετάπεμπτοι, ἑξήρεις τε καὶ πεντήρεις καὶ ἄφρακτοι, καὶ ὀκτήρης μία ἡ λεοντοφόρος καλουμένη, μεγέθους ἕνεκα καὶ κάλλους ἧκουσα εἰς θαῦμα· ἐν ταύτῃ γὰρ ἑκατὸν μὲν ἄνδρες ἕκαστον στοῖχον ἤρεττον, ὡς ὀκτακοσίους ἐκ θατέρου μέρους γενέσθαι, ἐξ ἑκατέρων δὲ χιλίους καὶ ἑξακοσίους, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων μαχησόμενοι χίλιοι καὶ διακόσιοι, καὶ κυβερνῆται δύο. (3) Τῆς οὖν συμβολῆς γενομένης, κρατεῖ Πτολεμαῖος τὸ ναυτικὸν τρεψάμενος τοῦ Ἀντιγόνου, ἀνδρειότερον τῶν ἄλλων ἀγωνισαμένων αἳ ἦσαν ἐξ Ἡρακλεώτιδος· αὐτῶν δὲ τῶν Ἡρακλεωτίδων τὸ ἐξαίρετον ἔφερεν ἡ λεοντοφόρος ὀκτήρης. Οὕτω κακῶς Ἀντίγονος τῷ στόλῳ πράξας, εἰς τὴν Βοιωτίαν ἀνεχώρησε. Πτολεμαῖος δὲ ἐπὶ Μακεδονίαν διέβη, καὶ βεβαίως ἔσχε τὴν ἀρχήν.

XIV. Αὐτίκα γοῦν τὴν οἰκείαν μᾶλλον ἐκφαίνων σκαιότητα, Ἀρσινόην μὲν, ὡς πάτριον τοῦτο τοῖς Αἰγυπτίοις, τὴν ἀδελφὴν γαμεῖ, τοὺς ἐκ Λυσιμάχου δὲ παῖδας αὐτῇ γεγεννημένους ἀναιρεῖ. Μεθ' οὓς κἀκείνην τῆς βασιλείας ἐξεκήρυξε. Καὶ πολλὰ καὶ παράνομα ἐν δυσὶ διαπραξάμενος ἔτεσι, Γαλατικοῦ μέρους τῆς πατρίδος μεταναστάντος διὰ λιμὸν, καὶ Μακεδονίαν καταλαβόντων καὶ εἰς μάχην αὐτῷ συναψάντων, ἀξίως τῆς ὠμότητος καταστρέφει τὸν βίον, διασπαραχθεὶς ὑπὸ τῶν Γαλατῶν· ζῶν γὰρ ἑλήφθη, τοῦ ἐλέφαντος, ἐν ᾧ ὠχεῖτο, τρωθέντος καὶ καταβαλόντος αὐτόν. Ἀντίγονος δὲ ὁ Δημητρίου, [ὁ] ἡττηθεὶς τῷ ναυτικῷ, Πτολεμαίου ἀνῃρημένου, τὴν Μακεδόνων λαμβάνει ἀρχήν.

XV. Ὁ δὲ Σελεύκου Ἀντίοχος πολλοῖς πολέμοις, εἰ καὶ μόλις καὶ οὐδὲ πᾶσαν, ὅμως ἀνασωσάμενος τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, πέμπει στρατηγὸν Πατροκλέα σὺν ἐκστρατεύματι εἰς τὴν ἐπιτάδε τοῦ Ταύρου. Ὁ δὲ Ἑρμογένην προσαιρεῖται τὸ γένος Ἀσπένδιον, ὃς ἐπί τε πόλεις ἄλλας καὶ ἐπὶ τὴν Ἡράκλειαν ὥρμητο εἰσβαλεῖν. Τῶν δὲ Ἡρακλεωτῶν πρὸς αὐτὸν διαπρεσβευσαμένων, τῆς χώρας ἀναχωρεῖ καὶ φιλίαν συντίθεται ἐπὶ τὴν Βιθυνίαν διὰ τῆς Φρυγίας τραπόμενος. Ἐνεδρευθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Βιθυνῶν, διεφθάρη τε αὐτὸς καὶ ἡ σὺν

improbum bene merita nihilo meliorem fecere. Nam benefactorem insidiis oppressum trucidat, et conscenso equo Lysimachiam profugit: ubi imposito sibi diademate, cum satellitum manu speciosissima ad exercitum tendit. Ibi necessitate compulsi eum recipiunt, et regem salutant, qui paullo ante Seleuco parebant.

XIII. Antigonus autem Demetrii filius, hoc intellecto casu, expeditionem suscepit in Macedoniam pedestribus et nauticis copiis, Ptolemæum antevenire properans. At Ptolemæus expeditas habens Lysimachi naves, instructa acie occurrit: (2) inter quas erant quum aliæ, tum ab Heraclea accersitæ hexeres et penteres, et apertæ: et una octeris, cui nomen Leonigeræ (*a leonis imagine in aplustri posita*), magnitudine et elegantia in admirationem veniens: in hac enim centum homines unumquemque remorum versum remigabant, adeo ut in unoquoque latere octingenti forent, in ambobus vero mille et sexcenti; milites in tabulatis mille ducenti; præterea duo erant gubernatores. (3) Postquam in aciem descensum est, superior evadit Ptolemæus, in fugam versa Antigoni classe. Ubi fortius ceteris pugnarunt naves ex Heracleotide et palmam inter has tulit octoremis leonifera. Sinistram itaque fortunam classis expertus Antigonus in Bœotiam se contulit, Ptolemæus, transitu in Macedoniam facto, jam firmiter regnum tenebat.

XIV. Statim igitur, ut improbitas ejus eo magis in oculos hominum incurrat, Arsinoen sororem, quod patrium hoc sit Ægyptiis prætendens, matrimonii fœdere sibi adstringit, et natos ei ex Lysimacho trucidat: quin mox etiam ipsam non citra contumeliam regno expellit. Quumque plurima contra deûm hominumque leges intra biennium perpetrasset, accidit ut pars quædam Gallorum, fame ex patria migrare coacta, Macedoniam invaderet: a quibus, conserto prœlio, rex vivus capitur, elephanto, quo vehebatur, sauciato excussus, et ab hostibus discerptus, dignum crudelitate sua exitum invenit. Antigonus autem Demetrii, qui pugna navali succubuerat, jam hoste sublato, Macedoniæ regnum occupat.

XV. Antiochus interim Seleuci filius, quum vix tandem multis bellis nec universum tamen patris regnum recuperasset, expeditam manum in citeriora Tauri mittit, Patrocle duce, qui Hermogenem, Aspendium genere, legatum sibi adoptat. Hic quum alias urbes tum Heracleam quoque infestare constituerat: verum Heracliensium legatione placatus, e finibus eorum excedit, et percusso amicitiæ fœdere, per Phrygiæ agros in Bithyniam se convertit. Exceptus vero Bithynorum insidiis, una cum exercitu

XIII 2. ἕκαστον στοῖχον] em. Palmer.; ἑκατόνστ. A, ἑκατόστοιχον cett.

XIV. extr. ἡττηθεὶς] A; ἡττήθη vulg.; addidi articulum. De rebus hoc cap narratis v. Justin. XXIV, 2 *sqq* et quos ibi laudant interpp.

XV. Vide Droysen. *Hellenism.* tom. II, p. 249.

αὐτῷ στρατιᾷ, ἀνδρὸς ἔργα τὸ καθ' ἑαυτὸν εἰς πολεμίους ἀποδειξάμενος.

XVI. Διὰ ταῦτα δὴ ἐπιστρατεύειν ἐγνωκότος Ἀντιόχου κατὰ Βιθυνῶν, ὁ τούτων βασιλεὺς Νικομήδης ἀπρεσβεύεται πρὸς Ἡράκλειαν συμμαχίαν αἰτῶν, καὶ τυγχάνει τῆς σπουδῆς, ἐν ὁμοίοις καιροῖς καὶ χρείαις τὴν ἀμοιβὴν ὑποσχόμενος. Ἐν τούτῳ δὲ Ἡρακλεῶται τήν τε Κίερον καὶ τὴν Τῖον ἀνεσώσαντο καὶ τὴν Θυνίδα γῆν, πολλὰ τῶν χρημάτων δαπανήσαντες· τὴν δὲ Ἄμαστριν (ἦν γὰρ καὶ αὐτὴ μετὰ τῶν ἄλλων ἁφῃρημένη) καὶ πολέμῳ καὶ χρήμασι βουληθέντες τέως ἀναλαβεῖν αὐτὴν οὐ κατώρθωσαν, τοῦ κατέχοντος αὐτὴν Εὐμένους Ἀριοβαρζάνῃ τῷ Μιθριδάτου παιδὶ προῖκα μᾶλλον παραδοῦναι ταύτην ἢ παρέχουσι χρήματα τοῖς Ἡρακλεώταις διὰ τὸ τῆς ὀργῆς ὑπαχθέντος ἀλόγιστον.

XVII. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐκδέχεται τοὺς Ἡρακλεώτας ὁ πρὸς Ζιποίτην τὸν Βιθυνὸν πόλεμος, ὃς τῆς Θυνιακῆς ἐπῆρχεν Θράκης. Ἐν ᾧ πολέμῳ πολλοὶ τῶν Ἡρακλεωτῶν γενναίως ἀνδρισάμενοι κατεκόπησαν. Καὶ νικᾷ μὲν κατὰ κράτος ὁ Ζιποίτης, συμμαχίδος δὲ δυνάμεως τοῖς Ἡρακλεώταις ἐπελθούσης, φυγῇ τὴν νίκην καταισχύνει· οἱ δὲ ἡττημένοι τοὺς σφετέρους νεκροὺς ἀδεῶς ἀναλαβόντες καὶ καύσαντες, εἶτα καὶ πάντων κύριοι, περὶ ὧν ἦν ὁ πόλεμος, καταστάντες, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν ἀνῃρημένων ἀνακομίσαντες εἰς τὴν πόλιν, ἐπιφανῶς ἐν τῷ τῶν ἀριστέων ἔθαψαν μνήματι.

XVIII. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ἀντιόχῳ τῷ Σελεύκου καὶ Ἀντιγόνῳ τῷ Δημητρίου, μεγάλων ἑκατέρωθεν στρατευμάτων ἀντιπαρατταττομένων, κινεῖται ὁ πόλεμος καὶ χρόνον συχνὸν κατέτριψε· συνεμάχει δὲ τῷ μὲν ὁ τῆς Βιθυνίας βασιλεὺς Νικομήδης, Ἀντιόχῳ δὲ πολλοὶ ἕτεροι. Οὔπω δὲ συρραγεὶς Ἀντίοχος Ἀντιγόνῳ, τὸν πρὸς Νικομήδην χειρίζεται πόλεμον· ὁ δὲ Νικομήδης ἀλλαχόθεν τε δυνάμεις ἀθροίζει, καὶ συμμαχεῖν πρὸς Ἡρακλεώτας διαπρεσβευσάμενος, τριήρεις τρισκαίδεκα συμμάχους λαμβάνει, καὶ λοιπὸν ἀντικαθίσταται τῷ τοῦ Ἀντιόχου στόλῳ. Ἐπὶ χρόνον δέ τινα ἀντικαταστάντες ἀλλήλοις, οὐδέτεροι μάχης ἦρξαν, ἀλλ' ἄπρακτοι διελύθησαν.

XIX. Ἐπεὶ δὲ Γαλάται πρὸς τὸ Βυζάντιον ἦκον καὶ τὴν πλείστην αὐτῆς ἐδῄωσαν, τῷ πολέμῳ ταπεινωθέντες οἱ ἐν Βυζαντίῳ πέμπουσι πρὸς τοὺς συμμάχους δεόμενοι ὠφελείας. Καὶ παρέσχον μὲν πάντες ὡς εἶχον ἰσχύος, παρέσχον δὲ καὶ οἱ τῆς Ἡρακλείας (τοσοῦτον γὰρ ἡ πρεσβεία ᾔτει) χρυσοῦς τετρακισχιλίους. (2) Μετ' οὐ πολὺ δὲ Νικομήδης τοὺς Γαλάτας, οἷς ἡ καταδρομὴ τῶν Βυζαντίων ἐγεγένητο, πολλάκις μὲν ἐπιχειρήσαντας εἰς] τὴν Ἀσίαν περαιωθῆναι, τοσαυτάκις δὲ ἀποτυχόν-

internecione caedítur, quum strenui viri facinora, suo loco, in hostes edidisset.

XVI. Hac de causa Antiocho in Bithynos expeditionem instituente, rex horum Nicomedes per legatos subsidium ab Heracliensibus petit et obtinet, impetrati gratiam se relaturum, ubi in simili necessitate tempus flagitet, pollicitus. Hac occasione Cierum et Tium et Thynidem terram multis expensis ad se reduxerunt. Amastrin interea (quæ et ipsa cum reliquis adempta fuerat) tam bello quam pretio recuperare dum percupiunt, successu carent felice: propterea quod qui illam tenebat Eumenes Ariobarzani, Mithridatis filio, gratis eam tradere quam pecunia revendere Heracliensibus mallet, vesania iræ subactus.

XVII. Sub tempus illud bellum adversus Zipœten Bithynum, qui Thyniacam cum imperio Thraciam obtinebat, Heraclienses excepit. Quo in bello Heracleotarum bona pars fortiter dimicando cæsa fuit. Et victoria quidem summa vi potitur Zipœtes: sed ubi sociorum auxilia supervenerant Heracliensibus, fuga illam dehonestat. Ergo qui modo succubuerant, cadavera suorum asserunt et cremant secure: et exinde sub arbitrium suum redigunt de quibus bello disceptabatur; et ossa interfectorum in urbem relata magnifice in præclare meritorum de patria monumento condunt.

XVIII. Circa hæc tempora inter Antiochum Seleuci et Antigonum Demetrii movetur bellum: et dum magnos utrinque apparatus faciunt in copias militares, tempus satis longum consumitur. Alteri Nicomedes Bithyniæ rex operam navabat, Antiocho complures alii. Necdum eruptionem fecerat in Antigonum Antiochus, quum bellum adversus Nicomedem instituit. Hic igitur et aliunde auxilia colligit, et de belli societate Heracleam missis legatis tredecim in subsidium triremes accipit, et tum demum classem suam Antiochi classi opponit. Etsi autem adversas aliquamdiu tenebant acies, neutri tamen pugnæ initium faciunt; sed absque effectu tandem divelluntur.

XIX. Postquam vero Galli ad Byzantium delati maximam ditionis partem depopulabantur, fracti bello Byzantini, sociorum huc illuc missitantes auxilia implorant: et quisque pro virium modo suppeditat; Heraclienses etiam aureos quater mille (tantum enim legati petierant) subministrant. (2) Nec longum in medio spatium, quum Nicomedes Gallis, qui, incursatis Byzantinorum finibus, tametsi sæpenumero in Asiam trajicere conati, toties ab incepto desistere, adversantibus Byzantinis, coacti essent, certis tamen condi-

XVI. De rebus cf. Droys. l. l. p. 230. p. 173. 177.

XVII. Θυνιακῆς... Θράκης] *Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur*, Claudian. in Eutrop. II, 247. Accuratiora v. ap. Eustath. ad Dionys. Perieg. 795 (ex Arriano). — κατὰ κράτος] A; ἀνὰ κρ. vulg.

XVIII. extr. ἄπρακτοι] A; ἀπαράδεκτοι vulg.

XIX. 1. τετρακισχιλίους] χιλίους Stephanus nescio unde. Mox addidi voculam [εἰς].

τας, οὐκ ἀνεχομένων τὴν πρᾶξιν Βυζαντίων, ἐπὶ συνθήκαις ὅμως παρασκευάζει περαιωθῆναι. Αἱ δὲ συνθῆκαι· Νικομήδει μὲν καὶ τοῖς ἐκγόνοις ἀεὶ φίλα φρονεῖν τοὺς βαρβάρους, καὶ τῆς γνώμης τοῦ Νικομήδους χωρὶς μηδενὶ συμμαχεῖν τῶν πρὸς αὐτοὺς διαπρεσβευομένων, ἀλλ' εἶναι φίλους μὲν τοῖς φίλοις, πολεμίους δὲ τοῖς οὐ φιλοῦσι, συμμαχεῖν δὲ καὶ Βυζαντίοις, εἴ που δεήσοι, καὶ Τιανοῖς δὲ καὶ Ἡρακλεώταις καὶ Καλχηδονίοις καὶ Κιερανοῖς καί τισιν ἑτέροις ἐθνῶν ἄρχουσιν. (3) Ἐπὶ ταύταις μὲν ταῖς συνθήκαις Νικομήδης τὸ Γαλατικὸν πλῆθος εἰς Ἀσίαν διαβιβάζει· ὧν περιφανεῖς μὲν ἐπὶ τῷ ἄρχειν ἑπτακαίδεκα τὸν ἀριθμὸν ἦσαν, οἱ δὲ καὶ αὐτῶν τούτων προκεχριμένοι καὶ κορυφαῖοι Λεωννώριος ἦστην καὶ Λουτούριος. (4) Αὕτη τοίνυν τῶν Γαλατῶν ἡ ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διάβασις κατ' ἀρχὰς μὲν ἐπὶ κακῷ τῶν οἰκητόρων προελθεῖν ἐνομίσθη, τὸ δὲ τέλος ἔδειξεν ἀποχριθὲν πρὸς τὸ συμφέρον. Τῶν γὰρ βασιλέων τὴν τῶν πόλεων δημοκρατίαν ἀφελεῖν σπουδαζόντων, αὐτοὶ μᾶλλον ταύτην ἐβεβαίουν, ἀντικαθιστάμενοι τοῖς ἐπιτιθεμένοις. (5) Νικομήδης δὲ κατὰ Βιθυνῶν πρῶτον, συμμαχούντων αὐτῷ καὶ τῶν ἐξ Ἡρακλείας, τοὺς βαρβάρους ἐξοπλίσας, τῆς τε χώρας ἐκράτησε καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας κατέκοψε, τὴν ἄλλην λείαν τῶν Γαλατῶν ἑαυτοῖς διανειμαμένων. Οὗτοι δὲ πολλὴν ἐπελθόντες χώραν αὖθις ἀνεχώρησαν, καὶ τῆς αἱρεθείσης αὐτοῖς ἀπετέμοντο τὴν νῦν Γαλατίαν καλουμένην, εἰς τρεῖς μοίρας ταύτην διανείμαντες, καὶ τοὺς μὲν Τρωγμοὺς ὀνομάσαντες, τοὺς δὲ Τολοστοβογίους, τοὺς δὲ Τεκτόσαγας. Ἐδείμαντο δὲ πόλεις, Τρωγμοὶ μὲν Ἄγκυραν, Τολοστοβόγιοι δὲ Ταβίαν, Τεκτόσαγες δὲ Πισινοῦντα.

XX. Ὁ δὲ Νικομήδης εἰς λαμπρὰν εὐδαιμονίαν ἀρθεὶς, πόλιν ἑαυτῷ ὁμώνυμον ἀνεγείρει ἀντικρὺ Ἀστακοῦ. Τὴν Ἀστακὸν δὲ Μεγαρέων ᾤκησαν ἄποικοι, Ὀλυμπιάδος ἱσταμένης ιζ', Ἀστακὸν ἐπίκλησιν κατὰ χρησμὸν θέμενοι ἀπό τινος τῶν λεγομένων Σπαρτῶν καὶ Γηγενῶν τῶν ἀπογόνων τῶν ἐν Θήβαις, Ἀστακοῦ τὴν κλῆσιν, ἀνδρὸς γενναίου καὶ μεγαλόφρονος. Αὕτη πολλὰς ἐπιθέσεις παρά τε τῶν ὁμορούντων ὑποστᾶσα, καὶ πολέμοις πολλάκις ἐντρυχωθεῖσα, Ἀθηναίων αὐτὴν μετὰ Μεγαρέας ἐπωκηκότων, ἔληξέ τε τῶν συμφορῶν καὶ ἐπὶ μέγα δόξης καὶ ἰσχύος ἐγένετο, Δυδαλσοῦ τηνικαῦτα τὴν Βιθυνῶν ἀρχὴν ἔχοντος. (2) Οὗ τελευτήσαντος ἄρχει Βοτείρας, ζήσας ς' καὶ ο' ἔτη. Τοῦτον διατionibus transitum conciliavit. Conditionum formula hæc erat: « Ut barbari Nicomedi ejusque posteris perpetuo amicitiæ fœdere conjuncti manerent; absque Nicomedis sententia et voluntate nemini, a quo per legatos sollicitarentur, in bellis opem ferrent, sed amicis hujus amici, et inimicis hostes forent; a Byzantinis etiam starent, si qua necessitas incideret; societatem præterea colerent cum Tianis et Heracliensibus et Chalcedoniis et Cieranis et aliis nonnullis, qui alias sub jurisdictione gentes haberent. » (3) His pactorum legibus Nicomedes Gallorum multitudinem in Asiam transmisit. Horum principes in imperio illustres septemdecim fuere, inter quos præcipui et summi Leonnorius et Lutarius. (4) Hæc igitur Gallorum in Asiam transmigratio primo quidem ad incolarum detrimentum progressura existimabatur; sed exitus commodis ipsorum destinatum hoc ostendit. Dum enim reges popularem civitatibus statum abrogare satagunt, Galli hæc molientibus obsistendo magis illam corroborant. (5) Nicomedes igitur contra Bithynos primum, juvantibus etiam Heracliensibus, cum hac barbarorum manu, quam armis instruxerat, profectus, et provinciam subegit et concidit incolas: quod alioquin erat prædæ, inter se dispertiti sunt Galli. Qui longe lateque terram depopulati, retro tandem cesserunt et de subacta id sibi amputarunt, quod nunc Galatiæ nomen habet, et in tres partes distribuerunt. Alios enim Trogmos nominant, alios Tolistobogios, alios Tectosages. Urbes etiam condiderunt: Trogmi Ancyram, Tolistobogii Tabiam, Tectosages Pesinuntem.

XX. Nicomedes autem in conspicuo felicitatis gradu positus de nomine suo exstruxit urbem e regione Astaci. Astacum vero Megarensium colonia sub initium Olympiadis decimæ septimæ frequentarat, Astacum oraculi jussu denominatam ab Astaco quodam generoso et cordato viro, ex eorum prosapia qui Sparti et Terrigenæ olim Thebis vocabantur. Hæc multum a finitimis appetita et accisa bellis, Atheniensium colonis postmodum adjectis, vexationum finem et incrementa gloriæ et potentiæ non mediocria adepta est, Dydalso tunc inter Bithynos rerum potiente. (2) Quo defuncto Botiras regnat ad septuaginta quinque annos ætate

— 3. ἐπὶ τῷ ἄρχειν] dedi, monente Bekkero; libri ἐπὶ τὸ ἀ. — Λουτούριος] codicum lectionem Hœschel. de suo, ut videtur, mutavit in notiorem formam Λουτάριος. — 4. ταύτην ἐβεβαίουν] cod. A; vulg. αὐτὴν ἐ. — 5. Νικομήδης δὲ κ. τ. λ.] Eichhorn. Hist. Ant. I, p. 613 interpungendum censuit: N. δ. κ. Βιθυνῶν (πρῶτον συμμαχούντων αὐτῷ) καὶ (sc. κατὰ) τῶν ἐξ Ἡρ. τ. βαρβ. ἐξοπλ. Quæ bene refellit Orelli p. 347 sq. — ἐδείμαντο δὲ πόλεις κ. τ. λ.] « Falsissimum hoc: nam, auctore Plinio H. N. V, 42, *oppida Tectosagum Ancyra, Trocmorum Tanium, Tolistoborum Pesinus*: cum quo consentiunt etiam Strabo XII, p. 567 et Ptolemæus V, 4. Talia non semel confundere Memnonem, scriptorem prorsus ἀγεώγραφον, observant L. Holstenius ad Stephan. Byz. p. 263 et Wesseling. ad Antonini Itinerar. p. 202. » *Orelli.*

XX. 1. Ἀστακον] v. Raoul-Rochette *Etabliss.* III, p. 233. Müller *Dor.* I, 120 *Minyn.* p. 291. — ιζ'] Ol. 18, 2. Euseb. Arm. Cf. Soetbeer. *Tab. chron.* ad Olymp. 17, 1. — ἀπό τινος τῶν.. Σπαρτῶν] ἀπὸ Ἀστάκου τοῦ Ποσειδῶνος καὶ νύμφης Ὀλβίας, Arrian. ap. Steph. Byz. v. Ἄστακος. — Δυδαλσοῦ] De his regibus Bithyn. v. interpret. ad Appian. Mithridat. c. 2; G. Syncell. p. 276; Sevin. *Recherches sur les rois de Bithynie* in *Mém. de l'Acad. d. Inscr.* tom. XVIII, p. 489 sqq. Vaillant. Achæmenid. imperium p. 298 sqq. et præ ceteris Clinton. F. H. tom. III, p. 410-420.

δέχεται Βᾶς ὁ υἱὸς, ὃς καὶ Κάλαν τὸν Ἀλεξάνδρου στρατηγὸν, καίτοι γε λίαν παρεσκευασμένον πρὸς τὴν μάχην, κατηγωνίσατο, καὶ τῆς Βιθυνίας παρεσκεύασε τοὺς Μακεδόνας ἀποσχέσθαι. Τούτου βίος μὲν ἐγεγόνει ἐτῶν α' καὶ ο', ὧν ἐβασίλευσε ν'. (3) Οὗ παῖς τῆς ἀρχῆς διάδοχος, Ζιποίτης, λαμπρὸς ἐν πολέμοις γεγονὼς, καὶ τοὺς Λυσιμάχου στρατηγοὺς τὸν μὲν ἀνελὼν, τὸν δὲ ἐπὶ μήκιστον τῆς οἰκείας ἀπελάσας ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ Λυσιμάχου, εἶτα καὶ Ἀντιόχου τοῦ παιδὸς Σελεύκου ἐπικρατέστερος γεγονὼς, τοῦ τε τῆς Ἀσίας βασιλεύοντος καὶ τοῦ Μακεδόνων, κτίζει πόλιν ὑπὸ τῷ Λυπερῷ ὄρει, τῇ αὐτοῦ κλήσει ἐπώνυμον. Οὗτος βιοὺς μὲν ἔτη ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα, κρατήσας δὲ τῆς ἀρχῆς ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα, καταλείπει παῖδας τέσσαρας. Τοῦτον ὁ πρεσβύτερος τῶν παίδων Νικομήδης διαδέχεται, τοῖς ἀδελφοῖς οὐκ ἀδελφὸς ἀλλὰ δήμιος γεγονώς. Ἐκρατύνατο μέντοι καὶ οὗτος τὴν Βιθυνῶν ἀρχὴν, μάλιστά γε τοὺς Γαλάτας ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαπεραιωθῆναι συναράμενος· καὶ πόλιν, ὡς προείρηται, τὴν αὐτοῦ προσηγορίαν ἀνέστησε φέρουσαν.

XXI. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον χρόνῳ πόλεμος ἀνερράγη Βυζαντίοις πρὸς Καλατιανοὺς (ἄποικοι δὲ οὗτοι Ἡρακλεωτῶν ἦσαν) καὶ πρὸς Ἰστριανοὺς περὶ Τόμεως τοῦ ἐμπορίου, ὃ τοῖς Καλατιανοῖς ὅμορον ἦν, μονοπώλιον τοῦτο διανοουμένων κατασκευάσαι τῶν Καλατιανῶν. Διεπρεσβεύοντο οὖν πρὸς Ἡρακλεώτας ἐπὶ συμμαχίᾳ ἑκάτεροι· οἱ δὲ πολεμικὴν μὲν βοπὴν οὐδετέρῳ ἔνεμον μέρει, διαλλακτηρίους δὲ ἄνδρας ἑκατέροις ἀπέστελλον, κἂν ἄπρακτος αὐτῶν ἡ σπουδὴ τότε γέγονε. Πολλὰ δὲ οἱ τῆς Καλατίδος ὑπὸ τῶν πολεμίων παθόντες ὕστερον εἰς διαλύσεις ἦλθον, ἀπὸ ταύτης τῆς συμφορᾶς οὐκέτι σχεδὸν ἀναλαβεῖν αὐτοὺς δυνηθέντες.

XXII. Οὐ πολλοῦ δὲ πάνυ ῥυέντος χρόνου, ὁ τῶν Βιθυνῶν βασιλεὺς Νικομήδης, ἐπεὶ ὁ μὲν ἐκ προτέρων αὐτῷ γάμων γεγονὼς παῖς Ζηίλας φυγὰς ἦν πρὸς τὸν Ἀρμενίων βασιλέα, ταῖς τῆς μητρυιᾶς Ἑταζέτας μηχαναῖς ἐλαθείς, οἱ δὲ ἐκ ταύτης αὐτῷ γεγονότες ἐνηπίαζον, πρὸς τῷ τελευτᾶν γεγονὼς κληρονόμους μὲν τοὺς ἐκ τῆς δευτέρας γυναικὸς γράφει παῖδας, ἐπιτρόπους δὲ Πτολεμαῖον καὶ Ἀντίγονον καὶ τὸν δῆμον τῶν Βυζαντίων καὶ δὴ καὶ Ἡρακλεωτῶν καὶ τὸν τῶν Κιανῶν ἐφίστησιν. (2) Ὁ μέντοι Ζηίλας μετὰ δυνάμεως, ἣν αὐτῷ τῶν Γαλατῶν οἱ Τολοστοβόγιοι θάρσους ἐπλήρουν, ἐπὶ τὴν βασιλείαν κατῆλθε. Βιθυνοὶ δὲ τὴν ἀρχὴν σώζειν τοῖς νηπίοις σπουδάζοντες τὴν μὲν τούτων μητέρα ἀδελφῷ συνοικίζουσι τῷ Νικομήδους, αὐτοὶ δὲ στράτευμα παρὰ τῶν εἰρημένων ἐπιτρόπων λαβόντες ὑπέμενον τὸν Ζηίλαν· συχναῖς δὲ μάχαις καὶ μεταβο-

producta. Ei filius Bas succedit qui etiam Calam, Alexandri copiarum præfectum, licet optime ad pugnam instructum, profligavit acie, et ut Macedones a Bithynia abstinerent, effecit. Vixit hic annos septuaginta et unum, et de iis quinquaginta regnum tenuit. (3) Successorem habuit filium Zipœten : qui clarus bellis e Lysimachi præfectis alium occidit, alium quam longissime a finibus suis depulit. Quin etiam ipso Lysimacho et posthac Antiocho Seleuci, qui Asiam tamen et Macedones imperio coercebant, superior factus urbem condit, ad Lyperum montem, nomine suo insignem. Hic ubi vitam in septuaginta sex et administrationem regni in quadraginta octo annos extenderat, quattuor filios reliquit. Eumque in regno Nicomedes natu maximus excepit, qui fratribus non frater, sed carnifex erat. Confirmavit tamen etiam hic Bithyniæ regnum, maxime eo, quod Galatas sedes in Asiam transferentes adjuvit, urbemque, ut jam indicatum est, sui nominis eduxit.

XXI. Interlapso hinc tempore aliquo, Byzantinis bellum adversus Calatianos (Heracleotarum colonia hæc est) et Istrianos erupit, propter Tomin, emporium Calatianis vicinum, quod monopolium ex eo facere animo conceperant Calatiani. Propterea utrinque ad Heraclienses de belli societate mittitur legatio. At hi neutri parti bellicam opem tribuunt, sed legant ad utrosque, qui pacifice controversiam transigant. Tamen absque effectu hoc ipsis studium exivit. Multis igitur detrimentis affecti Calatidis incolæ ad pacis demum conditiones descenderunt. Nec quidquam fere ab ista calamitate virium potuerunt recipere.

XII. Nec multum temporis efluxit, quum rex Bithynorum Nicomedes (postquam e priore ei natus conjugio Zeilas ad Armeniorum regem profugisset, expulsus novercæ Etazetæ machinis, cujus liberi adhuc in tenera ætate erant) morte jam imminente, ex altera natos uxore hæredes regni scripsit, et curatores Ptolemæum cum Antigono et populo Byzantinorum, nec non Heracliensium Cianorumque designavit. (2) Zeilas autem cum instructa manu, cui e Galatis Tolistobogii animos augebant, in regnum paternum redit. At Bithyni, dum conservare dominatum parvulis satagunt, matrem horum Nicomedis fratri in matrimonium elocant, et ipsi accepto a curatoribus exercitu Zeilam operiuntur. Et crebris utrobique prœliis et vicibus usi, pacem

— 3. αὐτοῦ Λυσιμάχου] A.; αὐτὸν Λυσίμαχον cett. — κτίζει πόλιν] Steph. Byz. : Ζιποίτιον,... πολ. Βιθυνίας, ἀπὸ Ζιποίτου βασιλέως.

XXI. συμμαχίᾳ] Stephanus; συμμαχίαν libri. — κἂν ἄπρ.] εἰ καὶ voluit Stephan.; καὶ Scaliger.; ἀλλὰ?

LVI. 1. Ἀριοβαρζάνην] Ita Stephanus; Hoeschel., Schottus et Bekker. Ἀριοβαζάνην. — προσῆγε τὸν] emend. Schæfer.; προσήγετο vulg. — 3. [καὶ] τῶν Θρᾳκῶν] καὶ supplevi, monente Schæfero. — ζωγρία] Schæfer.; ζωγρίαι libri.

LVII. 1. ὀκτὼ μυριάδας] copiarum numeros longe majores ponit Plutarch. Lucull. 26. — ἐξαιρησόμενος.. ἀμυνούμενος] A.; ἐξαιρησάμενος.. ἀμυνόμενος vulg. — τήν τε Τιγρανοκέρταν] cap. 56, 1, et paullo infra urbs dicitur τὰ Τιγρανόκερτα, ut ap. Strabonem et Steph. Byz. Quid Memnoni placuerit, dubium. — 2. τοὺς Ἀρμενίους] ed. Stephan.; τοῖς Ἀρμενίοις vulg. — κατὰ λόγον ...φθορά] Accuratiora v. ap. Plutarch. Lucull. c. 28 sq.; cf. Appian. c. 85 sq.

LVIII. 1. ἐπέτρεπεν] al. ὑπέτρεπεν. — καὶ ὡς μᾶλλον... δυναμένῳ] Jacobsius ad Achill. Tat. p. 644. Libri: καὶ μᾶλλον ἀνέχειν εἰς τὸν π. Ῥ. π. δυνάμενον. — Φραδάτην] al Φραάτην — Μεγάλους Αὐλῶνας] « Fortassis intelligendi aulones

τοὺς Μεγάλους Αὐλῶνας. Ἀφικομένων δὲ πρὸς τὸν Πάρθον καὶ παρὰ Λευκόλλου πρέσβεων, τοῖς μὲν Ῥωμαίοις ἰδίᾳ φίλος εἶναι ὑπεκρίνατο καὶ σύμμαχος, ἰδίᾳ δὲ τὰ αὐτὰ πρὸς τοὺς Ἀρμενίους διετίθετο.

LIX. Ὁ δὲ δὴ Κόττας ὡς εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, τιμῆς παρὰ τῆς συγκλήτου τυγχάνει Ποντικὸς αὐτοκράτωρ καλεῖσθαι, ὅτι ἕλοι τὴν Ἡράκλειαν. Διαβολῆς δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικνουμένης, ὡς οἰκείων κερδῶν ἕνεκα τηλικαύτην πόλιν ἐξαφανίσειε, μῖσός τε δημόσιον ἐλάμβανε, καὶ ὁ περὶ αὐτὸν τοσοῦτος πλοῦτος φθόνον ἀνεκίνει· διὸ καὶ πολλὰ τῶν λαφύρων εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων εἰσεκόμιζε ταμιεῖον, τὸν ἐπὶ τῷ πλούτῳ φθόνον ἐκκρούων, εἰ καὶ μηδὲν αὐτοὺς πρᾳοτέρους ἀπεργάζετο, ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα νέμειν ὑπολαμβάνοντας. Ἐψηφίσαντο δὲ αὐτίκα καὶ τοὺς αἰχμαλώτους τῆς Ἡρακλείας ἀφίεσθαι. (2) Θρασυμήδης δὲ τῶν ἐξ Ἡρακλείας εἷς κατηγόρησεν ἐπ' ἐκκλησίας τοῦ Κόττα, τάς τε τῆς πόλεως εἰσηγούμενος πρὸς Ῥωμαίους εὐνοίας, καὶ εἴ τι ταύτης ἀποκλίνοιεν, οὐχὶ γνώμῃ τῆς πόλεως τοῦτο ὁρᾶν, ἀλλ' ἢ τινος τῶν ἐφεστηκότων τοῖς πράγμασιν ἐξαπάτῃ ἢ καὶ βίᾳ τῶν ἐπιτιθεμένων· ἀπωκτίζετο δὲ τόν τε τῆς πόλεως ἐμπρησμὸν, καὶ ὅσα τὸ πῦρ ἀφανίσαι· ὅπως τε τὰ ἀγάλματα Κόττας καθῄρει καὶ λείαν ἐποιεῖτο, τούς τε ναοὺς κατέσπα, καὶ ὅσα ἄλλα δι' ὠμότητος ἐλθὼν ἐπεπράγει· τόν τε χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον τῆς πόλεως ἀναγράφων ἀναρίθμητον, καὶ τὴν ἄλλην τῆς Ἡρακλείας ἣν ἐσφετερίσατο εὐδαιμονίαν. (3) Τοιαῦτα τοῦ Θρασυμήδους μετ' οἰμωγῆς καὶ δακρύων διεληλυθότος, καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐπικλασθέντων τῷ πάθει (καὶ γὰρ παρῆλθε καὶ τὸ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος, ἄνδρες ὁμοῦ καὶ γυναῖκες μετὰ τέκνων, ἐν πενθίμοις ἐσθήσεσι, θαλλοὺς ἱκεσίους μετ' ὀλοφυρμῶν προτείνοντες), ἀντιπαρελθὼν ὁ Κόττας βραχέα τῇ πατρίῳ διελέχθη γλώττῃ, εἶτα ἐκαθέσθη. Καὶ Κάρβων ἀναστὰς, « Ἡμεῖς, ὦ Κόττα, » φησὶ, « πόλιν ἐλεῖν ἀλλ' οὐχὶ καθελεῖν ἐπετρέψαμεν. » Μετ' αὐτὸν δὲ καὶ ἄλλοι ὁμοίως Κόττταν ᾐτιάσαντο. (4) Πολλοῖς μὲν οὖν ἄξιος ὁ Κόττας ἐδόκει φυγῆς· μετριάσαντες δ' ὅμως ἀπεψηφίσαντο τὴν πλατύσημον αὐτοῦ· Ἡρακλεώταις δὲ τὴν χώραν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τοὺς λιμένας ἀποκατέστησαν, καὶ μηδένα δουλεύειν ψῆφον ἔθεντο.

LX. Ταῦτα Θρασυμήδους διαπραξαμένου, ἐπὶ τὴν πατρίδα μὲν τοὺς πολλοὺς ἐξέπεμψεν· αὐτὸς δὲ μετὰ Βριθαγόρου τε καὶ Προπύλου (παῖς δ' ἦν ὁ Πρόπυλος Βριθαγόρου) κατὰ τοὺς ἑξῆς ἐπιμένων χρόνους, τὰ

valles ditioni suæ ut permittat, exposcit. Quum vero etiam Luculli ad Parthum legati venissent, Romanis seorsum amicum et socium se esse fingit, seorsum etiam eadem ad Armenium simulat.

LIX. Interea Romam Cotta reversus, honore a senatu afficitur, et Pontici cognomento, quod Heracleam cepisset, nobilitatur. At ubi sinistra ejus fama Romam pervenit, ut qui sui lucri causa tam eximiam urbem evertisset, in publicum incurrebat odium, invidiamque tantæ ei opes adaugebant. Cujus declinandi causa pleraque in ærarium spolia retulit, tametsi nihilo mitiores in se Romanos hoc efficeret, dum e plurimis eum pauca referre persuasum haberent. Captivos etiam Heracleæ statim dimittendos decreto publico sciverunt. (2) Thrasymedes insuper, Heracliensium unus, pro concione Cottam publice accusat et civitatis suæ erga Romanos benevolentiam commemorat: et si quid ab hac remiserint, non civitatis voluntate, sed magistratuum fraude et adversariorum vi factum esse. Miserabili etiam querela ob oculos ponit urbis inflammationem, quotque et quanta incendium evastarit: utque simulacra Cotta destructa prædam sibi fecerit, et ædes sacras diruerit, et sexcenta alia crudelissimum in modum peregerit; ad hæc auri et argenti infinitum prope numerum, ceteramque urbis felicitatem, quam in suum ille commodum averterit, recensebat. (3) His a Thrasymede cum lamentis et fletu commemoratis et optimatibus Romanorum ad commiserationem casus illius inflexis (accesserat enim captivorum quoque multitudo, viri et matronæ cum liberis, lugubribus vestimentis amicti, et supplices, cum ejulatu præ se tendentes olivæ ramos), progressus contra in medium Cotta, ubi pauca lingua patria disseruisset, resedit: et exsurgens Carbo: « Nos, inquit, Cotta, capiendam tibi, non exscindendam urbem demandavimus. » Et post eum alii consimili in Cottam criminatione sunt invecti. (4) Multis igitur exilio dignus videbatur: moderatione tamen adhibita, latum ei clavum abrogant; Heracliensibus vero agrum et mare et portus restituunt, rogatione perlata, ut nemo horum servituti sit addictus.

LX. His ergo Thrasymedes confectis, plebem remisit in patriam: ipse vero cum Brithagora et Propylo, Brithagoræ filio, ad tempus dehinc subsistens, quæ patriæ usus exigeret, administravit; peractisque aliquot annis, cum tribus

---

obvii transeuntibus Caspias portas, quorum meminit Isidorus Characenus in Mansionib. Parthic. in Geograph. Hœschelii p. 187: Ἐντεῦθεν ὑπερβάντων τὰς Κασπίας πύλας ἐστὶν αὐλὼν καὶ ἡ Χοαρήνη σταθμὸς ἐν ᾗ Ἀπάμεια πόλις: vel etiam aulon ille inter Libanum et Antilibanum, de quo v. Polyb. V, et Hieronymum De nominib. locor. Hebraic. p. 149, tom. III ed. Vallarsi Venet. » *Orelli.* — ὑπεκρίνατο] al. ἀπεκρίνατο.

LIX. 1. Ποντικὸς αὐτοκράτωρ] Malim II. καὶ αὐτ. *Schæfer.* — ὑπολαμβάνοντας] Steph., codd.; ὑπολαμβάνοντες vulg. — 2. ἐπιτιθεμένων] al. ἐπιθεμένων. — ἀφανίσαι] em.; Schæfer.; ἀφανίσοι libri. — 3. πατρίῳ] al. πατρῴῳ. — γλώττῃ] al. γωνῇ. — διελέχθη] em. Schæfer.; διειλέχθη libri. — Κάρβων κ. τ. λ.] Cf. Dio Cass. XXXVI, 23. — ἐπετρέψαμεν] al. ἐπεστρέψαμεν.

λοιπὰ τῶν ἐπειγόντων καθίστατο· καί τινων ἐτῶν ἀνυσθέντων τρισὶν ἐπακτρίσιν εἰς τὴν Ἡράκλειαν ἐπανάγεται. Ἀφικόμενος δὲ πάντα τρόπον ἐπενόει ἀνοικίζεσθαι τὴν πόλιν, καθάπερ εἰς παλιγγενεσίαν ἀναχαλούμενος. (2) Ἀλλὰ πάντα πράττων μόλις εἰς ὀκτακισχιλίους, ἅμα τοῖς οἰκετικοῖς σώμασιν, συλλεγῆναι κατεπράξατο. Βριθαγόρας δὲ, ἤδη τῆς πόλεως αὐξομένης, ἐλπίδας ἐποιήσατο πρὸς ἐλευθερίαν τὸν δῆμον ἀνενεγκεῖν· καὶ διαγεγονότων μὲν πολλῶν ἐτῶν, ἤδη δὲ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας εἰς ἕνα περιισταμένης ἄνδρα, Γάϊον Ἰούλιον Καίσαρα, πρὸς τοῦτον ἠπείγετο. (3) Συνεπρέσβευον δὲ αὐτῷ ἄλλοι τέ τινες τῶν ἐπιφανῶν, καὶ ὁ υἱὸς Πρόπυλος. Γνωσθεὶς οὖν τῷ Καίσαρι Βριθαγόρας, καὶ διαπραξάμενος ἐγγυτέρω τῆ φιλίᾳ προσελθεῖν, δι' ὑποσχέσεως ἐγένετο· οὐ μὴν ἐξ ἐφόδου γε λαβεῖν τὴν ἐλευθερίαν ἠδυνήθη, ἅτε δὴ οὐκ ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἀλλ' ἐφ' ἕτερα τοῦ Γαίου περιτρέχοντος. Οὐκ ἀφίστατο μέντοι γε Βριθαγόρας, ἀλλὰ περὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην αὐτός τε καὶ Πρόπυλος συμπεριαγόμενος τῷ Καίσαρι ἐβλέπετο παρ' αὐτοῦ, ὡς ἐπισημειούμενον τὸν αὐτοκράτορα τῆς λιπαρήσεως αὐτὸν ἀποδέχεσθαι. (4) Δωδεκαετίας δὲ τὴν παρεδρίαν διαμετρούσης, καὶ περὶ τῆς εἰς Ῥώμην ἐπανόδου τοῦ Καίσαρος διανοουμένου, ὑπό τε τοῦ γήρους καὶ τῶν συνεχῶν πόνων κατατρυχωθεὶς Βριθαγόρας τελευτᾷ, μέγα πένθος τῇ πατρίδι καταλιπών. Εἰς τοιοῦτον μὲν τέλος καὶ ὁ ις' λόγος τῆς Μέμνονος ἱστορίας τελευτᾷ.

5. Ἔστι δὲ ἡ συγγραφὴ νουνεχὴς μὲν καὶ τὸν ἰσχνὸν μεταδιώκουσα χαρακτῆρα, οὐ μὴν οὐδὲ τοῦ σαφοῦς ἀμελοῦσα, εὐλαβουμένη δὲ καὶ τὰς ἐκβολὰς, πλὴν εἰ μή πού τις ἀνάγκη συνυφαίνειν καὶ τὰ ἔξωθεν ἐγκελεύεται τῆς προθέσεως. Οὐδὲ πρὸς ταύτην δὲ ἐπὶ τὸ συχνὸν ἀποκλίνει, ἀλλὰ τὸ κατεπεῖγον ἐπιμνησθεῖσα ἔχεται πάλιν εὐεπιστρόφως τῆς προτεθείσης αὐτῇ κατ' ἀρχὰς γνώμης. (6) Καὶ λέξεσι δὲ, εἰ μή που σπανίως ἐξαλλαττούσαις, ταῖς συνήθεσι χρᾶται. Τὰς δὲ πρώτας ἡ' ἱστορίας καὶ τὰς μετὰ τὴν ἕκτην καὶ δεκάτην οὕπω εἰπεῖν εἰς θέαν ἡμῶν ἀφιγμένας ἔχομεν.

onerariis navibus in patriam regressus, ceu ad alterum revocatam natalem, omni studio reparare contendit. (2) Verum, dum omnia molitur, vix, ut octo millia, vernis etiam annumeratis, colligerentur, effecit. Brithagoras autem, civitate jam augescente, populum in pristinam libertatem vindicandi spem facit: annisque elapsis haud paucis, Romanorum imperio jam ad unum C. Julium Cæsarem devoluto, ad eum contendit. (3) Legationem cum eo obibant quum alii ex nobilitate, tum Propylus filius. Ibi notior factus Cæsari Brithagoras, et propius in amicitiam admissus, promissionem quidem accipit; sed libertatem prima occasione recuperare nequit: quod non Romæ, sed alibi terrarum Julius in negotiorum distractione versabatur. Non tamen ab incepto destitit Brithagoras, sed per totum fere orbem cum Cæsare circumductus ipse et Propylus, in oculis ejus erat, ut non obscure imperator significaret, petitionem hominis se approbare. (4) Duodecim tandem annos in familiaritate Romanorum emensus, quum jam redire Cæsar instituisset Romam, senecta et laborum assiduitate exhaustus Brithagoras, vitam finivit, et grandem patriæ luctum a se reliquit. Hucusque perductus simul etiam liber decimus sextus Historiarum Memnonis finem habet.

5. Scriptio hæc auctorem prodit intelligentem, tenuique dicendi generi addictum, non ita tamen ut negligat perspicuitatem. A digressionibus abstinet, nisi forte necessitas quædam etiam quæ extra propositum sita sunt sublexere jubeat; neque vero ubi huc deflexerit, multum diuque moratur, sed, urgentis memor negotii, reverti scit propositumque initio consilium resumere. (6) Verbis utitur usitatis, etsi raris quibusdam locis etiam immutantia vulgarem dictionem occurrunt. De octo libris prioribus et de his qui excipiunt sextum et decimum, quod eos nondum videre contigerit, non habeo dicere.

LX. 1. ἐπανάγεται] A.; ἄγεται vulg. — ἀνοικίζεσθαι] A; ἐνοικίζ. vulg. — 3. ἐγένετο] al. ἐγίνετο. — 5. τοιοῦτον] al. τοῦτο. — 6. χρᾶται] al. χρῆται.

LIBER OCTAVUS.

A TRAJANO USQUE AD CONSTANTINUM MAGNUM.

98-306 p. C.

Philo Byblius.
Aspasius Byblius.
Favorinus Arelatensis.
Hadrianus Cæsar.
Arrianus Nicomedensis.
Phlegon Trallianus.
Cephalion.
Nicanor Alexandrinus.
Telephus Pergamenus.
[Iason Argivus.]
Charax Pergamenus.
Crepereius Calpurnianus.
Callimorphus.
Antiochianus.
Demetrius Sagalassensis.
[Amyntianus.]
Damophilus Bithynus.
Chryseros.
Athenæus Naucratita.
Judas.
Severus imperator.
Asinius Quadratus.
Nicagoras Atheniensis.
Lupercus Berytius.
Callinicus.
Ephorus Cumanus.
Nicostratus Trapezuntius.
Nicomachus.
Callicrates Tyrius.
Theocles.
Zenobia.
Porphyrius Tyrius.
Dexippus Atheniensis.
Eusebius.
Onesimus.

PHILO BYBLIUS.

Suidas : Φίλων Βύβλιος, γραμματικός. Οὗτος γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων ἐγγὺς Νέρωνος, καὶ παρέτεινεν εἰς μακρόν. Ὕπατον γοῦν Σεβῆρον τὸν Ἐρέννιον χρηματίσαντα αὐτὸς εἶναί φησιν, ὅταν (εἰδέναι φ., ὅτε proponit Westerm.; legerim : χρημ. εἶναί φησιν, ὅταν αὐτὸς) ἦγεν ογ' ἔτος, ὀλυμπιάδι δὲ σκ'. Γέγραπται δ' αὐτῷ Περὶ κτήσεως καὶ ἐκλογῆς βιβλίων βιβλία ιϐ', Περὶ πόλεων καὶ οὓς ἑκάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκε βιβλία λ', Περὶ τῆς βασιλείας Ἀδριανοῦ, ἐφ' οὗ καὶ ἦν ὁ Φίλων, καὶ ἄλλα. Cf. Eudoc. p. 424.

Ὕπατον... κτήσεως) Pro his Eudocia ἔγραψε ἐπιγράμματα, βιβλία ὅ', Περὶ κτήσεως κτλ. — σκ'] Clinton. ap. Gaisfordium ad h. l. scribendum conjicit σκδ' : nam Ol. 224 ♩, 119 p. Chr. consul fuit (L. Catilius) Severus. Natus igitur foret 42 p. Chr. De Hadriano (117-138) scripserit vivente adhuc imperatore. — καὶ ἄλλα] γέγονε δὲ καὶ ὕπατος παρ' αὐτοῦ Eudoc.

Cf. Suidas : Ἑρμιππος Βηρύτιος ἀπὸ κώμης μεσογαίου, μαθητὴς Φίλωνος τοῦ Βυβλίου, ὑφ' οὗ ᾠκειώθη Ἐρεννίῳ Σεβήρῳ ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως. — Παῦλος Τύριος, ῥήτωρ, γεγονὼς κατὰ Φίλωνα τὸν Βύβλιον· ὃς ἐπ' Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως πρεσβεύσας μητρόπολιν τὴν Τύρον ἐποίησε. — Ἡρωδιανὸς Ἀλεξανδρεὺς, γραμματικός... γέγονε κατὰ τὸν Καίσαρα Ἀντωνῖνον τὸν καὶ Μάρκον, ὡς νεώτερον εἶναι καὶ Διονυσίου τοῦ τὴν Μουσικὴν ἱστορίαν γράψαντος καὶ Φίλωνος τοῦ Βυβλίου (*).

SCRIPTA PHILONIS.

1. Περὶ τῆς βασιλείας Ἀδριανοῦ. Nihil superstes.

2. Φοινικικὴ ἱστορία s. Φοινικικά libr. VIII vel IX (fr. 1-8).

Περὶ Ἰουδαίων (fr. 5, 6). Pars Φοινικικῆς ἱστορ.

3. Περὶ στοιχείων Φοινικικῶν (fr. 9). Fortasse hæc quoque partem τῶν Φοινικικῶν constituerint.

Περὶ ἐθωθιῶν (?), quem librum de serpentum, ut videtur, religione ipse Philo memorat fr. 9, ubi v. not.

4. Παράδοξος ἱστορία, libr. III, ab ipso Philone laudata, fr. 1, § 6.

5. Περὶ πόλεων καὶ οὓς ἑκάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκε βιβλία λ' (fr. 11-18) (*).

6. Περὶ ἰατρῶν s. Ἰατρικά (fr. 19). Hæc nonnisi pars (liber IX) operis sequentis fuisse videtur.

7. Περὶ κτήσεως καὶ ἐκλογῆς βιβλίων βιβλία ιϐ'.

8. Περὶ χρηστομαθείας. Etym. M. v. γέρανος. « Fortasse pars prioris. » *Fabric.*

9. Περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου. Etym. M. v ἀλτήρ (**).

10. Τὰ ῥηματικά. Etym. M. vv. ἀβολήτωρ, ἄϊστος, ἄτμητος (***).

11. Τὸ ῥητορικόν. Etym. M. v. δέμα. (Num corrupte pro τὸ ῥηματικόν?)

12. Ἐπιγράμματα, libris IV. Eudocia.

[Περὶ διαφορᾶς σχημάτων. Quod opus, infimi ævi fœtum, cum Ammonio edidit *Valckenarius*, quem vide.]

Φοινικικῆς ἱστορίας sive Φοινικικῶν libros octo (Porphyr. De abstin. II, 56) vel novem (Idem ap. Euseb. P. E. p. 31. Vide fr. 1, § 3), quibus Phœnicum doctrina theologica exponitur, ex scriptis Sanchoniathonis Phœnicis, qui Semiramidis æqualis fuerit, Philo in græcum sermonem se transtulisse dixit. Quod insigne esse men-

(*) Reliquos Philones recenset Fabricius Bibl. Gr. tom. IV, p. 750 sqq. ed. Harl. — Ad nos quodammodo pertinent, 1. *Philo Heracleota*, qui πρὸς Νύμφιν Περὶ θαυμασίων scripsit. Vide Vitam Nymphidis. — 2. *Philo Thebanus* ap. Plutarch. Alex. c. 46, et *Philo* Αἰθιοπικῶν auctor (Strabo II, p. 77; Antigon. Mirab. c. 160. Vide not. ad Onesicrit. fr. 5). — Adde *Philonem* quendam *sophistam*, cujus libellus exstat De septem mundi miraculis

(*) Hoc opus in compendium redigit Serenus. Suidas : Σερῆνος, ὁ καὶ Αἴλιος χρηματίσας, Ἀθηναῖος, γραμματικός. Ἐπιτομὴν τῆς Φίλωνος πραγματείας Περὶ πόλεων, καὶ τίνες ἐφ' ἑκάστης ἔνδοξοι, βιβλία γ' · Ἐπιτομὴν τῶν Φιλοξένου εἰς Ὅμηρον α'. Philonei operis epitome laudatur in Etym. M. v. Ἀρσινόη et Βουκέρας. Serenum grammaticum, qui ἐν διαφόροις μέτροις δράματα διάφορα scripsit, memorat Photius cod. 280, p. 510 a. 10 ed. Bekk. Sereni Ἀπομνημονεύματα citat Stobæus in Florileg. IX, 15; V, 46, 47, 82; VI, 33, 36, 49; VII, 61; XIII, 28, 29, 42; XXIX, 96; XXXIX, 27; XLIV, 41; XLVII, 20; LXII, 48; LXXII, 15; LXXV, 11; LXXX, 5; LXXXII, 10.

(**) Ex eo libro fortasse fluxit locus Jo. Lyd. De magistr. p. 28 ed. Paris. : Τὸ δὲ Βάρρωνος ἐπώνυμον τὸν ἀνδρεῖον κατὰ τὴν τῶν Κελτῶν φωνὴν, κατὰ δὲ Φοίνικας τὸν Ἰουδαῖον σημαίνει, ὡς Ἐρέννιος Φίλων.

(***) De rebus grammaticis, nescio ex quonam libro petitis, Philo laudatur ap. Eustath. ad Hom. p. 73 C; 855 A; 907 A; 909 A; 1540, 4; 1698, 28; 1871, 48. Nescio an huc vel ad antiquiorem aliquem Philonem pertineat schol. Apoll. Rhod. III, 118 : ἐψιόωντο, ἀντὶ τοῦ ἔπαιζον. Φίλων δὲ ἀντὶ τοῦ ὠμίλουν, παρὰ τὸ ἔπος. Adde Bekker. Anecd. p. 324.

dacium hodie nemo nescit (*), satisque constat auctorem nostrum veteres traditiones detorquendo ad sua quædam consilia accommodasse, diversa plane temere miscuisse, atque nomine Sanchoniathonis abusum esse, ut auctoritatem commentis suis conciliaret. Qua de re accuratius edoceri cupientem ad præclarum amandamus opus Moversii (*Phœn. Relig.* p. 88-147). Nos summa capita paucis tetigisse habebimus satis.

Scientiam rerum cœlestium, legumque quæ mundum gubernant, ab *El* sive *Chon* deo profectam esse Phœnices sacerdotes statuebant. Quæ *El* primus docuerat, ea literis consignavit *Taautus*. Verum doctrina ista, quum perobscura esset, interpretibus egebat. Tales post multa sæcula exstiterunt dii *Surmubelus* et *Thuro*, qui commentariis suis Taauti scripta explicarunt similiter atque Annedotes apud Babylonios τὰ ἀπ' Ὡάννου κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα ἀνὰ μέρος ἐξηγήσασθαι dicuntur. — Hæc ex parte quidem eum in finem excogitata esse patet, ut ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς, quæ a sacerdotibus concinnatæ in templorum adytis asservabantur, divina vindicaretur origo. — Corpus horum scriptorum vocabatur *San-chon-iath*, סן כון יחת, i. e. *tota lex Chonis* (**). Collectionis nomen deinceps abiit in nomen collectoris (***), cujus ætatem in remotissima tempora relegabant. — Ex libris Sanchoniathoni seriore ætate adscriptis nonnullos recenset Suidas : Σαγχωνιάθων, Τύριος φιλόσοφος, ὃς γέγονε κατὰ τὰ Τρωϊκά. Περὶ τοῦ Ἑρμοῦ φυσιολογίας, ἥτις μετεφράσθη· Πάτρια Τυρίων τῇ Φοινίκων διαλέκτῳ· Αἰγυπτιακὴν θεολογίαν καὶ ἄλλα τινά. Quæ ne ex Philone hausta esse putemus, vel id impedire videtur, quod Sanchoniathon, non *Berytius*, uti Philo ait, sed *Tyrius* fuisse perhibetur. Atque *Tyrium* Athenæus quoque habere videtur, quippe cui civis est Ulpiani Tyrii. (Athen. III, p. 126, A : Ὁ Κύνουλκος ἔφη· ἐμπέπλασο Οὐλπιανὲ χεδροδλάψου πατρίου, ὃς παρ' οὐδενὶ τῶν παλαιῶν, μὰ τὴν Δήμητρα, γέγραπται, πλὴν εἰ μὴ ἄρα παρὰ τοῖς τὰ Φοινικικὰ συγγεγραφόσι Σουνιαίθωνι καὶ Μωχῷ τοῖς σοῖς πολίταις.) Contra *Sidonius* est ap. eundem Suidam p. 3241 ed. Gaisf., ubi glossa hæcce : Σαγχωνιάθης, Σιδώνιος (uti em. Creuzer. pro ἀϊδώνιος) σοφὸς, τοῖς χρόνοις κατὰ Σεμίραμιν, ἔγραψε τῇ Φοινίκων διαλέκτῳ φυσιολογίαν καὶ ἄλλα τινά. Ex qua sententiarum discrepantia complures civitates Sanchoniathonem sibi vindicasse conjicias. Utut est, quum φυσιολογίαν inter S. scripta recenseant, hoc certe constat, fabulas cosmogonicas et quæ huc pertinent in libris sacerdotalibus physiologice esse explicatas. Ejus vero doctrinæ acerrimus adversarius exstitit Philo, homo ἄθεος, qui Euemeri vestigia legens omnes, qui tum pro diis colerentur, mortales olim fuisse prædicabat. Ad quod probandum ut ἱερὰν ἀναγραφὴν Euemerus mentitus est, sic suum quendam Philo Sanchoniathonem excogitavit. Etenim scripta Taauti ita corrupta esse aiebat, ut veræ historiæ eorum, qui divinos honores adepti essent, in mysticas fabulas atque allegorias physiologicas abiissent. Primum horum falsariorum fuisse filium Thabionis, qui allegoricas suas ineptias tradidisset mysteriorum antistitibus, a quibus deinceps hæc doctrina summo studio exculta esset (fr. 1, § 5-27). Tandem vero Sanchoniathoni contigisse, ut genuinam vetustis Taauti scriptis formam restitueret. Hos igitur libros Sanchoniathonis, quum per longum tempus sacerdotum fraude occultati latuissent, Philo sese reperisse et in lucem protraxisse contendit.

Jam quod sapientiam Philoneam attinet, nihil ea differt ab illa, quam ex Euemero Diodori bene novimus. Scilicet ubicunque fieri potest, priscam fabularum adornationem retinet, nisi quod allegorice dicta in communis vitæ historias traducit. Alia inepta interpretatione ita immutat, ut ad systema suum accommodentur. Sic Casium et Libanum montes in homines celsissimos, qui montibus istis nomen dederint, transformat; deas vero, quarum in honorem hierodulæ copiam sui obviis facere solebant, olim meretrices fuisse statuit; et sic porro. Omnes denique pro diis post fatum culti sunt ob beneficia in homines collata, quorum varia genera ex deorum nominibus, attributis atque cultus ritibus facili negotio licebat effingere.

Præterea Philo, summa suæ gentis antiqui-

(*) Qui de Sanchoniathone scripserunt, recensentur ap. Fabric Bibl. I, c. 28 ed. Harl.; Meusel. Bibl. Hist. V, 2, p. 1 sqq.; Orelli. Sanchon. fragm. p. XII sqq.; Creuzer. *Symbol.* I, p. 110 ed. tert.; Hoffmann. Lex. Bibl. tom. III, p. 529. Nuper de fragmentorum falsitate disputarunt Lobeck. *Aglaoph.* p. 1264 sqq.; Hengstenberg. *Beitræge zur Einleitg in d. a. Testam.* tom. II, p. 210 sqq. 1836. et præ ceteris Movers. *Ueber d. Unæchtheit*, etc., in *Jahrbücher. f. Theolog. u. christl. Philos.* 1836, Bd. I, p. 51-91. Idem in libro eruditissimo *Ueber die Religion d. Phœniz.* Bonn. 1841. Cf. etiam O. Muller. in *Gott. G. Anz.* 1837, Nr. 52, Benfey. in *Jahns Annal.* 1837, tom. III, p. 322. De fraude Wagenfeldiana tacere præstat.

(**) Movers. l. l. p. 99 : « Nicht wenig spricht für die Richtigkeit unserer Etymologie, dass sie erst die abgekürzten Wortformen Σουνιαίθων bey Athen. III, p. 176, und *Suniatos*, Name eines Carthaginiensers bei Justin (XX, 5) zu erklären weiss : denn in ihm ist der, regelrecht in die Mitte zwischen Nomen und dem dazu gehörigen Adjectiv gestellte Genitiv *Chon* ausgelassen, und nur סן יחת, *die ganze Sunna*, geblieben. » Deinde M. refellit nominis interpretationes ab aliis v. d. tentatas. Ceterum cf. Euseb. P. E. : Σαγχουνιάθων κατὰ τὴν Φοινίκων διάλεκτον φιλαλήθως τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν συναγαγὼν καὶ συγγράψας.

(***) Comparat Movers *Vyasa*, sive collectorem librorum quos *Veda* Indi vocant, aliaque similia.

tate superbior, aliorum populorum se ostendit contemptorem. Sic in Græcos invehitur, quippe qui sua mythologumena non sibi debeant, sed scriptis sacerdotum Phœnicum, quorum commenta novis accessionibus exaggeraverint (fr. 1, § 28). Idque peculiari opere Παράδοξος ἱστορία inscripto demonstrare studuit (vide fr. 1, § 6). His non dissimilia fuerint, quæ de Judæis scripsit. Impudentiam eorum perstringere voluit Judæum dicens Phœnicum dialecto vocari Βάρρωνα (בר אוז) i. e. *filium mendacii*. Porro quæ de Judæis Philo protulit, ea assensu suo comprobavit Porphyrius, acerrimus Judæorum Christianorumque adversarius. Nam Σαγχουνιάθων, Porphyrius ait, ἱστορεῖ τὰ περὶ Ἰουδαίων ἀληθέστατα, ὅτε καὶ τοῖς τόποις καὶ τοῖς ὀνόμασι συμφωνότατα (fr. 1, § 2 (*)). Quo argumento probabiliter ita usus est, ut eum, qui de locis et nominibus tam accurate doctum se ostenderet, etiam de *rebus* verissima tradere statueret, eaque Judæorum narrationibus opponeret. Denique Judaicos libros impugnandi consilium vel ex illo Philonis commento apparet, quo Sanchoniathonem suum tanquam virum optimis ad tractandam Judæorum historiam subsidiis instructum introducit. Namque commentariis usum esse dicit Hierombali (*Gideonis*), Jehovæ sacerdotis, qui non multum post Moysem vixerit. Ceterum hoc maxime Philo egerit, ut omnem Judæorum theologiam a Phœnicibus profectam esse ostenderet. Quo quidem negotio tanto commodius fungi potuit, si ea, quæ nos jam in fragmentis legimus, omnia pro vere Phœnicicis vindicavit; quum tamen luce clarius sit multa iis admixta esse Hebraica, Ægyptiaca, alia. Unde fit ut Philonis narratio summa rerum laboret confusione. Ac præ ceteris quidem patet magnam partem eorum quæ de fabulis cosmogonicis leguntur, petita esse ex Ægyptiorum libro Hermetico, sive ipse Philo primus eum adhibuerit, sive alii ante Philonem diversa hæc conglutinaverint.

Quæ quamvis ita sese habeant, nihilominus reliquias Philonis permagni faciendas esse jure merito censent quicunque explorandis veterum populorum religionibus operam navant (**). — De reliquis Philonis operibus non est, cur sermonem instituamus.

(*) Cf. Theodoret. De cur. Gr. aff. serm. 2 : Σαγχωνιάθων μὲν ὁ Βηρύτιος τὴν Φοινίκων θεολογίαν ξυνέγραψε · μετήνεγκε δὲ ταύτην εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν Φίλων, οὐχ ὁ Ἑβραῖος, ἀλλ' ὁ Βύβλιος · τὸν δὲ Σαγχωνιάθωνα λίαν τεθαύμακεν ὁ Πορφύριος.

(**) Movers l. l. p. 138 : « Trotz allen den Mængeln, die es (das Philonische Buch) zu einer nicht zuverlæssigen Quelle für die Phœnizische Religion machen, kommt selbst den durch die Bearbeitung oder durch einseitige Auffassung des Eusebius getrübten Gœttergeschichten ein bedeutender Werth zu; ja es dürfte für die Phœnizische und Asiatische Gœtterlehre und Mythologie der Verlust weniger Schriften so sehr zu beklagen sein, als Philos neun Bücher phœnizischer und asiatischer Gœttergeschichten, die er unter Sanchoniathons Namen herausgegeben hat. Sie umfassten ausser der Kosmogonie die Mythen der vorsemiramischen Zeit, der Phœnizier nicht nur, sondern auch der andern namhaften Vœlker, und so ohne Zweifel die syrische, babylonische, ægyptische Mythologie, die sich nicht weniger als die phœnizische zu einer euhemeristischen Behandlung eignet. Für den Haupttheil des Buches der phœnizischen Urgeschichte fand er insbesondere einen mannigfachen Stoff in den zahlreichen Mythen, wodurch die einzelnen phœnizischen Stædte ihr hohes Alter und ihre Gründung durch die Gœtter feierten, von denen Nonnus mehre aufbewahrt hat, und die schon in Strabons Zeit durch phœnizische Schriftsteller den Griechen bekannt geworden waren. Auserdem knüpften sich an die Gründung der alten Heiligthümer in Phœnizien und Syrien so viele Legenden, der ganze Kult und die Gœtterfeste waren mythisch gedeutet, kurz die ganze Gœtterlehre in Phœnizien local geworden, so dass ein Euhemerist wie Philo nur zu sammeln und zu deuten, nicht erst zu dichten brauchte, um eine dem rohen Character der phœnizischen Religion angemessene Gœttergeschichte zu Stande zu bringen. Er benutzte dazu auch überall die *einheimischen* und nicht *griechische* Berichte. Was er von seinem Sanchoniathon sagt, er habe die heiligen Schriften, Tempelarchive und die Annalen der einzelnen Stædte durchgeforscht, letztere ohne Zweifel um die localen Mythen, z. B. von der Gründung von Berytus, Byblus durch Saturn, von Tyrus durch Melcarth, zu bewahrheiten, muss von ihm selbst verstanden werden, wenigstens in so weit er überall die heiligen Sagen und die Literatur der Phœnizier in Anspruch genommen hat, etc. — p. 140 : Wenn wir aber bei unsern dürftigen Quellen der phœnizischen Religion selbst den wenigen Resten von Philos Buch einen bedeutenden Werth beilegen, so würden sie diesen schon ansprechen, weil schon die Kenntniss der ziemlich vollstændig mitgetheilten und sonst zum Theile unbekannten Gœtternamen von Wichtigkeit ist, die, bei besonnener etymologischer Forschung und unter Vergleichung anderer Quellenberichte und verwandter religiœser Ideen, schon zu ansehnlichen Aufschlüssen kommen lassen. Dann enthalten diese Fragmente manche Mythen und Aufklærungen über phœnizische Gottheiten, bei denen gar kein Zweck einer Dichtung absehbar, und die frei von aller euhemeristischen Entstellung sind, so dass eine Kritik, die ihre Schranken hælt und nicht in Willkühr ausartet, ihnen nichts anhaben kann. Ja überhaupt læsst sich nicht nachweisen, dass irgend eine Mythe oder Gœttergeschichte willkührlich von Philo erdichtet sei, und es bewæhrt sich bei genauerer Nachforschung, dass auch die grœssten Abgeschmacktheiten, die er den Gœttern nachsagt, einen Anknüpfungspunct in dem Namen oder in dem Character derselben finden. »

ΦΟΙΝΙΚΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ.

1.

Ε PROŒMIO LIBRI PRIMI.

Eusebius Pr. Ev. I, 9, p. 30, D (p. 66 Gsfd.) : Ἱστορεῖ δὲ ταῦτα (sc. τὰ Φοινικικὰ) Σαγχουνιάθων, ἀνὴρ παλαιότατος καὶ τῶν Τρωικῶν χρόνων, ὡς φασι, πρεσβύτερος, ὃν καὶ ἐπ' ἀκριβείᾳ καὶ ἀληθείᾳ τῆς Φοινικικῆς ἱστορίας ἀποδεχθῆναι μαρτυροῦσι. Φίλων δὲ τούτου πᾶσαν τὴν συγγραφὴν ὁ Βύβλιος, οὐχ ὁ Ἑβραῖος, μεταβαλὼν ἀπὸ τῆς Φοινίκων γλώσσης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξέδωκε. Μέμνηται τούτων ὁ καθ' ἡμᾶς τὴν καθ' ἡμῶν πεποιημένος συσκευὴν ἐν τετάρτῳ τῆς πρὸς ἡμᾶς ὑποθέσεως, ὧδε τῷ ἀνδρὶ μαρτυρῶν πρὸς λέξιν·

2. « Ἱστορεῖ δὲ (*) τὰ περὶ Ἰουδαίων ἀληθέστατα, ὅτι καὶ τοῖς τόποις καὶ τοῖς ὀνόμασιν αὐτῶν τὰ συμφωνότατα, Σαγχουνιάθων ὁ Βηρύτιος, εἰληφὼς τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως Θεοῦ τοῦ Ἰευώδ, Ἀβελβάλῳ (**) τῷ βασιλεῖ Βηρυτίων τὴν ἱστορίαν ἀναθεὶς, ὑπ' ἐκείνου καὶ τῶν κατ' αὐτὸν ἐξεταστῶν τῆς ἀληθείας παρεδέχθη. Οἱ δὲ τούτων χρόνοι καὶ πρὸ τῶν Τρωικῶν πίπτουσι χρόνων, καὶ σχεδὸν τοῖς Μωσέως πλησιάζουσιν, ὡς αἱ τῶν Φοινίκων βασιλέων μηνύουσι διαδοχαί. Σαγχουνιάθων δὲ κατὰ τὴν Φοινίκων διάλεκτον φιλαλήθως (*) τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν συναγαγὼν ὃς καὶ συγγράψας ἐπὶ Σεμιράμεως γέγονε τῆς Ἀσσυρίων βασιλίδος, ἡ πρὸ τῶν Ἰλιακῶν, ἢ κατ' αὐτούς γε τοὺς χρόνους γενέσθαι ἀναγέγραπται. Τὰ δὲ τοῦ Σαγχουνιάθωνος εἰς Ἑλλάδα γλῶσσαν ἡρμήνευσε Φίλων ὁ Βύβλιος. »

3. Ταῦτα μὲν ὁ δηλωθεὶς, ἀλήθειαν ὁμοῦ καὶ παλαιότητα τῷ δὴ θεολόγῳ μαρτυρήσας. Ὁ δὲ προϊών, οὐ τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν, οὐδὲ μὴν θεοὺς τοὺς κατ' οὐρανὸν, θνητοὺς δὲ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, οὐδὲ τὸν τρόπον ἀστείους, οἵους δι' ἀρετὴν ἄξιον εἶναι ἀποδέξασθαι ἢ ζηλῶσαι τῆς φιλοσοφίας, φαυλότητος δὲ καὶ μοχθηρίας ἁπάσης κακίαν περιβεβλημένους θεολογεῖ. Καὶ μαρτυρεῖ γε τούτους αὐτοὺς ἐκείνους εἶναι, τοὺς εἰσέτι καὶ νῦν θεοὺς παρὰ τοῖς πᾶσι νενομισμένους κατά τε τὰς πόλεις καὶ τὰς χώρας. Δέχου δὲ καὶ τούτων ἐκ τῶν ἐγγράφων τὰς ἀποδείξεις. Ὁ δὴ Φίλων, εἰς ἐννέα βίβλους τὴν πᾶσαν τοῦ Σαγχουνιάθωνος πραγματείαν διελὼν, κατὰ τὸ προοίμιον τοῦ πρώτου συγγράμματος αὐτοῖς ῥήμασι προλέγει περὶ τοῦ Σαγχουνιάθωνος ταῦτα·

4. « Τούτων οὕτως ἐχόντων ὁ Σαγχουνιάθων, ἀνὴρ πολυμαθὴς καὶ πολυπράγμων γενόμενος καὶ τὰ ἐξ ἀρχῆς, ἀφ' οὗ τὰ πάντα συνέστη, παρὰ πάντων εἰδέναι ποθῶν, πολὺ φροντιστικῶς ἐμάστευε τὰ Ταάυτου, εἰδὼς ὅτι τῶν ὑφ' ἡλίῳ γεγονότων πρῶτός ἐστι Τάαυτος, ὁ τῶν γραμμάτων τὴν εὕρεσιν ἐπινοήσας, καὶ τῆς

(*) Verba ἱστορεῖ δὲ... Ἀσσυρίων βασιλίδος iterum apponit Euseb. p. 485 B.

(**) Sic 5 codd.; p. 485, B, est Ἀβελβαλῷ; vulgo Ἀβιβάλῳ, quod Tyrii regis nomen affert etiam Josephus A. J. VIII, 5, 3. C. Ap. I, 17. 18.

(*) Theodoretus Ther. p. 28, qui hunc locum exscripsit, habet ὁ κατὰ τὴν Φ. δ. φιλαλήθης.

PHŒNICUM HISTORIA.

1.

Res autem istas Sanchuniatho quidam memoriæ prodidit, vir antiquissimus, quemque ante Trojana tempora floruisse, summaque cum diligentiæ tum veritatis laude Phœnicum historiam scripsisse testantur. Hujus scriptionem totam Philo, non Hebræus ille, sed Byblius ex Phœnicum idiomate Græcam in linguam conversam vulgavit. Ejusdem quoque meminit is, qui nostra memoria opus illud adversum nos mendaciis fraudibusque textum consarcinavit (*Porphyrius*), dum libro quarto ipsum hujus testimonii sui prædicatione commendat.

2. « Rerum, inquit, ad Judæos pertinentium historiam Sanchuniatho Berytius summa fide conscripsit, quippe quæ cum eorum locis atque nominibus apprime consentiat, quum commentarios de rebus Judæorum accepisset ab Hierombalo (*Gideone*) Jehovæ sacerdote, qui historiam suam dedicaverat Abelbalo (*s. Abibalo*), atque tum ab ipso rege, tum ab iis quorum apud ipsum erat de scripturæ veritate cognoscere, tanquam verus scriptor collaudatus est. Ætas vero horum virorum Trojanis temporibus antiquior proxime ad Mosen ipsum accedit, ut ex Phœniciæ regum serie quivis auferre potest. Sanchuniatho autem, qui Phœnicia lingua veterem historiam partim ex singularium urbium actis, partim ex templorum monumentis collectam et coagmentatam, singulari veritatis studio perscripsit, Semiramide, quam Iliacis temporibus vel antiquiorem vel æqualem fuisse memorant, apud Assyrios regnante, vixit. Ejusdem porro Sanchuniathonis opera Philo Byblius Græco sermone donavit. »

3. Hæc ille, quibus istius theologi cum in scribendo veritatem, tum etiam vetustatem nobis testatam reliquit. Verum in operis suscepti progressu non jam deum universi moderatorem, immo ne cœli quidem incolas, sed viros quosdam ac mulierculas morti obnoxios, eosque non ea morum honestate, ut propter virtutem suscipi ac probari mereantur, aut ea præditos sapientia, quæ nos ad ipsorum æmulationem invitet, sed omnibus flagitiis et sceleribus coopertos nobis pro diis obtrudit, ac simul eos ipsos esse confirmat, qui passim etiamnum omnibus in oppidis atque regionibus deorum loco celebrantur. Quarum tu rerum certas etiam ex illorum scriptis accipe probationes. Philo igitur, qui Sanchuniathonis opus universum novem in libros distribuit, ipso statim primi libri proœmio hæc ad verbum de eodem auctore præfatur :

4. « Hæc quum ita se haberent, Sanchuniatho, vir in primis eruditus, quum operam in rerum plurimarum studio posuisset, quumque gentium omnium historiam jam usque a prima universi molitione nosse vehementer optaret, præcipuam quandam in pervestigandis Taauti scriptis diligentiam adhibuit, bene gnarus, omnium qui lucem hanc

τῶν ὑπομνημάτων γραφῆς κατάρξας, καὶ ἀπὸ τοῦδε ὥσπερ κρηπῖδα βαλόμενος τοῦ λόγου, ὃν Αἰγύπτιοι μὲν ἐκάλεσαν Θωύθ, Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θώθ, Ἑρμῆν δὲ Ἕλληνες μετέφρασαν. »

Ταῦτα εἰπὼν ἐπιμέμφεται τοῖς νεωτέροις τοῖς μετὰ ταῦτα, ὡς ἂν βεβιασμένως καὶ οὐκ ἀληθῶς τοὺς περὶ θεῶν μύθους ἐπ' ἀλληγορίας καὶ φυσικὰς διηγήσεις τε καὶ θεωρίας ἀνάγουσι. Λέγει δ' οὖν προϊών·

5. « Ἀλλ' οἱ μὲν νεώτατοι τῶν ἱερολόγων τὰ μὲν γεγονότα πράγματα ἐξ ἀρχῆς ἀπεπέμψαντο, ἀλληγορίας δὲ καὶ μύθους ἐπινοήσαντες, καὶ τοῖς κοσμικοῖς παθήμασι συγγένειαν πλασάμενοι, μυστήρια κατέστησαν· καὶ πολὺν αὐτοῖς ἐπῆγον τοῦρον, ὡς μὴ ῥᾳδίως τινὰ συνορᾶν τὰ κατ' ἀλήθειαν γενόμενα· ὁ δὲ συμβαλὼν τοῖς ἀπὸ τῶν αὐτῶν εὑρεθεῖσιν ἀκοκρύφοις Ἀμμουνέων γράμμασι συγκειμένοις, ἃ δὴ οὐκ ἦν πᾶσι γνώριμα, τὴν μάθησιν ἁπάντων αὐτὸς ἤσκησε· καὶ τέλος ἐπιθεὶς τῇ πραγματείᾳ, τὸν κατ' ἀρχὰς μῦθον καὶ τὰς ἀλληγορίας ἐκποδὼν ποιησάμενος, ἐξηνύσατο τὴν πρόθεσιν· ἕως πάλιν οἱ ἐπιγενόμενοι ἱερεῖς χρόνοις ὕστερον ἠθέλησαν αὐτὴν ἀποκρύψαι, καὶ εἰς τὸ μυθῶδες ἀποκαταστῆσαι· ἐξ οὗ τὸ μυστικὸν ἀνέκυπτεν οὐδέπω φθάσαν εἰς Ἕλληνας. »

6. Τούτοις ἑξῆς φησίν· « Ταῦθ' ἡμῖν εὕρηται ἐπιμελῶς εἰδέναι τὰ Φοινίκων ποθοῦσι, καὶ πολλὴν ἐξερευνησαμένοις ὕλην, οὐχὶ τὴν παρ' Ἕλλησι· διάφωνος γὰρ αὕτη καὶ φιλονεικότερον ὑπ' ἐνίων μᾶλλον, ἢ πρὸς ἀλήθειαν συντεθεῖσα. »

Καὶ μεθ' ἕτερα· « Οὕτως δὲ ἔχειν πεπεῖσθαι ἡμῖν παρίστη, ὡς ἐκεῖνος γέγραφε, τὴν διαφωνίαν ὁρῶσι τὴν παρ' Ἕλλησι, περὶ ἧς μοι τρία πεφιλοτίμηται βιβλία τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα παραδόξου ἱστορίας. »

7. Καὶ αὖθις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· « Προδιαρθρῶσαι δὲ ἀναγκαῖον πρὸς τὴν αὖθις σαφήνειαν, καὶ τὴν τῶν κατὰ μέρος διάγνωσιν, ὅτι οἱ παλαίτατοι τῶν βαρβάρων, ἐξαιρέτως δὲ Φοίνικες καὶ Αἰγύπτιοι, παρ' ὧν καὶ οἱ λοιποὶ παρέλαβον ἄνθρωποι, θεοὺς ἐνόμιζον μεγίστους τοὺς τὰ πρὸς τὴν βιωτικὴν χρείαν εὑρόντας, ἢ καὶ κατά τι εὐποιήσαντας τὰ ἔθνη· εὐεργέτας τε τούτους, καὶ πολλῶν αἰτίους ἀγαθῶν ἡγούμενοι ὡς θεοὺς προσεκύνουν, καὶ εἰς τὸ χρεὼν μεταστάντας ναοὺς κατασκευασάμενοι στήλας τε καὶ ῥάβδους ἀφιέρουν ἐξ ὀνόματος αὐτῶν, καὶ ταῦτα μεγάλως σεβόμενοι, καὶ ἑορτὰς ἔνεμον αὐτοῖς τὰς μεγίστας Φοίνικες. (8) Ἐξαιρέτως δὲ καὶ ἀπὸ τῶν σφετέρων βασιλέων τοῖς κοσμικοῖς στοιχείοις καί τισι τῶν νομιζομένων θεῶν τὰς ὀνομασίας ἐπέθεσαν· φυσικοὺς δὲ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς λοιποὺς πλανήτας ἀστέρας καὶ τὰ στοιχεῖα καὶ τὰ τούτοις συναφῆ θεοὺς μόνους ἐγίνωσκον, ὥστ' αὐτοῖς τοὺς μὲν θνητοὺς, τοὺς δὲ ἀθανάτους θεοὺς εἶναι. »

Ταῦτα κατὰ προοίμιον ὁ Φίλων διαστειλάμενος, ἑξῆς

---

adspexerant, Taautum literas principem invenisse ac scribendorum commentariorum auctorem fuisse : ab illo igitur quem ab Ægyptiis Thoyth, ab Alexandrinis Thoth nominatum, Græci Ἑρμῆν, hoc est Mercurium, reddidere, Sanchuniatho, quasi a fundamento, narrationis sumpsit exordium.

His commemoratis recentiores illos, qui postea emerserant, eo nomine reprehendit, quod quæ de diis vulgo ferebantur, ad allegorias nescio quas et physicas explicationes, vi facta veritati, traducerent. Is ergo in progressu ita loquitur :

5. « Sed enim qui novissime rerum sacrarum disputationem attigere, quum eorum quæ facta erant, ipso statim initio veritatem rejecissent, allegoriis quibusdam ac fabulis excogitatis, quumque rebus iis, quæ hujus universi naturam consequuntur, affinitate conficta, mysteria densis obducta tenebris instituerunt, ne quis eorum, quæ reapse gesta erant, veritatem intueri facile posset. Ille autem quum in arcanas quædam Ammonearum stelarum literas incidisset, quæ in interioribus templorum penetralibus repertæ paucis tantum notæ essent, omnium sententiam diligenti meditatione quæsivit, lætumque suscepti laboris exitum consequutus, quæ in ipso aditu occurrebant fabulis cum allegoriis omnibus de medio sublatis, institutum opus suum ad perfectionem maturitatemque perduxit : donec qui post illum exstitere sacerdotes, idem ipsum occultare denuo atque ad priscarum fabularum commenta revocare postea voluissent, unde mysticus ille sensus emersit, qui nunquam antea Græcorum animos occuparat. »

6. Quibus deinceps ista subjungit : « Hæc tandem a nobis reperta sunt, quum vehementi cognoscendæ Phœnicum historiæ desiderio teneremur, ac posteaquam ingentem librorum monumentorumque silvam cupide scrutati essemus, non eam tamen, quæ penes Græcos erat, quod ipsam magna cum dissensione animorum, et contentionis potius quam veritatis studio conflatam a nonnullis esse perviderem. » Tum quibusdam interjectis : « Ad fidem, inquit, illis scriptis adhibendam, eo maxime quod oculis intuemur, Græcorum scriptorum dissidio adducti sumus, de quo tria nobis volumina, quorum inscriptio est : *de incredibili historia*, studiose ac diligenter elaboravimus. »

7. Ac rursum post alia nonnulla subdit : « Jam vero, quo illustrior habeatur magisque distincta rerum sequentium intelligentia, hoc etiam ante omnia ponere nos oportet, Barbarorum antiquissimos, Phœnices inprimis et Ægyptios, a quibus ceteri deinceps populi morem illum accepere, in maximorum deorum loco eos omnes habuisse, qui res ad vitam agendam necessarias invenissent, quique beneficium aliquod in genus humanum contulissent. Eos nimirum, quos sibi plurimorum bonorum auctores esse persuaderent, ut deos adorarunt, fatoque defunctis exstruentes templa stelasque et virgas ipsorum nomine consecrarunt, eaque præcipuo religionis cultu prosecuti Phœnices, festos illis quoque dies longe celeberrimos dedicarunt. (8) In quo quidem eximium illud fuit, quod regum suorum nomina universi hujus elementis, ac quibusdam eorum, quibus divinitatem ipsi tribuebant, imponerent. Naturales porro deos, Solem, Lunam reliquasque stellas inerrantes, cum elementis ac ceteris cum iisdem affinitate conjunctis, solos ex omnibus agnoscebant, ut mortales quidem alios, alios autem immortales deos haberent. »

Quibus Philo breviter in proœmio constitutis, ad Sanchu-

ἀπάρξεται τῆς τοῦ Σαγχουνιάθωνος ἑρμηνείας, ὧδέ πως τὴν Φοινικικὴν ἐκτιθέμενος θεολογίαν. (Postrema inde ab οἱ παλαίτατοι tanquam ex Clemente Alex. affert Cyrillus In Jul. VI, p. 205, E.)

2.

Idem ib., cap. 10 : Τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ὑποτίθεται ἀέρα ζοφώδη καὶ πνευματώδη, ἢ πνοὴν ἀέρος ζοφώδους, καὶ χάος θολερὸν, ἐρεβῶδες· ταῦτα δὲ εἶναι ἄπειρα, καὶ διὰ πολὺν αἰῶνα μὴ ἔχειν πέρας. « Ὅτε δέ, φησὶν, ἠράσθη τὸ πνεῦμα τῶν ἰδίων ἀρχῶν, καὶ ἐγένετο σύγκρασις, ἡ πλοκὴ ἐκείνη ἐκλήθη πόθος. Αὕτη δὲ ἀρχὴ κτίσεως ἁπάντων. Αὐτὸ δὲ οὐκ ἐγίνωσκε τὴν αὐτοῦ κτίσιν· καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ συμπλοκῆς τοῦ πνεύματος ἐγένετο Μώτ· τοῦτό τινες φασιν ἰλύν· οἱ δὲ ὑδατώδους μίξεως σῆψιν. Καὶ ἐκ ταύτης ἐγένετο πᾶσα σπορὰ κτίσεως, καὶ γένεσις τῶν ὅλων. (2) Ἦν δέ τινα ζῷα οὐκ ἔχοντα αἴσθησιν, ἐξ ὧν ἐγένετο ζῷα νοερὰ, καὶ ἐκλήθη Ζωφασημὶν (Ζωφισημὰν cod. H.), τοῦτ' ἔστιν οὐρανοῦ κατόπται. Καὶ ἀνεπλάσθη ὁμοίως ὠοῦ σχήματι. Καὶ ἐξέλαμψε Μὼτ ἥλιός τε καὶ σελήνη ἀστέρες τε καὶ ἄστρα μεγάλα. »

Τοιαύτη μὲν αὐτῶν ἡ κοσμογονία, ἀντικρὺς ἀθεότητα εἰσάγουσα. Ἴδωμεν δὲ ἑξῆς, ὡς καὶ τὴν ζωογονίαν ὑποστῆναι λέγει. Φησὶν οὖν·

3. « Καὶ τοῦ ἀέρος διαυγάσαντος, διὰ πύρωσιν καὶ τῆς θαλάττης καὶ τῆς γῆς ἐγένετο πνεύματα καὶ νέφη καὶ οὐρανίων ὑδάτων μέγισται καταφοραὶ καὶ χύσεις. Καὶ ἐπειδὴ διεκρίθη καὶ τοῦ ἰδίου τόπου διεχωρίσθη διὰ τὴν τοῦ ἡλίου πύρωσιν, καὶ πάντα συνήντησε πάλιν ἐν ἀέρι τάδε τοῖσδε, καὶ συνέρραξαν, βρονταί τε ἀπετελέσθησαν καὶ ἀστραπαὶ, καὶ πρὸς τὸν πάταγον τῶν βροντῶν τὰ προγεγραμμένα νοερὰ ζῷα ἐγρηγόρησεν, καὶ πρὸς τὸν ἦχον ἐπτύρη, καὶ ἐκινήθη ἔν τε γῇ καὶ θαλάττῃ ἄρρεν καὶ θῆλυ. »

4. Τοιαύτη αὐτοῖς καὶ ἡ ζωογονία. Τούτοις ἑξῆς ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς ἐπιφέρει λέγων· « Ταῦθ' ηὑρέθη ἐν τῇ κοσμογονίᾳ γεγραμμένα Ταάυτου καὶ τοῖς ἐκείνου ὑπομνήμασιν, ἔκ τε στοχασμῶν καὶ τεκμηρίων ὧν ἑώρακεν αὐτοῦ ἡ διάνοια καὶ εὗρε καὶ ἡμῖν ἐφώτισεν. »

Ἑξῆς τούτοις ὀνόματα τῶν ἀνέμων εἰπὼν Νότου καὶ Βορέου καὶ τῶν λοιπῶν, ἐπιλέγει· « Ἀλλ' οὗτοί γε πρῶτοι ἀφιέρωσαν τὰ τῆς γῆς βλαστήματα καὶ θεοὺς ἐνόμισαν, καὶ προσεκύνουν ταῦτα, ἀφ' ὧν αὐτοί τε διεγένοντο, καὶ οἱ ἑπόμενοι, καὶ οἱ πρὸ αὐτῶν πάντες, καὶ χοὰς καὶ ἐπιθύσεις ἐποίουν. »

5. Καὶ ἐπιλέγει· « Αὗται δ' ἦσαν αἱ ἐπίνοιαι τῆς προσκυνήσεως ὅμοιαι τῶν αὐτῶν ἀσθενείᾳ καὶ ψυχῆς ἀτολμίᾳ. Εἶτά φησι γεγενῆσθαι ἐκ τοῦ Κολπίᾳ ἀνέμου, καὶ γυναικὸς Βάαυ, τοῦτο δὲ νύκτα ἑρμηνεύειν, Αἰῶνα καὶ Πρωτόγονον, θνητοὺς ἄνδρας, οὕτω καλουμένους· εὑρεῖν δὲ τὸν Αἰῶνα τὴν ἀπὸ τῶν δένδρων τροφήν. Ἐκ τούτων τοὺς γενομένους κληθῆναι Γένος καὶ Γενεὰν, καὶ οἰκῆσαι τὴν Φοινίκην· αὐχμῶν δὲ γενομένων τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν ὀρέγειν πρὸς τὸν ἥλιον. Τοῦτον γὰρ,

---

niathonis interpretationem progreditur, his verbis Phœnicum theologiam edisserens.

2.

Principium universi Philo ponit aerem tenebrosum ac spiritu fœtum, seu mavis tenebrosi aeris flatum ac spiritum, chaosque turbidum altaque caligine circumfusum. Hæc porro infinita esse, nullumque nisi longo sæculorum intervallo terminum habere. « Verum ubi spiritus, inquit, amore principiorum suorum flagrare cœpisset, eumque simul esset mixtio consecuta, nexum hunc mutuum Cupidinem appellarunt. Is quidem rerum omnium procreationis principium fuit. Spiritus vero suam ipsius procreationem minime agnoscebat. Ex hac illius conjunctione prodiit Mot (*v. Mov. l. l.* p. 134); id quod limum nonnulli, alii aquosæ mixtionis putredinem esse volunt, ex qua secutæ productionis semina, ipsaque adeo rerum universarum generatio exstiterit. (2) Cetera animantia quædam erant omni sensu carentia, quæ postmodum intelligentia præditos animantes procrearunt. Eos illi Zophasemin, hoc est cœli contemplatores, nominarunt, in ovi figuram conformatos. Illico autem Mot cum sole, luna, stellis, ac reliqua majorum astrorum multitudine emicuit. »

Hujusmodi a Phœnicibus mundi ortus ponitur qui omnem plane divinitatem exterminet. Jam qualis ab iisdem invehatur animalium generatio videamus. Sic ergo philosophatur :

3. « Quum igneum splendorem aer emisisset, ex ardenti maris et terrarum inflammatione, venti, nubes, magnoque ruentium impetu cœlestium imbrium ac nimborum effusiones exstitere : quum autem hæc omnia, quæ distincta paullo ante, ac propter vehementiorem solis æstum a propria sede disjuncta fuerant, in eodem rursus aere concurrerent, atque alia cum aliis committerentur; tonitrua simul ac fulgura peperere : quorum ad tonitruum fragorem, descripti antea intellectu prædíti animantes velut a somno excitati, horrendoque sonitu exterriti, mares pariter ac feminæ tam in terra quam in mari moveri cœpere. »

4. Ejusmodi est, quæ ab istis somniatur, animalium generatio, quam hæc ejusdem auctoris verba excipiunt : « Hæc in Taauti de mundi ortu commentariis scripta reperta sunt, quæ quidem ipse cum argumentis (*v. Mov.* p. 136) et conjecturis, quas mentis acie perviderat, excogitavit; tum eorum quoque facem nobis lumenque prætulit. »

Mox Austri ac Boreæ ceterorumque ventorum nominibus appositis, ita prosequitur : « At illi omnium primi terræ germina consecrarunt, iisque deorum in loco habitis adorationis cultum tribuerunt, quibus vitam non ipsi modo, sed ipsorum etiam posteri, majoresque omnes tolerarunt, inferiasque ac libamina perfecerunt. »

5. « Atque hæ divini cultus cogitationes, inquit, cum illorum imbecillitate animique angustiis congruebant. Tum scribit, ex Colpia vento atque ejus uxore Baau, quam Græci νύκτα, h. e. noctem, interpretantur, Æonem ac Primogenitum, mortales ambo procreatos, Æonemque cibi ex arboribus petendi auctorem fuisse : qui ab illis geniti sint, eos Genus ac Progeniem appellatos, Phœnicen incoluisse,

φησὶ, θεὸν ἐνόμιζον μόνον οὐρανοῦ κύριον, Βεελσάμην καλοῦντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι κύριος οὐρανοῦ, Ζεὺς δὲ παρ' Ἕλλησι. »

6. Μετὰ ταῦτα πλάνην Ἕλλησιν αἰτιᾶται λέγων· « Οὐ γὰρ ματαίως αὐτὰ πολλαχῶς διεστειλάμεθα, ἀλλὰ πρὸς τὰς αὖθις παρεκδοχὰς τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν ὀνομάτων, ἅπερ οἱ Ἕλληνες ἀγνοήσαντες ἄλλως ἐξεδέξαντο, πλανηθέντες τῇ ἀμφιβολίᾳ τῆς μεταφράσεως. »

7. Ἑξῆς φησιν· ἀπὸ Γένους Αἰῶνος καὶ Πρωτογόνου γεννηθῆναι αὖθις παῖδας θνητοὺς, οἷς εἶναι ὀνόματα Φῶς καὶ Πῦρ καὶ Φλόξ. « Οὗτοι, φησὶν, ἐκ παρατριβῆς ξύλων εὗρον πῦρ, καὶ τὴν χρῆσιν ἐδίδαξαν. Υἱοὺς δὲ ἐγέννησαν οὗτοι μεγέθει τε καὶ ὑπεροχῇ κρείσσονας· ὧν τὰ ὀνόματα τοῖς ὄρεσιν ἐπετέθη, ὧν ἐκράτησαν· ὡς ἐξ αὐτῶν κληθῆναι τὸ Κάσσιον, καὶ τὸν Λίβανον καὶ τὸν Ἀντιλίβανον, καὶ τὸ Βραθύ. Ἐκ τούτων, φησὶν, ἐγεννήθησαν Μημρούμιος καὶ ὁ Ὑψουράνιος (*)· ἀπὸ μητέρων δὲ, φησὶν, ἐχρημάτιζον τῶν τότε γυναικῶν ἀνέδην μισγομένων οἷς ἂν ἐντύχοιεν. »

8. Εἶτά φησι τὸν Ὑψουράνιον οἰκῆσαι Τύρον, καλύβας τε ἐπινοῆσαι ἀπὸ καλάμων καὶ θρύων καὶ παπύρου· στασιάσαι δὲ πρὸς τὸν ἀδελφὸν Οὔσωον, ὃς σκέπην τῷ σώματι πρῶτος ἐκ δερμάτων ὧν ἴσχυσε συλλαβεῖν θηρίων εὗρε. Ῥαγδαίων δὲ γενομένων ὄμβρων καὶ πνευμάτων, παρατριβέντα τὰ ἐν τῇ Τύρῳ δένδρα πῦρ ἀνάψαι, καὶ τὴν αὐτόθι ὕλην καταφλέξαι· δένδρου δὲ λαβόμενον τὸν Οὔσωον καὶ ἀποκλαδεύσαντα πρῶτον τολμῆσαι εἰς θάλατταν ἐμβῆναι· ἀνιερῶσαι δὲ δύο στήλας πυρὶ καὶ πνεύματι, καὶ προσκυνῆσαι, αἷμά τε σπένδειν αὐταῖς ἐξ ὧν ἤγρευε θηρίων. Τούτων δὲ τελευτησάντων, τοὺς ἀπολειφθέντας φησὶ ῥάβδους αὐτοῖς ἀφιερῶσαι, καὶ τὰς στήλας προσκυνεῖν, καὶ τούτοις ἑορτὰς ἄγειν κατ' ἔτος. (9) Χρόνοις δὲ ὕστερον πολλοῖς ἀπὸ τῆς Ὑψουρανίου γενεᾶς γενέσθαι Ἀγρέα καὶ Ἁλιέα, τοὺς ἄγρας καὶ ἁλιείας εὑρετὰς, ἐξ ὧν κληθῆναι ἀγρευτὰς καὶ ἁλιεῖς· ἐξ ὧν γενέσθαι δύο ἀδελφοὺς, σιδήρου εὑρετὰς καὶ τῆς τούτου ἐργασίας· ὧν θάτερον τὸν Χρυσὼρ λόγους ἀσκῆσαι καὶ ἐπῳδὰς καὶ μαντείας· εἶναι δὲ τοῦτον τὸν Ἥφαιστον, εὑρεῖν δὲ καὶ ἄγκιστρον καὶ δέλεαρ καὶ δρμιὰν καὶ σχεδίαν, πρώτόν τε πάντων ἀνθρώπων πλεῦσαι· διὸ καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν μετὰ θάνατον ἐσεβάσθησαν· καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν καὶ Δία μειλίχιον. Οἱ δὲ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ τοίχους φασὶν ἐπινοῆσαι ἐκ πλίνθων. Μετὰ ταῦτ' ἐκ τοῦ γένους τούτων γενέσθαι νεανίας δύο, καλεῖσθαι δὲ αὐτῶν τὸν μὲν Τεχνίτην, τὸν δὲ Γήϊνον Αὐτόχθονα. Οὗτοι ἐπε-

(*) Ἐγεννήθησαν Μημρούμος] ἐγεννήθησα μὴ κρούμνος cod. E; ἐγεννήθη Σαμημρούμος D. ἐγεννήθη σαμὴ κρούμνος F. G. ὁ καὶ Ὑψουράνιος E. F G. *Gaisford.* Cum Boccharto p. 706 videtur legendum: ἐγεννήθη Σαμημρούμος ὁ καὶ Ὑψουράνιος. Pluralis ἐχρημάτιζον etc. suadet post Ὑψουράνιος excidisse καὶ Οὔσωος, qui tamquam frater Hyps. memoratur paullo post.

---

quumque vehementior æstus urgeret, in cœlum manus ad solem sustulisse. Quippe deum hunc unum cœli moderatorem esse credebant, eumque propterea Beelsamen, i. e. Phœnicum lingua, cœli dominum, Græca vero Δία, i. e. Jovem, nominabant. »

6. Deinceps Græcorum his verbis traducit errorem: « Neque enim sine ratione pluribus ista modis explicate distinguenda putavimus, sed varias hac etiam in parte nominum quæ rebus attribuuntur rationes ac significationes secuti sumus, quæ Græci homines quum ignorarent, alieno sensu accepere, in errorem ambiguitate significationis inducti. »

7. Porro ex Genere Ævi et Primogeniti filio natos ait esse liberos morti similiter obnoxios, eosque Lucis, Ignis et Flammæ nominibus appellatos, qui quum ignem ex mutua lignorum collisione reperissent, ejusdem usum homines docuerint. Iidem filios genuere, qui mole ac proceritate corporis vulgus hominum longe superarent, quorum nomina montibus iis attributa sunt, quos ipsi prius occuparant. Quare montes Cassius, Libanus, Antilibanus et Brathy (*Bratum ap. Plin., i. e. cypressus arbor; v. Mov.* p. 577) ab illis nomen accepere. Ceterum ab iis procreatus est Samemrumus, qui et Hypsuranius, (*et Usous*): qui a matribus ejusmodi appellationes invenere, mulierculis, inquam, illis, quæ sui copiam eo tempore obvio cuilibet impudentissime faciebant.

8. Jam vero Hypsuranium in insula Tyro domicilium suum collocasse, ac tuguriorum ex calamis cum junco papyroque contextis efficiendorum artem excogitasse, gravesque cum Usoo fratre inimicitias exercuisse tradit. Ac princeps quidem pellibus, quas feris ab se captis detraxerat, corpus tegere Usous instituit: quumque, turbulenta imbrium ventorumque tempestate coorta, ex Tyri arborum collisione ignis exarsisset, arbore, cujus ante ramos amputarat, navigii loco mari sese, nullo licet exemplo, committere ausus est. Geminos quoque cippos quum igni ventoque dedicasset, mox utrique adorationis cultum exhibuit, quosque venando ceperat ferarum sanguinem libavit. Posteaquam autem supremum isti omnes diem obiissent, qui superstites, inquam, remansere, virgas ac cippos in eorum honorem consecratos adorarunt, festosque dies solenni ritu quotannis peregerunt. (9) At vero multis post seculis, ex illius Hypsuranii sobole Venator et Piscator nati sunt, qui piscationis ac venationis artem invenere, ac toti piscatorum venatorumque nationi suum postea nomen indidere. Ab iisdem fratres procreati duo, qui ferrum ac multiplicem ferri usum reperere. Quorum alter Chrysor nomine, quem Vulcanum esse ait, plurimum operæ ac studii partim in eloquentia, partim in incantationibus ac divinandi artibus collocavit. Is etiam hamum atque escam, piscatorum lineam, ac tumultuarias rates invenit, primusque mortalium omnium navigavit. Quamobrem eum quoque post obitum instar dei coluerunt, ipsumque præterea Jovis μειλιχίου (*Melech? v. Movers* p. 326) nomine appellarunt, nec desunt etiam, qui ab ejusdem fratribus struendorum ex lateribus murorum ac parietum rationem excogitatam esse velint. Ab horum posteris geniti adolescentes duo, quorum unus Artifex, alter vero Terrestris Indigena nuncupatus. Hi quisquiliarum cum

νόησαν τῷ πηλῷ τῆς πλίνθου συμμιγνύειν φορυτὸν καὶ τῷ ἡλίῳ αὐτὰς τερσαίνειν, ἀλλὰ καὶ στέγας ἐξεῦρον. (10) Ἀπὸ τούτων ἐγένοντο ἕτεροι, ὧν ὁ μὲν Ἀγρὸς ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ Ἀγρούηρος ἢ Ἀγρότης, οὗ καὶ ξόανον εἶναι μάλα σεβάσμιον καὶ ναὸν ζυγοφορούμενον ἐν Φοινίκῃ· παρὰ δὲ Βυβλίοις ἐξαιρέτως θεῶν ὁ μέγιστος ὀνομάζεται. Ἐπενόησαν δὲ οὗτοι αὐλὰς προστιθέναι τοῖς οἴκοις καὶ περιβόλαια καὶ σπήλαια. Ἐκ τούτων ἀγρόται καὶ κυνηγοί. Οὗτοι δὲ καὶ Ἀλῆται καὶ Τιτᾶνες καλοῦνται. (11) Ἀπὸ τούτων γενέσθαι Ἀμυνον καὶ Μάγον, οἳ κατέδειξαν κώμας καὶ ποίμνας. Ἀπὸ τούτων γενέσθαι Μισώρ καὶ Συδύκ (al. libr. Συδέκκ, s. Σεδέκ), τούτεστιν εὔλυτον (εὔλογον Toup.) καὶ δίκαιον· οὗτοι τὴν τοῦ ἁλὸς χρῆσιν εὗρον. Ἀπὸ Μισὼρ Τάαυτος, ὃς εὗρε τὴν τῶν πρώτων στοιχείων γραφήν· ὃν Αἰγύπτιοι μὲν Θωὼρ (l. Θωώθ; inversus ordo supra legitur), Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θωύθ, Ἕλληνες δὲ Ἑρμῆν ἐκάλεσαν. Ἐκ δὲ τοῦ Συδὺκ Διόσκουροι ἢ Καβειροὶ ἢ Κορύβαντες ἢ Σαμοθρᾷκες. Οὗτοι, φησὶ, πρῶτοι πλοῖον εὗρον. (12) Ἐκ τούτων γεγόνασιν ἕτεροι, οἳ καὶ βοτάνας εὗρον, καὶ τὴν τῶν ὀφεων ἴασιν καὶ ἐπῳδάς. Κατὰ τούτους γίνεταί τις Ἐλιοῦν καλούμενος Ὕψιστος, καὶ θήλεια λεγομένη Βηρούθ, οἳ καὶ κατῴκουν περὶ Βύβλον. Ἐξ ὧν γεννᾶται Ἐπίγειος ἢ Αὐτόχθων, ὃν ὕστερον ἐκάλεσαν Οὐρανόν· ὡς ἀπ' αὐτοῦ καὶ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς στοιχεῖον δι' ὑπερβολὴν τοῦ κάλλους ὀνομάζειν οὐρανόν. (13) Γεννᾶται δὲ τούτῳ ἀδελφὴ ἐκ τῶν προειρημένων, ἣ καὶ ἐκλήθη Γῆ, καὶ διὰ τὸ κάλλος ἀπ' αὐτῆς, φησὶν, ἐκάλεσαν τὴν ὁμώνυμον γῆν. Ὁ δὲ τούτων πατὴρ ὁ Ὕψιστος ἐν συμβολῇ θηρίων τελευτήσας ἀφιερώθη, ᾧ χοὰς καὶ θυσίας οἱ παῖδες ἐτέλεσαν. (14) Παραλαβὼν δὲ ὁ Οὐρανὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν, ἄγεται πρὸς γάμον τὴν ἀδελφὴν Γῆν, καὶ ποιεῖται ἐξ αὐτῆς παῖδας τέσσαρας, Ἥλον τὸν καὶ Κρόνον, καὶ Βαίτυλον, καὶ Δαγὼν, ὅς ἐστι Σίτων, καὶ Ἄτλαντα. Καὶ ἐξ ἄλλων δὲ γαμετῶν ὁ Οὐρανὸς πολλὴν ἔσχε γενεάν. Διὸ χαλεπαίνουσα ἡ Γῆ τὸν Οὐρανὸν ζηλοτυποῦσα ἐκάκιζεν, ὡς καὶ διαστῆναι ἀλλήλων. (15) Ὁ δὲ Οὐρανὸς ἀποχωρήσας αὐτῆς, μετὰ βίας ὅτε καὶ ἐβούλετο ἐπιὼν καὶ πλησιάζων αὐτῇ, πάλιν ἀπηλλάττετο· ἐπεχείρει δὲ καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς παῖδας διαφθείρειν· τὴν δὲ Γῆν ἀμύνασθαι πολλάκις, συμμαχίαν αὑτῇ συλλεξαμένην· εἰς ἄνδρας δὲ προελθὼν ὁ Κρόνος Ἑρμῇ τῷ τρισμεγίστῳ συμβούλῳ καὶ βοηθῷ χρώμενος, οὗτος γὰρ ἦν αὐτοῦ γραμματεὺς, τὸν πατέρα Οὐρανὸν ἀμύνεται, τιμωρῶν τῇ μητρί. (16) Κρόνῳ δὲ γίνονται παῖδες Περσεφόνη καὶ Ἀθηνᾶ. Ἡ μὲν οὖν πρώτη παρθένος ἐτελεύτα· τῇ δὲ Ἀθηνᾶς γνώμῃ καὶ Ἑρμοῦ κατεσκεύασε Κρόνος ἐκ σιδήρου ἅρπην καὶ δόρυ. Εἶτα ὁ Ἑρμῆς τοῖς τοῦ Κρόνου συμμάχοις λόγους μαγείας διαλεχθεὶς πόθον ἐνεποίησε τῆς κατ' Οὐρανοῦ μάχης ὑπὲρ τῆς Γῆς. Καὶ οὕτω Κρόνος τὸν Οὐρανὸν, πολέμῳ συμβαλὼν, τῆς ἀρχῆς ἤλασε, καὶ τὴν βασιλείαν διεδέξατο. Ἑάλω δὲ ἐν τῇ μάχῃ καὶ ἡ ἐπέραστος τοῦ Οὐρανοῦ σύγκοιτος ἐγκύμων οὖσα, ἣν ἐκδίδωσιν ὁ Κρόνος Δαγῶνι πρὸς γάμον. Τίκτει δὲ παρὰ τούτῳ ὃ κατὰ

---

lateritio luto miscendarum, utriusque vero solis calore exsiccandi et tectorum ædibus imponendi auctores fuere. (10) Alios item duos procrearunt, quorum unus Agri, alter Rustici sive Agricolæ nomen accepit. Et huic quidem simulacrum eximio cultu dedicatum est, addito quoque in Phœnice templo, quod ab aliquot jugatorum boum paribus gestabatur. Idem apud Byblios præ ceteris deorum maximus elogio plane singulari nominatur. Ambo præterea construendis ædibus non solum atria, verum etiam ducta in orbem septa cum speluncis addidere. Ab iis tam agricolarum quam venatorum, qui canibus uterentur, genus propagatum. Iisdem Erronum ac Titanum attributum nomen. (11) Filios reliquere Amynum et Magum, quibus villarum gregumque alendorum rationes feruntur acceptæ. Ex istis nati Misor ac Sydyc, hoc est solutu facilis ac justus, qui salis usum reperere. Misor filium Taautum habuit, primorum in scribendo elementorum inventorem quem Ægyptii Thoor (*Thooth*), Alexandrini Thoyt, Græci Mercurium nominarunt. Ex Sydyc vero Dioscuri seu Cabiri seu Corybantes seu denique Samothraces originem accepere. Hos quoque navigium primos excogitasse ferunt. (12) Ab iis procreati alii, qui non herbas modo, sed etiam venenatorum morsuum curationem et incantationes invenere. Eorundem ætate natus est Elium quidam nomine Altissimus, itemque femina Beruth appellata. Hi loca Byblo vicina tenuerunt ac Terrestrem quendam sive Indigenam Cœlum postea nuncupatum genuere, a quo etiam illud sublime elementum, quod supra nos volvitur, propter eximiam pulchritudinis ac formæ speciem cœlum vocarunt. (13) Is sororem habuit iisdem parentibus natam, cui nomen Terra, quod propter singularem ejus corporis venustatem cum ea, quam terram vocamus, postea communicarunt. Parens autem illorum Altissimus, quum ferarum congressione periisset, deorum in numerum est relatus, quem libationibus ac sacrificiis liberi coluere. (14) At Cœlus ubi paternum in imperium successisset, Terram sororem matrimonio secum junxit, ex eaque liberos quattuor suscepit, Elum, qui Saturnus dictus est, Bætylum, Dagonem, qui Sito, hoc est frumenti præses, nominatur, et Atlantem. Ex aliis autem uxoribus ingentem liberorum multitudinem genuit, id quod adeo grave et acerbum Terræ accidit, ut zelotypia vehementiore succensa, abs Cœlo multis ante probris onerato divortium fecerit. (15) Cœlus autem, etsi ab ea discesserat, vi tamen quoties libitum erat, eadem oppressa, domum sese denuo recipiebat. Verum quod susceptos ex ipsa filios interficere conaretur, Terra, convocatis auxiliaribus copiis, ejus impetum sæpe propulsabat. Interea Saturnus, ubi virilem ætatem attigisset, Mercurii Trismegisti, qui ipsi a tabulis et codicillis erat, consilio atque opibus, maternas ulturus injurias, Cœlo patri sese acriter objecit. (16) Idem liberos procreavit Proserpinam et Minervam; ac prior quidem virgo diem obiit, Minerva autem Mercurioque auctoribus, Saturnus falcem ex ferro hastamque conflavit. Tum Mercurius Saturni sociis vehemens contra Cœlum pro Terra dimicandi studium magicis cantionibus injecit. Saturnus igitur, his instructus copiis, bellum cum patre committit, eoque imperii finibus ejecto,

γαστρὸς ἐξ Οὐρανοῦ ἔφερεν, ὃ καὶ ἐκάλεσε Δημαροῦν. (17) Ἐπὶ τούτοις ὁ Κρόνος τεῖχος περιβάλλει τῇ ἑαυτοῦ οἰκήσει, καὶ πόλιν πρώτην κτίζει τὴν ἐπὶ Φοινίκης Βύβλον. Μετὰ ταῦτα τὸν ἀδελφὸν τὸν ἴδιον Ἄτλαντα ὑπονοήσας ὁ Κρόνος, μετὰ γνώμης τοῦ Ἑρμοῦ εἰς βάθος γῆς ἐμβαλὼν κατέχωσε. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον οἱ ἀπὸ τῶν Διοσκούρων σχεδίας καὶ πλοῖα συνθέντες ἔπλευσαν· καὶ ἐκριφέντες κατὰ τὸ Κάσσιον ὄρος ναὸν αὐτόθι ἀφιέρωσαν. (18) Οἱ δὲ σύμμαχοι Ἥλου τοῦ Κρόνου Ἐλοεὶμ ἐπεκλήθησαν, ὡς ἂν Κρόνιοι οὗτοι ἦσαν οἱ λεγόμενοι ἐπὶ Κρόνου. Κρόνος δὲ υἱὸν ἔχων Σάδιδον ἰδίῳ αὐτὸν σιδήρῳ διεχρήσατο, δι' ὑπονοίας αὐτὸν ἐσχηκώς, καὶ τῆς ψυχῆς, αὐτόχειρ τοῦ παιδὸς γενόμενος, ἐστέρησεν. Ὡσαύτως καὶ θυγατρὸς ἰδίας τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμεν· ὡς πάντας ἐκπεπλῆχθαι θεοὺς τὴν Κρόνου γνώμην. (19) Χρόνου δὲ προϊόντος Οὐρανὸς ἐν φυγῇ τυγχάνων, θυγατέρα αὐτοῦ παρθένον Ἀστάρτην μεθ' ἑτέρων ἀδελφῶν αὐτῆς δύο, Ῥέας καὶ Διώνης, δόλῳ τὸν Κρόνον ἀνελεῖν ὑποπέμπει· ἃς καὶ ἑλὼν ὁ Κρόνος κουριδίας γαμετὰς ἀδελφὰς οὔσας ἐποιήσατο. Γνοὺς δὲ Οὐρανὸς ἐπιστρατεύει κατὰ τοῦ Κρόνου Εἱμαρμένην καὶ Ὥραν μεθ' ἑτέρων συμμάχων, καὶ ταύτας ἐξοικειωσάμενος ὁ Κρόνος παρ' ἑαυτῷ κατέσχεν. Ἔτι δὲ, φησὶν, ἐπενόησε θεὸς Οὐρανὸς Βαιτύλια, λίθους ἐμψύχους μηχανησάμενος. (20) Κρόνῳ δὲ ἐγένοντο ἀπὸ Ἀστάρτης θυγατέρες ἑπτὰ Τιτανίδες ἢ Ἀρτέμιδες. Καὶ πάλιν τῷ αὐτῷ γίνονται ἀπὸ Ῥέας παῖδες ἑπτὰ, ὧν ὁ νεώτατος ἅμα τῇ γενέσει ἀφιερώθη· καὶ ἀπὸ Διώνης θήλειαι, καὶ ἀπὸ Ἀστάρτης πάλιν ἄρρενες δύο, Πόθος καὶ Ἔρως. Ὁ δὲ Δαγὼν, ἐπειδὴ εὗρε σῖτον καὶ ἄροτρον, ἐκλήθη Ζεὺς Ἀρότριος. Συδύκῳ δὲ, τῷ λεγομένῳ δικαίῳ, μία τῶν Τιτανίδων συνελθοῦσα γεννᾷ τὸν Ἀσκληπιόν. (21) Ἐγεννήθησαν δὲ καὶ ἐν Περαίᾳ Κρόνῳ τρεῖς παῖδες, Κρόνος ὁμώνυμος τῷ πατρὶ, καὶ Ζεὺς Βῆλος καὶ Ἀπόλλων. Κατὰ τούτους γίνονται Πόντος καὶ Τυφὼν καὶ Νηρεὺς, πατὴρ Πόντου. Ἀπὸ δὲ τοῦ Πόντου γίνεται Σιδὼν, ἡ καθ' ὑπερβολὴν εὐχρωνίας πρώτη ὕμνον ᾠδῆς εὗρε, καὶ Ποσειδῶν. (22) Τῷ δὲ Δημαροῦντι γίνεται Μελκάθρος, ὁ καὶ Ἡρακλῆς. Εἶτα πάλιν Οὐρανὸς πολεμεῖ Πόντῳ, καὶ ἀποστὰς Δημαροῦντι προστίθεται· ἔπεισί τε Πόντῳ ὁ Δημαροῦς, τροποῦταί τε αὐτὸν ὁ Πόντος. Ὁ δὲ Δημαροῦς φυγῆς θυσίαν ηὔξατο. Ἔτει δὲ τριακοστῷ δευτέρῳ τῆς ἑαυτοῦ κρατήσεως καὶ βασιλείας, ὁ Ἥλος, τοῦτ' ἐστὶν ὁ Κρόνος, Οὐρανὸν τὸν πατέρα λοχήσας ἐν τόπῳ τινὶ μεσογείῳ, καὶ λαβὼν ὑποχείριον, ἐκτέμνει αὐτοῦ τὰ αἰδοῖα, σύνεγγυς πηγῶν τε καὶ ποταμῶν. Ἔνθα ἀφιερώθη Οὐρανὸς, καὶ ἀπηρτίσθη αὐτοῦ τὸ πνεῦμα καὶ ἀπέσταξεν αὐτοῦ τὸ αἷμα τῶν αἰδοίων εἰς τὰς πηγὰς καὶ τῶν ποταμῶν τὰ ὕδατα, καὶ μέχρι τούτου δείκνυται τὸ χωρίον. »

23. Τοσαῦτα μὲν δὴ τὰ τοῦ Κρόνου καὶ τοιαῦτά γε τὰ σεμνὰ τοῦ παρ' Ἕλλησι βωμένου βίου τῶν ἐπὶ Κρόνου, οὓς καί φασι γεγονέναι πρῶτον χρύσεόν τε γένος μερόπων ἀνθρώπων, τῆς μακαριζομένης ἐκείνης τῶν παλαιῶν εὐδαιμονίας. Πάλιν ὁ συγγραφεὺς τούτοις ἐπιφέρει μεθ' ἕτερα λέγων·

---

regnum capessit. Hoc in certamine capta Cœli concubina, cujus ille singulari amore flagrabat. Eam Saturnus Dagoni in uxorem dedit, apud quem susceptum ex Cœlo fœtum enixa Demaroontem nominavit. (17) Tum vero Saturnus ædes suas muro cingit, Byblumque condit urbem Phœniciæ principem. Mox Atlantem fratrem, quod eum suspectum haberet, suadente Mercurio alta terra defossum obruit. Per idem ferme tempus Dioscurorum nepotes quum tumultuariis ratibus navigiisque conflatis navigarent, ad Cassium montem ejecti templum eo loco dedicarunt. (18) Jam vero socios Eli, qui Saturnus idem erat, Eloim quasi Saturnios appellarunt, qui ejusdem Saturni æquales etiam dicebantur. Porro Sadidum filium Saturnus, quod secus aliquid de illo suspicaretur, gladio suo jugulavit, manusque paternas exstincti sanguine cruentavit, ac paulo post filiam quoque suam capite truncavit, ut reliqui omnes dii hanc Saturni mentem penitus obstupescerent. (19) At Cœlus quum interim exularet, post aliquod temporis intervallum Astarten filiam virginem cum duabus aliis sororibus, Rhea nimirum ac Dione, summisit, quæ Saturnum fraude insidiisque tollerent. Verum Saturnus amore blanditiisque captas sorores ambas secum matrimonio copulavit. Quod ubi Cœlus audiisset, Fatum ac Pulchritudinem cum aliis sociis adversus eum expeditionem suscipere jussit, quam pariter utramque Saturnus illecebris delinitam apud se retinuit. Præterea Cœlus, inquit, deus Bætylia reperit, animatos lapides insolenti arte molitus. (20) Ceterum Astarte filias septem Titanidas sive Dianas Saturno peperit, simulque Rhea totidem filios, quorum postremus, ut primum lucem aspexit, consecratus est. Quin etiam ex Dione quidem puellas, ex Astarte vero mares præterea duos Cupidinem Amoremque suscepit. Dagon autem, quod frumentum et aratrum invenisset, Arotrius Juppiter nuncupatus est. Sydyco, quem justum interpretamur, una ex Titanidis, Æsculapium peperit. (21) Saturno præterea liberi tres in Peræa nati, Saturnus ejusdem cum patre nominis, Juppiter Belus, et Apollo. His propemodum æquales Pontus, Typho et Nereus Ponti pater. Ex Ponto Neptunus et Sido nascuntur. Sidonis autem ea suavitas et elegantia vocis erat, ut hymni modulate canendi artem princeps inveniret. (22) A Demaroonte Melcathrus (*Melcarthus; Melicarthus*), qui et Hercules, procreatur : moxque Cœlus ad Demaroontis sese partes adjungens, Ponto a quo defecerat, denuo bellum movet. At Pontus Demaroontem, qui magno impetu suos in fines incubuerat, in fugam vertit; ille autem felicis fugæ gratia sacrificium vovit. Porro Saturnus anno occupati regni altero supra tricesimum, ubi Cœlum patrem mediterraneo quodam in loco structis insidiis captum in potestatem habuisset, verenda ipsi juxta fontes fluviosque amputavit : quo loco Cœlus idem postea consecratus est. Tum vero dispertitus ejus ac dissipatus spiritus est, et sanguis e vulnere defluens in vicinorum fontium ac fluviorum aquas distillavit et locus etiamnum ostenditur. »

23. Hæc sunt quum Saturni, tum eorum quæ Saturni ætate vixerunt, decantati a Græcis ævi laudes egregiæ, quos etiam princeps atque aureum hominum articulate

24. « Ἀστάρτη δὲ ἡ μεγίστη καὶ Ζεὺς Δημαροῦν καὶ Ἄδωδος βασιλεὺς θεῶν ἐβασίλευον τῆς χώρας Κρόνου γνώμῃ. Ἡ δὲ Ἀστάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν ταύρου· περινοστοῦσα δὲ τὴν οἰκουμένην εὗρεν ἀεροπετῆ ἀστέρα, ὃν καὶ ἀνελομένη ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ ἀφιέρωσε. Τὴν δὲ Ἀστάρτην Φοίνικες τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγουσι. Καὶ ὁ Κρόνος δὲ περιὼν τὴν οἰκουμένην Ἀθηνᾷ τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ δίδωσι τῆς Ἀττικῆς τὴν βασιλείαν. Λοιμοῦ δὲ γενομένου καὶ φθορᾶς, τὸν ἑαυτοῦ μονογενῆ υἱὸν Κρόνος Οὐρανῷ τῷ πατρὶ ὁλοκαρποῖ (l. ὁλοκαυτοῖ), καὶ τὰ αἰδοῖα περιτέμνεται, ταὐτὸ ποιῆσαι καὶ τοὺς ἅμ' αὐτῷ συμμάχους καταναγκάσας. Καὶ μετ' οὐ πολὺ ἕτερον αὐτοῦ παῖδα ἀπὸ Ῥέας ὀνομαζόμενον Μοὺθ ἀποθανόντα ἀφιεροῖ. Θάνατον δὲ τοῦτον καὶ Πλούτωνα Φοίνικες ὀνομάζουσι. (25) Καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Κρόνος Βύβλον μὲν τὴν πόλιν τῇ θεᾷ Βααλτίδι, τῇ καὶ Διώνῃ, δίδωσι, Βηρυτὸν δὲ Ποσειδῶνι καὶ Καβείροις Ἀγρόταις τε καὶ Ἁλιεῦσιν, οἱ καὶ τὰ τοῦ Πόντου λείψανα εἰς τὴν Βηρυτὸν ἀφιέρωσαν. Πρὸ δὲ τούτων θεὸς Τάαυτος (Ταυθὸς Gsfd.) μιμησάμενος τὸν οὐρανὸν τῶν θεῶν (μιμ. τῶν συνόντων θεῶν Gsfd. e 5 codd. τῶν οὐρανοέντων s. οὐρανιώνων?) ὄψεις, Κρόνου τε καὶ Δαγῶνος καὶ τῶν λοιπῶν, διετύπωσε τοὺς ἱεροὺς στοιχείων χαρακτῆρας. (26) Ἐπενόησε δὲ καὶ τῷ Κρόνῳ παράσημα βασιλείας, ὄμματα τέσσαρα ἐκ τῶν ἐμπροσθίων καὶ ὀπισθίων μερῶν, δύο δὲ ἡσυχῇ μύοντα, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων πτερὰ τέσσαρα, δύο μὲν ὡς ἱπτάμενα, δύο δὲ ὡς ὑφειμένα. Τὸ δὲ σύμβολον ἦν, ἐπειδὴ Κρόνος κοιμώμενος ἔβλεπε καὶ ἐγρηγορὼς ἐκοιμᾶτο· καὶ ἐπὶ τῶν πτερῶν ὁμοίως, ὅτι ἀναπαυόμενος ἵπτατο καὶ ἱπτάμενος ἀνεπαύετο. Τοῖς δὲ λοιποῖς θεοῖς δύο ἑκάστῳ πτερώματα ἐπὶ τῶν ὤμων, ὡς ὅτι δὴ συνίπταντο τῷ Κρόνῳ. Καὶ αὐτῷ δὲ πάλιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πτερὰ δύο· ἓν ἐπὶ τοῦ ἡγεμονικωτάτου νοῦ, καὶ ἓν ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως. (27) Ἐλθὼν δὲ ὁ Κρόνος εἰς νότου χώραν, ἅπασαν τὴν Αἴγυπτον ἔδωκε θεῷ Τααύτῳ (Ταυθῷ Gsfd. hic et in sqq.), ὅπως βασίλειον αὐτῷ γένηται. Ταῦτα δὲ, φησὶ, πρῶτοι πάντων ὑπομνηματίσαντες οἱ ἑπτὰ Συδὲκ παῖδες Κάβειροι, καὶ ὁ ἴδιος (al. καὶ ὄγδοος) αὐτῶν ἀδελφὸς Ἀσκληπιὸς, ὡς αὐτοῖς ἐνετείλατο θεὸς Τάαυτος. Ταῦτα πάντα ὁ Θαβίων, ὃς πάμπρωτος τῶν ἀπ' αἰῶνος γεγονότων Φοινίκων ἱεροφάντης ἀλληγορήσας, τοῖς τε φυσικοῖς καὶ κοσμικοῖς πάθεσιν ἀναμίξας, παρέδωκε τοῖς ὀργεῶσι καὶ τελετῶν κατάρχουσι προφήταις· οἱ δὲ τὸν τῦφον αὔξειν ἐκ παντὸς ἐπινοοῦντες, τοῖς αὐτῶν διαδόχοις παρέδωκαν καὶ τοῖς ἐπεισάκτοις· ὧν εἷς ἦν καὶ Εἰσίριος (1), τῶν τριῶν γραμμάτων εὑρετὴς, ἀδελφὸς Χνᾶ τοῦ [πρώτου] μετονομασθέντος Φοίνικος. »

28. Εἶθ' ἑξῆς αὖθις ἐπιλέγει· « Οἱ δὲ Ἕλληνες, εὐφυΐᾳ πάντας ὑπερβαλλόμενοι, τὰ μὲν πρῶτα πλεῖστα ἐξιδιώσαντο, εἶτα καὶ τοῖς προκοσμήμασι ποικίλως ἐξετραγῴδησαν, ταῖς τε τῶν μύθων ἡδοναῖς θέλγειν

(1) « ὧν ἦν καὶ εισιριος A. ὧν εἷς ἔτι καὶ C. εἷς ἔτι καὶ D. E. F. G. εἷς ἴριος H. ὧν εἷς ἦν καὶ Ἴσιρις Steph. ὧν εἷς ἦν Ἴσιρις Viger. γρ. Ἶρις S. καὶ Ἴριος V. » *Gaisfd.*

---

loquentium genus, ob jactatam illam veterum felicitatem nuncupare solent. Verum noster hic scriptor interjectis quibusdam ita prosequitur :

24. « Astarte vero, quæ maxima nominatur, Juppiter Demaroon et rex deorum Adodus in ea regione Saturno consentiente regnarunt. Astarte capiti suo, tanquam insigne regni, tauri caput imposuit : quumque terrarum orbem peragraret, lapsam de cœlo stellam reperit eamque in Tyro sancta insula consecravit. Ceterum hanc ipsam Astarten Phœnices Venerem esse memorant. At vero Saturnus, dum orbem lustrat universum, Minervæ filiæ totius Atticæ regnum tradit, ac diræ pestilentiæ inclementia exitioque commotus, filium, quem unum ex legitima uxore susceperat, Cœlo patri totum flammis consumptum immolat, tum sibi ipsa verenda circumscindit, sociosque omnes ad simile factum per vim adigit : nec multo post Muth filium, quem ex Rhea genuerat, vita functum consecrat, quem Phœnices modo Mortem, modo Plutonem appellant. (25) Deinde Saturnus Byblum urbem deæ Baaltidi, quæ etiam Dione vocabatur, Neptuno autem et Cabiris, Agricolis item et Piscatoribus Berytum dono dedit, ubi Ponti reliquias iidem consecrarunt. Ante hos vero Taautus deus, cœlestium deorum, Saturni, Dagonis reliquorumque vultus imitatus sacros signorum characteres expressit. (26) Quin etiam insigne regni Saturno ejusmodi excogitavit, oculos in vultu binos ac totidem in occipite, quorum duo placide connivere ac nictare viderentur : alas item singulis in humeris geminas, ex quibus explicatæ duæ, duæ vero contractæ ac demissæ forent. Atque oculorum symbolo significatum volebat Saturnum et dormiendo cernere et dormire vigilando ; alarum autem, et volare quiescendo et volando quiescere : ceteris autem diis alas in humeris duas tantum attribuit, quippe qui Saturnum ipsum volando sequerentur. Ad ejusdem Saturni caput alas propterea geminas affinxit, quarum altera mentis principatum, altera sentiendi vim indicaret. (27) Saturnus autem quum in Meridiem venisset, Taautum deum Ægypti universæ regem creavit. Atque hæc principes omnium, inquit, Cabiri septem liberi Sydyk cum Æsculapio fratre octavo, ipsiusmet Taauti jussu in commentarios tabulasque retulerant. Thabion autem, primus apud Phœnices ex omni memoria sacrorum interpres, eadem allegoriis quibusdam interpretatus cum rerum naturalium et eorum, quæ passim hoc in mundo contingunt, affectionibus conjungens, prophetis orgia celebrantibus et sacrificiorum mysteriorumque principibus tradidit. Qui deinceps inanem hanc ostentationem, quam omni spe omnique studio augere conati erant, suis quoque successoribus et initiatis reliquere. Horum unus Isiris quidam fuit, trium literarum inventor, frater illius Chnæ, qui primus postea Phœnix vocatus est. »

28. Quibus postea hæc subjicit (Philo) : « At vero Græci, homines præ ceteris gentibus politi admodum et elegantis ingenii, primum quidem istorum pleraque sibi tanquam propria vindicarunt : sed quum aures atque animos fabularum voluptate permulcere vellent, novis eadem ac multi-

ἐπινοοῦντες παντοίως ἐποίκιλλον. Ἔνθεν Ἡσίοδος οἵ τε κυκλικοὶ περιηχημένοι θεογονίας καὶ γιγαντομαχίας καὶ Τιτανομαχίας ἔπλασαν ἰδίας καὶ ἐκτομὰς, οἷς συμπεριφερόμενοι ἐξενίκησαν τὴν ἀλήθειαν. Σύντροφοι δὲ τοῖς ἐκείνων πλάσμασιν αἱ ἀκοαὶ ἡμῶν γενόμεναι, καὶ προληφθεῖσαι πολλοῖς αἰῶσιν, ὡς παρακαταθήκην φυλάσσουσιν, ἣν παρεδέξαντο μυθοποιίαν, καθάπερ καὶ ἀρχόμενος εἶπον, ἥτις συνεργηθεῖσα χρόνῳ δυσεξίτητον τὴν κατοχὴν αὐτοῖς εἴργασται, ὥστε τὴν μὲν ἀλήθειαν δοκεῖν λῆρον, τὸ δὲ τῆς ἀφηγήσεως νόθον, ἀλήθειαν. »

29. Ταῦτα ἀπὸ τῆς Σαγχουνιάθωνος προκείσθω γραφῆς, ἑρμηνευθείσης μὲν ἀπὸ Φίλωνος τοῦ Βυβλίου, δοκιμασθείσης δὲ ὡς ἀληθοῦς ὑπὸ τῆς Πορφυρίου τοῦ φιλοσόφου μαρτυρίας.

3.

Porphyrius De abstin. II, 56, et ex eo Euseb. IV, 16, p. 156, A : Φοίνικες δὲ ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς ἢ πολέμων ἢ αὐχμῶν ἢ λοιμῶν ἔθυον τῶν φιλτάτων τινὰ ἐπιψηφίζοντες Κρόνῳ. Καὶ πλήρης γε ἡ Φοινικικὴ ἱστορία τῶν θυσάντων, ἣν Σαγχουνιάθων μὲν τῇ Φοινίκων γλώττῃ συνέγραψε, Φίλων δὲ ὁ Βύβλιος εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν ὀι' ὀκτὼ βιβλίων ἡρμήνευσεν.

Novem libri erant sec. Euseb. (fr. 1). Quorum primus introductione, ut videtur, absumptus, reliqui octo Sanchoniathonis narrationem exhibuere.

4.

Eusebius Pr. Ev. IV, 16, p. 156, D : Ἐκ δὲ τοῦ πρώτου συγγράμματος τῆς Φίλωνος Φοινικικῆς ἱστορίας παραθήσομαι ταῦτα· « Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς τῶν κινδύνων ἀντὶ τῆς πάντων φθορᾶς τὸ ἠγαπημένον τῶν τέκνων τοὺς κρατοῦντας ἢ πόλεων ἢ ἔθνους εἰς σφαγὴν ἐπιδιδόναι λύτρον τοῖς τιμωροῖς δαίμοσι· κατεσφάττοντο δὲ οἱ διδόμενοι μυστικῶς. Κρόνος τοίνυν, ὃν οἱ Φοίνικες Ἦλ προσαγορεύουσι, βασιλεύων τῆς χώρας, καὶ ὕστερον μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν εἰς τὸν τοῦ Κρόνου ἀστέρα καθιερωθεὶς, ἐξ ἐπιχωρίας νύμφης Ἀνωβρὲτ λεγομένης υἱὸν ἔχων μονογενῆ, ὃν διὰ τοῦτο Ἰεοὺδ ἐκάλουν, τοῦ μονογενοῦς οὕτως ἔτι καὶ νῦν καλουμένου παρὰ τοῖς Φοίνιξι, κινδύνων ἐκ πολέμου μεγίστων κατειληφότων τὴν χώραν, βασιλικῷ κοσμήσας σχήματι τὸν υἱὸν βωμόν τε κατασκευασάμενος κατέθυσε. »

5.

Euseb. Pr. Ev. I, 10, p. 40, A : Ὁ δ' αὐτὸς (sc. Φίλων) ἐν τῷ Περὶ τῶν Ἰουδαίων συγγράμματι ἔτι καὶ ταῦτα περὶ τοῦ Κρόνου γράφει·

« Τάαυτος (Ταυθὸς Gsfd.), ὃν Αἰγύπτιοι Θὼθ (Θωὺθ Gsfd. ex 2 codd.) προσαγορεύουσι, σοφίᾳ διενεγκὼν παρὰ τοῖς Φοίνιξι, πρῶτος τὰ κατὰ τὴν θεοσέβειαν ἐκ τῆς τῶν ζυδαίων ἀπειρίας εἰς ἐπιστημονικὴν ἐμπειρίαν διέταξεν. Ὧ μετὰ γενεὰς πλείους θεὸς Σουρμουβηλὸς Θουρώ τε, ἡ μετονομασθεῖσα Χούσαρθις (Εὔσαρθις Gaisf. ex 4 codd.), ἀκολουθήσαντες, κεχρυμμένην τοῦ Τααύτου καὶ ἀλληγορίαις ἐπεσκιασμένην τὴν θεολογίαν ἐφώτισαν. »

Καὶ μετὰ βραχέα φησίν·

« Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς

---

plicibus postea commentorum, quasi ornamentorum, accessionibus supra modum exaggerarunt. Atque hinc Hesiodus et poetæ cyclici, quorum fabellis omnia circumsonant, propria sibi quædam Gigantum ac Titanum certamina sectionesque (*v. Welcker. Cycl. p.* 95) confinxere. Quæ quum illi passim et ubique jactarent, veritatem ipsam oppresserunt. Aures vero nostræ jam inde ab infantia illorum fictionibus assuetæ, et opinionibus per multa secula propagatis occupatæ, quam semel accepere fabularum vanitatem, perinde ac depositum aliquod, ut statim ab initio dixi, custodiunt, quod ab ipso tempore vires ac robur acceperit, possessionemque ita confirmavit suam, ut eam excutere longe difficillimum sit, jamque veritas ipsa nugarum, adulterinæ vero ac spuriæ narrationes loco veritatis habeantur. »

29. Verum satis ista sunto, quæ ex Sanchoniathonis operibus hucusque retulimus, quæ quum a Philone Byblio conversa græceque reddita sunt, tum Porphyrii philosophi testimonio tanquam vera comprobantur.

3.

Phœnices in magnis calamitatibus vel belli vel siccitatis vel pestilentiæ ex carissimis aliquem Saturno sacrificandum destinabant. Multaque ejusmodi sacrificiorum exempla præbet Phœnicia historia, quam Phœnicum lingua Sanchoniatho conscripsit, Philo Byblius vero græce per octo libros interpretatus est.

4.

E libro primo Historiæ Phœniciæ Philonis apponam hæc : « Mos erat apud veteres in magnis calamitatibus eos penes quos aut civitatis aut gentis imperium esset, ut publicum cunctorum exitium redimerent, ad sacrificium aliquos diis infestis devovere. Hi vero mysticis cæremoniis mactabantur. Saturnus igitur, quem Phœnices *El* vocant, rex regionis, et post obitum in astrum ejus nominis consecratus, e puella indigena, cui Anobret nomen, filium habens unigenam, quem propterea *Jeud* nominabant (quæ vox etiamnunc apud Phœnices *unigenam* significat), periculis gravissimis ex bello regioni imminentibus, huncce filium regio cultu ornatum ad aram ad hoc exstructam immolavit. »

5.

Idem Philo in eo libro, quem de Judæis scriptum reliquit, hæc præterea de Saturno commemorat :

« Taautus ille, quem Thoth Ægyptii vocant, quum magna apud Phœnices sapientiæ laude floreret, quæ ad religionem cultumque deorum pertinebant, primus ex humilium ac plebeiorum capitum inscientia vindicata, accommodato ad scientiæ leges ordine exposuit. Cui quum Surmubelus deus et Thuro, quæ mutato nomine Chusarthis appellata, longo ævorum intervallo successissent, occultam ipsius et allegoriarum involutam umbris theologiam illustrarunt. » Idem paullo post dicit :

« Hoc apud veteres in more positum erat, ut in summis

τῶν κινδύνων ἀντὶ τῆς πάντων φθορᾶς τὸ ἠγαπημένον τῶν τέκνων τοὺς κρατοῦντας ἢ πόλεως ἢ ἔθνους εἰς σφαγὴν ἐπιδιδόναι, λύτρον τοῖς τιμωροῖς δαίμοσι. Κατεσφάττοντο δὲ οἱ διδόμενοι μυστικῶς. »

« Κρόνος τοίνυν, ὃν οἱ Φοίνικες Ἦλον (vgo Ἰσραήλ. V. Gsfd.) προσαγορεύουσι, βασιλεύων τῆς χώρας, καὶ ὕστερον μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν εἰς τὸν τοῦ Κρόνου ἀστέρα καθιερωθεὶς ἐξ ἐπιχωρίας νύμφης Ἀνωβρὲτ λεγομένης υἱὸν ἔχων μονογενῆ (ὃν διὰ τοῦτο Ἰεδούδ [al. Ἰρούδ s. Ἰεούδ] ἐκάλουν, τοῦ μονογενοῦς οὕτως ἔτι καὶ νῦν καλουμένου παρὰ τοῖς Φοίνιξι,) κινδύνων ἐκ πολέμου μεγίστων κατειληφότων τὴν χώραν, βασιλικῷ κοσμήσας σχήματι τὸν υἱὸν βωμόν τε κατασκευάσας ἄσμενος κατέθυσε. »

Priorem hujus fragmenti partem usque ad verba διδόμενοι μυστικῶς Moversius (l. l. p. 118) non tam Philoni vindicandam censet, quam Porphyrio (ex qua sua hausit Eusebius); verum inde a Κρόνος τοίνυν ipsissima verba Philonis afferri. — Ceterum ex fragm. 4 colligas Philonis σύγγραμμα περὶ Ἰουδαίων partem Phœnicicæ historiæ fuisse : modo recte se titulus habeat. Nam proclivis suspicio est, caput hoc Phœnicicæ historiæ inscriptum fuisse : Περὶ τῶν Ἰουδαίων : eumque titulum confusum esse cum alio Philonis opere Περὶ Ἰουδαίων, ad quod sequens pertinet fragmentum.

6.

Origenes C. Celsum I, 15, p. 334 ed. Ben. : Ἑκαταίου τοῦ ἱστορικοῦ φέρεται περὶ Ἰουδαίων βιβλίον, ἐν ᾧ προστίθεται μᾶλλον ὡς σοφῷ τῷ ἔθνει ἐπὶ τοσοῦτον ὡς καὶ Ἑρέννιον Φίλωνα ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι πρῶτον μὲν ἀμφιβάλλειν, εἰ τοῦ ἱστορικοῦ ἐστὶ τὸ σύγγραμμα, δεύτερον δὲ λέγειν, ὅτι, εἴπερ ἐστὶν αὐτοῦ, εἰκὸς αὐτὸν συνηρπάσθαι ὑπὸ τῆς παρὰ Ἰουδαίοις πιθανότητος καὶ συγκατατεθεῖσθαι αὐτῷ (αὐτῶν?) τῷ λόγῳ. Cf. fragm. Hecat. Abderit.

E PHOENICICON LIBRO SECUNDO.

7.

Joh. Lydi De mens. ed. Hase p. 274 : Οἱ δὲ Φοίνι]κες κατὰ τ[ὸν τῆ]ς ὁμωνυμίας [τρόπον, εἴτε κατ]ά τινα ἀ[λληγορ]ίαν, ἄλλως πως περὶ Κρόνου ἔχου[σιν, ὡς ἐκ τῆ]ς δευτέρας τῶν [Φο]ινικικῶν τοῦ Ἑρεννίου Φίλωνος [ἔστι λαβεῖ]ν· καὶ βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν ἡ ἱστορία πα[ρα]δίδωσιν, [ὡς ἔμπρο]σθεν ἀφηγησάμην, κ[ατά] τε τὴν Λιβύην καὶ Σικελίαν, [οἰκίσαι τε τοὺς τό]πους, καὶ [πόλ]ιν κτίσαι, ὡς ὁ Χάραξ φησὶ τ[ὴν τότε μὲν λεγ]ομένην Κρονίαν, νῦν δὲ Ἱερὰν πόλιν, ὡ[ς Ἰ]σίγον[ος περὶ Ἑλλην]ικῶν θεῶν, καὶ Πολέμων καὶ Αἰσχύλος ἐν τῇ Αἴτνῃ π[αραδιδόασιν.

8.

Steph. Byz. : Νίσιβις, πόλις ἐν τῇ Περαίᾳ τῇ πρὸς τῷ Τίγρητι ποταμῷ. Φίλων ἐν Φοινικικοῖς Νάσιβίς φησι διὰ τοῦ α'. Οὐράνιος δὲ διὰ τοῦ ε Νέσιβις. Σημαίνει δὲ, ὥς φησι Φίλων, Νάσιβις τὰς στήλας, ὡς δὲ Οὐράνιος, Νέσιβις, φησὶ, σημαίνει τῇ Φοινίκων φωνῇ λίθοι συγκείμενοι καὶ συμφορητοί.

(ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΦΟΙΝΙΚΩΝ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ.)

9.

Euseb. P. E. I, 10, p. 40, D : Ὁ δ' αὐτὸς πάλιν περὶ τῶν Φοινίκων στοιχείων ἐκ τῶν Σαγχου-

---

reipublicæ calamitatibus, penes quos aut civitatis aut gentis imperium esset, ii liberorum carissimi ultoribus dæmonibus jugulati sanguine quasi pretio publicum exitium pestemque redimerent. Qui vero tum ad sacrificium devovebantur, mysticis quibusdam ceremoniis jugulabantur. »

« Saturnus igitur, quem Phœnices *El* vocant, quemque post obitum in astrum ejusdem nominis consecrarunt, quum iis in locis regnaret, ac filium unigenam ex nympha quadam indigena, quam Anobretem vocabant, suscepisset, eumque propterea Jedud appellatum, quod ea vox apud Phœnices unigenam etiamnum significet, quumque gravissimum belli periculum universam in regionem incubuisset, illum ipsum regio cultu ornatum ad aram ab sese prius erectam ultro immolavit. »

6.

Hecatæi quoque circumfertur de Judæis libellus, in quo hujus gentis usque adeo sapientiam probat, ut Herennius Philo in suo De Judæis libro dubitet primum an illius historici scriptum illud sit, deinde addat, si quidem illius opus sit, verisimile esse illum fuisse captum veritatis specie quam præferre ei videbatur Judæorum doctrina, illique assensum præbuisse.

7.

Phœnices contra, sive nominis similitudine ducti sive per allegoriam quandam, aliter de Saturno habent, quemadmodum ex libro secundo Phœniciorum Herennii Philonis licet deprehendere. Et regnasse eum historia tradit, sicut superius exposui, in Libya et Sicilia, incolisque frequentasse loca et condidisse urbem, ut Charax ait, quæ Cronia vocaretur tunc, nunc Hierapolis, quemadmodum Isigonus de diis Græcis et Polemo et Æschylus in Ætna tradunt.

8.

Nisibis, urbs in Transeuphratensi regione quæ est ad Tigrim amnem. Philo in Phœnicis *Nasibin* per *a* literam, Uranius *Nesibin* per *e* literam scribunt. Vox *Nasibis*, ut Philo ait, columnas significat; Uranius vero inquit vocem *Nesibis* lingua Phœnicia significare lapides collectos et coacervatos.

(DE LITERIS PHŒNICUM.)

9.

Jam considera cujusmodi ea sint, quæ idem Philo *de literis Phœnicum* ex Sanchoniathonis scriptis expressa

νιάθωνος μεταβαλών, θέα ὁποῖά φησι περὶ τῶν ἑρπυστικῶν καὶ ἰοβόλων θηρίων, ἃ δὴ χρῆσιν μὲν ἀγαθὴν ἀνθρώποις οὐδεμίαν συντελεῖ, φθορὰν δὲ καὶ λύμην, οἷς ἂν τὸν δυσαλθῆ καὶ χαλεπὸν ἰὸν ἐγχρίμψειεν, ἀπεργάζεται. Γράφει δὲ καὶ ταῦτα πρὸς λέξιν ὧδέ πως λέγων·

« Τὴν μὲν οὖν τοῦ ὁράκοντος φύσιν καὶ τῶν ὄφεων αὐτὸς ἐξεθείασεν ὁ Τάαυτος, καὶ μετ' αὐτὸν αὖθις Φοίνικές τε καὶ Αἰγύπτιοι· πνευματικώτατον γὰρ τὸ ζῷον πάντων τῶν ἑρπετῶν, καὶ πυρῶδες ὑπ' αὐτοῦ παρεδόθη· παρ' ὃ καὶ τάχος ἀνυπέρβλητον διὰ τοῦ πνεύματος παρίστησι, χωρὶς ποδῶν τε καὶ χειρῶν ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ἔκτοσθεν, δι' ὧν τὰ λοιπὰ ζῷα τὰς κινήσεις ποιεῖται· καὶ ποικίλων σχημάτων τύπους ἀποτελεῖ, καὶ κατὰ τὴν πορείαν ἑλικοειδεῖς ἔχει τὰς ὁρμὰς, ἐφ' ὃ βούλεται τάχος· καὶ πολυχρονιώτατον δέ ἐστιν, οὐ μόνον τε ἐκδυόμενον τὸ γῆρας νεάζειν, ἀλλὰ καὶ αὔξησιν ἐπιδέχεσθαι μείζονα πέφυκε· καὶ ἐπειδὰν τὸ ὡρισμένον μέτρον πληρώσῃ, εἰς ἑαυτὸν ἀναλίσκεται, ὡς ἐν ταῖς ἱεραῖς ὁμοίως αὐτὸς ὁ Τάαυτος κατέταξε γραφαῖς. Διὸ καὶ ἐν ἱεροῖς τοῦτο τὸ ζῷον καὶ ἐν μυστηρίοις συμπαρείληπται. Εἴρηται δὲ ἡμῖν περὶ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Ἐθωθίων (*) ὑπομνήμασιν ἐπιπλεῖον· ἐν οἷς κατασκευάζεται, ὅτι ἀθάνατον εἴη, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναλύεται, ὥσπερ πρόκειται· οὐ γὰρ θνήσκει ἰδίῳ θανάτῳ, εἰ μὴ βίᾳ τινὶ πληγὲν τοῦτο τὸ ζῷον. Φοίνικες δὲ αὐτὸ Ἀγαθὸν δαίμονα καλοῦσιν. Ὁμοίως καὶ Αἰγύπτιοι Κνὴφ ἐπονομάζουσι· προστιθέασι δὲ αὐτῷ ἱέρακος κεφαλὴν διὰ τὸ πρακτικὸν τοῦ ἱέρακος. Καί φησιν ὁ Ἐπήεις [ὁ πήεις cod. A. H.] ἀλληγορῶν (ὁ ὀνομασθεὶς παρ' αὐτοῖς μέγιστος ἱεροφάντης καὶ ἱερογραμματεύς· ὃν μετέφρασεν [εἰς Ἑλλάδα φωνὴν, hæc plurimi codd. om.] Ἀρεῖος Ἡρακλεοπολίτης) κατὰ λέξιν οὕτως· « Τὸ πρῶτον ὂν θειότατον ὄφις ἐστὶν ἱέρακος ἔχων μορφὴν ἄγαν ἐπίχαρις· ὃς εἰ ἀναβλέψειε, φωτὸς τὸ πᾶν ἐπλήρου ἐν τῇ πρωτογόνῳ χώρᾳ αὐτοῦ· εἰ δὲ καμμύσειε, σκότος ἐγίνετο. Ἔμφασιν διδοὺς ὁ Ἐπήεις, ὅτι καὶ διάπυρόν ἐστι διὰ τοῦ φάναι διηύγασε· φωτὸς γὰρ ἴδιόν ἐστι τὸ διαυγάσαι. » Παρὰ Φοινίκων δὲ καὶ Φερεκύδης λαβὼν τὰς ἀφορμὰς ἐθεολόγησε περὶ τοῦ παρ' αὐτῷ λεγομένου Ὀφίονος Θεοῦ καὶ τῶν Ὀφιονιδῶν, περὶ ὧν αὖθις λέξομεν. Ἔτι μὴν οἱ Αἰγύπτιοι τῆς αὐτῆς ἐννοίας τὸν κόσμον γράφοντες, περιφερῆ κύκλον ἀεροειδῆ καὶ πυρωπὸν χαράσσουσι, καὶ μέσα τεταμένον ὄφιν ἱερακόμορφον (οἱονεὶ συνεκτικὸν ἀγαθὸν δαίμονα addit Joh. Lyd. De mens. III, 50, ubi eadem), καὶ ἔστι τὸ πᾶν σχῆμα, ὡς τὸ παρ' ἡμῖν Θῆτα· τὸν μὲν κύκλον κόσμον μηνύοντες, τὸν δὲ μέσον ὄφιν συνεκτικὸν τούτου ἀγαθὸν δαίμονα σημαίνοντες. Καὶ Ζωροάστρης δὲ ὁ μάγος ἐν τῇ Ἱερᾷ συναγωγῇ τῶν Περσικῶν φησὶ κατὰ λέξιν· « Ὁ δὲ θεός ἐστι κεφαλὴν ἔχων ἱέρακος. Οὗτός

(*) Ἐθωθων A. ἐθωθῶν F. G. ἠθυκῶν C. ἐθωθὼν H; ἐθῶν θείων Scaliger. « Genitivum ὄφεων delitescere arbitror; nam de serpentum religione disputatio illa est. » Lobeck. Aglaoph. p. 1340. Titulum desidero ex nomine dei Θώθ, s. Θούθ, *deus serpens* (*v. Mov.* p. 500) formatum. — Ceterum verba inde a πνευματικώτατον γὰρ usque ad ἀναλίσκεται leguntur etiam ap. J. Lydum De mens. III, 17, non nominato fonte.

---

de reptilibus quibusdam ac venenum jaculantibus animalibus commemorat; quæ quum nullam hominibus utilitatem afferant, tum pestem iis atque interitum creant, in quos tetrum illud suum et exitiale venenum excusserint. Sic itaque ad verbum ille : « Taautus quidem draconis serpentiumque naturæ divinitatem aliquam tribuebat, quam ejus opinionem Phœnices et Ægyptii postea comprobarunt. Enimvero genus hoc animantis præ cunctis reptilibus vi et copia spiritus abundare docet, ejusque naturam igneam esse, quod etiam propterea celeritatem, inquit, præ se fert omni exceptione majorem, quum neque pedum neque manuum neque alterius cujusquam exterioris membri adminiculum habeat, cujusmodi sunt quibus ad motum reliquæ animantes uti solent. Præterea varias ac multiplices corporis formas ostendit, ac sinuosis intortum spiris, sese, quum libuerit, incitato vibrat impetu. Diuturnæ admodum vitæ est, nec solum exuto senio juvenescit, verum etiam majora corporis simul ac virium accipit incrementa, donec tandem confecto certo quodam annorum curriculo in se ipsum iterum dissolvatur, quemadmodum in sacris etiam tabulis idem Taautus scriptum reliquit. Id quod in causa fuit, cur hoc animantium genus in sacris pariter atque mysteriis adhiberi soleret. De hoc autem in commentariis, quos Ethothia inscripsimus, pluribus a nobis disputatum est, ubi ipsum immortale esse et in sese denuo, quemadmodum ante dicebam, resolvi demonstravimus. Nec etiam ejusmodi animal, nisi vi quadam percussum ante fuerit, morte naturali exstinguitur. Atque illud quidem Phœnices bonum dæmonem, Ægyptii vero Cnephum similiter nuncuparunt, eidemque caput accipitris ob præcipuam quandam ejus volucris vivacitatem addiderunt. Quin etiam Epeis ille, qui summus ab iis sacrorum interpres ac scriba nominatur, quemque Arius Heracleopolites Græca lingua donavit, sic ad verbum allegorice rem istam exposuit : « Unus omnium maxime divinus erat serpens ille, qui accipitris formam præ se ferebat, idemque adspectu jucundissimus, quippe enim ubi oculos aperuisset, continuo primogeniæ suæ regionis loca omnia luce complebat : sin autem conniveret, illico tenebræ succedebant. Ac natura quidem igneum illud esse vi ipsa verbi διηύγασεν, id est *illustrabat*, Epeis manifeste declaravit; lucis enim τὸ διαυγάσαι, hoc est *illustrare*, proprium est. » Pherecydes autem occasione ex Phœnicibus arrepta, theologicam de illo numine, quod Ophionem ipse nuncupat, deque Ophionidis instituit disputationem, nos autem de illis aliquid etiam postea subjiciemus. Ceterum Ægyptii mundum eodem consilio depingentes, rotundum circulum aerio colore, flammisque sparsum exprimunt, cujus in medio serpens extentus accipitris forma collocatur. Ac tota quidem figura Græco Theta persimilis, ita nimirum, ut circulo mundum exhibeant, serpente autem medio illum utrinque conjungente, bonum dæmonem significent. At vero Zoroastres Magus in sacro Persicorum rituum commentario, hæc totidem verbis habet : « Deus autem est accipitris capite, princeps omnium, expers interitus, sem-

ἐστιν ὁ πρῶτος ἄφθαρτος, ἀΐδιος, ἀγένητος, ἀμερής, ἀνομοιότατος, ἡνίοχος παντὸς καλοῦ, ἀδωροδόκητος, ἀγαθῶν ἀγαθώτατος, φρονίμων φρονιμώτατος· ἐστὶ δὲ καὶ πατὴρ εὐνομίας καὶ δικαιοσύνης, αὐτοδίδακτος, φυσικὸς, καὶ τέλειος, καὶ σοφὸς, καὶ ἱεροῦ φυσικοῦ μόνος εὑρετής. » Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ Ὀστάνης φησὶ περὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ὀκτατεύχῳ.

Πάντες δὲ τὰς ἀφορμὰς παρὰ Τααύτου λαβόντες, ἐφυσιολόγησαν, ὥσπερ πρόκειται. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα στοιχεῖα τὰ διὰ τῶν ὄφεων, ναοὺς κατασκευασάμενοι, ἐν αὐτοῖς ἀφιέρωσαν, καὶ τούτοις ἑορτὰς καὶ θυσίας ἐπετέλουν καὶ ὄργια, θεοὺς τοὺς μεγίστους νομίζοντες καὶ ἀρχηγοὺς τῶν ὅλων. » Τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν ὄφεων.

ΠΑΡΑΔΟΞΟΣ ΙΣΤΟΡΙΑ.

10.

Suidas : Παλαίφατος, Ἀβυδηνὸς, ἱστορικός. Κυπριακὰ, Δηλιακὰ, Ἀττικὰ, Ἀραβικά. Γέγονε δὲ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος· παιδικὰ δὲ Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου, ὡς Φίλων ἐν τῷ ει' στοιχείῳ τοῦ Περὶ παραδόξου ἱστορίας βιβλίον α', καὶ Θεόδωρος ὁ Ἰλιεὺς ἐν δευτέρῳ Τρωικῶν.

ἐν τῷ υ' στοιχ., et deinde πρώτου βιβλίου.. Eudocia. Küsterus scribi voluit aut ὡς Φίλων ἐν τῷ περὶ π. ἱ. βιβλίῳ πρώτῳ, aut ἐν τῷ ει' στοιχ. τ. π. π. ἱσ. βιβλίου πρώτου. Bernhardy redintegrandum censet : πλὴν καὶ οὗτος ἔγραψε (quæ verba ex glossa antecedente huc transfert) περὶ π. ἱστορίας, ὡς Φίλων ἐν τῷ * στοιχείῳ τοῦ πρώτου βιβλίου ; Philonemque statuit Palæphati mentionem fecisse in libris De urbibus virisque illustribus. Verum quum constet Philonem Ἱστορίαν παράδοξον tribus libris (vid. fr. 1, 6) scripsisse, eamque versatam esse in sugillandis Græcorum de diis fabulis : probabile sane est eum Palæphati Atheniensis, qui de rebus mythicis earumque interpretatione varia scripsit, itemque Troicorum auctor fuit, mentionem injecisse ; Suidam vero, qui in distinguendis Palæphatis dubius hæret, ad Abydenum retulisse, quæ ad mythographum pertinent. Ceterum ordo alphabeticus ab ejusmodi libro abhorrere videtur. Fortasse igitur scribendum : ἐν τῷ τῆς τριτεύχου τῆς περὶ παρ. ἱστ. βιβλίῳ α'.

ΠΕΡΙ ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΟΥΣ ΕΚΑΣΤΗ ΑΥΤΩΝ ΕΝΔΟΞΟΥΣ ΗΝΕΓΚΕ.

11.

Steph. Byz. : Μεγάλη πόλις... Ἔστι καὶ Ἰβηρίας Μεγάλη πόλις, ὡς Φίλων.

12.

Idem : Ἀγάθη, πολις Λιγύων ἢ Κελτῶν. Σκύμνος δὲ Φωκαέων αὐτὴν φησιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Τιμοσθένης δὲ ἐν τῷ Σταδιασμῷ Ἀγαθὴν Τύχην αὐτήν φησιν. Εἰ δ' οὕτω λέγοιτο, καὶ ὀξύνοιτ' ἂν ὡς ἐπιθετικὸν, ὡς τὸ Ἡραῖον τεῖχος καὶ Ἥραιον, καὶ Ἑρμαῖος λόφος καὶ Ἕρμαιος. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις, ὡς Φίλων, Λιγυστίων, ἀπὸ λίμνης Λιγυστίας *. Τάχα δ' ἡ αὐτή ἐστι τῇ πρώτῃ, ὡς Εὔδοξος· βαρύνεται δέ.

13.

Idem : Ἀρτέμιτα, νῆσος Τυρρηνικὴ παρὰ τὴν Αἰθάλειαν νῆσον, ὡς Φίλων.

Ἐγέστα, πόλις Σικελίας, ἔνθα θερμὰ ὕδατα, ὡς Φίλων, ἀπὸ Ἐγέστου τοῦ Τρωός.

---

piternus, sine ortu, sine partibus, maxime dissimilis, omnis boni moderator, integerrimus, bonorum optimus, prudentium prudentissimus, legum æquitatis et justitiæ parens, se tantum præceptore doctus, naturalis, perfectus sapiens, et sacræ vis physicæ unus inventor. » Eadem insuper Ostanes de illo tradit in eo, quod Octateuchum inscripsit volumine.

Reliqui autem omnes principem illum secuti, de rerum natura, quemadmodum ante dictum est, philosophati sunt : ac primis elementis serpentium forma, in templis quæ construxerant, solenni ritu dedicatis quum sacrificia, tum festos quoque dies et orgia celebrarunt, quod illos deorum maximos esse rerumque omnium principes ac moderatores putarent. » Verum hæc de serpentibus satis.

HISTORIA MIRABILIUM.

10.

Palæphatus, Abydenus historicus, scripsit Cypriaca, Deliaca, Attica, Arabica. Vixit sub Alexandro Macedone, et Aristotelis philosophi deliciæ fuit, ut auctores sunt Philo libro primo De historia Mirabilium, et Theodorus Iliensis libro secundo Troicorum.

DE URBIBUS ET QUOS QUÆQUE EARUM VIROS ILLUSTRES TULERIT.

11.

Megalopolis, urbs Iberiæ, ut Philo ait.

12.

Agathe, urbs Ligurum sive Celtarum. Scymnus Phocæensium in Europa coloniam dicit. Timosthenes in Stadiasmo Agathen Tychen (*Bonam Fortunam*) appellat. Quodsi vero ita dicitur, etiam accentum in ultima syllaba vox Ἀγαθὴ, utpote adjectivum, habuerit, quemadmodum Heræum tichos et Heræum, Hermæus lophos et Hermæus dicitur. Est vero etiam alia urbs Agathe Ligurum, Philone teste, quæ a lacu Liguriæ distat **. Fortasse autem eadem quæ prior est, ut Eudoxus. Accentum in penultima habet.

31.

Artemita, insula Tyrrhenica prope Æthaliam insulam, Philone teste.

Segesta, Siciliæ urbs, ubi aquæ calidæ, Philone testante, ab Segeste Trois filio nomen habet.

14.

Steph. Byz. : Ἀνδανία, πόλις Μεσσήνης... Τὸ ἐθνικὸν Ἀνδανιεὺς, ὡς Φίλων ἐν τῇ Περὶ πόλεων.

Φαραὶ, πόλις Μεσσήνης... Ἔστι δ' ἄλλη Κρήτης, ἄποικος τῆς ἐν Μεσσήνῃ, ὡς Φίλων.

Ἀζανία... μοῖρα τῆς Ἀρκαδίας... Ἔστι καὶ Μασσαλίας (?) ἄλλη, ὡς Φίλων.

Ἄνθεια, πόλις Πελοποννήσου, πλησίον Ἄργους, ὡς Φίλων.

Λάμπη... ἔστι καὶ τρίτη τῆς Ἀργολίδος, ὡς Φίλων.

Βοῦρα, πόλις Ἀχαΐας... Ἐκ ταύτης ἦν Πυθέας, ζωγράφος, οὗ ἐστιν ἔργον ὁ ἐν Περγάμῳ ἐλέφας, ἀπὸ τοιχογραφίας ὤν, ὡς Φίλων.

Ἀθῆναι, πόλεις κατὰ μὲν Ὧρον πέντε, κατὰ δὲ Φίλωνα ἕξ.

Κῦνος, ἐπίνειον Ὀποῦντος, ὡς Φίλων καὶ Παυσανίας (X, 1, 2).

15.

Idem : Ἄργουρα, πόλις Θεσσαλίας, ἡ πρότερον Ἄργισσα... Τὸ ἐθνικὸν δὲ ἔδει Ἀργουραῖος, ὡς καὶ Φίλων. Ἀπολλόδωρος δὲ (fr. 152) κτλ.

Μελίταια, πόλις Θετταλίας... Θεόπομπος δὲ Μελίτειαν αὐτήν φησιν.. Ἔφορος λ' « Οἱ δὲ τύραννοι τῶν Φερῶν καὶ Μελιταιεῖς, φίλοι πρότερον ὑπάρχοντες. »

Μελίτεια. Φίλων οὕτω γράφει, τὰ αὐτὰ πράγματα τῇ εἰρημένῃ προσάπτων.

Βουθόη, πόλις Ἰλλυρίας, ὡς Φίλων, διὰ τὸ Κάδμον ἐπὶ ζεύγους βοῶν ὀχούμενον ταχέως ἀνύσαι τὴν ἐς Ἰλλυριοὺς ὁδόν.

Δυρράχιον, πόλις Ἰλλυρική, Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ἀπὸ Ἐπιδάμνου. Τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ Ποσειδῶνος Δυρράχιος· ἀφ' ἧς ἐστιν ἐν Ἐπιδάμνῳ τόπος Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθεν. « Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν [κόλπον] Λίσσος ἐστὶ πόλις καὶ Ἀκρόλισσος καὶ Ἐπίδαμνος Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυρράχιον ὁμωνύμως τῇ χερρονήσῳ πρότερον λεγομένη, ἐφ' ἧς ἵδρυται, » ὡς Φίλων (Στράβων ?). Eadem Constant. Porphyrogenit. De them. II, 9.

15. a.

Eustath. ad Dionys. 752 : Ὅτι Φροῦροι Σκυθικὸν ἔθνος βαρυτόνως, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ φρουροί, ὅπερ ὀξυνόμενον δηλοῖ τοὺς φύλακας. Τινὲς δὲ Φρῦνοι γράφουσιν ὁμωνύμως τῷ ζώῳ· φρῦνοι γὰρ, καθὰ καὶ ὁ Φίλων γράφει, οἱ βάτραχοι.

16.

Stephan. Byz. : Βόσπορος, πόλις Πόντου κατὰ τὸν Κιμμέριον κόλπον, ὡς Φίλων.

Ἀμισός... [τὸ ἐθνικὸν] Ἀμισηνός· λέγεται καὶ Ἀμίσιος, ὡς Φίλων ἐν τῷ Περὶ πόλεων.

Τίος, πόλις Παφλαγονίας τοῦ Πόντου, ἀπὸ Τίου ἱερέως, τὸ γένος Μιλησίου, ὡς Φίλων.

Μυοῦς, πόλις Ἰωνίας, ὡς Φίλων.

Ἄντισσα, πόλις Λέσβου... ἀφ' ἧς Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος, διασημότατος κιθαρῳδὸς, ἀπὸ Ἀντίσσης τῆς Μάκαρος θυγατρός· ἐν τοῖς Φίλωνος. Ἔστι καὶ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων (?), καὶ τρίτη Ἰνδικῆς, ἣν ἀναγράφει Φίλων καὶ Δημοδάμας ὁ Μιλήσιος. V. Berkel. ad h. l.

Ἁλικαρνασσὸς, πόλις Καρίας... Ἐκαλεῖτο δὲ Ἰσθμὸς καὶ Ζεφύριον, ὡς Φίλων, καὶ Ζεφυρία.

Τελμισσὸς, πόλις Καρίας, ὡς δὲ Φίλων καὶ Στράβων (p. 665), Λυκίας· ἔστι γὰρ ἀμφοτέρων ὅριον μετὰ Δαίδαλα.

14.

Andania, urbs Messeniæ. Gentile Andaniensis, ut Philo in libris De urbibus.

Pharæ, urbs Messeniæ. Alia in Creta est, Messeniacæ colonia, ut Philo ait.

Azania, pars Arcadiæ. Est etiam Azania Massiliæ, teste Philone.

Anthea, urbs Peloponnesi, prope Argos, ut Philo.

Lampe, urbs Argolidis, ut Philo.

Bura, urbs Achaiæ. Hinc oriundus Pytheas pictor, cujus opus est Pergami elephas in muro pictus, ut Philo ait.

Athenæ urbes secundum Orum quinque, secundum Philonem sex numerantur.

Cynus, Opuntis navale, ut Philo et Pausanias aiunt.

15.

Argura, urbs Thessaliæ, quæ prius Argissa. Gentile debet esse Arguræus, ut etiam est apud Philonem.

Melitæa, urbs Thessaliæ. Theopompus *Meliteam* scribit. Ephorus libro trigesimo : « Tyranni Pherarum et Melitæenses, qui amici prius fuerant. » — *Meliteam* Philo quoque scribit easdem res ei attribuens.

Buthoe, urbs Illyriæ, ut Philo ait, nomen inde habet, quod boum jugo vehens Cadmus celeriter iter in Illyriam absolvit.

Dyrrachium, urbs Illyrica, prius Epidamnus dicta ab Epidamno, cui filia fuit Melissa, ex qua Neptunus genuit Dyrrhachium. Ab eadem locus quidam Epidamni Melissonius vocatur, ubi Neptunus cum eo rem habuerat. « Post Rizonicum sinum urbs Lissus est et Acrolissus et Epidamnus Corcyræorum colonia, quæ nunc Dyrrhachium vocatur, sicut chersonesus in quo sita est urbs » (*verba Strabonis, lib.* VII), sicut Philo monet.

16.

Bosporus, urbs Ponti ad sinum Cimmerium, ut Philo docet.

Tius, urbs Paphlagoniæ ad Pontum, nomen habet a Tio sacerdote, genere Milesio, ut Philo auctor est.

Antissa, urbs Lesbi, e qua Terpander Antissæus citharœdus celeberrimus. Nominata urbs ab Antissa Macarei filia, uti est in Philonis libris. Est etiam Antissa inter Cyclades insulas et... tertia Indica, quam notavit Philo et Demodamas Milesius.

Halicarnassus, urbs Cariæ. Vocabatur olim Isthmus et Zephyrium, Philone teste, et Zephyria.

Ὄλβια, πόλις... Παμφυλίας, ὡς Φίλων.

Αἴγειρα... Φίλων δέ φησι Κιλικίας πόλιν εἶναι Αἴγειραν.

17.

Steph. B.: Λαοδίκεια, πόλις τῆς Συρίας, ἡ πρότερον Λευκὴ ἀκτὴ λεγομένη καὶ πρὸ τούτου Ῥάμιθα. Κεραυνωθεὶς γάρ τις ἐν αὐτῇ ποιμὴν ἔλεγε Ῥαμάνθας, τουτέστιν ἀφ' ὕψους ὁ θεός· ῥάμαν γὰρ τὸ ὕψος, ἄθας δὲ ὁ θεός. Οὕτω Φίλων.

Γέρασα, πόλις τῆς Κοίλης Συρίας, τῆς τεσσαρεσκαιδεκαπόλεως (τῆς χώρας δεκαπόλεως conj. Berkel., laudato Plinio V, c. 18). Ἐξ αὐτῆς Ἀρίστων ῥήτωρ ἀστεῖος, ὡς Φίλων, καὶ Κήρυκος σοφιστὴς καὶ Πλάτων νομικὸς ῥήτωρ, πᾶσαν παίδευσιν ὡς μίαν ἀποστοματίζων καὶ ἐν συνηγορίαις καὶ παρεδρευταῖς καὶ θρόνοις τὴν ὀρθότητα τῶν νόμων ἐπιτηδεύων.

Ἐλαία... Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης Ἐλαία μεταξὺ Τύρου καὶ Σιδῶνος, ὡς Φίλων.

Ἰόπη, πόλις Φοινίκης, πλησίον Ἰαμνίας, ὡς Φίλων, ὡς δὲ Διονύσιος, Παλαιστίνης.

Μαρσύα, πόλις Φοινίκης, ὡς Ἀλέξανδρος καὶ Φίλων.

Βαβυλών, Περσικὴ πόλις, μητρόπολις, Σελευκία καλουμένη, κτίσμα Βαβυλῶνος, ἀνδρὸς σοφοῦ, παιδὸς Βήλου (v. l. Μήδου, quod etiam ap. Eustath.) σοφωτάτου, οὐχ ὡς Ἡρόδοτος, ὑπὸ Σεμιράμιδος· ταύτης γὰρ ἀρχαιοτέρα ἔτεσι χιλίοις δύο, ὡς Ἐρέννιος. Pro χιλίοις δύο (,αβ') ap. Eustathium ad Dionys. v. 1005, qui Stephan. exscripsit, est: χιλίοις ὀκτακοσίοις (,αω'). Pro Ἐρέννιος cod. Rhed. Ἐρρένιος; complures codices Ἐράννιος, Eustath. in Dion. nomen auctoris tacet; verum in Hexam. p. 233 legi Οὐρέννιος ex Allatio refert Reinesius.

18.

Idem: Ἄσπις, πόλις Λιβύης, ὡς Φίλων.

ΣΕΡΗΝΟΥ ΕΠΙΤΟΜΗ.

18 a.

Etym. M. p. 207, 40: Βουκεραῖς, κρήνη ἐν Πλαταιαῖς, ἥτις ὠνόμασται. Πόλυβος ἐξ Ἄργους ἐπέκτισε Πλαταιὰς μετὰ τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν, βοὸς αὐτῷ ἡγουμένης κατὰ χρησμὸν, ὥς ποτε Κάδμῳ· ἣν ἐκεῖσε κατακλιθεῖσαν τῷ κέρατι πατάξαι τὴν γῆν, καὶ κρήνην ἀναφανῆναι, ἣν ἀπὸ τοῦ κέρατος τοῦ βοὸς Βουκεραΐδα καλεῖσθαι. Οὕτω Θέων ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι τοῦ α' Αἰτίου (Αἰτίων?) Καλλιμάχου. Οὕτω καὶ Σερῖνος (l. Σερῆνος) ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν Φίλωνος περιπόλων (l. Περὶ πόλεων). Πολύιδος (ὃς Πολυΐδου?) λέγει τὸ χρησμόν.

18 b.

Idem p. 149, 50: Ἀρσινόη, πόλις ἐν Συρίᾳ ἐπὶ βουνῷ κειμένη· ἐπὶ δὲ τοῦ βουνοῦ πηγὰς ἐξερεύγεται (l. ἐξερεύγεσθαι) πλείονας, καὶ ποταμοὺς γίνεσθαι μεγάλους, ἀφ' ὧν ἡ πόλις ὠνόμασται· ἄρσαι γὰρ τὸ ποτίσαι· ἀφ' οὗ καὶ ἄρσην ὁ τὴν γυναῖκα ποτίζων τῇ σπορᾷ. Οὕτω Σερῖνος (l. Σερῆνος) ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν Φίλωνος. Quæ de voce ἄρσην interponuntur, non e Sereno, sed ex Herodiano ἐν τῷ Περὶ γάμου καὶ συμβιώσεως fluxerint, uti conjicias ex Etym. M. v. ἄρσην. Arsinoen hanc notare videtur Stephan. Byz.:

Telmissus, urbs Cariæ, vel, ut Philo et Strabo dicunt, Lyciæ. Utriusque enim est limes post Dædala.

Olbia, urbs Pamphyliæ, teste Philone.

Ægira, Ciliciæ urbs, teste Philone.

17.

Laodicea, urbs Syriæ, quæ prius Leuce Acte vocabatur, et primum Ramitha. Quidam enim pastor fulmine ictus dixit *Ramanthas*, hoc est *ab alto deus; Ramam* enim altitudinem, *athas* vero deum significat. Sic Philo.

Gerasa, urbs Cœlesyriæ, una ex quattuordecim (*decem?*) hujus regionis urbibus. Ex hac oriundi sunt Aristo rhetor urbanus, uti Philon ait, et Cerycus sophista, et Plato causidicus, omnem disciplinam ut unam memoriter exponens, et in causarum patrociniis et inter assessores et in cathedris legibus recte applicandis studens.

Elæa etiam Phœniciæ urbs est inter Tyrum et Sidonem sita, ut Philo ait.

Jope, urbs Phœniciæ, prope Jamniam, ut Philo auctor est. Secundum Dionysium vero urbs Palæstinæ est.

Marsya, urbs Phœniciæ, ut Alexander et Philo.

Babylon, Persica urbs, metropolis, quæ Seleucia vocatur. Condita est a Babylone, viro sapiente, Beli sapientissimi filio, non vero a Semiramide. Nam Babylon urbs mille et duobus (*octingentis?*) annis antiquior est Semiramide uti ait Herennius.

18.

Aspis, urbs Libyæ, ut Philo auctor est.

SERENI EPITOME.

18 a.

Bucerais: fons apud Platæenses sic dicitur. Polybus ex Argis denuo incolis Platæas frequentavit post Deucalionis diluvium, bovem ex oraculi jussu ducem sequens, sicuti alio tempore Cadmus. Hanc isto loco decumbentem aiunt cornu feriisse terram, eoque fontem excitasse, quem a bovis cornu Buceraidem appellaverint. Sic Theon in Commentariis ad Ætiorum Callimachi librum primum. Sic etiam Serenus in Epitome operis Philonis De urbibus. Oraculum illud Polyidus dedit.

18 b.

Arsinoe, urbs Syriæ in clivo sita, in quo fontes erumpere aiunt complures, eosque magnos evadere fluvios, a quibus urbs nomen habeat; nam ἄρσαι est *irrigare*. Inde etiam ἄρσην (*mas*) dicitur, quippe qui feminam irrigat semine. Sic Serenus in Epitome Philonis.

Ἀρσινόη... τρίτη, πόλις Συρίας ἐν Αὐλῶνι· ἡ περίμετρος αὐτῆς στάδια ὀκταχισχίλια (!). Damasceno agro urbem proximam fuisse Berkelius conjicit e Strabone XVI, 755 : Ὑπὲρ δὲ τοῦ Μαρσύου ἐστὶν ὁ καλούμενος Αὐλὼν βασιλικὸς καὶ ἡ Δαμασκηνὴ χώρα διαφερόντως ἐπαινουμένη. Ceterum ignota urbs. Cf. Droysen. *Hellen.* II, p. 700.

ΠΕΡΙ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΚΤΗΣΕΩΣ.

E LIBRO NONO,

quo τὰ Ἰατρικὰ continebantur.

19.

Schol. Oribasii in Maji Class. auct. tom. IV, p. 11 : Οἱ περὶ Διονύσιον τὸν κυρτόν] Ὁ Φίλων ἐν τῷ θ' Περὶ βιβλιοθήκης κτήσεως (κτίσεως lib.) καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ ε' Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν ἰατρῶν καὶ ὁ Σωρανὸς ἐν ταῖς τῶν Ἰατρῶν διαδοχαῖς ὅτι καὶ ὀξυτόνως λέγεται, κυρτός ὡς φοξός, διὰ σωματικὴν ἀσθένειαν, βαρυτόνως δὲ, ὡς ἵππος, πύργος, ἐπεὶ ἐκ μεσογείου πόλεως τῆς Αἰγύπτου λεγομένης Κύρτου ὑπῆρχεν, ἢ, ὡς φασί τινες, διὰ τὸ ἁλίσκεσθαι τοὺς ἀντιλέγοντας ὑπ' αὐτοῦ ὥσπερ τοὺς ἰχθῦς ὑπὸ τῶν ἁλιευτικῶν κύρτων.

Cf. Stephan. Byz. : Κύρτος, πόλις Αἰγύπτου ἐν τῇ μεσογείῳ. Ἐκ ταύτης Διονύσιος ἦν διάσημος ἰατρὸς ἀπὸ τῆς πατρίδος, οὐκ ἀπὸ τοῦ σώματος Κυρτὸς ὀνομαζόμενος, οὗ μέμνηται Ἑρέννιος Φίλων ἐν τῷ Περὶ ἰατρικῶν. Ὁ τόνος τοῦ μὲν ἐθνικοῦ ὀξὺς ὁμόφωνος τῷ πάθει, τοῦ δὲ κυρίου τῆς πόλεως βαρὺς, ὡς τὸ Πόντος καὶ κόντος. Cf. Hermippus fr. 73 a, p. 52.

20.

St. B. v. Δυρράχιον : Ἑρέννιος Φίλων ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς Δυρραχηνὸν ἀναγράφει Φιλωνίδην οὕτως· « Ἀσκληπιάδης ἀκουστὰς ἔσχε Τίτον Αὐφίδιον Σικελὸν καὶ Φιλωνίδην Δυρραχηνὸν καὶ Νίκωνα Ἀκραγαντῖνον. » Καὶ πάλιν· « Φιλωνίδης δὲ ὁ Δυρραχηνὸς ἤκουσε μὲν Ἀσκληπιάδου, ἰατρεύσας δὲ ἐν τῇ πατρίδι ἐνδόξως συνετάξατο βιβλία μ'. »

ASPASIUS BYBLIUS.

Suidas : Ἀσπάσιος Βύβλιος, σοφιστὴς, συγχρονῶν Ἀριστείδῃ καὶ Ἀδριανῷ. Ἔγραψε Περὶ Βύβλου, Περὶ στάσεων ἐσχηματισμένων, Μελέτας, Τέχνας, Ὑπομνήματα, Λαλιὰς, Ἐγκώμιον εἰς Ἀδριανὸν τὸν βασιλέα καὶ εἰς ἄλλους τινάς. Cf. Eudoc. p. 67. — « Byblii sophistæ videntur judicia de Atticis oratoribus esse quæ apud Photium (cod. 265) p. 492, schol. Hermog. tom. V, p. 517, et schol. Æschin. C. Tim. p. 105, 9 exstant. » *Bernhardy*. Adde Hermog. De f. orat. in Bekk. Anecd. p. 1463 not. (Ὁ γράφων μὲν, μὴ περὶ τὴν κρίσιν δὲ πραγματευόμενος ἐνὶ πτερῷ, φαίη τις ἄν, καὶ ὀφθαλμῷ ἐναβρύνεται, καὶ τοῖς τῶν ἑαυτοῦ πονημάτων πταίσμασιν ἧττον ἐφιστάνει, ὥσπερ ὁ Πολέμων καὶ ὁ Ἀσπάσιος καὶ ὁ τῆς Γάζης Προκόπιος, ἀκαίρως μὲν καὶ καταχορῶς χρώμενος ταῖς τροπαῖς καὶ ἐπιθέτοις ἐν τοῖς λόγοις, ὑπεραττικίζων δὲ καὶ ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς.) Ulpian. ad Demosth. Lept. p. 11. Cf. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* § 94, 14. — Præter Byblium Suidas alios duos Aspasios affert, *Aspasium Ravennatem*, qui sub Alexandro Mammeæ vixit, et *Aspasium Tyrium*, incertæ ætatis. De hoc ita Suidas :

Ἀσπάσιος Τύριος, σοφιστὴς, ἱστορικός. Ἔγραψε Περὶ Ἠπείρου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἱστορίαν σύμμικτον ἐν βιβλίοις κ', Περὶ τέχνης ῥητορικῆς καὶ ἄλλα. In his, nisi fallor, pro περὶ Ἠπείρου scribendum est Περὶ Τύρου. Fortasse auctor ejus non diversus est ab Aspasio Byblio. Denique nescio an interpungendum sit post verba ἐν αὐτῇ, ita ut duo laudentur opera, De Tyro libri et Historia miscellanea.

DE COMPARANDA BIBLIOTHECA.

(DE MEDICIS.)

19.

Philo libro nono De comparanda bibliotheca et Hermippus libro quinto De claris medicis et Soranus in Medicorum successionibus dicunt Dionysium vocari tum κυρτόν (*gibbosum*), oxytone ut φοξός, propter corporis imbecillitatem, tum Κύρτον, paroxytone, ut ἵππος, πύργος, quod ex Cyrto Ægypti interioris urbe oriundus fuit, vel, ut nonnulli tradunt, quod adversarios suos disputando ceperit, sicut pisces κύρτοις, *nassis*, capiuntur.

20.

Herennius Philo medicos recensens memorat Philonidem Dyrrhachenum verbis hisce : « Asclepiades auditores habuit Titum Aufidium Siculum et Philonidem Dyrrhachenum et Niconem Agrigentinum. » Et iterum : « Philonides Dyrrhachenus audivit Asclepiadem, et medicinam in patria urbe magna cum laude exercens libros composuit quadraginta quinque. »

FAVORINUS ARELATENSIS.

Suidas : Φαβωρῖνος, Ἀρελάτου τῆς ἐν Γαλλίᾳ πόλεως, ἀνὴρ πολυμαθὴς κατὰ πᾶσαν παιδείαν, γεγονὼς δὲ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν ἀνδρόγυνος, ὅν φασιν ἑρμαφρόδιτον· φιλοσοφίας μεστὸς, ῥητορικῇ δὲ μᾶλλον ἐπιθέμενος· γεγονὼς ἐπὶ Τραϊανοῦ τοῦ Καίσαρος, καὶ παρατείνας μέχρι τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων τοῦ βασιλέως. Ἀντεφιλοτιμεῖτο γοῦν καὶ ζῆλον εἶχε πρὸς Πλούταρχον τὸν Χαιρωνέα ἐς τὸ τῶν συνταττομένων βιβλίων ἄπειρον. Γέγραπται γοῦν αὐτῷ φιλόσοφά τε καὶ ἱστορικὰ, ὧν πολὺς ἀριθμός. Ἔστι δὲ καὶ τῶν βιβλίων αὐτοῦ ταῦτα· Περὶ τῆς Ὁμήρου φιλοσοφίας. Περὶ Σωκράτους καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἐρωτικῆς τέχνης. Περὶ Πλάτωνος. Περὶ τῆς διαίτης τῶν φιλοσόφων· καὶ ἄλλα. Οὗτος ἔγραψε καὶ Γνωμολογικά.

Plura de Favorini persona, vita, declamationibus, scriptisque rhetoricis et philosophicis afferunt Philostratus in Vit. Soph. I, c. 8, p. 206 sq. ed. Kayser. (cll. p. 75, 8. 206, 21. 232, 25. 249, 30. 350, 6. 380, 22); Lucian. Eunuch. c. 7, Demonact. c. 12 et 13; Dion. Cass. LXIX, 3; Suidas v. Ἀδριανός; Spartian. Vit. Hadrian. c. 16; Gellius N. A. II, 22. XI, 5. XIV, 1 et 2. XVI, 3. XVII, 10. 12. XX, 1; Plutarch. Moral. p. 334 et 896 ed. Didot; Galen. tom. I, p. 6. IV, p. 317. 368. Phrynichus v. πλόκιον, p. 260 Lobeck.; Bekker. Anecd. Gr. p. 37, 31; Stobæus in Florileg. 4, 91. 14, 11 et 12. 22, 39. 29, 69. 49, 14 et 18. 57, 10. 62, 43. 64, 27. 65, 8. 66, 3 et 6. 94, 29. 95, 14. 105, 62. 108, 76. 115, 17 et 22 - 24. 116, 44. 119, 16; S. Maximus tom. II, p. 566. 610. 627. 571. 590. 635; Anton. Melissa lib. I, c. 52. 70. lib. II, c. 17. Cf. Gregorius Comentt. II De Phavorino. Lauban. 1755, 4, et Forsham. Dissertat. De Phavorino. Abo, 1789, 4. Fabricius, Bibl. Gr. tom. III, p. 173 sqq. ed. Harl.; Emperius De oratione Corinthiaca falso Dioni Chrysostomo adscripta. Brunsvig. 1832, p. 12 sqq.; Bæhr. in *Pauly's Realencycl.* v. *Favorinus*.

Inter scripta Favorini duo memorantur, quæ ad historiam pertinent : Παντοδαπὴ ἱστορία sive Παντοδαπαὶ ἱστορίαι sive Παντοδαπὴ ὕλη ἱστορική, et Ἀπομνημονεύματα. Historia Omnigena ordine digesta erat alphabatico, ut colligitur e Photii cod. 161, ubi Sopater Eclogarum librum tertium hausisse dicitur e Favorini Παντοδαπῆς ὕλης ἱστορ., ἐκ τοῦ ν καὶ ξ καὶ καθεξῆς, πλὴν τοῦ ταῦ, μέχρι τοῦ ω. Quæ e libro octavo afferuntur, de Platone et de Pythagora sunt; adeo ut in hoc libro ad literam π devenisse auctor videatur. Quodsi de eodem Platone etiam secundus liber citatur (fr. 21), probabiliter pro ἐν β' scribendum est ἐν η'. Fragmenta tantum non omnia apud Diogenem Laertium et Stephanum Byzantium leguntur. Epitome hujus, opinor, operis, laudatur semel (fr. 51). Alterum opus, quod Ἀπομνημονεύματα inscribitur, ex uno Diogene Laertio novimus. Quare non audeo discernere, num argumentum operis in sola historia philosophica versatum sit, an de aliis quoque rebus sermo fuerit. — Laudatur denique Favorinus Περὶ τῆς Κυρηναϊκῆς πόλεως (fr. 52); sed quæritur utrum peculiare opus, an locus Ἱστορίας παντοδαπῆς significetur, an denique cum Bernhardyo reponendum sit Π. τῆς Κυρ. πολιτείας, *De secta philosophorum Cyrenaicorum*.

ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Diogenes L. I, 79 : Γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Πιττακὸς νομοθέτης, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν Ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ καὶ Δημήτριος ἐν Ὁμωνύμοις, ὃς καὶ μικρὸς προσηγορεύθη.

2.

Idem IX, 20, de Xenophane Colophonio : Δοκεῖ δὲ * πεπρᾶσθαι ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν Παρμενίσκου καὶ Ὀρεστάδου, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν Ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ.

3.

Idem VIII, 73, de Empedocle : Ἔτι τε πολλὰς τῶν πολιτίδων ἀπροίκους ὑπαρχούσας αὐτὸν προικίσαι διὰ τὸν παρόντα πλοῦτον· διὸ δὴ πορφύραν τ' ἀναλαβεῖν

COMMENTARII.

1.

Fuit et alter Pittacus legislator, cujus et Favorinus in primo Commentariorum et Demetrius in Cognominibus meminit, qui et minor appellatus est.

2.

Creditur Xenophanes Colophonius a Pythagoreis Parmenisco et Orestade, ut Favorinus in primo Commentariorum ait, veniisse (?).

3.

Multis itidem civium, quæ sine dote erant, dotem de-

αὐτὸν καὶ στρόφιον ἐπιθέσθαι χρυσοῦν, ὡς Φαβωρῖνος ἐν Ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ· ἔτι τ' ἐμβάδας χαλκᾶς καὶ στέμμα Δελφικόν. Cf. Neanthis fr. 22, p. 6.

Diog. L. VIII, 53 : Ἐγὼ δ' εὗρον ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι Φαβωρίνου ὅτι καὶ βοῦν ἔθυσε τοῖς θεωροῖς ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκ μέλιτος καὶ ἀλφίτων, καὶ ἀδελφὸν ἔσχε Καλλικρατίδην.

Idem VIII, 63 : Αὐτοὺς δὲ τούτους τοὺς Καθαρμοὺς (sc. Ἐμπεδοκλέους) ἐν Ὀλυμπίᾳ διαρραψῳδῆσαι λέγεται Κλεομένην τὸν ῥαψῳδόν, ὡς καὶ Φαβωρῖνος ἐν Ἀπομνημονεύμασι.

4.

Idem II, 23 : Καὶ Πυθώδε ἐλθεῖν (sc. Σωκράτην) Ἀριστοτέλης φησίν· ἀλλὰ καὶ εἰς Ἰσθμὸν, ὡς Φαβωρῖνος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων.

5.

Idem II, 39 : Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων μὴ εἶναι ἀληθῆ τὸν λόγον τὸν Πολυκράτους κατὰ Σωκράτους· ἐν αὐτῷ γάρ, φησὶ, μνημονεύει τῶν ὑπὸ Κόνωνος τειχῶν ἀνασταθέντων, ἃ γέγονεν ἔτεσιν ἓξ τῆς τοῦ Σωκράτους τελευτῆς ὕστερον. Καὶ ἔστιν οὕτως ἔχον. Ἡ δ' ἀντωμοσία τῆς δίκης τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον· ἀνάκειται γὰρ ἔτι καὶ νῦν, φησὶ Φαβωρῖνος, ἐν τῷ Μητρῴῳ· « Τάδε ἐγράψατο καὶ ἀντωμόσατο Μέλητος Μελήτου Πιτθεὺς Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλωπεκῆθεν· ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων. Τίμημα θάνατος. » Cf. fr. 38.

6.

Idem III, 10 : Τὸν μέντοι Πόλλιν (qui Platonem vendiderat) λόγος ὑπό τε Χαβρίου ἡττηθῆναι καὶ μετὰ ταῦτα ἐν Ἑλίκῃ καταποντωθῆναι, τοῦ δαιμονίου μηνίσαντος αὐτῷ διὰ τὸν φιλόσοφον, ὡς καὶ Φαβωρῖνός φησιν ἐν πρώτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων. Cf. fr. 24.

7.

Idem III, 25 : Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων Φαβωρίνου φέρεται ὅτι Μιθριδάτης ὁ Πέρσης ἀνδριάντα Πλάτωνος ἀνέθετο εἰς τὴν Ἀκαδημίαν καὶ ἐπέγραψε, « Μιθριδάτης ὁ Ῥοδοβάτου Πέρσης Μούσαις εἰκόνα ἀνέθετο Πλάτωνος, ἣν Σιλανίων ἐποίησε. »

8.

Idem V, 75, de Demetrio Phalereo : Πολλὰ δὲ καὶ κάλλιστα τῇ πατρίδι ἐπολιτεύσατο. Καὶ γὰρ προσόδοις καὶ κατασκευαῖς ηὔξησε τὴν πόλιν, καίπερ οὐκ εὐγενὴς ὤν. Ἦν γὰρ ἐκ τῆς Κόνωνος οἰκίας, ὡς Φαβωρῖνος ἐν πρώτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων φησὶν, ἀλλ' ἀστῇ καὶ εὐγενεῖ συνῴκει Λαμίᾳ τῇ ἐρωμένῃ, καθάπερ ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ φησίν· ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Κλέωνος πεπονθέναι ἐν τῷ δευτέρῳ ἱστορεῖ.

E LIBRO SECUNDO.

9.

Idem V, 21, de Aristotele : Φησὶ δὲ Φαβωρῖνος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων ὡς ἑκάστοτε λέγοι, « ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος· » ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν Ἠθικῶν ἔστι.

---

disse Empedoclem de copia divitiarum, ideoque et purpuram eum induisse, et strophium aureum circumdedisse Favorinus in primo Commentariorum auctor est; crepidas item æreas et Delphicam sumpsisse coronam.

In Favorini Commentariis reperi Empedoclem et bovem mactasse legatis ad festum missis confectum ex melle et farina, fratremque habuisse Callicratidem.

Eas ipsas Expiationes (Empedoclis carmen) cecinisse fertur Cleomenes rhapsodus, quemadmodum et Favorinus in Commentariis ait.

4.

Aristoteles Socratem et Delphos venisse narrat : Isthmum quoque Favorinus in primo Commentariorum adiisse refert.

5.

Favorinus in primo Commentariorum genuinam non esse Polycratis in Socratem orationem tradit, quod in ea facta sit mentio murorum a Conone instauratorum : id vero factum esse dicit sexto anno post mortem Socratis. Atque ita se res habet. Formula accusationis erat his verbis concepta : servatur enim hactenus, ut tradit Favorinus, in Metroo : « Hanc accusationem detulit et jurejurando confirmavit Meletus Meleti filius Pittheensis adversus Socratem Sophronisci filium Alopecensem : jura violat Socrates, quos ex majorum instituto suscepit civitas, deos esse negans, alia vero nova dæmonia inducens : contra jus et fas juvenes corrumpit. Pœna illi mors. »

6.

Pollidem a Chabria superatum et postea in Helice fuisse submersum fama est, ex ira numinis propter læsum Platonem, ut Favorinus quoque in primo Commentariorum meminit.

7.

In primo Commentariorum Favorini fertur Mithridates Persa Platonis statuam in Academia locasse ita inscriptam : *Mithridates Rhodobati filius Persa Musis imaginem Platonis dicavit Silanionis opus.*

8.

Demetrius Phalereus diu atque præclare rempublicam administravit : namque et reditibus et ædificiis civitatem auxit, quamvis ignobilis. Erat enim, ut Favorinus in primo Commentariorum ait, ex Cononis familia, sed amicam habuit civem Atticam nobilem Lamiam, ut idem auctor est in libro primo : sed et a Cleone eum perpessum esse in secundo tradit.

9.

Refert Favorinus in secundo Commentariorum Aristotelem crebro dicere solitum, « Cui amici, amicus nemo. » Id etiam legitur in libro septimo ejus de Moribus.

10.

Φησὶ δὲ καὶ Φαβωρῖνος ἐν δευτέρῳ Ἀπομνημονευμάτων ὡς Ἀριστοτέλης αὐτοῦ (sc. Σπευσίππου) τὰ βιβλία τριῶν ταλάντων ὠνήσατο.

11.

Diog. L. VI, 88, de Cratete Thebano : Χάριεν δ' αὐτοῦ Φαβωρῖνος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων φέρει. Φησὶ γὰρ, Παρακαλῶν περί του τὸν γυμνασίαρχον, τῶν ἰσχίων αὐτοῦ ἥπτετο· ἀγανακτοῦντος δὲ, ἔφη· « Τί γὰρ οὐχὶ καὶ ταῦτα σά ἐστι καθάπερ καὶ τὰ γόνατα; » Ἔλεγέ τ' ἀδύνατον εἶναι ἀδιάπτωτον εὑρεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ῥοιᾷ ἀεὶ καὶ σαπρόν τινα κόκκον εἶναι.

E LIBRO TERTIO.

12.

Idem III, 40, de Platone : Καὶ ἐτελεύτα μὲν ὃν εἴπομεν τρόπον, Φιλίππου βασιλεύοντος ἔτος τρισκαιδέκατον, καθὰ καὶ Φαβωρῖνός φησιν Ἀπομνημονευμάτων τρίτῳ· ὑφ' οὗ καὶ ἐπιτιμηθῆναί φησιν αὐτὸν Θεόπομπος.

Alium locum libri tertii vide fr. 17.

E LIBRO QUINTO.

13.

Idem III, 62 : Νοθεύονται δὲ τῶν διαλόγων ὁμολογουμένως Μίδων ἢ Ἱπποτρόφος, Ἐρυξίας ἢ Ἐρασίστρατος, Ἀλκυών, Ἀκέφαλοι ἢ Σίσυφος, Ἀξίοχος, Φαίακες, Δημοδόκος, Χελιδών, Ἑβδόμη, Ἐπιμενίδης· ὧν ἡ Ἀλκυὼν Λεόντός τινος εἶναι δοκεῖ, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων.

14.

Idem IX, 23, de Parmenide : Καὶ δοκεῖ πρῶτος πεφωρακέναι τὸν αὐτὸν εἶναι Ἕσπερον καὶ Φωσφόρον, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν πέμπτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων· οἱ δὲ Πυθαγόραν. Καλλίμαχος δέ φησι μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποίημα. Λέγεται δὲ καὶ νόμους θεῖναι τοῖς πολίταις, ὥς φησι Σπεύσιππος ἐν τῷ Περὶ φιλοσόφων. Καὶ πρῶτος ἐρωτῆσαι τὸν Ἀχιλλέα λόγον, ὡς Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ.

E LIBRIS INCERTIS.

15.

Idem III, 48 : Διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην· Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ Περὶ ποιητῶν Ἀλεξαμενὸν Στυρέα ἢ Τήιον, ὡς καὶ Φαβωρῖνος ἐν Ἀπομνημονεύμασι.

16.

Idem VIII, 90, de Eudoxo Cnidio : Ὅτε δὲ συνεγένετο ἐν Αἰγύπτῳ Χονούφιδι τῷ Ἡλιουπολίτῃ, ὁ Ἆπις αὐτοῦ θοιμάτιον περιελιχμήσατο. Ἔνδοξον οὖν αὐτὸν ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον ἔφασαν οἱ ἱερεῖς ἔσεσθαι, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν Ἀπομνημονεύμασιν.

ΠΑΝΤΟΔΑΠΗ ΙΣΤΟΡΙΑ.

E LIBRO OCTAVO.

17.

Idem VIII, 12, de Pythagora, : Λέγεται δὲ καὶ πρῶτος κρέασιν ἀσκῆσαι ἀθλητὰς, καὶ πρῶτόν γ' Εὐ-

---

10.

Speusippi libros Aristotelem tribus talentis emisse Favorinus in secundo Commentariorum auctor est.

11.

Cratetis Thebani facetum quiddam Favorinus in secundo Commentariorum refert. Ait enim, Quum pro quodam intercederet apud gymnasii principem, ejus coxas tetigit : illo indignante, Quid enim, ait ille, nonne et ista tua sunt sicut et genua? Dicebatque fieri non posse ut inveniretur qui lapsus non sit, sed veluti in malo Punico granum semper aliquod esse putridum.

12.

Moritur Plato quo diximus modo, tertio decimo Philippi regis anno, ut Favorinus in tertio Commentariorum refert, a quo et objurgatum fuisse illum Theopompus auctor est.

13.

Ex dialogis qui Platoni inscribuntur, hi sine ulla controversia adulterini sunt : Midon sive Hippotrophus, Eryxias sive Erasistratus, Alcyon, Acephali sive Sisyphus, Axiochus, Phæaces, Demodocus, Chelidon, Septima, Epimenides. Ex his Alcyon Leontis cujusdam esse fertur, ut Favorinus in quinto Commentariorum dicit.

14.

Primus Parmenides animadvertisse fertur eundem esse Vesperum atque Luciferum, ut Favorinus in quinto Commentariorum ait; alii Pythagoram dicunt. Callimachus autem negat ejus poema esse. Fertur civibus quoque suis tulisse leges, ut Speusippus in libro De philosophis ait. Primus item argumentatione usus esse dicitur ea quæ appellatur Achilles, ut Favorinus ait in Omnimoda historia.

15.

Dialogos primum Zenonem Eleaten scripsisse ferunt : Aristoteles vero in primo De poetis Alexamenum Styreum sive Teium, sicut et Favorinus in Commentariis tradit.

16.

Eudoxus Cnidius quum adhuc in Ægypto cum Chonuphide Heliopolitano esset, Apis illius pallium circumlambit. Celebrem ergo illum fore sed non longævum ex eo ostento sacerdotes dixere, ut Favorinus in Commentariis refert.

OMNIGENA HISTORIA.

17.

Fertur Pythagoras primus athletas nutrisse carnibus, et in his primum quidem Eurymenem, ut in tertio Commen-

ρυμένην, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν τρίτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων, τῶν πρότερον ἰσχάσι ξηραῖς καὶ τυροῖς ὑγροῖς, ἀλλὰ καὶ πυροῖς σωμασκούντων αὐτούς, καθάπερ ὁ αὐτὸς Φαβωρῖνος ἐν ὀγδόῃ Παντοδαπῆς ἱστορίας φησίν.

18.

Diog. L. VIII, 47 : Ἐρατοσθένης δέ φησι, καθὸ καὶ Φαβωρῖνος ἐν τῇ ὀγδόῃ Παντοδαπῆς ἱστορίας παρατίθεται, τοῦτον (Πυθαγόραν) εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος, κομήτην καὶ ἁλουργίδα φοροῦντα· ἐκκριθέντα τ' ἐκ τῶν παίδων καὶ χλευασθέντ' αὐτίκα προσβῆναι τοὺς ἄνδρας καὶ νικῆσαι. Δηλοῦν δὲ τοῦτο καὶ τοὐπίγραμμα ὅπερ ἐποίησε Θεαίτητος·

Πυθαγόρην τινά, Πυθαγόρην, ὦ ξεῖνε, κομήτην,
ἀξόμενον πύκτην εἰ κατέχεις Σάμιον,
Πυθαγόρης ἐγώ εἰμι· τὰ δ' ἔργα μου εἰ τιν' ἔροιο
Ἠλείων, φήσεις αὐτὸν ἄπιστα λέγειν.

Τοῦτον ὁ Φαβωρῖνός φησιν ὅροις χρήσασθαι διὰ τῆς μαθηματικῆς ὕλης, ἐπὶ πλέον δὲ Σωκράτην καὶ τοὺς ἐκείνῳ πλησιάσαντας, καὶ μετὰ ταῦτ' Ἀριστοτέλην καὶ τοὺς στωικούς. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν οὐρανὸν πρῶτον ὀνομάσαι κόσμον καὶ τὴν γῆν στρογγύλην· ὡς δὲ Θεόφραστος, Παρμενίδην· ὡς δὲ Ζήνων, Ἡσίοδον. Τούτῳ φασὶν ἀντιπαρατάσσεσθαι Κύλωνα καθάπερ Ἀντίλοχον Σωκράτει.

19.

Idem VIII, 15 : Τῶν ἑξακοσίων οὐκ ἐλάττους ἐπὶ τὴν νυκτερινὴν ἀκρόασιν ἀπήντων αὐτοῦ (Πυθαγόρου)· καὶ εἴ τινες ἀξιωθεῖεν αὐτὸν θεάσασθαι, ἔγραφον πρὸς τοὺς οἰκείους ὡς μεγάλου τινὸς τετυχηκότες. Μεταποντῖνοί γε μὴν τὴν μὲν οἰκίαν αὐτοῦ Δήμητρος ἱερὸν ἐκάλουν, τὸν στενωπὸν δὲ μουσεῖον, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπαῖς ἱστορίαις.

20.

Idem III, 24, de Platone : Οὗτος πρῶτος ἐν ἐρωτήσει λόγον παρήνεγκεν, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν ὀγδόῃ Παντοδαπῆς ἱστορίας· καὶ πρῶτος τὸν κατὰ τὴν ἀνάλυσιν τῆς ζητήσεως τρόπον εἰσηγήσατο Λεωδάμαντι τῷ Θασίῳ.

21.

Idem III, 57 : Εἰσὶ τοίνυν, φησὶν, οἱ πάντες αὐτῷ γνήσιοι διάλογοι ἓξ καὶ πεντήκοντα, τῆς μὲν Πολιτείας εἰς δέκα διαιρουμένης — ἣν καὶ εὑρίσκεσθαι σχεδὸν ὅλην παρὰ Πρωταγόρᾳ ἐν τοῖς ἀντιλογικοῖς φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῆς ἱστορίας β' (l. η') — τῶν δὲ Νόμων εἰς δυοκαίδεκα.

22.

Idem III, 37, de Platone : Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης τὴν τῶν λόγων ἰδέαν αὐτοῦ (Πλάτωνος) μεταξὺ ποιήματος εἶναι καὶ πεζοῦ λόγου. Τοῦτον μόνον παραμεῖναι Πλάτωνι Φαβωρῖνός πού φησιν ἀναγινώσκοντι τὸν περὶ ψυχῆς, τοὺς δ' ἄλλους ἀναστῆναι πάντας.

23.

Idem III, 3 : Καὶ ἐγεννήθη (Πλάτων) κατά τινας ἐν Αἰγίνῃ ἐν τῇ Φειδιάδου οἰκίᾳ τοῦ Θάλητος, ὥς φησι

---

tiariorum ait Favorinus, antea caricis siccis et molli caseo et tritico solitos corpora nutrire, ut ait idem Favorinus in octavo Omnimodæ historiæ.

18.

Pythagoram Eratosthenes, quem et Favorinus in octavo Omnimodæ historiæ libro testem citat, primum fuisse tradit, qui quadragesima octava Olympiade secundum artem pugilatu certaverit, comatum atque purpuratum; prohibitumque puerorum certamine atque irrisum, continuo viros petiisse ac vicisse. Declarare autem hoc etiam epigramma, quod fecit Theætetus :

Hospes, Pythagoram si, Pythagoramque comatum,
nosti percelebrem tu pugilem Samium,
Pythagoras ego sum : mea sed si facta rogaris
Eleum, dices hæc superare fidem.

Hunc Favorinus ait definitionibus per mathematicam usum materiam, frequentius id fecisse Socratem et qui ab eo fluxere, postmodum autem Aristotelem ac Stoicos. Primumque cœlum appellasse mundum, terramque rotundam : id autem Theophrastus Parmenidi, Zeno Hesiodo assignant. Huic aiunt adversatum esse Cylonem, quemadmodum Antilochum Socrati.

19.

Haud minus sexcentis erant qui noctu ad Pythagoram audiendum confluebant : ac si qui præsentia illius frui meruissent, scribebant suis tanquam magnum quiddam ac præclarum consecuti. Metapontini nempe illius domum Cereris delubrum vocabant, angiportumque Museum, ut Favorinus in Omnimodis historiis tradit.

20.

Primus Plato, ut Favorinus ait in octavo Omnigenæ historiæ, argumentationem per interrogationes introduxit, primusque inquisitionis modum analyticum Leodamanti Thasio præinduxit.

21.

Sunt, ut aiunt, omnes Platonis dialogi, de quibus nihil ambigitur, quinquaginta sex, Republica in decem divisa libros (quam et apud Protagoram totam ferme inveniri in Contradictionibus tradit Favorinus in secundo (*octavo*) Omnigenæ historiæ), Legibus in duodecim divisis.

22.

Orationis Platonicæ genus inter carmen et pedestrem orationem medium tenere ait Aristoteles. Hunc solum Platoni assedisse Favorinus quodam loco ait, quum librum de Anima recitaret, reliquos vero omnes surrexisse.

23.

Plato natus est secundum quosdam in Ægina in Phidiadæ domo, ejus qui Thaletis filius fuit, ut Favorinus ait

Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ καὶ ἄλλων πεμφθέντος κληρούχου, καὶ ἐπανελθόντος εἰς Ἀθήνας, ὁπόθ' ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐξεβλήθησαν βοηθούντων Αἰγινήταις.

24.

Diog. L. III, 19 : Παρέδωκε δ' αὐτὸν (sc. Διονύσιος ὁ τύραννος Πλάτωνα) Πόλλιδι τῷ Λακεδαιμονίῳ κατὰ καιρὸν διὰ πρεσβείαν ἀφιγμένῳ, ὥστε ἀποδόσθαι. Κἀκεῖνος ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγιναν ἐπίπρασκεν. Ὅτε καὶ Χάρμανδρος Χαρμανδρίδου ἐγράψατο αὐτῷ δίκην θανάτου κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς τεθέντα νόμον, τὸν πρῶτον ἐπιβάντα Ἀθηναίων τῇ νήσῳ ἄκριτον ἀποθνήσκειν. Ἦν δ' αὐτὸς ὁ θεὶς τὸν νόμον, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. Εἰπόντος δέ τινος, ἀλλὰ κατὰ παιδιάν, φιλόσοφον εἶναι τὸν ἐπιβάντα, ἀπέλυσαν. Cf. fr. 6.

E LIBRIS INCERTIS.

25.

Idem VIII, 83 : Ἀλκμαίων Κροτωνιάτης. Καὶ οὗτος Πυθαγόρου διήκουσε καὶ τὰ πλεῖστά γ' ἰατρικὰ λέγει, ὅμως δὲ καὶ φυσιολογεῖ ἐνίοτε, « Δύο τὰ πολλά ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων. » Δοκεῖ δὲ πρῶτος φυσικὸν λόγον συγγεγραφέναι, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, καὶ τὴν σελήνην καθόλου ταύτην ἔχειν ἀΐδιον φύσιν.

26.

Idem II, 11, de Anaxagora : Δοκεῖ δὲ πρῶτος, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀποφήνασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης· ἐπὶ πλέον δὲ προστῆναι τοῦ λόγου Μητρόδωρον τὸν Λαμψακηνόν, γνώριμον ὄντα αὐτοῦ, ὃν καὶ πρῶτον σπουδάσαι τοῦ ποιητοῦ περὶ τὴν φυσικὴν πραγματείαν.

27.

Idem II, 1, de Anaximandro : Εὗρε δὲ καὶ γνώμονα πρῶτος καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων ἐν Λακεδαίμονι, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, καὶ ὡροσκόπια κατεσκεύασε.

28.

Idem V, 5, de Aristotele : Ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης ἐλθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τρία πρὸς τοῖς δέκα τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη ὑπεξῆλθεν εἰς Χαλκίδα, Εὐρυμέδοντος αὐτὸν τοῦ ἱεροφάντου δίκην ἀσεβείας γραψαμένου, ἢ Δημοφίλου, ὡς φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, ἐπειδήπερ τὸν ὕμνον ἐποίησεν εἰς τὸν προειρημένον Ἑρμείαν, ἀλλὰ καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἀνδριάντος τοιοῦτον·

Τόνδε ποτ' οὐχ ὁσίως παραβὰς μακάρων θέμιν ἁγνὴν
ἔκτεινεν Περσῶν τοξοφόρων βασιλεύς,
οὐ φανερῶς λόγχῃ φονίοις ἐν ἀγῶσι κρατήσας
ἀλλ' ἀνδρὸς πίστει χρησάμενος δολίου.

29.

Idem V, 9, de eodem : Τοῦτον πρῶτον Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ λόγον δικανικὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ συγγράψαι φησὶν ἐπ' αὐτῇ ταύτῃ τῇ δίκῃ καὶ λέγειν ὡς Ἀθήνησιν

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

---

in Omnigena historia, patre ipsius eo cum aliis misso colono, Athenasque reverso quum a Lacedæmoniis, qui Æginetis opem tulerunt, expulsi sunt.

24.

Dionysium (Neanthes narrat) Pollidi Lacedæmonio, qui per id temporis legatus ad ipsum venerat, Platonem tradidisse venundandum. Eum ille in Æginam abductum vendidit. Quo tempore Charmander Charmandridis filius eum capitis reum fecit. Secundum promulgatam enim apud eos legem capitale erat, si quis Atheniensium eam insulam adiisset : atque ipse eam legem tulerat, ut Favorinus memorat in Omnigena historia. Ceterum quum a quodam fuisset per jocum dictum, philosophum eum esse qui ascendisset, absolutum dimiserunt.

25.

Alcmæon Crotoniata. Hic quoque Pythagoræ auditor fuit et utplurimum quidem in medicina versatur, interdum tamen etiam de natura disputat, ubi dicit, *Duo pleraque sunt rerum humanarum.* Fertur autem primus de naturæ ratione scripsisse, ut Favorinus in Omnimoda tradit historia, lunamque hanc sempiternam habere naturam dixit.

26.

Videtur Anaxagoras, ut Favorinus in Omnigena historia testatur, primus Homeri carminum argumentum esse dixisse virtutem et justitiam : eamque rationem pluribus exposuisse Metrodorum Lampsacenum, ejus familiarem, qui etiam primus operam dederit illustrandis iis quæ in Homerica poesi pertinent ad rerum naturalium cognitionem.

27.

Primus Anaximander gnomonem invenit, ipsumque Lacedæmone in loco captandæ umbræ idoneo statuit, ut ait Favorinus in Omnigena historia : eo conversiones solis et æquinoctia notantur. Horoscopia quoque fabricatus est.

28.

Aristoteles Athenas profectus quum illic tredecim annos scholæ præfuisset, clam Chalcidem concessit, quod ab Eurymedonte hierophanta impietatis accusatus esset, sive, ut Favorinus ait in Omnigena historia, a Demophilo, quia hymnum in eum quem prædiximus Hermiam scripserit, et ejusmodi præterea epigramma statuæ Delphis positæ incidi curaverit :

Rex hunc Persarum dominusque sagittiferorum
occidit, violans jusque nefasque, virum.
Nam neque collato certamine vicit aperte,
insidiosi hominis sed famulante fide.

29.

Aristotelem primum orationem judicialem pro se ipso scripsisse, quum hujus criminis argueretur, Favorinus in Omnigena historia auctor est, ac dixisse, Athenis

Et pyra nata pyris, ficusque in ficubus exstant.

30

Diog. L. IV, 54, de Bione Borysthenita : Καὶ ὕστερόν ποτε ἐμπεσὼν εἰς νόσον, ὡς ἔφασκον οἱ ἐν Χαλκίδι — αὐτόθι γὰρ καὶ κατέστρεψε — περίαπτα λαβεῖν ἐπείσθη καὶ μεταγινώσκειν ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησεν εἰς τὸ θεῖον. Ἀπορίᾳ δὲ καὶ τῶν νοσοκομούντων δεινῶς διετίθετο, ἕως Ἀντίγονος αὐτῷ δύο θεράποντας ἀπέστειλε. Καὶ ἠκολούθει γε αὐτῷ ἐν φορείῳ, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ.

31.

Idem IV, 63, de Carneade : Οὗτός ποτε Μέντορος τοῦ Βιθυνοῦ μαθητοῦ ὄντος καὶ παρ' αὐτὸν ἐλθόντος εἰς τὴν διατριβήν, ὡς ἐπείρα αὐτοῦ τὴν παλλακὴν ὁ Μέντωρ, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, μεταξὺ λέγων παρῴδησεν εἰς αὐτόν·

Ὠλαῖταί τις δεῦρο γέρων ἅλιος νημερτής,
Μέντορι εἰδόμενος ἠμὲν δέμας ἠδὲ καὶ αὐδήν·
τοῦτον σχολῆς τῆσδ' ἐκκεκηρῦχθαι λέγω·

καὶ ὃς ἀναστὰς ἔφη·

Οἱ μὲν ἐκήρυσσον, τοὶ δ' ἠείροντο μάλ' ὦκα.

32.

Idem V, 77, de Demetrio Phalereo : Ἐπιβουλευθεὶς γὰρ ὑπό τινων δίκην θανάτου οὐ παρὼν ὤφλεν. Οὐ μὴν ἐκυρίευσαν τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν ἰὸν ἀπήρυγον εἰς τὸν χαλκὸν, κατασπάσαντες αὐτοῦ τὰς εἰκόνας καὶ τὰς μὲν ἀποδόμενοι, τὰς δὲ βυθίσαντες, τὰς δὲ κατακόψαντες εἰς ἀμίδας· λέγεται γὰρ καὶ τοῦτο. Μία δὲ μόνη σώζεται ἐν ἀκροπόλει. Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ τοῦτο ποιῆσαι τοὺς Ἀθηναίους Δημητρίου κελεύσαντος τοῦ βασιλέως. Ἀλλὰ καὶ τῷ ἔτει τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐπέγραψαν ἀνομίας, ὡς Φαβωρῖνος.

33.

Idem IX, 34, de Democrito : Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ λέγειν Δημόκριτον περὶ Ἀναξαγόρου ὡς οὐκ εἴησαν αὐτοῦ αἱ δόξαι αἵ τε περὶ ἡλίου καὶ σελήνης, ἀλλ' ἀρχαῖαι, τὸν δ' ὑφῃρῆσθαι· διασύρειν τ' αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς διακοσμήσεως καὶ τοῦ νοῦ, ἐχθρῶς ἔχοντα πρὸς αὐτὸν ὅτι δὴ μὴ προσήκατο αὐτόν.

34.

Idem VI, 25, de Diogene Cynico : Καί ποτε Πλάτωνα ἐν δείπνῳ πολυτελεῖ κατανοήσας ἐλάας ἁψάμενον, « Τί, φησίν, ὁ σοφὸς εἰς Σικελίαν πλεύσας τῶν τραπεζῶν τούτων χάριν, νῦν παρακειμένων οὐκ ἀπολαύεις; « Καὶ ὅς, » Ἀλλὰ νὴ τοὺς θεούς, φησί, Διόγενες, κἀκεῖ τὰ πολλὰ πρὸς ἐλάας καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγινόμην. » Ὁ δέ, « Τί οὖν ἔδει πλεῖν εἰς Συρακούσας; ἢ τότε ἡ Ἀττικὴ οὐκ ἔφερεν ἐλάας; » Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ Ἀρίστιππον εἰπεῖν τοῦτο.

35.

Idem VI, 73, de eodem : Μηδέν τε ἄτοπον εἶναι ἐξ ἱεροῦ τι λαβεῖν ἢ τῶν ζώων τινὸς γεύσασθαι· μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων χρεῶν ἅψασθαι, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐθῶν· καὶ τῷ ὀρθῷ λόγῳ

30.

Postremo Bion incidens in malam valetudinem, ut dixerunt qui erant in Chalcide — illic enim et obiit — ligaturas suscipere inductus est et pœnitentiam agere super his quæ peccarat in Deum. Eorum vero inopia qui infirmum curarent et foverent dire cruciatus est, donec Antigonus duos illi famulos misit. Secutusque est eum in lectica, ut Favorinus tradit in Omnigena historia.

31.

Carneades aliquando, quum Mentor Bithynus discipulus atque auditor pellicem ipsius tentasset, ut Favorinus refert in Omnigena historia, inter dicendum in illum Mentorem sic jocatus est :

Tetricus hic quidam versatur homuncio et idem
vanus inersque senex, par Mentori membra loquelamque :
Exterminato, præco, nostra hunc ex schola.

At ille continuo exsurgens intulit :

Præcones clamant : conciti protinus illi.

32.

Demetrius Phalereus a nonnullis circumventus insidiis, absens capitis damnatus est. Neque tamen ipsum comprehendere potuerunt, sed virus suum in æra evomuerunt et statuas, quas dejectas partim vendiderunt, alias summerserunt, aliasque conflaverunt in matulas : nam hoc quoque fertur. Una autem sola servata est in arce. Fecisse autem hoc Athenienses Demetrio jubente rege, Favorinus auctor est in Omnigena historia. Sed etiam annum, quo Archon fuit, ἀνομίας (*illegitimi imperii*) nomine appellarunt, auctore Favorino.

33.

Refert Favorinus in Omnimoda historia Democritum de Anaxagora dixisse, non illius esse, quæ ejus dicuntur de sole ac luna opiniones, verum illo antiquiores, ipsumque sibi ea furatum esse : carpere item quæ ille de mundi compositione et mente dixisset, infesto adversus illum animo, quod scilicet ipsum non recepisset.

34.

Diogenes, quum vidisset aliquando Platonem in lauto convivio olivis vescentem, Quid, inquit, sapiens vir in Siciliam hujusmodi mensarum gratia profectus, appositis modo non frueris? Et ille, At hercle, inquit, Diogenes, et illic oleis et reliquis ejusmodi utplurimum vescebar. Et ille, Quid igitur, inquit, Syracusas navigare oportebat? an tunc Attica oleas non ferebat? Favorinus in Omnigena historia Aristippum hoc dixisse tradit.

35.

Diogenes nihil esse iniquum dixit ex templo quippiam auferre aut quodvis gustare animal : neque nefas esse humanis vesci carnibus, idque ex peregrinarum gentium consuetudine liquere : atque recta ratione omnia in omnibus

πάντ' ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων εἶναι λέγων. Καὶ γὰρ ἐν τῷ ἄρτῳ κρέως εἶναι καὶ ἐν τῷ λαχάνῳ ἄρτου, καὶ τῶν σωμάτων τῶν λοιπῶν ἐν πᾶσι διά τινων ἀδήλων πόρων καὶ ὄγκων εἰσκρινομένων καὶ συνατμιζομένων, ὡς δῆλον ἐν τῷ Θυέστῃ ποιεῖ, εἴ γ' αὐτοῦ αἱ τραγῳδίαι καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου ἐκείνου γνωρίμου ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ, ὃν φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ συγγράψαι.

De *Parmenide* locum vide in fr. 14 et 38.

36.

Diog. L. IX, 50, de Protagora: Διήκουσε δ' ὁ Πρωταγόρας Δημοκρίτου. Ἐκαλεῖτό τε Σοφία, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ.

37.

Idem II, 20, de Socrate: Καὶ Ἀριστοφάνης αὐτὸν κωμῳδεῖ ὡς τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιοῦντα. Καὶ γὰρ πρῶτος, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, μετὰ τοῦ μαθητοῦ Αἰσχίνου ῥητορεύειν ἐδίδαξε.

38.

Idem II, 38: Ἀπηνέγκατο μὲν οὖν τὴν γραφὴν (contra Socratem) ὁ Μέλητος· εἶπε δὲ τὴν δίκην Πολύευκτος, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. Συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυκράτης, ὥς φησι Ἕρμιππος. Hoc negat Favorinus in Ἀπομνημονευμάτων libro I (v. fragm. 5).

39.

Idem IX, 29, de Zenone Eleata: Οὗτος καὶ τὸν Ἀχιλλέα πρῶτος λόγον ἠρώτησε· Φαβωρῖνος δέ φησι Παρμενίδην καὶ ἄλλους συχνούς.

Præterea Diogenes Favorinum laudat, IX, 87, de modis Pyrrhonianis. Hoc fragmentum referri debet ad decem libros Περὶ τρόπων Πυρρωνείων, de quibus vide Gellium N. A. XI, 5.

40.

Stephan. Byz. v. Αἰθίοψ· Τὴν γὰρ Αἰθιοπίαν γῆν πρώτην φασὶ παγῆναι· πρῶτοι καὶ θεοὺς ἐτίμησαν καὶ νόμοις ἐχρήσαντο. Ὀνομάζουσι δὲ αἰτίους τούτων Μίθραν καὶ Φλεγύαν (Φλεγύας libri), ἄνδρας Αἰθίοπας τὸ γένος, ὡς Φαβωρῖνος.

41.

St. B.: Ἀκτή. Οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἀκταίου τινός. Ἀνὴρ δὲ ἦν αὐτόχθων, ὡς Φαβωρῖνος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐκεῖ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ οὕτω τὴν χώραν ὠνόμασε καὶ τοὺς λαούς.

42.

St. B.: Ἀραχωτοί, πόλις Ἰνδικῆς, ἀπὸ ποταμοῦ Ἀραχωτοῦ, ῥέοντος ἀπὸ τοῦ Καυκάσου, ὡς Φαβωρῖνος καὶ Στράβων ἑνδεκάτῃ (p. 513).

43.

St. B.: Αὐταριάται, ἔθνος Θεσπρωτικόν· Χάραξ ἐν ἑβδόμῃ Χρονικῶν καὶ Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπαῖς καὶ Ἐρατοσθένης.

44.

St. B.: Βισαλτία, πόλις καὶ χώρα Μακεδονίας, ἀπὸ Βισάλτου τοῦ Ἡλίου καὶ Γῆς. Περὶ ταύτην οἱ λα-

---

et per omnia esse dicens. Namque et in pane carnes esse et in olere panem, quum et reliqua corpora in omnibus per occultos quosdam meatus ac tumores ingerantur atque una evaporent, sicut in Thyeste declarat, si quidem ipsius sunt tragœdiæ et non Philisci Æginetæ ipsius familiaris sive Pasiphontis Luciani filii, quem scribit Favorinus in Omnigena historia post obitum ejus scripsisse.

36.

Audivit Protagoras Democritum, vocabaturque Sapientia, ut Favorinus in Omnimoda historia refert.

37.

Exagitatur Socrates ab Aristophane, ut qui deteriorem causam superiorem faceret. Primus quippe, ut Favorinus in Omnigena scribit historia, cum Æschine discipulo artem dicendi docuit.

38.

Accusationem contra Socratem ad judices detulit Melitus; orationem accusatoriam in judicio dixit Polyeuctus, ut Favorinus ait in Omnigena historia; scripserat vero eam Polycrates, ut Hermippus tradit.

39.

Zeno Eleates etiam primus syllogismo usus est qui Achilles appellatur, quamvis Favorinus Parmenidem et alios plures proferat.

40.

Æthiopiam terram omnium primam formatam esse dicunt. Ac primi Æthiopes deos coluerunt legibusque usi sunt, quarum auctores Mithram et Phlegyam, Æthiopes genere, appellant, testante Favorino.

41.

Acte. Sic Attica vocabatur ab Actæo quodam, viro indigena, qui ibi regnavit atque regionem ejusque incolas de suo nomine appellavit, teste Favorino.

42.

Arachoti, in India, nomen habent ab Arachoto fluvio, qui de Caucaso defluit, ut Favorinus tradit et Strabo libro undecimo.

43.

Autariatæ, gens Thesprotica. Charax Chronicorum libro septimo, Favorinus in Historia Omnigena et Eratosthenes.

44.

Bisaltia, urbs et regio Macedoniæ, nomen habet a Bisalte, Solis et Terræ filio. In hac regione qui capiuntur le-

γοὶ σχεδὸν πάντες ἁλίσκονται δύο ἥπατα ἔχοντες, ὡς Θεόπομπος ἔχει καὶ Φαβωρῖνος.

45.

St. B. : Κρεμμύων, κώμη Κορίνθου. Εὔδοξος ἕκτῳ Γῆς περιόδου. Ὁ πολίτης Κρεμμυώνιος. Ἐν ᾗ μυθεύουσι τὰ περὶ τὴν Κρεμμυωνίαν ὗν, ἣν μητέρα τοῦ Καλυδωνίου κάπρου φασὶ καὶ ἕνα τῶν Θησέως ἄθλων. Φαβωρῖνος δὲ ὅτι τοῦ Ἐρυμανθίου καὶ τοῦ Καλυδωνίου μήτηρ ἦν. Τὸ δὲ κύριον ὄνομα αὐτῆς ἐκαλεῖτο Φαῖα.

46.

St. B.: Σφακτηρία.... Ἔστι καὶ νῆσος Σφακτηρία, ἧς μνημονεύει Παυσανίας ἐν τρίτῳ Περιηγήσεως Ἑλλάδος (III, 5, 5). Ἐκαλεῖτο καὶ Σφαγία, ὡς Φαβωρῖνος.

47.

St. B. : Χελιδόνιοι, ἔθνος Ἰλλυρικόν... εἰσὶ καὶ Χελιδόνιαι πέτραι, ὧν πολλάκις ἐμνήσθημεν. Δύο δέ εἰσι κεκλημέναι, ἡ μὲν Κορύδελα, ἡ δὲ Μελανίππεια, ὡς Φαβωρῖνος ἐν ταῖς Παντοδαπαῖς.

48.

St. B. : Ὠκεανός, ὁ ποταμὸς ὁ περιέχων τὴν γῆν Φαβωρῖνος ἐν ταῖς Παντοδαπαῖς ἱστορίαις· « Προσαγορεύουσι δὲ τὴν ἔξω θάλατταν ἐκεῖ μὲν οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων Ὠκεανόν, οἱ δὲ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντες Μεγάλην θάλατταν, οἱ δ' Ἕλληνες Ἀτλαντικὸν πέλαγος. » Ἐκλήθη δ' οὕτω παρὰ τὸ ὠκέως νάειν, ὅ ἐστι ῥεῖν.

49.

Julius Valerius De reb. Alex. I, c. 13, in Pseudocallisthen. ed. Didot. : *De ea* (sc. *de institutione Alexandri M.*) *si quid inquirere curiosius voles, sat tibi, lector, habeto græcum Favorini librum, qui Omni genere historiæ superscribitur. Illic etiam generis Alexandri inveneris seriem, cui generis principium præstitisse ferunt Oceanum et Thetidem, exinque fluxisse per Acrisium Danaumque atque Persea multosque alios in Perdiccæ genera vel Philipporum. Nam ne Olympiadi quidem secus propago generosa est : cui diligentia pari a mundi principio per Saturnum atque Neptunum, tum etiam Telamona seriem generis attexuit, ad tertiumque Neoptolemum docet prosapiam defluxisse, cujus* [*uxor*] *Anasafia* (sic) *mater Olympiadis cluit.* Cf. idem I, 42; Pausanias I, 11.

50.

Etym. M. p. 711, 48 : Σητάνειοι... Φαβωρῖνος δὲ Περὶ παντοδαπῆς ὕλης οὕτως· « Τητάνειος σῖτος· » ὀηλοῖ δὲ ἡ λέξις τὸν καθαρόν· καὶ σητανείους πυροὺς, ἐπετείους· Ὧρος.

ΕΠΙΤΟΜΗ.

E LIBRO QUARTO.

51.

St. B. : Ῥοπεῖς, ἔθνος, οὗ μέμνηται Φαβωρῖνος ἐν Ἐπιτομῇ τετάρτῃ, τῆς Παμφυλίας.

52.

(ΠΕΡΙ ΚΥΡΗΝΑΪΚΗΣ ΠΟΛΕΩΣ.)

St. B. v. Ἀλεξάνδρεια. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλεξανδρεύς.... Δίδυμος δὲ παρατίθεται χρῆσιν ἐξ Ἐρατοσθένους τὸ Ἀλεξανδρίτης. Φαβωρῖνος δὲ ἐν τῷ Περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως Ἀλεξανδρειώτην φησί.

---

pores fere omnes duo habent jecora, ut Theopompus narrat et Favorinus.

45.

Cremmyon, vicus Corinthi. Eudoxus sexto Periodi. Civis Cremmyonius. Hic illa de sue Cremmyonia contigisse perhibent, quam matrem apri Calydonii statuunt, et unum ex Thesei certaminibus. Tradit vero Favorinus, eam Erymanthii et Calydonii apri matrem fuisse, quæ nomine proprio Phæa sit appellata.

46.

Sphacteria etiam insula est, cujus meminit Pausanias tertio Periegeseos Græciæ. Vocabatur etiam Sphagia, ut Favorinus tradit.

47.

Chelidonii, gens Illyrica. Sunt etiam Chelidoniæ petræ, quarum sæpius meminimus. Duæ sunt; altera Corydela, altera Melanippia vocatur, ut Favorinus in Omnigenis.

48.

Oceanus fluvius terram ambiens. Favorinus in Omnigena historia : « Appellant autem externum mare multi quidem ex barbaris Oceanum; qui vero Asiam incolunt, Magnum mare; Græci denique, Atlanticum pelagus. » Sic autem vocatum fuit quod celeriter fluat.

50.

Favorinus in Omnigena silva: « Hornum frumentum. »

EPITOME.

51.

Rhopenses, Pamphyliæ gens, cujus meminit Favorinus libro quarto Epitomes.

(DE CYRENAICA URBE.)

52.

Alexandria. Gentile Alexandreus. Didymus vero ex Eratosthene citat formam *Alexandrites*. Favorinus autem De Cyrenaica urbe *Alexandriotes* dicit.

Bernnardyus ad Suidam v. Φαβωρῖνος legendum censet Περὶ Κυρηναϊκῆς πολιτείας, *De Cyrenaica secta*, librumque hunc partem vel appendicem fuisse operis in quo de Socrate ejusque discipulis auctor egerit.

HADRIANUS CÆSAR.

Ælius Spartianus in Hadrian. c. 16 : *Famæ celebris Adrianus tam cupidus fuit, ut libros vitæ suæ, scriptos a se, libertis suis literatis dederit, jubens ut eos suis nominibus publicarent : nam Phlegontis libri Adriani esse dicuntur.* Inter Phlegontis scripta libros *De vita Hadriani* non memorat Suidas v. Φλέγων, ipsumque Hadrianum laudat Dio Cassius. Reliqua Hadriani scripta prosaica et poetica nihil curamus.

ΒΙΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ.

Ælius Spartianus in Hadriano c. 7 : *Nigrini insidias, quas ille sacrificanti Adriano, conscio sibi Lusio et multis aliis, paraverat, quum eum etiam successorem sibimet Adrianus destinasset, evasit. Quare Palma Terracinæ, Celsus Baiis, Nigrinus Faventiæ, Lusius in itinere, senatu jubente, invito Adriano (ut ipse in Vita sua dicit) occisi sunt.*

Dio Cassius LXIX, 11 : Ὁ γὰρ Ἀντίνοος ἦν μὲν ἐκ Βιθυνίου, πόλεως Βιθυνίδος, ἣν καὶ Κλαυδιούπολιν καλοῦμεν· παιδικά τε αὐτοῦ ἐγεγόνει, καὶ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐτελεύτησεν· εἴτ' οὖν εἰς τὸν Νεῖλον ἐκπεσών, ὡς Ἀδριανὸς γράφει, εἴτε καὶ ἱερουργηθείς, ὡς ἀληθείᾳ ἔχει.

ARRIANUS NICOMEDENSIS.

Historica opera præter Expeditionem Alexandri et Indica Arrianus scripsit hæc :

1. Τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον βιβλ. ι'.
2. Τὰ περὶ Τιμολέοντα τὸν Κορίνθιον.
3. Τὰ περὶ Δίωνα τὸν Συρακούσιον.
4. Βιθυνιακὰ ἐν βιβλ. η'.
5. Παρθικὰ ἐν βιβλ. ιζ'.
6. Ἀλανικὴ ἱστορία.
7. Βίον Τιλλιβόρου τοῦ λῃστοῦ.

Historiam successorum Alexandri novimus e Photii excerptis, quæ in Didotiana Arriani editione leguntur pag. 241 sqq. (*). Libros De rebus Timoleontis et Dionis, Photius in præfatione Bithynicorum ab Arriano commemoratos invenit, non ipse, quantum scio, vidit, neque alius disertam eorum mentionem injicit. Haud magis constat de Vita Tillibori latronis, cujus meminit Lucianus in Alexandro c. 4, p. 327 ed. Didot. Is enim ut excuset se, quod hominis exsecrabilis facinora memoriæ mandare susceperit, ita dicit : Ἀλλ' ἦν τις ἡμῖν ταύτην ἐπιφέρῃ τὴν αἰτίαν, ἐξομεν καὶ αὐτοὶ ἐς παράδειγμά τι τοιοῦτον ἀνενεγκεῖν· καὶ Ἀρριανὸς γὰρ ὁ τοῦ Ἐπικτήτου μαθητὴς, ἀνὴρ Ῥωμαίων ἐν τοῖς πρώτοις καὶ παιδείᾳ παρ' ὅλον τὸν βίον συγγενόμενος, ὅμοιόν τι παθὼν ἀπολογήσαιτ' ἂν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν. Τιλλιβόρου γοῦν τοῦ λῃστοῦ κἀκεῖνος βίον ἀναγράψαι ἠξίωσεν· ἡμεῖς δὲ πολὺ ὠμοτέρου λῃστοῦ μνήμην ποιησόμεθα, ὅσῳ μὴ ἐν ὕλαις καὶ ἐν ὄρεσιν, ἀλλ' ἐν πόλεσιν οὗτος ἐλῃστευεν, οὐ Μυσίαν μόνην οὐδὲ τὴν Ἰδην κατατρέχων, οὐδὲ ὀλίγα τῆς Ἀσίας μέρη τὰ ἐρημότερα λεηλατῶν, ἀλλὰ πᾶσαν ὡς εἰπεῖν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐμπλήσας τῆς λῃστείας τῆς αὑτοῦ. — In *Alanica historia* (v. Phot. in fr. 1) bellum enarravit Arrianus, quod ipse Cappadociæ præfectus (an. 136 p. C.; v. Dio Cass. LXIX, 15) gesserat feliciter. Fragmentum ejus libri in codice Mediolanensi Arti Tacticæ annexum est, quod in Parisina Arr. editione dedimus p. 250. Superest ut quæ e libris De Bithynia et ex historia bellorum Parthicorum sparsa per varios scriptores afferuntur, in unum congeramus.

(*) Photii excerptis adde hæc : Bekk. An. p. 179, 26 : Ψευσθῆναι, γενικῇ. Ἀρριανὸς πρώτῳ· « Εἰ δὲ ψευσθείημεν τῆς ἐπὶ τῷ παιδὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου προσδοκωμένης ἐλπίδος. » ἀντὶ τοῦ ἀποτύχοιμεν.

Idem p. 131, 19 : Γνωσιμαχῶ· ἅπαξ ἐχρήσατο τῇ λέξει Ἀρριανὸς ἐν πάσῃ τῇ πράξει αὐτοῦ, ἐν δευτέρῳ τῶν μετ' Ἀλέξανδρον· « Οἱ δὲ γνωσιμαχήσαντες ὑπέδυσαν τὰ ἐπαγγελλόμενα. »

Idem p. 173, 29 : Σισίνης, Σισίνου κλίνει τὸ ὄνομα Ἀρριανός. Ἐχρήσατο δ' αὐτῷ ἐν πάσῃ τῇ πραγματείᾳ τετραχῶς. Σισίνης δὲ ὁ Φραταφέρνου παῖς. Ἐν μόνῳ δὲ τῷ δευτέρῳ λόγῳ τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον εὑρίθη τὸ ὄνομα. Ὁμοίως καὶ Ἀππιανὸς ἐν Ἰλλυρίδι Σισίνου καὶ Σισίνην φησίν.

Idem p. 130, 25 : Βουλεύω· ἐνεργητικῇ διαθέσει κέχρηται ὁ Ἀρριανὸς ἐν πᾶσιν. Ἐν πέμπτῳ τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον· « Σὲ δὲ εἶναι τὸν βουλεύοντά τε ὑπὲρ τῶν ὅλων τὰ συμφορώτατα, καὶ ἐπαγγέλλοντα πᾶν ὅ τι περ ἂν ξυλλογισμῷ τύχῃ συμβουλευθέν· » ἵνα τὸ μὲν βουλεῦον πρόσωπον καὶ ἐνεργοῦν ἐνεργητικῶς προσφέρηται, τὸ δὲ ἐνεργούμενον καὶ βουλευόμενον παθητικῶς.

« In Catalogo Scipionis Tertii apud Labbeum Bibl. nov. mss. p. 385, tanquam adhuc in Italiæ Bibliothecis exstantia memorantur Arriani Parthica, Alanica, Historiæ de rebus post Alexandrum, et Bithynica. » Fabricius B. Gr. tom. III, p. 279 ed. pr.

ΠΑΡΘΙΚΑ.

ΕΝ ΒΙΒΛ. ΙΖ'.

1.

Photius Bibl. cod. 58 : Ἀνεγνώσθη Ἀρριανοῦ Παρθικὰ ἐν βιβλίοις ιζ'. (Οὗτος δὲ συντάττει πάντων ἄμεινον καὶ τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα, ἔτι δὲ καὶ ἄλλην πραγματείαν, τὰ πάτρια τῆς Βιθυνίας, ἐξ ἧς καὶ αὐτὸς ἦν, ἐπιγράψας τὸ βιβλίον Βιθυνιακά· συγγράφεται δὲ καὶ τὰ κατὰ Ἀλανούς, ἣν ἐπέγραψεν Ἀλανικήν.) Διέρχεται δὲ ἐν ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ τοὺς πολέμους, οὓς ἐπολέμησαν Ῥωμαῖοι καὶ Πάρθοι, Ῥωμαίων αὐτοκράτορος ὄντος Τραϊανοῦ. Φησὶ δὲ τὸ Πάρθων γένος Σκυθικὸν, ἀποστῆναι δὲ τῆς τῶν Μακεδόνων ἐπικρατείας, ἅμα Περσῶν καταστραφέντων, πάλαι δουλωθὲν, δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἀρσάκης καὶ Τη-

PARTHICA.

LIBRIS XVII.

1.

Lecti sunt Arriani *Parthicorum libri septemdecim.* (Hic item omnium optime *res gestas Alexandri* regis Macedonum conscripsit. Aliud item opus de Bithynia patria (hinc enim natus est) composuit, *Bithynicorum* titulo. Scripsit etiam res ab Alanis gestas, quam historiam *Alanicam* inscripsit.) In primo illo opere bella a Parthis et Romanis gesta refert, ductu atque auspiciis Trajani imperatoris. Vult Parthos a Scythis originem ducere; Macedonum autem imperium excussisse, Persis una rebellantibus, quum pridem servitutem servissent, hac de causa. Arsaces et Tiridates fratres erant, Arsacidæ, a filio Arsacis Phriapita genus du-

ριδάτης ἦστην ἀδελφὼ Ἀρσακίδαι, τοῦ υἱοῦ Ἀρσάκου τοῦ Φριαπίτου ἀπόγονοι. Οὗτοι Φερεκλέα τὸν ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως (Θεὸν αὐτὸν ἐπίκλην ὠνόμαζον) σατράπην αὐτῶν τῆς χώρας καταστάντα, ἐπεὶ τὸν ἕτερον τῶν ἀδελφῶν αἰσχρῶς ἐπείρασε βιασάμενος, οὐκ ἐνεγκόντες τὴν ὕβριν, ἀνεῖλόν τε τὸν ὑβρίσαντα, καὶ ἑτέροις πέντε τὴν πρᾶξιν ἀνακοινωσάμενοι· καὶ τὸ ἔθνος Μακεδόνων ἀπέστησαν, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἦρξαν, καὶ ἐπὶ μέγα δυνάμεως ἦλασαν, ὡς καὶ Ῥωμαίοις ἀντιρρόπους μάχας θέσθαι, ἐνίοτε δὲ καὶ μεθ' ἑαυτῶν τὴν νίκην ἔχοντας τοῦ πολέμου ἀπελθεῖν. Πάρθους δέ φησιν ἐπὶ Σεσώστριδος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως καὶ Ἰανδύσου τοῦ Σκυθῶν ἀπὸ τῆς σφῶν χώρας Σκυθίας εἰς τὴν νῦν μετοικῆσαι. Οὓς ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ Τραϊανὸς κατὰ κράτος ταπεινώσας ὑποσπόνδους ἀφῆκεν, αὐτὸς αὐτοῖς τὸν βασιλέα καταστησάμενος.

Cf. Syncell. p. 284, B : Ἐπὶ (ἐν codd.) τούτου τοῦ Ἀντιόχου (sc. sub Antiocho sive Seleuco Callinico) Πέρσαι τῆς Μακεδόνων καὶ Ἀντιόχων ἀρχῆς ἀπέστησαν, ὑπ' αὐτοὺς τελοῦντες ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἀρσάκης τις καὶ Τηριδάτης ἀδελφοὶ τὸ γένος ἔλκοντες ἀπὸ τοῦ Περσῶν Ἀρταξέρξου ἐσατράπευον Βακτρίων ἐπὶ Ἀγαθοκλέους Μακεδόνος ἐπάρχου τῆς Περσικῆς. Ὃς Ἀγαθοκλῆς ἐρασθεὶς Τηριδάτου, ὡς Ἀρριανός φησιν, ἑνὸς τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὸν νεανίσκον σπουδάζων ἐπιβουλεῦσαι, διαμαρτήσας ἀνῃρέθη παρ' αὐτοῦ καὶ Ἀρσάκου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ βασιλεύει Περσῶν Ἀρσάκης, ἀφ' οὗ οἱ Περσῶν βασιλεῖς Ἀρσακίδαι ἐχρημάτισαν, ἔτη β', καὶ ἀναιρεῖται καὶ μετ' αὐτὸν Τηριδάτης ἀδελφὸς ἔτη λζ'. Zosimus I, 18 : Ἀντιόχου τῶν ἄνω σατραπειῶν ἄρχοντος, Ἀρσάκης ὁ Παρθυαῖος διὰ τὴν εἰς τὸν ἀδελφὸν Τηριδάτην ὕβριν ἀγανακτήσας, πόλεμον πρὸς τὸν Ἀντιόχου σατράπην ἀράμενος, αἰτίαν δέδωκε τοῖς Παρθυαίοις ἐκβαλοῦσι Μακεδόνας εἰς ἑαυτοὺς τὴν ἀρχὴν περιστῆσαι. Diversas narrationes vide apud Justin. XLI, 4. XII, 4; Strabon. XI, p. 515. — Verba Photii τοῦ υἱοῦ Ἀρσάκου τοῦ Φριαπίτου fortasse ita intelligenda, ut Phriapita (si recte nomen habet) filius fuerit Arsacis ejus, qui Persarum rex fuit sub nomine Artaxerxis II. Id enim suadent verba Syncelli (V. Droysen. *Hellen.* II, p. 328). Nomen *Priapites* idem est quod apud Justin. XLI, 5, *Priapatius* scribitur: *Tertius Parthis rex Priapatius fuit, sed et ipse Arsaces dictus.* Pro *Pherecle* Syncellus habet *Agathoclem*, nescio an nominis corruptione, an Agathoclem regem, cujus in hisce historiis Arrianus memoraverit, cum Pherecle confundens. Justinus XLI, 4 et XII, 4, *Andragoram* (*Mandragoram* v. l.), memorat tanquam nobilem Persam, Parthiæque satrapam, *unde postea originem Parthorum reges habuere.* De genuino hujus satrapæ nomine non constat. Raoul-Rochetti opinionem impugnat Droysen. l. l. p. 328. — Ἐπὶ Σεσώστριδος] Cf. Malala p. 26 Bonn : Καὶ ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτὸν (Sesostridem) ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκ τῆς χώρας τῆς Σκυθίας ἐπελέξατο ἀνδρῶν νεανίσκων πολεμιστῶν χιλιάδας ιε' · οὕστινας μετανάστας ποιήσας ἐκέλευσεν αὐτοὺς οἰκεῖν ἐν Περσίδι, ὅσας αὐτοῖς χώραν ἐκεῖ οἵαν αὐτοὶ ἐπελέξαντο. Καὶ ἔμειναν ἐν Περσίδι οἱ αὐτοὶ Σκύθαι ἐξ ἐκείνου ἕως τῆς νῦν· οἵτινες ἐκλήθησαν ἀπὸ τῶν Περσῶν Πάρθοι, ὅ ἐστιν ἑρμηνευόμενον Περσικῇ διαλέκτῳ Σκύθαι. Eadem Cyrillus p. 35, A; Cedrenus, p. 36 Bonn. Suidas v. Σῶστρις. Justin. XLI, 1 : *Parthi... Scytharum exules fuere... Scythico sermone Parthi exules dicuntur.* Malalæ interpretationem tuetur Pott. in *Ersch u. Gruber. Encycl.* sub v. *Indogerman. Sprache* p. 52, et Droysen. l. l.

E LIBRO SECUNDO.

2.

Stephan. Byz. : Ζηνοδότιον, πόλις Ὀσροήνης πλησίον Νικοφορίου. Ἀρριανὸς Παρθικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ζηνοδότιος καὶ Ζηνοδοτιεὺς καὶ Ζηνοδοτῖνος ἐπιχωρίως. Hæc probabiliter ex eo loco desumpta, quo de Crassi in Parthos expeditione sermo erat. Cf. Dio Cass. XL, 13, ubi inter urbes a Macedonibus in his regionibus conditas unum Zenodotium non defecisse ad Crassum narratur. Apud Plutarch. in Crasso (c. 17) urbs appellatur Ζηνοδοτία (Ζηνοδοτίαν ἐκάλουν τὴν πόλιν οἱ Ἕλληνες. Quæ e Plutarcho exscripta leguntur in Pseudoappian. Hist. Parth. tom. III, p. 27 ed. Schwgh.).

E LIBRO QUARTO.

3.

Idem : Γάζακα, πόλις μεγίστη τῆς Μηδίας, ὡς Κουάδρατος ἐν ὀγδόῳ Παρθικῶν. Ἀρριανὸς δὲ κώμην

---

centes. Hi Phereclem ab Antiocho rege (quem Deum cognomento appellabant) terræ eorum satrapam constitutum, quod altero fratre abuti per vim fœde conaretur, contumeliam non ferentes necarunt; consciis etiam aliis quinque. Genteque ad defectionem a Macedonibus perducta, imperium ipsi arripuerunt, magnamque sunt potentiam consecuti adeo, ut vel cum Romanis æquo sæpe marte contenderint; interdum etiam victoria bello potiti superiores discesserint. Narrat ad hæc Parthos Sesostridis Ægyptiorum regis tempore, et Iandysi Scytharum, ex Scythia in eum quem nunc tenent locum demigrasse. Quibus Trajanus Romanorum imperator per vim fractis, fœdere icto, regem constituit.

2.

Zenodotium, urbs Osroenes, prope Nicophorium. Arrianus Parthicorum secundo.

3.

Gazaca, urbs maxima Mediæ, sec. Quadratum in octavo

μεγάλην αὐτήν φησιν ἐν Παρθικῶν τετάρτῳ καὶ ἑνικῶς τῆς Γαζάκου λέγων. Τὸ ἐθνικὸν Γαζακηνὸς, ὡς τοῦ Μάζακα Μαζακηνός. Cf. Ammian. XXIII, 6. Apud Strabon. XVI, p. 523, legitur Γάζα, quod corruptum esse et Γάζακα pro Γάζα καὶ restituendum videri monuerunt vv. dd. Cf. Forbiger. *Geogr.* p. 593, not. 7 et 8.

E LIBRO SEXTO.

4.

St. B. : Χολοβητηνὴ, μοῖρα Ἀρμενίας. Ἀρριανὸς ἕκτῳ Παρθικῶν· « Τιγράνης ἀρχόμενος ἄρχεται σατράπης. Ἡ δὲ χώρα ἧς ἐπῆρχε Χολοβητηνὴ ὀνομάζεται. » Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως διὰ τὴν πρόληψιν τῆς ἐν τῷ πρωτοτύπῳ τούτου. Regio aliunde non nota. Nisi fallor, est regio Armeniæ ad Araxam sita quam Κολθηνὴν vocat Ptolemæus.

E LIBRO OCTAVO.

5.

Idem : Ἐλέγεια, χωρίον πέραν Εὐφράτου. Ἀρριανὸς ἐν Παρθικῶν η'. Τὸ ἐθνικὸν Ἐλεγεὺς, ὡς Σελευκιεύς. Cf. Dio Cass. LXVIII, 18. LXXI, 2; Plinius V, 20, 24. Forbiger. p. 605.

E LIBRO NONO.

6.

Idem : Λιβαναὶ, πόλις Συρίας, ταῖς Ἄτραις γειτνιάζουσα. Ἀρριανὸς Παρθικῶν ἐννάτῳ. Libanæ, opinor, eadem est urbs quæ apud Polybium V, 51 vocatur Λίβα.

E LIBRO DECIMO.

7.

Idem : Φάλγα, κώμη μέση Σελευκείας τῆς Πιερίας καὶ τῆς ἐν Μεσοποταμίᾳ. Ἀρριανὸς ἐν ι' Παρθικῶν (Παρθενικῶν, i. e. Παρθυηνικῶν, cod. Rhedig.). Ἡ δὲ φάλγα γλώσσῃ τῇ ἐπιχωρίῳ τὸ μέσον ὀηλοῖ. Τὸ ἐθνικὸν Φαλγηνὸς καὶ Φαλγαῖος. Ad hæc Berkelius : « Vide Bochartum p. 106. Φάλιγα dicitur Isodoro, qui emendari potest : habet enim Ἄλλα pro ἄννα. »

8.

Idem : Χωχὴ, κώμη πρὸς τῷ Τίγριδι ποταμῷ. Ἀρριανὸς δεκάτῳ· « Καὶ βασιλεὺς δ' ἐξελαύνει ἐκ Σελευκείας οὐ πρόσω τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τίγριδος ἐς κώμην ἥ τινι Χωχὴ ὄνομα. » Τὸ ἐθνικὸν δύναται καὶ Χωχηνὸς καὶ Χωχαῖος, ὡς τὰ παρακείμενα χωρία, [Καρραῖος], Καρρηνὸς, Βατναῖος, Βατνηνός. Cf. Ammian. XXIV, 6, ubi *Coche* locus audit. V. not Nicolai Dam. fr. 13.

E LIBRO UNDECIMO.

9.

Idem : Νάαρδα, πόλις Συρίας πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, ὡς Ἀρριανὸς Παρθικῶν ἑνδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Νααρδηνὸς τῷ ἐγχωρίῳ τύπῳ. Cf. Josephus A. J. XVIII, 9, 1. 9, 9 (ubi Νέαρδα); in Tab. Peuting. *Naharra.* Plinius VI, 26, 30 : *Hipparenum, juxta fluvium Narragam, qui dedit civitati nomen*, ubi Mannertus (*Geogr.* V, 2, p. 283) *Hipparenum* esse putat græcum nomen pro Babylonio *Narraga* (*Naarda*).

10.

Idem : Θεβηθὰ (Θεβιδὰ codd.), φρούριον Μεσοποταμίας. Ἀρριανὸς ἑνδεκάτῃ. Ὁ οἰκήτωρ Θεβηθηνὸς, ὡς Ἄμαθα, Ἀμαθηνός. Locus ignotus. *Dibitach* locum non longe a Tigridis ripa orientali in mappa sua notat Reichardus, nescio qua nisus auctoritate.

E LIBRO DECIMO TERTIO.

11.

Idem : Δόλβα, πόλις τῆς Ἀδιαβηνῆς. Ἀρριανὸς ιγ' Παρθικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Δολβαῖος καὶ Δολβηνός. Non nota urbs. Fortasse ad *Dolomenem* regionem, quam Strabo p. 736 dicit, pertinet.

Parthicorum. Arrianus vero in quarto Parthicorum magnum vicum esse dicit et singulari numero dicit τῆς Γαζάκου.

4.

Cholobetene, pars Armeniæ. Arrianus sexto Parthicorum : « Tigranes primum fuit satrapa; regio vero, cui præerat, Cholobetene vocatur. »

5.

Elegia, oppidum trans Euphratem situm, testo Arriano in octavo Parthicorum.

6.

Liba, urbs Assyriæ, Atris finitima. Arrianus Parthicorum libro nono.

7.

Phalga, vicus medius inter Seleuciam Pieriæ et Seleuciam Mesopotamiæ. Arrianus decimo Parthicorum. *Phalga* lingua indigenarum *medium* significat.

8.

Choche, vicus ad Tigridem fluvium. Arrianus libro decimo : « Et rex educit e Seleucia urbe non longe a Tigride flumine in pagum cui Choche nomen. »

9.

Naarda, urbs Syriæ ad Euphratem, ut Arrianus ait Parthicorum undecimo.

10.

Thebetha, castellum Mesopotamiæ. Arrianus undecimo.

11.

Dolba, urbs Adiabenes. Arrianus decimo tertio Parthicorum.

12.

St. B. : Χαζηνή, σατραπεία πρὸς τῷ Εὐφράτῃ τῆς Μεσοποταμίας. Ἀρριανὸς ἐν τρισκαιδεκάτῳ Παρθικῶν· « Ἐν ταύτῃ τῇ Ὀλβίᾳ καὶ τὰ πεδία τῆς Χαζηνῆς σατραπείας (codd. σατραπείου) ἐπὶ μήκιστον ἀποτεταμένα. » Cf. Strabo XVI, p. 736.

13.

Idem : Ἡφαίστου νῆσοι, τῆς Ἀδιαβηνῆς. Ἀρριανὸς ιγ' Παρθικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ἡφαιστονησιώτης.

E LIBRO DECIMO SEXTO.

14.

Idem : Ἄκρα... Δεκάτη ἐστὶ καὶ περὶ τοῦ Τίγρητος (Πίγρητος codd. Palat.) Ἄκρα. Ἀρριανὸς ἑκκαιδεκάτῃ.

Idem : Ὄραθα, πόλις τῆς ἐν Τίγρητι Μεσήνης. Ἀρριανὸς Παρθικῶν ἑκκαιδεκάτῃ· Τὸ ἐθνικὸν Ὀραθηνός. Oratha urbs eadem est quam *Ur* appellat Marcellin. XXV, 8 (cf. Genesis 11, 28).

E LIBRO DECIMO SEPTIMO.

15.

Idem : Ἄτραι, πόλις μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγρητος. Ἀρριανὸς ἑπταικαιδεκάτῳ Παρθικῶν. Cf. supra fr. 6. De Atris a Trajano obsessis v. Dio Cass. LXVIII, 31. Cf. LXXI, 10. Herodian. III, 23, Ammian. XXV, 8.

E LIBRIS INCERTIS.

16.

Suidas v. Ἀμφίλογον : Ἀρριανός. « Ἀξιδάρην δὲ ὅτι ἄρχειν χρὴ Ἀρμενίας, οὔ μοι δοκεῖ εἶναί σε ἀμφίλογον. »

Idem v. Γνῶσις : Ἀρριανὸς ἐν Παρθικοῖς· « Περὶ Παρθαμασίρου δὲ οὐχὶ Ἀξιδάρου εἶναι, ἀλλὰ ἑαυτοῦ τὴν γνῶσιν· ὅτι πρῶτος παραβαίνων τὰ συγκείμενα ἔτυχε τῆς δίκης. »

Παρθαμασίρου] Bernh.; Πάρθου Μασίρου vel Μασίρου codd. Vulgo est Παρθαμάσιρις; sed Fronto p. 268 item habet *Parthomasiri regis*, notante Bernhardyo, qui de re annotat hæc : « Trajanus Parthamasirim Armeniorum regem armis expulsum deinde supplicem sibi factum nefarie, si Frontoni p. 248 credimus, jussit trucidari : cujus facinoris causam noluit in Axidarem, Armeniæ præfectum (vid. v. ἀμφίλογον) derivari. » Ἀξιδάρην Dio Cassius LXVIII, 16 vocat Ἐξηδάρην. Cf. idem ib. c. 18 sqq

17.

Eustathius ad Dionys. v. 916 : Ὑπέρκειται τῆς Ἀντιοχείας μ' σταδίους ἡ ἀδομένη Δάφνη, κατοικία μὲν μετρία, ἄλσος δὲ μέγα ἔχουσα συνηρεφὲς, οὗ κύκλος π' σταδίων, διαρρεόμενον πηγαίοις ὕδασιν, ἔνθα ἐπανηγύριζον οἱ ἐγχώριοι· ὅπου καὶ τέμενος ἄσυλον. Ἀρριανὸς δὲ περὶ τούτων οὕτω γράφει· « Ἐν Δάφνῃ τῇ πρὸς Ἀντιοχείᾳ ἄλσος τι ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ αὐτὴ ἐκείνη δάφνη δείκνυται, ἣν τινες γῆθεν ἀνασχεῖν λέγουσιν ἐπὶ τῇ Δάφνῃ τοῦ Λάδωνος, ἣ φεύγουσα τὸν ἐραστὴν Ἀπόλλωνα ηὔξατο τὸν ὑπὸ γῆν ἀφανισμὸν καὶ ἔτυχε τῶν εὐχῶν. »

In Daphne hac Trajanus sacrificia peregit, templumque condidit (v. Malala p. 272. 275 ed. Bonn). Quare Parthicis fragmentum assignavi. Quanquam tantum non omnia quæ ex Arriani libris deperditis Eustathius affert, ex Bithynicis historiis fluxerunt, atque etiam in Ponti ostio Daphne erat (v. Eustath. l. l.) : adeo ut noster quoque locus ex Bithynicis depromi potuerit, ubi de Pontica Daphne loquens auctor etiam alterius Daphnes mentionem injecerit.

12.

Chazene, satrapia ad Euphatem in Mesopotamia. Arrianus Parthicorum libro decimo tertio : « In hac Olbia etiam campi Chazenes satrapiæ longissime porrecti. »

13.

Vulcani insulæ Adiabenes. Arrianus decimo tertio Parthicorum.

14.

Acra ad Tigridem. Arrianus decimo sexto.

Oratha, urbs Mesenes ad Tigridem. Arrianus Parthicorum decimo sexto.

15

Atræ, urbs inter Euphratem et Tigridem sita. Arrianus decimo septimo Parthicorum.

16.

Arrianus : « Quin autem Axidarem Armeniæ præesse oporteat, non debes, mea quidem sententia, dubitare. »

Arrianus in Parthicis : « Quod autem attinet ad Parthamasirum, hanc non esse Axidari, sed suam ipsius sententiam. Ille enim quum primum pactis non steterit, debitas eum pœnas luisse. »

17.

Stadiis quadraginta supra Antiochiam sita est celebris illa Daphne, modici ambitus locum habitationibus suis comprehendens, sed magnum habens lucum umbrosum, octoginta stadiorum ambitu, fontium aquis irrigatum, ubi festa solennia indigenæ celebrant. Ibidem etiam fanum est asylum. Arrianus de his ita scribit : « Daphnæ prope Antiochiam lucus est Apollini sacer, atque illa ipsa laurus monstratur, quam nonnulli e terra prodiisse dicunt in honorem Daphnes Ladonis filiæ, quæ Apollinem amore ejus captum fugiens subter terram abscondi precata votique compos facta sit. »

18.

Malala Chron. XI, p. 273 ed. Bonn. : Καὶ ἐξῆλθεν ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης πόλεμον κατὰ Περσῶν κινήσας ὁ αὐτὸς Τραϊανός· καὶ ἐνίκησεν αὐτοὺς κατὰ κράτος τῷ τρόπῳ τούτῳ. Μαθὼν ὅτι διαφθονεῖται τῷ Σανατρουκίῳ, βασιλεῖ Περσῶν, ὁ ἴδιος αὐτοῦ ἐξάδελφος Παρθεμασπάτης, πέμψας πρὸς αὐτὸν ὑπενόθευσεν αὐτὸν Τραϊανὸς βασιλεὺς, ταξάμενος δοῦναι αὐτῷ τὴν βασιλείαν Περσῶν, ἐὰν συμμαχήσῃ αὐτῷ. Καὶ ὑπονοθευθεὶς ἦλθε πρὸς αὐτὸν νυκτός· καὶ λαβὼν αὐτὸν εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ μέρος μετὰ τοῦ πλήθους αὐτοῦ ὁ τὐτὸς θειότατος Τραϊανὸς, ὥρμησε κατὰ τοῦ Σανατρουκίου, βασιλέως Περσῶν. Καὶ πολλῶν Περσῶν πεσόντων, συνελάβετο τὸν Σανατρούκιον, βασιλέα Περσῶν, φεύγοντα· καὶ ἐφόνευσεν αὐτόν. Καὶ ἐποίησεν ἀντ' αὐτοῦ βασιλέα Περσῶν τοῖς ὑπολειφθεῖσι καὶ προσπεσοῦσιν αὐτῷ Πέρσαις ὁ αὐτὸς Τραϊανὸς κατὰ τὰς συντάξεις ὀνόματι Παρθεμασπάτην, υἱὸν Ὀσθρόου, γράψας τῇ συγκλήτῳ τῇ ἐν Ῥώμῃ, ὅτι τοσαύτην καὶ ἄπειρον γῆν καὶ ἄμετρα διαστήματα ἀφεστηκότα τῆς Ῥώμης διοικεῖν οὐκ ἀντεχόμεθα, ἀλλὰ παράσχωμεν αὐτοῖς βασιλέα ὑποτεταγμένον τῷ τῶν Ῥωμαίων κράτει. Καὶ ἀντέγραψεν αὐτῷ ἡ σύγκλητος ἀπὸ Ῥώμης ἅπαντα ποιῆσαι ὡς ὃ ἂν βούληται καὶ αὐτὸς συνίδῃ συμφέρειν τῇ Ῥωμανίᾳ. Καὶ ἐβασίλευσε Περσῶν ὁ Παρθεμασπάτης. Τὸν δὲ πόλεμον καὶ τὴν κατὰ Περσῶν νίκην τοῦ θειοτάτου Τραϊανοῦ ὁ σοφώτατος Ἀρειανὸς ὁ Χρονογράφος ἐξέθετο, ἱστορήσας καὶ συγγραψάμενος πάντα ἀκριβῶς. De re cf. interpretes ad Dion. Cass. LXVIII, 30.

19.

Suidas v. ναῦς : Ἀρριανός· « Τραϊανὸς ὁ βασιλεὺς περῶν τὸν ποταμὸν, ν' νῆας εἶχε. Τέσσαρες δὲ ἔφερον τὰ σημεῖα τὰ βασιλικὰ, αἵτινες καὶ τὴν στρατηγίδα κάλοις μακροῖς ἐξηρτημένην ἐφεῖλκον. Εἶχε δὲ ἡ ναῦς μῆκος μὲν κατὰ τριήρη μάλιστα, εὖρος δὲ καὶ βάθος καθ' ὁλκάδα, ὅσον μεγίστη Νικομηδὶς ἢ Αἴγυπτία· ἐν ᾗ ἐπεποίητο βασιλεῖ ἀποχρῶντα ἐνδιαιτήματα. Αὕτη δὲ τά τε ἀκροστόλια ἔφερε, καὶ ἐπ' ἄκρῳ τῷ ἱστίῳ τὸ βασιλικὸν ὄνομα, καὶ ὅσοις ἄλλοις βασιλεὺς γεραίρεται, χρυσῷ ἐγκεχαραγμένα. Νενέμητο δὲ τρίχα τὸ πᾶν ναυτικὸν, ὡς μὴ τῷ ξυνεχεῖ πλόῳ ταράττοιντο. »

Cf. Idem v. ἀκροστόλια· Ἀρριανός· « Τὰ δὲ ἀκροστόλια τῆς βασιλίδος νηὸς χρυσᾶ. » De navigatione quam Trajanus in Tigride mare versus instituit, lege Dion. Cassium lib. LXVIII, 28 sqq.

20.

Stephan. Byz. : Βόρσιππα, πόλις Χαλδαίων, οὐδετέρως, ἱερὰ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος, λινουργεῖον μέγα. Λέγεται καὶ θηλυκῶς. Οἱ πολῖται Βορσιππηνοί. Ἀρριανὸς δὲ Βορσιππεῖς αὐτούς φησι. Cf. Strab. p. 739; Justin. XII, 13; Joseph. C. Apion. I, p. 1045. Forbiger *Geogr.* p. 623.

21

Idem : Σωφηνὴ, χώρα τῶν πρὸς Ἀρμενίαν, ὡς Στράβων (XVI, p. 532) · παρὰ δ' Ἀρριανῷ Σωφανηνὴ τετρασυλλαβῶς.

22.

Idem v. Τύρος : Ἀρριανὸς καὶ τὰ Ἄναθα (sic editt. Ἀνάθα codd.) Τύρον καλεῖ. Locum hunc *Anathan*

18.

Trajanus Antiochia discedens contra Persas arma movit; quos tali commento penitus profligavit. Graves intercedebant inimicitiæ inter Sanatrucium (i. e. *Chosroem I*), Persarum regem, et patruelem ejus Parthemaspatem (*Parthamaspaten, Dio Cass.*). Trajanus itaque imperator, ubi hoc resciverat, in partes suas Parthemaspatem sollicitavit; pollicitus se ei, si se belli socium adjungeret, Persarum regnum daturum. Accepit conditionem Parthemaspates, noctuque cum suis ad Trajanum accessit. Hunc itaque sibi adjungens, Sanatrucium Persarum regem adoritur: Persisque plurimis in prœlio cadentibus, Sanatrucius rex fugam capessit, captusque tandem interficitur. Huic igitur in regno Persarum Parthemaspatem, Osroes filium, ex pacto regem suffecit, Persis qui supererant ad pedes ei procidentibus. Senatum vero Romanorum de his certiorem faciens: « Has, inquit, regiones tantæ quum sint, tantoque intervallo a Roma dissitæ, tenere non possumus: itaque regem potius iis constituamus imperio Romano subjectum. » Rescripsit ei senatus: « Imperatori integrum esse, pro arbitrio suo de rebus omnibus decernere, juxtaque ac ipse Romaniæ utile fore judicaverit. » Sic itaque Parthemaspates Persarum rex factus est. Hæc autem de bello Persico et divi Trajani victoria Arrianus sapientissimus chronographus literis mandavit et usquequaque peraccurate exposuit.

19.

Arrianus: « Trajanus Imperator quinquaginta navibus flumen trajecit: quarum quattuor imperatoria signa ferentes, navem prætoriam funibus longis alligatam trahebant. Hæc vero longitudinem propemodum triremis habebat, latitudinem vero et profunditatem navis onerariæ, quantam habet maxima Nicomedia vel Ægyptia: in qua Imperatori parata erant conclavia, quot satis essent. Hæc et aplustria ferebat, et in summo velo nomen imperatorium, ceteraque quæ Imperatori tribuuntur insignia auro insculpta. Tota vero classis trifariam divisa erat, ne si continuo ordine naves sibi invicem succederent, cursus turbaretur. »

20.

Borsippa, urbs Chaldæorum, neutro genere, Apollini sacra et Dianæ. Magnæ ibi sunt officinæ linteis conficiendis destinatæ. Dicitur etiam genere feminino. Cives Borsippeni. Arrianus vero Borsippenses vocat.

21.

Sophene, regio Armeniæ finitima, uti Strabo dicit; apud Arrianum vero Sophanene, quattuor syllabis, legitur.

22.

Arrianus Anatha locum Tyrum appellat.

vocat Ammian. Marc. XXIV, 1; Ἀναθὼ Isidor. p. 4; τὸ Ἀνάθων φρούριον ap. Theophyl. Simocat. IV, 90. V, 1. 2; Βέθαυνα ap. Ptolem., Φαθοῦσαι ap. Zosimum III, 14; nunc *Anah*, in Euphratis insula castellum. V. Forbiger p. 637, ubi noster locus addendus.

ΒΙΘΥΝΙΚΑ

ΕΝ ΒΙΒΛΙΟΙΣ Η'.

24.

Photius Bibl. cod. 93 : Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ τὰ Βιθυνικὰ, ἐν βιβλίοις ὀκτὼ, ἐν οἷς τά τε μυθικὰ τὰ περὶ Βιθυνίας καὶ τἆλλα, ὅσα συνέστη περὶ αὐτὴν, εἰς λεπτὸν ἀναγράφει, τῇ πατρίδι ὥσπερ ἀναφέρων τὰ πάτρια. Νικομήδειον γάρ τι τὸ γένος αὐτοῦ ἐν ταύτῃ τῇ συγγραφῇ διορίζει, ἐν αὐτῇ τε γεννηθῆναι καὶ τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι, καὶ ἱερέα τῆς Δήμητρος καὶ τῆς παιδὸς αὐτῆς, αἷς καὶ τὴν πολιν ἀνακεῖσθαί φησι, χρηματίσαι. (2) Μέμνηται δὲ ἐν ταύτῃ τῇ συγγραφῇ καὶ ἑτέρων πραγματειῶν. Ὧν ἡμὲν, ὅσα Τιμολέοντι τῷ Κορινθίῳ κατὰ Σικελίαν ἐπράχθη, διαλαμβάνει· ἡ δὲ τὰ Δίωνι τῷ Συρακουσίῳ ὅσα ἀξιαφήγητα ἔργα ἐπετελέσθη, ἡνίκα τὰς Συρακούσας καὶ πᾶσαν Σικελίαν ἀπὸ τοῦ δευτέρου Διονυσίου, ὃς ἦν παῖς τοῦ προτέρου, ἠλευθέρου, καὶ τῶν βαρβάρων, οὓς ὑπὲρ τοῦ βεβαίως τυραννεῖν Διονύσιος ἐπηγάγετο. (3) Φαίνεται δὲ τετάρτην γράφων τὴν τῆς πατρίδος ἀφήγησιν· μετὰ γὰρ τὰ περὶ Ἀλέξανδρον καὶ Τιμολέοντα καὶ Δίωνα [μετὰ τὰς περὶ αὐτοὺς ἱστορίας] ἦδε αὐτῷ ἡ συγγραφὴ ἐξεπονήθη, ἐξ ἀρχῆς μὲν, ἀφ' οὗ γράφειν ἴσχυσε, ταύτην ἐνστήσασθαι καὶ συντάξαι τὴν ὑπόθεσιν βουληθέντι, τῆς δὲ παρασκευῆς τῷ ἐνδεῶς αὐτὸν ἔχειν παρατεινάσης τὸν χρόνον· ταύτην γὰρ αὐτὸς τῆς ἐπὶ τούτῳ βραδυτῆτος ἀποδίδωσιν αἰτίαν. (4) Ἄρχεται μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, ἀπὸ τῶν μυθικῶν τῆς ἱστορίας, κάτεισι δὲ μέχρι τελευτῆς τοῦ ἐσχάτου Νικομήδους, ὃς τελευτῶν τὴν βασιλείαν Ῥωμαίοις κατὰ διαθήκας ἀπέλιπεν, οὔπω βασιλευομένοις μετὰ τὴν τοῦ Ταρκυνίου ἐξέλασιν.

E LIBRO PRIMO.

25.

Stephan. Byz : Ὄλυμπος, ὄρος Μυσίας. Ἀρριανὸς Βιθυνιακῶν πρώτῳ. Οἱ οἰκοῦντες Ὀλυμπηνοί.

E LIBRO SECUNDO.

26.

Etym. M. : Ἀφέσιος Ζεὺς ἐν Ἄργει τιμᾶται. Εἴρηται δὲ ὅτι Δευκαλίων τοῦ κατακλυσμοῦ γενομένου διαφυγὼν, καὶ εἰς τὴν ἄκραν τῆς Ἀργοῦς διασωθεὶς, ἱδρύσατο βωμὸν ἀφεσίου Διὸς, ὅτι ἀφείθη ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ. Ἡ δὲ ἄκρα ὕστερον Νεμέα ἐκλήθη, ἀπὸ τῶν Ἄργου βοσκημάτων ἐκεῖ νεμομένων. Οὕτως Ἀρριανὸς ἐτυμολογεῖ ἐν τῷ β' τῶν Βιθυνιακῶν.

E LIBRO QUINTO.

27.

Stephan. Byz. : Βιθυόπολις, πόλις ἀπὸ Βίθυος. Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Βιθυσπολίτης· εὗρον δὲ Βιθυνια-

BITHYNICA.

LIBRIS OCTO.

24.

Legi *Bithynica ejusdem libris octo*, quibus de Bithynia fabulosas narrationes ceteraque ad eam pertinentia accurate perscribit : patriæ nimirum patriam historiam offerens. Nicomedia enim genus se ducere hoc opere ostendit; eaque in urbe natum, altum literisque imbutum, sacerdotium Cereris ejusque filiæ Proserpinæ (quibus sacram esse urbem scribit) gessisse. (2) Meminit vero hoc ipso in libro et aliorum operum : quorum alterum quidem *Timoleontis Corinthii res in Sicilia gestas* continet; alterum vero *res Dionis Syracusani* memoratu dignas refert, quum Syracusas hic omnemque adeo Siciliam a Dionysii secundi, qui primi filius fuit, tyrannide liberavit, insuperque a barbaris, quos, ut tyrannidem firmaret, Dionysius eo adduxerat. (3) Apparet vero hoc opus, quo patriam descripsit, post Alexandri Magni, Timoleontis et Dionis rerum gestarum historias, quarto loco confectum esse. Quanquam enim quum primum vires ad scribendum nactus esset, hoc argumentum tractandum sibi proposuisset, serius tamen id absolvisse, quoniam materia necessaria tum nondum congesta esset. Hanc enim ipsemet cessationis causam affert. (4) Incipit igitur, uti jam diximus, a mythicæ historiæ temporibus, descendit vero usque ad finem Nicomedis ultimi, qui moriens Romanis regnum testamento reliquit, qui quidem Romani jam inde a Tarquinii expulsione regibus parere desierant.

25.

Olympus, mons Mysiæ. Arrianus Bithynicorum primo. Incolæ Olympeni.

26.

Juppiter ἀφέσιος (*dimissor*, *liberator*) Argis colitur. Etenim Deucalion quum e diluvio salvus evadens in Argolidis promontorium appulisset, Jovi liberatori, quod diluvii periculo ipsum liberasset, aram ædificavit. Promontorium postea appellata est *Nemea* (*pascua*), quod Argus ibi pecora pasceret. Sic Arrianus vocem interpretatur Bithynicorum libro secundo.

27.

Bithyopolis, a Bithya nomen habet. Gentile debebat

πολίτης παρὰ Ἀρριανῷ ἐν πέμπτῳ Βιθυνιακῶν. Δεῖ δὲ τοῦ Βιθυνόπολις εἶναι Βιθυνοπολίτης.

Βιθυόπολις] Βιθονόπολις codd. plurimi, ut videtur. Βιθυνόπολις cod. Rhedig. Βιθυόπολις Salmasius propter sequens Βιθυοπολίτης. Tres nominis formæ fuisse videntur : Βιθυόπολις, Βιθυνιάπολις, Βιθυνόπολις. Probabiliter eadem est urbs, quæ ab aliis vocatur Βιθύνιον (v. Strabo p. 565, Pausan. VIII, 9, Stephan. s. v. etc.).

28.

St. B. : Νικομήδειον, ἐμπόριον Βιθυνίας. Ἀρριανὸς πέμπτῳ Βιθυνιακῶν.

29.

Idem : Μεγαρικὸν, πολίχνιον, ὃ συγκαταλέγεται ταῖς Βιθυνῶν πόλεσιν. Ἀρριανὸς πέμπτῳ· « Ἀστακός τε καὶ Ἡραία καὶ τὸ Μεγαρικόν. » [Τὸ] ἐθνικὸν Μεγαρικός. De Heræa cf. Demosthenes in quarto De rebus Bithyniorum, apud Steph. Byz. v. Ἡραία.

Idem : Ἄστακος, πόλις Βιθυνίας, ἀπὸ Ἀστάκου τοῦ Ποσειδῶνος καὶ νύμφης Ὀλβίας, ὡς Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς ἱστορεῖ.

E LIBRIS INCERTIS.

30.

Eustathius in Hom. Il. ε. 408, p. 429 : Ἐνταῦθα δὲ χρήσιμον καὶ τὸ τοῦ Ἀρριανοῦ εἰπόντος ἐν Βιθυνιακοῖς, ὅτι « ἀνιόντες εἰς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν Βιθυνοὶ ἐκάλουν πάππαν τὸν Δία καὶ ἄττιν τὸν αὐτόν. » Ὁμοίως καὶ Ἡροδότου (IV, 59) τὸ, « Καλεῖται Ζεὺς ὑπὸ Σκυθῶν ὀρθότατα Παπαῖος. » Ἐξ ὧν συνάγεται θείαν εἶναί τινα λέξιν τὸ πάπας καὶ πάππος καὶ τὰ τοιαῦτα. Cf. Diodor. III, 58, 4 : Ἄττιν, ὕστερον ἐπικληθέντα Πάπαν. V. Bæhr. ad Herodot. l. l. et in indice ad v. παπαῖος.

31.

Eustath. in Dionys. 939 : Ὅτι ὁ Διονύσιος ἐπιτόμῳ ἐγκωμίῳ τὴν Ἀραβίαν σεμνύνας, κατὰ τὸ προσεχὲς ἐπάγει μῦθον, ὅτι ὄντως ἐκεῖ Ζεὺς τὸν Διόνυσον ἔλυσατο παρὰ μηροῦ εὐραφέος· ἀφ' οὗ καὶ Εἰραφιώτης, ὡς προερρέθη, ἐκλήθη κατά τινας. Τοῦτο δὲ Ἀρριανὸς ἐπὶ Σαγγαρίῳ μυθοπλαστεῖ, λέγων ὅτι πρὸς ταῖς ὄχθαις τοῦ Σαγγαρίου ἔρρηξε τοὺς δεσμοὺς τοῦ Διὸς ὁ Διόνυσος ἤδη τρόφιμος ὤν.

32.

Idem in Il. η, 459, p. 691 ed. Rom. : Ὁ Πρίηπος οὐ μόνον ἐν τῷ η λέγεται, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ α Πρίαπος, καὶ διὰ τοῦ ι δὲ Πρίεπος παρὰ Ἀρριανῷ ἐν Βιθυνιακοῖς, παρ' ᾧ καὶ εἰς ἥλιον ἀλληγορεῖται ὁ Πρίεπος διὰ τὸ γόνιμον.

33.

Idem in Il. γ, 275, p. 414, 13 : Τὸν Ἥλιον δὲ ταμίαν τῶν ὅρκων ἐνταῦθα καλεῖ ὡς πάντα ἐφορῶντα. Διὸ καὶ Βιθυνοὶ, ὡς Ἀρριανὸς ἱστορεῖ, δίκας ἐδίκαζον καθιζόμενοι ἀντίοι τοῦ ἡλίου, ὡς ἂν ὁ θεὸς ἐποπτεύοι.

34.

Idem in Il. ο, 302, p. 1017 Rom. : Μυκήτων οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἴχνος τῆς σπερματικῆς κορυνήσεως οὐδὲ σπερματώσεως, ὡς καί οὐδὲ ἄλλων τινῶν. Ἔστι γὰρ κατὰ τὸν μύκητα καὶ τὸ ὕδνον τὸ καὶ γεράνειον κατά τινας, καὶ ἡ ἔλιξ καὶ ἡ πτέρις δὲ, ἣν ἔνιοι βλάχνον καλοῦσιν, ὡς καὶ Ἀρριανὸς δηλοῖ ἐν Βιθυνιακοῖς. Hausit sua Eustathius ex Athenæo II, p. 62, F, nisi quod fortasse Arriani mentionem de suo adjecerit. Certe in Epitom. Athenæi Arrianus non citatur. Ceterum v. Stephan. Thes. v. βλῆχνον et βλῆχρον.

---

esse Bithyopolites; at reperi Bithyniapolites apud Arrianum in quinto De rebus Bithyniæ. De Bithynopolis gentile formandum est Bithynopolites.

28.

Nicomedium, emporium Bithyniæ. Arrianus quinto De rebus Bithyniæ.

29.

Megaricum, oppidulum, quod inter Bithyniæ urbes recenset Arrianus libro quinto : « Astacus, Heræa et Megaricum. »

Astacus, urbe Bithyniæ, ab Astaco Neptuni et Olbiæ nymphæ filio, sicut Arrianus in Bithynicis refert.

30.

Facit huc quod Arrianus in Bithynicis tradit, nempe Bithynos in montium cacumina ascendere, ibique *Papam* invocare Jovem itemque *Attim* eundem.

31.

Arrianus fabulatur ad Sangarii fluvii ripas Bacchum, quum jam altilis ad maturitatem fœtus pervenisset, rupisse Jovis vincula.

32.

Dicitur non solum Πρίηπος, sed etiam Πρίαπος, et Πρίεπος apud Arrianum in Bithynicis, ubi Priepus allegorice de sole intelligendus esse dicitur propter fœcunditatem.

33.

Solem Homerus hoc loco juramentorum fidei arbitrum dicit, utpote omnia inspicientem. Quare Bithyni quoque, ut Arrianus narrat, quando lites disceptabant, in solem conversi sedebant, ut sic deus inspiceret.

34.

Fungi neque vestigium germinationis seminalis neque semen ullum producunt, sicuti etiam aliæ quædam plantæ; nam quod de fungis, idem valet de tubere sive geranio secundum nonnullos, de helice et de filice, quam nonnulli *blachnon* vocant, sicuti etiam Arrianus in Bithynicis tradit.

35.

Eustathius ad Dion. 140 : Τὸν δὲ Θρᾳκικὸν τοῦτον Βόσπορον οἱ μέν φασιν εἶναι τὰ κατὰ Χαλκηδόνα καὶ Βυζάντιον στενά. Φησὶ γοῦν περί τινος ὁ Ἀρριανὸς ὅτι « Ἐλαύνει ἐπὶ Χρυσόπολιν, ἔνθα ὑπὸ νύκτα περάσας τὸν Βόσπορον » καὶ τὰ ἑξῆς. Οἱ δὲ μάλιστα τὰ ἄνω που τοῦ καλουμένου Ἀνάπλου. Τοῦτον δὲ τὸν Βόσπορον ἐνήξατο, φησὶ, ποτὲ ἡ Ἰὼ βουλαῖς Ἥρας δάμαλις οὖσα. Διὸ καὶ Βόσπορος λέγεται, οἱονεὶ βοὸς πόρος ἐκείνης τῆς οἰστροπλήγος, περὶ ἧς Ἀρριανὸς οὕτω φησί· « Πορθμὸς ὁ κατὰ Χαλκηδόνα καὶ Βυζάντιον, ὃ ποτε Μύσιος, διότι Μυσοὶ ἀντιπέραν ᾤκουν τῆς Θρᾴκης· ὕστερον δὲ Βόσπορος, ἐπὶ τῇ συμφορᾷ τῆς Ἰοῦς, ἣν κατὰ μῆνιν Ἥρας οἰστρηθεῖσαν εἰς τοὺς χώρους τούτους ἀφικέσθαι καὶ ταύτῃ διαπεραιώσασθαι οἱ μῦθοι ἐποίησαν. » Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ὅτι « κατά τινας οὐκ ἀπὸ τῆς ῥηθείσης βοὸς ὁ τοιοῦτος Βόσπορος, ἀλλ' ἀπό τινος ἑτέρας ὠνόμασται, ἥτις, φησὶ, Φρυγῶν ἐπικειμένων ἐμβάλλει ἀδεῶς εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ περαιοῦται ἀβλαβῶς τὸν κατὰ Καλχηδόνα καὶ Βυζάντιον Βόσπορον· καὶ οὕτω καθηγεμὼν ἐκείνοις γίνεται κατά τινα θεοφορίαν (ἤγουν μαντείαν), ἥτις διεκελεύετο βοῦν ἡγεμόνα καταστῆσαι τῆς ὁδοῦ. Ὃ καὶ ποιήσαντες ἐκεῖνοι διεπεραιώσαντο ἀσφαλῶς. Καὶ μνῆμα (φησὶ) τοῦ πόρου τούτου ἕστηκε βοῦς χαλκῆ, ὑστέρῳ ποτὲ χρόνῳ ὑπὸ Χαλκηδονίων ἱδρυθεῖσα. Καὶ τάχα ἐκ ταύτης καί τις ἐκεῖ τόπος καλεῖται Δάμαλις ἕως νῦν. » Pro Δάμαλις (δαμάλιος var. l.; δαμάλη m.) Bernhardyus ex duobus codd. dedit Δαμάλιον, eamque formam haud dubie referri ait ad τεμενικά, quæ Lobeckius uberrima disputatione complexus sit ad Phryn. p. 367 sqq. At vulgatam Δάμαλις tuentur reliqui auctores, qui hujus loci mentionem faciunt, Nicetas Chon. Man. Com. p. 140, A; Leo gramm. p. 490, A; Cinnamus p. 58, A; Tzetzes Chil. I, 829. Polybius IV, 43 et 44 locum illum Βοῦν appellat. Cf. Anthol. Palat. VII, 169; Gillius De Bospor. Thracico 3, 9; Forbiger *Geogr.* p. 390.

36.

Idem ib. 322 : Ὅτι οὐ μόνον Εὐρωπαῖοι Μυσοί, ἀλλὰ καὶ Ἀσιανοί. Ὁ Ἀρριανὸς τῶν Εὐρωπαίων Μυσῶν ἀποίκους λέγει τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Ὀλυμπηνοὺς Μυσούς, οἵτινες Μυσοὶ ὀνομάζονται ἢ ἀπὸ Μυσοῦ τοῦ Διὸς ἢ ἀπὸ ἑτέρου Μυσοῦ υἱοῦ Ἀργανθώνης τῆς γενναίας, τῆς ὀρεσιβίου, ἢ ἀπὸ τοῦ φυτοῦ τῆς μυσῆς ἢ τοῦ μυσοῦ (ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται), ὅπερ τὴν ὀξύην δηλοῖ κατὰ τὴν γλῶσσαν τῶν Λυδῶν, ὡς καὶ ὁ γεωγράφος (Strabo p. 572) φησίν.

7.

Idem ibid. : Ὅτι Θρᾷκες οὐ μόνον Εὐρωπαῖοι, ἀλλὰ καὶ Ἀσιανοὶ, κατὰ τὴν Ἀρριανοῦ ἱστορίαν λέγοντος, ὥσπερ Φρύγας καὶ Μυσούς, οὕτω δὴ καὶ Θρᾷκας ἐξ Εὐρώπης διαβῆναι εἰς Ἀσίαν μετὰ Πατάρου τινὸς ἡγεμόνος, ὅτε οἱ Κιμμέριοι τὴν Ἀσίαν κατέτρεχον, οὓς ἐκβαλόντες ἐκ Βιθυνίας οἱ Θρᾷκες ᾤκησαν αὐτοί· καὶ τάχα ἐκ τῶν τοιούτων Θρᾳκῶν πλατυνθέντων καὶ τὸ νῦν λεγόμενον Θρακήσιον τὴν κλῆσιν εὕρηκεν. Ὁ δ' αὐτὸς Ἀρριανὸς καὶ Θρᾴκην τινὰ ἱστορεῖ νύμφην σοφὴν ἀμφὶ ἐπῳδάς τε καὶ φάρμακα, καὶ οἵαν τὰ μὲν ἕλκύσαι (ἐκλῦσαι?) τῶν παθημάτων φαρμάκοις, τὰ δὲ ἐργάσασθαι· ὁποία τις καὶ ἡ Μήδεια ἱστόρηται καὶ ἡ Ἀγαμήδη καὶ ἡ θρυλουμένη Κίρκη· καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς Θρᾴκης δοκεῖ ὠνομάσθαι ἡ χώρα, Πέρκη ποτὲ καλουμένη.

35.

Thracicum Bosporum nonnulli esse dicunt maris inter Chalcedonem et Byzantium angustias. Sic Arrianus de quodam dicit : « Proficiscitur versus Chrysopolin, ubi noctu Bosporum trajiciens etc.; » alii vero superiorem maxime Anapli, quem vocant, partem hoc nomine designant. Hunc Bosporum, ait, natando olim trajecit Io Junonis consiliis in juvenam transformata. Atque hinc Bosporus dicitur, quasi trajectus bovis illius œstro agitatæ, de qua Arrianus ita scribit : « Fretum inter Chalcedonem et Byzantium, olim Mysium, a Mysis in Thraciæ litore habitantibus, deinde vero Bosporus vocabatur ab Ius casu, quam per Junonis iram œstro agitatam in hosce locos venisse ibique trajecisse fabulæ perhibent. » Idem vero addit : « Secundum nonnullos non ab hac quam modo dixi bove Bosporus, sed ab alia quadam nomen habet, quæ, Phrygibus invasione urgentibus, audacter in mare se præcipitavit, atque incolumis Bosporum, qui inter Chalcedonem et Byzantium est, trajecit; atque sic dux illis exstitit juxta oraculum, quod bovem viæ ducem constitui jubebat. Quod facientes illi absque damno transierunt. Cujus trajectus monumentum exstat bos ænea quam postero tempore Chalcedonii consecrarunt. De hac fortasse etiam locus quidam ibi Damalis vocatur etiam nunc. »

36.

Sunt non modo Europæi Mysi, sed etiam Asiatici. Arrianus Europæorum Mysorum colonos esse dicit Olympenos in Asia Mysos, qui Mysi nominantur vel a Myso Jovis filio, vel a Myso alio, Arganthones illius strenuæ et montivagæ filio, vel a planta *myso* sive *mysa* (utrumque dicere licet), quæ Lydorum lingua abietem significat, ut Strabo quoque dicit.

37.

Thraces non solum Europæi sunt, sed etiam Asiatici, secundum Arrianum, ubi dicit, quemadmodum Phryges et Mysos, sic etiam Thraces ex Europa in Asiam transiisse Patara quodam duce, quo tempore Cimmerii in Asiam invaserant, quos e Bithynia pellentes Thraces ipsi hanc regionem occuparunt. [Ac fortasse de hisce Thracibus latius deinceps dispersis Thracesium quod nunc dicimus nomen accepit (v. *Constant. Porphyr. De them.* 1).] Idem Arrianus memorat etiam Thracen quandam puellam sapientem incantationum et herbarum scientia, qua mala et adducere et avertere poterat, sicuti de Medea vel Agamede vel fa-

Ὁ αὐτὸς λέγει καὶ ὅτι ἔθος ἦν Θραξὶ πολλὰς ἔχειν γυναῖκας, ὡς ἂν ἐκ πολλῶν πολλοὺς ἔχοιεν παῖδας, καὶ τὸ ἔθος αὐτοῖς γενέσθαι φησὶν ἀπὸ βασιλέως αὐτῶν Δολόγκου, ᾧ παῖδες πολλοὶ ἐκ πολλῶν γυναικῶν ἐγένοντο.

38.

Eustath. ad Il. λ, 739 p. 881, 60, post memoratas Agameden et Medeam veneficas : Ἀρριανὸς δὲ καὶ Κροκοδίκην τινὰ ἱστορεῖ οὐδὲν ἧττον γυναῖκα γοητεύτριαν. Cf. Eustath. p. 1493, 48. 1657; 52.

39.

Steph. Byz : Ἀβρεττήνη, χώρα Μυσίας, ἀπὸ Βρεττίας νύμφης. Τὸ ἐθνικὸν Ἀβρεττηνὸς, ὡς Ἀρριανός φησιν. Cf. Strabo XII, p. 574, 576; Plinius V, 30, 33.

40.

Eustath. ad Dionys. 809 : Ἀρριανὸς δέ φησιν, ὅτι « Θυνὸς καὶ Μυσὸς υἱοὶ ἦσαν Ἀργανθώνης, ἥτις καλόν τι χρῆμα νύμφης ἦν, ἀφ' ὧν Θυνὸς μὲν Θυνίαν οἰκίσας ἀφ' ἑαυτοῦ ὠνόμασε, Μυσοὶ δὲ ἐπὶ τῷ Μυσῷ ὠνομάσθησαν. »

41.

Idem ib. 793 : Τοὺς δὲ Βιθυνοὺς καὶ ναυτικωτάτους ἱστοροῦσι γενίσθαι ποτὲ, καὶ τὴν αὐτῶν γῆν πάμφορόν τε καὶ εὔδενδρον εἶναί φασι, καὶ λιθοτομίας ἔχουσαν πολλαχοῦ, καὶ κρυστάλλους ἐν ὄρεσι φύουσαν, καὶ ἄλλα πολλὰ ἔχουσαν ἀγαθά. Ἡρόδοτος (VII, 75) δὲ λέγει Θρᾷκας διαβάντας εἰς Ἀσίαν κληθῆναι Βιθυνοὺς, καὶ εἶναι παρ' αὐτοῖς χρηστήριον Ἄρεος. Λέγεται δὲ καὶ ὅτι τὴν ἀπὸ Βυσπόρου γῆν ἕως ἐπὶ Ῥήβαντα Βιθυνοί ποτε κατέσχον. Τὴν δὲ αὐτοῦ ἐπέκεινα ἐπὶ Πόντον ὀρεινὴν οἱ Θυνοὶ ἔσχον ἄχρι ποταμοῦ Κάλητος, ὡς εἶναι ὁμόρους τούς τε Θυνοὺς καὶ τοὺς Βιθυνοὺς, οὕτω καλουμένους ἀπό τινων ἀδελφῶν ἐπιφανῶν Θυνοῦ καὶ Βιθυνοῦ, παίδων Φινέως κατὰ ποίησιν (ἤτοι ποιητῶν καὶ θετῶν), καθά φησιν Ἀρριανὸς, ὃς καὶ γνήσιον παῖδα Φινέως ἱστορεῖ Παφλαγόνα, ἐξ οὗ χώρα Παφλαγονία. Καὶ γῆν λέγει Ῥηβαντίαν τὴν πρὸς τῷ Ψιλλίῳ ποταμῷ, καὶ δημιουργόν τινα ἱστορεῖ παρὰ Βιθυνοῖς Δαίδαλον καλούμενον, οὗ ἔργον ἐν Νικομηδείᾳ γενέσθαι θαυμαστὸν ἄγαλμα Στρατίου Διός. Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς Ἀρριανὸς καὶ ὅτι ἄλλοι Ὀδρύσου παῖδάς φασι τὸν Θυνὸν καὶ τὸν Βιθυνὸν, ὧν ἡ χώρα ὁμώνυμος. Eustath. in Il. p. 125, 30, exempla παρηχήσεως afferens : καὶ Ἀρριανός· « Φῦναι Φινέα. » Alia nonnulla ex h. l. excerpsit Eudocia p. 103.

42.

Eustath. in Il. p. 123, 35 : Φησὶ γὰρ ἡ τοῦ Ἀρριανοῦ ἱστορία ὅτι Βριάρεως, Γῆς καὶ Οὐρανοῦ παῖς, θαλαττοκρατήσας ὁρμητηρίῳ ἐχρήσατο Εὐβοίᾳ τῇ νήσῳ, κἀκεῖθεν ὁρμώμενος κατεστρέψατο τὰς Κυκλάδας, ὃς καὶ Αἰγαίων ὠνόμασται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Οὗτος δὲ καὶ αἰτίαν παρασχεῖν λέγεται τῷ Αἰγαίῳ πελάγει εἰς ἐπωνυμίαν. Σῆμα δὲ αὐτοῦ δείκνυσθαι κατὰ τὸν Ῥυνδακὸν ποταμὸν οὐ πόρρω θαλάσσης λόφον τινὰ, καὶ τοῦτον ἐπικαλεῖσθαι Αἰγαίωνος, καὶ ἀπὸ τοῦ λόφου τούτου πίδακας ἐκδιδόναι ἑκατὸν καὶ ταύτας καλεῖσθαι παλάμας Βριάρεω. Excerpsit locum Eudocia p. 144.

In seqq. Eustathius memoria lapsus, ut videtur, dicit : Οὐδὲ ὁ μυθικὸς Βριάρεως φίλα φρονεῖ τῷ πατρὶ ἢ Κρόνῳ ὄντι κατὰ τὸν Ἀρριανὸν ἢ Ποσειδῶνι κα-

---

mosa illa Circe narrant : et ab hac Thrace ei videtur regio quæ prius Perce appellabatur, nomen traxisse. Idem Arrianus moris esse apud Thraces dicit plures ducere uxores, quo ex multis multos liberos suscipiant; atque morem istum iis esse a Dolonco rege, cui ex multis uxoribus multi fuerunt liberi.

38.

Arrianus Crocodicen quandam mulierem haud minus (Medeâ) præstigiatricem memorat.

39.

Abrettene, regio Mysiæ, a Brettia nympha. Gentile Abrettenus, ut Arrianus ait.

40.

Arrianus dicit : « Thynus et Mysus filii erant Arganthones, quæ pulchrum erat puellæ negotium; horum alter, Thynus, Thyniam, quam incolis frequentaverat, de suo nomine appellavit; Mysi autem de Myso nuncupati sunt. »

41.

Bithynos olim classe valuisse tradunt atque terram eorum fœcundissimam et arboribus bene consitam esse aiunt, et lapicidinas multis in locis habere et crystallos in montibus gignere, aliisque bonis divitem esse. Herodotus narrat Thraces qui in Asiam transgressi sint, Bithynos appellatos, apud eosque Martis oraculum esse. Dicitur etiam Bithynos occupasse quondam regionem quæ a Bosporo usque ad Rhebantem fluvium pertinet, ulteriorem vero ad Pontum montuosam Thynos obtinuisse usque ad Caletem fluvium, adeo ut Thyni et Bithyni essent finitimi; nomen vero eos habere a Thyno et Bithyno fratribus, Phinei filiis per adoptionem, ut Arrianus ait, qui etiam genuinum Phinei filium affert Paphlagonem, a quo Paphlagonia regio appellata. Porro regionem ad Psillium fluvium sitam Rebantiam dicit, atque artificem quendam apud Bithynos, Dædalum nomine, memorat, cujus opus Nicomediæ sit admirabile signum Jovis Stratii. Idem Arrianus refert apud alios referri Odrysi filios esse Thynum et Bithynum, a quibus regiones nominatæ sint.

42.

Arrianus ita narrat : Briareus, Cœli et Telluris filius, maris imperium tenens, Eubœa insula sede atque arce utebatur, unde proficiscens Cycladas sibi subjecit. Ab hominibus Ægæon vocabatur. Ab eodem mare Ægæum nomen suum traxisse dicitur. Monumentum ejus monstrari aiunt ad Rhyndacum fluvium haud procul a mari collem quendam, qui Ægæonis vocatur, ex eoque centum profluere scatebras, quas appellant Manus Briarei.

τά τινας. Cf. Eustath. ad Dion. 132 : Αἰγαῖον δὲ πέλαγος, ὡς τισι δοκεῖ, λέγεται παρὰ τὰς ἐν Εὐβοίᾳ Αἰγὰς, τόπον οὕτω καλούμενον, ἔνθα τοὺς τοῦ Ποσειδῶνος ἵππους ἀναπαύει ὁ ποιητής· οἱ δὲ παρὰ τὸν Αἰγαίωνα τὸν Ὁμηρικόν.

43.

Eustath. ad Il. β, 754, p. 336, 12, ad verba Ὅρκου γὰρ δεινοῦ Στυγὸς ὕδατος] Κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦ Ἀρριανοῦ καὶ Βιθυνίας ποταμὸς Ὅρκος ὄνομα, ὃς φρικωδέστατος ὅρκων τοῖς ἐκεῖ ἐνομίζετο, πρὸς βίαν εἰς τὰς δίνας ἕλκων τὸν ἐπίορκον, εἰ μὴ ὁρόμῳ ἐξεπήδησεν.

44.

Idem ad Il. ε, 150, p. 532, 34 : Ὁ μὲν Ὑπείρων ἐκ μόνης τῆς ὑπείρ προθέσεως παρῆκται... οὕτω δὲ καὶ ἐκ τῆς ἀνά ἴσως ὁ Ἄνιος... Ἐκ δὲ τῆς ὑπό Ὕπιος ὁ παρὰ Ἀρριανῷ ποταμός. Eustathius ut reliquis locis, sic hic quoque Bithyniaca ante oculos habuerit; quanquam Hypius fluvius memoratur etiam in Ponti Eux. Periplo c. 13, 2, ubi libri mss. et editt. perperam exhibent Ὕππιος.

45.

Idem in Il. β, 857, p. 364,1 : Ἀρριανὸς δὲ τοιαῦτα περὶ Ἀλιζώνων ἱστορεῖ· « Οὓς Ὅμηρος ἐν Νεῶν καταλόγῳ φησὶν Ἀλιζῶνας, Βιθυνοί εἰσιν, ὧν Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον. Καὶ ἡ Ἀλύβη, ἐν ᾗ λέγει ἀργύρου γενέθλην εἶναι, παραδείκνυται, καὶ οὐκ ἀμαυρὰ ὑπόμνησις ἀργυρίων ἔργα ὑπολελειμμένα δρᾶται. Ἀλιζῶνες δὲ οἱ ἄνθρωποι οὗτοι, φησὶ, καλοῦνται ὅτι πανταχόθεν θαλάσσῃ περιείργονται, ἀπὸ μὲν ἄρκτου καὶ ἀνατολῆς τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, πρὸς μεσημβρίαν δὲ καὶ νότον τῷ Ἀσταχηνῷ κόλπῳ τῷ πρὸς Νικομήδειαν, πρὸς δὲ δύσιν καὶ Ζέφυρον τῇ Προποντίδι καὶ τῷ Βοσπόρῳ, ὡς μὴ πόρρω χερρονήσου εἶναι τὰ πολλὰ αὐτῶν, καὶ δικαιότατα λέγεσθαι διεζῶσθαι θαλάσσῃ. » Ὁ δὲ αὐτὸς Ἀρριανὸς λέγει καὶ τὸν ῥηθέντα Ὀδίων Ῥοδοίτην ποτὲ καλεῖσθαι, εἶτα εἰς Ῥόδιον μεταπεσεῖν, εἶτα Ὀδίον κληθῆναι.

46.

Idem ad Dionys. 809 : Ταύτην δὲ τὴν μεγάλην Φρυγίαν καὶ ἱππόβοτον λέγει (Dionysius) καὶ λιπαράν. Ὀλβιωτάτους δὲ τοὺς Φρύγας καὶ Ἀρριανὸς ἱστορεῖ, λέγων καὶ ὅτι λέγονται Φρύγες παλαιότατοι ἀνθρώπων γενέσθαι, καὶ ὅτι μαίνονται τῇ Ῥέᾳ, καὶ πρὸς Κορυβάντων κατέχονται (ἤγουν κορυβαντιῶσι δαιμονῶντες). Ὅταν δὲ κατάσχῃ αὐτοὺς τὸ θεῖον, ἐλαυνόμενοι καὶ μέγα βοῶντες καὶ ὀρχούμενοι προθεσπίζουσι τὰ μέλλοντα, θεοφορούμενοι καὶ μαινόμενοι.

47.

Idem ib. 791 : Ἀρριανὸς δὲ οὕτω γράφει περὶ τῶν τοιούτων· « Ἐπέκεινα Σαγγαρίου ὅμοροι Παφλαγόνων Μαριανδυνοί, ἔνθα πόλις Ἡράκλεια πεπόλισται, ὅπου Κιμμέριοι πόαν φαγόντες ἀκόνιτον ἐδυστύχησαν. Ἦν γὰρ αὐτοῖς πάτριον τὸ ποηφαγεῖν. »

48.

Idem ib. 772 : Ἀρριανὸς δὲ τοὺς περὶ Μεσοποταμίαν Ἀσσυρίους λέγει, ἐν οἷς φησὶ τοὺς πρὸς Εὐφράτῃ ποταμῷ Ἀσσυρίους, ἔστε ἐπὶ Νίνον καὶ Βαβυλῶνα, καθ' ὧν Ἀμαζόνες ἐστράτευσαν, Εὐρυπύλης ἡγουμένης αὐτῶν. Καὶ τοὺς Καππαδόκας δὲ οὕτω ποτὲ ἱστορεῖ λέγεσθαι, ἐν οἷς φησὶ Καππάδοκα παῖδα Νινύου,

---

43.

Secundum Arriani historiam in Bithynia quoque fluvius est, qui Horcus (*jusjurandum*) appellatur. Is horribilissimum ejus regionis incolis jusjurandum est, atque vi in voragines abripit pejerantem, nisi cursu se proripuerit.

44.

Quemadmodum *Hyperon* ex sola præpositione ὑπέρ fortur, sic fortasse *Anius* quoque ab ἀνά, et ab ὑπό *Hypius*, qui apud Arrianum memoratur fluvius.

45.

Arrianus de Halizonibus ita habet : « Quos Homerus in Navium catalogo Halizones dicit, Bithyni sunt, ii quibus Hodius et Epistrophus imperabant; atque Alybe, in qua argenti esse fontem dicit, ostenditur, neque obscura admonitio argenti fodinæ sunt, quas etiamnum cernere licet. Halizones autem, ait, homines isti nominantur, quod quasi zona undique mari cinguntur, nimirum Ponto Euxino ab septentrione et oriente, meridiem versus et austrum Astaceno sinu, qui prope Nicomediam est, occidentem et Zephyrum versus Propontide et Bosporo, adeo ut major regionis pars fere chersonesus sit et justissime mari cingi dicatur. » Idem Arrianus Hodium, quem Homerus dicit, olim Rhodœten appellatum refert, quod nomen deinde in Rhodium, postremo in Hodium abierit.

46.

Phrygiam magnam Dionysius equis feracem et pinguem terram appellat. Arrianus quoque Phryges beatissimos dicit, narratque eos hominum omnium esse antiquissimos, et in honorem Rheæ insanire furore Corybantico afflatos. Quodsi vero numen eos corripuerit, cursitantes et vociferantes saltantesque futura vaticinantur divino instinctu et insania.

47.

Arrianus ita scribit : « Trans Sangarium fluvium finitimi Paphlagonum sunt Mariandyni, apud quos Heraclea urbs exstat, ubi Cimmerii cicutam quum edissent herbam, calamitate affecti sunt. Nimirum gramine vesci iis mos erat. »

48.

Arrianus Assyrios Mesopotamiæ incolas dicit, quo loco memorat Assyrios ad Euphratem fluvium usque ad Ninum et Babylonem habitantes, contra quos Amazones sub Eurypyle expeditionem susceperint. Idem vero etiam Cappadoces quondam Assyrios appellatos esse dicit, quo loco

ἐφ' ὅτῳ Ἀσσύριοι μεταβαλόντες τὸ ὄνομα Καππαδόκαι ὠνομάσθησαν.

49.

Eust. ad Dion. 378 : Τὴν δὲ ῥηθεῖσαν Ἐνετίαν... νῦν μὲν Βενετίαν φαμὲν, καθότι καὶ Ἀρριανός φησιν ὅτι « Ἐνετοὶ πονήσαντες ἐν μάχῃ τῇ κατὰ Ἀσσυρίους καὶ ἀποπεράσαντες εἰς Εὐρώπην ᾠκίσθησαν πρὸς Πάδῳ τῷ ποταμῷ, καὶ τῇ ἐπιχωρίῳ γλώττῃ Βενετοὶ εἰς τοῦτο ἔτι ἀντὶ Ἐνετῶν κλήζονται, καὶ Βενετία ἡ γῆ ἥντινα νέμονται. »

50.

Idem v. 805 : Τούτους τοὺς Βέβρυκας ἱστορεῖται μείζω δοκεῖν ἔχειν τὰ σώματα ἢ καθ' ἡλικίαν ἀνθρώπου, παρ' οἷς καὶ ὁ Βέβρυξ ἐκεῖνος Ἀράντας, « ᾧ τὸ μὲν μῆκος εἰς ὀκτὼ λέγεται πήχεις, εὖρος δὲ, ὡς Ἀρριανός φησιν, ὅσον τοσῷδε μήκει ἐς κουφότητα ξύμμετρον (ἦγουν ὅσον ἦν ξύμμετρον πρὸς τοὺς ὀκτὼ πήχεις τοῦ μήκους εἰς τὸ κούφως βαίνειν τὸν ἄνθρωπον). Κατὰ δὲ τοσούτου ἀνδρὸς νικηφόρος γέγονεν εἰς μονομαχίαν συστὰς νεανίας ἐτῶν ιζ'. »

Etiam quæ sequuntur de Bebryce Danaide, a qua regio Bebrycia nomen habeat, sicuti reliqua plurima, quæ de his regionibus, non nominato fonte, Eustathius affert, ex eodem Arriano fluxisse putanda sunt.

51.

Idem ib. 767 : Ἀρριανὸς δὲ οὕτω φησίν· « Χάλυβες πρῶτοι ἀνθρώπων αἰτίαν ἔχουσι χαλκεύσασθαι. »

52.

Idem ad Dion. 669 : Σκυθῶν δὲ ἡ τοιαύτη πᾶσα γῆ, περὶ ὧν Ἀρριανὸς, ὅτι « σιτοφάγοι ποτὲ καὶ ἀροτῆρες ὄντες καὶ οἰκίας οἰκοῦντες καὶ πόλεις ἔχοντες, ἐπειδὴ ὑπὸ Θρᾳκῶν ἐπλήγησαν, μετέβαλον τὰ πρότερον ἤθη, καὶ ἀρὰς ἐπηράσαντο μεγάλας, μήποτε οἰκίαν ἔτι δείμασθαι, μήτε ἀρότρῳ γῆν ἀναρρῆξαι, μήτε πόλεις δομήσασθαι, μήτε κτῆμα κειμήλιον ἐπικτήσασθαι, ἀλλ' οἴκους μὲν ποιήσασθαι ἁμάξας, τροφὴν δὲ κρέα θήρεια, πόμα δὲ ταὐτὸ καὶ τροφὴν τὸ γάλα, θρέμματα δὲ κεκτῆσθαι μόνα, ἅπερ ἄγεσθαι αὐτοῖς ἔμελλεν ἄλλην γῆν ἐξ ἄλλης ἀμείβουσι· καὶ ἀπὸ τοῦδε ἀντὶ γεωπόνων γενέσθαι νομάδας. »

53.

Idem in Il. v, 1, p. 916, 23 : Ἀρριανὸς δέ φησιν ὅτι οἰκοῦσι τὴν Ἀσίαν οἱ Ἄβιοι Σκύθαι αὐτόνομοι διὰ πενίαν καὶ δικαιότητα.

54.

Idem in Dion. 783 : Περὶ τούτου (de Iride fluvio) ὁ Ἀρριανὸς ταῦτά φησιν· « Αἷμος βασιλεὺς Σκυθῶν, οὗ υἱὸς Ἐρίδιος, ἀφ' οὗ ὁ Ποντικὸς ποταμὸς κληθεὶς Ἐρίδιος ὕστερον εἰς τὸ δεξιώτερον μετωνομάσθη Ἶρις.

55.

Steph. Byz. : Γετία, ἡ χώρα τῶν Γετῶν. Γέτης γὰρ τὸ ἐθνικὸν, οὐ τὸ κύριον. Ἔστι δὲ Θρᾳκικὸν ἔθνος... καὶ κτητικῶς λέγεται Γετικός... Ἀρριανὸς δὲ Γετηνοὺς αὐτούς φησι. In Anabasi Arrianus populum vocat Γέτας. Vocem Γετηνοὺς pro adjectivo κτητικῷ usurpaverit, nisi forte Ἀρριανὸς h. l., ut sæpius, corrupte citetur pro Ῥιανός.

---

meminit Cappadocis Ninya nati, a quo Assyrii Cappadoces appellati sint.

49.

Quam diximus Henetiam nunc Venetiam appellamus, sicuti etiam Arrianus dicit. « Etenim Heneti, ait, prælio contra Assyrios commisso cladem ferentes in Europam transierunt et ad Padum fluvium sedes fixerunt, ubi lingua indigena Veneti etiamnum pro Henetis vocantur, et Venetia regio quam incolunt. »

50.

Bebryces narrantur majora quam pro vulgari hominum natura habere corpora; apud quos exstitit etiam Bebryx ille Arantas, cui longitudo corporis ad octo cubitus fuisse perhibetur, latitudo vero, ut Arrianus dicit, quanta ad motus facilitatem tantæ proceritati congrueret. Et cum ejusmodi molis viro juvenis annorum septemdecim certamine singulari congressus victoriam deportavit.

51.

Arrianus ita dicit : « Chalybes primi hominum auctores feruntur artem æreariam tractandi.

52.

Talis est Scythiarum regio universa, de quibus Arrianus dicit : « Olim frumento vescebantur, agrosque arabant, domusque in urbibus inhabitabant; deinde vero quum a Thracibus pulsati essent, priorem vitæ rationem mutarunt, et cum dira exsecratione jurarunt nunquam se domum ædificaturos neque aratro terram scissuros, neque urbes condituros, neque ullam supellectilem pretiosiorem unquam possessuros, sed domus loco currum habituros, pro cibo carnes ferinas, pro potu simul atque cibo lac, nec quidquam possessuros præter pecora quæ secum ducerent, aliam cum alia regione permutantes. Atque ab eo inde tempore ex agricolis nomades evasisse. »

53.

Arrianus dicit in Asia habitare Abios Scythas, populum liberum suique juris ob paupertatem et justitiam.

54.

De Iride fluvio Arrianus hæc habet : « Hæmus Scytharum rex filium habuit Eridium, a quo Ponticus fluvius nominatus est Eridius, quod nomen postea abiit in *Iris*. »

55.

Getia, Getarum regio. Nam Geta gentile est, non vero proprium; est vero Thracicus populus. Possessive dicitur Geticus. Arrianus autem Getenos eos appellat.

56.

St. B. : Τριῆρες, ἔθνος, ἀπὸ Τριήρου τοῦ Ὀμβριάρεω καὶ Θρᾴκης παιδὸς, ὡς Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς. Cf. id. v. Τρῆρος.

57.

Eustath. ad Il. η, 166, p. 673, 45 : Ἐνυάλιος δὲ κατὰ μὲν τοὺς πλείους ὁ πολεμικὸς ἀπὸ τῆς Ἐνυοῦς. Τινὲς δὲ ὥσπερ τὴν Παλλάδα διὰ φόνον τοῦ Πάλλαντος, οὕτω καὶ τὸν Ἐνυάλιον διά τι τοιοῦτον κεκλῆσθαί φασιν. Ἀρριανὸς γοῦν ἱστορεῖ ὅτι ἐλθὼν Ἄρης εἰς τὰ τῆς Θρᾴκης χωρία, ὅπου τὰ οἰκεῖα ἦν τῷ Ἐνυαλίῳ, ἤθελε ξενισθῆναι· ὁ δὲ οὐκ ἤθελε δέχεσθαι, φάμενος οὐκ ἂν ξενίσαι ἄλλον ἢ ὃς κρείσσων αὐτοῦ τὰ πολέμια ἔλθοι. Καὶ ὅς· « Ὥρα σοι ξενίζειν ἐμὲ, καθότι κρείσσων σοῦ φημὶ τὰ πολέμια εἶναι. » Τοῦ δὲ Ἐνυαλίου ἀποφάσκοντος, ἔρχεται εἰς χεῖρας καὶ ἐπὶ πολὺ τῆς μάχης ἐκταθείσης, τέλος ὁ Ἐνυάλιος πίπτει ὑπὸ τῷ Ἄρεϊ, πληγεὶς ὅπλῳ τῇ ῥομφαίᾳ. Διὸ καθότι μέγα τοῦτο ἆθλον ὁ Ἄρης νέος ὢν ἐξετέλεσεν, ἐκαλεῖτο ἐπ' αὐτῷ Ἐνυάλιος. Eadem, citato Arriano, attingit Tzetz. Chil. XII, 791.

58.

Idem in Dionys. 828 : Ἔθνος δὲ γυναικεῖον αἱ Ἀμαζόνες πρὸς τῷ Θερμώδοντι, διὸ καὶ ἀπὸ μητέρων ἐγενεαλογοῦντο, καθάπερ Ἀρριανὸς ἱστορεῖ.

Idem ib. : Ὅτι δὲ αἱ Ἀμαζόνες πολλοὺς ἐν Ἀσίᾳ κατέσχον τόπους ποτὲ, δηλοῦσι καὶ κρῆναί τινες Ἀμαζόνων δμώνυμοι, καὶ μὴν καὶ πόλεις, οἷον ἡ Ἔφεσος αὕτη, ἡ Ἀναία, ἡ Μύρινα, ἡ Αἰολικὴ Κύμη. Ἔστι δὲ καὶ Ἐλαία τόπος πρὸς τῇ Νικομηδείᾳ κατὰ τὸν Ἀριανὸν ἀπὸ Ἐλαίας Ἀμαζόνος· καὶ πρὸς τῷ Πόντῳ δὲ Θίβα, τόπος διὰ τοῦ ι ἔχων τὴν παραλήγουσαν, ἀπὸ μιᾶς τῶν ὑφ' Ἡρακλέος ἀναιρεθεισῶν Ἀμαζόνων σχοῦσα τὴν κλῆσιν, « ὧν αἱ διάφοροι (τουτέστιν αἱ ὑπερέχουσαι) καὶ ἀξιολογώτεραι, κατὰ τὴν τοῦ Ἀρριανοῦ ἱστορίαν, εἰσὶν αὗται πρὸς ὄνομα, Τράλλα, Ἰσοχράτεια, Θίβα, Πάλλα, καὶ ἄλλαι. »

59.

Stephan. Byz. : Ἀμαζόνειον, τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ... Ἔστι καὶ ἄλλο διὰ τοῦ κ Ἀμαζονικὸν ἐν Βοιωτίᾳ. Ἔστι καὶ ἐν Βιθυνίᾳ Μαζαῖον κατὰ παραφθοράν, ὡς Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς. Τὸ ἐθνικὸν Μαζαεὺς, ὡς Μιδαεὺς καὶ Δορυλαεύς.

60.

Eustath. ad Dionys. 549 : Ὅτι ἐντὸς τῆς Μαιώτιδος νῆσος ἀπειρεσίη ἐστήρικται, ἣν καλοῦσι Ταυρικὴν, ἐν ᾗ Φαιναγόρα καὶ Ἑρμώνασσα, Ἰώνων ἄποικοι πόλεις, ὧν ἡγήσατο Φαιναγόρας τις καὶ Ἕρμων, ἀφ' ὧν οἱ τόποι καλοῦνται. Ἀρριανὸς δὲ οὕτω φησί· « Φαιναγόρεια, ἣν ἔκτισε Φαιναγόρας ὁ Τήιος, φεύγων τὴν τῶν Περσῶν ὕβριν· ἔτι δὲ Ἑρμώνασσα ἐπὶ Ἑρμωνάσσῃ τῇ γυναικὶ Σημάνδρου Μυτιληναίου τινὸς, οὗ τινὰς τῶν Αἰολέων εἰς ἀποικίαν μεταστήσαντος καὶ θανόντος ἐν τῷ τῆς πόλεως οἰκισμῷ, ἡ γυνὴ τῆς τε πόλεως ἐγκρατὴς ἐγένετο, καὶ τὸ ἑαυτῆς ὄνομα τῇ πόλει ἐπέθετο. »

61.

Idem ib. 803 : Κατὰ δὲ τὴν Ἀρριανοῦ ἱστορίαν ἐπώνυμός ἐστιν ἡ τῶν Χαλκηδονίων πόλις τῷ Κρόνου

56.

Trieres (*Treres*), a Triere, Ombriarei et Thraces filio, ut Arrianus ait in Bithynicis.

57.

Enyalius secundum plurimos Mars dicitur ab Enyo; nonnulli autem sicuti Palladem a Pallantis cæde, sic Enyalium quoque similem ob causam nomen habere narrant. Arrianus scilicet ita refert : « Mars in Thraciæ veniens regiones, ubi Enyalius habitabat, hospitio excipi ab eo voluit. Ille vero excipere noluit, dicens se non admittere hospitem nisi qui virtute bellica ipsum superaverit. Tum Mars : « Jam igitur hospitium mihi concedes; nam ego me præstantiorem te esse rebus bellicis contendo. » Quod illo negante, ad manus veniunt, et postquam diu certarunt, postremo Enyalius cecidit a Marte romphææ ictu percussus. Arduum hoc certamen quod juvenis adhuc Mars confecisset, Enyalius hinc nominatus est. »

58.

Amazones mulierum est populus ad Thermodontem; quare etiam a matribus generis seriem recensere solebant, ut Arrianus narrat.

Amazones multos in Asia locos tenuisse probant fontes Amazonum cognomines, nec non urbes, ut Ephesus, Anæa, Myrina et Cyme Æolica. Est etiam Elæa locus ad Nicomediam, Arriano teste, ab Elæa Amazone nomen ducens, et ad Pontum Thiba locus (per ι literam in penultima), qui nominatus est ab una Amazonum ab Hercule interfectarum, inter quas præcipuæ et clarissimæ secundum Arriani historiam fuerunt Tralla, Isocratea, Thiba, Palla, aliæ.

59.

Amazonium locus in Attica. Est etiam in Bœotia quod per c literam dicitur Amazonicum. Porro in Bithynia quod per corruptionem abiit in Mazæum, ut Arrianus in Bithyniacis refert. Gentile Mazaeus, ut Midaeus, Dorilaeus.

60.

Intra paludem Mæotidem insula porrigitur ingens, quam vocant Tauricam, in qua Phænagora (*Phanagoria*) et Hermonassa urbes, Ionum coloniæ, quæ deductæ sunt Phænagora et Hermone ducibus, a quibus etiam nuncupatæ sunt. Arrianus vero ita dicit : « Phænagoria, quam condidit Phænagoras Teius, Persarum fugiens insolentiam; præterea Hermonassa, quæ vocatur de Hermonassa uxore Semandri Mytilenæi, qui quum Æoles nonnullos in coloniam deduxisset, et dum urbs condebatur, esset defunctus, uxor ejus imperio urbis potita est eique suum ipsius nomen imposuit. »

υἱῷ Χαλκηδόνι, ἀφ' οὗ πρῶτα μὲν ὁ ἐκεῖ που ῥέων ποταμὸς ἐκλήθη Χαλκηδών, ἔπειτα ἡ πόλις, Δωριέων ἀποικησάντων ὑστέροις χρόνοις, ὁμώνυμος γίνεται τῷ ποταμῷ. Ἱστορεῖ δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ὅτι τοῖς Χαλκηδονίοις ἀποφρὰς νομίζεται παντὸς μηνὸς φθίνοντος ἑνάτη (ἤγουν ὡς τοῖς Ἀττικοῖς ἀρέσκει, αἱ εἰκοσταὶ πρῶται τῶν ὅλων μηνῶν ἀπαίσιοι αὐτοῖς κρίνονται), διότι ἐν τοιαύταις ἡμέραις ἄλλας τε δυστυχίας αὐτοὶ ἔπαθον, καὶ Φαρνάβαζος δὲ ὁ Πέρσης τοὺς αὐτῶν παῖδας ἐκτεμὼν εἰς τὸν Δαρεῖον ἀνέπεμψε. Κατασκῆψαι δέ φησιν αὐτοῖς καὶ νόσον ἐκ θεομηνίας, τὸ αὐτοὺς τὰ σφῶν ἀποτέμνειν αἰδοῖα, διότι θυσιῶν τινων κατημέλησαν.

62.

Steph. Byz. Ἀλμήνη, πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, ὡς Ἀρριανός. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλμήνιος, ὡς Ἁλλήνιος, ἢ Ἀλμηνίτης, ὡς Σινωπίτης. Urbs aliunde non nota; Ἀρμένη et Ἀμελητὸς memorantur in Anonymi Peripl. Ponti Euxin. § 24 et 17. Hic vel ille locus ap. Arrianum intelligendus. Gail. tom. III, p. 42, nostrum locum tanquam e Periplo Arriani desumptum posuit. Nescio quam ob causam, quum nulla ibi ejus mentio fiat, et commodissime ad Bithynica referatur.

63.

Eustathius ad Dion. 270 : Ὅτι Εὐρώπη ἡ χώρα ἐξ Εὐρώπης λέγεται, καθὰ καὶ ὁ Λυκόφρων (v. 1398) φησίν· ἀφ' ἧς ὁ Σαρπηδών, ὡς ἱστορεῖ Εὐριπίδης ἐν Ῥήσῳ (v. 29). Ἀγήνορος δὲ αὕτη θυγάτηρ, ἣν Ταῦρος ὁ τῆς Κρήτης βασιλεὺς ἑλήσατο, ναυμαχίᾳ τὴν Τύρον ἑλών. Σημείωσαι δὲ ὅτι ἄλλος ἐστὶν οὗτος παρὰ τὸν Λύκιον Σαρπηδόνα. Σαρπηδὼν μὲν γὰρ οὗτος, ὁ τῆς ῥηθείσης Εὐρώπης, ἀδελφός ἐστι Μίνωος καὶ Αἰακοῦ κατὰ τὸν Ἀρριανόν· ὁ δὲ ἐκ Λυκίας Σαρπηδὼν ὁ Ὁμηρικὸς οὐκ ἂν εἴη τούτῳ σύγχρονος.

64.

Idem ad Il. β, 814, p. 356, 28 : Ἱστορεῖ δὲ ὁ γεωγράφος καὶ ὅτι Βάτεια ἀπὸ Βατείας προσηγόρευται, τῆς Δαρδάνου γυναικὸς, ἧς καὶ Ἀρριανὸς μεμνημένος φησὶν ὅτι Δάρδανος ἐκ Σάμου τῆς Θρᾳκίας ἐλθὼν τὰς τοῦ Τεύκρου βασιλέως θυγατέρας ἔγημε, Νησὼ καὶ Βάτειαν, καὶ ἐκ μὲν τῆς Νησοῦς ἦν αὐτῷ θυγάτηρ Σίβυλλα ἡ μάντις (ἀφ' ἧς καὶ ἄλλαι γυναῖκες ὅσαι ἐγένοντο μαντικαὶ, Σίβυλλαι ἐλέγοντο, οὐχ ὡς πρὸς αἵματος αὐτῇ οὖσαι, ἀλλὰ διὰ τὴν ὁμοίαν θεοφορίαν τυχοῦσαι τῆς ἐπικλήσεως), ἐκ Βατείας δὲ Ἐριχθόνιος καὶ Ἶλος.

65.

Idem in Dion. 391 : Ἱστέον δὲ ὅτι ὁ μὲν μῦθος τὴν τῷ Κάδμῳ προσοικήσασαν Ἁρμονίαν Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης γενεαλογεῖ. Ἀρριανὸς δὲ Ἀσιανήν τε αὐτὴν οἶδε καὶ Δαρδάνου ἀδελφήν· φησὶ γὰρ ὅτι « Κάδμος ὑπὸ τοῦ πατρὸς κατὰ ζήτησιν τῆς ἀδελφῆς Εὐρώπης σταλεὶς καὶ πλανώμενος περιπετὴς γέγονεν Ἁρμονίᾳ τῇ τοῦ Δαρδάνου ἀδελφῇ, ἁρπάσας δὲ καὶ εἰς τὰς νῆας ἐνθέμενος προσέσχε τῇ Βοιωτῶν γῇ, ἔνθα Θηβαίων ἐγένετο ἀρχηγὸς, πλούτῳ τε εὐδοκιμῶν καὶ τῇ ἄλλῃ σοφίᾳ. »

66.

Idem ad Hom. Il. ὃ, 407, p. 490 ed. Rom. : Ἐκ τῶν ῥηθέντων Θηβαϊκῶν πολέμων παροιμία ἐξέ-

---

61.

Secundum Arriani historiam Chalcedoniorum urbs nomen traxit a Saturni filio Chalcedone, a quo primum fluvius qui ibi est Chalcedon appellatus sit, deinde vero fluvii nomen urbi inditum, quam Dorienses postero tempore condiderunt. Idem Arrianus apud Chalcedonios narrat nonum ante finem mensis cujusque diem haberi nefastum, sive, ut Attici dicerent, diem vicesimum primum uniuscujusque mensis infaustum esse ab iis censeri, quod eo die tum alia passi sint infortunia, tum Pharnabazus Persa filius eorum castraverit et ad Darium miserit. Præterea etiam morbum ex deorum ira, quod sacra quædam neglexissent, eos invasisse, quo ad pudenda sibi præscindenda adigerentur.

62.

Almene (*Armene?*) urbs ad Pontum Euxinum, ut Arrianus refert. Gentile Almenius, quemadmodum Pallenius, vel Almenites, quemadmodum Sinopites.

63.

Europa terra nomen habet ab Europa, ut Lycophron dicit. Ejus filius fuit Sarpedon, testante Euripide in Rheso. Ipsa vero Europa fuit Agenoris filia, quam Taurus Cretæ rex, quum navali prœlio Tyrum cepisset, captivam abduxit. Ceterum nota hunc Sarpedonem diversum esse a Lycio. Nam Sarpedon, Europæ, quam modo dixi, filius, frater fuit Minois et Æaci secundum Arrianum, cujus æqualis esse vix possit Homericus ille ex Syria Sarpedon.

64.

Narrat Strabo Batiam (in agro Trojano locum) nomen habere a Batia, Dardani uxore, cujus Arrianus quoque mentionem faciens Dardanum e Samothracia profectum narrat Teucri regis filias uxores duxisse, Nesonem et Batiam, atque e Nesone filiam suscepisse Sibyllam vatem (a qua reliquæ mulieres, quotquot fatidicæ fuerint, Sibyllæ nominatæ sint, non inde quod sanguine junctæ illi, sed quod similiter divino instinctu vaticinatæ sint, nomen illud ferentes), e Batia autem filios genuisse Erichthonium et Ilum.

65.

Tenendem est ex vulgari fabula Harmoniam, quæ Cadmo nupsit, Martis et Veneris filiam dici. Arrianus vero eam Asiaticam novit et Dardani sororem. Dicit enim : « Cadmus a patre ad quærendam Europam sororem emissus, dum vagus oberrat, incidit in Harmoniam Dardani sororem, raptamque ac navi impositam in Bœotorum regionem abduxit, ubi Thebanorum princeps exstitit, vir divitiis clarus et sapientia. »

66.

Ex Thebaicis illis bellis ortum est proverbium, quod de inutilibus usurpatur, *Cadmea victoria*, quandoquidem

πεσεν ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶν τὸ Καδμεία νίκη, ἐπειδὴ, φασὶ, Θηβαῖοι τὰ πρῶτα νικήσαντες ὕστερον ὑπὸ τῶν Ἐπιγόνων ἡττήθησαν. Ἀρριανὸς μέντοι ἐν τοῖς Βιθυνιακοῖς, ὡς καὶ προεδηλώθη, ἐπὶ μεγίστης νίκης τὴν παροιμίαν ἐδέξατο.

Eustath. ad Il. p. 361, 1 : Καδμείαν νίκην οἱ μὲν ἄλλοι οὐκ ἐπαινοῦντές φασι... Ἀρριανὸς δὲ τὴν μεγάλην καὶ ὅ φασι κατ' ἄκρας νοεῖ διὰ τὸ ἄκρως ἡττηθῆναι τοὺς περὶ τὸν Πολυνείκην ὑπὸ τῶν Καδμείων, ὡς μόνον περισωθῆναι τὸν Ἄδραστον.

67.

Idem ad Dion. 517 : Ὁ δὲ Ἀρριανὸς ἄλλως φησί· « Πάριος υἱὸς Ἰασίωνος, ᾧ ἐπώνυμον τὸ ἐν Ἑλλησπόντῳ Πάριον ὡς οἰκιστῇ. »

Idem ibid. : Ἀρριανὸς δέ φησι καὶ ὅτι Θάσος ἀπὸ Θάσου καλεῖται, Ποσειδῶνος υἱοῦ· καὶ ὅτι ἐκαλεῖτό ποτε καὶ Χρυσῆ νῆσος διὰ χρυσᾶ μέταλλα, ὧν καὶ Ἡρόδοτος μέμνηται (IV, 46).

68.

Idem ad Il. β, 824, p. 354, 14 : Ἐπεὶ δὲ, φησὶ (sc. Στράβων), Λύκιοι οἱ περὶ Ζέλειαν, διὰ τοῦτο καὶ Λυκάων ἀρχηγὸς αὐτῶν καὶ Ἀπόλλων αὐτόθι τιμᾶται Λυκηγενής. Λέγει δὲ καὶ Ἀρριανὸς οὕτω· « Ζέλεια ἡ καὶ Λυκία, καὶ ὁ Ἀπόλλων ἐπὶ τῇδε τῇ Λυκίᾳ Λύκιος· διὸ καὶ Πανδάρου πατὴρ Λυκάων, οὐ πόρρω τοῦ τοιούτου ἔθνους πεσόντος τοῦ ὀνόματος· καὶ Λυκογενεῖ Ἀπόλλωνι ἐκεῖνος εὔχεται τῷ ἐπιχωρίῳ (Il. δ, 119). »

69.

Idem ad Dion. 874 : Ὅτι Κίλικες τὸ ἔθνος, καθά φησιν Ἀρριανὸς, ἀπὸ Κίλικος τοῦ Ἀγήνορος, ὃς ἐκ Φοινίκης κατὰ ζήτησιν Εὐρώπης σταλεὶς καὶ πολλὴν γῆν πλανηθεὶς οὐδενὶ μὲν ἴχνει τῆς παιδὸς ἐνέτυχε, τὴν δὲ πολλὴν τῆς Κιλίκων γῆς κατασχὼν ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἐπωνυμίαν τῇ χώρᾳ δέδωκεν.

70.

Idem ib. 498 : Ἀρριανὸς δέ φησι· « Κρὴς, οὗ Κρήτη ἐπώνυμος, ὁ τὸν Δία κρύψας ἐν ὄρει Δικταίῳ, ὅτε Κρόνος ἐμάστευεν, ἐθέλων ἀφανίσαι αὐτόν. »

71.

Idem ib. 530 : Ἡ Μῆλος περὶ τὸ Κρητικὸν πέλαγος, ἀπό τινος ἀνδρὸς Μήλου κληθεῖσα κατὰ τὴν τοῦ Ἀρριανοῦ ἱστορίαν.

72.

Idem ib. 511 : Ἐκαλεῖτο δέ ποτε (Salamis ins.) Κυχρεία, ἀπό τινος Κυχρέως, οὗ καὶ Λυκόφρων (v. 451) καὶ Ἀρριανὸς (Ῥιανὸς?) μέμνηνται, ὃς Ὄφις μὲν ἐπεκλήθη διὰ τραχύτητα τρόπου, ἀπηλάθη δὲ τῆς νήσου ὑπὸ Εὐρυλόχου.

Hæc e Stephano Byzant. fluxisse videntur, ubi : Κυχρεῖος πάγος, περὶ Σαλαμῖνα. Σοφοκλῆς Τεύκρῳ. Ἀπὸ Κυχρέως τοῦ Σαλαμῖνος καὶ Ποσειδῶνος, ὃς Ὄφις ἐπεκλήθη διὰ τὴν τραχύτητα τῶν τρόπων· ὃν λυμαινόμενον τὴν νῆσον ἀπήλασεν Εὐρύλοχος· ἐδέξατο δ' ἐν Ἐλευσῖνι Δημήτηρ καὶ ἀμφίπολον ἐποίησεν· ἀπ' αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ Σαλαμὶς Κυχρεία ἐκλήθη, ὡς Στράβων (IX, p. 393). Cf. Apollodor. III, 12, 6; Diodor. IV, 72; Pausan. I, 36, 1; Tzetzes ad Lyc. 110 et 451, ubi de eadem re Euphorio (p. 53 Meinek.) laudatur. Cf. idem ad Lyc. v. 175; et Etym. M. p. 707. 42 : Σαλαμὶς πόλις ἀπὸ Σαλαμῖνος τῆς Ἀσωποῦ θυγατρὸς, [supplet Meinek. : ἥτις Ποσειδῶνι μιγεῖσα ἔτεκε Κυχρέα] ὃς ἐλθὼν εἰς Σαλαμῖνα καὶ εὑρὼν Ὄφιν βασιλέα ἀνεῖλε καὶ αὐτὸς ἐβασίλευε.

73.

Idem ib. 525 : Ἀρριανὸς δὲ περὶ ταύτης φησὶν,

Thebani primum victores deinde victi sunt ab Epigonis. Quanquam Arrianus in Bithynicis, de maxima aliqua victoria, sicuti jam antea significavi, proverbium illud accepit.

Cadmeam victoriam reliqui non in bonam partem accipere solent..., Arrianus vero egregiam summamque victoriam ea locutione significari putat, quod summa clade Polynices ejusque socii a Cadmeis affecti sint, adeo ut unus Adrastus ex iis superstes fuerit.

67.

Arrianus dicit : « Parius, Iasionis filius, a quo Parium Hellesponticum, utpote a conditore, nomen ducit. »

Arrianus narrat Thasum insulam a Thaso Neptuni filio nominari; olim nominatam etiam esse Chrysen insulam ob auri metalla, quorum Herodotus quoque meminit.

68.

Arrianus quoque dicit : « Zelea, quæ etiam Lycia nominatur; atque de hac Lycia Apollo Lycius ibi colitur; porro Pandari pater Lycaon dicitur, quod nomen non ita longe a gentis nomine abest. Denique Lycogenem Apollinem utpote patriæ suæ deum precibus Pandarus invocat. »

69.

Cilices secundum Arrianum nomen habent a Cilice Agenoris filio, qui e Phœnice ad quærendam Europam emissus, quum multas terras perlustrasset, nec ullum puellæ vestigium deprehendisset, majorem partem Cilicum regionis occupavit, ac suum ipsius nomen terræ huic indidit.

70.

Arrianus dicit : « Cres, a quo Creta nomen habet, Jovem in Dictæo monte abscondidit, quo tempore Cronus de medio tollere volens eum quærebat. »

71.

Melus, insula maris Cretici, a Melo quodam secundum Arriani historiam nomen accepit.

72.

Salamis insula olim Cychrea nominabatur a Cychreo quodam, cujus et Lycophron et Arrianus meminerunt. Is, Draco ob morum asperitatem cognominatus, ab Eurylocho insula pulsus est.

73.

Arrianus dicit : Delus insula, quæ, quum olim natatilis

ὅτι « Δῆλος ἡ πάλαι πλωτὴ οὖσα ἔστη, ὅτε ἡ Λητὼ ἐπέβη αὐτῆς διδύμους ἔχουσα παῖδας. »

74.

Eustath. in Il. γ, 17, p. 375, 3 : Οὐ μὴν καὶ λεοντῆς προσφυῶς πάνυ λεχθείη ἐνάπτεσθαι ὁ ἀνδρεῖος κατὰ τὸν πάλαι Ἡρακλῆν ἢ κατὰ τὸν ὕστερον Ζιήλαν τὸν παρὰ τῷ Ἀρριανῷ. In antecedentibus sermo est de locutionibus proverbialibus παροιμίαν ἐνεῖσθαι de viro ποικίλῳ, ἀλωπεκῆν ἐνεῖσθαι de viro κερδαλέῳ, etc. etc.

75.

Tzetzes. Chil. III, v. 950 :

Ὁ τοῦ Ζειποίτου μὲν υἱός, ἐκεῖνος Νικομήδης,
ὁ κτίσας Νικομήδειαν, πατὴρ ὁ τοῦ Προυσίου,
Προυσίου ἔχοντος ὀστοῦν ἓν τοὺς ὀδόντας πάντας...
Οὗτος ὁ τοῦ μονώδοντος τούτου πατὴρ Προυσίου,
τοῦ Κτήτορος τῆς πόλεως Προύσης τῆς παρ' Ὀλύμπῳ,
ὁ Νικομήδης ὁ ῥηθεὶς μέγιστον εἶχε κύνα,
ἐκ γένους ὄντα Μολοσσῶν, πιστότατον ἐκείνῳ.
Οὗτός ποτε τὴν δέσποιναν σύζυγον Νικομήδους,
μητέρα τοῦ Προυσίου δὲ, Ζιήλου καὶ Λυσάνδρας,
τὴν Διτιζήλην κλῄσιν μὲν, ἀπὸ Φρυγῶν δὲ γένους,
συμπαίζουσαν τῷ βασιλεῖ, νομίσας πολεμίαν,
ἐσπάσατο περιχανὼν τὸν δεξιὸν τὸν ὦμον,
καὶ ταύτης σάρκας καὶ ὀστᾶ συντρίψας τοῖς ὀδοῦσιν.
Ἥπερ θανοῦσα παρ' αὐταῖς ἀγκάλαις βασιλέως
Νικομηδείᾳ τέθαπτο μεγαλοπρεπεστάτως
ἐν τάφῳ ἀπὸ λίθου μὲν, ἀλλ' ἐγκεχρυσωμένῳ.
[Ὃς τάφος παρεξήρκεσε μέχρι καὶ Θεοφίλου·
ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Μιχαὴλ παιδὸς τοῦ Θεοφίλου,
τοῦτον ἐκδιωρύξαντές τινες τῶν τυμβωρύχων,
σῶον ἐφεῦρον τὸν νεκρὸν τῆς γυναικὸς ἐκείνης
ἐν ἱματίῳ χρυσεργεῖ συμπεριεσταλμένον.
Ὅπερ λαβόντες καὶ πυρὶ βαλόντες καὶ χωνείᾳ
χρυσοῦ λίτρας ἠνέγκαντο πρὸς ἑκατὸν τρεῖς δέκα.]
Ταῦτα περὶ θανάτου τε καὶ γυναικὸς τοῦ τάφου.
Τὸν κύνα δὲ γενόμενον ἐξ ὀφθαλμῶν ἐκείνου
στοργῇ τοῦ βασιλέως τε καὶ γυναικὸς τῇ λύπῃ
λόγος ἐμφέρεται πολλοῖς τὸν βίον ἀποπνεῦσαι.
Ἀρριανὸς Βιθυνικοῖς γράφει τὴν ἱστορίαν.

ὅππῃ στεινότατον, νὺξ ἡνίκα γαῖαν ἐπέλθῃ
ἠελίου κρύψαντος ἐὸν φάος· ἔνθα σὺ ῥέζειν
ἱερὰ παντογόνοις (7) Μοίραις ἄρνας τε καὶ αἶγας,
κυανέας δ' (8) ἐπὶ ταῖσδ' Εἰλειθυίας ἀρέσασθαι
παιδοτόκους θυέεσσιν, ὅππῃ θέμις. Αὖθι δὲ γαίῃ
πληθομένῃ χοιρός τε καὶ ὗς ἱερεύσιτο μέλαινα (9)·
πάνλευκοι (10) ταῦροι δὲ Διὸς παρὰ βωμὸν ἀγέσθων
ἤματι, μηδέ τε νυκτί· θεοῖσι γὰρ οὐρανίδαισιν (11)
ἡμέριος πέλεται θυέων τρόπος, ὡς δὲ καὶ αὐτοῖς (12)
ἱερεύειν. Δαμάλης δὲ βοὸς δέμας ἁγλαὸν Ἥρης
δεξάσθω νηὸς παρὰ σεῦ. Καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων,
ὅστε καὶ ἠέλιος κικλήσκεται, ἶσα δεδέχθω (13)
θύματα Λητοΐδης, καὶ ἀειδόμενοί τε Λατῖνοι
παιᾶνες, κούροις κούρῃσί τε νηὸν ἔχοιεν
ἀθανάτων. Χωρὶς δὲ κόραι χορὸν αὐταὶ ἔχοιεν (14),
καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς, ἀλλὰ γονήων
πάντων ζωόντων, οἷς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη·
αἱ δὲ γάμου ζεύγλαισι δεδμημέναι ἤματι κείνῳ
γνὺξ Ἥρης παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἑδριόωσαι
δαίμονα λισσέσθωσαν, ἅπασι δὲ λύματα (1) δοῦναι
ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξί, μάλιστα δὲ θηλυτέραισιν.
Πάντες δ' ἐξ οἴκοιο φερέσθων ὅσσα νομίζειν
ἐστὶ θέμις θνητοῖσιν ἀπαρχομένοις βιότοιο,
δαίμοσι μειλιχίοισιν ἱλάσματα καὶ μακάρεσσιν
Οὐρανίοις (2). Τὰ δὲ πάντα τεθησαυρισμένα κείσθω.
ὄφρα τε θηλυτέρῃσι καὶ ἀνδράσιν ἑδριόωσιν
ἔνθεν πορσύνῃς μεμνημένος. Ἥμασι δ' ἔστω
νυξί τ' ἐπασσυτέραισι θεοπροπίους (3) κατὰ θώκους
παμπληθὴς ἀγυρις, σπουδὴ δὲ γέλωτι (4) μεμίχθω.
Ταῦτά τοι ἐν φρεσὶ σῇσιν (5) ἀεὶ μεμνημένος εἶναι,
καί σοι πᾶσα χθὼν Ἰταλὴ καὶ πᾶσα Λατίνων (6)
αἰὲν ὑπὸ σκήπτροισιν ὑπανχένιον ζυγὸν ἕξει.

1. Quæ sequuntur etiam Zosimus II, 6, affert. — 2. ἰῃ Salm. — 3. ἑκατοντάδα Gallæus et Salm. At vide Ideler. Chronol. tom. II, p. 86. — 4. ὁδεύων Zosim. — 5. οὐ μάλα λήσει ἑαυτοὺς Zos. οὐ μάλα λήσεαι αὐτός Mitscherlich. οὐ μάλα λήσεαι αὐτῶν Bekker. — 6. ῥέζειν Zos. — 7. ποντογόνοις Zos. — 8. δ' om. Zos. — αἶγας κυανέας, ἐπὶ ταῖς δ' Mitsch. — 9. sic Zos.; Phlegontis codex : πληθομένῃ χώροις δὶς ἱερ. — 10. ζάλευκοι Zos. — 11. μηδ' ἐπὶ... οὐρανίοισι Zos. — 12. αὖτως Zos. — 13. sic Zos.; αἶσια δέχθω Phleg. — 14. ἄγοιεν conj. Heynius.

ΠΕΡΙ ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ.

30.

« Narrationis caput deest. Videtur summa hæc esse : Philinnium, Demostrati et Charitûs filiam, clam cum hospite Machata etiam vita functam consuevisse, idque nutricem deprehendisse. » Xylander.

** εἰς τὸν ξενῶνα προσπορεύεται ταῖς θύραις καὶ καιομένου τοῦ λύχνου καθημένην ἴδεν τὴν ἄνθρωπον παρὰ τῷ Μαχάτῃ· οὐκ ἔτι δὲ καρτερήσασα πλείονα χρόνον διὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς φαντασίας τρέχει πρὸς τὴν μητέρα καὶ βοήσασα μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Χαριτοῖ καὶ Δημόστρατε, ᾤετο δεῖν ἀναστάντας ἐπὶ τὴν θυγατέρα αὐτοὺς μετ' αὐτῆς πορεύεσθαι· πεφηνέναι γὰρ ζῶσαν, εἶναί τε μετὰ τοῦ ξένου διά τινα θείαν βούλησιν ἐν τῷ ξενῶνι.

1. δὲ λύματα] θελήματα conj. Sylburg ad Zosim. Mox θηλυτερῇσι Zos. — 2. οὐρανίδαις Zos. — 3. ἐπασσυτέρῃσι θεοπρέπτους Zos. — 4. γέλως τε Zos. — 5. φρεσὶν ᾗσιν Zos. — 6. Λατίνη Zos.

---

rent pactis, sed crebro novas res tentarent, et bellum inferrent : cecinit Sibylla, si hæc spectacula ederentur, Latinos, qui defecerant, subditum iri. Oraculi hic est tenor :

Viginti et centum revolutis prŏtinus annis
(Quæ sunt humanæ longissima tempora vitæ)
Hæc memori tum mente tibi, Romane, teneto;
Hæc age; quantumvis obliviscare teipsum.
Qua campus flavas undosi ad Tibridis undas
Stringitur, angustis et circumscribitur oris,
Hic tu, sub terras ubi Titan lampada condet,
Obscuræ noctis sese intendentque tenebræ,
Omnigenis placa immortalia numina sacris :
Atque agnos Parcis, nitidas et cæde capellas,
Cæruleas etiam veneraberis Ilithyias,
Rite sacris factis, faustæ quæ partubus adsunt.
Atram frugiferæ Telluri deinde dicabis
Gratus ovem : tauros candentes ad Jovis aram
Tum statues, radiis quum sol terrestria lustrat :
(Non noctu; nam cœlitibus sacra rite feruntur,
Quum lux alma diè cœlum terrasque retexit;)
Pulchraque Junonis donetur bucula templo.
Quin etiam Titan Latonia proles Apollo
Placetur sacris; cantent Pæana Latini,
Atque choros ducant : puerique ætate vigentes
Parte alia, atque alia florentes vere puellæ
Ætatis, nondum caris genitoribus orbæ.
Atque verecundæ matronæ luce sub ista
Curvatis celebrem genibus Junonis ad aram
Concilientque deam, et sacrata piacula solvant
Vir mulierque, magis tamen istæc femina debet.
Ista domo sibi quisque ferat, quas fas jubet almis
Primitias offerre diis, et fausta precari.
Pro se quisque virum sibi condita in ædibus istæc
Asservet, festis castus promatque diebus.
Lucibus his, noctesque per has ad fana deorum
Turba hominum festiva adsitque, et seria risu
Temperet, assiduisque adsit creberrima sacris.
Horum non ullo te oblivio tempore tangat.
Italia sic tellus tibi cuncta omnisque Latinus
Serviet, et pavidum mittet tua sub juga collum.

DE MIRABILIBUS.

30.

** per fores in diversorium exit : et ardente lucerna, videt illam sedentem apud Machaten. Neque diutius se continens, ob spectri miraculum, ad matrem accurrit, magnaque vociferatione inclamans, Charito et Demostrate, surgere eos jussit, secumque ad filiam accedere. Hanc enim sibi vivam esse visam, et dei cujusdam voluntate esse in diversorio cum hospite. Charito, quum sermonem incredibilem audivisset, principio nuncii magnitudine et tumultuatione nu-

Τῆς δὲ Χαριτοῦς παράδοξον λόγον ἀκουούσης συνέβη τὴν ψυχὴν τὸ μὲν πρῶτον ἐκπλαγῆ γενομένην ἐκλυθῆναι διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀγγελίας καὶ διὰ τὴν ταραχὴν τῆς τροφοῦ, μετὰ μικρὸν δὲ μνησθεῖσαν τῆς θυγατρὸς κλαίειν, τὰ δὲ ἔσχατα καταγνῶναι τῆς πρεσβύτιδος μανίαν, κελεύειν τε ἀπαλλάττεσθαι ἀπ' αὐτῆς ταχέως. Ὀνειδιζούσης δὲ τῆς τροφοῦ καὶ λεγούσης μετὰ παρρησίας, ὡς μὲν φρονεῖ τε καὶ ὑγιής ἐστιν, ἡ δὲ δι' ὄκνον οὐ βούλοιτο τὴν ἰδίαν θυγατέρα ἰδεῖν, μόλις ἡ Χαριτὼ τὰ μὲν βιασθεῖσα ὑπὸ τῆς τροφοῦ, τὰ δὲ εἰδῆσαι βουλομένη τὸ συμβεβηκὸς παραγίνεται πρὸς τὰς θύρας τοῦ ξενῶνος· διὰ [δὲ] τὸ γεγονέναι πλείονα χρόνον, ὡς ἂν δευτέρας ἀγγελίας (num ὡς ἂν ὥρας δευτέρας ἀπὸ τῆς ἀγγ.?) συντετελεσμένης, ὀψέ ποτε ἦκεν ἡ Χαριτώ. Διὸ συνέβαινεν ἐκείνους μὲν ἤδη ἀναπαύεσθαι. Ἀνακύψασα δ' οὖν ἡ μήτηρ τὰ μὲν ἱμάτια καὶ τὸν τύπον τῆς ὄψεως ἐνόμιζεν ἐπιγινώσκειν, τὴν δὲ ἀλήθειαν ἐξετάσαι κατ' οὐδένα τρόπον δυναμένη τὴν ἡσυχίαν ᾤετο δεῖν ἔχειν· πρωὶ γὰρ ἤλπιζεν ἀναστᾶσα καταλήψεσθαι τὴν ἄνθρωπον· ἐὰν δὲ ὑστερήσῃ, διερωτήσειν τὸν Μαχάτην περὶ πάντων· οὐ γὰρ ἄν ποτε ψεύσασθαι τηλικαύτην πρᾶξιν ἐρωτώμενον αὐτόν· διόπερ σιωπήσασα ἀπῆλθεν. Ὀρθρου δὲ γενομένου τὴν μὲν εἴτε διὰ θείαν βούλησιν εἴτε κατ' αὐτοματισμὸν λαθοῦσαν ἀπελθεῖν συνέβη, τὴν δὲ παραγινομένην διὰ τὴν ἀπόλυσιν δυσφορεῖν· τῷ νεανίσκῳ δὲ τῷ ξένῳ πάντα ἐξ ἀρχῆς ἐξηγησαμένην ἀξιοῦν περὶ τὰ γόνατα περιπλεκομένην τοῦ Μαχάτου τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν μηδὲν ἀποκρυψάμενον. Ὁ δὲ νεανίσκος ἀγωνιάσας τὴν ἀρχὴν μὲν διεταράχθη, μόλις δέ ποτε τὸ ὄνομα διεσάφησεν, ὅτι Φιλίννιον εἴη· καὶ τὴν ἀρχὴν διηγήσατο τῆς εἰσόδου, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐδήλωσεν ὡς ἥκει (ὡς εἶχεν Leopardi), ὅτι λάθρα τῶν γεννησάντων ἔφη παραγίνεσθαι πρὸς αὐτὸν, τά τε ὑπολελειμμένα ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου, βουλόμενος ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα πιστὸν, ἀνοίξας τὸν βίσκον, ἐξαιρεῖ, τόν τε δακτύλιον τὸν χρυσοῦν ὃν ἔλαβε παρ' αὐτῆς καὶ τὴν στηθοδεσμίδα ἣν ἀπολελοίπει τῇ πρότερον νυκτί. Ὡς δὲ εἶδεν ἡ Χαριτὼ τηλικαῦτα σημεῖα, ἀναβοᾷ καὶ διαρρήξασα ἑαυτῆς τά τε ἐνδύματα καὶ τὸ ἱμάτιον, ἀπό τε τῆς κεφαλῆς βίψασα τὸν κεκρύφαλον, πεσοῦσά τε εἰς τὴν γῆν καὶ περιχυθεῖσα τοῖς γνωρίσμασιν ἐξ ἀρχῆς ἐποίει τὸ πένθος. Θεωρῶν δὲ ὁ ξένος τὸ γινόμενον καὶ πάντας ὄντας ὑπερπαθεῖς καὶ θρηνοῦντας, ὡσανεὶ νῦν μέλλοντας κατορύττειν τὴν ἄνθρωπον, συνεχεῖτο καὶ παρεκάλει δεόμενος παύσασθαι, ἐπαγγελλόμενος ἐὰν παραγένηται δείξειν αὐτήν. Ἡ δὲ πεισθεῖσα καὶ ἐντειλαμένη αὐτῷ φροντίσαι μὴ παρέργως τῶν ἐπηγγελμένων ἀπελύθη πρὸς αὐτήν. Νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης καὶ τῆς ὥρας οὔσης, καθ' ἣν ἡ Φιλίννιον εἰώθει παραγίνεσθαι πρὸς αὐτὸν, οἱ μὲν προσετήρουν εἰδῆσαι θέλοντες τὴν ἄφιξιν· ἡ δὲ ἦκεν. Εἰσελθούσης δὲ κατὰ τὸν εἰθισμένον καιρὸν καὶ καθεζομένης ἐπὶ τὴν κλίνην οὐδὲν προσποιηθεὶς ὁ Μαχάτης, ἐξετάσαι δὲ τὸ πρᾶγμα βουλόμενος, τὸ πλέον οὐ πιστεύων, εἰ νεκρᾷ πλησιάζοι οὕτως ἐπιμελῶς παραγινομένη κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ἔτι δὲ δειπνούσης μετ' αὐτοῦ καὶ συμπινούσης, ἀπίστως εἶχεν οἷς ἐκεῖνοι προήγγειλαν· ᾤετο δὴ νεκρορύκτας τινὰς διωρυχέναι τὸν τάφον καὶ πεπρακέναι τὰ ἱμάτια καὶ τὰ χρύσια τῷ πατρὶ τῆς ἀνθρώπου. Βουλόμενος οὖν τὴν ἀκρίβειαν εἰδῆσαι, πέμπει τοὺς παῖδας λάθρα καλοῦντας αὐτούς. Ταχέως δὲ παραγενομένων τοῦ τε Δημοστράτου καὶ τῆς Χαριτοῦς, ἰδόντων τε αὐτὴν καὶ

---

tricis consternata, animi est passa deliquium : mox filiæ recordata, flevit : tandem insanire nutricem dixit, atque abire jussit celeriter. Nutrice vero ipsi exprobrante, quod præ ignavia suam filiam videre negligeret (nam se quidem sanam esse, atque animo sibi constare), ægre tandem Charito partim a nutrice coacta, partim videre cupiens quid rei accidisset, ad fores hospitii se confert : idque sero, quod multum efluxisset temporis, dum secundus nuntius perfertur (*sive* et secunda jam hora a primo nuntio exacta esset). Quo factum est ut illi jam quiescerent. Mater igitur contuita, vestes quidem et lineamenta vultus visa sibi est agnoscere. Quum autem nulla esset veritatis rei perscrutandæ ratio, quiescendum sibi duxit, sperans se mane surrecturam, filiamque deprehensuram ; aut, si serius veniret, e Machata totam rem cognituram : neque enim mentiturum eum, si de tanta re interrogaretur. Itaque silens abiit. Prima luce illa, sive dei quodam nutu sive casu aliquo, abiens fefellit. Mater autem, quum advenisset, ægre admodum tulit, quod eam non offenderet : adolescenti autem, et hospiti, re tota ab initio exposita, genua amplexa Machatæ, hominem obsecravit, ut nihil occultans veritatem proderet. Adolescens, animo anxius, initio quidem perturbari, vixque demum nomen edere, esse eam inquiens Philinnium : tum principium introitus exponere, et mulieris cupiditatem, quæ se clam parentes ad ipsum venire dixisset. Utque rei fidem faceret, quæ ab ea fuerant relicta, aperto risco protulit, annulum quem ab ea acceperat aureum, et fasciolam pectoralem, quam superiore nocte reliquerat. Charito ubi tanta vidit signa, exclamavit ; scissisque vestibus, et vitta a capite projecta, in terram concidit, indiciisque circumfusa luctum ab initio repetiit. Hospes ista cernens, quum omnes in summo essent mœrore ac lamentarentur, quasi nunc sepelienda ipsis Charito esset : animo conturbato consolari eam cœpit, ut finem ejulandi faceret rogans, promittensque illam, si rediret, ei monstraturum : quibus Charito mota verbis, mandato, ut operam daret diligenter, quo promissa impleret, domum abiit. Ut nox facta est, et hora appetiit, qua Philinnium solebat ad ipsum ventitare, exspectarunt sane illi adventum : ipsa autem venit. Quæ quum consueto tempore esset ingressa, et in lecto consedisset, Machates nihil præ se ferens, rem modo ipsam explorare cupiens, præsertim ut qui nequaquam crederet se cum mortua rem habere, quæ tam accurate eodem temporis articulo ad se veniret, ad hæc etiam secum ederet atque biberet : itaque etiam iis fidem non haberet, quæ ab illis narrabantur, putaretque quosdam eorum, qui mortuos effodere solent, effosso sepulcro vestes et aureum mundum patri puellæ vendidisse. Cupiens ergo rem certo perspicere, pueros occulte mittit accitum eos. Quum autem confestim venissent Demostratus et Charito, vidissentque

γενομένων τὸ μὲν πρῶτόν ἀφώνων τε καὶ ἐκπλαγῶν διὰ τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως, ὕστερον δὲ ἀναβοησάντων μέγα καὶ περιπεσόντων τῇ θυγατρὶ, τότε ἡ Φιλίννιον τοσαῦτ' εἶπεν αὐτοῖς· « Ὦ μῆτερ καὶ πάτερ, ὡς ἀδίκως ἐφθονήσατέ μοι μετὰ τοῦ ξένου ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας γενέσθαι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ λυποῦσαν οὐδέν· τοιγαροῦν ὑμεῖς μὲν πενθήσετε ἐξ ἀρχῆς διὰ τὴν πολυπραγμοσύνην, ἐγὼ δὲ ἄπειμι πάλιν εἰς τὸν διατεταγμένον τόπον· οὐ γὰρ ἄνευ θείας βουλήσεως ἦλθον εἰς ταῦτα. « Τοσαῦτα εἰποῦσα παραχρῆμα ἐγένετο νεκρὰ, ἐξετέτατό τε ἐπὶ τῆς κλίνης ἐμφανὲς τὸ σῶμα. Τῆς δὲ μητρὸς περιχυθείσης καὶ τοῦ πατρὸς περὶ αὐτὴν καὶ θορύβου πολλοῦ κατὰ τὴν οἰκίαν γενομένου διὰ τὸ πάθος, ὡς ἀνηκέστου γεγονότος θεάματος, ἅμα τε ἀπίστου συμπτώματος, ταχέως ἐγένετο διὰ πόλεως τὸ πρᾶγμα περιβόητον καί μοι προσηγγέλη. Τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην διακατέσχον ἐγὼ τοὺς ὄχλους ἀθροιζομένους ἐπὶ τὴν οἰκίαν, εὐλαβηθεὶς μή τις εἴη νεωτερισμὸς διαδεδομένης τοιαύτης φήμης. Ὄρθρου δὲ βαθέος πλῆρες ἦν τὸ θέατρον. Ῥηθέντων δὲ πάντων κατὰ μέρος ἔδοξε πρῶτον εἰσελθεῖν ἐπὶ τὸν τάφον ἡμᾶς καὶ ἀνοίξαντας εἰδῆσαι, πότερον εἴη τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς κλίνης ἢ κενὸν τόπον εὑρήσομεν· οὐδὲ γὰρ ἐξάμηνος ἐγεγόνει τῷ θανάτῳ τῆς ἀνθρώπου. Ἀνοιχθείσης δὲ ὑφ' ἡμῶν τῆς καμάρας, εἰς ἣν πάντες οἱ οἰκεῖοι μεταλλάσσοντες ἐτίθεντο, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων κλινῶν ἐφάνη τὰ σώματα κείμενα, τῶν δὲ παλαίτερον τετελευτηκότων τὰ ὀστᾶ, ἐπὶ μόνης δὲ ἧς ἡ Φιλίννιον ἐτέθη καὶ συνέβη ταφῆναι εὕρομεν ἐπικείμενον τὸν δακτύλιον τὸν σιδηροῦν, ὃς ἦν τοῦ ξένου, καὶ τὸ χρυσόκλυστον ποτήριον, ἅπερ ἔλαβε παρὰ τοῦ Μαχάτου τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν. Θαυμάσαντες δὲ καὶ ἐκπλαγέντες εὐθέως παρεγενόμεθα πρὸς τὸν Δημόστρατον εἰς τὸν ξενῶνα ὀψόμενοι τὴν νεκρὰν, εἰ κατ' ἀλήθειαν ἐμφανής ἐστιν. Ἰδόντες δὲ χαμαὶ κειμένην εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἠθροιζόμεθα· τὰ γὰρ γεγονότα μεγάλα τε ἦν καὶ ἄπιστα. Θορύβου δὲ ὄντος νεανικοῦ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν καὶ σχεδὸν οὐδενὸς δυναμένου χρῖναι τὰ πράγματα, πρῶτος Ὕλλος, ὁ νομιζόμενος παρ' ἡμῖν οὐ μόνον μάντις ἄριστος, ἀλλὰ καὶ οἰωνοσκόπος κομψὸς εἶναι, τά τε ἄλλα συνεωρακὼς ἐν τῇ τέχνῃ περιττῶς, ἀναστὰς ἐκέλευεν τὴν μὲν ἄνθρωπον καταχαίειν ἐκτὸς ὁρίων (οὐ γὰρ συμφέρειν ἔτι ταύτην ἐντὸς ὁρίων τεθῆναι εἰς γῆν), ἀποτροπιάσασθαι δὲ Ἑρμῆν Χθόνιον καὶ Εὐμενίδας, εἶτα οὕτω περικαθαίρεσθαι πάντας, ἁγνίσαι δὲ καὶ τὰ ἱερὰ καὶ ὅσα θεοῖς χθονίοις νομίζεται ποιῆσαι συνέτασσεν. Ἐμοί τε ἰδίᾳ εἶπε περὶ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν πραγμάτων, θύειν τε Ἑρμῇ, Διί τε Ξενίῳ καὶ Ἄρει, καὶ συντελεῖν ταῦτα μὴ παρέργως. Ταῦτα δὲ ἀποφηναμένου τούτου τὸ μὲν συνταχθὲν ἡμεῖς ἐπράττομεν, ὁ δὲ ξένος ὁ Μαχάτης, πρὸς ὃν παρεγίνετο τὸ φάσμα, ὑπ' ἀθυμίας ἑαυτὸν ἐξήγαγε τοῦ ζῆν. Ἐὰν οὖν σοι φαίνηται περὶ τούτων γράφειν τῷ βασιλεῖ, ἐπίστειλον καμοὶ, ἵνα καὶ τῶν σωμάτων τινὰ τῶν ἱστορούντων τὰ κατὰ μέρος ἐξαποστείλω σοι. Ἔρρωσο.

31.

Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἱέρων ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἢ Ἐφέσιος καὶ ἐν Αἰτωλίᾳ φάσμα γενέσθαι. Πολύκριτος γάρ τις τῶν

---

ipsam, et primo quidem muti ac consternati adstitissent, admirabili spectaculo attoniti, deinde autem magnum sustulissent clamorem, et filiam fuissent circumplexi, ibi tum Philinnium hæc eis dixit : « O mater et pater, quam injuste invidistis mihi, ut cum hospite essem per triduum in domo paterna, absque ullo maleficio. Proinde vos denuo lugebitis, propter vestram curiositatem : ego autem rursum abeo ad locum mihi designatum ; non enim absque divina voluntate huc veni. » Hæc locuta, fuit illico mortua, corpusque ejus conspicuum per lectum est extensum. Matre autem circumfusa, ac patre, cadaveri, magnoque coorto tumultu in ædibus atque ejulatu ob istam rem, quum et immedicabile spectaculum accidisset et incredibilis casus : statim fama rei urbem pervasit, et ad me allata est. Istam igitur noctem ego turbam hominum, quæ ad ædes eas confluxerat, distinui, veritus ne quid novarum rerum tentaretur, tali fama dissipata. Summo mane refertum hominibus fuit theatrum ; omnibus singulatim narratis, placuit ut primo omnium iremus ad sepulcrum, eoque aperto videremus, cadaverne in sandapila esset, an vero vacuum locum inveniremus : nondum enim sex menses a morte mulierculæ elapsi erant. Postquam aperuimus cameram, in quam omnes istius familiæ defuncti reponebantur, aliis quidem in culcitris conspeximus cadavera sita, et ossa eorum qui ante spatium temporis longius fuerant mortui : in ea sola, in quam reposita et sepulta fuerat Philinnium, invenimus jacentem annulum ferreum, qui fuerat hospitis, et poculum inauratum, quæ illa primo die a Machate acceperat. Admirati atque stupentes præ admiratione, statim ad Demostratum in diversorium nos contulimus, ut videremus an re vera cadaver mulieris conspiceretur. Quod quum vidissemus humi jacere, in concionem convenimus : nam et magna erant quæ evenerant, et incredibilia. Quum autem in concione tumultus exsisteret ingens, ac nemo fere negotium dijudicare posset ; primus Hyllus, qui apud nos non ariolus modo optimus, sed et augur præclarus habebatur, atque in arte divinandi abunde omnia habebat perspecta, surgens, mulieris cadaver jussit extra fines sepeliri (neque enim conducere ut iterum intra eos in terram deponatur) ; Mercurium vero terrestrem et Furias placari ; tum omnes purgari, lustrari etiam sacra, et justa fieri diis Manibus, mandavit. Mihique privatim præcepit, ut pro imperatore et republica rem sacram facerem Mercurio, Jovi Hospitali ac Marti, eaque accurate conficerem. Hæc illo effato, nos quod jusserat exsecuti sumus. Machates autem ille hospes, ad quem spectrum commearat, præ mœrore mortem sibi conscivit. Proinde si statueris hac de re ad imperatorem scribere, significa id per litteras mihi, ut etiam quosdam eorum, qui singula perlustrarunt, ad te mittam. Vale.

31.

Narrat etiam Hiero, sive Alexandrinus is est, sive Ephesius, in Ætolia spectrum exstitisse. Polycritus quidam de civibus, a populo genti Ætolæ præfectus (ipsi Ætolarcham

ὅτι « Δῆλος ἡ πάλαι πλωτὴ οὖσα ἔστη, ὅτε ἡ Λητὼ ἐπίδη αὐτῆς διδύμους ἔχουσα παῖδας. »

74.

Eustath. in Il. γ, 17, p. 375, 3 : Οὐ μὴν καὶ λεοντῆς προσφυῶς πάνυ λεχθείη ἐνάπτεσθαι ὁ ἀνδρεῖος κατὰ τὸν πάλαι Ἡρακλῆν ἢ κατὰ τὸν ὕστερον Ζιήλαν τὸν παρὰ τῷ Ἀρριανῷ. In antecedentibus sermo est de locutionibus proverbialibus παροιμίαν ἐνεῖσθαι de viro ποικίλῳ, ἀλωπεκῆν ἐνεῖσθαι de viro κερδαλέῳ, etc. etc.

75.

Tzetzes. Chil. III, v. 950 :

Ὁ τοῦ Ζειποίτου μὲν υἱὸς, ἐκεῖνος Νικομήδης,
ὁ κτίσας Νικομήδειαν, πατὴρ ὁ τοῦ Προυσίου,
Προυσίου ἔχοντος ὀστοῦν ἓν τοὺς ὀδόντας πάντας...
Οὗτος ὁ τοῦ μονώδοντος τούτου πατὴρ Προυσίου,
τοῦ Κτήτορος τῆς πόλεως Προύσης τῆς παρ' Ὀλύμπῳ,
ὁ Νικομήδης ὁ ῥηθεὶς μέγιστον εἶχε κύνα,
ἐκ γένους ὄντα Μολοσσῶν, πιστότατον ἐκείνῳ.
Οὗτός ποτε τὴν δέσποιναν σύζυγον Νικομήδους,
μητέρα τοῦ Προυσίου δὲ, Ζιήλου καὶ Λυσάνδρας,
τὴν Διτιζήλην κλῆσιν μὲν, ἀπὸ Φρυγῶν δὲ γένους,
συμπαίζουσαν τῷ βασιλεῖ, νομίσας πολεμίαν,
ἐσπάσατο περιχανὼν τὸν δεξιὸν τὸν ὦμον,
καὶ ταύτης σάρκας καὶ ὀστᾶ συντρίψας τοῖς ὀδοῦσιν.
Ἥπερ θανοῦσα παρ' αὐταῖς ἀγκάλαις βασιλέως
Νικομηδείᾳ τέθαπτο μεγαλοπρεπεστάτως
ἐν τάφῳ ἀπὸ λίθου μὲν, ἀλλ' ἐγκεχρυσωμένῳ.
[Ὃς τάφος παρεξήρκεσε μέχρι καὶ Θεοφίλου·
ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Μιχαὴλ παιδὸς τοῦ Θεοφίλου,
τοῦτον ἐκδιωρύξαντές τινες τῶν τυμβωρύχων,
σῶον ἐφεῦρον τὸν νεκρὸν τῆς γυναικὸς ἐκείνης
ἐν ἱματίῳ χρυσεργεῖ συμπεριεσταλμένον.
Ὅπερ λαβόντες καὶ πυρὶ βαλόντες καὶ χωνείᾳ
χρυσοῦ λίτρας ἠνέγκαντο πρὸς ἑκατὸν τρὶς δέκα.]
Ταῦτα περὶ θανάτου τε καὶ γυναικὸς τοῦ τάφου.
Τὸν κύνα δὲ γενόμενον ἐξ ὀφθαλμῶν ἐκείνου
στοργῇ τοῦ βασιλέως τε καὶ γυναικὸς τῇ λύπῃ
λόγος ἐμφέρεται πολλοῖς τὸν βίον ἀποπνεῦσαι.
Ἀρριανὸς Βιθυνικοῖς γράφει τὴν ἱστορίαν.

Quod Prusias, Nicomedis I filius, Zipœtæ nepos, μονόδους ille fuisse dicitur, falsissimum est, neque Arriani sed Tzetzæ error putari debet. Prusias ὁ μονόδους filius fuit Prusiæ IV τοῦ Κυνηγοῦ, anno 149 a. C. defuncti (Livius ep. 50; Valer. Max. I, 8, 12), ideoque a Nicomedis filio sex distat generationibus. Porro Prusam urbem non ab eo, quem Tzetzes dicit, sed a Prusa quodam Crœsi æquali conditam esse refert Strabo XII, p. 564. Plinius vero V, 32, *Prusa*, ait, *ab Annibale sub Olympo condita*. Vide Clinton. F. H. III, p. 412. De re cf. Plinius VIII, 40, 61 : *Memoratur et Nicomedis Bithyniæ regis (canis), uxore ejus Consingi* (sic) *lacerata propter lasciviorem cum marito jocum*. Secundam Nicomedis uxorem *Etazetam* dicit Memnon c. 22. Cf. Droysen. *Hellen.* II, p. 283.

75 a.

Tzetzes Chil. I, 798, de Hannibale :

Αὐτὸς δὲ φάρμακον πιὼν θνήσκει πρὸς Βιθυνίαν,
πρός τι χωρίον Λίβυσσαν καλούμενον τῇ κλήσει,
δοκῶν θανεῖν εἰς Λίβυσσαν πατρίδα τὴν οἰκείαν·
ἦν γὰρ Ἀννίβᾳ τις χρησμὸς οὕτω που γεγραμμένος·
Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβα δέμας.

Ad hæc schol. in Cramer. Anecd. III, p. 353 : Πρός τι χωρίον Λίβυσσαν] τὸ νῦν καλούμενον τὰ Βουτίου, ὡς Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς γράφει.

Cf. Steph. Byz. : Λίβυσσα, φρούριον Βιθυνίας ἐπιθαλάσσιον. Plinius V, 45; Pausanias VIII, 11.

INCERTÆ SEDIS.

76.

Eustathius ad Dion. 222 : Τινὲς δὲ Νεῖλόν φασι ὠνομάσθαι ἀπὸ Νείλου τινὸς ἀπογόνου Ἄτλαντος, βασιλεύσαντος τῶν ἐκεῖ. Ἄλλοι δὲ, ὅτι Μέλας πρότερον καλούμενος μετεκλήθη Νεῖλος ἀπό τινος Νείλου βασι-

esset, fixa est quando Latona cum gemellis suis in eam egressa est.

74.

Leoninam gestare haud inepte diceretur vir fortis ad modum veteris Herculis, vel inter recentiores ad modum Zielæ, de quo Arrianus narrat.

75.

Zipœti filius ille Nicomedes,
Nicomediæ conditor, pater Prusiæ illius,
qui in unum os concretos dentes omnes habebat,
hic igitur Prusiæ unidentis pater,
Prusæ urbis ad Olympum conditor,
Nicomedes, quem dixi, maximum habebat canem
e Molossorum genere, domino fidelissimum.
Is quondam dominam, Nicomedis uxorem,
matrem Prusiæ Zielæ, et Lysandræ,
Ditizelen nomine, genere Phrygiam,
cum rege ludentem, inimicam putans,
convellit, dexterum rictu corripiens humerum
et carnes ejus atque ossa contundens dentibus.
Quare in ipsis ulnis regis mortua
Nicomediæ sepulta est splendidissime;
in sepulcro lapideo quidem, sed inaurato.
Hæc de morte mulieris et sepulcro.
Canem vero, quum ab oculis rex removisset,
regis desiderio, et præ mœrore ob necem mulieris
animam efflasse multi perhibent.
Arrianus in Bithynicis historiam hanc consignavit.

75 a.

Hannibal veneno hausto moritur in Bithynia
ad Libyssam locum quem sic nominant,
putans se in Libyssa sua patria obiturum.
Erat enim Hannibali oraculum in hanc sententiam :
« Libyssa teget gleba Hannibalis corpus. »

76.

Nonnulli Nilum nominatum esse dicunt a Nilo Atlantis nepote, qui ibi terrarum regnaverit. Secundum alios Melas prius appellatus fluvius deinde Nili nomen accepit a Nilo,

λικοῦ παιδὸς ἐκεῖ ῥίψαντος ἑαυτόν. · Τινὰς μέντοι ἀπό τινος Νειλασίου κεκλῆσθαι, οὕτως αὐτὸν εἰπόντας, οὐκ εὖ λέγοντας ἀπελέγχει ὁ Ἀρριανός.

Fortasse ἐν τοῖς Μετὰ Ἀλέξανδρον Ptolemæi et Perdiccæ historia ansam dedit ut in hæc excurreret auctor. Quanquam quæ de Ægyptiorum ad Pontum coloniis feruntur, etiam in Bithyniacis occasionem de his disserendi præbere poterant.

77.

Eustath. in Il. p. 101, 38 : Τοιοῦτον δέ τι καὶ ὁ κρατερός, ὡς δηλοῖ παρ' Ἀρριανῷ τὸ « Θηβαίων ἐγένετο κρατερός », ἤγουν περιεγένετο τῶν Θηβαίων καὶ, αὐτόχρημα εἰπεῖν, ἐκράτησεν.

78.

Idem 1005 : Τοὺς δὲ Πέρσας, ὧν μετρόπολις ἡ Βαβυλών, Κηφῆναί ποτε καλεῖσθαί φησιν ὁ Ἀρριανός. Hæc ad Parthica retuleris.

79.

Suidas v. βουλυτός : Ἀρριανός· « Γίνεται μάχη κρατερὰ ἔστε ἐπὶ βουλυτὸν ἀγχώμαλος. » Occurrit vox βουλυτός in Exp. Al. II, 3, in Ind. c. 41. Nostrum locum e Parthicis petitum esse opinatur Bernhardyus.

80.

Id. v. ἐπαινέτης : Ἀρριανός· « Τοῦ δὲ ξὺν κόσμῳ ὁρωμένου ἐπαινέτης καὶ τοῦ ἀκοσμήτου ἐν τῷ παραυτίκα ἐπιτιμητὴς, καὶ τοῦ ἐσύστερον κολαστήρ (sic e codd. ABΥΕ Bernhardyus; vgo κολαστής). » Similia habes in Exp. Alex. IV, 29 : Καὶ αὐτὸς ἐφειστήκει θεατὴς καὶ ἐπαινέτης τοῦ ξὺν προθυμίᾳ περαινομένου, κολαστὴς δὲ τοῦ ἐν τῷ παραχρῆμα ἐλλιποῦς.

81.

Eustath. ad Dion. 939, p. 886 ed. Bernh. : Ἀρριανὸς δὲ καὶ διφθέρας καθάπτεσθαι λέγει.

82.

Idem in Il. η, 171, p. 674, 9 : Τὴν δὲ ῥηθεῖσαν αἰτίαν τοῦ κλήρου ἀναπτύσσει που καὶ ὁ Ἀρριανὸς, λέγων περί τινος ὅτι εἰς κλῆρον τοὺς δεῖνα καθίστασθαι ἐδικαίου, οὐ θέλων ὡς γέρας αὐτὸ τῷ ἑτέρῳ ἀπονείμασθαι, οὐδὲ ἀτιμῶσαι τὸν οὐ προχριθέντα εἰς μάχην.

Idem in Il. γ', 204, p. 405, 17 : Τὸ ξεναγεῖν (ὅπερ ταὐτόν ἐστι τῷ προξενεῖν) γενικῇ συντάσσει ὁ Ἀρριανός.

Apud Steph. Byz. v. Ἄζωρος pro vulgata (quam retinuit Westermannus) Ἀρριανὸς lege Ῥιανὸς (e cod. Rhedig. et aliis nonnullis) sc. ἐν Θεσσαλικοῖς.

Juvene regio, qui in fluvium se dederat præcipitem. Eos vero, qui a Nilasio quodam, quem dicunt, vocatum esse perhibent, erroris coarguit Arrianus.

77.

Arrianus ait : « Thebanis superior fuit. »

78.

Persas, quorum metropolis Babylon, olim Cephenes appellatos esse Arrianus dicit.

79.

Arrianus : « Ad vesperam usque æquo marte acerrime pugnatum est. »

80.

Arrianus : « Eorum quæ recte et decenter fiebant, laudator; quæ secus, in præsens verbis reprehensor, deinde vindex exsistebat. »

81.

Arrianus etiam διφθέρας καθάπτεσθαι, *pellibus indui*, dicit.

82.

Hanc quam dixi sortitionis causam Arrianus quoque alicubi explicat dicens quendam in sortem certos aliquos vocandos esse censuisse, quod noluerit alteri hoc tanquam honorem assignari, alterum autem offendi eo quod ipse ad pugnam subeundam non delectus sit.

Verbum ξεναγεῖν (quod idem significat atque προξενεῖν) genitivo jungit Arrianus.

PHLEGON TRALLIANUS.

Suidas : Φλέγων Τραλλιανὸς, ἀπελεύθερος τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος (οἱ δ' Ἀδριανοῦ φασιν), ἱστορικός. Ἔγραψεν Ὀλυμπιάδας ἐν βιβλίοις ις' (ἔστι δὲ μέχρι τῆς σκθ' Ὀλυμπιάδος τὰ πραχθέντα πανταχοῦ), τὰ δ' αὐτὰ ἐν βιβλίοις η', Ἔκφρασιν Σικελίας, Περὶ μακροβίων καὶ θαυμασίων, Περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἑορτῶν βιβλία γ', Περὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ τόπων καὶ ὧν ἐπικέκληνται ὀνομάτων, Ἐπιτομὴν Ὀλυμπιονικῶν ἐν βιβλίοις β', καὶ ἄλλα.

Phlegontem Hadriani fuisse, non vero Augusti libertum, ut Suidas putasse videtur, in aprico est. De vita hujus scriptoris accuratius quiddam non traditur. Libertum liberti nostri fuisse Ælium Maurum refert Spartianus in Severo c. 20.

Quod scripta Phlegontis attinet, ex parte superstitessunt libelli Περὶ θαυμασίων et Περὶ μακροβίων, quos una cum fragmento de ludorum Olympiorum institutione unus servavit codex miscellaneus sæc. X, olim Palatinus, Vaticanus, Parisiensis, nunc denuo Heidelbergensis, ex quo Phlegontea primus descripsit ediditque G. Xylander (Bas. 1568, 8). Iterum codicem excussit Bastius (v. *Lettre critique à M. Boissonade. Paris,* 1805, p. 59 sqq.). Initium libri Περὶ θαυμασίων in Ms. desideratur. Scriptum De longævis ita priori opusculo subjicitur, ut nulla sit separatio. Ad finem leguntur : Φλέγοντος Τραλλιανοῦ ἀπελευθέρου Καίσαρος Περὶ θαυμασίων καὶ μακροβίων. Tale quid Suidam fefellisse videtur.

Opus chronologicum secundum Photium (v. infra) inscribebatur Ὀλυμπιονικῶν καὶ Χρονικῶν συναγωγή; apud Stephanum Byz. titulus modo Ὀλυμπιάδες (ut ap. Suidam), modo Χρονικά. Pertinuisse usque ad Ol. 229 (qua diem Hadrianus obiit), præter Suidam Eusebius (Chron. p. 195 Mai) quoque tradit, qui inter fontes suos recenset *Phlegontis, liberti Cæsaris,* XIV *libros, quibus Olympiades* 229 *continentur* (*). At pro XIV lege XVI, ut Suidas tradit. Nam sæpius laudatur liber decimus quintus; unde patet verba Eusebii traxisse vitium. Epitomen hujus operis vel ipse Phlegon vel alius quidam confecit libris duobus. Quodsi apud Suidam legitur : τὰ δ' αὐτὰ ἐν βιβλ. η', et deinde post alia : Ἐπιτομὴ Ὀλυμπιονικῶν ἐν βιβλ. β', utraque hæc ad idem opusculum pertinere puto, Suidam vero male distinxisse propterea, quod in auctore, unde alterum titulum deprompsit, scribæ errore legebatur ἐν βιβλ. η' pro ἐν βιβλ. β'. Ceterum de ratione horum Chronicorum ita habet Photius cod. 97 :

Ἀνεγνώσθη Φλέγοντος Τραλλιανοῦ, ἀπελευθέρου τοῦ αὐτοκράτορος Ἀδριανοῦ, Ὀλυμπιονικῶν καὶ Χρονικῶν συναγωγή. Προσφωνεῖ τὸ σύνταγμα πρὸς Ἀλκιβιάδην τινά, ὃς εἷς ἦν τῶν εἰς τὴν φυλακὴν τεταγμένων τοῦ Ἀδριανοῦ. Ἄρχεται δὲ τῆς συναγωγῆς ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, διότι τὰ πρότερα, καθὼς καὶ οἱ ἄλλοι σχεδόν τι πάντες φασὶν, οὐκ ἔτυχεν ὑπό τινος ἀκριβοῦς καὶ ἀληθοῦς ἀναγραφῆς, ἀλλὰ ἄλλο τι ἄλλος τῶν ἐπιτυχόντων καὶ οὐ συμφώνως ἔγραψαν, ὅσοις καὶ γράψαι πεφιλοτίμηται. Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος, ὥσπερ ἔφημεν, ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ποιεῖται, κάτεισι δὲ, ὡς αὐτός φησι, μέχρι τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων. Ἐμοὶ δὲ ἀνεγνώσθη μέχρι τῆς ροζ' Ὀλυμπιάδος... Sequitur fr. 12. Deinde pergit : Ἔστι δὲ τὴν φράσιν οὔτε λίαν χαμαιπετὴς οὔτε τὸν Ἀττικὸν ἐς τὸ ἀκριβὲς διασώζων χαρακτῆρα. Ἄλλως τε δὲ καὶ ἡ περὶ τὰς ὀλυμπιάδας καὶ τὰ ἐν αὐταῖς τῶν ἀγωνισμάτων ὀνόματα καὶ πράξεις καὶ ἡ περὶ τοὺς χρησμοὺς ἄκαιρος φιλοπονία τε καὶ φιλοτιμία, εἰς κόρον ἀπάγουσα τὸν ἀκροατὴν καὶ μηδὲν ἄλλο τῶν ἐν τῷ λόγῳ προκύπτειν συγχωροῦσα, ἀηδῆ τε τὸν λόγον δεικνύει καὶ χάριτος οὐδὲν ἔχειν παρατίθησι. Χρησμοῖς δὲ παντοίοις ἐς ὑπερβολὴν ἐστι κεχρημένος.

Eandem indolem prodit opus De Mirabilibus, de quo rectissime Westermannus (Paradoxogr. p. XL) : « Omnium miraculorum collectionum, si Pselli ineptias excipias, hæc longe est ineptissima, anili sapientia ac superstitiosa garrulitate plenissima, ab historiæ fide alienissima. Si quid habet pretii, hoc solis debet antiquorum quos continet reliquiis, quales sunt, ut simul omnes nominem, Antigonus, Antisthenes, Apollonius, Callimachus, Clitarchus, Craterus, Dicæarchus, Dorotheus, Eumachus, Hesiodus, Hiero nescio quis Alexandrinus sive Ephesius, Hippostratus, Megasthenes, Theopompus Sinopensis, quo item referantur per me licet versus Sibyllini, quibus auctor noster nihil prius habet, nihil antiquius. » Hæc Westermannus, qui in nitidissima sua Paradoxographorum editione Mirabilibus et Longævis Phlegontis etiam Chronicorum fragmenta subjunxit.

(*) E Phlegonte fluxisse Olympionicarum apud Eusebium recensum censet Niebuhrius (*Kl. Schriften*, p. 211). Attamen quæ Eusebius de Olympiorum institutione habet, non esse Phlegontis, sed alius auctoris ex comparato Phlegontis fragm. 1 intelligitur. Singulorum autem victorum recensum ex eodem fonte Eusebius hauserit, ex quo fluxerunt antecedentia. Rei indicium etiam ex eo elicueris, quod Phlegon. fr. 5 Icarum vocat Ὑπερασιέα, Eusebius vero Ὑπερηέσια. Ceterum Eusebium in Olympionicis contexendis præter alios etiam Phlegontem adhibuisse non negamus.

De reliquis Phlegontis scriptis quæ Suidas recenset aliunde non constat. In nullum eorum cadere videtur epistola Hadriani, quam ex Phlegontis libris affert Flavius Vopiscus in Saturnino (v. fr. 65), nisi forte credas eam depromptam esse ex Vita Hadriani, quam sub Phlegontis nomine Imperator in publicum emisisse dicitur (Ælius Spartianus in Hadrian. c. 16) (*).

ΟΛΥΜΠΙΑΔΕΣ Η ΧΡΟΝΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Δοκεῖ (**) μοι χρῆναι εἰπεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τὰ Ὀλύμπια τεθῆναι συμβέβηκεν. Ἔστι δὲ ἥδε. Μετὰ Πεῖσον καὶ Πέλοπα, ἔτι δὲ Ἡρακλέα, τοὺς πρώτους τὴν πανήγυριν καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν Ὀλυμπίασιν ἑνστησαμένους, ἐκλειπόντων τῶν Πελοποννησίων τὴν θρησκείαν χρόνῳ τινί, εἰς ὃν ἀπὸ Ἰφίτου Ὀλυμπιάδες ὀκτὼ πρὸς ταῖς εἴκοσι καταριθμοῦνται εἰς Κόροιβον τὸν Ἠλεῖον, καὶ ἀμελησάντων τοῦ ἀγῶνος, στάσις ἐνέστη κατὰ τὴν Πελοπόννησον. Λυκοῦργος δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος, υἱὸς ὢν τοῦ Πρυτάνεως, τοῦ Εὐρυπῶντος, τοῦ Σόου, τοῦ Προκλέως, τοῦ Ἀριστοδήμου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέους καὶ Δηιανείρας, καὶ Ἶφιτος ὁ Αἴμονος, ὡς δὲ ἔνιοι Πραξωνίδου, ἑνὸς τῶν ἀπὸ Ἡρακλέους, Ἠλεῖος, καὶ Κλεοσθένης ὁ Κλεονίκου Πεισάτης, βουλόμενοι εἰς ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην τὸ πλῆθος αὖθις ἀποκαταστῆσαι, τήν τε πανήγυριν τὴν Ὀλυμπικὴν ἔγνωσαν ἀνάγειν εἰς τὰ ἀρχαῖα νόμιμα καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν ἐπιτελέσαι. Στέλλονται δὴ εἰς Δελφοὺς χρησόμενοι τῷ θεῷ, εἴ σφισιν συνεπαινεῖ ταῦτα ποιῆσαι. Ὁ δὲ θεὸς ἄμεινον ἔφη ἔσεσθαι ποιοῦσιν. Καὶ προσέταξεν ἐκεχειρίαν ἀγγεῖλαι ταῖς πόλεσιν ταῖς βουλομέναις μετέχειν τοῦ ἀγῶνος. Ὧν περιαγγελθέντων κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ ὁ δίσκος ἐγράφη τοῖς Ἑλλανοδίκαις, καθ' ὃν ἔδει τὰ Ὀλύμπια ἄγειν. Οὐκ ἄγαν δὲ προσιεμένων τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ δυσχεραινόντων τῶν (1) Πελοποννησίων, λοιμὸς ἐπιγενόμενος καὶ φθορὰ καρπῶν ἐλυμαίνετο αὐτούς. Οἱ δὲ ἀποστείλαντες (2) πάλιν τοὺς περὶ τὸν Λυκοῦργον ἠτοῦντο τοῦ λοιμοῦ παῦλαν καὶ ἴασίν τινα. Ἡ δὲ Πυθία χρᾷ τάδε·

Ὦ γῆς ἀκρόπολιν πάσης Πελοπηΐδα κλεινὴν
ναίοντες, πρέσβεις τε βροτῶν πάντων καὶ ἄριστοι,
φράζεσθ' ἐξ ἐμέθεν χρησμὸν θεοῦ, ὅττι κεν εἴπω.
Ζεὺς ὑμῖν τελετῆς μῆνιν ἔχει ἣν διέχρησεν,
οὕνεκ' ἀτιμάζοντες (3) Ὀλύμπια πασινάνακτος (4)
Ζηνὸς — τοῦ πρῶτος μὲν ἱδρύσατο καὶ θέτο τιμὴν
Πεῖσος, καὶ μετὰ τόνδε Πέλοψ, ὅτε δῆμον ἔναιεν (5)

1. τῶν τε cod. — 2. ἀποστάντες cod.; em. Westerm. — 3. ἀτιμάζονται? Krause. — 4. λασιάνακτος cod., suprascripto πα. — 5. δημονναῖαν cod. Ἑλλὰς mascul. e Sophocle laudat Antiattic. Bekker p. 97, 4. Id si minus placet, legas ὅτε δὴ μόλεν αἶαν, id quod dicere licet pro ὅτε δὴ μόλ' ἐς αἶαν. Westermann. conj. : ὁ δ' ἄρ' ἔλλαχεν αἶαν Ἐ. s. Ἠλιδα, vel ὅτε δὴ λάχεν αἶαν Ἠ.

(*) « Libellum qui inscribitur γυναῖκες ἐν πολεμικοῖς συνεταὶ καὶ ἀνδρεῖαι, descriptum ab Holstenio ex cod. Mediceo, item a Tychsenio ex cod. Escorialense et editum ab Heerenio in *Bibliothek d. alt. Litt. u. Kunst* fasc. 6 Gott. 1789, Phlegontis esse videri adnotavit Holstenius in fronte apographi sui, in eandemque sententiam Heerenius quoque concessit. Nollem factum. Nam ut mittam, a nullo antiquo scriptore tale quid Phlegonti tribui, ipsum et dicendi et narrandi genus a Phlegonteo vehementer discrepat. » West. l. l. p. xli.

Inter Historicos ævi Hadrianei recensendus esse videri possit etiam *Sabinus*. Etenim in schol. ad Aristid. tom. III, p. 500 ed. Dindorf., leguntur hæc : Ταῦτα δὲ καὶ Πλούταρχος καὶ Σαβῖνος καὶ πάντες οἱ τὸν Περικλέους βίον γράψαντες λέγουσιν. Verum Sabinum quoque Vitam Periclis data opera scripsisse ex verbis scholiastæ non sequitur, neque ullum opus historicum, contra vero Commentarii in Thucydidem Sabino tribuuntur. Suidas : Σαβῖνος, σοφιστής, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος. Ἔγραψεν εἰσαγωγὴν καὶ ὑποθέσεις μελετητικῆς ὕλης, εἰς βιβλία δ'. Εἰς Θουκυδίδην καὶ Ἀκουσίλαον (?) ὑπομνήματα καὶ ἕτερά τινα ἐξηγητικά. Commentarium in Thucydidem etiam scholiasta l. l. intellexerit.

(**) Hæc in codice post reliqua Phleg. scripta ponuntur, præfixo titulo Περὶ τῶν Ὀλυμπίων.

OLYMPIADES SEU CHRONICA.

1.

Exponenda mihi videtur causa, ob quam Olympia instituti contigit. Est autem hæc. Post Pisum, Pelopem atque Herculem, qui primi solennem conventum ac certamen Olympicum instituerant, quum Peloponnesii eam festivitatem aliquamdiu intermisissent, per id scilicet tempus quod ab Iphito ad Coræbum usque Eleum duodetriginta Olympiadum numeratur, certamenque neglexissent, seditio in Peloponneso est coorta. Ibi Lycurgus Spartanus, Prytanidis, Eurypontis, Soi, Proclis, Aristodemi, Aristomachi, Cleodei, Hylli, Herculis et Deianiræ, et Iphitus, Hæmonis aut (ut alii perhibent) Praxonidæ filius ab Hercule prognati, Eleus domo, ac Cleosthenes, Cleonici filius, Pisæus, ut populum ad concordiam pacemque reducerent, quum Olympicam festivitatem statuerunt ad pristinam formam redigere, tum certamen gymnicum edere. Itaque Delphos miserunt qui deum percontarentur, an hoc eorum probet consilium. Is respondit, bona eventura, si id exsequantur : jussitque ferias indici urbibus, quæ certaminis vellent esse participes. Quo oraculo in Græcia renuntiato, discus etiam conscriptus est a Græcorum judicibus, quos ipsi Hellanodicas vocant, formam agendorum Olympiorum indicans. Ceterum Peloponnesios non admodum id certamen gratum habentes, molesteque id ferentes, pestis invasit, frugumque pernicies afflixit. Itaque denuo Lycurgum ejusque socios ad oraculum ablegarunt, qui pestis amolitionem ac remedium poscerent. Pythia vero sic respondit :

O qui telluris famosam totius arcem
Mortales inter natique et laude supremi
Incolitis, quæ fata dei cano discite jussu.
Neglecta altitonans irascitur ob sacra vobis
Juppiter, immenso qui maximus imperat orbi.
Cujus Olympia vos cultu spoliastis avito :
Quæ princeps Jovis ut Pisus celebraret honorem

Ἑλλάδα, θῆκε δ' ἔπειτ' ἔροτιν καὶ ἔπαθλα θανόντι
Οἰνομάῳ, τρίτατος δ' ἐπὶ τοῖς παῖς Ἀμφιτρύωνος
Ἡρακλέης ἐτέλεσσ' ἔροτιν καὶ ἀγῶν' ἐπὶ μήτρῳ
Ταντα λίδῃ Πέλοπι φθιμένῳ — τὸν δήποθεν ὑμεῖς (6)
λείπετε καὶ τελετήν. Ἣς χωσάμενος κατὰ θυμὸν
ὦρσε κακὸν (7) λιμὸν παρὰ τοῖς καὶ λοιμόν, ὃν ἔστι
παῦσαι ἀνορθώσαντας ἑορτὴν τῷ πάλιν αὖθις.

Ταῦτα ἀκούσαντες ἀπήγγειλαν τοῖς Πελοποννησίοις, οἱ δὲ ἀπιστήσαντες τῷ χρησμῷ ἀπέστειλαν πάλιν καὶ αὐτοὶ ἀπὸ κοινοῦ δόγματος ἐπιστρεφέστερον ἐπερωτήσοντας τὸν θεὸν περὶ τῶν χρησθέντων. Ἡ δὲ Πυθία λέγει τάδε·

Ὦ Πελοποννήσου ναέται, παρὰ (8) βωμὸν ἰόντες
θύετε καὶ πείθεσθε τά κεν μάντεις ἐνέπωσιν,
Ἠλείων πρόπολοι, πατέρων νόμον ἰθύνοντες.

Τούτων χρησθέντων οἱ Πελοποννήσιοι ἐπέτρεψαν τοῖς Ἠλείοις ἀγῶνα τιθέναι τῶν Ὀλυμπίων καὶ ἐχεχειρίαν ἀγγέλλειν ταῖς πόλεσι. Καὶ Ἠλεῖοι δὲ μετὰ ταῦτα βουλόμενοι βοηθεῖν Λακεδαιμονίοις, ὅτε Ἦλος ἐπολιόρκουν, πέμψαντες εἰς Δελφοὺς ἐμαντεύοντο. Καὶ χρᾷ ἡ Πυθία τάδε·

Τὴν αὐτῶν ῥύεσθε πάτραν, πολέμου δ' ἀπέχεσθε,
κοινοδίκου φιλίης (9) ἡγούμενοι Ἑλλήνεσσιν,
ἔστ' ἂν πενταέτης (10) ἔλθῃ φιλόφρων ἐνιαυτός.

Χρησθέντων δὲ τούτων τοῦ μὲν πολεμεῖν ἀπέσχοντο, τῶν δὲ Ὀλυμπίων τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο. Καὶ ἐστέφετο μὲν οὐδεὶς ἐπὶ πέντε Ὀλυμπιάδας· τῇ δὲ ἕκτῃ ἔδοξεν αὐτοῖς μαντεύσασθαι, εἰ στέμματα περιθῶσι τοῖς νικῶσι, καὶ πέμπουσι τὸν βασιλέα Ἶφιτον εἰς θεοῦ. Ὁ δὲ θεὸς ἔφη τάδε·

Ἶφιτε, μήλειον καρπὸν μὴ θῇς ἐπὶ νίκῃ,
ἀλλὰ τὸν ἄγριον ἀμφιτίθει καρπώδη ἐλαιῶν,
ὃς νῦν ἀμφέχεται λεπτοῖσιν ὑφάσμασ' ἀράχνης.

Παραγενόμενος οὖν εἰς τὴν Ὀλυμπίαν, πολλῶν ἐν τῷ τεμένει κοτίνων ὄντων, εὑρὼν ἕνα περιεχόμενον ἀραχνίοις περιῳκοδόμησεν αὐτὸν, καὶ τοῖς νικῶσιν ἐκ τούτου ἐδόθη ὁ στέφανος. Πρῶτος δ' ἐστεφανώθη Δαΐκλῆς Μεσσήνιος, [ὃς] τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι στάδιον ἐνίκα.

2.

Stephan. Byz.: Γέργις, πόλις Τροίας... ὁ πολίτης Γεργίθιος, τὸ θηλυκὸν Γεργιθία· ἀφ' οὗ Γεργιθία ἡ χρησμολόγος Σίβυλλα, ἥτις καὶ τετύπωτο ἐν τῷ νομίσματι τῶν Γεργιθίων, αὐτή τε καὶ ἡ σφίγξ, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πρώτῃ.

3.

Idem: Διὸς ἱερὸν, πολίχνιον Ἰωνίας μεταξὺ Λεβέδου καὶ Κολοφῶνος. Τὸ ἐθνικὸν Διοσιερίτης, ὡς Φλέγων ἐν πρώτῃ Ὀλυμπιάδων (sic Holsten.; ὀλυμπιάδος codd.; ὀλυμπιάδι edd.).

6. sic Sopingius pro vg. . ΠέλοπιΤανταλίδῃ δήτοθεν ὑμῖν λείπεις. — 7. κακὴν Xyl. nescio an e cod. — 8. περὶ vgo. παρὰ Euseb. p. 141 Mai, ubi et hoc et sequens Pythiæ responsum affertur, neque tamen id e Phlegonti desumptum, ut e reliquo narrationis apud Euseb. tenore intelligitur. — 9. sic Euseb., φιλίας editt. Phlegont. — 10. εὖτ' (l. ἔστ' ἂν) ἐνὶ τριόδοις gr. Euseb., quanquam nostra legisse videtur interpret. Armen.; nam vertit Majus: *ut cum annua celebritate gaudium annuum redeat.* Mutavit quidam lectionem, quem offendebat ille πενταετὴς ἐνιαυτός. Similiter ap. Phlegont. margo codicis: ἔστ' ἂν ἐνὶ συνόδοις ἔλθῃ.

Instituit: post hunc que Pelops, quo Græcia rege
Floruit, unanimesque habuerunt mœnia cives,
Œnomao instituit certamina lumine casso.
Tertius hæc Pelopi satus Amphitruone dicavit
Tantalidæ, grati servans pia jura nepotis.
Hæc sacra et ludos abolere hos Juppiter ausis
Iratus pestem immisit diramque famemque.
Verum instauratis cessabunt hæc mala sacris.

Peloponnesii, ubi hoc eis renunciatum oraculum fuit, ei fidem derogantes, denuo communi de sententia miserunt ipsi, qui accuratius deum de oraculo interrogarent. Pythia autem hæc retulit:

O Peloponnesi cives, altaria circum
Ite, sacris factisque animis advertite dicta
Vatum, qui leges et jura paterna sequuntur,
Vatum Eleorum monitis parete volentes.

Hoc oraculo accepto Peloponnesii concesserunt Eleis, ut certamen Olympicum instituerent, et ferias urbibus denunciarent. Porro autem postea temporis Elei, quum opitulari vellent Lacedæmoniis Helos urbem oppugnantibus, Delphos consultum miserunt. Et respondit Pythia in hanc sententiam.

Exsortes belli patriam defendite vestram,
Et pacis Græcos communia jura docete
Auctores, anni veniant dum gaudia quinti.

Hoc oraculo dato, Elei bello abstinuerunt, et Olympia curaverunt. Quinque Olympiades ita sunt exactæ, ut coronaretur nemo. Sexta placuit oraculum scitari, an victoribus coronæ essent imponendæ, eamque ob rem missus ad fanum dei rex Iphitus. Deus sic est fatus:

Iphite, victorem malo donare caveto.
Verum silvestris fructu redimitor olivæ
Quem circum teneris inclusit aranea filis.

Quum ergo venisset Olympiam, inque luco multi essent oleastri, unum eorum deprehendens araneis circumdatum, ædificio cinxit: atque ea ex arbore corona data est victoribus. Primus coronatus est Daicles Messenius, Olympiade septima stadio victor.

2.

Gergis, urbs Troadis. Civis Gergithius, et feminino genere Gergithia. Ex ea urbe oriunda Gergithia fatidica Sibylla, quæ etiam expressa cernitur in nummis Gergithiorum, una cum Sphinge, ut Phlegon tradit in primo libro Olympiadum.

3.

Dioshieron, Ioniæ oppidulum inter Lebedum et Colophonem. Gentile Dioshierites, ut Phlegon ait primo libro Olympiadum.

E LIBRIS INCERTIS.

4.

Idem : Δυσπόντιον, πόλις Πισαίας, ἀπὸ Δυσπόντου τοῦ Πέλοπος, παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν. Ἀπὸ ταύτης Ἀντίμαχος ἦν Ὀλυμπιονίκης, νικήσας ἐν Ὀλυμπιάδι [δ'] στάδιον. Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδι δ' « Ἀντίμαχος, Ἠλεῖος ἐκ Δυσποντίου στάδιον. » Καὶ ἐν κζ' « Δάϊππος Κροτωνιάτης πὺξ, ** Ἠλείων (l. Ἠλεῖος) ἐκ Δυσποντίου τέθριππον. » Excidisse nomen patet, ut Ἀρχιδάμας (Pausan. 6, 18, 4) aut Τηλέμαχος (id. 6, 13, 6) aut aliud, monente Westermanno.

5.

Idem : Ὑπερασία, πόλις, ἧς τὸ ἐθνικὸν Ὑπερασιεύς. Φλέγων εἰκοστῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι. Pausanias IV, 15, 1 : ... τῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος καὶ εἰκοστῆς, ἣν Ἴκαρος Ὑπερησιεὺς ἐνίκα στάδιον. In Eusebii Olympionicarum catalogo p. 144 : Ὀλυμπ. κγ'. Ἰκάριος Ὑπεριεσσιεύς (sic). Stephanus quoque alteram hanc gentilis formam affert v. Ὑπερησία, ubi gentiles Ὑπερησιεῖς, apud Theopompum vero Ὑπερασιεῖς vocari dicit.

6.

Idem : Σινώπη, πόλις διασαφεστάτη τοῦ Πόντου, κτίσμα Κρητίνου καὶ Κώου, ὥς φησι Φλέγων. Libri : Κτίσμα Μακριτίου Κώου. Non multo emendatiorem Stephanum habuit Eustathius, qui ad Dionys. Per. 772 : Κτίσμα κατά τινας Κριτίου ἀνδρὸς Κώου. Hinc Κριτίου ap. Steph. edidit Westermann. Vocem ἀνδρὸς de suo addidit Eustathius, vitiosa ap. Stephanum suum lectione seductus. Nam voce Κώου non patria Critiæ, sed aliud viri nomen significatur. Nimirum ita habet Scymnus Chius v. 949 (ed. Mein.), quo loco de coloniis Sinopen deductis loquitur : Μετὰ Κιμμερίους Κῶος, πάλιν δὲ Κρητίνης, οἱ γενόμενοι φυγάδες ὄρων Μιλησίων. Οὗτοι συνοικίζουσι δ' αὐτὴν, ἡνίκα Ὁ Κιμμερίων κατέδραμε τὴν Ἀσίαν στρατός. Codex habet Κριτίνης; Meinekius reposuit Κρητίνης, cujus nominis exempla affert ex Herodoto VII, 165 et 190, coll. Parthenio Erat. 13, Plutarch. Prov. I, 57. Res pertinet ad Ol. 36 vel 37. V. Raoul-Rochette. *Etabliss.* III, p. 331.

7.

Idem : Λῆνος, χώρα τῶν Πισαίων. Ὁ πολίτης Ληναῖος. Φλέγων τεσσαρακοστῇ ὀγδόῃ Ὀλυμπιάδι. Nomen gentile in nummo Caracallæ exstat, monente Holstenio.

7 a.

African. ap. Euseb. P. E. X, 10, p. 488, C : Κῦρος Περσῶν ἐβασίλευεν, ᾧ ἔτει Ὀλυμπιὰς ἤχθη νε', ὡς ἐκ τῶν Βιβλιοθηκῶν Διοδώρου καὶ τῶν Θάλλου καὶ Κάστορος ἱστοριῶν, ἔτι δὲ Πολυβίου καὶ Φλέγοντός ἐστιν εὑρεῖν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων οἷς ἐμέλησεν Ὀλυμπιάδων.

E LIBRO OCTAVO.

8.

Idem : Αὐγούσται, πόλις ἐν Κιλικίᾳ καὶ Ἰταλίᾳ. Οἱ πολῖται Αὐγουστανοί. Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων (vgo. Ὀλυμπιάδι) η'.

9.

Idem : Κρέμη, πόλις Πόντου. Φλέγων ὀγδόῳ Χρονικῶν. Urbs ignota, nisi forte eadem est quæ Κρῶμνα.

E LIBRIS INCERTIS.

10.

Idem : Νίσιβις, πόλις Αἰγύπτου. Φλέγων ἑκατοστῇ τεσσαρακοστῇ Ὀλυμπιάδι. Urbs ignota, quantum sciam.

4.

Dyspontium, Pisæa urbs, a Dysponto Pelopis filio nomen nacta, ad viam quæ Elide Olympiam ducit, sita est. Ex ea oriundus Antimachus Olympionica, Olympiade quarta stadio victor. Phlegon in quarta Olympiade : « Antimachus Eleus ex Dyspontio stadio. » Idem in Olymp. vicesima septima : « Daippus Crotoniates, pugilatu, ** Eleus ex Dyspontio, quadrigis. »

5.

Hyperasia, urbs (*Achaiæ*), cujus gentile Hyperasiensis. Phlegon Olympiade vicesima tertia.

6.

Sinope, urbs clarissima a Coo et Cretine condita, ut Phlegon tradit.

7.

Lenus, Pisatarum regio. Civis Lenæus. Phlegon in Olympiade quadragesima octava.

7 a.

Cyrus Persarum rex factus est quo anno Olympias acta est quinquagesima quinta, ut legere licet in Bibliotheca Diodori, in Historiis Thalli et Castoris, in Polybio et Phlegonte aliisque qui ad Olympiadum annos res expendere student.

8.

Augustæ, urbs in Cilicia et Italia. Cives Augustani Phlegon octavo libro Olympiadum.

9.

Creme, urbs Ponti. Phlegon libro Chronicorum octavo.

10.

Nisibis, urbs Ægypti. Phlegon in Olympiade centesima quadragesima.

11.

Idem : Βέλιτρα, πόλις Ἰταλίας, οὐ Ῥώμης ἀπωτέρω, ὡς φησι Φλέγων Ὀλυμπιάδι ροδ'.

12.

Photius cod. 97 : Ἐμοὶ δὲ ἀνεγνώσθη μέχρι τῆς ροζ' Ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ ἐνίκα Ἑκατόμνως Μιλήσιος στάδιον καὶ δίαυλον καὶ ὁπλίτην, τρὶς, Ὑψικλῆς Σικυώνιος δόλιχον, Γάϊος Ῥωμαῖος δόλιχον, Ἀριστωνυμίδας Κῶος πένταθλον, Ἰσίδωρος Ἀλεξανδρεὺς πάλην, ἄπτωτος περίοδον, Ἀτυάνας Ἱπποκράτους Ἀδραμυτίου παῖς πὺξ, Σφοδρίας Σικυώνιος παγκράτιον, Σωσιγενὴς Ἀσιανὸς παίδων στάδιον, Ἀπολλοφάνης Κυπαρισσιεὺς παίδων πάλην, Σωτήριχος Ἠλεῖος παίδων πὺξ, Κάλας Ἠλεῖος παίδων παγκράτιον, Ἑκατόμνως Μιλήσιος ὁπλίτην (οὗτος ἐν τῇ αὐτῇ τὰ τρία ἐστεφανώθη, στάδιον, δίαυλον, ὁπλίτην), Ἀριστόλοχος ὁ Ἠλεῖος τέθριππον, Ἀγήμονος Ἠλείου κέλης, Ἑλλανίκου Ἠλείου συνωρὶς, τοῦ αὐτοῦ πωλικὸν τέθριππον, Κλητία Ἠλείου πωλικὴ συνωρὶς, Καλλίππου Ἠλίου πωλικὸς κέλης.

Λεύκολλος δὲ Ἀμισὸν ἐπολιόρκει, καὶ Μουρήναν ἐπὶ τῆς πολιορκίας καταλιπὼν μετὰ δυοῖν ταγμάτοιν αὐτὸς μετὰ τριῶν ἄλλων προῆγεν ἐπὶ Καβείρων, ὅπου διεχείμαζε. Καὶ Ἀδριανὸν ἐπέταξε πολεμῆσαι Μιθριδάτῃ καὶ πολεμήσας ἐνίκησε. Καὶ σεισμοῦ ἐν Ῥώμῃ γενομένου πολλὰ ταύτης συνέπεσε. Καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα ἐν ταύτῃ ξυνηνέχθη τῇ Ὀλυμπιάδι. Καὶ Ῥωμαίων τῷ τρίτῳ αὐτῆς ἔτει ἀπετιμήθησαν μυριάδες ἐνενήκοντα καὶ μία. Καὶ Σινατρούκην τὸν Πάρθων βασιλέα τελευτήσαντα διεδέξατο Φραάτης ὁ ἐπικληθεὶς Θεός. Καὶ Φαῖδρον τὸν Ἐπικούρειον διεδέξατο Πάτρων. Καὶ Οὐεργίλιος Μάρων ὁ ποιητὴς ἐγεννήθη τούτου τοῦ ἔτους εἰδοῖς Ὀκτωβρίαις, τῷ δὲ τετάρτῳ ἔτει Τιγράνης καὶ Μιθριδάτης ἀθροίσαντες πεζοὺς μὲν τέσσαρας μυριάδας, ἱππέας δὲ τρεῖς, καὶ τὸν Ἰταλικὸν αὐτοὺς τάξαντες τρόπον, ἐπολέμησαν Λευκόλλῳ· καὶ νικᾷ Λεύκολλος, καὶ πεντακισχίλιοι μὲν τῶν μετὰ Τιγράνους ἔπεσον, πλείους δὲ τούτων ἠχμαλωτίσθησαν χωρὶς τοῦ ἄλλου σύγκλυδος ὄχλου. Καὶ τὸ Καπιτώλιον ἐν Ῥώμῃ Κάτλος καθιέρωσε. Καὶ Μέτελλος ἐπὶ τὸν Κρητικὸν πόλεμον ὁρμήσας τρία τάγματα ἔχων ἦλθεν εἰς τὴν νῆσον καὶ μάχῃ νικήσας τὸν Λασθένη αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη, καὶ τειχήρεις κατέστησε τοὺς Κρῆτας. Καὶ Ἀθηνόδωρος πειρατὴς ἐξανδραποδισάμενος Δηλίους τὰ τῶν λεγομένων θεῶν ξόανα διελυμήνατο· Γάϊος δὲ Τριάριος τὰ λελωβημένα τῆς πόλεως ἐπισκευάσας ἐτείχισε τὴν Δῆλον.

13.

Stephan. Byz. : Ταρραχίνη, πόλις Ἰταλίας. Φλέγων Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ ὀγδοηκοστῇ πρώτῃ, ὅτι παιδίον ἐκ δούλης γενόμενον τῇ ἑνάτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῆς γενέσεως τὸν προσαγορεύσαντα ἀντιπροσαγορεῦσαι, ἐφ' οἷς τοὺς μάντεις προσαγορεῦσαι ὄλεθρον.

E LIBRO DECIMO TERTIO.

14.

Origenes C. Cels. II, 14 : Φλέγων μέντοι ἐν τρισκαιδεκάτῳ ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ οἶμαι τῶν Χρονικῶν καὶ τὴν περί τινων μελλόντων πρόγνωσιν ἔδωκε τῷ Χριστῷ.

11.

Velitra, urbs Italiæ, non procul a Roma, ut ait Phlegon in Olympiade centesima septuagesima quarta.

12.

Equidem legi usque ad CLXXVII Olympiadem, qua victor fuit Hecatomnos Milesius stadii cursu et diauli et armato cursu ter; Hypsicles Sicyonius dolicho; Caius Romanus dolicho; Aristonymias Cous pentathlo; Isidorus Alexandrinus lucta, citra lapsum periodo; Atyanas Hippocratis Atramytei filius pugilatu; Sphodrias Sicyonius pancratio; Sosigenes Asianus puerorum stadio; Apollophanes Cyparissius puerorum lucta; Soterichus Eleus puerorum pugilatu; Calas Eleus puerorum pancratio, et armato cursu Hecatomnus Milesius. Ter hic eodem die coronatus est, stadio ejusque recursu et armato cursu. Aristolochus Eleus quadriga victor, equo singulari Agemon Eleus. Hellanico Eleo biga cessit et equuleorum quadriga. Cletiæ Elei equuleorum biga fuit, et Callippi Pelei singularis equuleus.

Lucullus eo tempore Amisum obsidebat; sed Murena in obsidione cum duabus legionibus relicto, ipse cum tribus aliis adversus Cabiros duxit et in hibernis ibidem castra locavit. Idem Hadrianum cum Mithridate confligere jubet, quo etiam prælio superior fuit. Romæ terra movit, multaque afflixit, et alia præterea plurima hac Olympiade contigerunt. Ejus anno tertio censæ sunt Romæ myriades nonaginta et una. Sinatruce Parthorum rege exstincto successit Phraates cognomento Deus; et Phædrum Epicureum Patron excepit. Virgilius item Maro hoc ipso anno Idibus Octobris natus est. Quarto vero hujus Olympiadis anno Tigranes et Mithridates, collectis peditum quadraginta millibus, equitum triginta, instructaque Romanorum more acie, cum Lucullo dimicantes victi sunt; cæsis e Tigranis copiis quinque millibus et his pluribus captis præter ceteram hominum colluviem. Capitolium Romæ Catulus dedicavit : et ad Creticum bellum profectus cum triginta legionibus Metellus, insulam eam tenuit : ubi et manu cum Lasthene conserta, victor imperator est appellatus, Cretensibus intra oppidum murosque compulsis. Athenodorus pirata Deli incolas captivos abducens, deorum qui vocantur signa destruxit; at Caius quidam Triarius urbis ruta cæsa instaurans, Delum muro cinxit.

13.

Tarracina, urbs Italiæ. Phlegon in Olympiade centesima octogesima prima notat infantem ex serva natum, die nona et quadragesima nativitatis alloquentem rursus allocutum esse : ob quæ vates perniciem prædixisse.

14.

Phlegon in decimo tertio vel in decimo quarto, ni fallor, Chronicorum libro rerum quarundam futurarum præscientiam Christo attribuit.

15.

Euseb. Chron. ad Ol. 203, 1 : *Jesus unctus dominus noster, secundum prophetias de eo prolatas, decimo nono regnantis Tiberii anno venit ad passionem. Quod quidem circa tempus etiam in aliis Græcorum memoriis hæc ad verbum narrata reperimus : solem videlicet defecisse, Bithyniam terræ motu esse concussam, maximamque Nicææ partem prostratam. Atque hæc profecto cum iis congruunt, quæ in Vivifici nostri passione acciderunt. Quin adeo Phlegon Olympiadum scriptor hac ipsa de re tertio decimo libro sic loquitur : « Ducentesimæ tertiæ Olympiadis anno quarto tanta fuit solis defectio, quantam nemo antea cognoverat. Sexta quippe dici hora nox adeo offusa est, ut in cælo stellæ viserentur. Magnus quoque terræ motus in Bithynia fuit, Nicææque pars magna ruit. » Sic prædictus vir ait.*

Syncellus p. 324, D, ex Eusebio : Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ κύριος ἡμῶν, κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας ἐπὶ τὸ πάθος προῆλθεν ἔτους ιθ' τῆς Τιβερίου βασιλείας. Καθ' ὃν καιρὸν καὶ ἐν ἄλλοις μὲν Ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν εὕρομεν ἱστορούμενα κατὰ λέξιν ταῦτα· « Ὁ ἥλιος ἐξέλιπε· Βιθυνία ἐσείσθη· Νικαίας τὰ πολλὰ ἔπεσεν· » ἃ καὶ συνάδει τοῖς περὶ τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν συμβεβηκόσι. Γράφει δὲ καὶ Φλέγων ὁ τὰς Ὀλυμπιάδας (sc. συναγαγὼν) περὶ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ ιγ' ῥήμασιν αὐτοῖς τάδε· « Τῷ δ' ἔτει τῆς σβ' Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωρισμένων πρότερον, καὶ νὺξ ὥρας ἕκτης τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι. Σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος τὰ πολλὰ Νικαίας κατεστρέψατο. » Καὶ ταῦτα μὲν ὁ δηλωθεὶς ἀνήρ. Cf. idem p. 222, D, ex Africano : Φλέγων ἱστορεῖ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος ἐν πανσελήνῳ ἔκλειψιν ἡλίου γεγονέναι τελείαν ἀπὸ ὥρας ἕκτης μέχρις ἐνάτης· ὅῆλον ὡς ταύτην. Eadem habent Maxim. schol. ad Dionys. Areop. epist. 7; Orig. in Matth. tract. c. 29 et 35; Cels. II, 33; Paul. Diacon. Hist. misc. VII, p. 254 ed. Bas. 1569; Jo. Malal. p. 240, 18 ed. Bonn.; Chronic. Paschal. p. 219, C. 222, C ed. Paris.

E LIBRO DECIMO QUINTO.

16.

Steph. Byz. : Νεοκαισάρεια, Ποντικὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν Νεοκαισαρεὺς, ὡς Φλέγων πεντεκαιδεκάτῳ Ὀλυμπιάδων (πεντ. ὀλυμπιάδος Ald., πεντεκαιδεκάτῃ ὀλυμπιάδι vulg.). Οἱ αὐτοὶ καὶ Ἀδριανοπολῖται.

17.

Idem : Σκορδίσκοι καὶ Σκίρτιοι, ἔθνη Παιονίας, ὡς Φλέγων ἐν πεντεκαιδεκάτῃ Ὀλυμπιάδων.

18.

Idem : Τερβητία, πόλις Σικελίας. Οἱ πολῖται Τερβητῖνοι. Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πεντεκαιδεκάτῳ.

19.

Idem : Φουρνίτα, πόλις Λιβύης. Οἱ οἰκήτορες Φουρνιτανοί. Φλέγων πεντεκαιδεκάτῳ Ὀλυμπιάδων.

20.

Constant. Porphyrog. Them. II, 12 : Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πεντεκαιδεκάτῃ, ὅτε ἐβασιλεύετο ὁ Βόσπορος Κότυϊ τῷ Βοσποριανῷ βασιλεῖ, ᾧ καὶ διάδημα ἐκέλευσε φορεῖν ὁ Καῖσαρ, καὶ τὰς πόλεις αὐτῷ καθυπέταξεν, ἐν αἷς συναριθμεῖ καὶ αὐτὴν Χερσῶνα.

21.

Stephan. Byz. : Ὀλυμπίειον, τόπος ἐν Δήλῳ, ὃν κτίσαντες Ἀθηναῖοι χρήμασιν Ἀδριανοῦ νέας Ἀθήνας Ἀδριανὰς ἐκάλεσαν, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πεντεκαιδεκάτῳ.

SEDIS INCERTÆ.

22. 23.

Idem : Ἔλβονδις, πόλις μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ Κυρήνης. Τὸ ἐθνικὸν Ἐλβονδίτης, ὡς Φλέγων.

Idem : Μαιανδρούπολις, Μαγνησίας πόλις, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάσι.

16.

Neocæsarea, Pontica urbs. Civis Neocæsarensis, ut Phlegon testatur libro decimo quinto Olympiadum.

17.

Scordisci et Scirtii, gentes Pæoniæ, ut Phlegon testatur in decimo quinto libro Olympiadum.

18.

Terbetia, urbs Siciliæ. Cives Terbetini. Phlegon Olympiadum libro decimo quinto.

19.

Phurnita, urbs Libyæ. Incolæ Phurnitani. Phlegon decimo quinto Olympiadum.

20.

Testatur etiam Phlegon in libro Olympiadum decimo quinto Bosporum sub dominatu fuisse Cotyis Bosporani regis, cui Cæsar jussit diadema gestare, urbesque ejus ditioni subjecit, in quibus connumerat hanc etiam Chersonem.

21.

Olympieum, locus in Delo, quem instaurantes Atheniensis Hadriani opibus Novas Athenas Hadrianas vocarunt, uti Phlegon a Olympiadum libro decimo quinto.

22. 23.

Elbondis, urbs inter Ægyptum et Cyrenen sita. Civis Elbondites, ut Phlegon ait.

Mæandropolis, Magnesiæ urbs, cujus Phlegon in Olympiadibus meminit.

24.

St. B. : Μοτιηνοὶ, χωρίον Ἰβηρίας, ἄποικον Ῥωμαίων. Πολύβιος τρίτῳ (c. 40, 8). Φλέγων δὲ Μουτιηνὸν αὐτὴν φησι.

25.

Idem : Πικεντία, πόλις Τυρρηνίας· Φλέγων δὲ Πίκεντον αὐτὴν φησι.

26.

Idem : Τέρινα, πόλις Ἰταλίας καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος, κτίσμα Κροτωνιατῶν, ὡς Φλέγων.

27.

Idem : Ὥστια, πόλις Ἰταλίας... Τὸ ἐθνικὸν δύναται καὶ Ὡστιανὸς καὶ Ὡστιάτης. Φλέγων δὲ Ὡστίους αὐτοὺς καλεῖ λέγων· « Παρέλαβε δὲ τὴν Ὡστίων πόλιν. »

28.

Euagrius Hist. Eccl. I, 20, p. 275, 21, de coloniis ex Græcia Antiochiam ad Orontem missis : Εἰ δέ τῳ περισπούδαστον ταύτας εἰδέναι, ἱστόρηται περιέργως Στράβωνι τῷ γεωγράφῳ (XVI, p. 750), Φλέγοντί τε καὶ Διοδώρῳ τῷ ἐκ Σικελίας, etc.

ΠΕΡΙ ΜΑΚΡΟΒΙΩΝ.

29.

1. Περὶ τῶν ἑκατὸν ἔτη ζησάντων. Οἱ ἑκατὸν ἔτη ζήσαντες Ἰταλῶν, ὡς ἐξ αὐτῶν τῶν ἀποτιμήσεων ἀναζητήσαντες οὐ παρέργως ἐμάθομεν· Λούκιος Κορνήλιος, Κορνίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Λούκιος Γλαύκειος Οὖῆρος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Λούκιος Οὐετούστιος Σεκοῦνδος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Λούκιος Λικίννιος Πάλος, Λουκίου ἀπελεύθερος, πόλεως Πλακεντίας. Λούκιος Μάρκελλος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Λούκιος Οὐέττιος, Μάρκου υἱὸς, [πόλεως] Βριξέλλων. Λούκιος Κουσσώννιος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Κορνηλίας. Λούκιος Γαμίνιος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Βελείας. Γάϊος Πορτήσιος Φρόντων, Σέξτου υἱὸς, πόλεως Βονωνίας. Γάϊος Νώνιος Μάξιμος, Ποπλίου υἱὸς, πόλεως Βριξέλλων. Γάϊος Ἀμούριος Τείρων, Γαΐου υἱὸς, πόλεως Κορνηλίας. Γάϊος Καστοπούδης, Τιτίου υἱὸς, πόλεως Πάρμης. Γάϊος Οὐάτιος Τέρτιος, Σπορίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Γάϊος Ἰούλιος Πόθος, πόλεως Ῥαβέννης. Γάϊος Οὐαλέριος Πρίμος, Κοίντου υἱὸς, πόλεως Βελείας. Καισελίας Κῦρος, πόλεως Πλακεντίας. Κατία, Γαΐου θυγάτηρ, πόλεως Φαουεντίας. Πόπλιος Φούλβιος Φρῦξ, Λουκίου ἀπελεύθερος, πόλεως Πολλισίας. Πόπλιος Νέβιος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Βασιλείας. Πόπλιος Δεκέννιος Δημοσθένης, Ποπλίου ἀπελεύθερος, πόλεως Ἀριμίνου. Πετρωνία Κοίντου, Λουκίου ἀπελευθέρα, πόλεως Πλακεντίας. Πόλλεια Πώλλα, Σπουρίου θυγάτηρ, πόλεως Αἰτωσίας. Μάρκος Οὐιλώνιος Σευῆρος, πόλεως Οὐελείας. Μάρκος Τερέντιος Ἄλβιος, Μάρκου ἀπελεύθερος, πόλεως Πλακεντίας. Μάρκος Ἀντώνιος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Μάρκος Τάλπιος Οὐιταλὶς, Μάρκου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Μάρκος Ἀκκέλιος, Μάρκου υἱὸς, πόλεως Βονωνίας. Μάρκος Νιρέλλιος, Γαΐου υἱὸς, πόλεως Πάρμης. Τίτος Οὐίβιος Θάλβιος, Σπορίου υἱὸς, πόλεως Πάρμης. Τίτος Αἰμίλιος, Κοίντου υἱὸς, πόλεως Ῥηγίας (l. Ῥηγίου). Τίτος Οὐετεράνιος, Ποπλίου υἱὸς, πόλεως Βονωνίας. Τίτος Νουμέριος, Τίτου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Τίτος Σερούιος Σεκοῦνδος, Τίτου υἱὸς, πόλεως Βονωνίας. Τίτος Πετρώνιος, Σπορίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Τίτος Ἀντώνιος, Μάρκου υἱὸς, πόλεως Ῥηγίου. Τίτος

24.

Motieni, castellum Iberiæ, Romanorum colonia, teste Polybio. Phlegon vero Mutienum dicit.

25.

Picentia, urbs Etruriæ. Phlegon Picentum eam vocat.

26.

Terina, urbs et fluvius Italiæ, a Crotoniatis condita, teste Phlegonte.

27.

Ostia, urbs Italiæ. Gentile esse potest Ostianus et Ostiates. Phlegon vero Ostios eos vocat in hisce : « Occupavit vero Ostiorum urbem. »

28.

Si quis accuratius eas cognoscere studet, plenissime de iis dixerunt Strabo geographus, Phlegon et Diodorus Siculus.

DE LONGÆVIS.

29.

1. *De iis qui centum annos vixerunt.* Itali, qui centum annos vixerunt, quos ex ipsis Censuum commentariis conquisitos, non obiter deprehendimus : L. Cornelius Cornii fil. L. Glauceius Verus, L. F. L. Vetustius Secundus, L. F. L. Licinnius Palus, L. libertus. L. Acilius Marcellus, L. F. Omnes hi, urbe Placentini. L. Vettius M. F. Brixellensis. L. Cussonius, L. F. urbe Cornelia. L. Gaminius, L. F. Velia. C. Portensius Fronto, Sexti F. Bononia. C. Nonius Maximus, P. F. Brixellis. C. Amurius Tiro, C. F. Cornelia. C. Castopudes, Titii F. Parma. C. Vatius Tertius, Sp. F. Placentia. C. Julius Pothus, Ravenna. C. Valerius Primus, Q. F. Velia. Cæselias Cyrus, Placentia. Catia, C. F. Faventia. P. Fulvius Phryx, L. libertus, Pollentia. P. Nevius, L. F. Basilea. P. Decennius Demosthenes, P. libertus, Arimino. Petronia Quinti, L. liberta, Placentia. Pollia Polla, Sp. filia, Ætosia. M. Vilonius Severus, Velia. M. Terentius Albius, M. libertus. M. Antonius, L. F. M. Talpius Vitalis, M. F. omnes Placentini. M. Accelius, M. F. Bononia. M. Nirellius, C. F. T. Vibius Thalbius, Spurii F. Parmenses. T. Æmilius, Q. F. Rhegio T. Veteranius, P. F. Bononia. T. Numerius, T. F. Placentia. T. Servius Secundus, T. F. Bononia. T. Petronius, Sp. F. Placentia. T. Antonius, M. F. Rhegio. T. Erusius Pollio, C. F. Bononia. T. Camorius Tertius, T. F. Fidentia. Turella Forensis, C. liberta, Bononia. Q. Cassius Rufus,

Ἐρούσιος (Ἐρούχιος? Meurs.) Πολλίων, Γαΐου υἱός, πόλεως Βονωνίας. Τίτος Καμόριος Τέρτιος, Τίτου υἱός, πόλεως Φειδεντίας. Τουρέλλη Φόρησις (?), Γαΐου ἀπελευθέρα, πόλεως Βονωνίας. Κούιντος Κάσσιος Ῥοῦφος, Κουίντου υἱός, πόλεως Ῥηγίου. Κούιντος Λουκρίτιος Πρίμος, Κοίντου υἱός, πόλεως Ῥηγίου. Κούιντος Οὐέλιος, Ποπλίου υἱός, πόλεως Βελίας. Ἀντωνία Σεκούνδα, Ποπλίου θυγάτηρ, πόλεως Βελίας. Ἀλβατία Σαβίνα, πόλεως Πάρμης. Σαλουία Οὐάρηνα, Ποπλίου θυγάτηρ, πόλεως Βασιλείας. Βεβία Μαρκέλλα, Σέξτου θυγάτηρ, πόλεως Ὀρτισίας. Βασκία Ἀστικόσου, Μακεδὼν ἀπὸ Φιλίππων. Βόνζης Τόνου, Παροικοπολίτης, Μακεδών. Φρόντων Ἀλβουτίου, Μακεδὼν ἀπὸ Φιλίππων. Σάρκη Σκίλα, Μακέτις, Ἀμφιπολῖτις. Αἰδέσιος Δίζα, Παροικοπόλεως, Μακεδών. Βίθυς Διζάστου, Παροικοπόλεως τῆς Μακεδόνων. Ζαικεδένθης Μουκάσου, Παροικοπολίτης, Μακεδών. Μάντις Καιπρολίζου, Μακεδὼν ἐξ Ἀμφιπόλεως. Ἀλέξανδρος Δημητρίου, Τιανὸς ἀπὸ Πόντου καὶ Βιθυνίας. Γάζα Τίμωνος, Τιανὴ ἀπὸ Πόντου καὶ Βιθυνίας. Χρήστη Ἀντιπάτρου, Τιανή. Χρυσίον Θεοφίλου, Τιανή. Ἱέρων Ἱέρωνος, Τιανός. Μούζακος Μουκαντίου, Νικομηδεὺς Βιθυνίας. Λούκιος Φιδικλάνιος Νέπως, Σινωπεύς. Ἀλούκιος Ἀπιλιούτας, ἀπὸ Λουσιτανίας πόλεως Ἰντερανησίας. Ἄμβατος, Δοκουρίου υἱὸς, τῆς αὐτῆς πόλεως. Κάμαλος, Καντολγουνίου υἱὸς, τῆς αὐτῆς πόλεως. Κέλτιος, Πελλίου υἱὸς, πόλεως Ἀπειλοκαρίου. Ἀρρούντιος, Ἀππίου υἱὸς, πόλεως Κονιμβριγησίας. Τάμφιος, Κελτίου υἱὸς, πόλεως τῆς αὐτῆς. Δοκκούριος, Ἀλουκκίου υἱὸς, πόλεως Αἰβουροβισυγγησίας.

II. Οἱ ἀπὸ ἑκατὸν τεσσάρων ἐτῶν μέχρι ἑκατὸν δέκα ἀπογραψάμενοι. Γάϊος Ληλήδιος Πρίμος, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Κλωδία Ποτέστα, Γαΐου ἀπελευθέρα, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Κουσινία Μόσχος, Γαΐου ἀπελευθέρα, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Κερεωνία Οὐερηκούνδα, Ποπλίου ἀπελευθέρα, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Λιουία Ἀττικὴ, Ποπλίου ἀπελευθέρα, πόλεως Πάρμης, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Βουρία Λυχναινὶς, πόλεως Πάρμης, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Γάϊος Σάμφιος, Γαΐου υἱὸς, πόλεως Βελείας, ἔτη ἑκατὸν δύο. Κούιντος Κορνήλιος, Κουίντου υἱὸς, πόλεως Ῥηγίου, ἔτη ἑκατὸν δύο. Τίτος Ἀντώνιος, Τίτου υἱὸς, πόλεως Πάρμης, ἔτη ἑκατὸν δύο. Κοκνανία Μοῦσα, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν τρία. Δημόκριτος Ἀβδηρίτης ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα· ἐτελεύτησεν δὲ τροφῆς ἀποσχόμενος. Κτησίβιος ὁ ἱστοριογράφος ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα· ἐν περιπάτῳ δὲ ἐτελεύτα, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς δεδήλωκεν. Ἱερώνυμος ὁ συγγραφεὺς πολλοὺς μὲν χρόνους ἐν ταῖς στρατείαις ἀνατλήσας, πλείστοις δὲ τραύμασιν ἐν πολέμοις περιπεσὼν ἐτελεύτησεν βιώσας ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα, ὥς φησιν Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν Περὶ τῆς Ἀσίας Ἱστοριῶν Γάϊος Λαλλίας Τιωναῖος (Τιωναῖνος Xyl.), Λευκίου υἱὸς, πόλεως Βιωνίας (Βονωνίας? W.), ἔτη ἑκατὸν πέντε. Πόπλιος Κουισέντιος Σφυρίων, Ποπλίου ἀπελεύθερος, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Τίτος Κοττίνας Χρύσαντος, Τίτου ἀπελεύθερος, πόλεως Φαουεντίας, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Μάρκος Πομώνιος Σεβῆρος, Μάρκου υἱὸς, πόλεως Ταννητάνης, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Σέξτος Νέβιος, Σέξτου υἱὸς, πόλεως Πάρμης, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Λούκιος Αἴλιος Δωρόθεος, Λευκίου ἀπελεύθερος, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν ἕξ. Γάϊος Πομπούσιος Μοντιανὸς, Ποπλίου υἱὸς, ἔτη ἑκατὸν ἑπτά. Πόλλα Δωνάτα, Σέξτου θυγάτηρ, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν δέκα. Μουνανσία Προκούλα, Λευκίου θυγάτηρ, πόλεως Ῥηγίου, ἔτη ἑκατὸν δέκα.

Q. F. Q. Lucretius Primus, Q. F. Rhegini. Q. Velius, P. F. Velia. Antonia Secunda Publii F. Velia. Albatia Sabina, Parmensis. Salvia Varena, P. F. Basilea. Bebia Marcella, Sexti filia, Ortisia. Bascia Asticosi, Philippis Macedoniæ. Bonzes, Toni F., e Parœcopoli Macedo. Fronto Albutii, Macedo Philippensis. Sarce Scitæ, Macetis Amphipolita. Ædesius Dizæ, e Parœcopoli Macedo. Bithys Dicastæ, e Parœcopoli Macedo. Zæcedenthes Mucasi, eadem patria. Mantis Cæprœzi, Macedo ab Amphipoli. Alexander Demetrii, Tianus a Ponto et Bithynia. Gaza Timonis, Tiana, indidem. Chresta Antipatri, Tiana. Chrysium Theophili, Tiana. Hiero, Hieronis F., Tianus. Muzacus Mucantii, e Nicomedia Bithyniæ. L. Phidiclanius Nepos, Sinopensis. Alucius Apiliuta, Lusitanus, urbe Interaniesia. Eademque urbe Ambatus Docurii F. et Camalus Cantolgunii F. Celtius Pellii F., urbe Apilocario. Arruntius Appii F., urbe Conimbrigesia, et eadem Tamphius, Celtii F. Duccurius Aluccii F., urbe Æburobisyngesia.

II. *Qui ab annis centum et quattuor usque ad centum et decem protraxisse vitam annotati sunt.* C. Leledius Primus, annos CI. Clodia Potesta, C. liberta, totidem, Bononienses. Cusinia Juvenca, C. liberta, Corneliensis, annos CI. Cereonia Verecunda, P. liberta, ipsa quoque Corneliensis, annos totidem. Livia Attica, P. liberta, et Buria Lychnænis, Parmenses, annos vixerunt totidem. C. Samphius, C. F. annos CII., Veliæ natus. Q. Cornelius, Q. F., Rhegii. T. Antonius, T. F. Parmensis, totidem. Coenania Musa, annos CIII., Corneliensis. Democritus Abderites, annos CIV: mortuus est abstinentia cibi. Totidem annos vixit Ctesibius, historiæ scriptor, et (ut in Annalibus Apollodorus refert) inter deambulandum vivendi finem fecit. Agatharchides libro Historiæ Asianæ nono scribit, Hieronymum historicum, quum is et temporis multum in expeditionibus bellicis tolerasset, et in pugnis permulta accepisset vulnera, annos natum totidem, decessisse. C. Lallias Tionæus, L. F., vitam produxit per annos CV, urbe natus Bionia. P. Quisentius Sphyrio, P. libertus, Bononiensis: T. Cottinas Chrysantus, T. libertus, Faventinus. M. Pomonius Severus, M. F., urbe Tannetana. Sext. Nevius, Sext. F., urbe Parma: omnes totidem. L. Ælius Dorotheus, L. libertus, Bononiensis, annos CVI. C. Pompusius Montianus, P. F., annos CVII. Polla Donata, Sexti filia, Bononiensis, annos CX. Munantia Procula L. F. Rhegina, totidem.

III. Οἱ ἀπὸ ἑκατὸν δέκα ἐτῶν μέχρι ἑκατὸν εἴκοσι ἀπογραψάμενοι. Τίτος Πουρέννιος Τοῦτος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν ἕνδεκα. Λούκιος Ἀντίστιχος Σωτήριχος, Λουκίου ἀπελεύθερος, πόλεως Ῥαβέννης, ἔτη ἑκατὸν δέκα τρία. Λούκιος Πέτρου, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν δέκα τέσσαρα. Ἰουλία Μοδεστίνα, πόλεως Κορσιόλων, Πριμοπιλαρίου ἀπελευθέρα, καθ' ἡμᾶς ἔτι οὖσα, πόλεως Βριξέλλων, ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι.

VI. Οἱ ἀπὸ ρλ' ἐτῶν μέχρι ρμ' ἀπογραψάμενοι. Λούκιος Τερέντιος, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ρλς'. Φαῦστος, Καίσαρος δοῦλος, ἐκ Σαβίνων, ἀπὸ Πραιτωρίου Παλλαντιανοῦ, ἔτη ρλς', ὃν καὶ αὐτὸς ἐθεασάμην Ἀδριανῷ τῷ Καίσαρι ἐπιδειχθέντα (1). * Ἀργανθώνιος, ὁ τῶν Ταρτησσίων βασιλεὺς, ὡς ἱστορεῖ Ἡρόδοτος καὶ Ἀνακρέων ὁ ποιητὴς, ἔτη ρν'. Σίβυλλα ἡ Ἐρυθραία ἐβίωσεν ἔτη ὀλίγον ἀποδέοντα τῶν χιλίων, ὡς αὐτή φησιν ἐν τοῖς χρησμοῖς τόνδε τὸν τρόπον·

Ἀλλὰ τί δὴ πανόδυρτος ἐπ' ἀλλοτρίοισι πάθεσσι
θέσφατα φοιβάζω, λυσσώδεα μοῖραν ἔχουσα,
οἴστρου δὲ σφετέρου καταγεύομαι ἀλγινόεντος
ἐκνεομεν (2) ἀεὶ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἔχουσα,
μαινομένη μὲν ἐνὶ θνητοῖς καὶ ἄπιστα λέγουσα,
πάντα δ' ὑπὲρ προῖδοῦσα βροτῶν δυσανάσχετα κήδη.
Καὶ τότε μοι φθονέσας Λητοῦς ἰφικυδέος υἱὸς
μαντοσύνης, παθέων δὲ κατοικήσας (3) ἁλοὸν κῆρ,
ψυχὴν ἐκλύσει δεσμευομένην ἐνὶ λυγρῷ
σώματι, σαρκοτυπῆ διοϊστεύσας γεγαυῖαν (4).
Ἔνθ' ἄρα μοι ψυχὴ μὲν ἐς ἠέρα πιστευθεῖσα (5),
πνεύματι συγκραθεῖσα βροτῶν εἰς οὔατα πέμψει
κληδόνας ἐν πυκινοῖς αἰνίγμασι συμπλεχθείσας·
σῶμα δ' ἀεικελίως ἀταφον πρὸς μητέρος αἴης
κείσεται· οὐ γάρ τις θνητῶν ἐπὶ γαῖαν ἀμήσει,
οὐδὲ τάφῳ κρύψει· κατὰ γὰρ χθονὸς εὐρυοδείης
δύσεται αἷμα μέλαν τερσαινομένοιο χρόνοιο.
Ἔνθεν δὴ πολλῆς ἀναδύσεται ἔρνεα ποίης,
ἣ καταδοσκομένων μήλων εἰς ἤπατα δῦσα
ἀθανάτων δείξει βουλεύματα μαντοσύνῃσι.
Σαρκῶν δ' ὄρνιθες πτεροείμονες (6) αἶκε πάσωνται,
μαντοσύνην θνητοῖσιν ἀληθέα ποιπνύσουσι.

Διὰ τούτου τοῦ χρησμοῦ ἀποδείκνυται δέκα γενεὰς αὐτὴν κατ' ἀνθρώπους γεγονέναι, καὶ μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τὴν ἐκ τοῦ ζῆν, τῆς μὲν ψυχῆς κατὰ τὸν ἀέρα φερομένης καὶ προσπιπτούσης τοῖς (7) ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων λαλουμένοις, παρασκευάσειν τὰς γινομένας κληδόνας διὰ τῶν λόγων, τοῦ δὲ σώματος ἀτάφου γενομένου τὰ μὲν ὄρνεα τῶν σαρκῶν φαγόντα τὴν διὰ τῆς ὀρνιθοσκοπίας μαντείαν διασημαίνειν, τοῦ δὲ ὑπολοίπου μέρους εἰς τὴν γῆν σαπέντος καὶ τὰ κτήνη φαγόντα τῆς φυομένης πόας τὴν ἡπατοσκοπικὴν εἰς τὸν βίον εἰσάξειν τέχνην. Τὴν δὲ γενεὰν Σίβυλλα ἱστορεῖ ἐτῶν ἑκατὸν δέκα ἐν τῷ χρησμῷ τῷ πρὸς Ῥωμαίους περὶ τῶν αἰωνίων θεωριῶν, ἃ Ῥωμαῖοι σεκουλάρια καλοῦσι. Τῶν γὰρ συμμάχων αὐτῶν καὶ κοινωνῶν μὴ ἐμμενόντων ταῖς συνθήκαις, ἀλλὰ πυκνὰ μεταβαλλομένων καὶ πο-

1. « Post ἐπιδειχθέντα, si vera est capitis inscriptio et verus numerus ρν'. novum caput incipit, quo pertinent etiam quæ habet de Epimenide Diog. Laert. 1, 10, 111 : Καὶ ἐπανελθὼν ἐπ' οἶκου μετ' οὐ πολὺ μετήλλαξεν, ὥς φησι Φλέγων ἐν τῷ Περὶ μακροβίων, βιοὺς ἔτη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, ὡς δὲ Κρῆτες λέγουσιν, ἐνὸς δέοντος τριακόσια, ὡς δὲ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἀκηκοέναι φησὶ, τέτταρα πρὸς τοῖς πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. » *Westerm.* — 2. ἐννέα μὲν γενεαῖς conj. Is. Voss.; ἐκ νεαρῶν μὲν ἀεὶ Xylander.; ἐν δεκάτῃ γενεᾷ Salmasius.

3 κατοικτίσας? Meursius. — 4. Sic Salmas. et Voss. pro σαρκοτύπιδι διϊστεύσας γεγάϊον. — 5 Westerm. pro vg. πιστηθεῖσα. — 6. Sic West.; πτεροείμονες codex, πετροδείμονες Xylander; πετροδύμονες Schneider. — 7. Sic West. pro vg. τοὺς λαλουμένους.

III. *Qui ab annis CX usque ad CXX progressi in Commentariis memorantur.* T. Purennius Tutus, L. F. Corneliensis, annos CXI. L. Antistichus Soterichus, L. libertus, Ravennas, CXIII. Lucius Petri, Corneliensis, CXIV. Julia Modestina, Corsiolis urbe nata, liberta Primipilarii, nostra adhuc ætate superstes, urbe Brixellis, annos CXX.

IV. *Qui ab CXXX annis usque ad CXL vixisse annotati sunt.* L. Terentius, Bononia, annos CXXXVI. Faustus, Cæsaris servus, e Sabinis, a Prætorio Pallantiano, annos CXXXVI. Quem et ipsi vidimus, Hadriano Cæsari exhibitum. Arganthonius Tartessiorum rex, ut Herodotus (1, 163) et Anacreon poeta narrant, annos CL. Sibylla Erythræa, annos vixit non multo pauciores mille. Quod ipsa in Oraculis in hunc modum indicat :

Sed quid flebilibus non nostra incommoda verbis
Vaticinor, rabie fatali concita mentem?
Quin stimulos nostri potius contrecto furoris?
A teneris semper mala sors me exercuit annis,
Adque senectutis provexit damna molestæ.
Inter ego vesana homines, non credita cuiquam
Fata cano et duros casus, bene gnara futuri.
Idcirco invidia Latonæ filius acri
Correptus, mihi fatidicamque infensus ob artem,
Corporis hanc animam misera de compede solvet,
Infesta carnem ferus interimetque sagitta.
Et mea tunc liquidas anima ut transibit in auras,
Auribus humanis vento permixta volucris,
Fata canet, cæcis ambagibus obscurata.
At supra matrem corpus deforme jacebit
Tellurem : neque enim id quisquam mandare sepulcro,
Ingestaque volet mortalis condere terra.
Quæ laxata calore meum tamen inde cruorem
Hauriet, hinc varias fœcundaque proferet herbas;
Unde jecur pecudum subiens vis certa futuri,
Consilia ostendet gnaris occulta deorum.
Atque meas carnes, subeunt quæ saxa volucres,
Quum carpent, ventura procul mortalibus edent.

Hoc oraculo indicatur, Sibyllam istam decem ætates inter homines exegisse : et, postquam e vivis excessit, animam in aerem elatam effecisse ut ad aures hominum omina et sermones de futuris acciderent : cadavere autem insepulto jacente, aves ejus carnibus vescentes, auspicio ventura indicare : reliqua parte computrescente, et terram penetrante, pecudes, quæ e terra ea enatas herbas depascerent, divinationem, quæ e jecinorum fit inspectione, inter homines introducturas. Ceterum ætatem Sibylla annis CX definit in oraculo Romanis dato de ludis, quos ipsi Seculares vocant. Quum enim ipsorum socii et amici non sta-

λεμούντων αὐτοῖς, ἡ Σίβυλλα ἐχρησμώδησεν, ἐπιτελεσθεισῶν τῶν θεωριῶν τούτων ὑποταγήσεσθαι τοὺς ἀφεστῶτας Λατίνους. Εἰσὶν δὲ οἱ χρησμοὶ οἵδε (1)·

Ἀλλ' ὁπόταν μήκιστος ἵκῃ (2) χρόνος ἀνθρώποισι
ζωῆς, εἰς ἐτέων ἑκατὸν (3) δέκα κύκλον ὀδεύσας (4),
μεμνῆσθαι, Ῥωμαῖε, καὶ εἰ μάλα λήσει ἑαυτοῦ (5),
μεμνῆσθαι τάδε πάντα, θεοῖσι μὲν ἀθανάτοισι
ῥέξειν (6) ἐν πεδίῳ παρὰ Θύβριδος ἄπλετον ὕδωρ,
ὅππῃ στεινότατον, νὺξ ἡνίκα γαῖαν ἐπέλθῃ
ἠελίου κρύψαντος ἐὸν φάος· ἔνθα σὺ ῥέζειν
ἱερὰ παντογόνοις (7) Μοίραις ἄρνας τε καὶ αἶγας,
κυανέας δ' (8) ἐπὶ ταῖσδ' Εἰλειθυίας ἀρέσασθαι
παιδοτόκους θυέεσσιν, ὅπῃ θέμις. Αὖθι δὲ γαίῃ
πληθομένῃ χοῖρός τε καὶ ὗς ἱρεύσιτο μέλαινα (9)·
πάνλευκοι (10) ταῦροι δὲ Διὸς παρὰ βωμὸν ἀγέσθων
ἤματι, μηδέ τε νυκτί· θεοῖσι γὰρ οὐρανίδαισιν (11)
ἠμέριος πέλεται θυέων τρόπος, ὡς δὲ καὶ αὐτοῖς (12)
ἱρεύειν. Δαμάλης δὲ βοὸς δέμας ἀγλαὸν Ἥρης
δεξάσθω νηὸς παρὰ σεῦ. Καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων,
ὅστε καὶ ἠέλιος κικλήσκεται, ἶσα δεδέχθω (13)
θύματα Λητοΐδης, καὶ ἀειδόμενοί τε Λατῖνοι
παιᾶνες, κούροις κούρῃσί τε νηὸν ἔχοιεν
ἀθανάτων. Χωρὶς δὲ κόραι χορὸν αὖται ἔχοιεν (14),
καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς, ἀλλὰ γονήων
πάντων ζωόντων, οἷς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη·
αἱ δὲ γάμου ζεύγλαισι δεδαμμέναι ἤματι κείνῳ
γυνὴ Ἥρης παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἑδριόωσαι
δαίμονα λισσέσθωσαν, ἅπασι δὲ λύματα (1) δοῦναι
ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξί, μάλιστα δὲ θηλυτέραισιν.
Πάντες δ' ἐξ οἴκοιο φερέσθων ὅσσα κομίζειν
ἐστὶ θέμις θνητοῖσιν ἀπαρχομένοις βιότοιο,
δαίμοσι μειλιχίοισιν ἱλάσματα καὶ μακάρεσσιν
Οὐρανίοις (2). Τὰ δὲ πάντα τεθησαυρισμένα κείσθω.
ὄφρα τε θηλυτέρῃσι καὶ ἀνδράσιν ἑδριόωσιν
ἔνθεν πορσύνῃς μεμνημένος. Ἥμασι δ' ἔστω
νυξί τ' ἐπασσυτέραισι θεοπροπίους (3) κατὰ θώκους
παμπληθὴς ἀγυρις, σπουδὴ δὲ γέλωτι (4) μεμίχθω.
Ταῦτά τοι ἐν φρεσὶ σῇσιν (5) ἀεὶ μεμνημένος εἶναι,
καί σοι πᾶσα χθὼν Ἰταλὴ καὶ πᾶσα Λατίνων (6)
αἰὲν ὑπὸ σκήπτροισιν ὑπαυχένιον ζυγὸν ἕξει.

1. Quæ sequuntur etiam Zosimus II, 6, affert. — 2. ἵῃ Salm. — 3. ἑκατοντάδα Gallæus et Salm. At vide Ideler. Chronol. tom. II, p. 86. — 4. ὀδεύων Zosim. — 5. οὐ μάλα λήσει ἑαυτοὺς Zos. οὐ μάλα λήσεαι αὐτός Mitscherlich. οὐ μάλα λήσεται αὐτῶν Bekker. — 6. ῥέζειν Zos. — 7. ποντογόνοις Zos. — 8. δ' om. Zos. — αἶγας κυανέας, ἐπὶ ταῖς δ' Mitsch. — 9. sic Zos.; Phlegontis codex : πληθομένῃ χώροις ὅς ἱερ. — 10. ζάλευκοι Zos. — 11. μηδ' ἐπὶ... οὐρανίοισι Zos. — 12. αὖτως Zos. — 13. sic Zos.; αἶσια δέχθω Phleg. — 14. ἄγοιεν conj. Heynius.

ΠΕΡΙ ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ.

30.

« Narrationis caput deest. Videtur summa hæc esse : Philinnium, Demostrati et Charitûs filiam, clam cum hospite Machata etiam vita functam consuevisse, idque nutricem deprehendisse. » XYLAND.

** εἰς τὸν ξενῶνα προσπορεύεται ταῖς θύραις καὶ καιομένου τοῦ λύχνου καθημένην ἴδεν τὴν ἄνθρωπον παρὰ τῷ Μαχάτῃ· οὐκ ἔτι δὲ καρτερήσασα πλείονα χρόνον διὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς φαντασίας τρέχει πρὸς τὴν μητέρα καὶ βοήσασα μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Χαριτοῖ καὶ Δημόστρατε, ᾤετο δεῖν ἀναστάντας ἐπὶ τὴν θυγατέρα αὐτοὺς μετ' αὐτῆς πορεύεσθαι· πεφηνέναι γὰρ ζῶσαν, εἶναί τε μετὰ τοῦ ξένου διά τινα θείαν βούλησιν ἐν τῷ ξενῶνι.

1. δὲ λύματα] θελήματα conj. Sylburg ad Zosim. Mox θηλυτερῇσι Zos. — 2. οὐρανίδαις Zos. — 3. ἐπασσυτέρῃσι θεοπρέπτους Zos. — 4. γέλως τε Zos. — 5. φρεσὶν ᾗσιν Zos. — 6. Λατίνη Zos.

---

rent pactis, sed crebro novas res tentarent, et bellum inferrent : cecinit Sibylla, si hæc spectacula ederentur, Latinos, qui defecerant, subditum iri. Oraculi hic est tenor :

Viginti et centum revolutis prŏtinus annis
(Quæ sunt humanæ longissima tempora vitæ)
Hæc memori tum mente tibi, Romane, teneto;
Hæc age, quantumvis obliviscare teipsum.
Qua campus flavas undosi ad Tibridis undas
Stringitur, angustis et circumscribitur oris,
Hic tu, sub terras ubi Titan lampada condet,
Obscuræ noctis sese intendentque tenebræ,
Omnigenis placa immortalia numina sacris :
Atque aguos Parcis, nitidas et cæde capellas.
Cæruleas etiam veneraberis Ilithyias,
Rite sacris factis, faustæ quæ partubus adsunt.
Atram frugiferæ Telluri deinde dicabis
Gratus ovem : tauros candentes ad Jovis aram
Tum statues, radiis quum sol terrestria lustrat :
(Non noctu; nam cœlitibus sacra rite feruntur,
Quum lux alma diē cœlum terrasque retexit;)
Pulchraque Junonis donetur bucula templo.
Quin etiam Titan Latonia proles Apollo
Placetur sacris; cantent Pæana Latini,
Atque choros ducant : puerique ætate vigentes
Parte alia, atque alia florentes vere puellæ
Ætatis, nondum caris genitoribus orbæ.
Atque verecundæ matronæ luce sub ista
Curvatis celebrem genibus Junonis ad aram
Concilientque deam, et sacrata piacula solvant
Vir mulierque, magis tamen istæc femina debet.
Ista domo sibi quisque ferat, quas fas jubet almis
Primitias offerre diis, et fausta precari.
Pro se quisque virum sibi condita in ædibus istæc
Asservet, festis castus promatque diebus.
Lucibus his, noctesque per has ad fana deorum
Turba hominum festiva adsitque, et seria risu
Temperet, assiduisque adsit creberrima sacris.
Horum non ullo te oblivio tempore tangat.
Itala sic tellus tibi cuncta omnisque Latinus
Serviet, et pavidum mittet tua sub juga collum.

DE MIRABILIBUS.

30.

** per fores in diversorium exit : et ardente lucerna, videt illam sedentem apud Machaten. Neque diutius se continens, ob spectri miraculum, ad matrem accurrit, magnaque vociferatione inclamans, Charito et Demostrate, surgere eos jussit, secumque ad filiam accedere. Hanc enim sibi vivam esse visam, et dei cujusdam voluntate esse in diversorio cum hospite. Charito, quum sermonem incredibilem audivisset, principio nuncii magnitudine et tumultuatione nu-

Τῆς δὲ Χαριτοῦς παράδοξον λόγον ἀκουούσης συνέβη τὴν ψυχὴν τὸ μὲν πρῶτον ἐκπλαγῆ γενομένην ἐκλυθῆναι διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀγγελίας καὶ διὰ τὴν ταραχὴν τῆς τροφοῦ, μετὰ μικρὸν δὲ μνησθεῖσαν τῆς θυγατρὸς κλαίειν, τὰ δὲ ἕσχατα καταγνῶναι τῆς πρεσβύτιδος μανίαν, κελεύειν τε ἀπαλλάττεσθαι ἀπ' αὐτῆς ταχέως. Ὀνειδιζούσης δὲ τῆς τροφοῦ καὶ λεγούσης μετὰ παρρησίας, ὡς μὲν φρονεῖ τε καὶ ὑγιής ἐστιν, ἡ δὲ ὀι' ὄκνον οὐ βούλοιτο τὴν ἰδίαν θυγατέρα ἰδεῖν, μόλις ἡ Χαριτὼ τὰ μὲν βιασθεῖσα ὑπὸ τῆς τροφοῦ, τὰ δὲ εἰδῆσαι βουλομένη τὸ συμβεβηκὸς παραγίνεται πρὸς τὰς θύρας τοῦ ξενῶνος· διὰ [δὲ] τὸ γεγονέναι πλείονα χρόνον, ὡς ἂν δευτέρας ἀγγελίας (num ὡς ἂν ὥρας δευτέρας ἀπὸ τῆς ἀγγ.?) συντετελεσμένης, ὀψέ ποτε ἦκεν ἡ Χαριτώ. Διὸ συνέβαινεν ἐκείνους μὲν ἤδη ἀναπαύεσθαι. Ἀνακύψασα δ' οὖν ἡ μήτηρ τὰ μὲν ἱμάτια καὶ τὸν τύπον τῆς ὄψεως ἐνόμιζεν ἐπιγινώσκειν, τὴν δὲ ἀλήθειαν ἐξετάσαι κατ' οὐδένα τρόπον δυναμένη τὴν ἡσυχίαν ᾤετο δεῖν ἔχειν· πρωὶ γὰρ ἤλπιζεν ἀναστᾶσα καταλήψεσθαι τὴν ἄνθρωπον· ἐὰν δὲ ὑστερήσῃ, διερωτήσειν τὸν Μαχάτην περὶ πάντων· οὐ γὰρ ἄν ποτε ψεύσασθαι τηλικαύτην πρᾶξιν ἐρωτώμενον αὐτόν· διόπερ σιωπήσασα ἀπῆλθεν. Ὀρθρου δὲ γενομένου τὴν μὲν εἴτε διὰ θείαν βούλησιν εἴτε κατ' αὐτοματισμὸν λαθοῦσαν ἀπελθεῖν συνέβη, τὴν δὲ παραγινομένην διὰ τὴν ἀπόλυσιν δυσφορεῖν· τῷ νεανίσκῳ δὲ τῷ ξένῳ πάντα ἐξ ἀρχῆς ἐξηγησαμένην ἀξιοῦν περὶ τὰ γόνατα περιπλεκομένην τοῦ Μαχάτου τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν μηδὲν ἀποκρυψάμενον. Ὁ δὲ νεανίσκος ἀγωνιάσας τὴν ἀρχὴν μὲν διεταράχθη, μόλις δέ ποτε τὸ ὄνομα διεσάφησεν, ὅτι Φιλίννιον εἴη· καὶ τὴν ἀρχὴν διηγήσατο τῆς εἰσόδου, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐδήλωσεν ὡς ἥκει (ὡς εἶχεν Leopardi), ὅτι λάθρα τῶν γεννησάντων ἔφη παραγίνεσθαι πρὸς αὐτὸν, τά τε ὑπολελειμμένα ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου, βουλόμενος ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα πιστὸν, ἀνοίξας τὸν ῥίσκον, ἐξαιρεῖ, τόν τε δακτύλιον τὸν χρυσοῦν ὃν ἔλαβε παρ' αὐτῆς καὶ τὴν στηθοδεσμίδα ἣν ἀπολελοίπει τῇ πρότερον νυκτί. Ὡς δὲ εἶδεν ἡ Χαριτὼ τηλικαῦτα σημεῖα, ἀναβοᾷ καὶ διαρρήξασα ἑαυτῆς τά τε ἐνδύματα καὶ τὸ ἱμάτιον, ἀπό τε τῆς κεφαλῆς ῥίψασα τὸν κεκρύφαλον, πεσοῦσά τε εἰς τὴν γῆν καὶ περιχυθεῖσα τοῖς γνωρίσμασιν ἐξ ἀρχῆς ἐποίει τὸ πένθος. Θεωρῶν δὲ ὁ ξένος τὸ γινόμενον καὶ πάντας ὄντας ὑπερπαθεῖς καὶ θρηνοῦντας, ὡσανεὶ νῦν μέλλοντας κατορύττειν τὴν ἄνθρωπον, συνεχεῖτο καὶ παρεκάλει δεόμενος παύσασθαι, ἐπαγγελλόμενος ἐὰν παραγένηται δείξειν αὐτήν. Ἡ δὲ πεισθεῖσα καὶ ἐντειλαμένη αὐτῷ φροντίσαι μὴ παρέργως τῶν ἐπηγγελμένων ἀπελύθη πρὸς αὐτήν. Νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης καὶ τῆς ὥρας οὔσης, καθ' ἣν ἡ Φιλίννιον εἰώθει παραγίνεσθαι πρὸς αὐτὸν, οἱ μὲν προσετήρουν εἰδῆσαι θέλοντες τὴν ἄφιξιν· ἡ δὲ ἦκεν. Εἰσελθούσης δὲ κατὰ τὸν εἰθισμένον καιρὸν καὶ καθεζομένης ἐπὶ τὴν κλίνην οὐδὲν προσποιηθεὶς ὁ Μαχάτης, ἐξετάσαι δὲ τὸ πρᾶγμα βουλόμενος, τὸ πλέον οὐ πιστεύων, εἰ νεκρᾷ πλησιάζοι οὕτως ἐπιμελῶς παραγινομένη κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ἔτι δὲ δειπνούσης μετ' αὐτοῦ καὶ συμπινούσης, ἀπίστως εἶχεν οἷς ἐκεῖνοι προήγγειλαν· ᾤετο δὴ νεκρορύκτας τινὰς διωρυχέναι τὸν τάφον καὶ πεπρακέναι τὰ ἱμάτια καὶ τὰ χρύσια τῷ πατρὶ τῆς ἀνθρώπου. Βουλόμενος οὖν τὴν ἀκρίβειαν εἰδῆσαι, πέμπει τοὺς παῖδας λάθρα καλοῦντας αὐτούς. Ταχέως δὲ παραγενομένων τοῦ τε Δημοστράτου καὶ τῆς Χαριτοῦς, ἰδόντων τε αὐτὴν καὶ

---

tricis consternata, animi est passa deliquium : mox filiæ recordata, flevit : tandem insanire nutricem dixit, atque abire jussit celeriter. Nutrice vero ipsi exprobrante, quod præ ignavia suam filiam videre negligeret (nam se quidem sanam esse, atque animo sibi constare), ægre tandem Charito partim a nutrice coacta, partim videre cupiens quid rei accidisset, ad fores hospitii se confert : idque sero, quod multum effluxisset temporis, dum secundus nuntius perfertur (*sive* et secunda jam hora a primo nuntio exacta esset). Quo factum est ut illi jam quiescerent. Mater igitur contuita, vestes quidem et lineamenta vultus visa sibi est agnoscere. Quum autem nulla esset veritatis rei perscrutandæ ratio, quiescendum sibi duxit, sperans se mane surrecturam, filiamque deprehensuram ; aut, si serius veniret, e Machata totam rem cognituram : neque enim mentiturum eum, si de tanta re interrogaretur. Itaque silens abiit. Prima luce illa, sive dei quodam nutu sive casu aliquo, abiens fefellit. Mater autem, quum advenisset, ægre admodum tulit, quod eam non offenderet : adolescenti autem, et hospiti, re tota ab initio exposita, genua amplexa Machatæ, hominem obsecravit, ut nihil occultans veritatem proderet. Adolescens, animo anxius, initio quidem perturbari, vixque demum nomen edere, esse eam inquiens Philinnium : tum principium introitus exponere, et mulieris cupiditatem, quæ se clam parentes ad ipsum venire dixisset. Utque rei fidem faceret, quæ ab ea fuerant relicta, aperto risco protulit, annulum quem ab ea acceperat aureum, et fasciolam pectoralem, quam superiore nocte reliquerat. Charito ubi tanta vidit signa, exclamavit ; scissisque vestibus, et vitta a capite projecta, in terram concidit, indiciisque circumfusa luctum ab initio repetiit. Hospes ista cernens, quum omnes in summo essent mœrore ac lamentarentur, quasi nunc sepelienda ipsis Charito esset : animo conturbato consolari eam cœpit, ut finem ejulandi faceret rogans, promittensque illam, si rediret, ei monstraturum : quibus Charito mota verbis, mandato, ut operam daret diligenter, quo promissa impleret, domum abiit. Ut nox facta est, et hora appetiit, qua Philinnium solebat ad ipsum ventitare, exspectarunt sane illi adventum : ipsa autem venit. Quæ quum consueto tempore esset ingressa, et in lecto consedisset, Machates nihil præ se ferens, rem modo ipsam explorare cupiens, præsertim ut qui nequaquam crederet se cum mortua rem habere, quæ tam accurate eodem temporis articulo ad se veniret, ad hæc etiam secum ederet atque biberet : itaque etiam iis fidem non haberet, quæ ab illis narrabantur, putaretque quosdam eorum, qui mortuos effodere solent, effosso sepulcro vestes et aureum mundum patri puellæ vendidisse. Cupiens ergo rem certo perspicere, pueros occulte mittit accitum eos. Quum autem confestim venissent Demostratus et Charito, vidissentque

γενομένων τὸ μὲν πρῶτον ἀφώνων τε καὶ ἐκπλαγῶν διὰ τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως, ὕστερον δὲ ἀναβοησάντων μέγα καὶ περιπεσόντων τῇ θυγατρὶ, τότε ἡ Φιλίννιον τοσαῦτ' εἶπεν αὐτοῖς· « Ὦ μῆτερ καὶ πάτερ, ὡς ἀδίκως ἐφθονήσατέ μοι μετὰ τοῦ ξένου ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας γενέσθαι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ λυποῦσαν οὐδέν· τοιγαροῦν ὑμεῖς μὲν πενθήσετε ἐξ ἀρχῆς διὰ τὴν πολυπραγμοσύνην, ἐγὼ δὲ ἄπειμι πάλιν εἰς τὸν διατεταγμένον τόπον· οὐ γὰρ ἄνευ θείας βουλήσεως ἦλθον εἰς ταῦτα. » Τοσαῦτα εἰποῦσα παραχρῆμα ἐγένετο νεκρὰ, ἐξετέτατό τε ἐπὶ τῆς κλίνης ἐμφανὲς τὸ σῶμα. Τῆς δὲ μητρὸς περιχυθείσης καὶ τοῦ πατρὸς περὶ αὐτὴν καὶ θορύβου πολλοῦ κατὰ τὴν οἰκίαν γενομένου διὰ τὸ πάθος, ὡς ἀνηκέστου γεγονότος θεάματος, ἅμα τε ἀπίστου συμπτώματος, ταχέως ἐγένετο διὰ πολεως τὸ πρᾶγμα περιβόητον καί μοι προσηγγέλη. Τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην διακατέσχον ἐγὼ τοὺς ὄχλους ἀθροιζομένους ἐπὶ τὴν οἰκίαν, εὐλαβηθεὶς μή τις εἴη νεωτερισμὸς διαδεδομένης τοιαύτης φήμης. Ὄρθρου δὲ βαθέος πλῆρες ἦν τὸ θέατρον. Ῥηθέντων δὲ πάντων κατὰ μέρος ἔδοξε πρῶτον εἰσελθεῖν ἐπὶ τὸν τάφον ἡμᾶς καὶ ἀνοίξαντας ἰδῆσαι, πότερον εἴη τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς κλίνης ἢ κενὸν τόπον εὑρήσομεν· οὐδὲ γὰρ ἑξάμηνος ἐγεγόνει τῷ θανάτῳ τῆς ἀνθρώπου. Ἀνοιχθείσης δὲ ὑφ' ἡμῶν τῆς καμάρας, εἰς ἣν πάντες οἱ οἰκεῖοι μεταλλάσσοντες ἐτίθεντο, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων κλινῶν ἐφάνη τὰ σώματα κείμενα, τῶν δὲ παλαίτερον τετελευτηκότων τὰ ὀστᾶ, ἐπὶ μόνης δὲ ἧς ἡ Φιλίννιον ἐτέθη καὶ συνέβη ταφῆναι εὕρομεν ἐπικείμενον τὸν δακτύλιον τὸν σιδηροῦν, ὃς ἦν τοῦ ξένου, καὶ τὸ χρυσόκλυστον ποτήριον, ἅπερ ἔλαβε παρὰ τοῦ Μαχάτου τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν. Θαυμάσαντες δὲ καὶ ἐκπλαγέντες εὐθέως παρεγενόμεθα πρὸς τὸν Δημόστρατον εἰς τὸν ξενῶνα ὀψόμενοι τὴν νεκρὰν, εἰ κατ' ἀλήθειαν ἐμφανής ἐστιν. Ἰδόντες δὲ χαμαὶ κειμένην εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἠθροιζόμεθα· τὰ γὰρ γεγονότα μεγάλα τε ἦν καὶ ἄπιστα. Θορύβου δὲ ὄντος νεανικοῦ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν καὶ σχεδὸν οὐδενὸς δυναμένου κρῖναι τὰ πράγματα, πρῶτος Ὕλλος, ὁ νομιζόμενος παρ' ἡμῖν οὐ μόνον μάντις ἄριστος, ἀλλὰ καὶ οἰωνοσκόπος κομψὸς εἶναι, τά τε ἄλλα συνεωρακὼς ἐν τῇ τέχνῃ περιττῶς, ἀναστὰς ἐκέλευεν τὴν μὲν ἄνθρωπον καταικαίειν ἐκτὸς ὁρίων (οὐ γὰρ συμφέρειν ἔτι ταύτην ἐντὸς ὁρίων τεθῆναι εἰς γῆν), ἀποτροπιάσασθαι δὲ Ἑρμῆν Χθόνιον καὶ Εὐμενίδας, εἶτα οὕτω περικαθαίρεσθαι πάντας, ἁγνίσαι δὲ καὶ τὰ ἱερὰ καὶ ὅσα θεοῖς χθονίοις νομίζεται ποιῆσαι συνέτασσεν. Ἐμοί τε ἰδίᾳ εἶπε περὶ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν πραγμάτων, θύειν τε Ἑρμῇ, Διί τε Ξενίῳ καὶ Ἄρει, καὶ συντελεῖν ταῦτα μὴ παρέργως. Ταῦτα δὲ ἀποφηναμένου τούτου τὸ μὲν συνταχθὲν ἡμεῖς ἐπράττομεν, ὁ δὲ ξένος ὁ Μαχάτης, πρὸς ὃν παρεγίνετο τὸ φάσμα, ὑπ' ἀθυμίας ἑαυτὸν ἐξήγαγε τοῦ ζῆν. Ἐὰν οὖν σοι φαίνηται περὶ τούτων γράφειν τῷ βασιλεῖ, ἐπίστειλον καμοὶ, ἵνα καὶ τῶν σωμάτων τινὰ τῶν ἱστορούντων τὰ κατὰ μέρος ἐξαποστείλω σοι. Ἔρρωσο.

31.

Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἱέρων ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἢ Ἐφέσιος καὶ ἐν Αἰτωλίᾳ φάσμα γενέσθαι. Πολύκριτος γάρ τις τῶν

---

ipsam, et primo quidem muti ac consternati adstitissent, admirabili spectaculo attoniti, deinde autem magnum sustulissent clamorem, et filiam fuissent circumplexi, ibi tum Philinnium hæc eis dixit : « O mater et pater, quam injuste invidistis mihi, ut cum hospite essem per triduum in domo paterna, absque ullo maleficio. Proinde vos denuo lugebitis, propter vestram curiositatem : ego autem rursum abeo ad locum mihi designatum ; non enim absque divina voluntate huc veni. » Hæc locuta, fuit illico mortua, corpusque ejus conspicuum per lectum est extensum. Matre autem circumfusa, ac patre, cadaveri, magnoque coorto tumultu in ædibus atque ejulatu ob istam rem, quum et immedicabile spectaculum accidisset et incredibilis casus : statim fama rei urbem pervasit, et ad me allata est. Istam igitur noctem ego turbam hominum, quæ ad ædes eas confluxerat, distinui, veritus ne quid novarum rerum tentaretur, tali fama dissipata. Summo mane refertum hominibus fuit theatrum ; omnibus singulatim narratis, placuit ut primo omnium iremus ad sepulcrum, eoque aperto videremus, cadaverne in sandapila esset, an vero vacuum locum inveniremus : nondum enim sex menses a morte mulierculæ elapsi erant. Postquam aperuimus cameram, in quam omnes istius familiæ defuncti reponebantur, aliis quidem in culcitris conspeximus cadavera sita, et ossa eorum qui ante spatium temporis longius fuerant mortui : in ea sola, in quam reposita et sepulta fuerat Philinnium, invenimus jacentem annulum ferreum, qui fuerat hospitis, et poculum inauratum, quæ illa primo die a Machate acceperat. Admirati atque stupentes præ admiratione, statim ad Demostratum in diversorium nos contulimus, ut videremus an re vera cadaver mulieris conspiceretur. Quod quum vidissemus humi jacere, in concionem convenimus : nam et magna erant quæ evenerant, et incredibilia. Quum autem in concione tumultus exsisteret ingens, ac nemo fere negotium dijudicare posset ; primus Hyllus, qui apud nos non ariolus modo optimus, sed et augur præclarus habebatur, atque in arte divinandi abunde omnia habebat perspecta, surgens, mulieris cadaver jussit extra fines sepeliri (neque enim conducere ut iterum intra eos in terram deponatur) ; Mercurium vero terrestrem et Furias placari ; tum omnes purgari, lustrari etiam sacra, et justa fieri diis Manibus, mandavit. Mihique privatim præcepit, ut pro imperatore et republica rem sacram facerem Mercurio, Jovi Hospitali ac Marti, eaque accurate conficerem. Hæc illo effato, nos quod jusserat exsecuti sumus. Machates autem ille hospes, ad quem spectrum commearat, præ mœrore mortem sibi conscivit. Proinde si statueris hac de re ad imperatorem scribere, significa id per litteras mihi, ut etiam quosdam eorum, qui singula perlustrarunt, ad te mittam. Vale.

31.

Narrat etiam Hiero, sive Alexandrinus is est, sive Ephesius, in Ætolia spectrum exstitisse. Polycritus quidam de civibus, a populo genti Ætolæ præfectus (ipsi Ætolarcham

πολιτῶν ἐχειροτονήθη ὑπὸ τοῦ δήμου Αἰτωλάρχης, ἐπὶ τρία ἔτη τῶν πολιτῶν αὐτὸν ἀξιωσάντων διὰ τὴν ὑπάρχουσαν ἐκ προγόνων καλοκαγαθίαν. Ὢν δὲ ἐν τῇ ἀρχῇ ταύτῃ ἄγεται γυναῖκα Λοκρίδα καὶ συγκοιμηθεὶς τρισὶ νυξὶ τῇ τετάρτῃ τὸν βίον ἐξέλιπεν. Ἡ δὲ ἄνθρωπος ἔμενεν ἐν τῇ οἰκίᾳ χηρεύουσα, ἡνίκα δὲ ὁ τοκετὸς ἤπειγε, τίκτει παιδίον αἰδοῖα ἔχον δύο, ἀνδρεῖόν τε καὶ γυναικεῖον, καὶ τὴν φύσιν θαυμαστῶς διηλλαγμένον· τὰ μὲν ἄνω τοῦ αἰδοίου ὁλόκληρά τε καὶ ἀνδρώδη ἦν, τὰ δὲ περὶ τοὺς μηροὺς γυναικεῖα καὶ ἁπαλώτερα. Ἐφ' ᾧ καταπλαγέντες οἱ συγγενεῖς ἀπήνεγκαν εἰς τὴν ἀγορὰν τὸ παιδίον καὶ συναγαγόντες ἐκκλησίαν ἐβουλεύοντο περὶ αὐτοῦ, θύτας τε καὶ τερατοσκόπους συγκαλέσαντες. Τῶν δὲ οἱ μὲν ἀπεφήναντο διάστασίν τινα τῶν Αἰτωλῶν καὶ Λοκρῶν ἔσεσθαι· κεχωρίσθαι γὰρ ἀπὸ μητρὸς οὔσης Λοκρίδος καὶ πατρὸς Αἰτωλοῦ· οἱ δὲ δεῖν ὤοντο τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα ἀπενεγκόντας εἰς τὴν ὑπερορίαν καταναῦσαι. Ταῦτα δὲ αὐτῶν βουλευομένων ἐξαίφνης φαίνεται ὁ Πολύκριτος ὁ προτεθνηκὼς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πλησίον τοῦ τέκνου ἔχων ἐσθῆτα μέλαιναν. Τῶν δὲ πολιτῶν καταπλαγέντων ἐπὶ τῇ φαντασίᾳ καὶ πολλῶν εἰς φυγὴν τραπομένων παρεκάλεσε τοὺς πολίτας θαρρεῖν καὶ μὴ ταράττεσθαι ἐπὶ τῷ γεγονότι φάσματι. Ἐπεὶ δὲ ἔληξε τὸ πλέον τοῦ θορύβου καὶ τῆς ταραχῆς, ἐφθέγξατο λεπτῇ τῇ φωνῇ τάδε· « Ἐγώ, ἄνδρες πολῖται, τῷ μὲν σώματι τέθνηκα, τῇ δὲ εὐνοίᾳ καὶ τῇ χάριτι πρὸς ὑμᾶς ζῶ. Καὶ νῦν πάρειμι πρὸς ὑμᾶς (πείσας suppl. Leop., παραιτησάμενος West.) τοὺς κυριεύοντας τῶν κατὰ γῆν ἐπὶ τῷ συμφέροντι τῷ ὑμετέρῳ. Παρακαλῶ τοίνυν ὑμᾶς, πολίτας ὄντας ἐμοῦ, τοῦ μὴ ταράττεσθαι μηδὲ δυσχεραίνειν ἐπὶ τῷ παραδόξῳ γεγονότι φάσματι. Δέομαι δὲ ὑμῶν ἁπάντων, κατευχόμενος πρὸς τῆς ἑκάστου σωτηρίας, ἀποδοῦναί μοι τὸ παιδίον τὸ ἐξ ἐμοῦ γεγεννημένον, ὅπως μηδὲν βίαιον γένηται ἄλλο τι βουλευσαμένων ὑμῶν, μὴ δ' ἀρχὴ πραγμάτων δυσχερῶν καὶ χαλεπῶν διὰ τὴν πρὸς ἐμὲ φιλονεικίαν ὑμῖν γένηται. Οὐ γὰρ ἐνδέχεταί με περιιδεῖν καταχαυθὲν τὸ παιδίον ὑφ' ὑμῶν διὰ τὴν τῶν ἐξαγγελλόντων ὑμῖν μάντεων ἀποπληξίαν. Συγγνώμην μὲν οὖν ὑμῖν ἔχω, ὅτι τοιαύτην ὄψιν ἀπροσδόκητον ἑωρακότες ἀπορεῖτε πῶς ποτε τοῖς παροῦσι πράγμασιν ὀρθῶς χρήσεσθε. Εἰ μὲν οὖν ἐμοὶ πεισθήσεσθε ἀδεῶς, τῶν παρόντων φόβων καὶ τῶν ἐπερχομένων κακῶν ἔσεσθε ἀπηλλαγμένοι· εἰ δὲ ἄλλως πως τῇ γνώμῃ προσπεσεῖσθε, φοβοῦμαι περὶ ὑμῶν, μήποτε εἰς ἀνηκέστους συμφορὰς ἀπειθοῦντες ἡμῖν ἐμπέσητε. Ἐγὼ μὲν οὖν διὰ τὴν ὑπάρχουσαν εὔνοιαν ὅτ' ἔζων καὶ νῦν ἀπροσδοκήτως παρὼν προείρηκα τὸ συμφέρον ὑμῖν. Ταῦτ' οὖν ὑμᾶς ἀξιῶ, μὴ πλείω με χρόνον παρέλκειν, ἀλλὰ βουλευσαμένους ὀρθῶς καὶ πεισθέντας τοῖς εἰρημένοις ὑπ' ἐμοῦ δοῦναί μοι μετ' εὐφημίας τὸ παιδίον. Οὐ γὰρ ἐνδέχεταί μοι πλείονα μηκύνειν χρόνον διὰ τοὺς κατὰ γῆν ὑπάρχοντας δεσπότας. » Ταῦτα δὲ εἰπὼν ἡσυχίαν ἔσχεν ἐπ' ὀλίγον, καραδοκῶν ποίαν ποτὲ ἐξοίσουσιν αὐτῷ γνώμην περὶ τῶν ἀξιουμένων. Τινὲς μὲν οὖν ὤοντο δεῖν ἀποδοῦναι τὸ παιδίον καὶ ἀφοσιώσασθαι τό τε φάσμα καὶ τὸν ἐπιστάντα δαίμονα, οἱ δὲ πλεῖστοι ἀντέλεγον, ἐπὶ σχολῆς δεῖν βουλεύσασθαι φάσκοντες, ὡς ὄντος μεγάλου τοῦ πράγματος καὶ οὐ τῆς τυχούσης αὐτοῖς ἀπορίας. Συνιδὼν δὲ αὐτοὺς οὐ προσέχοντας, ἀλλ' ἐμποδίζοντας αὐτοῦ τὴν βούλησιν, ἐφθέγξατο αὖθις τάδε· « Ἀλλ' οὖν γε, ὦ ἄνδρες πολῖται, ἐὰν ὑμῖν συμβαίνῃ τι τῶν δυσχε-

---

vocant), est designatus per triennium, civibus eum ad hoc munus deposcentibus, ob virtutem a majoribus ad ipsum propagatam. Eum gerens magistratum Polycritus uxorem ducit Locridem: cum qua ut tres dormivit noctes, quarta extremum vitæ diem morte confecit. Mulier domi vidua mansit; et quum partus tempus appetiisset, infantem peperit binis pudendis, masculino ac feminino, mirifice omnino monstrosum: quæ supra pudenda erant partes, solidæ erant, et masculæ: quæ circum femora, feminea et tenera. Perterriti hoc casu propinqui, fœtum in forum protulerunt; advocataque concione, et coactis sacrificulis atque monstrorum inspectoribus, de eo deliberarunt. Horum alii pronunciarunt, dissidium aliquod Ætolorum et Locrensium portendi. Fœtum enim divisum esse, matris Locridis, ac patris Ætoli. Alii censuerunt, matrem cum fœtu extra fines Ætoliæ deportari ac cremari debere. Dum hæc consultantur, subito Polycritus, pridem mortuus, in concione exsistit prope infantem, atra amictus veste. Is perterritos cives eo spectro, et plerosque fugam facientes, bono jubet esse animo, neque ob hanc apparitionem conturbari. Postquam tumultus majori ex parte sedatus fuit, tenui voce ita dixit: « Ego, cives, corpore mortuus, benevolentia et favore erga vos vivo; et nunc adsum coram vobis, venia eorum qui subter terræ imperant, commodi vestri causa. Hortor itaque vos, cives meos, ne tumultuemini neve ob tam mirabilem apparitionem aliquid capiatis molestiæ. Obtestor autem unumquemque vestrûm, per suam ipsius salutem, ut mihi ex me genitum infantem reddatis; ne quid violentum contingat, in aliam vobis discedentibus sententiam: neve, contendendi mecum studio, difficilium atque adversarum rerum fiat exordium. Non enim fieri potest ut negligam istam injuriam, si, secuti stupiditatem vatum vestrorum, infantem cremetis. Ignosco sane vobis, quod, improviso hoc monstro conspecto, dubitatis quid sit agendum. Quodsi mihi obtemperatis, metu præsenti et impendentibus malis tuto liberabimini: sin alio sententia vestra inclinabit, metuo ne, dum mihi dicto audientes esse non vultis, in extremas incidatis calamitates. Atque ego quidem ea, quam vivus erga vos gessi, ductus benevolentia, nunc quoque non exspectatus adsum, et, quid in rem sit vestram, monui. A vobis autem peto, ne diutius me trahatis, sed re recta via putata, mihi obsequamini, et bono cum omine infantem tradatis: non enim licet mihi longiorem moram producere propter dominos, qui sub terra sunt. » Hæc locutus, aliquantulum quievit, exspectans quid ad postulata sua essent responsuri. Non defuerunt qui tradendum ei infantem, itaque et monstrum, et qui apparuisset genium, averruncandum esse censerent. Sed maxima pars eam sententiam impugnabat; ac per otium de re tanta, et quæ haberet explicatus difficillimos, deliberandum contendebat.

ρεστέρων διὰ τὴν ἀβουλίαν, μὴ ἐμὲ αἰτιᾶσθε, ἀλλὰ τὴν τύχην τὴν οὕτως ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑμᾶς ποδηγοῦσαν, ἥτις ἐναντιουμένη καὶμοὶ παρανομεῖν ἀναγκάζει με εἰς τὸ ἴδιον τέκνον. » Τοῦ δὲ ὄχλου συνδραμόντος καὶ περὶ τὴν ἄρσιν τοῦ τέρατος ἔχοντος, ἐπιλαβόμενος τοῦ παιδίου καὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἀνείρξας ἰταμώτερον διέσπασέ τε αὐτὸ καὶ ἤσθιε. Κραυγῆς δὲ γενομένης καὶ λίθων ἐπ' αὐτὸν ἐκριπτομένων ὑπελάμβανον τροπὴν αὐτοῦ ποιήσασθαι. Ὁ δὲ ἄπληκτος ὢν ὑπὸ τῶν λίθων τὸ σῶμα πᾶν τοῦ παιδίου κατανάλωσε πλὴν τῆς κεφαλῆς καὶ αὐτίκα ἀφανὴς ἐγένετο. Δυσφορούντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τοῖς γενομένοις καὶ ἐν ἀπορίᾳ καθεστηκότων οὐ τῇ τυχούσῃ, βουλομένων τε ἀποστεῖλαι εἰς Δελφοὺς, φθέγγεται ἡ κεφαλὴ τοῦ παιδίου ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κειμένη καὶ λέγει χρησμῷ τὰ ἀποβησόμενα·

Ὦ πολυύμνητον ναίων χθόνα λαὸς ἀπείρων,
μὴ στεῖχ' ἐς Φοίβου τέμενος ναόν τε θυώδη·
οὐ γάρ σοι καθαραὶ χέρες αἵματος αἰθὲρ' ἔχουσιν,
ἀλλὰ μύσος προπάροιθε ποδῶν ἔντοσθε κελεύθου.
Φράζεο δ' ἐξ ἐμέθεν, τρίποδος δ' ἀπόειπε κέλευθον·
μαντοσύνης πᾶσαν γὰρ ἐφετμήν σοι καταλέξω.
Ἤματι γὰρ τούτῳ περιτελλομένου ἐνιαυτοῦ
ὥρισται πᾶσιν θάνατος, ψυχαὶ δὲ βίονται
Λοκρῶν Αἰτωλῶν τ' ἀναμὶξ βουλῇσιν Ἀθήνης,
οὐδ' ἀναπαύλησις (1) κακοῦ ἔσσεται, οὐδ' ἠβαιόν.
Ἤδη γὰρ ψεκάδες φόνιαι κατὰ κρᾶτα κέχυνται,
νὺξ δ' ἐπὶ πάντα κέκευθε, μέλας δ' ἐπιδέδρομεν αἰθήρ (2)·
αὐτίκα νὺξ δ' ἠρεῖος πᾶσαν κατὰ γαῖαν ὄρωρεν,
χῆροι δ' οἶκοι πάντες ἐπ' οὔδεϊ γυῖα κλινοῦσιν,
οὐδὲ γυνὴ πένθος ποτὲ λείψεται, οὐδέ νυ παῖδες

1. οὐδ' ἀναπαύλη τις Bast., οὐδ' ἄρ' ἀνάδλησις Schæfer. ex Iliad. 2, 380. — 2. αἰθρη Xyl.

ἐν μεγάροις γοόωσι φίλους πατέρας περισύντες·
τοῖον γὰρ τόδε κῦμα κατέδραμε πᾶσι κατ' ἄκρης.
Αἳ αἳ πατρίδ' ἐμὴν αἰεὶ στένω αἰνὰ παθοῦσαν,
μητέρα τ' αἰνοτάτην, ἣν ὕστερον ἔκλυσεν αἰών.
Νώνυμόν τε θεοὶ γένεσιν θήσουσιν ἅπαντες
Λοκρῶν τ' Αἰτωλῶν θ' ὅ τι που καὶ σπέρμα λίποιτο,
οὕνεκ' ἐμὴν κεφαλὴν λίποι αἰών, οὐδέ νυ πάντα
σώματος ἠφάνισεν μέλε' ἄκριτα, λεῖπε δὲ γαῖαν.
Ἀλλά γ' ἐμὴν κεφαλὴν θέμεν ἠοῖ φαινομένῃφι,
μηδέ θ' ὑπὸ ζοφερὴν γαῖαν κατακρυπτέμεν ἔνδον·
αὐτοὺς δὲ προλιπόντας ἑὸν χῶρον μετόπισθεν
στείχειν εἰς ἄλλον χῶρον καὶ λαὸν Ἀθήνης,
εἴ τινά που θανάτοιο λύσιν κατὰ μοῖραν ἕληαθε.

Ἀκούσαντες δὲ οἱ Αἰτωλοὶ τοῦ χρησμοῦ γυναῖκας μὲν καὶ τὰ νήπια τέκνα τούς τε ὑπεργήρως ὑπεξέθεντο οὗ ἕκαστος ἐδύνατο, αὐτοὶ δὲ ἔμενον καραδοκοῦντες τὸ ἀποβησόμενον. Καὶ συνέβη τῷ ἑξῆς ἔτει Αἰτωλοῖς καὶ Ἀκαρνᾶσι συστῆναι πόλεμον καὶ φθορὰν πολλὴν ἑκατέρων γενέσθαι.

De Ephesio sive Alexandrino *Hierone*, ex quo hæc ineptiæ petuntur, aliunde non constat. Meursius scribi voluit *Hero*. Constat sane de Alexandrino Herone mechanico; sed quomodo ad hunc nostra potueris referri non video.

32.

Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἀντισθένης ὁ Περιπατητικὸς φιλόσοφος, Ἀκείλιον Γλαβρίωνα τὸν ὕπατον μετὰ πρεσβευτῶν Πορκίου Κάτωνος καὶ Λουκίου Οὐαλερίου Φλάκκου παραταξάμενον Ἀντιόχῳ ἐν Θερμοπύλαις γενναίως τε ἀγωνισάμενον βιάσασθαι ῥῖψαι μὲν τὰ ὅπλα τοὺς μετ' Ἀντιόχου, αὐτὸν δὲ τὰ μὲν πρῶτα εἰς Ἐλάτειαν (cod. Ἰταλίαν; em. Meursius) μετὰ πενταχο-

---

Cernens ergo Polycritus, eos sibi animum non advertere, sed consilium ipsius impedire, rursum ita locutus est: « Itaque ergo, cives, si quid ob consilii pravitatem vobis adversi eveniet, non mihi id, sed fortunæ, imputate, quæ vos ita ad deteriora ducit: quæ, mihi quoque adversa, in prolem meam me nefarium reddit. » Concurrente ad hæc verba turba, et tollere monstrum conante, arripiens infantem, et plerosque ferocius abigens, discerpsit eum, ac voravit. Clamorem multitudo sustulit, lapidibusque eum conjectis arcere aggressa est: verum ille, nullis saxorum obnoxius ictibus, totum infantis corpus, dempto capite, absumpsit, subitoque evanuit. Quod factum quum Ætoli ægre ferrent, et in anxietatem haud mediocrem venirent, Delphosque mittere vellent, caput infantis in solo jacens loquitur et oraculo futura indicat:

O populosa colens famosas natio terras,
Non lucos adeas Phœbi, et fragrantia templa:
Namque manus tibi pollutæ tolluntur in auras,
Ante pedesque nefas positum via publica tangit.
Mitte iter ad tripodes, atque ex me disce futura:
Nam tibi fata canam, quæ sint venturaque dicam.
Hæc ubi lux primum revoluto illuxerit anno,
Corpora Locrorum simul Ætolûmque Minervæ
Passim morte atra sternentur plurima jussu,
Interitus animæ expertes post funera vivent.
Nec requies erit ulla mali, vel parvula, vobis:
Nam jam nunc cædis stillæ caput omne pererrant,
Omnia nox tegit, et nimbus superincidit ater.
Quisque domi vidnus sua membra in limine ponet.
(Nulla virum mulier lugebit, nulla parentes;
Usque amplexa suos deflebit funera proles:)
Usque adeo cunctos letalis proluet æstus.
Heu patriam semper gemo, tam crudelia passam;
Et miseram matrem, quæ mortem postmodum obivit.
Obscuros etiam superi, et sine nomine ponent,
Ætolo et Locro quidquid de semine fiet:
Vita meo capiti superat quia, nec mea membra
Protinus a terris abolevit cuncta recelens;
Vos caput auroræ jubeo hoc exponere luci,
Nec terræ infossum nigris celare cavernis:
Atque exhinc patria jubeo migrare relicta,
Palladis ad populumque et cultas pergere terras,
Effugium leti si quod fors fata ministrent.

Audito hoc Ætoli oraculo, uxores, infantes et senio provectos exposuerunt, quo quisque potuit: ipsi manserunt domi, et, quid futurum esset, exspectaverunt. Contigit autem ut anno proximo inter Ætolos et Acarnanes bellum exsisteret, et utrinque magna fieret clades.

32.

Narrat etiam Antisthenes philosophus Peripateticus, Acilium Glabrionem consulem cum legatis Porcio Catone et L. Valerio Flacco, prœlio congressum cum Antiocho apud Thermopylas, acriter pugnasse, et milites Antiochi coegisse arma abjicere. Ipsum Antiochum primum cum quin-

σίων ὑπασπιστῶν φυγεῖν, ἐκεῖθεν δὲ πόλιν εἰς Ἔφεσον ἀναγκάσαι ὑπεξελθεῖν. Ὁ δὲ Ἀκίλιος Κάτωνα μὲν εἰς Ῥώμην ἀπέστειλεν ἀπαγγελοῦντα τὴν νίκην, αὐτὸς δὲ ἐπ' Αἰτωλοὺς καθ' Ἡράκλειαν ἐστράτευσεν, ἣν ἐξ εὐμαροῦς ἔλαβεν. Ἐν δὲ τῇ παρατάξει τῇ γενομένῃ πρὸς Ἀντίοχον ἐν Θερμοπύλαις ἐπιφανέστατα σημεῖα ἐγένετο Ῥωμαίοις. Ἐπιφανέντος γὰρ Ἀντιόχου καὶ φυγόντος τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ἐγίνοντο οἱ Ῥωμαῖοι περὶ ἀναίρεσιν τῶν ἐκ τῆς σφετέρας δυνάμεως πεπτωκότων καὶ περὶ συλλογὴν λαφύρων τε καὶ σκύλων καὶ αἰχμαλώτων. Βούπλαγος δέ τις, τῶν ἀπὸ Συρίας ἱππάρχης, τιμώμενος παρὰ τῷ βασιλεῖ Ἀντιόχῳ, ἔπεσε καὶ αὐτὸς γενναίως ἀγωνισάμενος. Ἀναιρουμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων πάντα τὰ σκῦλα καὶ μεσούσης τῆς ἡμέρας, ἀνέστη ὁ Βούπλαγος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἔχων τραύματα δέκα δύο, καὶ παραγενόμενος εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτῶν ἀνεῖπε λεπτῇ τῇ φωνῇ τούσδε τοὺς στίχους·

Παῦσαι σκυλεύων στρατὸν ἄϊδος εἰς χθόνα βάντα·
ἤδη γὰρ Κρονίδης νεμεσᾷ Ζεὺς μέρμερα λεύσσων,
μηνίει δὲ φόνῳ στρατιᾶς καὶ σοῖσιν ἐπ' ἔργοις,
καὶ πέμψει φῦλον θρασυκάρδιον εἰς χθόνα τὴν σὴν,
οἵ σ' ἀρχῆς παύσουσιν, ἀμείψῃ δ' οἷά γ' ἔρεξας.

Ταραχθέντες δὲ οἱ στρατηγοὶ ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσιν διὰ ταχέων συνήγαγον τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν καὶ ἐβουλεύοντο περὶ τοῦ γεγονότος φάσματος. Ἔδοξεν οὖν τὸν μὲν Βούπλαγον παραχρῆμα μετὰ τὰ λεχθέντα ἔπη ἀποπνεύσαντα κατακαύσαντας θάψαι, καθαρμὸν δὲ ποιήσαντας τοῦ στρατοπέδου θῦσαι Διὶ Ἀποτροπαίῳ καὶ πέμψαι εἰς Δελφοὺς ἐρωτήσοντας τὸν θεὸν, τί χρὴ ποιεῖν. Παραγενομένων δὲ Πυθῶδε τῶν θεωρῶν καὶ πυνθανομένων τί ποιητέον, ἀνεῖπεν ἡ Πυθία τόνδε τὸν χρησμόν·

Ἴσχεο νῦν, Ῥωμαῖε, δίκη δέ τοι ἔμμονος ἔστω,
μή σοι ἐφορμήσῃ Παλλὰς πολὺ φέρτερον Ἄρη,
χηρώσῃ δ' ἀγορᾶς· σὺ δὲ, νήπιε, πολλὰ μογήσας
ἵξεαι ἐς χώρην τὴν σὴν πολὺν ὄλβον ὀλέσσας.

Schol. Aristoph. Nub. 508 : Οὕτως ὁ Χάραξ ἐν τῷ « δ΄· Ἀγαμήδης ἄρχων Στυμφήλου τῆς Ἀρκαδίας ἐγάμει Ἐπικάστην, ἧς παῖς ἦν Τροφώνιος σκότιος. Οὗτοι τοὺς τότε πάντας ὑπερεβάλλοντο εὐτεχνίᾳ, τόν τε ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος ναὸν ἠργολάβησαν· ἐν Ἤλιδι δὲ ταμιεῖον χρυσοῦν κατεσκεύασαν Αὐγείᾳ· ᾧ παραλείψαντες ἁρμὸν λίθινον, νυκτὸς εἰσιόντες ἔκλεπτον τῶν χρημάτων ἅμα Κερκυόνι, ὃς ἦν γνήσιος Ἀγαμήδους καὶ Ἐπικάστης υἱός. Ὡς δὲ ἠπόρει λίαν Αὐγείας, ἐπιδημήσαντα Δαίδαλον αὐτόσε κατὰ φυγὴν Μίνωος ἐλιτάνευσεν ἐξιχνεῦσαι τὸν φῶρα. Ὁ δὲ παγίδας ἔστησεν, αἷς περιπεσὼν Ἀγαμήδης ἀναιρεῖται. Τροφώνιος δὲ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τεμὼν πρὸς τὸ μὴ γνωρισθῆναι, ἅμα Κερκυόνι φεύγει εἰς Ὀρχομενόν. Αὐγείου δὲ κατὰ κέλευσιν Δαιδάλου πρὸς τὴν τῶν αἱμάτων ἔκλυσιν (l. ἔκχυσιν Ald.) ἐπιδιώκοντος, καταφεύγουσιν ὁ μὲν Κερκυὼν εἰς Ἀθήνας, ὡς Καλλίμαχος [fr. 143 Bentl.]·

ὃς ἔφυγεν μὲν
Ἀρκαδίην, ἡμῖν δὲ κακὸς παρενάσσατο γείτων·

ὁ δὲ ἕτερος εἰς Λεβάδειαν τῆς Βοιωτίας, οὗ κατωρυχὴν ποιησάμενος οἴκησιν διετέλει. Τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ μαντεῖον ἀτρεκὲς ἐφάνη αὐτόσε. Καὶ θύουσιν αὐτῷ ὡς θεῷ. Παρέλιπε δὲ υἱὸν Ἄλκανδρον. » Cf. reliquas quas schol. habet narrationes, Eudoc.

Sunt etiam Tænariæ Thebæ, ut Charax ait Hellenicorum libro secundo.

2.

Adrastea, locus Troadis, ab Adrastea filia Melissi, qui natus est ex Ida, quæ prima in Troade regnavit, ut Charax tradit Hellenicorum secundo.

3.

Ida, mons Troadis, ab Ida regina appellatus, sec. Characem.

4.

Neandria Troadis ad Hellespontum urbs, ut Charax ait.

5.

Hispaniam Charax Hellenicorum libro tertio dicit olim Iberiam esse vocatam : « Hispaniam Græci primum appellarunt Iberiam, quum totius gentis nomen nondum didicissent, sed partem tantum regionis ad Iberem fluvium sitam ab eoque appellatam nossent, a qua totam appellarunt Iberiam. » Postea vero eam mutato nomine Hispaniam appellatam esse ait.

6.

Charax libro quarto narrat hæc : « Agamedes Stymphali in Arcadia rex, duxit Epicasten, ex qua filium habebat Trophonium e clandestino concubitu susceptum. Hi cunctos qui tunc erant artifices dexteritate superabant, atque Delphis templum Apollinis exstruxerunt; in Elide vero thesaurum aureum ædificarunt Augeæ. In eo autem quum lapidis compagem reliquissent, nocte ingredientes ex opibus furtim auferre aliqua solebant una cum Cercyone, qui legitimus erat Agamedis et Epicastæ filius. Quare perplexus Augeas Dædalum, qui Minoem fugiens ad eum devenerat, summopere rogavit, ut furem investigaret. Hic igitur laqueos collocavit, quibus captus Agamedes periit. Trophonius autem, ne fur agnosceretur, caput ei abscidit et cum Cercyone aufugit Orchomenum. Quum vero Augias Dædali jussu effluentis sanguinis vestigia legens persequeretur eos, Cercyon Athenas fugit, ut Callimachus ait,

Qui fugiens venit
ex Arcadia, nobisque malus adhabitavit vicinus.

Trophonius vero Lebadeam se contulit in Bœotiam, ubi subterraneum domicilium sibi construxit, in eoque vitam exegit. Post obitum ejus veridicum oraculum ibi apparuit, atque sacra ei, tanquam deo, peragunt. Filium reliquit Alcandrum. »

p. 404; Herodot. II, 126. Siebelis ad Pausan. IX, 37, et præ ceteris Müller. *Min.* p. 94 sqq. 153 sq., qui suspicatur Characem hancce narrationem junxisse aliquo modo cum traditione Ægyptiaca, (quam Herodotus habet), quum Græca cum Ægyptiis misceat etiam fr. 11.

7.

Stephan. Byz. : Φήγεια, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Φηγέως βασιλέως, ὡς Χάραξ Ἑλληνικῶν ὅ· « Φηγεὺς δ' ὁ ἀδελφὸς τοῦ Φορωνέως ἔκτισε πόλιν Φήγειαν, ἣ πρὶν Ἐρύμανθος ἐκαλεῖτο. » Ὕστερον δὲ Ψωφὶς ὠνομάσθη, ὡς ἐροῦμεν, ἀπὸ τῆς μητρός.

Postrema mutila; supplenda ex Pausania VIII, 24, 1, ubi Eryx Sicanus Psophidem filiam gravidam tradidisse narratur Lycortæ παροικοῦντι ἐν πόλει Φηγίᾳ, πρὸ δὲ τοῦ Φηγέως τῆς βασιλείας Ἐρυμάνθῳ καλουμένῃ· ἐπιτραφέντες δὲ αὐτόθι Ἐχέφρων καὶ Πρόμαχος Ἡρακλέους τε ὄντες καὶ τῆς γυναικὸς τῆς Σικανῆς μετέθεντο τῇ Φηγίᾳ τὸ ὄνομα Ψωφῖδα ἀπὸ τῆς μητρός. Cf. Stephan. B. v. Ψωφίς... ἀπὸ Ψωφῖδος τῆς Ἔρυκος θυγατρός. Verba ὡς ἐροῦμεν ad Stephanum quam ad Characem pertinere malim.

E LIBRO SEPTIMO.

8.

Idem v. Δώριον : Μέμνηται τῆς Δωρίδος τῆς Θεσσαλικῆς Χάραξ ἐν ζ', τῇδε γράφων περὶ Θεσσαλοῦ τοῦ Αἰάτου νικήσαντος τοὺς ἐν Ἄρνῃ Βοιωτούς· « Ὁ δὲ Θεσσαλὸς οὐδὲ τὴν τετάρτην μοῖραν τῆς ἐπωνυμίας μετέβαλεν, ἀλλ' Ἱστιαιῶτιν αὐτὴν, ὡς πρὶν, καλεῖσθαι εἴασε. Κεῖται δὲ πρὸς δυσμῶν τῆς Πίνδου. Δῶρος δὲ αὐτὴν ὁ Ἕλληνος εἵλητε τὰ πρῶτα καὶ Δωρὶς ἀπ' ἐκείνου ἐκαλεῖτο πρότερον, ὕστερον δὲ Ἱστιαιῶτις μετωνομάσθη. »

Vox Αἰάτου nihili est. Thessalus modo Herculis, modo Iasonis, modo Hæmonis f. dicitur. Αἵμονος reponendum esse suspicabatur Berkelius. Sed quum etiam quarta sit narratio, ex qua Thessalus Thesprotius fuit (Vellej. Paterc. 1, 3, coll. Herodot. VII, 176), nonnulli ex Thesprotica Æacidarum familia patrem Thessalo invenerint. Scripserim igitur Αἰακοῦ. Ceterum de toto hoc loco adeundus Müllerus *Dor.* 1, p. 27 sqq. *Min.* p. 378. Fragmentum *Hellenicis* vindicavi; Westermannus in indice Steph. tribuit *Chronicis*, quod fieri non posse patet ex ratione chronologica, qua res inter singulos Chronicorum libros distribuuntur.

E LIBRO NONO.

9.

Idem v. Ὑλλεῖς· Ἔστιν Ὕλλις καὶ φυλὴ Ἄργους καὶ Δωριέων καὶ Τροιζηνίων. Ὁ φυλέτης Ὑλλεύς. Χάραξ θ' · « Καὶ Παμφύλιοι καὶ Ὑλλεῖς. » V. Müller. *Dor.* II, p. 77. Hæc quoque ad Chronica refert index edit. Westermanni.

E LIBRIS INCERTIS.

10.

Eustath. ad Hom. Il. σ, 491, p. 1156, 30 : Τὰς δὴ πόλεις ταύτας τὰς δύο, Ἀγαλλίας τις, Κερκυραῖος ἀνὴρ, Ἀθήνας φησὶν εἶναι καὶ Ἐλευσῖνα, προάγων οὕτω τὸ εἰκὸς τοῦ λόγου· γάμους γὰρ καὶ ὑμεναίους ἐν Ἀθήναις πρῶτον ἀχθῆναι ὑπὸ Κέκροπος, ὅθεν καὶ διφυῆ τὸν Κέκροπα λέγεσθαι ὁ Χάραξ φησὶν, διότι τὸ νομίμως ἐκ δυοῖν φύεσθαι δι' αὐτὸν ἐπέγνων οἱ ἄνθρωποι τῇ τοῦ γάμου εὑρέσει. Eadem brevius et Characis mentione omissa Schol. Venet. ad Il. σ, 491, ubi : Ἀγαλλίας ὁ Κορκυραῖος ὁ Ἀριστοφάνει γνώριμος. Contra in schol. Victoriano ad Il. σ, 483, ubi eadem, adjecta Characis mentione, leguntur, laudatur Δάλις ἡ Κορκυραία. Lege Ἀναγαλλὶς, quam Corcyræam grammaticam laudat Athenæus I, p. 14, D. Agalliæ filia fuerit. Commentarios in Homerum alii patri, alii filiæ tribuisse videntur, sicuti Pamphilæ grammaticæ scriptaa nonnullis ad patrem ejus referebantur. Cf. Eustath. in Il. σ, 509, p. 1159, 3, ubi iterum laudat de eadem re grammaticum verbis :

7.

Phegea, urbs Arcadiæ, a Phegeo rege, ut Charax ait Hellenicorum libro quarto : « Phegeus, frater Phoronei, Phegeam urbem condidit, quæ prius Erymanthus appellabatur. » Postea vero Psophis nominata est, ut suo loco dicemus, a Psophide Echephronis et Promachi matre.

8.

Meminit Doridis Thessalicæ Charax libro septimo, ubi de Thessalo Æaci filio, qui Bœotos Arnen Thessalicam obtinentes vicit, scribit hunc in modum : « Thessalus vero neque quartæ Thessaliæ partis nomen mutavit, sed Histiæotidem eam sicuti antea appellari sinebat. Sita vero est ad Pindi partem occidentalem. Primus eam Dorus Hellenis filius sorte obtinuit ab eoque Doris olim appellabatur, postea vero nomine mutato Histiæotis vocata est. »

9.

Hyllis etiam tribus est apud Argivos, Dorienses et Trœzenios. Tribulis Hyllensis. Charax libro nono : « Et Pamphyli et Hyllenses. »

10.

Duas hasce urbes (*in clypeo Achillis*) Agallias quidam Corcyræus Athenas esse ait et Eleusinem, eo comprobare sententiam studens quod nuptias et hymenæos Athenis primum acta sint sub Cecrope : unde etiam duplici natura præditum eum vocari Charax ait, quod legitime ex duobus nasci per eum homines didicerint inventione nuptiarum.

Ὁ Κυρκυραῖος σοφός. Wolf. Prolegg. p. 216; Welcker. *Cycl.* p. 193 n.

11.

Tzetzes ad Lyc. 111 : Ἐλθὼν γὰρ (ὁ Κέκροψ) ἀπὸ Σάεως πόλεως Αἰγύπτου τὰς Ἀθήνας συνῴκισε. Σαΐς δὲ κατ' Αἰγυπτίους ἡ Ἀθηνᾶ λέγεται, ὡς φησι Χάραξ. Eadem Eudocia p. 252.

12.

Anonymus De incredib. c. 15, p. 324 in Mythogr. ed. Westermann. : Περὶ Ἰοῦς καὶ Ἄργου. Ἰὼ ἡ Ἀρίστορος ἱερᾶτο τῇ Ἥρᾳ. Πρὸ γάμου δὲ κυήσασαν γνοὺς ὁ πατὴρ (οὐ γὰρ ἔτι αὐτῇ ἡ ὄψις παρθένιος ἦν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀφροδισίου ἀκμῆς μείζων καὶ καλλίων αὐτῆς ἐφαίνετο, ὡς καὶ βοῦς ὑπὸ τῶν Ἀργείων ἐπονομάζεσθαι), ἐχαλέπαινέ τε καὶ ἐν φρουρᾷ εἶχεν αὐτήν, φύλακα ἐπιστήσας αὐτῇ τὸν τῆς μητρὸς ἀδελφὸν Ἄργον. Καὶ ὁ μὲν Ἄργος ἄϋπνος ὢν καὶ πάντη ἄφυκτος οὐδαμῶς αὐτὴν ἀνίει, ὅθεν καὶ Πανόπτης ἔσχεν ἐπίκλησιν. Τῶν δὲ ἐπιχωρίων Ἑρμάων, βουλομένης Ἰοῦς, λαθὼν κτείνει τὸν Ἄργον, ἡ δὲ Ἰὼ ἐλευθερωθεῖσα φεύγει σὺν τοῖς πράξασιν ἐπιβᾶσα νεὼς φορτίδος, ὑπὸ δὲ χειμῶνος φορηθεῖσα ἀνὰ τὸ πέλαγος, ὃ καλεῖται Ἰόνιον, καὶ πολλαχοῦ προσπελασθεῖσα εἰς Ἀερίαν ἐκομίσθη καὶ θεὸς ἐνομίσθη διὰ τὸ κάλλος. Οὕτω Χάραξ ἐν Ἑλληνικοῖς. Cf. Palæphat. fab. 43. Apollodor. II, 1, 3.

13.

Idem ib. c. 16 : Περὶ Διονύσου. Ὁ Χάραξ οὕτω φησίν, ὅτι Σεμέλη ἡ Κάδμου θυγάτηρ λέγεται κυῆσαι πρὸ γάμου· ἐν δὲ ταῖς γοναῖς κεραυνοῦ κατασκήψαντος, αὐτὴ μὲν ἠφανίσθη, τὸ δὲ βρέφος περιεγένετο. Ἐκείνην μὲν οὖν, ὁποῖα ἐπὶ τοῖς διοβλήτοις λέγεται, θείας μοίρας λαχεῖν ᾠήθησαν καὶ Θυώνην ὠνόμασαν, τὸν δὲ παῖδα θειότατον ὄντα ὁ Κάδμος, διότι ἐκ πυρὸς ἐσώθη, περιεῖπε, καὶ τίθεται αὐτῷ Αἰγυπτίου Διονύσου πάτριον ὄνομα. De Cadmo *Ægyptio* cf. Diodor. I, 23, 4.

14.

Eustath. ad Dionys. Perieg. 689 : Ὁ Χάραξ τὸ χρυσοῦν δέρμα μέθοδον εἶναι λέγει χρυσογραφίας μεμβράναις ἐμπεριειλημμένην, ὅτ' ἦν, ὡς λόγου ἀξίαν, τὸν τῆς Ἀργοῦς καταρτισθῆναι στόλον φησί. Cf. Suidas v. δέρας : Τὸ χρυσόμαλλον δέρας... βιβλίον ἦν ἐν δέρμασι γεγραμμένον, περιέχον ὅπως δεῖ γίνεσθαι διὰ χημείας χρυσόν· εἰκότως οὖν οἱ τότε χρυσοῦν ὠνόμαζον αὐτὸ δέρας, διὰ τὴν ἐνέργειαν τὴν ἐξ αὐτοῦ. Eadem Suidas v. χημεία, Eudoc. p. 108, Favorin. v. δέρας et Anonym. Περὶ ἀπίστων p. 321 in Mythographis Westermanni. Suidam sua sumpsisse ex Joanne Antiochense monet Salmasius ad Solin. p. 772, B. Cf. Müller. *Min.* p. 172.

15.

Schol. ad Dionys. 687 : Χάραξ δέ φησι πολλαῖς ναυσὶν ἐκπλεῦσαι τοὺς Ἀργοναύτας, ὧν ἀποπλανηθεῖσα μία ναῦς προσηράχθη τῇ Μαιώτιδι. Οἱ δὲ ἐμπλέοντες Τέλχις καὶ Ἄμφιτος ἡνίοχοι τῶν Διοσκούρων ὄντες αὐτόθι μείναντες ἦρξαν, ἀφ' ὧν συνέβη τοὺς ἐνοικοῦντας ἐκεῖσε Ἡνιόχους καλεῖσθαι. Ὅθεν καὶ Διοσκουριὰς ἦν ἐκεῖσε λεγομένη ἡ πόλις.

Eustathius ad Dionys. l. l. : Ἡνίοχοι καὶ οἱ Ζύγιοι, ἔθνος ἀγριώτατον, ὡς ἡ ἱστορία φησίν, Πελασγῶν ἔκγονοι. Ἱστορεῖ δὲ Χάραξ τοὺς Ἀργοναύτας οὐ μιᾷ νηῒ κατὰ τὸν πολὺν περὶ τῆς Ἀργοῦς λόγον, ἀλλὰ πολ-

---

11.

Cecrops e Sai Ægypti urbe in Atticam veniens, hominibus e pagis in unam urbem congregatis, Athenas condidit. Sais vero apud Ægyptios Minerva dicitur.

12.

De Io et Argo. Io, Arestoris filia, Junonis erat sacerdos. Quam quum gravidam ante nuptias pater cognovisset (neque enim virginis speciem amplius habebat, sed Veneris flore et maturitate major et venustior quam pro virgine esse videbatur; adeo ut etiam *bos* ab Argivis cognominaretur), ægre id ferens in custodia eam detinebat, custodemque ejus constituit matris fratrem Argum. Is quum nunquam dormiret neque effugere sibi quidquam putaretur, minime eam dimittebat; unde etiam *Panoptes* (*omnia cernens*) cognomen tulit. Verum ex indigenis Hermaon, volente Ione, clam Argum interfecit, atque Io libertati reddita cum cædis auctoribus, conscensa nave actuaria, fugam arripuit. Tempestate autem per mare Ionium, quod vocant, delata, multisque locis appulsa, tandem in Aeriam (*Ægyptum*) venit, ubi pro dea habita est propter formæ pulchritudinem. Sic Charax narrat in Hellenicis.

13.

De Baccho. Charax ita habet : « Semele Cadmi filia ante nuptias gravida facta, in puerperio fulmine tacta periit, infans vero superstes fuit. Illam igitur, sicuti de Jove tactis dici solet, divini sortis participem factam putarunt, Thyonenque vocarunt; infantem vero qui divinam originem eo quod e flammis servatus esset, quam maxime arguebat, Cadmus summo studio tuebatur, eique de Baccho Ægyptio, avo suo, nomen imposuit. »

14.

Charax vellus aureum fuisse dicit methodum chrysographiæ membranis inclusum, ob quam utpote rem magnam Argus expeditio instructa sit.

15.

Charax ait multis navibus profectos esse Argonautas, quarum una aberrans in Mæotidis oram impegit. Vectores Telchin et Amphitum, Dioscurorum aurigas, ibi remanentes imperasse, ab iisque incolas hujus regionis Heniochos vocari. Hinc etiam Dioscurias urbs ibi nominata est.

Heniochi et Zygii, gens ferocissima, ut historia tradit, Pelasgorum posteri sunt. Narrat Charax Argonautas non

λοῖς πλοίοις εἰσπλεῦσαι τὸν Εὔξεινον. Καί τινας αὐτῶν ἀποπλανηθῆναι, καὶ ἐν μιᾷ τῶν νηῶν εἶναι τοὺς τῶν Τυνδαριδῶν ἡνιόχους, ἤτοι τοὺς τῶν Διοσκούρων, ἀφ' ὧν κληθῆναι τὰ ἔθνη τοὺς Ἡνιόχους καὶ τοὺς Τυνδαρίδας· ναὶ μὴν καὶ τὴν Διοσκουρίδα χώραν, τὸν τοῦ Εὐξείνου μυχὸν, ἤγουν τὸν ἔσχατον πρὸς τῇ Κολχικῇ Τραπεζοῦντι πλοῦν. Cf. Strabo XI, p. 496; Justin. XLII, 3; Plinius VI, 5.

16.

Schol. ad Dionys. Perieg. 64, de columnis Herculis: Ὄνομα δὲ τῇ μὲν Εὐρωπαίᾳ κατὰ μὲν βαρβάρους Κάλπη, κατὰ δὲ Ἕλληνας Ἀλύβη· τῇ δὲ Λιβυκῇ κατὰ μὲν Ἕλληνας Κυνηγετικὴ, κατὰ δὲ βαρβάρους Ἄβεννα (Ἄβιννα var. l.), ὡς Χάραξ ἱστορεῖ. Ἆθται δὲ πρότερον Κρόνου ἐλέγοντο στῆλαι, διὰ τὸ μέχρι τῶν τῇδε ὁρίζεσθαι ὅθεν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ. Δεύτερον δὲ ἐλέχθησαν Βριάρεω, ὥς φησιν Εὐφορίων, τρίτον δὲ Ἡρακλέους.

Eadem Eustathius suppresso nomine auctoris. Cf. Müller. *Dor.* I, p. 452 et quos laudat, Forbiger *Alte Geogr.* tom. II, p. 866 sq. Quæ mox subjunguntur: Φασὶ δὲ ὅτι καὶ Ἡρακλέους βαρέως καλοῦνται (sc. columnæ), corrige: Ἡ. βάρεις (i. e. πύργους) καλοῦνται. Similiter Toupius ad Suidam v. Καινοπρεπὶς emendavit: Ἀποκλείει τὰς ὄχθας δι' αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ, ἑκατέρωθεν σκευάσας βάρεις (vgo Δαρείους).

17.

Jo. Lydus frgm. De menss. p. 274 ed. Hase: Καὶ βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν (sc. τὸν Κρόνον) ἡ ἱστορία παραδίδωσι... κατά τε τὴν Λιβύην καὶ Σικελίαν, [οἰκίσαι τε τοὺς τό]πους καὶ [πόλ]ιν κτίσαι, ὡς ὁ Χάραξ φησὶ, τ[ὴν τότε μὲν λεγ]ομένην Κρονίαν, νῦν δὲ Ἱερὰν πόλιν, ὡ[ς Ἰ]σίγον[ος περὶ Ἑλλην]ικῶν θεῶν καὶ Πολέμων (fr. 102) καὶ Αἰσχύλος ἐν τῇ Αἴτνῃ (l. Αἰτναίαις) π[αραδιδόασιν]. Supplementa sunt B. Hasii.

18.

Malala p. 81, 11 ed. Bonn.: Μετὰ δὲ Τρῶον ἐβασίλευσε τῶν Φρυγῶν ὁ Ἴλιος· ἐν αὐτῷ δὲ τῷ καιρῷ ἐλαλεῖτο ἡ νίκη τοῦ ἀγῶνος Πέλοπος τοῦ Λυδοῦ καὶ Οἰνομάου τοῦ Πισαίου, ἐπιτελεσθεῖσα ἐν τῇ Ἠλιακῇ ἑορτῇ. Ἅτινα συνεγράψατο Χάραξ ὁ ἱστορικός.

19.

Malala p. 175: Equestre certamen bigis primus celebravit Enyalius (*Eualius* Cram. An.; l. *Enalius*), Neptuni filius, qui Libyen, Iûs et Jovis Pici filiam, duxerat et Africæ partem subactam de nomine uxoris Libyam nominaverat. Sic Callimachus in Ætiis (quem Malalas ex ipso Charace adduxerit. Fragm. 6 item Callimachi testimonio Charax utitur): Μετ' αὐτὸν ὁ Ἐριχθόνιος ἐπετέλεσε τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἅρμασι τετραπώλοις· διὸ καὶ περιβόητος ἐγένετο, καθὰ ἐν ταῖς Χάρακος ἐμφέρεται ἱστορίαις· ὃς συνεγράψατο καὶ ταῦτα, ὅτι τοῦ ἱπποδρομίου τὸ κτίσμα εἰς τὴν τοῦ κόσμου διοίκησιν ᾠκοδομήθη, τοῦτ' ἐστὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης· τὰς δὲ ἓξ καὶ δύο θύρας τοὺς δώδεκα οἴκους ἱστόρησε τοῦ ζωδιακοῦ τοῦ διοικοῦντος τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τῶν ἀνθρώπων τὸν παροδικὸν τοῦ βίου ὁρόμον. Τὸ δὲ πέλμα τοῦ ἱππικοῦ τὴν γῆν πᾶσαν εἶναι, τὸν δὲ εὔριπον τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῆς γῆς μεσαζομένην, τὸν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτὸν τὴν ἀνατολὴν, τὸν δὲ ἐπὶ τὴν σφενδόνην τὴν δύσιν, τὰ δὲ ἑπτὰ σπάτια τὸν ὁρόμον καὶ τὴν κίνησιν (τῆς ἀστρονομίας) τῶν ἑπτὰ ἀστέρων (τῆς μεγάλης ἄρκτου).

Eadem ex Characis Historiis afferuntur ab Anonymo in Crameri Anecdot. Parisin. tom. II, p. 291 (ubi mendas quamplurimas ex Malala, Chronico Paschali et Cedreno, tum in his tum in aliis tollere

---

una nave, ut vulgata de Argo fabula perhibet, sed compluribus in Pontum Euxinum innavigasse. Nonnullas vero a via aberrasse, quarum in una fuisse Tyndaridarum sive Dioscurorum aurigas (ἡνιόχους), a quibus Heniochi et Tyndaridæ gentes nomen habeant; nec non Dioscuridem regionem, quæ in ultimo Euxini Ponti recessu ad Trapezuntem Colchicam sita est, hinc appellatam esse.

16.

Europæa Herculis columna apud barbaros Calpe, apud Græcos Alybe; Libyca vero apud Græcos Cynegetice, apud barbaros Abenna vocatur, ut Charax narrat. Hæ primum Saturni columnæ nominabantur, quod hucusque regnum ejus pertineret; deinde dicebantur Briarei columnæ, ut Euphorio ait, tum vero Herculis.

17.

Saturnus traditur regnasse in Sicilia, locosque ibi incolis frequentasse urbemque condidisse, Charace teste, quæ primum Cronia appellata sit, nunc vocetur Hierapolis, ut Isigonus De diis Græcis et Polemo et Æschylus in Ætna (*in Ætnæis*) tradunt.

18.

Post Troum Phrygibus imperavit Ilius. Hoc ipso tempore sermonibus celebrabatur victoria illa, quam Pelops Lydus cum Œnomao Pisata certans ludis Eliacis reportavit. Quæ libris consignavit Charax historicus.

19.

Post Enyalium (*Enalium*) Erichthonius (*Œnomaus*) certamen hoc equestre quadrigis peregit: unde magnum sibi nomen comparavit, sicuti scriptum reliquit Charax. Qui præterea addit exstructum fuisse hippodromum ad formam universi, nempe ut cœlum, terram et mare repræsentaret: fores duodecim ad zodiaci domus duodecim retulit, qui terras et maria gubernat vitamque hominum transitoriam. Porro aream hippodromi terram, euripum (s. *spinam*) mare in media terra positum; flexum qui ad ostia, orientem; qui ad fundam, occasum; septem denique spatia motum et cursum astronomicum septem planetarum (et ursæ majoris) designare censet.

editor potuisset) et in Chron. Pasch. p. 208 ed. Bonn., coll. Cedreno p. 147. — Ἐριχθόνιος] Οἰνόμαος Anecd. Paris.: fortasse rectius. — σπάτια] nomen pure latinum; sic Cedrenus. σπαθία Malala et Chron. Alex.; σπαθέα Anecd. Parisin. — τὸν δρόμον κτλ.] sic etiam An. Paris.; Chron. Alex.: τὴν κίνησιν τὴν ἀστρώαν τῶν ἑπτὰ ἀστέρων καὶ τῆς μεγάλης ἄρκτου. Cedrenus nihil nisi hoc: τὸν δρόμον τῶν ἑπτὰ πλανητῶν; idque præferendum. Ceterum quæ similia Malalas in antecedentibus disputat de ludorum significatione allegorica, bonam partem ex eodem Charace fluxerint.

20.

Suidas v. Ὅμηρος: Ὅμηρος ὁ ποιητὴς Μέλητος τοῦ ἐν Σμύρνῃ ποταμοῦ καὶ Κριθηίδος, ὡς δὲ ἄλλοι, Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης τῆς Μούσης, ὡς δὲ Χάραξ ὁ ἱστορικὸς, Μαίονος ἢ Μητίου καὶ Εὐμήτιδος μητρὸς, κατὰ δ' ἄλλους Τηλεμάχου τοῦ Ὀδυσσέως καὶ Πολυκάστης τῆς Νέστορος. Ἔστι δ' ἡ τοῦ γένους τάξις κατὰ τὸν ἱστορικὸν Χάρακα αὕτη· Αἰθούσης (Θοώσης Agon) Θρᾴσσης Λίνος, τοῦ δὲ Πίερος, τοῦ δ' Οἴαγρος, τοῦ δ' Ὀρφεὺς, τοῦ δὲ Δρὴς (Ὄρτης Ag., Δωρίων Proclus), τοῦ δὲ Εὐκλέης (Εὐκλῆς Pr., Ἁρμονίδης Ag.), τοῦ δ' Ἰδμονίδης, τοῦ δὲ Φιλοτέρπης (hunc om. Agon), τοῦ δ' Εὔφημος (Χαρίφημος Pr.), τοῦ δ' Ἐπιφράδης, τοῦ δὲ Μελάνωπος, τοῦ δ' Ἀπελλῆς (Ἀπελλαῖος Ag.), τοῦ δὲ Μαίων, ὃς ἦλθεν ἅμα ταῖς Ἀμαζόσιν ἐν Σμύρνῃ, καὶ γήμας Εὔμητιν τὴν Εὐέπους τοῦ Μνησιγένους (scr. Μελησιγένους) ἐποίησεν Ὅμηρον. Fuse de his disputarunt Lobeck. Aglaopham. p. 323 sq. et Welckerus *Cycl. Hom.* p. 147. Characis stemma, cum quo in plurimis consentiunt Agon Hom. et Proclus, ex Ephoro fluxisse videtur.

ΙΤΑΛΙΚΑ.

21.

Eustath. ad Hom. Il. IX, 48, p. 734 48: Κατὰ γὰρ τὸν Ἀλεξανδρέα Ἡρακλείδην, ὡς πατῶ πάτος, στείβω στίβος, οὕτως ἐλεύθω ἔλευθος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ κ κέλευθος, ᾧ λόγῳ καὶ τὴν Αὐλωνίαν Χάραξ Καυλωνίαν φησὶν ἐν Ἰταλικοῖς· « Οὕτω δέ, φησὶ, καὶ τὰ ἀνθήλια κανθήλια. » Cf. Steph. Byz.: Καυλωνία... ἣν Αὐλωνίαν Ἑκαταῖος καλεῖ διὰ τὸ μέσην αὐλῶνος εἶναι κτλ. Similia multa congessit Welcker. *Trilog.* p. 130.

Apud Herodianum p. 19, 9 ed. Dindf., leguntur hæc: Ἔστιν Ἴς [καὶ] τῆς Ἰταλίας, ὡς Πάρθαξ ἐν τῷ β' τῶν Ἰταλικῶν· « Ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο εἰς τὴν Ποσειδωνίαν ὁ Ἡρακλῆς· ἔστι δὲ ποταμὸς Ἴς καλούμενος μέγας. » Fort. Πάρθαξ corruptum est ex Χάραξ. Attamen nescio an Parthacis cujusdam indicetur scriptum poeticum. Certe postrema, si ἔστι in ἔστιν mutaveris, trimetrum efficiunt. Fort. igitur in antecc. legendum: Ἔχει δέ· « Ἀφίκετο Ποσ. ὁ Ἡρ. Similiter in antecc. apud Herod. legerim: Οὕτω καὶ Σκύμνος (Σκυθῖνος?) ἐν τῷ τῆς Ἀσίας Περίπλῳ (scripto prosaico. V. Mein. ad Scym. Ch. p. xx) εὑρέθη ἔχειν τάδε· « Κελένδερις κτλ. vel ἔχειν· « Εἶτα Κελένδερις, pro vg. ἔχεται κελ.

22.

Etym. M. p. 525, 39: Φασὶ γάρ ποτε τὸν Διόνυσον ἐπὶ τὸν πρὸς Τυρσηνοὺς ἀπιόντα πόλεμον τοὺς γεγηρακότας τῶν Σειληνῶν μετὰ τῆς ἀχρήστου ἡλικίας ἐν Ἰταλίᾳ καταλιπεῖν· τοὺς δὲ τραπῆναι ἐπὶ ἀμπέλων ἐπιμέλειαν, καὶ εὔοινον γενέσθαι τὴν Ἰταλίαν· τοὺς δὲ γεωργοὺς οἱ Ἰταλοὶ κολώνους ἐκάλουν· ὡς καὶ ἱδρύσασθαι τοιαῦτα ἀγάλματα οἰνοφοροῦντα ἐν ἀσκοῖς. Ἐσπούδαζον δὲ, καὶ ἃς ᾤκουν πόλεις οἱ Ἰταλοὶ, τιμὴν ταύταις παρέχειν, ἀνιστάντες δαίμονά τινα ὡς πρεσβύτην ὅμοιον Σειληνῷ, ἵνα καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἱερῶν συγκραθῶσιν. Αἱ δὲ πέδαι περιτιθέμεναι δηλοῦσι τὸ ὑπήκοον, τῷ συνδεδέσθαι αὐτοῖς τὰς πόλεις τὰς ἐχούσας τὰ τοιαῦτα ἀγάλματα. Ταῦτα εἴρηται Χάρακι ἱστοριογράφῳ.

20.

Homerus poeta, Meletis, fluvii Smyrnæi; vel, ut alii, Apollinis et Calliopes Musæ filius; vel, ut Charax historicus tradit, Mæonis aut Metii et Eumetidis matris; ut alii, filius Telemachi, qui patrem habuit Ulyssem, et Polycastæ Nestoris filiæ. Est autem series generis Homerici hæc secundum Characem historicum: Æthusæ Thraciæ mulieris filius fuit Linus; hujus Pierus; hujus Œager; hujus Orpheus; hujus Dres; hujus Euclees; hujus Idmonides; hujus Philoterpes; hujus Euphemus; hujus Epiphrades; hujus Melanopus; hujus Apelles; hujus Mæon, qui cum Amazonibus Smyrnam venit, et ducta uxore Eumetide, Euepûs Mnesigenis filli filia, procreavit Homerum.

ITALICA.

21.

Secundum Heraclidem Alexandrinum quemadmodum a κατῶ fit πάτος, a στείβω, στίβος, sic ab ἐλεύθω ἔλευθος, et addita litera κ pleonastice, κέλευθος. Qua ratione etiam Auloniam Charax Caulonium dicit in Italicis. « Eodem modo, ait, etiam κανθήλια dicunt pro ἀνθήλια. »

22.

Ferunt Bacchum quondam ad bellum contra Tyrrhenos profecturum Silenos, quotquot eorum senio decrepiti erant, cum inutili ad bellum ætate in Italia reliquisse. Hos vero ad vinearum culturam se convertisse, atque sic vini feracem evasisse Italiam. Agricolas vero Itali colonos vocabant. Quare etiam imagines personarum vinum ferentium in utribus collocare solent, et honorem urbibus, quas Itali illi incolebant, habendum curabant, signum dæmonis, qui senem et Sileni formam referebat, erigentes, ut eas etiam sacrorum communitate sibi adjungerent. Vincula autem quod ei circumdantur, significat subjectas esse et quasi vinculis conjunctas ipsis urbes, quæ ejusmodi imagines habent. Dicit hæc Charax historicus.

ΧΡΟΝΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

23.

Stephan. Byz. : Ὠγυγία... ἐλέγετο καὶ ἡ Ἀττικὴ πᾶσα Ὠγυγία, ὡς Χάραξ φησὶν ἐν τοῖς Χρονικοῖς.

24.

Idem : Αἴγυπτος καὶ ἡ χώρα καὶ ὁ ποταμὸς ἐκλήθη ἀπὸ Αἰγύπτου, ὡς Χάραξ· « [Αἴγυπτος] Βήλου παῖς ὢν καὶ Ἀερίας τῆς καὶ Ποταμίτιδος, βασιλεύσας ἔτη τετταράκοντα τρία. » Locus mutilus.

25.

Idem : Παρρασία, πόλις Ἀρκαδίας... κέκληται ἀπὸ Παρρασοῦ, ἑνὸς τῶν Αυκάονος παίδων. Χάραξ δὲ κτίσμα Πελασγοῦ ἐν πρώτῳ Χρονικῶν οὕτω· « Πελασγὸς Ἀρέστορος παῖς τοῦ Ἐκβάσου τοῦ Ἄργου μετοικήσας ἐξ Ἄργους εἰς τὴν ἀπ' ἐκείνου μὲν τότε Πελασγίαν, ὕστερον δὲ Ἀρκαδίαν κληθεῖσαν, ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσι πέντε καὶ πόλιν Παρρασίαν ἔκτισε. »

E LIBRO SECUNDO.

26.

Idem : Ἀγρίαι, ἀρσενικῶς, ἔθνος Παιονίας μεταξὺ Αἵμου καὶ Ῥοδόπης... Λέγονται καὶ Ἀγριᾶνες... Τὸ κτητικὸν Ἀγριανικὸς, ὡς Χάραξ ἐν δευτέρῳ Χρονικῶν.

27.

Idem : Ἄστυρα, πόλις Μυσίας... Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης κατὰ Ῥόδον, ἣν ἔτιμᾶτο ἡ Ἀθηνᾶ Ἀστυρίς. Ἔστι καὶ Βοιωτίας πρὸς ταῖς Ποτνίαις, ὡς Χάραξ ἐν δευτέρᾳ. Urbem Bœotiæ ex Phœnicia repetiverit Charax.

28.

Idem v. Ἀθῆναι· Φησὶ Χάραξ, ὅτι ὁ Θησεὺς τὰς ἕνδεκα πόλεις τὰς ἐν τῇ Ἀττικῇ συνοικίσας εἰς Ἀθήνας συνοίκια ἑορτὴν κατεστήσατο.

E LIBRO TERTIO.

29.

Idem : Λάρανδα, πόλις Αυκαονίας· ὁ πολίτης Λαρανδεύς. Χάραξ τρίτῳ Χρονικῶν.

E LIBRO QUARTO.

30.

Idem : Ἡφαιστία, πόλις ἐν Λήμνῳ. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Χάραξ δ' ἐν δεκάτῳ Χρονικῶν φησιν, ὅτι Μυριναῖοι τῶν Πελασγικῶν ὑποσχέσεων οὐ φροντίσαντες ἀπέκλεισαν τῷ Μιλτιάδῃ τὰς πύλας, κἀκεῖνος πολιορκίᾳ περιεστήσατο αὐτούς. Τῶν δ' (l. Ἕρμων δ') Ἡφαιστιέων τύραννος ὤν, φοβηθεὶς τὴν δύναμιν, ἔφη χαριζόμενος τοῖς Ἀθηναίοις φίλοις οὖσιν ἐμπεδοῦν τὰ ὁμολογηθέντα ὑπὸ τῶν Πελασγῶν, καὶ ἅμαχεὶ παρέδωκε τὴν πόλιν.

Ἐν δεκάτῳ] scribe ἐν ὄ. Hoc enim postulant tempora Miltiadis. Libro decimo jam sermo est de temporibus quibus contra Viriathum Romani pugnarunt. — ὑποσχέσεων pro vulg. ὑποθέσεων correxit Valckenar. — περιεστήσατο] παρεστήσατο codd.; quod retinentes editores scripserunt τὴν πολιορκίαν... αὐτοῖς. Cf. Müller. *Min.* p. 446, 3. Historiam (ex ipso Charace nostro, ut suspicatur Rhodius De Reb. Lemnior. p. 47) narrat Zenobius Prov. III, 85 : Ἑρμώνειος χάρις : Πελασγοί τινες τὴν Λῆμνον οἰκοῦντες ἦλθον ἐν ναυσὶν ἐς Βραυρῶνα τῆς Ἀττικῆς, καὶ τὰς γυναῖκας ἐκεῖθεν ἥρ-

---

CHRONICA.

23.

Universa quoque Attica appellabatur Ogygia, ut Charax in Chronicis ait.

24.

Ægyptus et regio et fluvius ab Ægypto nomen habet, ut Charax ait : « Ægyptus Beli filius et Aeriæ, quæ et Potamitis dicebatur, regno potitus per annos quadraginta tres. »

25.

Parrhasia, urbs Arcadiæ, nomen habet a Parrhaso, uno ex Lycaonis filiis. Charax vero a Pelasgo conditam dicit in primo Chronicorum libro ita scribens : « Pelasgus Arestoris filius, Ecbasi nepos, Argi pronepos, ex Argis migravit in regionem quæ tunc ab ipso Pelasgia, postea Arcadia vocata est, ibique annis viginti quinque regnavit atque Parrhasiam urbem condidit. »

26.

Agriæ, genere masculino, gens Pæoniæ inter Hæmum et Rhodopen. Vocantur etiam Agrianes... Possessivum *Agrianicus*, ut Charax in secundo Chronicorum.

27.

Astyra, Bœotiæ oppidum prope Potnias, ut Charax ait libro secundo.

28.

Ait Charax Theseum quum undecim, quæ in Attica erant civitates in unam Athenarum urbem conjunxisset, festum instituisse quod συνοίκια vocant.

29.

Laranda, urbs Lycaoniæ. Civis Larandensis. Charax tertio Chronicorum.

30.

Hephæstia, urbs Lemni, ut Hecatæus in Europa ait. Charax vero in quarto Chronicorum refert Myrinæos, Pelasgica promissa flocci facientes, Miltiadæ portas clausisse, illum vero obsidione urbem cinxisse. Tum Hermon, Hephæstiensium tyrannus, copias ejus metuens, Atheniensibus, utpote amicis, gratificans, dixit se Pelasgorum pacta sancire; et sine prælio iis urbem tradidit

πασαν. Λοιμῷ δὲ περιπεσόντες προσετάχθησαν δίκας διδόναι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ οὕτως ἀπαλλαγήσεσθαι τοῦ λοιμοῦ. Κελευόντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐκλιπεῖν τὴν Λῆμνον, εἶπον οἱ Πελασγοί, εἴ τις αὐθημερὸν Ἀθήνηθεν Βορέᾳ χρησάμενος, καταπλεύσειεν εἰς τὴν Λῆμνον, ἐκστήσονται τῆς χώρας αὐτῶν. Ὕστερον δὲ Δαρείου τοῦ Πέρσου περὶ Θράκην ὄντος καὶ πάντα χειρουμένου τὰ πέριξ, Μιλτιάδης Ἀθηναῖος ἐκ τῆς Χερρονήσου ἀφεὶς εἰς τὸ πέλαγος καταλαμβάνει τὴν Λῆμνον, καὶ πρὸς τοὺς Πελασγοὺς ἔφη, Βορέᾳ χρησάμενος αὐθημερὸν ἥκειν. Ἕρμων δὲ βασιλεύων τῶν Πελασγῶν ἐξέστη τῆς χώρας, τῇ μὲν ἀληθείᾳ τοῦ Δαρείου τὴν δύναμιν φοβηθείς, προσποιησάμενος δὲ ἑκὼν διδόναι τοῖς Ἀθηναίοις τὴν χάριν. Cf. Diodor. Exc. Vatic. XIX, 10, 6. Interpret. ad Herodot. VI, 36; Cornel. Nepot. Miltiad. c. 1.

E LIBRO SEXTO.

31.

St. Byz. : Ὠρεὸς, πόλις Εὐβοίας... Τούτου τὸ ἐθνικὸν διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται Ὠρείτης... Μέμνηται τοῦ ἐθνικοῦ καὶ Χάραξ ἐν Χρονικῶν ἑκκαιδεκάτῳ· « Ἀθηναῖοι ἅμα Χαλκιδεῦσι τοῖς ἐν Εὐβοίᾳ καὶ Μεγαρεῦσι στρατεύσαντες εἰς Ὠρεὸν Φιλιστίδην τὸν τύραννον ἀπέκτειναν καὶ Ὠρείτας ἠλευθέρωσαν.

Pro ἐν Χρονικῶν ις' olim fuerit ἐν τῷ ς' Χρ., unde alii fecerunt solenni confusione ἐν τῷ ισ'. Nam ad tempora Philippi et Alexandri, quæ *sexto* libro exponebantur (vid. seq. fragm.) res pertinet. De Philistide tyranno Oritarum a Philippo constituto v. Demosthen. p. 119, 22. 126, 11. 248, 15. 252, 17; Strabo X, p. 445.

32.

Idem : Φράδα, πόλις ἐν Δράγγαις, ἣν Ἀλέξανδρος Προφθασίαν μετωνόμασεν, ὡς Χάραξ ἐν ἕκτῳ Χρονικῶν.

E LIBRO SEPTIMO.

33.

Idem : Αὐταριᾶται, ἔθνος Θεσπρωτικόν. Χάραξ ἐν ἑβδόμῃ Χρονικῶν καὶ Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπαῖς καὶ Ἐρατοσθένης.

E LIBRO OCTAVO.

34.

Idem : Ἀλαβούριον, πόλις Συρίας. Χάραξ ὀγδόῃ Χρονικῶν.

35.

Idem : Φιλωτέρα, πόλις περὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν, Σατύρου κτίσμα. Ἀπολλόδωρος δὲ Φιλωτερίδα καλεῖ. Ἔστι καὶ κοίλης Συρίας Φιλωτέρα, ὡς Χάραξ ἐν ὀγδόῳ Χρονικῶν. Τὸ ἐθνικὸν ταύτης Φιλωτέριος, διὰ τὸ τινὰς καὶ Φιλωτερίαν αὐτὴν εἰρηκέναι. Τῆς δ' Αἰγυπτίας Φιλωτερίτης, διὰ τὸ σύνηθες τοῦ ἐπιχωρίου τύπου.

E LIBRO DECIMO.

36.

Constantin. Porphyr. De adm. imp. c. 24 : Πόθεν εἴρηται Ἱσπανία; ἀπὸ Ἱσπάνου γίγαντος οὕτω καλουμένου, Ἱσπανίαι δύο τῆς Ἰταλίας ἐπαρχίαι, ἡ μὲν μεγάλη, ἡ δὲ μικρά. Ταύτης ἐμνήσθη Χάραξ ἐν ι' Χρονικῶν· « Ἐν Ἱσπανίᾳ τῇ μικρᾷ τῇ ἔξω Λουσιτανῶν πάλιν ἀποστάντων ἐπέμφθη ὑπὸ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπ' αὐτοὺς Κόϊντος ». Ὁ αὐτὸς ὁμοῦ περὶ τῶν δύο· « Κόϊντος ὁ τῶν Ῥωμαίων πολέμαρχος ἐν ἀμφοτέραις ταῖς Ἱσπανίαις, ἡσσώμενος ὑπὸ Οὐριάθου σπονδὰς πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο. »

37.

Stephan. Byz. : Ἄρσα, πόλις Ἱσπανίας, ὡς Χάραξ ἐν δεκάτῃ Χρονικῶν.

31.

Charax Chronicorum libro sexto : « Athenienses cum Chalcidensibus Euboeæ et Megarensibus contra Oreum profecti Philistidem tyrannum interfecerunt Oritasque in libertatem vindicarunt (*an.* 341 *a. C.*). »

32.

Phrada, urbs in Drangis, quam Alexander Prophthasiam mutato nomine vocari jussit, uti Charax ait sexto Chronicorum.

33.

Autariatæ, gens Thesprotica. Charax septimo Chronicorum, Favorinus in Omnigenis et Eratosthenes.

34.

Alaburium, urbs Syriæ. Charax octavo Chronicorum.

35.

Philotera, urbs ad Troglodyticen sita, a Satyro condita. Apollodorus vero Philoteridem vocat. Est etiam Cœlesyriæ urbs Philotera, ut Charax refert octavo Chronicorum. Hujus gentile *Philoterius* est, quod nonnulli urbem etiam Philoteriam vocant; gentile vero urbis Ægyptiæ est *Philoterites*, quæ forma apud indigenas invaluit.

36.

Unde dicitur Hispania? Ab Hispano hujus nominis gigante. Hispaniæ duæ Italiæ provinciæ, altera magna, altera parva. Hujus meminit Charax libro decimo Chronicorum : « In Hispaniam minorem, exteriorem, Lusitanis rursum deficientibus, a Romanis exercitus dux missus est Quintus. » Idem de utraque simul : « Quintus, qui in utraque Hispania belli præfecturam gerebat, a Viriatho superatus fœdus cum illo inijt. »

37.

Arsa, urbs Hispaniæ, ut Charax decimo Chronicorum.

38—39.

Steph. Byz. : Σάλυες, ἔθνος Λιγυστικὸν, πολεμῆσαν Ῥωμαίοις, ὡς Χάραξ ἐν δεκάτῳ Χρονικῶν.

Idem : Κοσίανα, φρούριον Παλαιστίνης. Χάραξ δεκάτῳ, ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Συρίας.

E LIBRO UNDECIMO.

40.

Idem : Δῶρος, πόλις Φοινίκης... Χάραξ ια' · « Τρύφων, ἐν Δώρῳ τῆς Κοίλης Συρίας πόλει πολιορκούμενος ὑπ' Ἀντιόχου, ἔφυγεν εἰς Πτολεμαΐδα, τὴν Ἄκην λεγομένην. »

E LIBRO DUODECIMO.

41—42.

Idem : Φιδήνη, πόλις Ἀλβανῶν. Τὸ ἐθνικὸν Φιδηναῖος. Ἔοικε καὶ Φίδηνα λέγεσθαι, ὡς Ῥάβεννα, καὶ Φιδηνάτης, ὡς Ῥαβεννάτης· οὕτω γὰρ Χάραξ ιϛ' κέχρηται Φιδηνάτης.

Idem : Κούριοι, ἔθνος Σαβίνων, πολεμῆσαν Ῥωμαίοις. Χάραξ ιϛ'.

E LIBRIS INCERTIS.

43—47.

Idem : Ἀνθάνα, πόλις Λακωνικὴ, μία τῶν ἑκατόν... Χάραξ Ἀνθήνην αὐτὴν φησιν.

Idem : Ἀμοργὸς, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων. Λέγεται καὶ Ἀμόργιον, ὥς φησι Χάραξ.

Idem : Ἱερὰ, νῆσος ἐν τῷ Κρητικῷ πελάγει, ὡς Χάραξ.

Idem : Τέμβριον, πόλις Φρυγίας. Χάραξ δὲ Τύμβριον αὐτὴν φησι.

Idem : Ἴσαυρα, οὐδετέρως, πόλις Ἰσαυρίας μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας πρὸς τῷ Ταύρῳ. Χάραξ δὲ θηλυκῶς.

48.

Idem : Ἀλάβανδα, πόλις Καρίας, ἡ ποτὲ Ἀντιόγεια. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀλαβάνδου τοῦ Εὐίππου, ὡς Χάραξ. Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις Καρῶν εὐτυχεστάτη, ἀφ' ἧς ἡ παροιμία, Ἀλάβανδα Καρῶν εὐτυχεστάτη. Κτίσμα δὲ Καρὸς ἦν, ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ κληθεῖσα τοῦ γεννηθέντος ἀπὸ Καλλιρρόης τῆς Μαιάνδρου, μετὰ νίκην ἱππομαχικὴν, καὶ κληθέντος Ἀλαβάνδου, ὅ ἐστι κατὰ τὴν Καρῶν φωνὴν Ἱππόνικος· ἄλα γὰρ τὸν ἵππον, βάνδα δὲ τὴν νίκην καλοῦσιν. Quod Cares *ala*, idem Perrhæbi *phala* dixerint. Hinc explicaverim Stephani locum : Φάλαννα, πόλις Περραιβίας... Ἑκαταῖος Ἱστοριῶν α' Ἱππίαν αὐτὴν καλεῖ.

49—51.

Idem : Ἑβραῖοι. Οὕτως Ἰουδαῖοι ἀπὸ Ἀβραμῶμος, ὥς φησι Χάραξ.

Idem : Ἀγβάτανα, πολίχνιον Συρίας. Ἡρόδοτος τρίτῳ (cap. 4 et 92). Οἱ δὲ νῦν Βατάνειαν αὐτὴν καλοῦσι. Τὸ ἐθνικὸν Βατανεῶται, ὡς Ῥαφάνεια Ῥαφανεῶται. Δημήτριος δέ φησιν Ἀγβάτανα διττὰ, τὰ τῆς Μηδίας, τὰ δὲ τῆς Συρίας. Κτησίας δὲ πανταχοῦ τῶν Περσικῶν τὰ παρὰ Μήδοις Ἀγβάτανα διὰ τοῦ α

38—39.

Salges, Ligurum gens, quæ contra Romanos bellum gessit, ut Charax ait decimo Chronicorum.

Cosiana, castellum Palæstinæ, ut Charax ait libro decimo, in Syriæ ora maritima.

40.

Dorus, urbs Phœniciæ. Charax libro undecimo : « Trypho in Doro Cœlesyriæ urbe ab Antiocho obsessus, in Ptolemaidem, quæ Ace vocatur, confugit. »

41—42.

Fidenæ, urbs Albanorum. Gentile Fidenæus. Videtur etiam Fidena dici, sicut Ravenna, et Fidenates, sicut Ravennates. Sic enim Charax in duodecimo, gentili *Fidenates* utitur.

Curii, gens Sabinorum, quæ contra Romanos belligeravit. Charax libro duodecimo.

43—47.

Anthana, una ex centum Laconiæ oppidis. Charax eam Anthenen vocat.

Amorgus, una ex Cycladibus insulis. Dicitur etiam Amorgium, Charace teste.

Hiera, insula in mari Cretico, ut Charax ait.

Tembrium, urbs Phrygiæ. Charax vero Tymbrium eam dicit.

Isaura, neutro genere, urbs Isauriæ inter Lycaoniam et Ciliciam ad Taurum sita. Charax Isauram feminino genere dicit.

48.

Alabanda, urbs Cariæ, quæ quondam Antiochia. Nomen habet ab Alabando Euippi filio, uti Charax perhibet. Est item alia urbs Carum fortunatissima, de qua proverbium est : *Alabanda Carum fortunatissima*. A Care condita est, et a filio ejus, quem e Callirrhoe Mæandri filia susceperat, denominata, qui post victoriam equestri prælio reportatam Alabandus dictus est, quod Carum lingua Hipponicum denotat : *ala* enim equum, et *banda* victoriam dicunt.

49—51.

Hebræi Judæi vocantur ab Abramome, ut Charax ait.

Agbatana, Syriæ oppidum. Herodotus libro tertio. Nunc vero Bataneam dicunt. Gentile, Bataneotæ, ut a Raphanea fit Raphaneotes. Demetrius autem inquit gemina esse Agbatana, altera Mediæ, altera Syriæ. Ctesias in Persicis ubique Medorum urbem per *a* literam scribit, *Agbatana;*

γράφει. Παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις διὰ τοῦ ε τὸ Περσικὸν, ὡς δειχθήσεται. Παρὰ Χάραξι δὲ καὶ αὕτη διὰ τοῦ ε, ἣν καὶ Ἐπιφάνειαν φασι κεκλῆσθαι.

Et. Byz. : Ζαρίασπα ἡ Ζαριάσπη, πόλις Βακτριανή. Στράβων ἑνδεκάτῃ (p. 514). Ἡ ἐκαλεῖτο καὶ Βάκτρα. Χάραξ δὲ οὐδετέρως τὰ Ζαρίασπα.

52—53.

Idem : Κάμικος, πόλις Σικελίας, ἐν ᾗ Κώλακος ἦρχεν ὁ Δαιδάλου **. Χάραξ δὲ Ἴνυκον ταύτην φησίν. Non dixit Charax Camicum eandem cum Inyco esse; sed quum alii Camicum Cocali sedem regiam dicant, Characem pro eo posuisse Inycum. Sic locum ab excerptore turbatum intelligendum esse jam Cluverius monuit. V. Berkel. ad h. l. Cum Characе facit Pausanias VII, 4, 6.

Idem : Ἀχραδινὴ, νῆσος ἔχουσα πόλιν πρὸς ταῖς Συρακούσαις, ἣν ἐπολιόρκησε Μάρκος ὁ Ῥωμαίων στρατηγός· ἀλλὰ καὶ Ἀχραδινὴ μοῖρα Συρακουσῶν. Χάραξ δὲ χώραν αὐτὴν καλεῖ καὶ νῆσον.

54.

Idem : Ἄζιλις, πόλις Λιβύης. Οἱ δὲ περὶ Σαλούστιον οὐ πόλιν, ἀλλὰ τόπον φασὶ καὶ ποταμὸν εἶναι. Τινὲς δὲ Ἄζιριν μετὰ τοῦ ρ λέγουσι τὸν χῶρον. Χάραξ δὲ Ἄξιρον λέγει αὐτήν. Hujus loci Charax mentionem fecerit eo loco, ubi de Cyrenis a Batto conditis egit. V. Herodot. IV, 157. Müller *Min.* p. 343.

55.

Idem : Τροιζὴν, πόλις Πελοποννήσου. Ἔστι καὶ ἄλλη Τροιζὴν ἐν Μασσαλίᾳ τῆς Ἰταλίας, ἣν Χάραξ Τροιζηνίδα χώραν φησί. Cf. Eustath. ad Il. 2, 561, p. 287, 12 : Ἔστι δὲ, φασὶ, καὶ ἑτέρα (Τροιζὴν) ἐν Ἰταλίᾳ Μασσαλιωτικῇ. Exspectabam ἐν Γαλλίᾳ. Ceterum locus ignotus, nisi idem forte est cum *Tauroente* quem Apollodorus dicit ap. Steph. B. v. Ταυρόεις.

56—58.

Idem : Ἀβοριγῖνες, ἔθνος Ἰταλικὸν, ὡς Ἰόβας ἐν Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας πρώτῃ· « Μέχρι μὲν οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου τὴν ἀρχαίαν Ἀβοριγίνων ὀνομασίαν διέσωζον, Λατίνου δὲ βασιλεύσαντος, οὕτω προσηγορεύθησαν. Τὰ αὐτὰ καὶ Χάραξ.

Idem : Ἄλβα, πόλις Ἰταλίας. Κλίνεται δὲ Ἄλβας, ὡς Χάραξ.

Idem : Ἄρδεα, κατοικία τῆς Ἰταλίας. Στράβων πέμπτῃ (p. 228). Ἐκλήθη ἀπὸ ἑνὸς τῶν παίδων Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης. Αὕτη Τροία ἐλέγετο, ὡς Χάραξ. « Dionysius Hal. A. R. I, p. 43, testatur castra, sive χάρακα, quæ apud Laurentum in Italia primo posuit Æneas, *Trojam* ab eo fuisse appellatam. Unde nescio, an non ejus locum respexerit et male detruncaverit hic Stephanus. » HOLSTENIUS.

59.

Idem : Ἀλλόβρυγες, ἔθνος δυνατώτατον Γαλατικὸν, ὡς Ἀπολλόδωρος. Πολύβιος δὲ διὰ τοῦ ι αὐτοὺς καλεῖ Ἀλλόβριγας, Χάραξ δὲ διὰ τοῦ ο μικροῦ Ἀλλόβρογας· οἱ πλείους δὲ διὰ τοῦ υ.

---

sed apud antiquos urbs Persica per *e* literam scribitur, uti demonstrabitur. A Charace autem hæc quoque Syriæ urbs per *e* scribitur, quam etiam Epiphaniam vocatam esse dicunt.

Zariaspa sive Zariaspe, urbs Bactriana, quæ etiam Bactra vocabatur. Charax vero neutro genere τὰ Ζαρίασπα dicit.

52—53.

Camicus, urbs Siciliæ in qua Cocalus regnavit, ad quem Dædalus venit. Charax vero (de Dædalo ad Cocalum in Siciliam veniente loquens) pro Camico ponit Inycum.

Achradine, insula urbem habens ad Syracusas, quam Marcus Marcellus Romanorum dux obsidione cinxit. Est etiam Achradine pars Syracusarum. Charax eam et regionem et insulam dicit.

54.

Azilis, urbs Libyæ. Sallustius vero non urbem, sed locum et fluvium esse dicit. Nonnulli Azirim per *r* literam locum hunc vocant. Charax autem *Azirum* dicit.

55.

Trœzen, urbs Peloponnesi. Est etiam alia Trœzen in Massiliotica Italia (*Gallia*), quam Charax Trœzenidem regionem dicit.

56—58.

Aborigines, gens Italica, ut Juba in primo Romanæ historiæ : « Usque ad Troicum bellum antiquum Aboriginum nomen servarunt, deinde a Latino rege Latini nominati sunt. » Eadem etiam Charax.

Alba, urbs Italiæ, genitivo casu est Ἄλβας, ut Charax.

Ardea, Italiæ colonia. Strabo libro quinto. Nomen habet ab uno filiorum Ulyssis et Circes. Hæc olim Troja appellabatur, uti Charax auctor est.

59.

Allobryges, gens Gallica potentissima, ut Apollodorus. Polybius eos per *i* literam *Allobriges*, Charax vero per *o* breve *Allobroges* vocat.

SCRIPTORES BELLI PARTHICI

QUI APUD LUCIANUM IN LIBRO DE HISTORIA RECTE SCRIBENDA COMMEMORANTUR.

Creperius Calpurnianus Pompeiopolitanus (fr. 2). Callimorphus medicus (fr. 3). Antiochianus (fr. 13). Demetrius Sagalassensis (fr. 15). Anonymus Milesius (fr. 1). Anonymus Corinthius (fr. 12). Philosophus quidam stoicus (fr. 4). Alii Anonymi (fr. 5-11 et 14).

C. Hermannus in edit. libelli Luciani p. XIV : « Bellum Parthicum, quod a L. Vero Aug. per duces Avidium Cassium, Martium Verum et Statium Priscum intra quadriennium præclarissimis rebus gestis profligatum, tantas historicorum adulationes atque ineptias provocarat, ut temperare sibi Lucianus non posset, quominus acerba earum nugarum censura instituta, rectiores ejus rei tractandæ leges ex antiquorum exemplis depromptas adque sobriam et severam artis disciplinam accommodatas publice ad imitandum proponeret. Cujus belli et causas et eventus brevissime tradere constitui; pluribus, etiamsi per hujus præfationis angustias liceret, propter auctorum inopiam non possem. Nam quamlibet magnum fuisse numerum eorum, qui de eo scripserunt, nostro e libro apparet, imbecilliores tamen ad unum omnes fuisse videntur, quam ut ad nostra usque tempora durare possent; quorum ne nomina quidem, quotquot eorum tacere Lucianus maluit, novimus. Neque enim huc Iamblichus pertinet, de quo Photius cod. 94 agit (v. not. ad fr. 14); neque de Antiocho illud affirmare ausim, quem eo tempore historiam scripsisse narrat Philostratus in Vitis Sophist. II, 4, p. 570, neque de Arriano, cujus Parthica laudat Stephanus Byz. v. Ἐλέγεια, neque de Asinio Quadrato, quem Parthici belli scriptorem passim testem citant illarum rerum auctores. Παρθυηνικά libros suos scripserat, quo nomine aliquoties laudantur a Stephano Byzantio. Qui si idem fuit, quem historiam Romanam mille annorum usque ad Philippum Augustum quindecim libris Ionica dialecto scripsisse Suidas auctor est, respici sane a Luciano non potuit. Vixerunt præterea illa ætate Polyænus orator et Ælius Aristides rhetor, quorum ille in Strategematum Præf. lib. I et VI, hic præsertim in Sacris sermonibus (*), i. e. in somniis, illius belli mentionem injiciunt, neuter tamen ita, ut ad interiorem ejus notitiam profici quidquam inde possit. Quem autem copiosissime illud libro LXXI exposuisse consentaneum est Dionem Cassium, ejus e magno naufragio pauca tantum a Xiphilino fragmenta servata sunt. Neque ipse Lucianus alio loco ejus belli meminit, nisi quod *Pseudom.* c. 27 simulati illius Glyconis vaticiniis fretum Severianum Gallum Romanorum ducem Armeniam invasisse ait, quo cum exercitu ad internecionem cæso vana illius oracula reperta esse. Posteaquam enim Hadrianus Aug. vix imperium adeptus, omissis quæ Trajanus de Parthis ceperat, cum Vologeso II Parthorum rege pacem fecerat ita, ut Armenia sui juris esset, quæcunque præterea trans Euphratem essent, Parthorum ditioni accederent (Æl. Spart. V. Hadrian. c. 5) : per annos circiter XLIV tranquillus ab illa regione imperii status fuit. Sub mortem denique Antonini Pii Aug. quum Vologesus III Parthorum rex, qui a. 149 p. Chr. patri successerat (Tychsen. De numis vett. Pers. Comm. IV, p. 42), occupandæ Armeniæ consilia haud dubio prodidisset, missus ad firmandos sociorum animos Severianus cum legione ad Elegiam Armeniæ castellum ab Osroë, ut Lucianus nostro in libro c. 21, vel ut in *Pseudom. l. l.*, ab Othryade aliquo cæsus est. Ejusdem hæc nomina viri esse Solano placet; non tamen persuasit Reimaro, qui ad Dion. Cass. LXXI, 2, Othryadem quidem Parthorum ducem, Osroem autem regulum esse vult ex stirpe Arsacidarum Armeniæ a Parthis impositum, quo deinde pulso restitutum esse a Romanis Soænum ex Dionis fragmento apud Suidam (v. Μάρτιος) et Iamblichi loco ap. Phot. l. l. probabiliter Valesius collegit. Nam quum Vologesus ipse Syriam quoque, fugato Atidio Corneliano, qui eam tum administrabat (Jul. Capit. Vit. M. Anton. c. 8), hostili impetu cepisset, Lucius Verus Aug. ejus belli curam sibi imponi passus est. Qui etsi ipse nunquam ultra Euphratem processerit, plurimum autem temporis hiemem Laodiceæ, æstatem apud Daphnen, reliquam anni partem Antiochiæ in de-

(*) V. c. Serm. I, tom. I, p. 281 ed. Jebb. : Δωδεκάτῃ ἐδόκουν Ἀντωνῖνον τὸν αὐτοκράτορα τὸν πρεσβύτερον καὶ τὸν τῶν πολεμίων βασιλέα σπονδὰς καὶ φιλίαν ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους, προσιόντων δὲ τῶν περὶ Βολόγεσον φωνὴν εἶναι οὐκ ὀλίγην καὶ δοκεῖν αὐτοὺς ἑλληνίζειν κτλ.

liciis egerit (Jul. Cap. Vit. L. Veri c. 7), adeo tamen per legatos ejus strenue bellum administratum est, ut fugato ad Europum Parthorum exercitu, Avidius Cassius Vologesum a sociis desertum insecutus Babylonem usque perveniret, mox Seleucia, quia fidem Romanis datam non servasset, direpta et incensa, in Mediam quoque penetraret et Ctesiphontem Vologesi regiam solo æquaret; Statius Priscus autem captis Artaxatis Armeniam vindicaret (Jul. Cap. M. Anton. c. 9). Regem Armenis datum numi testantur (Patin. Imp. Rom. Num. p. 204; Beger. p. 77); quem Soæmum fuisse videri modo indicavi. L. Verus Aug. triumphans Romam rediit. Imperatorum utrique et Armeniaci et Parthici nomen ob id bellum delatum est. Quod quum statim ab initio imperii M. Antonini L. Veri Augg. per quadriennium gestum sit, integros annos 162–165 occupasse videtur; quod si nostrum libellum sub ipsum belli exitum scriptum esse supra (*) comprobavimus, ipso a. p. Chr. 165, U. c. 918 scriptum consentaneum est, quo tempore Lucianus, si circiter a. p. Chr. 120 natum esse statuimus, quadragesimum quintum ætatis annum maxime agebat. »

Cap. 1–13 Lucianus in universum agit de historiæ conscribendæ fine et consilio, quod a plerisque illius ævi historicis perperam considerari intellexisset. Quibus absolutis, ad peccata in ipsa rei tractatione fere commissa singularibus quibusdam exemplis illustranda transit, et ita quidem, ut primum agat de prava et servili veterum scriptorum æmulatione doctrinæque ostentandæ studio (c. 14–19), deinde de propriis quorundam vitiis in dictione vel dispositione conspicuis disserat (c. 20–23), postremo omnium gravissime perstringat eos qui in ipsa inventione rerumque gestarum expositione vel negligentia vel inepto delectu vel tumida jactatione mendaciisque peccavissent.

(*) Scilicet pag. XIII Hermannus monet Lucianum jam novisse quidem belli Parthici exitum victosque in ipsa Media hostes (c. 30), nondum tamen, quo tempore librum scriberet, rediisse legiones nec triumphum actum esse (c. 31, fr. 14). Ibidem postquam demonstravit Lucianum rem suam non ita usquequaque pertractasse, nec tam perpolitum libellum esse, ut elegantissimi viri ingenium ubique agnoscas, addit hæc : « Nec mihi quidem dubium est, quin aliquanto majoris operis ipse ab initio consilium animo susceperit, mox sive amicorum impatientia victus, affectum librum, non perpolitum in vulgus ediderit; nisi fortasse eam festinationis causam fuisse existimas, quod metuerit, ne si diutius in illo negotio desudaret, eorum, quibus in priori opusculi parte perstringendis tanto cum studio immoratus esset, historiæ, quæ earum imbecillitas esset, ut flores vere nati, antequam edere librum suum posset, evanescerent. »

ΑΝΩΝΥΜΟΣ ΜΙΛΗΣΙΟΣ.

1.

Lucianus Quom. hist. conscrib. c. 14, p. 260 ed. Didot. : Ἐγὼ δ' οὖν καὶ διηγήσομαι ὁπόσα μέμνημαι ἔναγχος ἐν Ἰωνίᾳ συγγραφέων τινῶν, καὶ νὴ Δία ἐν Ἀχαΐᾳ πρώην ἀκούσας τὸν αὐτὸν τοῦτον πόλεμον διηγουμένων· καὶ πρὸς Χαρίτων μηδεὶς ἀπιστήσῃ τοῖς λεχθησομένοις· ἔτι γὰρ ἀληθῆ ἐστι κἂν ἐπωμοσάμην, εἰ ἀστεῖον ἦν ὅρκον ἐντιθέναι συγγράμματι. Εἷς μέν τις αὐτῶν ἀπὸ Μουσῶν εὐθὺς ἤρξατο παρακαλῶν τὰς θεὰς συνεφάψασθαι τοῦ συγγράμματος. Ὁρᾷς ὡς ἐμμελὴς ἡ ἀρχὴ καὶ περὶ πόδα τῇ ἱστορίᾳ καὶ τῷ τοιούτῳ εἴδει τῶν λόγων πρέπουσα; Εἶτα μικρὸν ὑποβὰς Ἀχιλλεῖ μὲν τὸν ἡμέτερον ἄρχοντα εἴκαζε, Θερσίτῃ δὲ τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, οὐκ εἰδὼς ὅτι ὁ Ἀχιλλεὺς ἀμείνων ἦν αὐτῷ, εἰ Ἕκτορα μᾶλλον ἢ Θερσίτην καθῄρει, καὶ εἰ πρόσθεν μὲν ἔφευγεν ἰσθλός τις,

ἐΐσκε δέ μιν μέγ' ἀμείνων.

Εἶτ' ἐπῆγεν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκώμιον, καὶ ὡς ἄξιος εἴη συγγράψαι τὰς πράξεις οὕτω λαμπρὰς οὔσας. Ἤδη δὲ κατιὼν ἐπῄνει καὶ τὴν πατρίδα τὴν Μίλητον, προστιθεὶς ὡς ἄμεινον ποιοῖ τοῦτο τοῦ Ὁμήρου μηδὲν μνησθέντος τῆς πατρίδος. Εἶτ' ἐπὶ τέλει τοῦ προοιμίου ὑπισχνεῖτο διαρρήδην καὶ σαφῶς, ἐπὶ μεῖζον μὲν ἀρεῖν τὰ ἡμέτερα, τοὺς βαρβάρους δὲ καταπολεμήσειν καὶ αὐτὸς, ὡς ἂν δύνηται· καὶ ἤρξατό γε τῆς ἱστορίας οὕτως, αἴτια ἅμα τῆς τοῦ πολέμου ἀρχῆς διεξιών· « Ὁ γὰρ

ANONYMUS MILESIUS.

1.

Jam equidem narrabo quæ memini nuperrime in Ionia ex historicis quibusdam, et mehercule in Achaia quoque, non ita pridem audire idem hoc bellum narratione persequentibus. Et per ego vos Gratias obsecro, nemo his quæ dicentur fidem deroget : vera enim esse dejerare etiam possim, si urbanum esset jusjurandum scripto interponere. Unus quidem illorum aliquis a Musis etiam initium fecit, precatus deas, ut manum scriptioni secum admoveant. Viden' quam concinnum principium et apte conveniens historiæ, quodque tale orationis genus deceret? Tum paullum progressus Achilli quidem nostrum principem (*L. Verum*) comparabat, Thersitæ autem regem Persarum, ignarus tanto sibi præstantiorem futurum fuisse Achillem, si Hectorem potius quam Thersiten interemisset, et si ante quidem fugisset fortis aliquis, hunc autem « *egisset multum præstantior alter.* » Deinde subjunxit de se ipso encomium quoddam, quamque dignus sit scriptor claris adeo rebus gestis. Jam vero progressus Miletum laudabat patriam suam, subjiciens melius hac in re facere se quam Homerum, qui mentionem patriæ nusquam injecerit. Deinde in fine proœmii pollicetur disertis verbis et clare, se elaturum in majus res nostras, barbaros autem, quantum in se esset,

μιαρώτατος καὶ κάκιστα ἀπολούμενος Οὐολόγεσος ἤρξατο πολεμεῖν δι' αἰτίαν τοιάνδε. »

Καὶ νὴ Δία ἐν Ἀχ.] Sensus : Ionum loquacitati multa ignoscas ; at a Græciæ hominibus, qui ad Atticorum exemplum se componere solent, monstra ista historiarum, quæ in seqq. nobis ostendit Lucianus, proficisci potuisse jure mireris. Ceterum innuit Lucianus Historias Corinthii, de quo v. fr. 12. — Ἄμεινον... τοῦ Ὁμήρου] Contra in hoc quoque Homerum imitandum duxit Cephalion Musarum auctor (v. supra). — Αἴτια ἅμα κτλ.] « Ad Herodoti videlicet Thucydidisve exemplum, quorum ille : τά τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι, hic autem (I, 23) : διότι δ' ἔλυσαν, τὰς αἰτίας ἔγραψα πρῶτον. » Hermann.

ΚΡΕΠΕΡΗΙΟΣ ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΑΝΟΣ ΠΟΜΠΗΙΟΥΠΟΛΙΤΗΣ.

2.

Idem c. 15 : Οὗτος μὲν τοιαῦτα. Ἕτερος δὲ Θουκυδίδου ζηλωτὴς ἄκρος, οἷος εὖ μάλα τῷ ἀρχετύπῳ εἰκασμένος, καὶ τὴν ἀρχὴν ὡς ἐκεῖνος σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἤρξατο, χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν καὶ θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν. Ὅρα γάρ· « Κρεπέρηος Καλπουρνιανὸς Πομπηιουπολίτης ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Παρθυαίων καὶ Ῥωμαίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς ξυνισταμένου. » Ὥστε μετά γε τοιαύτην ἀρχὴν τί ἄν σοι τὰ λοιπὰ λέγοιμι, ὁποῖα ἐν Ἀρμενίᾳ ἐδημηγόρησε τὸν Κερκυραῖον αὐτὸν ῥήτορα παραστησάμενος, ἢ οἷον Νισιβηνοῖς λοιμὸν τοῖς μὴ τὰ Ῥωμαίων αἱρουμένοις ἐπήγαγε παρὰ Θουκυδίδου χρησάμενος ὅλον ἄρδην πλὴν μόνου τοῦ Πελασγικοῦ καὶ τῶν τειχῶν τῶν μακρῶν, ἐν οἷς οἱ τότε λοιμώξαντες ᾤκησαν; Τὰ δ' ἄλλα καὶ ἀπὸ Αἰθιοπίας ἤρξατο, ὥστε καὶ ἐς Αἴγυπτον κατέβη καὶ ἐς τὴν βασιλέως γῆν τὴν πολλήν, καὶ ἐν ἐκείνῃ γε ἔμεινεν εὖ ποιῶν. Ἐγὼ γοῦν θάπτοντα ἔτι αὐτὸν καταλιπὼν τοὺς ἀθλίους Ἀθηναίους ἐν Νισίβι ἀπῆλθον ἀκριβῶς εἰδὼς καὶ ὅσα ἀπελθόντος ἐρεῖν ἔμελλε. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἐπεικῶς πολὺ νῦν ἐστι, τὸ οἴεσθαι τοῦτ' εἶναι τοῖς Θουκυδίδου ἐοικότα λέγειν, εἰ ὀλίγον ἐντρέψας τὰ αὐτοῦ ἐκείνου λέγοι τις, [μικρὰ κἀκεῖνα, ὅπως καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, οὐ δι' αὐτὴν * ἴδια]. Κἀκεῖνο ὀλίγου δεῖν παρέλιπον· ὁ γὰρ αὐτὸς οὗτος συγγραφεὺς πολλὰ καὶ τῶν ὅπλων καὶ τῶν μηχανημάτων, ὡς Ῥωμαῖοι αὐτὰ ὀνομάζουσιν, οὕτως ἀνέγραψε, καὶ τάφρον ὡς ἐκεῖνοι καὶ γέφυραν καὶ τὰ τοιαῦτα. Καί μοι ἐννόησον ἡλίκον τὸ ἀξίωμα τῆς ἱστορίας καὶ ὡς Θουκυδίδῃ πρέπον, μεταξὺ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων τὰ Ἰταλιωτικὰ ταῦτα ἐγκεῖσθαι, ὥσπερ τὴν πορφύραν ἐπικοσμοῦντα καὶ ἐμπρέποντα καὶ πάντως συνάδοντα.

Κρέπερηος κτλ.] Thucyd. init. : Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου. *Pompeiopolis*, scriptoris patria, num Cappadociæ fuerit urbs an altera ejusdem nominis in Cilicia haud liquet. — Τὸν Κορκυραῖον αὐτὸν κτλ.] « Iisdem fere verbis, quibus apud Thucydidem I, 32 sqq., Corcyræorum orator ad populum Atheniensem utitur, illum in Armenia concionatorem quendam disserentem commentum esse ait. Et Solano quidem *Armenium* oratorem videtur indicare, qui a Romanis auxilium iisdem verbis peteret, quibus Corcyræi ap. Thuc. ab Atheniensibus petunt. Equidem *Parthicum* potius crediderim oratorem, qui regulum Armenum iisdem verbis ad fœdus ineundum sollicitaret, contra ad Corin-

---

bello et ipsum oppressurum : atque incipiebat hoc modo historiam : « *Impurissimus enim ille et pessimis exemplis periturus Vologesus bellare cœpit propter causam ejusmodi.* »

CREPEREIUS CALPURNIANUS POMPEIOPOLITANUS.

2.

Hic quidem talia. Alius vero Thucydidis æmulus absolutissimus scilicet et quammaxime ad archetypi sui similitudinem compositus, initium itidem ut ille a suo nomine fecit, elegantissimum omnium exordium, et quod thymum Atticum redoleat. Ecce enim : « *Crepereius Calpurnianus Pompeiopolitanus descripsit bellum Parthorum et Romanorum, ut inter se pugnarunt; initio facto ab eo tempore, quo conflatum est.* » Et post tale exordium quid reliqua tibi dicam, quales in Armenia conciones habuerit, in medio producto ipso illo Corcyræorum oratore, aut qualem Nisibenis, quod Romanas partes non essent secuti, pestilentiam immiserit, sumptam mutuo confertim totam a Thucydide, excepto solo Pelasgico et longis mœnibus, in quibus habitarant tum pestilentia correpti? Ceterum et ipsa inceperat ab Æthiopia, ita ut deinde in Ægyptum descenderet, et in regis terras plurimas, et bonum factum, quod in illis mansit. Equidem sepelientem illum in Nisibi miseros Athenienses relinquens discessi, quum accurate nossem, quæ etiam post meum discessum dicturus esset. Nam rursus hoc etiam valde frequens nunc est, ut putent hoc esse Thucydideis similia dicere, si quis paucis immutatis ipsa illius verba proferat [minuta et illa, ut ipse quoque dixeris, non... propria]. Illud parum aberat quin omitterem : idem enim hic scriptor multa etiam armorum et machinarum genera, ut Romani illa nominant, ita in scriptum retulit, fossam ut illi, et pontem et similia latine dicens, non græce. Et cogita mihi, quæ sit historiæ illius dignitas, et quam deceat Thucydidem, inter Attica nomina Italica ista interposita esse, quæ prætextæ instar purpuræ ornatum addant et decus, omninoque cum illis consentiant.

thiorum exemplum concionantem Romanum, qui id fœdus quominus fieret, impedire studeret. » Hermann. — Λοιμὸν κτλ.] « Et has quidem conciones fictas ab isto esse, dubium esse nequit. Pestilentiam autem hoc bellum cum illo, quod Thucydides descripserat, revera communem habuit, quanquam longe diverso et ortu et incremento, adeo ut ad describendam eam minime verbis Thucydideis uti aliquis posset. Neque enim, ut illa ap. Thuc. II, 48, in Æthiopia nata est, sed in Babylonia, ut ait Jul. Capitol. Vit. Veri c. 8, ubi in templo Apollinis ex arcula aurea, in quam miles forte incidisset, spiritum pestilentem evasisse atque inde Parthos orbemque implesse dicit. Neque inter Parthorum fines constitit, sed Romam usque pertinuit, perque totum orbem Romanum tanta cum vehementia grassata est, ut vehiculis cadavera sint exportata sarracisque, et multa hominum millia eo morbo consumerentur et multi ex proceribus, quod e Jul. Capit. Vit. M. Antonin. c. 13 et Lucian. Pseudom. c. 36 bene Solanus observavit. Quodsi quis scripta hæc esse existimet ante luem illam latius propagatam, ut quam L. Verus demum in eas provincias, per quas redierit, secum deferre visus sit, haud sane is inepte statuat, præsertim quum hunc ipsum libellum ante belli exitum a Nostro conscriptum esse e cap. 31 constet; præferenda tamen esse videtur Solani sententia, ironicas gratias historico illi Lucianum agere, qui pestilentiam, quæ jamjam Romanorum quoque imperium invadere cœpisset, intra hostium fines subsistere jusserit, quasi eo facto et ipsa vis mali inhiberi potuisset. — *Nisibin*, Mygdoniæ, Mesopotamiæ partis, caput, Tigridi propinquam, quum a Trajano expugnata esset, mox rursum defecisse iterumque a Lusio captam esse, Dio Cassius LXVIII, 23, 30 narrat; præterea de fide ipsorum adversus Romanos nihil constat. Inde a Veri tamen ævo in Romanorum potestate eam mansisse, recte inde colligere videtur Mannertus (*Geogr.* V, 2, p. 296), quod postea a Severo munita magnoque honore est affecta (Dio Cass. LXXV, 3). » Herm.

ΚΑΛΛΙΜΟΡΦΟΣ ΙΑΤΡΟΣ.

3.

Idem c. 16 : Ἄλλος δέ τις αὐτῶν ὑπόμνημα τῶν γεγονότων γυμνὸν συναγαγὼν ἐν γραφῇ κομιδῇ πεζὸν καὶ χαμαιπετές, οἷον καὶ στρατιώτης ἄν τις τὰ καθ' ἡμέραν ἀπογραφόμενος συνέθηκεν ἢ τέκτων ἢ κάπηλός τις συμπερινοστῶν τῇ στρατιᾷ. Πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα ὄῆλος ὢν οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαρίεντι καὶ ξυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι προπεπονηκώς. Τοῦτο μόνον ἠτιασάμην αὐτοῦ, ὅτι οὕτως ἐπέγραψε τὰ βιβλία τραγικώτερον ἢ κατὰ τὴν τῶν συγγραμμάτων τύχην· « Καλλιμόρφου ἰατροῦ τῆς τῶν κοντοφόρων ἕκτης ἱστοριῶν Παρθικῶν » καὶ ὑπεγέγραπτο ἑκάστῃ ὁ ἀριθμός· καὶ νὴ Δία καὶ τὸ προοίμιον ὑπέρψυχρον ἐποίησεν οὕτως συναγαγών· οἰκεῖον εἶναι ἰατρῷ ἱστορίαν συγγράφειν, εἴ γε ὁ Ἀσκληπιὸς μὲν Ἀπόλλωνος υἱὸς, Ἀπόλλων δὲ Μουσηγέτης καὶ πάσης παιδείας ἄρχων· καὶ ὅτι ἀρξάμενος ἐν τῇ Ἰάδι γράφειν οὐκ οἶδα ὅ τι δόξαν αὐτίκα μάλα ἐπὶ τὴν κοινὴν μετῆλθεν, ἰητρείην μὲν λέγων καὶ πείρην καὶ ὁκόσα καὶ νοῦσοι, τὰ δ' ἄλλα ὁμοδίαιτα τοῖς πολλοῖς καὶ τὰ πλεῖστα οἷα ἐκ τριόδου.

Καλλιμόρφου] Idem nomen in Inscript. Aphrodisiensi ap. Bœckh. C. I. II, p. 526.

ΑΝΩΝΥΜΟΙ.

4.

Idem c. 17 : Εἰ δέ με δεῖ καὶ σοφοῦ ἀνδρὸς μνησθῆναι, τὸ μὲν ὄνομα ἐν ἀφανεῖ κείσθω, τὴν γνώμην δὲ ἐρῶ καὶ τὰ πρώην ἐν Κορίνθῳ συγγράμματα, κρείττω πάσης ἐλπίδος· ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ προοιμίου περιόδῳ συνηρώτησε τοὺς ἀνα-

---

CALLIMORPHUS MEDICUS.

3.

Alius quidam ex illo numero commentarium eorum quæ gesta fuerant nudum scripto congessit, pedestrem valde et humilem, qualem etiam miles, quæ fiunt quotidie literis mandans, composuisset, faberve aut caupo aliquis circummigrans cum exercitu. Verum enimvero tolerabilior sane hic indoctus erat, ipse quidem statim qualis esset manifestus, sed qui alii venusto homini et tractandæ historiæ perito laborem præcepisset. Illud solum in eo reprehendi, quod ita inscripserat libros suos tumidius quam consentaneum esset libelli conditioni : « *Callimorphi, medici sextæ contatorum, historiarum Parthicarum* » et subscriptus erat uniuscujusque libri numerus. Etiam, me Juppiter, procœmium supra modum insulsum fecit, hac ratione concludens : familiare esse medico scribere historiam, siquidem Æsculapius ipse sit Apollinis filius, Apollo autem musageta et eruditionis omnis princeps. Postremo etiam illud reprehendi, quod quum incepisset Ionica consuetudine scribere, nescio quo consilio ad communem subito transiit, primum ἰητρείην dicens et πείρην et ὁκόσα et νοῦσοι, reliqua vero qualia in usu multitudinis sunt et pleraque quasi e trivio petita.

ANONYMI.

4.

Si vero me oportet sapientis etiam viri mentionem facere, nomen quidem illius in obscuro jaceat; dicam vero consilium et libros nuper Corinthi editos, exspectatione omni præstantiores. In principio enim, statim prima procœmii pe-

γιγνώσκοντας λόγον πάνσοφον δεῖξαι σπεύδων, ὡς μόνῳ ἂν τῷ σοφῷ πρέποι ἱστορίαν συγγράφειν. Εἶτα μετὰ μικρὸν ἄλλος συλλογισμός, εἶτα ἄλλος· καὶ ὅλως ἐν ἅπαντι σχήματι συνηρώτητο αὐτῷ τὸ προοίμιον. Τὸ τῆς κολακείας ἐς κόρον, καὶ τὰ ἐγκώμια φορτικὰ καὶ κομιδῇ βωμολοχικά, οὐκ ἀσυλλόγιστα μέντοι, ἀλλὰ συνηρωτημένα κἀκεῖνα. Καὶ μὴν κἀκεῖνο φορτικὸν ἔδοξέ μοι καὶ σοφῷ ἀνδρὶ καὶ πώγωνι πολιῷ καὶ βαθεῖ πρέπον, τὸ ἐν τῷ προοιμίῳ εἰπεῖν ὡς ἐξαίρετον τοῦτο ἕξει ὁ ἡμέτερος ἄρχων, οὗ γε τὰς πράξεις καὶ φιλόσοφοι ἤδη συγγράφειν ἀξιοῦσι· τὸ γὰρ τοιοῦτον, εἴπερ ἄρα, ἡμῖν ἔδει καταλιπεῖν λογίζεσθαι ἢ αὐτὸν εἰπεῖν.

Ὄνομα ἐν ἀφανεῖ κείσθω] *Hermann.* : « Vix me aberrare a vero arbitror, hunc philosophum si eundem esse credam cum illo, cujus in *Eunucho* quoque c. 10 silentio prætereundum esse nomen censuit; quem scilicet, sive ob reliquas ejus ingenii dotes, sive quod is magna apud proceres quosdam fama et auctoritate polleret, notare in vulgus Lucianus nollet. » Stoicum esse patet.

5.

Idem c. 18 : Καὶ μὴν οὐδ' ἐκείνου ὅσιον ἀμνημονῆσαι, ὃς τοιάνδε ἀρχὴν ἦρξατο· « Ἔρχομαι ἐρέων περὶ Ῥωμαίων καὶ Περσέων », καὶ μικρὸν ὕστερον· « ἔδεε γὰρ Πέρσῃσι γενέσθαι κακῶς », καὶ πάλιν· « ἦν Ὄσρόης, τὸν οἱ Ἕλληνες Ὀξυρόην ὀνυμέουσι, » καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα. Ὁρᾷς; ὅμοιος αὐτὸς ἐκείνῳ, παρ' ὅσον ὁ μὲν Θουκυδίδῃ, οὗτος δὲ Ἡροδότῳ εὖ μάλα ἐῴκει.

6.

Idem c. 19 : Ἄλλος τις ἀοίδιμος ἐπὶ λόγων δυνάμει Θουκυδίδῃ καὶ αὐτὸς ὅμοιος ἢ ὀλίγῳ ἀμείνων αὐτοῦ, πάσας πόλεις καὶ πάντα ὄρη καὶ πεδία καὶ ποταμοὺς ὁρμηνευσας πρὸς τὸ σαφέστατον καὶ ἰσχυρότατον, ὡς ᾤετο· τὸ δὲ ἐς ἐχθρῶν κεφαλὰς ὁ ἀλεξίκακος τρέψειε· τοσαύτη ψυχρότης ἐνῆν ὑπὲρ τὴν Κασπίαν χιόνα καὶ τὸν κρύσταλλον τὸν Κελτικόν. Ἡ γοῦν ἀσπὶς ἡ τοῦ αὐτοκράτορας ὅλῳ βιβλίῳ μόγις ἐξηρμηνεύθη αὐτῷ, καὶ Γοργὼν ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῆς ἐκ κυανοῦ καὶ λευκοῦ καὶ μέλανος καὶ ζώνη ἰριοειδὴς καὶ δράκοντες ἑλικηδὸν καὶ βοστρυχηδόν. Ἡ μὲν γὰρ Οὐολογέσου ἀναξυρὶς ἢ ὁ χαλινὸς τοῦ ἵππου, Ἡράκλεις, ὅσαι μυριάδες ἐπῶν ἕκαστον τούτων, καὶ οἷα ἦν ἡ Ὀσρόου κόμη, διανέοντος τὸν Τίγρητα, καὶ ἐς οἷον ἄντρον κατέφυγε, κιττοῦ καὶ μυρρίνης καὶ δάφνης ἐς ταὐτὸ συμπεφυκότων καὶ σύσκιον ἀκριβῶς ποιούντων αὐτό. Σκόπει ὡς ἀναγκαῖα τῇ ἱστορίᾳ ταῦτα, ὧν ἄνευ οὐκ ἂν ἤδειμέν τι τῶν ἐκεῖ πραχθέντων.

20. Ὑπὸ γὰρ ἀσθενείας τῆς ἐν τοῖς χρησίμοις ἢ ἀγνοίας τῶν λεκτέων ἐπὶ τὰς τοιαύτας τῶν χωρίων καὶ ἄντρων ἐκφράσεις τρέπονται, καὶ ὁπόταν ἐς πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα ἐμπέσωσιν, ἐοίκασιν οἰκέτῃ νεοπλούτῳ, ἄρτι κληρονομήσαντι τοῦ δεσπότου, ὃς οὔτε τὴν ἐσθῆτα οἶδεν ὡς χρὴ περιβαλέσθαι οὔτε δειπνῆσαι κατὰ νόμον, ἀλλ' ἐμπηδήσας, πολλάκις ὀρνίθων καὶ συείων καὶ λαγῴων προκειμένων, ὑπερεμπίπλαται ἔτνους τινὸς ἢ ταρίχους, ἔστ' ἂν διαρραγῇ ἐσθίων. Οὗτος δ' οὖν, ὃν προεῖπον, καὶ τραύματα συνέγραψε

---

riodo, interrogatione aggressus est lectores suos, studuitque sapientissimam rationem ostendere, solum nempe sapientem decere historiam scribere. Deinde paullo post alius syllogismus, mox alius; omne denique exordium per quæstiones syllogisticas in omni figura digestum erat. Adulationi usque ad nauseam studuerat; laudes importunæ qualesque ne scurram quidem decerent; quanquam ne illæ quidem syllogismis expertes, sed ad argumentandi concludendique leges rite et ipsæ compositæ. Verum illud quoque putidissimum mihi visum est, et quod minime decuerit philosophum barbamque canam et promissam, quod in exordio eximium illud principi nostro accidisse dixit, quod res ejus gestas jam philosophi quoque conscribere dignarentur. Tale quid enim, si modo vere dici potuit, nobis potius existimandum relinquere quam ipsum dicere oportebat.

5.

Neque illius immemorem esse fas sit, qui tali initio usus est : *Venio dicturus de Romanis et Persis*, et paullo post : *Debebat enim Persis male evenire*, et rursus : *Erat Osroes, quem Græci Oxyrhoen vocitant*, et alia id genus multa. Viden'? simillimus hic illi (de quo secundo loco dictum est); nisi quod is Thucydidem, hic autem Herodotum quammaxime referebat.

6.

Alius, qui fama celebratus esset ob dicendi peritiam, Thucydidi et ipse vel par vel paullo superior, oppida omnia omnesque montes, campos, fluvios descripserat accuratissime et gravissime, ut sibi quidem videbatur; id vero hostium in capita Averruncus convertat! tantum inerat frigus Caspica nive et glacie Celtica vehementius. Sic clypei *Veri* Imperatoris descriptionem uno volumine vix absolverat, qualis Gorgo in umbilico, ejusque oculi e cæruleo et albo nigroque compositi, balteus autem iridis colore insignis draconesque per spiras et cincinnos intorti. Vologesi autem *Parthorum regis* braccæ equive frenum, Hercules quot versuum millia illorum unumquodque occupavit! et quales visi sint Osrois capilli, quum Tigrin ille transnataret, et in quale specus confugerit hedera myrtoque et lauro obsitum, quæ quum in unum coaluissent, umbram illi densissimam inducerent. Jam mihi vide, quam illa historiæ necessaria; quæ nisi accuratissime descriptæ essent, nihil quidquam nossemus eorum quæ illic gesta sunt.

Nam quum imbecilliores sint, quam ut utilia recte tractare queant, nec ea quæ oporteat dici, norint, ad ejusmodi sese situum antrorumque descriptiones convertunt. Qui si quando in magnas res multas repente inciderunt, similes se præstant servo, ad quem modo hereditas a domino rediit, divitiarum adhuc insueto, qui nec vestem novit quemadmodum injicere oporteat, nec cibum scit capere rite et ex ordine, sed sæpe, relictis, si quæ appositæ sunt alites carnesque suillæ vel leporinæ, in pulmentum aliquod

πάνυ ἀπίθανα καὶ θανάτους ἀλλοκότους, ὡς εἰς δάκτυλον τοῦ ποδὸς τὸν μέγαν τρωθείς τις αὐτίκα ἐτελεύτησε, καὶ ὡς ἐμβοήσαντος μόνον Πρίσκου τοῦ στρατηγοῦ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι τῶν πολεμίων ἐξέθανον. Ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ τῶν νεκρῶν ἀριθμῷ, τοῦτο μὲν καὶ παρὰ τὰ γεγραμμένα ἐν ταῖς τῶν ἀρχόντων ἐπιστολαῖς ἐψεύσατο· ἐπὶ γὰρ Εὐρώπῳ τῶν μὲν πολεμίων ἀποθανεῖν μυριάδας ἑπτὰ καὶ τριάκοντα καὶ ἓξ πρὸς τοῖς διακοσίοις, Ῥωμαίων δὲ μόνους δύο, καὶ τραυματίας γενέσθαι ἐννέα. Ταῦτα οὐκ οἶδα εἴ τις ἂν εὖ φρονῶν ἀνάσχοιτο.

Πρίσκου] Intellige Statium Priscum, L. Veri legatum, per quem res in Armenia prospere gestæ et bellum Parthicum confectum. Jul. Capitol. Vit. M. Aurel. c. 9, et L. Veri c. 7.

7.

21. Καὶ μὴν κἀκεῖνο λεκτέον, οὐ μικρὸν ὄν· ὑπὸ γὰρ τοῦ κομιδῇ Ἀττικὸς εἶναι καὶ ἀποκεκαθάρθαι τὴν φωνὴν ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἠξίωσεν οὗτος καὶ τὰ ὀνόματα μεταποιῆσαι τὰ Ῥωμαίων καὶ μετεγγράψαι ἐς τὸ Ἑλληνικόν, ὡς Κρόνιον μὲν Σατουρνῖνον λέγειν, Φρόντιν δὲ τὸν Φρόντωνα, Τιτάνιον δὲ τὸν Τιτιανόν, καὶ ἄλλα πολλῷ γελοιότερα. Ἔτι ὁ αὐτὸς οὗτος περὶ τῆς Σευηριανοῦ τελευτῆς ἔγραψεν ὡς οἱ μὲν ἄλλοι ἅπαντες ἐξηπάτηνται οἰόμενοι ξίφει τεθνάναι αὐτὸν, ἀποθάνοι δὲ ὁ ἀνὴρ σιτίων ἀποσχόμενος· τοῦτον γὰρ αὐτῷ ἀλυπότατον δόξαι τὸν θάνατον· οὐκ εἰδὼς ὅτι τὸ μὲν πάθος ἐκεῖνο πᾶν τριῶν, οἶμαι, ἡμερῶν ἐγένετο, ἀπόσιτοι δὲ καὶ ἐς ἑβδόμην διαρκοῦσιν οἱ πολλοί, ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦθ' ὑπολάβοι τις, ὡς Ὀσρόης τις εἱστήκει περιμένων, ἕστ' ἂν Σευηριανὸς λιμῷ ἀπόληται, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπῆγε διὰ τῆς ἑβδόμης.

Σευηριανοῦ τελευτῆς] « Sua se manu occidisse Severianum, quum ad Elegiam Armeniæ castellum ab Osroe Parthorum duce in angustias compulsus esset, mox e cap. 25 et 26 apparebit; idque vel ex hostibus comperiri potuit; de genere tantum mortis, quum pauci vel nulli superstites illi cladi essent, parum inter scriptores constitisse videtur. A Parthis occisum non credam; nam quod Dio Cass. LXXI, 2 legionem cum ipso duce sagittis confectam deletamque esse narrat, de necessitate potius quam de genere leti intelligendum arbitror. » Herm.

8.

22. Τοὺς δὲ καὶ ποιητικοῖς ὀνόμασιν ἐν ἱστορίᾳ χρωμένους ποῦ ἄν τις θείη; τοὺς λέγοντας « ἐλέλιξε μὲν ἡ μηχανὴ, τὸ τεῖχος δὲ πεσὸν μεγάλως ἐδούπησε », καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς καλῆς ἱστορίας· « Ἐδέσσα μὲν δὴ οὕτω τοῖς ὅπλοις περιεσμαραγεῖτο καὶ ὄτοβος ἦν καὶ κόναβος ἅπαντα ἐκεῖνα, » καὶ « ὁ στρατηγὸς ἐμερμήριζεν ᾧ τρόπῳ μάλιστα προσαγάγοι πρὸς τὸ τεῖχος ». Εἶτα μεταξὺ οὕτως εὐτελῆ ὀνόματα καὶ δημοτικὰ καὶ πτωχικὰ πολλὰ παρενεβέβυστο, τὸ « ἐπέστειλεν ὁ στρατοπεδάρχης τῷ κυρίῳ, » καὶ « οἱ στρατιῶται ἠγόραζον τὰ ἐγχρήζοντα, » καὶ « ἤδη λελουμένοι περὶ αὐτοὺς ἐγίγνοντο », καὶ τὰ τοιαῦτα· ὥστε τὸ πρᾶγμα ἐοικὸς εἶναι τραγῳδῷ τὸν ἕτερον μὲν πόδα ἐπ' ἐμβάτου ὑψηλοῦ βεβηκότι, θατέρῳ δὲ σάνδαλον ὑποδεδεμένῳ.

Subjungit Lucianus (c. 23) aliud incongruentiæ in scriptis historicis obviæ exemplum. Nonnullos etiam esse ait, qui exordia splendida tragicique fastus plena et ultra modum longa conscribant,

---

salsamentumque irruit eoque se opplet, donec rumpatur edendo. Et is quidem, de quo modo dixi, vulnera quoque conscripsit omnino incredibilia mortisque genera prorsus absona: unum aliquem, vulnere in pedis pollice accepto, extemplo exspirasse; et ubi clamorem tantum Priscus dux sustulisset, viginti septem ex hostium numero in animi deliquium incidisse. Præterea autem mortuorum quidem in numero ea quoque quæ imperatorum in literis conscribi solent, mentiendo superavit. In prœlio enim ad Europum hostium interfectos esse ait trecenta septuaginta millia ducentos sex; Romanorum autem tantummodo duos, vulneratosque esse novem. Hæc nescio an sana mente præditus quisquam tolerare possit.

7.

Neque vero illud silentio prætereundum est, non exigui res momenti. Nam qui ipse quam maxime Atticus esset sermoneque uteretur purissimo et ab omni vitio remoto, Romanorum quoque nomina Attica facere in Græcasque convertere formas haud dedignatus est: adeo ut *Cronium* diceret Saturninum, *Phrontin* autem Frontonem, *Titanium* qui Titianus esset, et reliqua multo etiam risu digniora. Præterea idem ille de Severiani obitu scripsit reliquos omnes deceptos esse, qui gladio eum occubuisse arbitrarentur; mortuum autem esse inedia; hoc enim illi mortis genus omnium maxime doloris expers visum; ignorans totius illius calamitatis tempus trium fere dierum spatio contineri, qui autem inedia mori constituerint, plerumque vel ad septimum usque diem vitam ducere: nisi quis illud scilicet sibi persuaserit, stetisse Osroen exspectantem donec inedia Severianus consumeretur, ideoque per septem dies signa inferre noluisse.

8.

Illos autem quonam quis loco habeat, qui poeticis adeo verbis utuntur in historia? qui dicunt: *Tremefecit mœnia tormentum, et illa ingenti cum fragore conciderunt*; et rursum in alio bellæ historiæ loco: *Jam igitur Edessa armorum sonitu circumstrepebatur, eratque stridor fremorque ista omnia*, et: *Dux versat sub pectore curas, qua maxime ratione ad muros accedat.* Tum vero hæc inter ipsa media inculcata erant multa hujusmodi vocabula exilia et vulgaria, quæque e mendicorum consuetudine hausta putares, ut v. c. *Tribunus militum domino nostro per literas nuntiavit*, et: *Mercabantur milites quæ ad victum necessaria essent*, et: *Jamque loti quum essent, ad illos se converterunt*, eoque de genere alia; ut similis res esset tragœdo, qui altero quidem pede alto cothurno nitatur, alterum autem sandalio devinctum gerat.

adeo ut sanequam mira te in sequentibus auditurum speres; ipsum vero historiæ corpus deinde exhibere pusillum, exile et ignavum.

9.

Verum hæc peccata, quæ ad elocutionem et dispositionem pertinent, tolerari adhuc possunt; ægrius feras historicum qui in locorum descriptione distantiarumque notatione negligentem se præbuerit. Sequitur exemplum c. 24 :

Εἷς γοῦν οὕτω ῥαθύμως συνήγαγε τὰ πράγματα, οὔτε Σύρῳ τινὶ ἐντυχὼν οὔτε τὸ λεγόμενον ὃῃ τοῦτο τῶν ἐπὶ κουρείων τὰ τοιαῦτα μυθολογούντων ἀκούσας, ὥστε περὶ Εὐρώπου λέγων οὕτως ἔφη· « Ἡ δὲ Εὐρώπος κεῖται μὲν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ σταθμοὺς δύο τοῦ Εὐφράτου ἀπέχουσα, ἀπῴκισαν δὲ αὐτὴν Ἐδεσσαῖοι. » Καὶ οὐδὲ τοῦτο ἀπέχρησεν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμὴν πατρίδα τὰ Σαμόσατα ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ ἁράμενος ὁ γενναῖος αὐτῇ ἀκροπόλει καὶ τείχεσι μετέθηκεν εἰς τὴν Μεσοποταμίαν, ὡς περιωρίσθαι αὐτὴν ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν ποταμῶν, ἑκατέρωθεν ἐν χρῷ παραμειβομένων καὶ μονονουχὶ τοῦ τείχους ψαυόντων.

Ἐδεσσαῖοι] « Europus Syriæ oppidum in regione Cyrrestice, ipsi Euphrati proximum, prœlio hoc ipso in bello illic commisso insignitum (c. 20 et 28). Nomen duxisse videtur a cognomine Macedoniæ oppido, quapropter ab Alexandro potius primisve Seleucidis conditum esse verisimile est, quam ab Edessenis, quorum posteriori tantum ævo ad altius fastigium potentia est evecta. Cf. Spanhem. De usu et præst. numism. Diss. II, p. 127; IX, p. 602; Bayer. Hist. Regni Osroenes numis illustr. p. 6 qq. » Herm. Cf. Droysen. *Hellenism.* II, p. 686.

10.

Cap. 25 : Νὴ Δία κἀκεῖνο κομιδῇ πιθανὸν περὶ τοῦ Σευηριανοῦ ὁ αὐτὸς οὗτος εἶπεν ἐπομοσάμενος, ἢ μὴν ἀκοῦσαί τινος τῶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου διαφυγόντων· οὔτε γὰρ ξίφει ἐθελῆσαι αὐτὸν ἀποθανεῖν οὔτε φαρμάκου πιεῖν οὔτε βρόχου ἅψασθαι, ἀλλά τινα θάνατον ἐπινοῆσαι τραγικὸν καὶ τῇ τόλμῃ ξενίζοντα· τυχεῖν μὲν γὰρ αὐτὸν ἔχοντα παμμεγέθη ἐκπώματα ὑάλινα τῆς καλλίστης ὑάλου· ἐπεὶ δὲ πάντως ἀποθανεῖν ἔγνωστο, κατάξαντα τὸν μέγιστον τῶν σκύφων ἑνὶ τῶν θραυμάτων χρήσεσθαι εἰς τὴν σφαγὴν ἐντεμόντα τῇ ὑάλῳ τὸν λαιμόν. Οὕτως οὐ ξιφίδιον, οὐ λογχάριον εὗρεν, ὡς ἀνδρεῖός γε αὐτῷ καὶ ἡρωικὸς ὁ θάνατος γένοιτο.

26. Εἶτ' ἐπειδὴ Θουκυδίδης ἐπιτάφιόν τινα εἶπε τοῖς πρώτοις τοῦ πολέμου ἐκείνου νεκροῖς, καὶ αὐτὸς ἡγήσατο χρῆναι ἐπειπεῖν τῷ Σευηριανῷ· ἅπασι γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὸν οὐδὲν αἴτιον τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ κακῶν, τὸν Θουκυδίδην, ἡ ἅμιλλα. Θάψας οὖν τὸν Σευηριανὸν μεγαλοπρεπῶς ἀναβιβάζεται ἐπὶ τὸν τάφον Ἀφράνιόν τινα Σίλωνα ἑκατόνταρχον, ἀνταγωνιστὴν Περικλέους, ὃς τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἐπερρητόρευσεν αὐτῷ ὥστε με, νὴ τὰς Χάριτας, πολλὰ πάνυ δακρῦσαι ὑπὸ τοῦ γέλωτος, καὶ μάλιστα ὁπότε ὁ ῥήτωρ ὁ Ἀφράνιος ἐπὶ τέλει τοῦ λόγου δακρύων ἅμα σὺν οἰμωγῇ περιπαθεῖ ἐμέμνητο τῶν πολυτελῶν ἐκείνων δείπνων καὶ προπόσεων, εἶτα ἐπέθηκεν Αἰάντειόν τινα τὴν κορωνίδα· σπασάμενος γὰρ τὸ ξίφος, εὐγενῶς πάνυ καὶ ὡς Ἀφράνιον εἰκὸς ἦν, πάντων ὁρώντων ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ τάφῳ, οὐκ ἀνάξιος ὢν, μὰ τὸν Ἐνυάλιον, πρὸ πολλοῦ ἀποθανεῖν, εἰ τοιαῦτα ἐρρητόρευε. Καὶ τοῦτο ἔφη ἰδόντας τοὺς παρόντας ἅπαντας θαυμάσαι καὶ ὑπεραινέσαι τὸν Ἀφράνιον.

9.

Unus eorum, qui ne colloquium quidem unquam cum Syro aliquo instituisse, neque, quod aiunt, in tonstrinis de ejusmodi rebus confabulantes audiisse videtur, tam negligenter res gestas congessit, ut, quum de Europo dissereret hæc diceret : *Europus autem sita est in Mesopotamia, duobus mansionibus ab Euphrate dirempta; condita autem est ab Edessenis.* Et ne hoc quidem illi sufficit : sed meam quoque patriam Samosata in eodem libro præclarus iste auctor sua ipsius manu sublatam una cum arce mœnibusque in Mesopotamiam transtulit, adeo ut ab utroque amne (Euphrate et Tigride) includeretur, qui utraque ex parte quam proxime præterlaberentur et tantum non mœnia attingerent.

10.

Illud quoque, mehercule, sanequam probabiliter idem ille de Severiano narravit, fide insuper data, profecto semet audisse ex eorum aliquo, qui ex ipsa clade aufugissent. Neque enim gladio illum occumbere voluisse, nec venenum haurire, nec laqueum sibi nectere, sed tragicum aliquod sibi mortis genus excogitasse et ipso consilio inauditum. Forte fortuna enim habuisse illum pocula vitrea maximi modi, ipsiusque vitri pulchritudine conspicua. Quum autem omnino mori apud animum suum constituisset, confracto eorum calicum maximo, uno e fragmentis usum esse in cædem, ita ut vitro jugulum incideret. Adeone non gladium, non hastam vilissimam nancisci potuit, ut virili saltem atque heroico mortis genere occumberet!

Deinde quoniam Thucydides funebrem orationem dixit iis qui in illius belli initio mortui essent, et ipse Severiani memoriam oratione celebrandam esse existimavit. Omnes enim hi auctores æmulandum sibi sumunt eum, qui illorum in Armenia malorum nullam culpam sustinet, Thucydidem. Sepulto enim magnifice Severiano, oratorem in tumulo constituit Afranium quendam Silonem centurionem, Periclis scilicet æmulum, qui tot taliaque de illo declamavit, ut equidem, per Gratias! multum sane lacrimaverim præ risu : omnium autem maxime, quum orator iste, idem ille Afranius, sub finem orationis lacrimans ipse atrocissimo cum gemitu meminisset sumptuosarum illarum epularum atque propinationum. Inde coronida orationi suæ, qualem Ajax olim, imposuit. Stricto enim ense admodum generose et ut æquum erat Afranium, in conspectu omnium semet in tumulo jugulavit. Eoque viso obstupuisse ait qui adfuissent omnes, laudibusque ad cœlum usque sustulisse Afranium.

ὡς Ἀφράνιον εἰκὸς ἦν] « His verbis Lucianus perstringit historici illius insipientiam, qui quum in ipso duce occidendo mortis genere usus esset omnino absono et indigno, jam obscurum aliquem hominem ex ipsa militum turba mortem finxisset oppetentem vere honestam et viro forti dignissimam. Et hac tantum ratione excusari potest Luciani cavillatio, quem latere non potuerint ejusmodi devotionis passim a Romano milite edita exempla. Sic v. c. juxta Othonis rogum quosdam militum interfecisse se narrat Tacitus Hist. II, 49; neque ob metum, sed æmulatione decoris et caritate principis. Omnino igitur tenendum, non centurionem illum, sed historicum a Luciano irrideri, qui de ignoto homine ea et dicta et facta mentitus esset, quæ ab ejus persona prorsus abhorrerent. » Herm.

11.

Sunt etiam qui magna negotia et memoratu digna prætermittant aut obiter tangant, minima quæque copiosa narratione prosequantur.

C. 28 : Ἐγὼ γοῦν ἤκουσά τινος τὴν μὲν ἐπ' Εὐρώπῳ μάχην ἐν οὐδ' ὅλοις ἑπτὰ ἔπεσι παραδραμόντος, εἴκοσι δὲ μέτρα ἢ ἔτι πλείω ὕδατος ἀναλωκότος ἐς ψυχρὰν καὶ οὐδὲν ἡμῖν προσήκουσαν διήγησιν, ὡς Μαῦρός τις ἱππεὺς Μαυσάκας τοὔνομα ὑπὸ δίψους πλανώμενος ἀνὰ τὰ ὄρη καταλάβοι Σύρους τινὰς τῶν ἀγροίκων, ἄριστον παρατιθεμένους, καὶ ὅτι τὰ μὲν πρῶτα ἐκεῖνοι φοβηθεῖεν αὐτὸν, εἶτα μέντοι μαθόντες ὡς τῶν φίλων εἴη κατεδέξαντο καὶ εἱστίασαν· καὶ γάρ τινα τυχεῖν αὐτῶν ἀποδεδημηκότα καὶ αὐτὸν εἰς τὴν τῶν Μαύρων, ἀδελφοῦ αὐτῷ ἐν τῇ γῇ στρατευομένου. Μῦθοι δὲ μετὰ τοῦτο μακροὶ καὶ διηγήσεις, ὡς θηράσειεν αὐτὸς ἐν τῇ Μαυρουσίᾳ καὶ ὡς ἴδοι τοὺς ἐλέφαντας πολλοὺς ἐν τῷ αὐτῷ συννεμομένους καὶ ὡς ὑπὸ λέοντος ὀλίγου δεῖν καταβρωθείη, καὶ ἡλίκους ἰχθῦς ἐπρίατο ἐν Καισαρείᾳ· καὶ ὁ θαυμαστὸς συγγραφεὺς ἀφεὶς τὰς ἐν Εὐρώπῳ γιγνομένας σφαγὰς τοσαύτας καὶ ἐπελάσεις καὶ σπονδὰς ἀναγκαίας καὶ φυλακὰς καὶ ἀντιφυλακὰς, ἄχρι βαθείας ἑσπέρας ἐφειστήκει ὁρῶν Μαλχίωνα τὸν Σύρον ἐν Καισαρείᾳ σκάρους παμμεγέθεις ἀξίους ὠνούμενον· εἰ δὲ μὴ νὺξ κατέλαβε, τάχ' ἂν καὶ συνεδείπνει μετ' αὐτοῦ ἤδη τῶν σκάρων ἐσκευασμένων. Ἅπερ εἰ μὴ ἐνεγέγραπτο ἐπιμελῶς τῇ ἱστορίᾳ, μεγάλα ἂν ἡμεῖς ἠγνοηκότες ἦμεν, καὶ ἡ ζημία Ῥωμαίοις ἀφόρητος, εἰ Μαυσάκας ὁ Μαῦρος ὀψῶν μὴ εὗρε πιεῖν, ἀλλ' ἄδειπνος ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Καίτοι πόσα ἄλλα μακρῷ ἀναγκαιότερα ἐκὼν ἐγὼ νῦν παρίημι; ὡς καὶ αὐλητρὶς ἦκεν ἐκ τῆς πλησίον κώμης αὐτοῖς, καὶ ὡς δῶρα ἀλλήλοις ἀντέδοσαν, ὁ Μαῦρος μὲν τῷ Μαλχίωνι λόγχην, ὁ δὲ τῷ Μαυσάκᾳ πόρπην, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα τῆς ἐπ' Εὐρώπῳ μάχης αὐτὰ δὴ τὰ κεφάλαια.

τὰς ἐν Εὐρώπῳ κτλ.] « Nihil præterea constat de hoc prælio ad Europum commisso, quamvis cruentum acerrimumque fuisse hoc ex loco colligere liceat. Victores ex acie recessisse e cap. 20 apparet. Quum loca ipsa considero, verisimillimum mihi fit, hac pugna illud effectum esse, ut Romanis, Euphrate superato, Mesopotamiam invadere liceret. Exiguo enim intervallo ab Europo distat oppidum Zeugma, quod nomen accepit a ponte, quo ibi junctus est Seleuci Nicatoris jussu Euphrates. Quo ponte quominus Romani uterentur, hoc prælio impedire voluisse Parthos existimo; victos autem ad inducias faciendas coactos esse, nimirum ut ipsi incolumes trans fluvium recipere sese possent — nam de νεκροῖς ὑποσπόνδοις h. l. cogitare nolis — atque inde præsidia in utraque, puto, fluvii ripa disposita nostro ex loco constat. » Herm.

ANONYMUS CORINTHIUS.

12.

Cap. 29 : Ἄλλος, μάλα καὶ οὗτος γελοῖος, οὐδὲ

11.

Sic audivi unum aliquem, qui totum illud ad Europum prœlium commissum vix septem versibus et ne iis quidem integris perstrinxit, viginti autem vel adeo plures clepsydras impendit in narrationem frigidam et quæ nihil ad nos pertineat, ut Maurus aliquis eques, nomine Mausacas, quum sitiens montes pererraret, rusticos aliquot Syros deprehenderit, qui prandium sibi apparassent, utque primum quidem illi timuerint ipsum, deinde autem, ubi amicum esse cognovissent, hospitio acceptum prandio suo adhibuerint; forte fortuna enim unum ex illis et ipsum quondam iter fecisse in Mauritaniam, quum frater ipsius in illis terris stipendia mereret. Inde fabulæ longæ narrationesque, quomodo ipse venationi operam dederit in Mauritania, utque viderit una pascentes elephantos multos, parumque abfuerit ut a leone devoraretur; et quam miræ magnitudinis pisces emerit Cæsareæ. Eximiusque ille historicus, missis immanibus illis, quæ ad Europum interea fiebant, cædibus, incursionibusque et induciis necessitate coactis, præsidiisque ab utraque parte dispositis, ad seram usque vesperam Malchioni Syro, dum Cæsareæ scaros ingentes exiguo pretio coemit, spectator adstitit; scilicet, nisi nox occupasset, cœnare etiam cum illo paratus: jam enim cocti erant scari. Quæ nisi accuratissime in historiæ opus recepta essent, gravia sane nos fugissent; simul autem jactura Romanis fuisset intolerabilis, si Maurus ille Mausacas sitiens, quod biberet non invenisset incœnatusque ad castra rediisset. Quanquam quot alia magis etiam necessaria sciens nunc omitto! v. c. quomodo etiam tibicina ad ipsos venerit proximo ex pago, utque munera sibi invicem dederint, Maurus nimirum Malchioni hastam, is autem Mausacæ fibulam, aliaque id genus multa, ipsam scilicet pugnæ ad Europum commissæ summam.

12.

Alius, multum is et ipse ridendus, qui ne altero quidem

τὸν ἕτερον πόδα ἐκ Κορίνθου πώποτε προβεβηκὼς οὐδ' ἄχρι Κεγχρειῶν ἀποδημήσας, οὔτι γε Συρίαν ἢ Ἀρμενίαν ἰδὼν, ὧδε ἤρξατο—μέμνημαι γάρ « Ὥτα ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα· γράφω τοίνυν ἃ εἶδον, οὐχ ἃ ἤκουσα. » Καὶ οὕτως ἀκριβῶς ἅπαντα ἑωράκει, ὥστε τοὺς δράκοντας ἔφη τῶν Παρθυαίων (σημεῖον δὲ πλήθους τοῦτο αὐτοῖς· χιλίους γὰρ οἶμαι ὁ δράκων ἄγει) ζῶντας δράκοντας παμμεγέθεις εἶναι γεννωμένους ἐν τῇ Περσίδι μικρὸν ὑπὲρ τὴν Ἰβηρίαν, τούτους δὲ τέως μὲν ἐπὶ κοντῶν μεγάλων ἐκδεδεμένους ὑψηλοὺς αἰωρεῖσθαι καὶ πόρρωθεν ἐπελαυνόντων δέος ἐμποιεῖν, ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἔργῳ ἐπειδὰν ὁμοῦ ἴωσι, λύσαντες αὐτοὺς ἐπαφιᾶσι τοῖς πολεμίοις· ἀμέλει πολλοὺς τῶν ἡμετέρων οὕτω καταποθῆναι καὶ ἄλλους, περισπειραθέντων αὐτοῖς, ἀποπνιγῆναι καὶ συγκλασθῆναι· ταῦτα δὲ ἐφεστὼς ὁρᾶν αὐτὸς, ἐν ἀσφαλεῖ μέντοι ἀπὸ δένδρου ὑψηλοῦ ποιούμενος τὴν σκοπήν. Καὶ εὖ γε ἐποίησε μὴ ὁμόσε χωρήσας τοῖς θηρίοις, ἐπεὶ οὐκ ἂν ἡμεῖς οὕτω θαυμαστὸν συγγραφέα νῦν εἴχομεν καὶ ἀπὸ χειρὸς αὐτὸν μεγάλα καὶ λαμπρὰ ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ ἐργασάμενον· καὶ γὰρ ἐκινδύνευσε πολλὰ καὶ ἐτρώθη περὶ Σοῦραν, ἀπὸ τοῦ Κρανείου δῆλον ὅτι βαδίζων ἐπὶ τὴν Λέρναν. Καὶ ταῦτα Κορινθίων ἀκουόντων ἀνεγίγνωσκε τῶν ἀκριβῶς εἰδότων, ὅτι μηδὲ κατὰ τοίχου γεγραμμένον πόλεμον ἑωράκει. Ἀλλ' οὐδὲ ὅπλα ἐκεῖνός γε ᾔδει οὐδὲ μηχανήματα οἷά ἐστιν οὐδὲ τάξεων ἢ καταλοχισμῶν ὀνόματα· πάνυ οὖν ἤμελεν αὐτῷ πλαγίαν μὲν τὴν φάλαγγα, ἐπὶ κέρως δὲ λέγειν τὸ ἐπὶ μετώπου ἄγειν.

ΑΝΤΙΟΧΙΑΝΟΣ.

13.

Cap. 30 : Εἷς δέ τις βέλτιστος ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς ἐς τέλος τὰ πεπραγμένα, ὅσα ἐν Ἀρμενίᾳ, ὅσα ἐν Συρίᾳ, ὅσα ἐν Μεσοποταμίᾳ, τὰ ἐπὶ τῷ Τίγρητι, τὰ ἐν Μηδίᾳ, πενταχοσίοις οὐδ' ὅλοις ἔπεσι περιλαβὼν συνέτριψε καὶ τοῦτο ποιήσας ἱστορίαν συγγεγραφέναι φησί. Τὴν μέντοι ἐπιγραφὴν ὀλίγου δεῖν μακροτέραν τοῦ βιβλίου ἐπέγραψεν· « Ἀντιοχιανοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερονίκου » — δόλιχον γάρ που οἶμαι ἐν παισὶ νενίκηκε — « τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ καὶ Μεσοποταμίᾳ καὶ ἐν Μηδίᾳ νῦν Ῥωμαίοις πραχθέντων ἀφήγησις. »

ΑΝΩΝΥΜΟΣ.

14.

Cap. 31 : Ἤδη δ' ἐγώ τινος καὶ τὰ μέλλοντα συγγεγραφότος ἤκουσα, καὶ τὴν λῆψιν τοῦ Οὐολογέσου καὶ τὴν Ὀσρόου σφαγὴν, ὡς παραβληθήσεται τῷ λέοντι, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν τριπόθητον ἡμῖν θρίαμβον. Οὕτω μαντικῶς ἅμα ἔχων ἔσπευδεν ἤδη πρὸς τὸ τέλος τῆς γραφῆς. Ἀλλὰ καὶ πόλιν ἤδη ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ᾠκισε μεγέθει τε μεγίστην καὶ κάλλει καλλίστην· ἔτι μέντοι ἐπισκοπεῖ καὶ διαβουλεύεται εἴτε Νίκαιαν αὐτὴν ἀπὸ τῆς νίκης χρὴ ὀνομάζεσθαι εἴτε Ὁμόνοιαν εἴτε Εἰρηνίαν. Καὶ τοῦτο μὲν ἔτι ἄκριτον καὶ ἀνώνυμος ἡμῖν ἡ καλὴ πόλις ἐκείνη, λήρου πολλοῦ καὶ κορύζης συγγρα-

---

pede unquam Corintho excessisset neque Cenchreas usque iter fecisset, nedum Syriam aut Armeniam oculis usurpasset, hoc (memini enim) initium fecerat : *Oculorum testimonium præstantius auritо; scribo igitur quæ vidi, non quæ audivi.* Tamque accurate viderat omnia, ut dracones Parthorum (numeri id apud illos signum; millenos enim, puto, draco ducit) vivos esse dracones diceret ingentes, qui nascerentur in Perside paullo supra Iberiam; eosque primum quidem ad magnos contos alligatos sublimes tolli hostibusque, dum appropinquant, e longinquo terrorem injicere, deinde prœlio commisso, quando concurritur, laxatos immitti; quo pacto oppido multos e nostris devoratos aliosque, quos circumfusi spiris suis irretissent, suffocatos esse atque elisos. Hæc autem coram sese vidisse, quanquam e loco tuto ab altissima arbore speculantem. Sapiens vero ille, qui non cominus congressus sit cum belluis illis; alioquin enim tam admirando nobis scriptore carendum esset, qui adeo sua ipse manu præclaras res multas hoc in bello gessit; etenim pericula subiit plurima vulnusque accepit circa Suram, scilicet dum ad Lernam tendit a Carneo. Et hæc audientibus Corinthiis recitavit, qui accurate nossent, ne pictum quidem in pariete unquam bellum ab illo visum. Sed ne armorum quidem novit tormentorumque species, neque cohortium distributionumve per ordines nomina cognita habuit; qui multum scilicet curavit, ecquam transversam diceret quæ directa esset acies, vel in cornu ducere appellaret quod dici in frontem oporteret.

ANTIOCHIANUS.

13.

Unus autem aliquis, omnium præstantissimus, universas res gestas a principio usque ad finem, quotquot et in Armenia et in Syria et in Mesopotamia et ad Tigrin et in Media gesta sunt, conscripsit ita ut quingentis et ne iis quidem integris versibus omnia complecteretur; quo facto historiam se conscripsisse prædicat. Titulo tamen librum inscripsit ipso fere volumine vastiore : *Antiochiani, in sacro certamine Apollinari victoris* (puer enim, puto, quondam vicerat dolicho), *rerum in Armenia et Mesopotamia Mediaque modo ab Romanis gestarum narratio*

ANONYMUS.

14.

Jamque audivi, qui futura quoque conscripsisset : Vologesi captivitatem cædemque Osrois, quomodo leoni objicietur, omniumque extremum ter quaterque desideratum nobis triumphum; adeo ille vaticinandi simul facultate usus, ad finem operi imponendum festinavit. Quid quod urbem quoque jam condidit in Mesopotamia et magnitudine et pulchritudine conspicuam; quanquam adhuc deliberat hæretque incertus, Nicæam illam a victoria appellari oporteat, an Homonœam, Ireniamve. Et hac quidem de re nondum decretum est adhucque carendum nobis tam pulchræ urbis nomine, omni nugarum stoliditatisque, quæ

φικῆς γέμουσα· τὰ δ' ἐν Ἰνδοῖς πραχθησόμενα ὑπέσχετο ἤδη γράψειν καὶ τὸν περίπλουν τῆς ἔξω θαλάττης, καὶ οὐχ ὑπόσχεσις ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται, καὶ τὸ τρίτον τάγμα καὶ οἱ Κέλτοι καὶ Μαύρων μοῖρα ὀλίγη σὺν Κασσίῳ πάντες οὗτοι ἐπεραιώθησαν τὸν Ἰνδὸν ποταμόν· ὅ τι δὲ καὶ πράξουσιν ἢ πῶς δέξονται τὴν τῶν ἐλεφάντων ἐπέλασιν, οὐκ εἰς μακρὰν ἡμῖν ὁ θαυμαστὸς συγγραφεὺς ἀπὸ Μουρίζιδος ἢ ἀπ' Ὀξυδρακῶν ἐπιστελεῖ.

τὰ μέλλοντα συγγεγραφότος]« Minime, Hermannus ait, arbitror intelligendum esse cum Solano Iamblichum, qui ap. Phot. cod. 94 omne illud sese bellum exitumque ejus prædixisse jactat. Magus ille et scriptor eroticus; hic historicus vel potius rhetor, qui quum artis magis ostentandæ gratia, quam ut res gestas posteritati traderet, ad conscribendam historiam accessisset, moræ impatiens ficto ex ingenio exitu opus suum absolvere, quam fine truncum librum publicare maluit, non vaticinandi arte fretus, sed ne debita sibi laude auditorumque plausibus diutius carendum esset. Quid quod ea, quæ prædixisse se voluit Iamblichus, re vera acciderant; illum fefellit eventus; neque enim Vologesus captus est, nec cæsus Osroes; triumphus sane actus, sed serius et quem ne Lucianum quidem tum jam vidisse consentaneum sit; nam, si quid cavillationis inest in illo τριπόθητος, desiderium potius triumphi, quam triumphum ipsum, quæ sententia est Wielandi et Belini, rideri a Nostro existimo. » — Ὁμόνοιαν] Bene Solanus animadvertit spectari *concordiam Augustorum*, M. Aurelii et L. Veri, multum illam non nummis tantum, sed sophistarum quoque studiis illo tempore celebratam. » *Hermannus.* Νίκαιαν] Animo historici obversabatur Nicæa urbs Indiæ, quam Alexander M. post victoriam condiderat (Arrian. V, 19), uti monent Lehmannus et Hermannus : « Alexandri enim ad expeditionis similitudinem belli hunc exitum effictum esse quem fugiat? »

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΣΑΓΑΛΑΣΣΕΥΣ.

15.

Cap. 32 : Τοιαῦτα πολλὰ ὑπὸ ἀπαιδευσίας ληροῦσι, τὰ μὲν ἀξιόρατα οὔτε ὁρῶντες, οὔτ' εἰ βλέποιεν κατ' ἀξίαν εἰπεῖν δυνάμενοι, ἐπινοοῦντες δὲ καὶ ἀναπλάττοντες, ὅ τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν, φασὶν, ἔλθῃ, καὶ ἐπὶ τῷ ἀριθμῷ τῶν βιβλίων ἔτι σεμνυνόμενοι καὶ μάλιστα ἐπὶ ταῖς ἐπιγραφαῖς· καὶ γὰρ αὖ καὶ αὗται παγγέλοιοι· τοῦ δεῖνος Παρθικῶν νικῶν τοσάδε· καὶ αὖ· Παρθίδος πρῶτον, δεύτερον, ὡς Ἀτθίδος δῆλον ὅτι. Ἄλλος ἀστειότερον παρὰ πολύ— ἀνέγνων γάρ —Δημητρίου Σαγαλασσέως Παρθονικικά.

---

historico inesse potest, refertæ; in India autem quæ gerentur jam se scripturum pollicitus est, classemque exterum mare circumvectam. Neque in promissis ille substitit, sed Indicorum jam proœmium absolutum est; ac legio tertia et auxilia Gallica Maurorumque manus exigua cum Cassio duce omnes Indum fluvium jam superarunt. Quas autem res gesturi sint, aut elephantorum quomodo sint impetum excepturi, ea non multo post nobis admirabilis ille scriptor a Muzaride aut ab Oxydracis per literas nuntiabit.

DEMETRIUS SAGALASSENSIS.

15.

Ejusmodi multa nugantur præ ignorantia, neque cernentes ea quæ visu digna sunt, neque, si cernerent, enarrandis pro rei dignitate pares; excogitantes autem et effingentes quidquid in importunas, ut aiunt, buccas veniat. Præterea in numero quoque librorum suorum ostentationem præ se ferunt, tum autem inprimis librorum in titulis : nam hi quoque prorsus sunt ridiculi : illius *Parthicarum Victoriarum* tot volumina; et rursum : *Parthidos primum, secundum*, scilicet ut Atthidos : alius multo etiam elegantius — legi enim — : *Demetrii Sagalassensis Parthonicica.*

DAMOPHILUS. CHRYSEROS.

ATHENÆUS. JUDAS. SEVERUS.

DAMOPHILUS.

Suidas : Δαμόφιλος, φιλόσοφος, σοφιστής· ὃν ἀνεθρέψατο Ἰουλιανὸς ὁ ἐπὶ Μάρκου τοῦ βασιλέως ὕπατος (a. U. 928. M. Salvus Julianus)· γράψας πάμπολλα, ἐξ ὧν ταῦτά μοι εὕρηται ἐπὶ ταῖς τῶν βιβλίων θήκαις· Φιλόβιβλος πρῶτος περὶ ἀξιοχρήστων βιβλίων, πρὸς Λόλλιον Μάξιμον· Περὶ βίου ἀρχαίων· καὶ ἕτερα πάμπολλα.

πρῶτος] ἡ conj. Küster.; α', i. e. *liber unicus*, conj. Toup. Eudocia p. 134 post v. σοφιστὴς sic habet : γέγραφε περὶ ἀξιοχρήστων βιβλίων· περὶ βίων ἀρχαίων κτλ. Apud Suidam περὶ βίου Küsterus dedit e mss. Pariss.; antea legebatur, sicuti apud Eudociam, περὶ βίων; fortasse fuit περὶ βιβλίων ἀρχαίων. Quanquam ad vulgatam referre possis Damophili Ὁμοιώματα ἢ βίου θεραπείην καὶ γνώμας Πυθαγορικὰς, quas Holstenius edidit Lugdun. 1639.

Ceterum inter historicos num recte Damophilo locus assignetur, parum liquet. Quæ sub ejus nomine traduntur, hæc sunt :

Euagrius Hist. Eccl. VI, 1, p. 445 : Δαμόφιλος μέν φησι τὰ κατὰ Ῥώμην ἀναγράφων, Πλούταρχον τὸν Χαιρωνέα σαφῶς εἰπεῖν, ὅτι διὰ ταύτην μόνην ἐσπείσαντο πρὸς ἀλλήλας ἀρετή τε καὶ τύχη.

Julianus in Misopogone p. 358, C : Δαμοφίλῳ τῷ Βιθυνῷ πεποίηται συγγράμματα τοιαῦτα, ἐν οἷς ὀρεπόμενος ἐκ τῶν πολλῶν, εἰργάσατο λόγους ἡδίστους νέῳ φιληκόῳ καὶ πρεσβυτέρῳ.

Joan. Lydus IV, 2, p. 248 ed. Rœth. : Ὁ γε μὴν Δημόφιλος (scr. Δαμόφιλος) πρῶτον αὐτὸν (sc. Ἰανὸν) βούλεται οἴκους καὶ πυλεῶνας κατασκευάσαι καὶ ἀπὸ τῆς ἰανούας (θύρας) Ἰανουάριον ὀνομασθῆναι, ἔχειν δὲ αὐτὸν καὶ ἀδελφὴν Κασαμήνην. Cf. Athenæus XIV, p. 692, D; Macrob. Saturn. I, 7. II, p. 36.

Stephanus Byz. : Ψιττακὴ, πόλις παρὰ τῷ Τίγριδι, ἐν ᾗ τὸ φυτὸν τῶν ψιττακίων, ὡς Δαμόφιλος. Cf. Ψιττακηνὴ regio ap. Aristot. Ausc. Mir. c. 35.

CHRYSEROS NOMENCLATOR.

Theophilus Ad Autolyc. III, 26 ed. Wolf. : Χρύσερως ὁ Νομεγκλάτωρ, ἀπελεύθερος γενόμενος Μ. Αὐρηλίου Οὐήρου (an. 180 p. C.)· ὃς ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης μέχρι τελευτῆς τοῦ ἰδίου πάτρωνος αὐτοκράτορος Οὐήρου σαφῶς πάντα ἀνέγραψε καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τοὺς χρόνους.

« E verborum vicinia Chryserotem patet nomina regum, consulum, tribunorum, ædilium, imperatorum ad obitum M. Aurelii Veri consignasse, insuperque quot quisque regum et imperatorum annos mensesque regnaverit, addidisse. Hujus nomen scriptoris Casaubono (ad Ælii Spartiani Hadrian. c. 20) Χρύσερος vel Χρύσερμος est, Christoph. Wolfio Χρύσερος. Suidas, Χρυσάριος, inquit, ὄνομα κύριον· verum quum Eros, Erotis, liberti alicujus nomen sit (Cic. Ad Att. XIV, 21. XV, 15. XVI, 2), quin Χρύσερως, ωτος, recte dicatur, nullus dubito; de accentu, nimirum utrum Χρύσερως oporteat an Χρυσέρως, quum παιδέρως scribatur et δύσερως, parum liquet. Alterum (Χρύσερμος) cur Casaubonus conjecerit, ignoro, nisi forte e lecto Plutarcho nomen illud memoriæ inhæsit. De Chryserote etiam Scaligerum consule ad Euseb. N° 2195 (Ol. 239,4. a C. 180). » Hæc Ebert. in Diss. Sicul. p. 153.

ATHENÆUS NAUCRATITA.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΣΥΡΙΑ ΒΕΒΑΣΙΛΕΥΚΟΤΩΝ.

Athenæus V, p. 221, A : Ἐπαινῶ... τὸ γενόμενον παρ' Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ τῆς Συρίας συμπόσιον. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος οὗτος ἦν Ἀντιόχου τοῦ

Damophilus De urbe Roma scribens, Plutarchum Chæronensem eleganter dixisse refert, unius urbis Romæ gratia virtutem ac fortunam pacto inter se fœdere convenisse.

Damophilus Bithynus hujusmodi scripta composuit, in quibus multos auctores decerpens narrationes condidit tum juveni studioso tum seniori lectori suavissimas.

Damophilus Janum primum domus et vestibula construxisse et a *janua* Januarium nominatum esse. Esse ejus sororem Casaminen.

Psittace urbs ad Tigridem, in qua Psittaciorum planta, ut Damophilus tradit.

DE SYRIÆ REGIBUS.

Laudo equidem convivium apud Alexandrum Syriæ

Ἐπιφάνους υἱὸς ὑποβληθείς, ὃν ὁ εἶχον μῖσος πάντες ἄνθρωποι εἰς Δημήτριον· περὶ οὗ ἱστόρησεν ὁ ἑταῖρος ἡμῶν Ἀθήναιος ἐν τοῖς Περὶ τῶν ἐν Συρίᾳ βεβασιλευκότων. Τὸ οὖν συμπόσιον τοῦτο τοιόνδε τι ἐγένετο. Διογένης ὁ Ἐπικούρειος, ἕξιν ἔχων ἱκανὴν ἐν οἷς μετεχειρίζετο λόγοις, τὸ μὲν γένος ἦν ἐκ Σελευκείας τῆς ἐν Βαβυλῶνι, ἀναδοχῆς δ' ἐτύγχανε παρὰ τοῦ βασιλέως, καίτοι τοῖς ἀπὸ τῆς στοᾶς λόγοις χαίροντος. Ἐπολυώρει οὖν αὐτὸν ὁ Ἀλέξανδρος, καίπερ ὄντα τῷ βίῳ φαῦλον, ἔτι δὲ βλάσφημον καὶ βάσκανον, ἕνεκά τε τοῦ γελοίου μηδὲ τῶν βασιλέων ἀπεχόμενον· καὶ αἰτησαμένῳ αὐτῷ φιλοσοφίας ἀλλοτρίαν αἴτησιν, ὅπως πορφυροῦν τε χιτωνίσκον φορῇ καὶ χρυσοῦν στέφανον, ἔχοντα πρόσωπον ἀρετῆς κατὰ μέσον, ἧς ἱερεὺς ἠξίου προσαγορεύεσθαι, συνεχώρησε καὶ τὸν στέφανον προσχαρισάμενος. Ὅπερ ὁ Διογένης, ἐρασθείς τινος λυσιῳδοῦ γυναικός, ἐχαρίσατο αὐτῇ. Ἀκούσας δ' ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ συναγαγὼν φιλοσόφων καὶ ἐπισήμων ἀνδρῶν συμπόσιον, ἐκάλεσε καὶ τὸν Διογένη· καὶ παραγενόμενον ἠξίου κατακλίνεσθαι, ἔχοντα τὸν στέφανον καὶ τὴν ἐσθῆτα. Ἄχαιρον δ' εἶναι εἰπόντος, νεύσας εἰσαγαγεῖν ἐκέλευσε τὰ ἀκούσματα, ἐν οἷς καὶ ἡ λυσιῳδὸς εἰσῆλθεν ἐστεφανωμένη τὸν τῆς ἀρετῆς στέφανον, ἐνδῦσα καὶ τὴν πορφυρᾶν ἐσθῆτα. Γέλωτος οὖν πολλοῦ καταρραγέντος, ἔμενεν ὁ φιλόσοφος, καὶ τὴν λυσιῳδὸν ἐπαινῶν οὐκ ἐπαύσατο. Τοῦτον τὸν Διογένη ὁ μεταλαβὼν τὴν βασιλείαν Ἀντίοχος, οὐκ ἐνέγκας αὐτοῦ τὴν κακολογίαν, ἀποσφαγῆναι ἐκέλευσεν.

Apud Suidam v. Τίμαιος glossa exstat hæc : Ἔγραψε περὶ Συρίας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πόλεων καὶ βασιλέων, βιβλία γ'. De Timæi Siculi historia Syria nihil constat. Fortasse Timæus cum Athenæo nostro confunditur.

JUDAS.

« Judas historicus et theologus De septuaginta apud Danielem hebdomadibus plenissime disputavit et chronographiam superiorum temporum usque ad decimum Severi perduxit annum, ut tradit Eusebius Hist. Eccles. VI, 7, ac Nicephorus IV, 34, e Latinis item Hieronymus in Catal. scriptt. illustr. c. 52. » Vossius p. 285.

SEVERUS IMPERATOR.

Severus imperator num græce an latine De vita sua rebusque gestis scripserit, non traditur. Græco sermone usum esse probabiliter statuit Vossius. Certe imperator *latinis græcisque literis eruditissimus* fuisse dicitur ap. Spartian. in Severo c. 1. Cf. Dio Cass. LXXVI, 17. Aurel. Victor in Severo p. 211 ed. Paris. 1681 : *Latinis literis sufficienter instructus, græcis sermonibus eruditus. Punica eloquentia promptior, quippe genitus apud Leptim provinciæ Africæ.*

1.

Spartianus in Vit. Severi c. 3 : *Tribunatum plebis Marco imperatore decernente promeruit, eumque severrime exertissimeque egit. Uxorem tunc Martiam duxit, de qua tacetur in Historia vitæ privatæ : cui postea in imperio statuas collocavit.*

ΒΙΟΣ ΣΕΒΗΡΟΥ.

2.

Herodian. II, 9 : Ἦγετο δὲ Παιόνων πάντων... Σεβῆρος ἀνὴρ τὸ μὲν γένος Λίβυς, ἐς δὲ τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν γενναῖος ἅμα καὶ θυμοειδὴς, σκληρῷ τε βίῳ καὶ τραχεῖ ἐνειθισμένος, πόνοις δὲ ἀντέχων ῥᾷστα,

---

regem celebratum : eum Alexandrum dico, qui Antiochi Epiphanis filius erat supposititius propter omnium hominum adversus Demetrium odium : de quo exposuit familiaris noster Athenæus in libris quos *De Syriæ Regibus* edidit. Erat autem convivium hujusmodi. Diogenes Epicureus, satis in ea doctrina quam amplexus erat versatus, Seleucia oriundus Babylonica, benigne acceptus fuerat a rege, Stoicorum licet placita magis probante. Hunc igitur in honore habebat Alexander, tametsi et vitam agentem parum honestam, ad hæc maledicum et invidum, et risus movendi causa ne regibus quidem parcentem. Qui quum a rege petiisset rem a philosophia quidem satis alienam, ut sibi liceret tunicam gestare purpuream, et auream coronam, quæ in medio præferret Virtutis imaginem, cujus sacerdos ipse volebat appellari; non modo concessit ei rex, sed et coronam insuper dono dedit. Quas res Diogenes, quum amore teneretur mulieris cujusdam lysiodæ (*id est*, Bacchanalium cantatricis), dono illi dedit. Quod ubi rex rescivit, philosophorum aliorumque insignium virorum convivium instituit, ad illudque Diogenem quoque vocavit : ab eoque, ut venit, postulavit, ut corona et veste illa ornatus accumberet. Qui quum dixisset, fore id ab illo tempore locoque alienum; nutu dato rex intromitti cantores jussit : quorum in numero intravit etiam lysioda, coronam virtutis in capite gestans, atque etiam purpuream illam vestem induta. Tum multo oborto risu, nihil turbatus philosophus, laudare lysiodam cœpit, nec laudandi finem fecit. Hujus Diogenis maledicentiam non ferens Antiochus, Alexandri in regno successor, jugulari hominem jussit.

VITA SEVERI.

2.

Præerat Pannoniis universis Severus, genere quidem Afer, sed ad res administrandas alacris atque animosus durœque vitæ ac asperæ insuetus, laboribusque sufficiens facillime : tum in excogitando acutus, tum in excogitato

νοῆσαί τε ὀξὺς, καὶ τὸ νοηθὲν ἐπιτελέσαι ταχύς. Οὗτος τοίνυν παρὰ τῶν ἀγγελλόντων πυνθανόμενος τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μετέωρον φερομένην ἁρπάσαι **, καταγνοὺς τοῦ μὲν ῥαθυμίαν, τοῦ δὲ δυσπραγίαν τῶν πραγμάτων **. Ἀνέπειθε δὲ αὐτὸν ὀνείρατα τοιαύτην τινὰ ἐλπίδα ὑποσημαίνοντα, χρησμοί τε καὶ ὅσα εἰς πρόγνωσιν τῶν μελλόντων σύμβολα φαίνεται, ἅπερ πάντα ἀψευδῆ καὶ ἀληθῆ τότε πιστεύεται, ὅταν εἰς τὴν ἀπόβασιν εὐτυχηθῇ. Τὰ μὲν οὖν πολλὰ εἰς τὸ ῥηθὲν αὐτός τε συγγράψας (συνέγραψεν? Stephan.) ἐν τῷ καθ' αὑτὸν βίῳ καὶ δημοσίαις ἀνέθηκεν εἴκοσι. Τὸ δ' οὖν τελευταῖον καὶ μέγιστον, ὅπερ αὐτῷ καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ὑπέφαινεν, ὄναρ οὐδ' ἡμῖν παραλειπτέον. Κατὰ γὰρ καιρὸν ὃν ἀπηγγέλη Περτίναξ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, μετὰ τὸ προελθεῖν καὶ θῦσαι ὁ Σεβῆρος καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς Περτίνακος βασιλείας ὅρκον ἀφωσιώσασθαι, ἐπανελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, ἑσπέρας καταλαβούσης, εἰς ὕπνον κατηνέχθη, μέγαν δὲ καὶ γενναῖον ἵππον βασιλικοῖς φαλάροις κεκοσμημένον ὠήθη βλέπειν, φέροντα ἐποχούμενον τὸν Περτίνακα διὰ μέσης τῆς ἐν Ῥώμῃ ἱερᾶς ὁδοῦ. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀγορᾶς ἐγένετο, ἔνθα ἐπὶ τῆς δημοκρατίας πρότερον ὁ ὄχλος συνιὼν ἐκκλησίαζεν, ὠήθη τὸν ἵππον ἀποσεῖσαι μὲν τὸν Περτίνακα καὶ ῥῖψαι, αὐτῷ δὲ ἄλλως (ἄσσον?) ἑστῶτι ὑποδῦναί τε αὐτὸν καὶ ἀράμενον ἐπὶ τοῖς νώτοις φέρειν τε ἀσφαλῶς καὶ στῆναι βεβαίως ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς μέσης, εἰς ὕψος ἄραντα τὸν Σεβῆρον, ὡς ὑπὸ πάντων ὁρᾶσθαί τε καὶ τιμᾶσθαι. Μένει δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ ἡ τοῦ ὀνείρατος εἰκὼν μεγίστη χαλκοῦ πεποιημένη. Cf. de eodem somnio Dio Cass. LXXIV, 3. Alia somnia v. ibid. et ap. Spartian. in Vit. Severi c. 1. 3. 10. 22.

3.

Spartianus Vit. Pescennii Nigri c. 4 : *In Vita sua Severus dicit, se, priusquam filii sui id ætatis haberent, ut imperare possent, ægrotantem id in animo habuisse, ut, si quid forte sibi accidisset, Niger Pescennius eidem et Clodius Albinus succederent, qui ambo Severo gravissimi hostes exstiterunt. Unde apparet quod etiam Severi de Pescennio judicium fuerit. Si Severo credimus, fuit gloriæ cupidus Niger, vita fictus, moribus turpis, ætatis provectæ, quum imperium invasit :* ex quo *cupiditates ejus excusat.*

Jul. Capitolin. in Vit. Clodii Albini c. 7 : *Ad imperium* (Albinus) *venit natu jam grandior, et major Pescennio Nigro, ut Severus ipse in Vita sua testatur.*

Idem ib. c. 9 : *Et Severus quidem ipse hæc de eodem loquitur, ut eum dicat turpem, malitiosum, improbum, inhonestum, cupidum, luxuriosum. Sed hæc belli tempore vel post bellum, quando ei jam velut de hoste credi non poterat : quum et ipse ad eum quasi ad amicissimum frequentes miserit literas, et multi de Albino bene senserint, et Severus ipse Cæsarem suum eundem appellari voluerit, et quum de successore cogitaret, hunc primum habuerit ante oculos.*

Idem ib. c. 11 : *Vini sane parcum* (Albinum) *fuisse dicit* (Ælius Cordus), *quod Severus negat, qui eum asserit ebrium etiam in bello fuisse. Cum suis etiam nunquam cœnavit, vel propter vinolentiam, ut dicit Severus, vel propter morum acrimoniam.*

Dio Cass. LXXV, 7, postquam cladem Albini mortemque narravit, addit : Λέγω γὰρ οὐχ ὅσα Σεβῆρος ἔγραψεν, ἀλλ' ὅσα ἀληθῶς ἐγένετο. Sec. Cassium Albinus se ipse interfecit. Alteram narrationem, quæ etiam Severi fuerit, ex qua a servo percussus semivivus ad Severum adductus est, v. ap. Capitolin in Albin. c. 9 et Spartian. in Sever. c. 10.

Spartian. in Severo c. 18 : *Philosophiæ ac dicendi studiis satis deditus* (Severus), *doctrinæ quoque nimis cupidus, latronum ubique hostis, vitam suam publicamque ipse composuit ad fidem, solum tamen vitium crudelitatis excusans.*

---

νοῆσαί τε ὀξὺς, καὶ τὸ νοηθὲν ἐπιτελέσαι ταχύς. Οὗτος τοίνυν παρὰ τῶν ἀγγελλόντων πυνθανόμενος τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μετέωρον φερομένην ἁρπάσαι **, κατα-γνοὺς τοῦ μὲν ῥᾳθυμίαν, τοῦ δὲ δυσπραγίαν τῶν πραγμάτων **. Ἀνέπειθε δὲ αὐτὸν ὀνείρατα τοιαύτην τινὰ ἐλπίδα ὑποσημαίνοντα, χρησμοί τε καὶ ὅσα εἰς πρόγνωσιν τῶν μελλόντων σύμβολα φαίνεται, ἅπερ πάντα ἀψευδῆ καὶ ἀληθῆ τότε πιστεύεται, ὅταν εἰς τὴν ἀπόβασιν εὐτυχηθῇ. Τὰ μὲν οὖν πολλὰ εἰς τὸ ῥηθὲν αὐτός τε συγγράψας (συνέγραψεν? Stephan.) ἐν τῷ καθ' αὑτὸν βίῳ καὶ δημοσίαις ἀνέθηκεν εἴκοσι. Τὸ δ' οὖν τελευταῖον καὶ μέγιστον, ὅπερ αὐτῷ καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ὑπέφαινεν, ὄναρ οὐδ' ἡμῖν παραλειπτέον. Κατὰ γὰρ καιρὸν ὃν ἀπηγγέλη Περτίναξ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, μετὰ τὸ προελθεῖν καὶ θῦσαι ὁ Σεβῆρος καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς Περτίνακος βασιλείας ὅρκον ἀφωσιώσασθαι, ἐπανελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, ἑσπέρας καταλαβούσης, εἰς ὕπνον κατηνέχθη, μέγαν δὲ καὶ γενναῖον ἵππον βασιλικοῖς φαλάροις κεκοσμημένον ὠήθη βλέπειν, φέροντα ἐποχούμενον τὸν Περτίνακα διὰ μέσης τῆς ἐν Ῥώμῃ ἱερᾶς ὁδοῦ. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀγορᾶς ἐγένετο, ἔνθα ἐπὶ τῆς δημοκρατίας πρότερον ὁ δῆμος συνιὼν ἐκκλησίαζεν, ὠήθη τὸν ἵππον ἀποσεῖσαι μὲν τὸν Περτίνακα καὶ ῥῖψαι, αὐτῷ δὲ ἄλλως (ἄσσον?) ἑστῶτι ὑποδῦναί τε αὐτὸν καὶ ἁράμενον ἐπὶ τοῖς νώτοις φέρειν τε ἀσφαλῶς καὶ στῆναι βεβαίως ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς μέσης, εἰς ὕψος ἄραντα τὸν Σεβῆρον, ὡς ὑπὸ πάντων ὁρᾶσθαί τε καὶ τιμᾶσθαι. Μένει δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ ἡ τοῦ ὀνείρατος εἰκὼν μεγίστη χαλκοῦ πεποιημένη. Cf. de eodem somnio Dio Cass. LXXIV, 3. Alia somnia v. ibid. et ap. Spartian. in Vit. Severi c. 1. 3. 10. 22.

3.

Spartianus Vit. Pescennii Nigri c. 4 : *In Vita sua Severus dicit, se, priusquam filii sui id ætatis haberent, ut imperare possent, ægrotantem id in animo habuisse, ut, si quid forte sibi accidisset, Niger Pescennius eidem et Clodius Albinus succederent, qui ambo Severo gravissimi hostes exstiterunt. Unde apparet quod etiam Severi de Pescennio judicium fuerit. Si Severo credimus, fuit gloriæ cupidus Niger, vita fictus, moribus turpis, ætatis provectæ, quum imperium invasit :* ex quo *cupiditates ejus excusat.*

Jul. Capitolin. in Vit. Clodii Albini c. 7 : *Ad imperium* (Albinus) *venit natu jam grandior, et major Pescennio Nigro, ut Severus ipse in Vita sua testatur.*

Idem ib. c. 9 : *Et Severus quidem ipse hæc de eodem loquitur, ut eum dicat turpem, malitiosum, improbum, inhonestum, cupidum, luxuriosum. Sed hæc belli tempore vel post bellum, quando ei jam velut de hoste credi non poterat : quum et ipse ad eum quasi ad amicissimum frequentes miserit literas, et multi de Albino bene senserint, et Severus ipse Cæsarem suum eundem appellari voluerit, et quum de successore cogitaret, hunc primum habuerit ante oculos.*

Idem ib. c. 11 : *Vini sane parcum* (Albinum) *fuisse dicit* (Ælius Cordus), *quod Severus negat, qui eum asserit ebrium etiam in bello fuisse. Cum suis etiam nunquam cœnavit, vel propter violentiam, ut dicit Severus, vel propter morum acrimoniam.*

Dio Cass. LXXV, 7, postquam cladem Albini mortemque narravit, addit : Λέγω γὰρ οὐχ ὅσα Σεβῆρος ἔγραψεν, ἀλλ' ὅσα ἀληθῶς ἐγένετο. Sec. Cassium Albinus se ipse interfecit. Alteram narrationem, quæ etiam Severi fuerit, ex qua a servo percussus semivivus ad Severum adductus est, v. ap. Capitolin in Albin. c. 9 et Spartian. in Sever. c. 10.

Spartian. in Severo c. 18 : *Philosophiæ ac dicendi studiis satis deditus* (Severus), *doctrinæ quoque nimis cupidus, latronum ubique hostis, vitam suam publicamque ipse composuit ad fidem, solum tamen vitium crudelitatis excusans.*

---

perficiendo velox. Is igitur ex nuntiis audiens Romanum imperium controversum accipere (*Salvium Julianum et Pescennium Nigrum*), quum alterum (*Julianum*) ignavum esse, alterum (*Nigrum*) minus secundo successu uti cognovisset, (*ipse rerum potiundi cepit consilium*). Impellebant autem ipsum somnia quædam spem ejusmodi ostentantia et oracula ceteraque quæ præsagiendis futuris signa apparent, quæ quidem omnia veracia et certa tunc creduntur quum eventum prosperum sortiuntur. Plurima quæ huc faciunt Severus in Vita sua literis consignavit, et publicis consecravit imaginibus. Sed postremum et præcipuum quod ipsi spem summam ostendebat somnium, nec nobis prætermittendum. Quo enim tempore nuntiatum fuit Pertinacem suscepisse imperium, quum prodiisset ac sacrificasset Severus, et pro Pertinacis imperio jurejurando perfunctus fuisset, reversus domum, vespera insecuta, in somnum prolapsus, magnum et generosum equum, imperialibus phaleris ornatum, cernere sibi visus est, qui ferret invehentem Pertinacem per mediam Romæ viam Sacram. Sed postquam ad initium fori pervenit, ubi in populari statu prius populus conveniebat in concionem, visus ei est equus excussisse Pertinacem et projecisse, sibi autem forte adstanti subiisse et tergo susceptum tuto ipsum ferre, et in medio foro pede firmo consistere sublimem tollens Severum ut conspiceretur ab omnibus et honore afficeretur. Manet vero etiamnum in loco illo somnii hujus imago ingens, ex ære facta.

ASINIUS QUADRATUS.

Suidas : Κοδράτος, Ῥωμαῖος ἱστορικός. Ἔγραψεν Ἰάδι διαλέκτῳ Ἱστορίαν Ῥωμαϊκὴν ἐν βιβλίοις ιε', ἐπιγραφὴν δὲ Χιλιετηρίδα, καὶ περιέχει ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας υἱοῦ Καίσαρος.

Asinius Quadratus (fr. 1 et 31, et Euagrius H. Eccl. V, 24), quem vulgo simpliciter appellant *Quadratum* (Κοδράτον Suidas; Κουάδρατον reliqui. Cf. Κουαδράντης et Κοδράντης et similia), duo saltem condidit opera, quorum alterum, Παρθικὰ vel Παρθυηνικὰ inscriptum per octo minimum libros narravit historiam belli Parthici, quod Lucius Verus Avidio Cassio duce (161-165 p. C.) et deinde Severus gesserunt, simulque quæ superioribus temporibus, inde a Trajani certe imperio (uti e Pacori mentione, fr. 6, colligas) contra Parthos gesta erant, auctor complexus est. Alterum opus libris quindecim constans, Χιλιετηρὶς inscribebatur; sic recte, puto, Suidas; apud Stephanum Byzantium titulus est Ῥωμαϊκὴ χιλιάς (fr. 22. 23) vel Ῥωμαϊκὴ χιλιαρχία (fr. 25). « Nempe historia erat usque ad annum urbis millesimum, quo millenarius agon a Philippis imperatoribus maximo fuit apparatu celebratus [an. 248 p. C.]. Hoc minus perspexit Suidas, qui perduxisse historiam ait usque ad Alexandrum Mamnææ filium (qui regn. an. 222-235 p. C.). » Vossius. — Quodsi millesimus urbis annus in initia regni Alexandri incidit, origines urbis referendæ forent ad Olymp. 1 (776 a. C. — 224 p. C.). Fuisse qui ita computarent, tum veterum testimoniis constat, tum aliunde colligitur (v. Porphyr. fr. de regg. Maced. extr.). Quare errasse Suidam minus confidenter dixerim. Fierique potuit ut prisco illi computo innitens Asinius usque ad primos Alexandri Severi annos historias suas deducens Χιλιετηρίδα istam collegerit. Igitur usque dum meliora docear, Asinium Quadratum non sub Philippis (244 sqq. p. C.), sed a Marcii Aurelii temporibus usque ad regnum Alexandri (160-230) floruisse censeo. Romanæ historiæ præter eos, qui in fragmentis laudantur, meminit etiam Euagrius in Histor. Eccl. V, 24 : Καὶ Εὐσέβιος δὲ ἀπὸ τοῦ Ὀκταβιανοῦ καὶ Τραϊανοῦ καὶ Μάρκου λαβὼν ἕως τῆς τελευτῆς Κάρου κατήντησε. Γέγραπται δὲ περὶ τῶν χρόνων τούτων ἕνια Ἀρριανῷ τε καὶ Ἀσινίῳ Κουαδράτῳ. Dialecti Ionicæ vestigium superest in fr. 23.

ΠΑΡΘΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Stephan. Byz. : Γηλὺς, ἔθνος, οὗ μέμνηται Ἀσίνιος Κουάδρατος ἐν πρώτῳ Παρθικῶν. Ὀξύνεται δέ. Cf. Dionys. Perieg. 1019, ubi Γηλοὶ dicuntur, aliis Γῆλοι, Γηλαῖοι. Vide Steph. Thes. v. Γηλός. Forbiger *Geogr.* p. 594.

2.

Idem : Μαυρούσιοι καὶ Μαῦροι, ἔθνος μέγα Λιβύης, ὡς Κουάδρατος ἐν πρώτῳ Παρθικῶν.

E LIBRO SECUNDO.

3.

Idem : Ζωβίδαι (Σωβίδαι Ptol. 6, 5), ἔθνος πλησίον Καρμανίας. Κουάδρατος ἐν Παρθικῶν δευτέρῳ.

4.

Idem : Γερμανίκεια, πόλις Εὐφρατησίας. Κουάδρατος ἐν τρίτῃ Παρθικῶν χωρίον αὐτήν φησι. Ὁ πολίτης Γερμανικεύς.

E LIBRO TERTIO.

5.

Idem v. Ταρσός· Ἔστι καὶ Τάρσα κώμη ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ, ὡς Κουάδρατος ἐν τρίτῳ Παρθικῶν· « Ἀπὸ δὲ Σαμοσάτων κατὰ ῥοῦν ἰόντι ὅσον σταδίους ἑκατὸν πεντήκοντα Τάρσα κώμη πολυάνθρωπος ᾠκεῖτο ἄνω τοῦ ποταμοῦ σταδίους πεντεκαίδεκα. »

DE BELLO PARTHICO.

1.

Gelys, gens Mediæ, cujus meminit Asinius Quadratus libro primo Parthicorum. Accentu notatur in ultima.

2.

Maurusii et Mauri, gens magna Libyæ, ut ait Quadratus in primo Parthicorum.

3.

Zobidæ, gens Carmaniæ finitima. Quadratus secundo Parthicorum.

4.

Germanicea, oppidum Euphratesiæ. Quadratus tertio Parthicorum castellum nominat. Oppidanus Germanicensis.

5

Est etiam Tarsa vicus ad Euphratem, ut Quadratus tertio Parthicorum : « A Samosatis juxta fluvii cursum eunti circiter stadia centum quinquaginta Tarsa vicus hominibus frequens incolebatur, supra fluvium stadia quindecim. »

6.

St. Byz. : Ὠτηνή, μοῖρα Ἀρμενίας. Κουάδρατος ἐν Παρθικῶν τρίτῳ· « Ὁ δὲ τῆς Ἀρμενίας βασιλεὺς Πάκορος ἐν τούτῳ περὶ Ἀρτάξατα καὶ τὴν Ὠτηνὴν τῆς Ἀρμενίας διάγων. » Τὸ ἐθνικὸν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ [ἐν ἕκτῳ fr. 8]· « Περὶ δὲ Κῦρον ποταμὸν (l. παρὰ τῷ Κ. π.) Ὠβαρηνοί τε καὶ Ὠτηνοὶ νέμονται, μέγα μέρος Ἀρμενίας ὄντες. » De Pacoro rege (moritur circ. 112 p. C.) v. Dio Cass. LXVII, 10.

E LIBRO QUARTO.

7.

Idem : Φράασπα, Μηδίας πόλις. Κουάδρατος Παρθικῶν τετάρτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Φραασπηνός, κατὰ τὸ ἔθος τῆς χώρας.

E LIBRO SEXTO.

8.

Idem : Ὠβαρηνοί, μέρος Ἀρμενίας περικείμενον Κύρῳ ποταμῷ, ὅστις Εὐφράτην παραλλήλως ἔχει. Μέμνηται δ' αὐτῶν καὶ Κουάδρατος ἐν ἕκτῳ (δευτέρῳ supra fr. 6) Παρθικῶν· « Παρὰ δὲ Κύρῳ ποταμῷ Ὠβαρηνοί [τε] καὶ Ὠτηνοὶ νέμονται, μέγα μέρος Ἀρμενίας ὄντες. »

E LIBRO SEPTIMO.

9.

Idem : Θελαμοῦζα, φρούριον τῆς παρ' Εὐφράτην Ἀραβίας, ὡς Κουάδρατος ἐν Παρθικῶν ἑβδόμῃ. Τὸ ἐθνικὸν Θελαμουζαῖος.

E LIBRO OCTAVO.

10.

Idem : Γάζακα, πόλις μεγίστη τῆς Μηδίας, ὡς Κουάδρατος ἐν ὀγδόῳ Παρθικῶν. Ἀρριανὸς δὲ κώμην μεγάλην αὐτήν φησιν ἐν Παρθικῶν τετάρτῳ καὶ ἐνικῶς τῆς Γαζάκου λέγων. Τὸ ἐθνικὸν Γαζακηνός. Pro Παρθικῶν codd. Palatin. Παρθενιῶν, quod ortum ex Παρθυηνικῶν.

11.

Idem : Μασχάνη, πόλις πρὸς τῶν Σκηνιτῶν Ἀράβων. Κουάδρατος ὀγδόῳ Παρθικῶν (Παρθενικῶν cod. Rh.). Τὸ ἐθνικὸν Μασχανεύς.

E LIBRO NONO.

12.

Idem : Σόλυμα, πόλις Ἀσσυρίων, μετὰ τὴν ἅλωσιν τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις κτισθεῖσα, ὡς Κουάδρατος ἐνάτῳ Παρθικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Σολυμηνός.

13.

Idem : Συρβανή, νῆσος ἐν τῷ Εὐφράτῃ, ὡς Κουάδρατος ἐν τῷ ἐνάτῳ Παρθικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Συρβαννηνός.

14.

Idem : Τιγρανόκερτα, πόλις οὐδετέρως πρὸς Ἀρμενίαν, ἀπὸ Τιγράνου βασιλέως Ἀρμενίας. Κουάδρατος ἐνάτῳ· « Καὶ ᾤκησε τὰ Τιγρανόκερτα· τὸ δ' ἐστὶ τῇ Παρθυαίων φωνῇ Τιγρανούπολις. » Τὸ ἐθνικὸν Τιγρανοκέρται.

E LIBRIS INCERTIS.

15.

Idem : Βόγχναι, ἔθνος τοῖς Καρρηνοῖς παρακείμενον, μέσον Εὐφράτου καὶ Κύρου ποταμοῦ, ὡς Κουάδρατος.

6.

Otene, pars Armeniæ. Quadratus Parthicorum tertio : « Armeniæ rex Pacorus interim ad Artaxata et Otenen in Armenia commorans. »

7.

Phraaspa, Mediæ urbs. Quadratus Parthicorum quarto.

8.

Obareni, pars Armeniæ, ad Cyrum fluvium, qui Euphratem ex parallelo habet. Eorum vero Quadratus quoque in sexto Parthicorum meminit : « Prope Cyrum fluvium Obareni et Oteni habitant, magnam partem Armeniæ obtinentes. »

9.

Thelamuza, castellum Arabiæ Euphrati propinquæ, teste Quadrato in septimo Parthicorum. Gentile Thelamuzæus.

10.

Gazaca, urbs Mediæ maxima, cujus meminit Quadratus libro octavo Parthicorum. Arrianus vero libro quarto Parthicorum magnum vicum appellat, secundum singularis numeri casum Gazaci adducens. Gentile, Gazacenus.

11.

Maschane, urbs prope Scenitas Arabes. Quadratus in octavo Parthicorum. Gentile Maschanensis.

12.

Solyma, urbs Assyriorum post templi Hierosolymis excidium condita, ut Quadratus nono Parthicorum.

13.

Syrbane, insula in Euphrate. Quadratus nono Parthicorum. Gentile Syrbanenus.

14.

Tigranocerta, neutro genere, urbs Armeniæ, a Tigrane Armeniæ rege nomen habet. Quadratus libro nono : « Et habitavit Tigranocerta; id est Parthorum dialecto Tigranopolis. »

15.

Bonchnæ, gens Carrenis finitima, inter Euphratem et Cyrum fluvium, teste Quadrato.

16.

St. Byz. : Γίνδαρα, κώμη πρὸς τῇ Ἀντιοχείᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Γινδαρεύς. Κουάδρατος δὲ Γινδάρους ἔφη.

17.

Idem : Μέση τῶν ποταμῶν, χώρα μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος, καὶ Ἀδιαβηνὴ ἐκαλεῖτο, ὡς ἱστορεῖ Κουάδρατος. Τὸ ἐθνικὸν Μεσοποταμίτης.

18.

Idem v. Μεσσήνη : Ἔστι καὶ χώρα Περσίδος Μεσήνη δι' ἑνὸς σ, ὑπὸ τῶν δύο ποταμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγριδος μεσαζομένη, ὡς Ἀσίνιος Κουάδρατός φησι.

19.

Idem : Τάπυρροι (i. q. Τάπυροι), οὐ πόρρω Ὑρκανίας ἔθνος. Κουάδρατος Τάπουρρά φησι. Τὸ ἐθνικὸν Ταπουρραῖοι.

20.

Julius Capitolinus in Vero c. 8 : *Fuit* (L. Verus) *ejus fati, ut in eas provincias, per quas rediit* (e Syria) *Romam usque, luem secum deferre videretur. Et nata fertur pestilentia in Babylonia; ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, quam miles forte inciderat, spiritus pestilens evasit; atque inde Parthos orbemque complesse. Et hoc non Lucii Veri vitio, sed Cassii, a quo contra fidem Seleucia, quæ ut amicos milites nostros receperat, expugnata est. Quod quidem inter ceteros etiam Quadratus belli Parthici scriptor, incusatis Seleucenis qui fidem primi ruperant, purgat.*

De templo Apollinis] « Addit Ammianus libro XXIII, *Apollinis Chomei*. Sed quis ille Apollo Chomeus? Noli dubitare quin sit legendum *Chocheus* vel *Chochæus*. Seleucia enim illa etiam Coche dicta teste ipso Ammiano l. XXIV : *Quibus Coche, quam Seleuciam nominant, haud longius disparatur.* Inde Apollo χωχαῖος. » Salmas. V. Steph. Byz. v. Χωχή. Res pertinet ad an. 166 p. C.

21.

Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio c. 1 : *Avidius Cassius, ut quidam volunt, ex familia Cassiorum fuisse dicitur, per matrem tamen avo genitus Avidio Severo, qui ordines duxerat, et post ad summas dignitates pervenerat. Cujus Quadratus in Historiis meminit, et quidem graviter, quum illum summum virum et necessarium reipublicæ asserit, et apud ipsum Marcum Antoninum prævalidum.*

ΡΩΜΑΙΚΗ ΧΙΛΙΕΤΗΡΙΣ

E LIBRO SECUNDO.

22.

Steph. Byz. : Ἄνθιον, πόλις Ἰταλίας. Κουάδρατος ἐν δευτέρᾳ Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος. Ὁ πολίτης Ἀνθιανός, ὡς ὁ αὐτός.

E LIBRO QUINTO.

23.

Idem v. Ἰβηρίαι, de gentilis nominis formis exponens : Παρὰ Κουαδράτῳ ἐν Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος ε' ἐστιν Ἰβήροισιν οὕτω· « Καί τοι Λίγυσί θ' ἅμα καὶ Ἰβήροισι πολεμέοντες. » Eadem Constantin. Porphyr. De adm. imp. c. 27, p. 109 ed. Bonn.

E LIBRO DUODECIMO.

24.

Idem : Θαψίπολις, πλησίον Καρχηδόνος (sic cod. Rhedig.; vulgo Χαλκηδόνος). Τὸ ἐθνικὸν Θαψιπολίτης. Κουάδρατος δωδεκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς (sic cod. Rhedig.; editt. Ῥωμαικῶν. Supple Χιλιάδος vel Χιλιαρχίας vel Χιλιετηρίδος).

E LIBRO DECIMO QUARTO.

25.

Idem : Ὀξύβιοι, μοῖρα Λιγύων. Κουάδρατος τεσσαρεσκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς χιλιαρχίας.

16.

Gindara, vicus prope Antiochiam. Gentile Gindarensis. Quadratus vero Gindaros dixit.

17.

Mesopotamôn, regio inter Euphratem et Tigridem, etiam Adiabene vocabatur, ut narrat Quadratus.

18.

Est etiam regio Persidis Mesene, per simplex *s*, media inter duo flumina, Euphratem et Tigridem, sita, cujus meminit Asinius Quadratus.

19.

Tapyrri, gens haud procul ab Hyrcania degens Quadratus Tapurra dicit. Gentile Tapurræi.

ROMANORUM CHILIARCHIA.

22.

Anthium, urbs Italiæ. Quadratus secundo Chiliadis Romanæ. Gentile Anthianus, teste eodem.

23.

Apud Quadratum in quinto Chiliadis Romanæ legitur forma Ἰβήροισι, ubi ait : « Cum Liguribus simul et Iberis belligerantes. »

24.

Thapsipolis, prope Carthaginem. Gentile Thapsipolites. Quadratus duodecimo Historiæ Romanæ.

25.

Oxybii, pars Ligurum, teste Quadrato in libro decimo quarto Chiliarchiæ Romanæ.

E LIBRIS INCERTIS.

26.

St. Byz. : Γερούνιον, πόλις Ἰταλίας. Κουάδρατος δὲ Γερυνίαν ταύτην καλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν Γερούνιος.

27.

Idem : Δάλμιον, πόλις Δαλματίας μεταξὺ Ἰλλυρίας καὶ Ἰταλίας... Ἀππιανὸς δὲ τὴν πόλιν Δέλμινον, Κουάδρατος δὲ Δάλμινον. Φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ Δαλμάτας.

28.

Idem : Πήλιον. Ἔστι καὶ Πήλιον Ἰλλυρίας πόλις, ἧς μέμνηται Κουάδρατος. Τὸ ἐθνικὸν Πηλινός.

29.

Dio Cassius LXX, 3 : Κουάδρατος δὲ γηραιὸν μέν φησιν αὐτὸν (Antoninum Pium) τελευτῆσαι, τὴν δὲ τελευτὴν ἡδίστην αὐτῷ κατ' ἴσον ὕπνῳ τῷ μαλακωτάτῳ γενέσθαι.

30

Zosimus V, 27 : Μητρόπολις δὲ Φλαμινίας (sc. ἡ Ῥαβέννη) πόλις ἀρχαία, Θεσσαλῶν ἀποικία, Ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιρρεῖσθαι, καὶ οὐχ, ὡς ὁ Ὀλυμπιόδωρος ὁ Θηβαῖός φησι, διὰ τὸ Ῥῶμον, ὃς ἀδελφὸς γέγονε Ῥωμύλῳ, τῆς πόλεως ταύτης οἰκιστὴν γεγονέναι· Κουαδράτῳ γὰρ, οἶμαι, θετέον ἐν τῇ κατὰ τὸν βασιλέα Μάρκον ἱστορίᾳ τοῦτο περὶ τῆς πόλεως ταύτης διεξελθόντι.

31.

Agathias I, 6, p. 27 ed. Bonn. : Οἱ δὲ Ἀλεμανοὶ, εἴγε χρὴ Ἀσινίῳ Κουαδράτῳ ἕπεσθαι, ἀνδρὶ Ἰταλιώτῃ καὶ τὰ Γερμανικὰ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγεγραμμένῳ, ξύγκλυδές εἰσιν ἄνθρωποι καὶ μιγάδες, καὶ τοῦτο δύναται αὐτοῖς ἡ ἐπωνυμία. Germanicum bellum (an. 166 sqq.) fortasse singulari opere Asinius Quadratus tractavit.

NICAGORAS ATHENIENSIS.

Suidas : Νικαγόρας, Μνησαίου ῥήτορος, Ἀθηναῖος, σοφιστής. Γέγονε δὲ κατὰ Φίλιππον τὸν Καίσαρα. Βίους ἐλλογίμων, Περὶ Κλεοπάτρας τῆς ἐν Τρωάδι, Πρεσβευτικὸν πρὸς Φίλιππον τὸν Ῥωμαίων βασιλέα. Eadem Eudoc. p. 309.

Cf. idem : Μαῖωρ, Ἀράβιος, σοφιστὴς, ἔγραψε Περὶ στάσεων βιβλία ιγ'. Συνεχρόνισε δὲ Ἀψίνῃ καὶ Νικαγόρᾳ ἐπὶ Φιλίππου τοῦ Καίσαρος καὶ ἐπάνω.

Idem : Μινουκιανὸς, Νικαγόρου τοῦ σοφιστοῦ, Ἀθηναῖος, σοφιστὴς, γεγονὼς ἐπὶ Γαλιηνοῦ. Τέχνην ῥητορικὴν, καὶ Προγυμνάσματα, καὶ λόγους διαφόρους.

Philostratus Vit. Sophist. c. 27, p. 271 ed. Kayser. : Νικαγόρου δὲ τοῦ σοφιστοῦ μητέρα σοφιστῶν τὴν τραγῳδίαν προσειπόντος, διορθούμενος ὁ Ἱππόδρομος (Larissæus, sophista) τὸν λόγον, « Ἐγὼ δὲ, ἔφη, πατέρα Ὅμηρον. »

Idem ibid. c. 33, p. 275 : Περὶ δὲ Φιλοστράτου τοῦ Λημνίου... καὶ περὶ Νικαγόρου τοῦ Ἀθηναίου, ὃς καὶ τοῦ Ἐλευσινίου ἱεροῦ κήρυξ ἐστέφθη, καὶ Ἀψίνης ὁ Φοῖνιξ ἐφ' ὅσον προῦδη μνήμης τε καὶ ἀκριβείας, οὐκ ἐμὲ δεῖ γράφειν· καὶ γὰρ ἂν καὶ ἀπιστηθείην ὡς χαρισάμενος, ἐπειδὴ φιλία μοι πρὸς αὐτοὺς ἦν.

Præterea in Porphyrii libro I τῆς Φιλολογ. ἀκροάσεως ap. Euseb. P. E. p. 464 Nicagoras tanquam unus ex interlocutoribus introducitur. Porro obiter mentionem ejus injicit Himerius Ecl. VII, p. 166 ed. Wernsdorf.

LUPERCUS BERYTIUS.

Suidas : Λούπερκος, Βηρύτιος, γραμματικὸς, γεγονὼς μικρῷ πρὸ τοῦ Κλαυδίου τοῦ δευτέρου Καίσαρος χρόνων. Ἔγραψε Περὶ τοῦ ἂν γ', Περὶ τοῦ ταώς, Περὶ τῆς Καρίδος, Περὶ τοῦ παρὰ Πλάτωνι ἀλεκτρυόνος, Κτίσιν τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ Ἀρσινοήτου, Ἀττικὰς λέξεις, Τέχνην γραμματικὴν, Περὶ γενῶν ἀρρηνικῶν καὶ θηλυκῶν καὶ οὐδετέρων βιβλία ιγ', ἐν οἷς πολλὰ κατευδοκιμεῖ Ἡρωδιανοῦ.

26.

Gerunium, urbs Italiæ, quam Quadratus Geryniam vocat.

27.

Dalmium, urbs Dalmatiæ inter Illyriam et Italiam. Appianus eam Delminum, Quadratus vero Dalminum vocat.

28.

Pelium etiam Illyriæ urbs est, cujus meminit Quadratus.

29.

Quadratus senem Antoninum diem obiisse tradit, mortemque ei dulcissimam, quasi suavissimo somno fuisse.

30.

Flaminiæ metropolis est Ravenna, prisca sane urbs, colonia Thessalorum, Rhene dicta, quod eam aquæ ab omni parte circumfluunt; non autem propterea, velut Olympiodorus Thebanus ait, quod Remus, Romuli frater, hujus urbis conditor fuerit. Nam Quadrato, opinor, assentiendum est, qui in historia Marci (Aurelii Antonini) imperatoris id commemoravit.

31.

Alemani, si Asinio Quadrato, homini Italo, qui res Germanicas accurate conscripsit, credimus, convenæ sunt et colluvies; quod et nomen eorum indicat.

CALLINICUS PETRÆUS.

Suidas : Καλλίνικος, Γαΐου, ὁ καὶ Σουκτώριος ἐπικληθείς, σοφιστής, Σύρος· ὡς δέ τινες Ἀράβιος, τὸ δὲ ἀληθὲς Πετραῖος· σοφιστεύσας ἐν Ἀθήναις. Ἔγραψε πρὸς Λοῦπον Περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς, Προσφωνητικὸν Γαλιηνῷ, Πρὸς Κλεοπάτραν, Περὶ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἱστοριῶν βιβλία δέκα, Πρὸς τὰς φιλοσόφους αἱρέσεις, Περὶ τῆς Ῥωμαίων ἀνανεώσεως, καὶ ἄλλα τινὰ ἐγκώμια καὶ λόγους (*).

Idem : Γενέθλιος, Γενεθλίου, Παλαιστῖνος ἐκ Πετρῶν, σοφιστής, μαθητὴς Μινουκιανοῦ καὶ Ἀγαπητοῦ, ἀντιπαιδεύσας κατὰ τὰς Ἀθήνας Καλλινίκῳ τῷ διασήμῳ (**).

Idem : Ἰουλιανός, Δόμνου, ἀπὸ Καισαρείας Καππαδοκίας, σοφιστής, σύγχρονος Καλλινίκου τοῦ σοφιστοῦ, γεγονὼς ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως.

Ex libris decem *De Alexandriæ historiis* nihil est servatum præter ea quæ ex Porphyrio Suctorium secuto affert Hieronymus. Vid. Porphyr. fr. 7, § 2. Probabile vero est etiam reliqua quæ de Lagidarum historia Porphyrius habet ex eodem fonte fluxisse. Quæ quum optimæ sint notæ, vehementer Callinici opus desideramus. Eodem referenda est mentio Callinici apud Hieronymum Præfat. in Danielum : *Ad intelligendas autem extremas partes Danielis multiplex Græcorum historia necessaria est, Suctorii* (*Sertorii* Voss.) *videlicet Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybii, Posidonii, Claudii Theonis et Andronici cognomenti Alypii, quos et Porphyrius esse secutum se dicit.* Quænam sit Cleopatra, ad quam scripsisse dicitur, vel cui libros De Alexandria dedicavit, nescio. Haud magis constat de declamatione Περὶ Ῥωμαίων ἀνανεώσεως. Fortasse huc pertinet fragmentum, quod Leo Allatius edidit in Exc. Var. Græcorum sophist. et rhetor. p. 256 (et deinde Orellius una cum Philonis Byzantii libello De VII orbis spectaculis. Lips. 1816, p. 37) :

ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΑ ΠΑΤΡΙΑ ΡΩΜΗΣ.

Οὔτε ἡ καθ' ἡμᾶς γῆ πρὸς ἕτερον οὐδὲν εὐαρμόστως εἶχεν, πλὴν βασιλείας, οὔτε ἡ βασιλεία πρὸς ἄλλο χωρίον οὐδὲν πλὴν ταύτης ἐχώρησεν. Ἡ δὲ τῶν φόρων σύνταξις οὔθ' ἡμετέρα πλεονεξία γίγνεται, οὔτε τῶν διδόντων ζημία, ἀλλ' εἰς τὸ μάχιμον γένος δαπανωμένη, δι' ἐκείνων πάλιν εἰς τοὺς διδόντας ἐπάνεισιν, ὥστε δανείσμασι προσεοικέναι τὸ διδόμενον μᾶλλον, ἢ φόρων ἐπαγωγῇ. Ἀλέξανδρος μὲν γὰρ οὐδὲν τῶν περὶ Κλέαρχον σεμνότερον διεπράξατο, ἀνδρῶν κρατήσας ἀνανδρίᾳ συντρόφων, ἐκκλίνας τοὺς εἰδότας νικᾶν, πρὸς δὲ Πέρσας ἀγωνισάμενος τοὺς παιδευθέντας ἡττᾶσθαι· ταὐτὸν παθὼν τοῖς ὄναρ εὐτυχοῦσιν, ἐν τῇ τῆς εὐτυχίας ἀκμῇ καταλύσας αὐτήν, καὶ τοσοῦτον ἄρξας τὸν ἅπαντα χρόνον, ὅσος ἡμῖν οὐκ ἀρκεῖ τὴν ἡμετέραν ἐπελθεῖν. Τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς εἴρηται, τυφλῶν εἶναι ζημίαν τὸ μὴ τὸν ἥλιον βλέπειν· ἐγὼ δ' ἂν ἐπὶ τῶν θεωμένων φήσαιμι, τὴν ἴσην εἶναι ζημίαν, εἴ τις μὴ ταύτην θεάσαιτο,

(*) Σουκτώριος] Bernhardy. e codd. AV. dedit Σουητώριος. Aldus nomen mutavit in Σουτώριος, *sutorius*. Syrium potius nomen fuerit *Suctorius* Callinicus est etiam apud Hieronymum in Daniel. — Κακοζηλίας] Suidas s. h. v. : Καλλίνικος ἔγραψεν ὁ Σύρος Περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς.— Γαλιηνῷ] sic correx. Jonsius Histor. Phil. III, 14, 5. Γαληνῷ cod. A; Γαλλήνῳ BVE. Sic Γαλήνου pro Γαλιηνοῦ codd. perperam etiam s. v. Ἔφορος et Μινουκιανός. — φιλοσόφους] Sic ex AE Bernhardy.; φιλοσόφων vgo. Sec. Libanium in Ep. 1 ad Aristænetum Callinicon urbs Mesopotamiæ (quæ sec. Chron. Alex. a Seleuco II an. 242 a. Chr. condita est) nomen habet a Callinico sophista, qui ibi sit occisus (cf. Thomas Mag. p. 345, 10 Ritschel). De his vide quæ disputat Droysenius *Hellen.* II, p. 602 et 705 sq.

(**) Scripta ejus recensens Suidas ait : ἔγραψε... καὶ μελέτας, ὧν ἐστιν Ὁ ἁπολις ἑαυτὸν ἀποκηρύττων μετὰ τὴν τῶν Θηβῶν κατασκαφήν. Argumentum hujus μελέτης erat, opinor, historia Clitomachi Thebani, quam narrat Pseudocallisthenes I, 46, ubi : Τοῦ δὲ κήρυκος πυθομένου αὐτοῦ τίς καλεῖται, καὶ ποίας πόλεως τυγχάνει, ἵνα σε ἀγορεύσω; εἶπεν· « Κλειτόμαχος μὲν καλούμενος πόλιν δ' οὐκ ἔχω. » Narrationem hanc postea demum in Pseudocallisthenem illatam esse satis liquet; fortasse ex Genethlio.

IN PATRIA ROMÆ.

Nec loci hujus ingenium æque ad aliud quam ad imperium accommodatum, neque aliud usquam solum tanti imperii capax fuit. Tributorum exactio neque nobis in immodicæ cupiditatis quæstum, neque in pendentium damnum exsolvitur; sed in bellatores milites erogata, rursum per eos in conferentium potestatem redit; ita ut potius mutua dari pecunia, quam solvi vectigalia videantur. Alexander nihil sane grandius illis, qui cum Clearcho militiæ nomina dederunt, devictis hominibus effeminatis, patravit, dum examinata bello pectora victoriasque parare sueta declinans, cum Persis vinci minime nesciis certamen instituerit; similia passus iis, qui per insomnia sunt fortunati, in ipso felicitatis flore principatu destructo. Qui tamdiu regnavit, quamdiu nostrum imperium peragrari vix potest. Multorum itaque sermone pervulgatum est, magnum damnum cæcis esse, solem non adspicere. Verum ego dixerim, eos qui vident, non minus accipere detrimenti, si Romam non viderint. Et qui lucis hujus usu fruuntur, qui urbem nostram aspectu non usurparunt, vitam

καὶ τῶν παρελθόντων εἰς φῶς ὅσοι μὲν ἀπείρατοι τῆς ἡμετέρας ἔμειναν, νόθον τινὰ βίον, ὡς εἰπεῖν, διαντλοῦσιν, ὅσοι δὲ ἐν πείρᾳ γεγένηνται, γνήσιοι τοῦ βίου μέτοχοι, καὶ πλέον τῶν ἑτέρων διαλλάττουσιν, ἢ τῶν βεβήλων οἱ τελεσθέντες.

Alia declamatio epidictica, ὁ μεγάλος βασιλικὸς λόγος, memoratur apud Menandrum De encom. in Walz. Rhett. Gr. tom. IX, p. 217 (coll. p. 245), et inde ap. Josephum Racendytum in Synopsi rhetor. ap. Walz. tom. III, p. 549, ubi sic : Θεωρήσεις δὲ πάλιν, πότερον ἔνδοξον αὐτοῦ τὸ γένος ἢ οὔ· κἂν μὲν ἔνδοξον ᾖ, ἐπεξεργάσῃ τὰ περὶ τούτου· ἐὰν δὲ ἄδοξον ᾖ, ἢ εὐτελὲς, μεθεὶς καὶ τοῦτο ἀπ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως τὴν ἀρχὴν ποιήσῃ, ὡς Καλλίνικος ἐποίησεν ἐν τῷ μεγάλῳ Βασιλικῷ.

EPHORUS CUMANUS.

Suidas : Ἔφορος, Κυμαῖος, ἱστορικὸς, ὁ νεώτερος. Ἔγραψε τὰς Γαλιηνοῦ ἱστορίας ἐν βιβλίοις κζ'. Κορινθιακά. Περὶ τῶν Ἀλευαδῶν, καὶ ἄλλα. Liber De Aleuadis pertinet non ad Ephorum, sed ad Euphorionem. Idem statuo de Corinthiacis, quæ vix diversa fuerint ab Euphorionis libro Περὶ Ἰσθμίων.

NICOSTRATUS TRAPEZUNTIUS.

Euagrius Hist. Eccles. V, 24 : Νικοστράτου τε τοῦ σοφιστοῦ τοῦ ἐκ Τραπεζοῦντος συγγράψαντος τὰ ἀπὸ Φιλίππου τοῦ μετὰ Γορδιανὸν ἐκτίθεται ἕως Ὀδαινάθου τοῦ ἐκ Παλμύρας καὶ τῆς Οὐαλεριανοῦ πρὸς Πέρσας ἀφίξεως.

NICOMACHUS.

(DE REBUS GESTIS AURELIANI.)

Flavius Vopiscus in Aureliano c. 26 : *Post hæc Palmyram iter flexit, ut ea oppugnata, laborum terminus fieret. Sed in itinere a latronibus Syris male accepto frequenter exercitu, multa perpessus est, et in obsidione usque ad ictum sagittæ periclitatus est. Epistola ipsius exstat ad Mucaporem missa, in qua de ejus belli difficultate ultra pudorem imperialem fatetur : « Romani me modo dicunt bellum contra feminam gerere, quasi sola mecum Zenobia et suis viribus pugnet, ac non hostium, quantum, si vir a me oppugnandus esset, in conscientia et timore longe deteriore. Dici non potest quantum hîc sagittarum, qui belli apparatus, quantum telorum, quantum lapidum : nulla pars muri est quæ non binis et ternis balistis occupata sit : ignes etiam tormentis jaciuntur. Quid plura? Timet quasi femina, pugnat quasi pœnam timens; sed credo adjuturos Rom. remp. deos, qui nunquam nostris conatibus defuerunt. » Denique fatigatus et præ malis fessus, literas ad Zenobiam misit, deditionem illius petens, vitam promittens : quarum exemplum indidi : « Aurelianus imperator Rom. orbis, et receptor Orientis, Zenobiæ ceterisque quos societas tenet bellica. Sponte facere debuistis id quod meis literis nunc jubetur : deditionem præcipio impunitate vitæ proposita, ita ut illic, Zenobia, cum tuis agas vitam, ubi te ex senatus amplissimi sententia collocavero. Gemmas, argentum, aurum, sericum, equos, camelos in ærarium Rom. conferatis. Palmyrenis jus suum servabitur. » Hac epistola accepta, Zenobia superbius insolentiusque rescripsit quam ejus fortuna poscebat. Credo ad terrorem : nam ejus quoque epistolæ exemplum indidi. « Zenobia regina Orientis Aureliano Augusto. Nemo adhuc præter te quod poscis literis petiit. Virtute faciendum est quidquid in rebus bellicis est gerendum. Deditionem meam petis, quasi nescias Cleopatram reginam perire maluisse quam in qualibet vivere dignitate. Nobis Persarum auxilia non desunt, quæ jam speramus, pro nobis sunt Sarraceni, pro nobis Armenii. Latrones Syri exercitum tuum, Aureliane, vicerunt: quid igitur si illa venerit manus quæ undique speratur? Pones profecto supercilium, quo nunc mihi deditionem, quasi omnifariam victor, imperas. » Hanc epistolam* Nicomachus *se transtulisse in Græcum ex lingua Syrorum dicit ab ipsa Zenobia dictatam. Nam illa superior Aureliani græca missa est.* « Censent Savaro ad Sidonium et Meursius ad Nicomachum, eundem esse (Nicomachum nostrum), qui vitam Apollonii Tyanei consignavit, de qua sic Sidonius Epp. VII, 3 : *Apollonii Pythagorici etiam, non ut Nicomachus senior e Philostrato, sed ut Tuscius Victorianus e Nicomachi schedio exscripsit, quia jusseras, misi.* » Vossius, p. 288. Quod sane verisimillimum est. Quare etiam ea quæ Flavius Vopiscus 22 sqq. de Tyana urbe et de Apollonio, Aurelianum, cui subito adstitisse dicitur, ad clementiam in victos hortante, reliquis fusius exponit, ex eodem Nicomacho hauserit.

---

spuriam quandam, ut ita dicam, exantlaverunt; qui vero eam experimento cognoverint, ut par est, vitæ participes sunt, præcelluntque aliis magis, quam profanis ii qui mysteriis sacrorum initiati sunt.

CALLICRATES TYRIUS.

(DE VITA REBUSQUE AURELIANI.)

Flavius Vopiscus Aurel. c. 4 : *Matrem quidem ejus* (Aureliani) *Callicrates Tyrius, Græcorum longe doctissimus scriptor, sacerdotem templi Solis in eo vico, in quo habitabant parentes, fuisse dicit, habuisse quin etiam nonnihil divinationis, adeo ut aliquando marito suo jurgans ingesserit, quum ejus et stultitiam increparet et vilitatem, « En imperatoris patrem; » ex quo constat illam mulierem scisse fatalia. Idem dicit auspicia imperii Aureliano hæc fuisse : primum pueri ejus pelvem serpentem plerumque cinxisse neque unquam occidi potuisse, postremo ipsam matrem, quæ hoc viderat, serpentem quasi familiarem occidere noluisse. His accedit quod ex palliolo purpureo, quod Soli sui temporis imperator obtulerat, sacerdos mulier crepundia filio fecisse perhibetur. Addit etiam illud, quod vinctum fasciola Aurelianum aquila innoxie de cunis levaverit et in aram posuerit, quæ juxta sacellum forte sine ignibus erat. Idem auctor est, vitulum matri ejus natum miræ magnitudinis, candidum, sed purpurantibus maculis, ita ut haberet in latere uno avem, in alio coronam. Multa superflua in eodem legisse memini, quippe qui asseverat etiam, rosas in ejusdem mulieris chorte nato Aureliano exisse purpureas, odoris rosei, floris aurei.*

THEOCLES.

(VITÆ CÆSARUM.)

Flavius Vopiscus in Aurel. c. 6 : *Refert Theoclius* (l. *Theocles* s. *Theoclus*), *Cæsarianorum temporum scriptor, Aurelianum manu sua bello Sarmatico uno die quadraginta et octo interfecisse; plurimis autem et diversis diebus ultra nongentos quinquaginta : adeo ut etiam ballistia pueri et saltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus festis militariter saltitarent :*

Mille, mille, mille decollavimus,
unus homo mille decollavimus,
mille vivat qui mille occidit.
Tantum vini habet nemo
quantum fudit sanguinis.

Hæc video esse perfrivola; sed quia supra scriptus auctor ita eadem ut sunt latine, suis scriptis inseruit, tacenda esse non credidi. Idem apud Maguntiacum tribunus legionis sextæ Gallicanæ, Francos irruentes, quum vagarentur per totam Galliam, sic adflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit. Unde iterum de eo facta est cantilena :

Mille Sarmatas, mille Francos
semel et semel occidimus.
Mille Persas quærimus.

Præterea Flav. Vopiscus ad *Græcos scriptores* provocat in Aurel. c. 15. 16. 24; ubi aut Theocles aut Nicomachus aut Callicrates intelligendus esse videtur; aut denique Asclepiodotus quidam, qui ipse quoque idem argumentum Diocletiani et Constantii temporibus tractasse videtur.

ASCLEPIODOTUS.

Vopiscus Aurel. c. 44 : *Verconius Herennius, præfectus prætorio Diocletiani, teste Asclepiodoto, sæpe dicebat, Diocletianum frequenter dixisse, quum Maximiani asperitatem reprehenderet, Aurelianum magis ducem esse debuisse quam principem. Nam ejus ferocitas eidem displicebat. Mirabile fortasse videtur quod compertum Diocletiano Asclepiodotus Celsino consiliario suo dixisse perhibet. Sed de hoc posteri judicabunt. Dicebat enim quodam tempore Aurelianum Gallicanas consuluisse Druidas, sciscitantem utrum apud ejus posteros imperium permaneret : tum illas respondisse dixit, nullius clarius in republica nomen quam Claudii posterorum futurum. Et est quidem jam Constantius imperator ejusdem vir sanguinis, cujus puto posteros ad eam gloriam quæ a Druidibus prænuntiata sit pervenire.*

ZENOBIA.

Trebellius Pollio in Triginta tyr. c. 30, de Zenobia, Palmyrenorum regina : *Ipsa latini sermonis non usquequaque ignara, sed ut loqueretur pudore cohibita; loquebatur et ægyptiace ad perfectum modum. Historiæ Alexandrinæ atque orientalis ita perita, ut eam epitomasse dicatur; latinam autem græce legerat.* « Sed, credo, epitomen si quam fecit, juvandæ suæ memoriæ scripserat, non in usus publicos. » Vossius p. 280.

DEXIPPUS ATHENIENSIS.

Quæ de Dexippo traduntur, paucis exponit Niebuhrius (Præfat. ad Exc. Dexippi, in Corp. Script. Hist. Byz. vol. I, p. XVI) hunc in modum :

« *Publius Herennius Dexippus* (1), Ptolemæi f. (2) Atheniensis, pago Hermensis, e Cerycum gente (3), summos in civitate honores adeptus est, rex creatus atque archon eponymus ; splendideque agonothetæ munere Panathenæis functus ; clarus orator atque historiarum scriptor ; propter quas fortunæ simul atque industriæ dotes statuæ honore ornatus est, cujus basis cum titulo exstat. Sed longe præclariorem sæculorumque memoria dignum honorem sibi comparavit quo tempore, effusis in Græciam per Propontidis claustra Herulis, captisque Athenis, cives secum in saltus invios ex urbis clade profugos confirmavit ; bellique ab iis dux constitutus, advectæ in Atticæ oram Romanæ classi, cui Cleodamus præerat, conjunctus, ultionem de barbaris aliquam sumpsit, tribus millibus ex ipsorum numero per occasionem interfectis (4). Quo facto vir eximius post quingentos annos Athenienses armis desuetos ad rem gloriamque militarem revocavit : Mithridatico enim bello non sua neque sponte arma moverat infelix civitas. Quum igitur de hac Dexippi gloria titulus statuæ sileat, creditum est prius positam esse quam illam adipisceretur : cui opinioni facile accederem, si historia ævi, « quam partim ex libris, partim e vita hauserit, » ut epigramma prædicat, diversa esse posset ab illa omnis ævi, cujus notitiam ex Eunapio et Photio habemus. Ea in primo Claudii Gothici Aug. anno desinebat ; Athenarum autem cladem Syncellus, qui hoc Dexippi opus legebat, sub Gallieno contigisse refert : neque si eam cum continuatore Dionis (5), quem Zonaras sequitur, biennio serius accidisse statuamus, ut illo ipso Claudii anno primo, 269, acciderit, difficultas expediretur. Ita aut fingendum erit priorem exstitisse editionem, de qua nemo quicquam tradidit, aut concedendum, lævam hominum in honoribus æstimandis mentem eum, quo ad majorum gloriam elatus est, propterea neglexisse, quia, tumultuarie a congregata multitudine collatus, nullum in fastis urbanis locum haberet : librorum famam extulisse, res fortiter gestas silentio transmisisse : — rem, propter ejus ævi pravitatem, plane non incredibilem.

« Vitam usque ad Probi principatum perduxit, quum jam sub Valeriano claruisset (6).

« Dexippi opera, quæ ad historiam pertinebant, tria legit Photius (7) : de quibus singulis agendum est.

« I. Τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον, libris quattuor comprehensa ; ex quibus notissimam satrapiarum divisionem recitat Photius ; scriptoremque in universum cum Arriano consentire docet. Ad hanc Macedonicam historiam referenda esse quæ ill. Maius inventa in codicis palimpsesti paginis 81. 82. 100. 101 edidit, uno verbo monuisse ad probandum sufficit : siquidem oratio Hyperidis, sive adsumpta sive ficta, belli Lamiaci tempus spectat.

« II. Χρονικὴν ἱστορίαν, sive annales (8), quam Photius σύντομον ἱστορικὸν vocat, per Olympiades, archontumque et consulum fastos ab historiæ initiis, omissis tamen fabulosis primordiis, usque ad Claudii Gothici annum primum deducti, præcipua circa temporum rationem cura adhibita. Horum duodecimus liber a Stephano ethnicographo citatur (9) ; ubi Herulorum mentio certissime comprobat locum de quo agitur non multum ab operis fine afuisse : constat igitur scriptorem his duodecim « chartis omne ævum explicuisse. » Ex hisce annalibus Syncellum quæcunque e Dexippo habet petiisse arbitror : at Constantiniana excerpta illis prorsus aliena sunt : neque enim prolixas orationes capere potuisset breviloquens annalium ratio, qui fere singulis libris sæculum comprehendebant ; unde Trebellius Pollio (10) Dexippum *omnia breviter persecutum esse* scripsit.

« III. Igitur eclogas de legationibus ad Σκυθικὰ pertinere jam Vossius perspexit (11) : eademque earum ratio est quas ex titulo de sententiis edidit ill. Maius. Σκυθικὰ, *de bello Scythico* vertere debebam ; quoniam illud intelligitur, quod, cœptum sub Decio, usque ad Aureliani pacem duravit.

« Orationem Dexippi, scribendique genus, ingenti laude effert Photius, eo usque ut *Thucydi-*

1. « Nomen integrum exhibet inscr. 380 Corp. inscrr. græc. — 2. Sic inscriptio : nam Suidas s. v. Δέξιππος, Dexippum patrem illi tribuit. — 3. Vid. Bœckh. ad Inscr. — 4. Hanc rei gestæ seriem, paululum ab illa diversam, quam Gibbonus, nunquam sine honoris præfatione nominandus, excogitavit, nunc demum, editis ab ill. Maio excerptis de sententiis (fr. 23) constituere licet. » — 5. In eclogis quas ill. Maius edidit., Coll. Vat. II, p. 240. — 6. Eunapius Vita Porphyrii in f. — 7. Cod. 82. — 8. Eunapius in Hist. (v. infra p. 671). Idem Vita Porph. l. l. — 9. s. v. Ἕλουροι. — 10. Gordian. 2. — 11. De histor. Græc. p. 242. — 12. Præf. ad coll. Vatic. II. p. XXVIII.

dem perspicue loquentem dicat, quæ mira est viri prudentis a vero aberratio. Nemo enim in eo quicquam præter inanem degeneris ævi rhetorem agnoscet, ut mirum sit qui tam puerilia sectetur, inter res arduas positum, magna gessisse. »

DE DEXIPPO TESTIMONIA.

Corp. Inscr. tom. I, p. 439, N° 380. Inscriptio Athenis reperta prope fontem, in basi marmorea, quæ olim statuam sustinuerat Q. Epicteti, postea sublatam.

Κατὰ τὸ ἐπερώτημα τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς καὶ τῆς βουλῆς τῶν ΨΝ καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, τὸν ἄρξαντα τὴν τοῦ βασιλέως ἐν Θεσμοθέταις ἀρχὴν, καὶ ἄρξαντα τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν, καὶ πανηγυριαρχήσαντα καὶ ἀγωνοθετήσαντα τῶν μεγάλων Παναθηναίων, οἴκοθεν ἱερέα παναγῆ, Πόπλιον Ἑρέννιον Δέξιππον Πτολεμαίου Ἑρμειον, τὸν ῥήτορα καὶ συγγραφέα, ἀρετῆς ἕνεκα οἱ παῖδες.

Ἀλκῇ καὶ μύθοισι καὶ ἐν βουλαῖσι κρατίστους
Ἄνδρας ἀγακλειτοὺς γείνατο Κεκροπίη·
Ὧν ἕνα καὶ Δέξιππον, ὃς ἱστορίην ἐσαθρήσας
Αἰῶνος δολιχὴν ἀτρεκέως ἔφρασεν.
Καὶ τὰ μὲν αὐτὸς ἐπεῖδε, τὰ δ' ἐκ βίβλων ἀναλέξας
Εὗρατο παντοίην ἱστορίης ἀτραπόν.
Ἦ μέγα κλεινὸς ἀνὴρ, ὃς νοῦ ἄπο μυρίον ὄμμα
Ἐκτείνας, χρονίους πρήξιας ἐξέμαθεν.
Φήμη μὲν περίβωτος ἀν' Ἑλλάδα, τὴν ὁ νεανθὴς
Αἶνος Δεξίππῳ δῶκεν ἐφ' ἱστορίῃ.
Τοὔνεκα δὴ καὶ παῖδες ἀγακλειτὸν γενετῆρα
Μορφήεντα λίθον θῆκαν ἀμειβόμενοι.

« Statua hæc superstiti posita videtur ab ipsius filiis, non a pueris Atticis, ut erat qui putaret. Hinc v. 11 : παῖδες ἀγακλειτὸν γενετῆρα. Dux exercitus fuisse in hoc titulo non dicitur, licet in priore parte ejus honores accurate enumerentur : igitur hic titulus illo anno videtur vetustior esse, contra quam Corsino visum est. Senatus nunc est virorum DCCL, quod novum prorsus : lectio tamen verissima est. Post Claudium, atque, ut ego arbitror, inde ab Hadriano, institutis tredecim tribubus, senatus ad pristinum D numerum, additis paucis præterea aliis, redactus est, quod multi testantur tituli, et ex Pausania quoque colligitur (I, 3, 4) : postea cur auctus sit numerus, nescimus. — Mox formula ἄρξαντα... ἀρχὴν docet universum archontum collegium thesmothetarum nomine venisse ea ætate. — Herennius hereditarium sacerdotium habuit, quod ex Cerycum gente fuit. Cf. De Herenniis N° 190, et nota N° 353 Herennium hierocerycem esse Ἑρμειον, ut noster Dexippus est Ἑρμειος. De versibus cf. Jacobs. in Animadv. ad utramque Anthologiæ editionem. » Boeckh.

Suidas : Δέξιππος, Δεξίππου, ὁ Ἑρέννιος χρηματίσας, Ἀθηναῖος ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Βαλεριανοῦ καὶ Γαλλιηνοῦ καὶ Κλαυδίου δευτέρου καὶ Αὐρηλιανοῦ, τῶν βασιλέων Ῥωμαίων.

Trebellius in Gallien. c. 23 : *Gothi Cyzicum et Asiam, deinceps Achaiam omnem vastarunt et ab Atheniensibus duce Dexippo, scriptore horum temporum, victi sunt.*

Photius cod. 82 : Ἀνεγνώσθη Δεξίππου τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον, ἐν λόγοις τέσσαρσιν. Ἀνεγνώσθη δὲ αὐτοῦ καὶ ἕτερον σύντομον ἱστορικὸν, μέχρι τῆς Κλαυδίου ἐπιτρέχον τὰς κεφαλαιώδεις πράξεις βασιλείας. Ἀνεγνώσθη δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ Σκυθικὰ, ἐν οἷς αἱ Ῥωμαίων αὐτῷ καὶ Σκυθῶν ἀναγράφονται πρὸς ἀλλήλους μάχαι τε καὶ ἀξιόλογοι πράξεις. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν ἀπέριττός τε καὶ ὄγκῳ καὶ ἀξιώματι χαίρων, καὶ (ὡς ἄν τις εἴποι) ἄλλος μετά τινος σαφηνείας Θουκυδίδης, μάλιστά γε ἐν ταῖς Σκυθικαῖς ἱστορίαις.

Diversorum Dexipporum, ut videtur, scripta confundit Tzetzes Chil. IX, 274 :

Δέξιππος ὁ φιλόσοφος, μύστης ὢν Ἰαμβλίχου
πολλὰ μὲν συνεγράψατο καὶ ἕτερα βιβλία,
ὧν τῷ ἑνὶ ἐνέτυχον τῷ εἰς Κατηγορίας·
ἔγραψε δὲ καὶ Σκυθικὰ, ἃ μέχρι νῦν οὐκ οἶδα,
καὶ ἕτερα ὡς εἴρηκα· μόνον τὸ ἓν δ' ἀνέγνων.

Cf. Maius in Collect. Nov. Vatic. tom. II, p. 346 not.

Eunapius in Vit. Porphyrii sub fin. : Τοὺς χρόνους (τοῦ Πορφυρίου βίου) ἐς Γαλλιηνὸν καὶ Κλαύδιον εἰκάζειν συνέβαινεν, Τάκιτόν τε καὶ Αὐρηλιανὸν καὶ Πρόβον· καθ' οὓς ἦν καὶ Δέξιππος ὁ τὴν Χρονικὴν ἱστορίαν συγγράψας, ἀνὴρ ἁπάσης παιδείας τε καὶ δυνάμεως λογικῆς ἀνάπλεως.

Eunapii De Chronicis Dexippi locum vide in fragmentis.

ΤΑ ΜΕΤΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

RES SUCCESSORUM ALEXANDRI.

I.

Rerum post Alexandrum gestarum narrationem Dexippus ab ipso regis excessu inchoat; refertque ut ad Alexandri fratrem Aridæum (qui ex Philine Larissæa Philippo natus fuerat) Macedonum regnum devenerit; ad illum,

I.

Photius cod. 82 : Ἄρχεται δὲ (sc. Δέξιππος) ἐν τοῖς μετὰ Ἀλέξανδρον ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς, καὶ διέξεισιν ὅπως εἰς τὸν ἀδελφὸν Ἀλεξάνδρου τὸν Ἀριδαῖον, ὃς ἦν ἐκ Φιλίννης τῆς Λαρισσαίας τῷ Φιλίππῳ γεγενημένος, ἡ τῶν Μακεδόνων ἀρχὴ πε-

ριέστη εἰς αὐτόν τε καὶ εἰς τὸν μέλλοντα Ἀλεξάνδρου παῖδα τίκτεσθαι ἐκ Ῥωξάνης (ἐν γαστρὶ γὰρ ἔχουσα καταλελειπτο) καὶ εἰς τοὺς ἀμφὶ Περδίκκαν, οἱ κρίσει τῶν Μακεδόνων ἐπετρόπευον αὐτοῖς τὴν ἀρχήν. Διέξεισι καὶ ὅπως ἡ τοῦ Ἀλεξάνδρου διενεμήθη ἀρχή. Τὰ μὲν οὖν τῆς Ἀσίας οὕτω· Πτολεμαῖος ὁ Λάγου Αἰγύπτου πάσης καὶ Λιβύης καὶ τῆς ἐπέκεινα γῆς, ὁπόση Αἰγύπτῳ συνάπτει, ἄρχειν ἐτάχθη· ὁ δὲ τῷ βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ ἐπὶ τῇ σατραπείᾳ ταύτῃ τεταγμένος Κλεομένης ὕπαρχος Πτολεμαίῳ ἀποκατέστη. Λαομέδων δὲ ὁ Μυτιληναῖος Σύρων ἡγεῖσθαι ἀπεφάνθη, καὶ Φιλώτας μὲν Κιλικίας, Πίθων δὲ Μηδίας, Εὐμένης δὲ Καππαδοκίας τε καὶ Παφλαγονίας καὶ τῶν ἐπὶ τὸν Εὔξεινον πόντον κατιόντων μέχρι καὶ εἰς Τραπεζοῦντα, Ἀντίγονος δὲ Παμφυλίων καὶ Κιλίκων μέχρι Φρυγίας, Καρῶν δὲ Ἄσανδρος, Μένανδρος δὲ Λυδῶν, Λεώνατος δὲ τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας. Καὶ τῶν μὲν Ἀσιανῶν οὕτω· τῶν δ' Εὐρωπαίων Θράκης μὲν καὶ Χερρονήσου Λυσίμαχος, Ἀντίπατρος δὲ ἐπὶ πᾶσι Μακεδόσι καὶ Ἕλλησι καὶ Ἰλλυρίοις καὶ Τριβαλλοῖς καὶ Ἀγριᾶσι καὶ ὅσα τῆς Ἠπείρου ἔξέτι Ἀλεξάνδρου στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ἐτέτακτο. Τὴν δὲ κηδεμονίαν καὶ ὅση προστασία τῆς βασιλείας Κράτερος ἐπετράπη, ὃ δὴ πρώτιστον τιμῆς τέλος παρὰ Μακεδόσι· Περδίκκας δὲ τὴν Ἡφαιστίωνος χιλιαρχίαν. Ἦσαν δὲ ἄρχοντες Ἰνδῶν μὲν ἁπάντων Πῶρος καὶ Ταξίλης· ἀλλ' ὁ μὲν Πῶρος οἱ ἐν μέσῳ Ἰνδοῦ ποταμοῦ καὶ Ὑδάσπου νέμονται, Ταξίλης δὲ τῶν λοιπῶν. Πίθων δέ τις τῶν τούτοις ὁμόρων ἡγεῖτο, πλὴν Παροπαμισαδῶν. Οἱ δὲ συνάπτοντες Ἰνδοῖς, ὅσοι ὑπὸ τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι νέμονται, Ὀξυάρτῃ τῷ Βακτρίῳ, ὃς ἦν Ῥωξάνης πατήρ, εἰς ἀρχὴν ἀπενεμήθησαν· ἧς ἐτέχθη παῖς μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς Ἀλεξάνδρου θάνατον, ᾧ τὸ Μακεδόνων πλῆθος τοῦ πατρὸς τὴν προσηγορίαν Ἀλέξανδρον ἔθεντο. Ἀραχωσίων δὲ καὶ Γαδρωσίων ἐπῆρχε Σιβύρτιος, καὶ Στασάνωρ ὁ Σόλιος Ἀρείων καὶ Δράγγων ἡγεῖτο. Φιλίππου δὲ ἦν ἀρχὴ Σογδιανοὶ καὶ Ῥαδαφέρνους (l. Φραταφέρνους) Ὑρκανία καὶ Νεοπτολέμου (deb. Πτολεμαίου) Καρμανία. Πέρσαι δὲ ὑπὸ Πευκέστῃ ἐτάχθησαν. Τὴν δὲ Σογδιανῶν βασιλείαν Ὀρώπιος (?) εἶχεν, οὐ πάτριον ἔχων ἀρχήν, ἀλλὰ ὄντος αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου· ἐπεὶ δὲ τύχη τις αὐτῷ συνέπεσεν, ἐπαναστάσεως αἰτίαν φεύγοντι, παραλυθῆναι τῆς ἀρχῆς, τότε κοινῶς (ἐκεῖνος?) αὐτῶν τὴν ἀρχὴν εἶχε. Βαβυλωνίων δὲ καὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν Τίγρητος καὶ Εὐφράτου, τῶν μὲν Σέλευκος, τῆς δὲ Μεσοποταμίας Ἀρχέλαος ἦρχε. Τοσόσδε ἀριθμὸς ἐθνῶν τε καὶ ἔθνεσιν ἀρχόντων ἦν, ὅτε Περδίκκας μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν τὰς ἀρχὰς ἔνειμε. Καὶ τὰ ἄλλα διέξεισιν ἐν πολλοῖς, ὡς κἀν τούτοις Ἀρριανῷ κατὰ τὸ πλεῖστον σύμφωνα γράφων. De re v. Droysen. *Hellenism.* tom. I, p. 48 sqq.

Cf. Schol. Lucian. p. 19 ed. Jacobitz. : Περδίκκας, Πτολεμαῖος καὶ Σέλευκος] Οὗτοι οἱ τρεῖς διάδοχοι ἦσαν Ἀλεξάνδρου, καὶ ὁ μὲν Περδίκκας συνδωίκει Ἀριδαίῳ τῷ βασιλεύοντι μετ' Ἀλέξανδρον, ἀσθενεῖ ὄντι, τὴν βασιλείαν, ὁ δὲ Πτολεμαῖος ἦρχεν Αἰγύπτου, καὶ Σέλευκος τῶν περὶ Βαβυλῶνα τόπων, ὡς ἱστορεῖ Δέξιππος.

2.

Exc. Vatican. De sentent. (cod. p. 81. 82. 101. 102) p. 319-323 ed. Mai., p. 29-24 ed. Niebuhr. in Corp. Scr. Byz. tom. I : *** τὸ αὔχημα,

---

inquam, et Alexandri filium, qui exspectabatur de Roxane, quæ prægnans relicta fuerat, itemque ad Perdiccam et socios, qui Macedonum decreto pro dictis regibus imperium procurabant. Narrat deinceps, ut Alexandri regnum sit divisum. Asiæ quidem hoc modo : Ptolemæo Lagi filio totius Ægypti et Libyæ et omnis ultra hanc regionis Ægypto adjacentis imperium datum : Cleomenes vero, ab Alexandro rege huic satrapiæ impositus, vicariam Ptolemæo præstare operam jussus est. Laomedon Mytilenæus Syriam tenuit ; Pithon vero Mediam ; Eumenes Cappadociam et Paphlagoniam gentesque ad Pontum Euxinum sitas usque ad Trapezuntem. Antigonus Pamphyliis et Cilicibus præfectus est usque ad Phrygiam ; Asandro Cares obvenerunt, Lydi Menandro. Leonatus Phrygiam Hellesponticam obtinuit. Atque ita quidem Asia distributa. In Europa vero Thracia et Chersonesus Lysimacho cessit ; Antipater præfuit universæ Macedoniæ et Græciæ, Illyriis item et Triballis atque Agrianis, iisque omnibus, quibus in Epiro fuerat ab Alexandro adhuc superstite cum summa potestate imperator præpositus. Curatoris porro officium quæque ad regiam pertinebant tutelam, Cratero mandata, quod summum est apud Macedones dignitatis culmen. Perdiccas Hephæstionis chiliarchiam tenuit. Indorum omnium præfecti Porus et Taxiles fuere. Ac Poro quidem quæ Indum inter et Hydaspem fluvios jacent, Taxilo vero reliqua sunt attributa. Pithon quidam horum finitimis imperavit, exceptis Paropamisadis. Qui vero Indis contermini sunt sub Caucasiis montibus incolentes, Oxyartæ Bactriano, Roxanes patri, obtigerunt. Hac Roxane filius natus est, post Alexandri patris obitum, quem æque parentis nomine Alexandrum Macedones appellarunt. Arachosiis et Gedrosiis Sibyrtius præfuit. Stasanor Solensis apud Arios et Drangos regnavit. Philippus Sogdianis imperavit, ut Radaphernes (*Phrataphernes*) Hyrcaniæ, et Neoptolemus (*Tlepolemus*) Carmaniæ. Persæ Peucestæ paruerunt ; Sogdianorum regnum Oropius tenuerat, non a patre relictum, sed ab Alexandro acceptum ; qui postquam in eam calamitatem incidit, ut perduellionis reus regno exuendus esset, tum ille (*Philippus*) imperium Sogdianorum obtinuit. Babyloniorum vero ejusque regionis, quæ media Tigrim inter et Euphratem fluvios sita est, ita distributum imperium, ut illis quidem Seleucus, Mesopotamiæ vero Archelaus imperaret. Hic itaque gentium eorumque præfectorum recensus, ubi Perdiccas post Alexandri excessum regna distribuit. Reliqua quoque, sicuti hæc, fuse persequitur Dexippus, in plerisque cum Arriano consentiens.

2.

*** quam nacta est gloriam non diminuens, sed præter-

δ κέκτηται μὴ καταλύσασα, πρὸς δὲ τῷδε καὶ ἄρχειν ἑτέρων δικαιοῦσα, καὶ γινώσκουσα ὡς πολυπραγμοσύνη μὲν βεβαιοῦται ἀρχὴ πᾶσα, ἀπραγμοσύνη δὲ φθείρεται· ἕλοιτό τε ἂν οὐδαμῶς τις, ἀνδρὶ ἐοικὼς προτιμᾶσθαι ἑτέρων ἀξιοῦντι καὶ μεῖζον ἐς τὸ κοινὸν φρονεῖν, καταλύειν εἰς ἑαυτὸν τὴν κοινὴν εὔκλειαν, εἰ μὴ τῷ συμβάντι ἐξωσθῇ (Nieb., ἐξισώσθη cod.). Μηδὲ τὸν μὲν ἀντίπαλον δόξαι ἐπιθεραπεύειν (δόξαιτε θερ.? Nieb.), παρορᾶν δὲ τό τε ἡμέτερον (ὑμ.? N.) φρόνημα καὶ τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ ὑπουργίαν, ἣν χρὴ πεύσαντες (ἢ χρὴ πιστεύσαντας? Bekk.) δι' αὐτῶν νοήσασθαι· περιέσται γὰρ ὑμῖν τὸ τῆς δαιμονίας σπουδῆς μὴ ἀναξίους φανῆναι, καὶ τά τε ἕτοιμα ἐς τὸ ὑπακούειν οἰκειώσασθαι, καὶ τὰ ἔτι μέλλοντα σὺν ἐκπλήξει τοῦ ἀδήλου προσάγεσθαι. Σωφροσύνη δὲ ἀνδρῶν τοῖς τε ἐκ τῆς τύχης προφαινομένοις εὖ χρήσασθαι, καὶ ἅμα συνέσει ἐς τὰς πράξεις ἰόντας μὴ παριέναι τῶν κοινῶν τὸ ἐφεστηκός, μηδὲ μεταστάντων εἰς μεταμέλειαν ἥκειν τοῦ παροφθέντος. Ἀρετὴ ἡ μὲν πρωτίστη ἐν τῷ τὰ κράτιστα εὖ γνῶναι, δευτέρα δὲ ἡ ἐν ἔργοις. Ἀμφοῖν δὲ ὁ παρὼν καιρὸς δεῖται, καὶ τοῦ γε πράττειν ἑτοιμοτάτου, ὡς ἥ γε ἄνευ τοῦ προμηθοῦς σὺν τῷ ὀκνεῖν μέλλησις χρηστὸν μὲν οὐδὲν ἤνεγκε, τοὺς δὲ χρησαμένους πολλάκις ἐπ' οὐδενὶ μετρίῳ ἔσφηλε. Ταπειναὶ μὲν οὖν φύσεις οὐκ εὐπαράκλητοι ἐς σπουδὴν τῶν ἀρίστων, διότι παραδειγμάτων τε καλῶν ἀμοιροῦσιν ἰδίων τε καὶ πατέρων τῶν ἑαυτῶν, καὶ τῇ σφῶν μὲν ἀνανδρείᾳ ῥᾳθυμοτέραις κέχρηνται ταῖς ἐπιτηδεύσεσιν. Οἷς δὲ ἡ ἀρετὴ διά τε αὐτῶν καὶ προπατόρων ἐκτήθη, φόβου αἰσχύνης μᾶλλον ἢ ὄκνου ἐς τοὺς κινδύνους ἥττωνται, καὶ ἐθελοντεὶ τὸν τῶν καλῶν πόνον ὑφίστανται.

β'. Ὅτι φέρει αἰσχύνην ὁμοίως θράσει τε ἀλογίστῳ τῆς μὴ προσηκούσης εὐκλείας ὀρέγεσθαι, καὶ διαδοχὴν ἔργων ἀρίστων ἀνανδρίᾳ ἐν ἑαυτῷ καταλῦσαι.

γ'. Ὅτι οὐ ταὐτὸν εὐβουλία καὶ ὄκνος· ὁ μὲν γὰρ σὺν τῷ περιδεεῖ διαμέλλει, ἡ δὲ τὰ κράτιστα ἑλομένη ὥρμησεν ἐς τὰ ἔργα.

δ'. Ὅτι τοῖς ἀνδρείᾳ χρωμένοις ἐς τὰ ἔργα τὸ θεῖον συνέπεται.

ε'. Ὅτι ἰσχυρότατον στάσις ταράξαι εὐεξίαν καὶ εὐταξίαν φθεῖραι πόλεώς τε καὶ στρατοπέδων. — Ἔνθα δὴ καὶ ἄλλα τῶν ἀνελπίστων ἄνθρωποι κατεργάζονται· τόλμη γὰρ πρὸ δυνάμεως πιστεύσαντες ἐπὶ τοῖς πολέμοις — τῶν ἀεὶ μοχθούντων. — Ἀνέγκλητοι δὲ σύμμαχοι, κἂν ἐλάττους ὦσιν, ἅμα προθυμίᾳ συμφορώτεροι ἢ πλήθει περιόντες, ὕποπτοι ὑπελείποντο.

ς'. Ὅτι τοὺς πραγμάτων μεγάλων προστασίαν ἐξ ἀρχῆς ἑλομένους οὐδὲ ἐθέλοντας ἔστι κινδύνων ἔξω καὶ πολέμων εἶναι· νομίζοντες γὰρ οἱ ἐν τῷ παρόντι ἰσχύοντες τῶν ἀρετῇ διαφερόντων οὐκ ἀκινδύνους τὰς ἡσυχίας, σὺν τῷ περιδεεῖ τοῦ μήποτε ὑπ' αὐτῶν ἀχθῆναι (ἀρχθῆναι? Bekk.), καὶ μὴ κινουμένοις ἐπέρχονται, βεβαιοτάτην σφίσιν ἀσφάλειαν εἶναι νομίζοντες, εἰ κἀν ταῖς δοκούσαις ἀπραγμοσύναις τὰ ἰσχυρὰ προκαταλήψονται. Ἄριστον δὴ τὸ μέλλον δέος ἔστω (ἔσω? B.) τοῦ παρόντος ἐν ἀσφαλεῖ θέσθαι, καὶ μὴ ἀναμείναντας προπαθεῖν κακῶς οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου ἀμύνεσθαι· βέλτιον γὰρ τὸ μὴ συμβησόμενον προελπίσαντας φυλάξασθαι,

---

ea aliis quoque imperare contendens, ac probe gnara intento in multa studio omne regnum stabiliri, desidia autem subverti. Neque quisquam qui se ceteris antestare ac dignitate in rep. fulgere velit, publicam gloriam sua culpa imminui æquo animo feret, nisi rerum necessitate cogitur. — Neque adversario videamini obsequi, vestram autem confidentiam abjicere, deique etiam auxilium spernere, quo fretos bono animo vos esse oportet. Quippe reliquum vobis erit, ut ne divina cura indigni videamini, atque ut omnes, qui ad obediendum parati sunt, vobis adjungatis; eos qui cunctantur incertorum casuum metu, concilietis. Est autem humanæ temperantiæ, bonis a fortuna oblatis recte uti, simulque sapienter negotia tractando haud negligere futuram publicarum rerum sortem, neque, si res aliter ceciderint, rem omissam ægre ferre. Prima virtus est, quid optimum sit, recte dispicere; proxima in agendo versatur: utraque autem præsens tempus indiget, et præterea promptissimo opere. Nam agendi mora consilio destituta nihil utile efficiet; imo ii qui ita se gerunt, non mediocria detrimenta capere solent. Qui ergo humiliore loco nati sunt, haud facile ad studium rerum optimarum hortando impelluntur: carent enim illustribus exemplis, sive suis proprîs sive parentum. Et hi quidem ob suam ignaviam socordius vitæ rationes instituunt; quibus vero et sua et majorum suorum virtus inest, ii in periculis timori magis turpitudinis, quam pigritiæ, obnoxii sunt, ultroque honestos labores excipiunt.

2. Æque turpe est stulta audacia incongruam gloriam appetere ac præclari operis exercitationem propria ignavia omittere.

3. Alia est matura deliberatio, alia segnities: namque hæc cum timore restitit, illa ubi optime decrevit, ad opus incumbit.

4. Audentes manumque operi admoventes deus adjuvat.

5. Nihil validius seditione est ad bonum publicum perturbandum, atque ad civitatis castrorumque ordinem subvertendum. — Hinc alia quoque insperata homines faciunt. Audacia enim potius quam viribus confisi in bellis — hominum semper ærumnosorum. Inculpati autem socii, etiamsi pauciores numero, tamen alacritate utiliores quam numero præstantes, ut suspecti deferebantur.

6. Qui semel magnarum rerum regimini præfuerunt, iis, ne si velint quidem, carere periculis bellisque licet. Etenim illi, qui præsenti potentia pollent, existimantes, intutam esse præclarorum virorum quietem, metuque perciti, ne summa rerum priventur, etiam ubi nullæ res novæ moventur, vigilant, atque ita firmissimam sibi securitatem fore existimant, si in pace quoque munitum, ut ita dicam, locum præoccupent. Optime autem facit, qui a futuro timore in præsentia cavet neque se patitur ante lædi, ne postea paribus viribus repugnare non possit. Præstat enim id etiam, quod futurum non est, præsentientem cavere, quam spe quietis ignaviam propriam fovere, præsentique

ἡ ἀπραγμοσύνης ἐλπίδι τὸ ἄνανδρον * αὐτὸν θεραπεύσαντας καὶ τὴν παροῦσαν ἀρχὴν ἀποθεμένους, ἐν τοῖς δεινοῖς ἀσθενείᾳ ἐνδοῦναι. Προφυλακὴ δὲ τοῦ μέλλοντος ἄδειαν κτᾶται.

ζ'. Ὅτι ἐν τοῖς πολέμοις μάλιστα αἱ τῆς τύχης πλεονεξίαι ἄλλοτε ἐπ' ἄλλους ὁρμὴν ἔχουσι, κατὰ τὸ ἀεὶ συμβαῖνον περιήκουσαι. Κάλλιόν τε ὑμῖν ὑπὲρ τοῦ ποιῆσαι μᾶλλον ἢ παθεῖν αἱρεῖσθαι τὸ ἀγώνισμα. Καλοῖς δὲ ἔργοις ἀεὶ συνέπεται καλὸς ἔπαινος, ὡς τά γε ἐναντία φήμην ἀναξίαν ὑμῶν ἔχει τῆς εὐκλείας. Ταῦτα τοῦ Ὑπερίδου.

[Suidas v. Ἐπιμᾶλλον : Δέξιππος· « Τῶν δέ τινων τοῖς Ὑπερίδου λόγοις ἐπιμᾶλλον ἀχθέντων. »]

η'. Ὅτι [οὐ] χρὴ ταῖς ἡδίσταις ἀκροάσεσιν ἀγομένους συνεῖναι ταῖς δυσχερείαις ἐπὶ τῶν πράξεων, ἀλλ' ἕως περ ἔστι τις ἄδεια, βουλῇ χρωμένους τὸ βέλτιον αἱρεῖσθαι, μηδὲ σφαλέντας μεταμέλειαν ἔχειν τοῦ γνωσθέντος. Ἀμαθία γὰρ οὐκ ἐπαινεῖται, διότι καὶ σφάλλεται· εὐβουλία τε ἄριστον, ἐπειδὴ ξύνεσίς ἐστι τοῦ μέλλοντος· τό τε γὰρ συμφέρον λογισμῷ ἐπέγνω, καὶ τὸ ἐναντίον προμαθοῦσα ἐφυλάξατο. Αἱ δὲ ὀξεῖαι καὶ ἀπερίσκεπτοι ἐγχειρήσεις ταχείας καὶ τὰς μεταμελείας ἤνεγκαν. Ἡ τε τῶν λόγων ἰσχὺς, ἐλπίδων μὲν καὶ ἐπιθυμιῶν νικηθεῖσα, ἐς μὲν τὴν παραυτίκα πειθὼ εὖ συγκεῖσθαι ἔδοξεν, ἔργῳ δὲ οὐ συνήνεγκεν. Ὀρέγεται δὲ εἰρήνη μὲν τοῦ εὖ γνῶναι, πόλεμος δὲ μάλιστα· κἂν τύχῃ μὲν τοῦ προσήκοντος, ἐλάχιστα ἢ οὐδὲν ἂν σφάλλοιτο, διαμαρτὼν δὲ πλείστῳ καὶ παντὶ χρῷτ' ἂν τῷ ἐναντίῳ. Παραινῶ δὲ τοῖς...

θ'. Ἐλπίσαμεν.. μη.. ἐπὶ μεγάλαις... εἰσαῦθις φιλίας διδόντες.

ι'. Ὅτι ἐν τοῖς.. πολέμοις τὸ μὲν χρηστὸν ἑτέρων, τὸ δὲ δυσχερὲς ἴδιον [τῶν] διακινδυνευο [όντων] γίνεται. Ἄμεινον δὴ.. ὑπερφρονήσαντας ἐκδέξασθαι.. πεῖραν. Εἰ δέ τις θράσει ἀλογίστῳ.. [ἰέ]ναι πρὸς πόλεμον ἡγεῖται, εἰ τὴν Ἀλεξάνδρου [συμ]φορὰν... σκεψάσθω τὸ.. πεῖραν φοβερόν.. καὶ τὴν.. παρασκευάζει.. δοκεῖ καὶ ὁ ἐπι.. το διαφερόντως.. κινδύνους εὔτολμος.. τι προμηθὲς μαλακίαν ἡγοῦντο... τὸ δὲ.. ὄντος καὶ ἡ δόξα.. πρὸς μὴ βουλόμενον ἐκ.. καὶ τὸν τοῦ ἐπικινδυν.. καὶ ἐκ τοῦ δὲ.. διότι οὗτος.. ῥώμῃ καὶ παρασκευῇ [ὑπὲρ] τῆς αὐτῶν ἐλευθερώσεως μείζονα ἀνθρωπίνης ἐλπίδος ἐννοήσαντες πρᾶξαι ἐπεχείρησαν. Ἀρετῇ γὰρ καὶ παρασκευῇ τῆς Μακεδόνων δυνάμεως ἀναμφιλόγως πάντας ἀνθρώπους ὑπερβαλλούσης, οἱ δὲ, καίπερ ἀρρωστίᾳ τῇ οἰκείᾳ οὐδὲ τῶν πολεμίων τοῖς προσοίκοις ἀξιόμαχοι νομιζόμενοι, προθυμίᾳ τῇ σφετέρᾳ καὶ πόθῳ τῆς παλαιᾶς εὐπραξίας ἐς τὸ ἀν τοῖς [ἀντιστῆναι? N.] Μακεδόσι κατὰ παρασκευὴν ὥρμησαν.. χρὴ δὲ.. μὲν προπαθόντας καὶ ὡς ἀπὸ τῆς ὁμοίου ἀ.. τοῖς.. νήσας καὶ δωρεὰς ἐοικυίας ἀντιδιδόναι καὶ ὑπο.. αὖθις ζήλῳ τῶν προσγενομένων ἐφεδρεύειν ἐν τῷ εὖ ποιεῖν.

ια'. Ὅτι πιστοῦται εὔνοια συμμάχων, μάλιστα δὲ τοὺς προϋπάρξαντας χάριτος, ἧς κα.. τοὺς τὴν μετουσίαν ἧξειν.. τῶν ὁμοίων ἐπὶ τὰς εὐεργεσίας τρέπονται· χρεῶσται.. τοῖς ἐπαγγελθεῖσι παρ' ἡμῶν ἤδη τιθέμενοι.. μὴ συναινεῖν· καὶ πρεσβευομένοις παρὰ τοὺς βασιλεῖς σπουδῇ πάσῃ συν.. ἡμῶν καὶ τῶν.. ελλει.. τὰ δὲ πλήθη ὡς τῶν τοῦτον.. πρέσβεων βουλομένοις τὴν εὐθὺς ἡκίστους ὄντες.. ἐφ' ἑαυτὸν..

ιβ'. Ὅτι οἱ δει.. συγχωρήσεως οὐ δεῖται.. σφετερωθέντες εἰ δοξάζετε.. τὸ αὐτὸ πεῖραν.. ἑτοίμως.. σοὶ δὲ γνώριμον.. ὃς ἐπιτάττομεν.. ὡς αὐτῶν πραγμάτων συμφορ.. καλλιστα.. καιροῦ τυχοῦσιν καὶ εἰ.. σὺν μὲν τῷ.. τούτου βλαβερᾶς.. ἐπ' ἀμφοτέροις καὶ σὺν τῷ δικαίῳ καὶ ἅμα συμφέροντι.. ἀσφάλειαν βεβαίως ὄντες· πολέμου δὲ παρασκευὴ φυλακὴ εἰρήνης βεβαιοτάτη· τὰ γὰρ .. μέχρι τούτου οὐκ ἀν.. δὲν πράξειν.

ιγ'. Ὅτι.. οἱ κρατήσαντες ἡττηθῆναι...

Quae leguntur § 1-7 petita sunt ex oratione Hyperidis, qua Athenienses, post nuntiatam mortem Alexandri, ad bellum contra Macedones suscipiendum excitavit. Quae sequuntur § 8 ex Phocionis, ni fallor, oratione, qua dissuadebat bellum, deprompta sunt.

---

potentia omissa, quum mala deinde ingruerint, infirmitate laborare. Etenim futuri cautio securitatem parit.

7. In bellis præpotentia fortunæ modo huc modo illuc transgreditur, pro præsente semper eventu vices alternans. Ceteroquin honorificentius vobis erit, si ob faciendum, quam si ob patiendum aliquid, certamen susceperitis. Jam egregia facinora semper subsequitur clara laus, contraria autem facta indignam pariunt claritate vestri nominis existimationem. *Hæc sunt Hyperidis.*

[Dexippus ait : « Quum autem nonnulli Hyperidis verbis magis offenderentur. »]

8. Haud decet orationum suavitate seductum in rebus exsequendis difficultate laborare; sed donec aliqua tranquillitas est, deliberato consilio oportet meliora eligere, ne postea detrimentum passi rem præcognitam vana pœnitentia requiramus. Inscitia illaudabilis est, quia errore prolabitur : prudentia est optima, quia futuri præscia est, et quid sit utile, ratiocinando cognoscit, contrarium autem prævisum vitat. Subitanea atque inconsiderata incepta celerem pœnitentiam provocant. Eloquentiæ vis, si spei alicui vel cupiditati sit obnoxia, e vestigio quidem persuadere videtur, re vero ipsa non prodest. Pax bono consilio eget, multo vero magis bellum : in quo si quis verum providerit, rarissime aut nunquam offendit : qui secus facit, contraria plerumque sorte utitur. Hortor autem. . . . .

ΧΡΟΝΙΚΑ.

Eunapius (qui Dexippum continuavit) in Exc. De sent. p. 56 ed. Niebuhr. : Δεξίππῳ τῷ Ἀθηναίῳ κατὰ τοὺς Ἀθήνησιν ἄρχοντας, ἀφ' οὗ παρὰ Ἀθηναίοις ἄρχοντες, ἱστορία συγγέγραπται, προσαριθμουμένων τῶν Ῥωμαϊκῶν ὑπάτων καὶ πρό γε αὐτῶν ὑπάτων καὶ ἀρχόντων ἀρξαμένης τῆς γραφῆς. Τὸ δὲ ἓν κεφάλαιον τῆς ἱστορίας τὰ μὲν ἀνωτέρω καὶ ὅσα τὸ ποιητικὸν νέμεται γένος, ἐφεῖναι καὶ ἐπιτρέψαι τῷ πιθανῷ καὶ μᾶλλον ἀναπείθοντι τὸν ἐντυγχάνοντα, τὰ δὲ προϊόντα καὶ ἐπὶ πλέον μαρτυρούμενα συνενεγκεῖν καὶ κατακλεῖσαι πρὸς ἱστορικὴν ἀκρίβειαν καὶ κρίσιν ἀληθεστέραν. Βιάζεται γοῦν καὶ συναριθμεῖται τὸν χρόνον εἴς τε τὰς Ὀλυμπιάδας περιγράφων καὶ τοὺς ἐντὸς ἑκάστης Ὀλυμπιάδος ἄρχοντας. Πρόθυρα δὲ κάλλους ἀνάμεστα προθεὶς τῆς συγγραφῆς, καὶ προϊὼν τά τε ἔνδον ἐπιδείξας σεμνότερα, τὸ μὲν μυθῶδες καὶ λίαν ἀρχαῖον ἀφαιρεῖ, καὶ ἀφίησιν ὥσπερ φάρμακον παλαιὸν καὶ ἀδόκιμον εἰς τοὺς συντεθεικότας· Αἰγυπτίους δὲ χρόνους ἀναλεγόμενος καὶ συνωθούμενος ἐπὶ τὰ πρῶτα καὶ τελεώτερα (παλαιότερα conj. Bekk.) τῶν παρ' ἑκάστοις ἀρχῶν, τοὺς ἡγεμόνας καὶ πατέρας τῆς ἱστορίας ἐκτίθησιν, ἔνδηλος ὢν καὶ σχεδόν τι μαρτυρόμενος, ὅτι τῶν ἀπιστουμένων ἕκαστον ἕτερος προλαβὼν εἴρηκεν. Καὶ περιφέρει γε τὴν ἱστορίαν ἐκ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν τῶν ταῦτα εἰρηκότων ὥσπερ ῥωπόν τι καὶ ποικίλον καὶ χρήσιμον εἰς ἓν μυροπώλιον τὴν ἰδίαν ἐξήγησιν κατακεκλεισμένην καὶ συνηγμένην. Πάντα δὲ, ὅσα πρός τε τὸ κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀξιόλογα καὶ κατ' ἄνδρα δι' ἀρετὴν περιττοῦ τινος ὀνόματος τετυχηκότα, λάβρως ἐπιδραμὼν καὶ διαθέμενος τῷ λόγῳ, τελευτῶν εἰς Κλαύδιον καταλύει τὴν συγγραφὴν, καὶ Κλαυδίου τῆς βασιλείας ἔτος τὸ πρῶτον, ἐς ὃ καὶ τῆς βασιλείας ἤρχετο καὶ ἐτελεύτα, ἐνιαυτὸν ἄρξας Ῥωμαίοις ἕνα· οἱ δὲ καὶ ἕτερον αὐτῷ χαρίζονται. Εἶτα Ὀλυμπιάδας καταλογίζεται τόσας καὶ τόσας καὶ ὑπάτους καὶ ἄρχοντας ἐπὶ ταύταις, τὴν χιλιάδα τῶν ἐτῶν ὑποβαλὼν, ὥσπερ ἀγωνιῶν, εἰ μὴ πολλῶν λίαν ἐτῶν ἀποδοίη λόγον τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

Ἐγὼ δὲ ὁ τοῦτο τὸ ἔργον εἰς νοῦν βαλόμενος, ὑπ' αὐτοῦ Δεξίππου ταῦτα ἔχων ἐκδιδάσκεσθαι καὶ συλλαμβάνειν, ὅσος καὶ ἡλίκος ὁ κίνδυνος κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον ἱστορίαν γράφειν, καὶ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ὁμολογεῖν, ὅτι ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀληθῆ κατὰ τοὺς χρόνους, ἀλλὰ τῷ μὲν οὕτως, τῷ δὲ ἑτέρως ἔδοξε, καὶ περιφανῶς ἑαυτοῦ κατηγορεῖν, ὥσπερ ἐκεῖνος, ὅτι χρονικὴν ἱστορίαν γράφων πλανωμένην τινὰ καὶ μεστὴν τῶν ἀντιλεγόντων ὥσπερ ἀπρόεδρον ἐκκλησίαν ἐκτίθησι τὴν γραφὴν, ὀξέως δὲ καὶ τῆς Βοιωτίας ἀκούων παροιμίας, ὅτι οὕτως αὐλεῖν οὐ πρέπει, κἀκεῖνα προσελογιζόμην, ὅτι τέλος ἱστορίας καὶ σκοπὸς ἄριστος τὰ πραχθέντα ὅτι μάλιστα δίχα τινὸς πάθους εἰς τὸ ἀληθὲς ἀναφέροντα γράφειν, οἱ δὲ ἀκριβεῖς λογισμοὶ τῶν χρόνων, ὥσπερ ἄκλητοι μάρτυρες αὐτομάτως ἐπεισιόντες, εἰς ταῦτα ὠφελοῦσιν οὐδέν. Pluribus in hanc sententiam disputatis, mox iterum Dexippi mentio fit in hisce : Κωλύει μὲν γὰρ ἴσως οὐδὲν καὶ περιττόν τι μαθεῖν, ἄλλως τε καὶ, ὥς φησιν αὐτὸς Δέξιππος, τῶν

CHRONICA.

Dexippus Atheniensis historiam composuit secundum seriem archontum Atheniensium, inde ab illis certe temporibus, a quibus esse apud Athenienses archontes cœperunt. Simulque cum iis etiam consules Romanos ex ordine adscripsit. Ceterum quum ante consulum et archontum tempora scriptum exordiatur, hoc unum maxime sibi proposuit historicus, ut antiqua nimis et quæ a poetarum gente traduntur, probabilitati suæ permittat et prout cuique lectori videbitur, esse sinat : posteriora autem, quæ testimoniis magis abundant, conferat ad historicam severitatem et sub verioris criticæ regulas redigat. Cogit igitur digeritque tempus juxta Olympiadum seriem juxtaque occurrentes in unaquaque Olympiade archontes. Jam pulcherrimo historiæ suæ procœmio proposito, pergit porro, et ipsum scripturæ corpus venustius adhuc ostendens, fabulosa quidem et prisca nimis resecat, atque apud horum auctores tanquam pharmacum vietum et reprobatum, otiosa esse sinit : Ægyptiaca vero tempora supputans atque ad antiquiores purioresque, qui sunt apud quamque gentem, fontes revocans, principes patresque historiæ in medium profert; plane demonstrans ac propemodum testimoniis comprobans, unumquodque ex his incredibilibus alium ex alio historico fuisse mutuatum. Ipse autem e multis et omnigenis, qui de his rebus scripserunt, historiam conficit; cinnum veluti varium et perbonum ad unicam pigmentarii officinam, ad suam videlicet narrationem, cogens atque cumulans. Omnia vero, quæ sive generatim inter homines illustria, sive singillatim ob alicujus virtutem præstante fama inclaruerunt, celeriter percurrens atque in suam lucubrationem adsumens, finem historiæ facit in Claudii anno primo, quo is regnum et auspicatus est et finivit, anno uno Romanis imperitans; quanquam nonnulli duos ei imperii annos largiuntur. Deinde Olympiadum numerum supputat et archontum consulumque, annorum chiliadem exhibens, laboriose admodum æstuans, nisi permultorum annorum lectoribus suis rationem reddiderit. Ego vero, qui de hoc opere lucubrando consilium cepi, ab ipso quidem Dexippo discere potui et cognoscere, quale quantumque periculum sit per annos singulos historiam deducere, ac porro lectoribus confiteri, hoc et illud secundum temporum rationem non vere esse dictum, sed aliis aliter esse visum, atque ita se ipsum perspicue coarguere, ut reapse Dexippo accidit, quod historiæ chronicæ quivis auctor fallacem quandam et plenam repugnantiarum, ceu concionem præside carentem, edit scriptionem : Bœoticum quoque proverbium auditurus, quod sic tibiis sonare non licet. Denique et illud mecum reputavi, finem historiæ scopum optimum esse, ut res gestæ, duce omnino veritate, absque ullo affectu scribantur : accuratos autem temporum calculos, si velut testes non advocati adsint, prædictæ rei nihil prodesse.

Nisi forte inania etiam discere animus fert; præsertim quum chronici scriptores, ut ait ipse Dexippus, vel omnes

μὲν χρονικῶν ἢ πάντων ἢ τῶν πλείστων διαπεφωνημένων, τῶν δὲ ὑπερόρων καὶ φανερῶν πράξεων συμπεφωνημένων.

3.

Syncellus p. 177, D : Ἡρακλειδῶν κάθοδος Ὕλλου τοῦ πρεσβυτέρου παιδὸς Ἡρακλέους ἡγουμένου τῆς κατὰ Πελοποννησίων μάχης, ἥτις ἐπεκράτησεν ἱκανοῖς ἔτεσι μεταξὺ Πελοποννησίων καὶ τῶν Ἡρακλειδῶν. Τότε Ῥόδος ἡ νῆσος οἰκίζεται παρὰ Λακεδαιμονίων, ὡς Δέξιππος (Ζεύξιππος Goar.) ἱστορεῖ, μετοικησάντων ἐκ Πελοποννήσου διὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν ἐπίθεσιν.

4.

Idem p. 263, D : Ἀλέξανδρος οὖν κ' ἄγων ἔτος, κατὰ Δέξιππον, πᾶσαν ἄσκησιν ἠσκημένος σωματικὴν, αὐτοῦ τε γνησιώτατος Ἀριστοτέλους γεγονὼς τοῦ δαιμονιῶντος φοιτητὴς, ἐπὶ τὴν πατρῴαν παρῆλθε βασιλείαν.

Antecedit apud Syncellum locus de majoribus Alexandri inde a Carano. Hunc quoque, sicuti ea quæ deinceps de Alexandro ipso, deque ejus successoribus usque ad eversum a Romanis imperium sequuntur, omnia e Dexippo fluxisse, a Syncello autem ex Eusebio petita esse censuit Scaliger, ideoque omnia hæc tanquam Dexippi excerpta in græcum suum Eusebium recepit. In Scaligeri autem arbitrio acquiescentes etiam hodie viri docti, qui hujus loci mentionem faciunt, Dexippum laudare solent. Id vero perperam fit. Ex Eusebio Armen. certo nunc constat locum Syncelli non esse petitum ex Eusebio. Comparatis autem inter se quæ de Macedonum regibus apud Syncellum et Eusebium leguntur, facile intelligitur utriusque narrationem ex eodem fonte derivari, adeo ut locis haud paucis singula verba apud utrumque legantur eadem. Hunc vero fontem Dexippum esse vel propterea negaveris, quod Eusebius (p. 195) data opera duces suos recensens, Dexippi mentionem non injecerit. Contra vero Porphyrium disertis verbis testatur suppeditasse sibi quæ de Alexandri in Macedonia successoribus tradidit. Ex eodem Porphyrio etiam ea fluxisse, quæ de majoribus Alexandri Eusebius et Syncellus exhibent, consentaneum est. Quanquam Syncellus sua non ex ipso Porphyrio sed ex Africano vel ex alio chronographo descripserit.

5.

Syncellus p. 334, C : Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις (sc. Claudii imperatoris) ἐφάνη τὸ ὄρνεον ὁ Φοῖνιξ, καθὼς ἱστοροῦσιν Αἰγύπτιοι, πρὸ χνδ̄ (χν δὲ codd. A B) ἐτῶν φανείς, ὡς καὶ Δέξιππος συμφωνεῖ. Hæc alibi non traduntur, quantum scio. Numerus χνδ̄ corruptus fuerit. Fort. fuit χιλίων τετρακοσίων ἑξήκοντα. De phœnice ave quæ sub Tiberio an. 34 p. C. visa esse dicitur, v. Tacit. Ann. VI, 28.

E LIBRO DECIMO.

6.

Stephan. Byz. v. Δυρράχιον : Δέξιππος δὲ ἐν Χρονικῶν ι' φησὶν οὕτω· « Καὶ Μακεδόνων τὴν μὲν Ἐπίδαμνον, εἰς ὕστερον δὲ Δυρράχιον μετονομασθεῖσαν, πόλιν τῆς Μακεδονίας μεγάλην καὶ εὐδαίμονα οὖσαν, κατὰ κράτος αἱροῦσιν. Eadem e Stephano Constantinus Porphyr. De them. II, 9.

7.

Idem : Σουχαῖοι, ἔθνος Μαυρούσιον, ὡς Δέξιππος Χρονικῶν δεκάτῳ. Nescio an horum *Succhæorum urbs Succabar* (Ζουχάβαρι Ptolem.), *colonia Augusta*, ap. Plinium V, 2, 1, et oppidum *Sugabarritanum* in Mauritania ap. Ammian. 29,5 (cf. Forbiger. *Geogr.* p. 878).

8.

E LIBRO DUODECIMO.

Idem : Ἕλουροι, Σκυθικὸν ἔθνος, περὶ ὧν Δέξιππος ἐν Χρονικῶν ιϐ'.

---

vel certe plurimi invicem dissideant in rebus illustribus ac manifestis, quas per se ipsas in controversiam nemo revocat aut diffitetur.

3.

Heraclidarum descensus, Hyllo, seniore Herculis filio, belli adversus Peloponnesios duce. Quod quidem bellum per annos sat multos inter Peloponnesios et Heraclidas viguit. Tunc Lacedæmonii, Heraclidarum invasione afflicti, ut Dexippus auctor est, Peloponneso migrantes Rhodum insulam incolis frequentarunt.

4.

Alexander vicesimum agens annum... regnum paternum suscepit.

5.

His temporibus (Claudii I imperatoris) apparuit phœnix avis, ut Ægyptii fabulantur, quæ apparuerat etiam ante annos 654. Concinit etiam Dexippus.

6.

Dexippus Chronicorum libro decimo ita scribit : « Et Macedonum Epidamnum, quæ postea Dyrrhachium nominata est, urbem Macedoniæ magnam et opulentam, vi capiunt. »

7.

Succhæi, populus Maurus, ut Dexippus ait, Chronicorum libro decimo.

8.

Heluri (*Herules*) gens Scythica, de quibus Dexippus Chronicorum libro duodecimo.

9.

Lampridius in Alexandro Severo c. 49 : *Dexippus dicit eum* (Alexandrum Severum) *cujusdam Martiani filiam duxisse, eundemque ab eo Cæsarem nuncupatum : verum quum vellet insidiis occidere Alexandrum Martianus, detecta factione, et ipsum interemptum et uxorem abjectam. Idem dicit fuisse patruum Antoninum Heliogabalum Alexandri, non sororis uxoris ejusdem filium.*

Occidere Al. Martianus] « Tu vero lege Herodianum, qui invidia hujus facti atrocissimi Mammæam onerat. » *Casaub.* — *abjectam*] « in Africam relegatam. » *Idem.* — *fuisse patruum*] « Scimus hoc falsum : sed vellem exstarent græca Dexippi verba : nam fortasse illa quasi præteriens aut aliud agens legit Lampridius. » *Idem.*

10.

Jul. Capitol. in Gordianis c. 9 : *Appellato igitur Gordiano imperatore, juvenes qui auctores hujus facinoris erant, statuas Maximini dejecerunt, imagines perfregerunt, nomen publicitus eraserunt; ipsum etiam Gordianum Africanum appellarunt. Addunt quidam Africani cognomentum Gordiano idcirco inditum, non quod in Africa imperare cœpisset, sed quod de Scipionum familia originem traheret. In plurimis autem libris invenio et hunc Gordianum et filium ejus pariter imperatores appellatos, et Antoninos cognominatos; alii vero Antonios. Post hoc Carthaginem ventum cum pompa regali et fasciis laureatis; filiusque legatus patris, exemplo Scipionum, ut Dexippus Græcæ historiæ auctor ait, gladii potestate succinctus est.*

11.

Idem ib. c. 19 : *Cordus dixit uxorem eum* (Gordianum juniorem) *nunquam habere voluisse. Contra Dexippus putat ejus filium esse Gordianum tertium, qui post hoc cum Balbino et Pupieno sive Maximo puerulus adeptus est imperium.*

Id. c. 23 : *Dexippus quidem asseverat ex filio Gordiani tertium Gordianum esse natum.*

Idem ibid. c. 2 : *Gordiani non, ut quidam imperiti scriptores loquuntur, duo sed tres fuerunt, idque docente Arriano scriptore Græcæ historiæ, docente item Dexippo Græco auctore, potuerunt addiscere, qui, etiamsi breviter, ad fidem tamen omnia persecuti sunt.*

21.

Idem in Maximo et Balbino c. 1 : *Quum igitur duo consulares et eminentes quidem viri, Maximus et Balbinus* (*quorum Maximus a plerisque in historia reticetur, et loco ejus Pupieni nomen infertur, quum et Dexippus et Arabianus Maximum et Balbinum dicant electos contra Maximinum post Gordianos, quorum alter bonitate, virtute alter ac severitate, clari habebantur*) *ingressi essent curiam* etc.

Pro *Arabianus* lege *Arrianus*, uti est in c. 2 et 7. Scriptor hic, Dexippi, ut videtur, æqualis, (et fortasse Arrianus consul a. U. 995 sub Gordiano imp.) aliunde non notus est, nisi quod Euagrius (Hist. Eccles. V, 24), postquam dixerat Eusebium in Historia Romana ab Octaviano et Trajano progressum esse usque ad mortem Cari, addit : Γέγραπται δὲ περὶ τῶν χρόνων τούτων ἔνια Ἀρριανῷ τε καὶ Ἀσινίῳ Κουαδράτῳ.

Idem ibid. c. 15 : *Dexippus Græcorum scriptor Maximum et Balbinum imperatores dicit factos contra Maximinum post Gordianos duos et a Maximo victum Maximinum, non a Pupieno.*

Ibid. c. 7 : *Sane quod nullo in loco tacendum est, quum et Dexippus et Arrianus et multo alii Græci scripserunt, Maximum et Balbinum imperatores contra Maximinum factos, Maximum autem cum exercitu missum, et apud Ravennam bellum parasse, Aquileiam autem nisi victorem non vidisse : Latini scriptores non Maximum, sed Pupienum contra Maximinum apud Aquileiam pugnasse dixerunt, eundemque vicisse : qui error unde natus sit scire non possum, nisi forte idem est Pupienus qui et Maximus.* (Est M. Clodius Pupienus Maximus.)

13.

Jul. Capitolinus in Maximino jun. c. 6 : *Denique quum caput Maximini pilo circumferretur, et ex hoc ingens gaudium esset, prope par erat, quod et filii caput pariter portaretur. Addit Dexippus tantum odium fuisse Maximini, ut, interfectis Gordianis, viginti viros senatus creaverit, quos opponeret Maximino : e quibus fuerunt Balbinus et Maximus, quos contra eum principes fecerunt. Idem addidit in conspectu Maximini jam deserti a militibus Anolinum præfectum prætorio ipsius et filium ejus occisum.*

14

Idem in Maximo et Balbino c. 16 : *Sub his pugnatum a Carpis contra Mœsos fuit, et Scythici belli principium et Histriæ excidium eo tempore; ut autem Dexippus dicit, Histricæ civitatis. Dexippus Balbinum satis laudat, et dicit forti animo militibus occurrisse atque interfectum; ut mortem non timeret : quem in omnibus disciplinis instructum fuisse dicit. Maximinum vero negat ejusmodi*

virum fuisse, qualem Græci plerique dixerunt. Addit præterea, contra Maximum Aquileiensium tantum odium fuisse, ut de crinibus mulierum suarum arcubus nervos facerent, atque ita sagittas emitterent. Dexippus et Herodianus, qui horum principum historiam persecuti sunt, Maximum et Balbinum fuisse principes dicunt delectos a senatu contra Maximinum post interitum duorum Gordianorum in Africa, cum quibus etiam puer tertius Gordianus electus est.

Cf. Euagrius Histor. Eccl. V, 24 : Καὶ Δεξίππῳ δὲ πλεῖστα περὶ τούτων πεπόνηται, ἀπὸ μυθικῶν ἀρξαμένῳ καὶ λήξαντι ἐς τὴν Κλαυδίου τοῦ μετὰ Γαλιηνὸν βασιλείαν· ᾧ συναπείληπται περὶ ὧν Κάρποι καὶ ἕτερα βάρβαρα ἔθνη κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ Θράκην καὶ Ἰωνίαν διαπολεμοῦντες ἔπραξαν.

15

Trebellius in Triginta tyrannis c. 32 : *Docet Dexippus, Titum tribunum Maurorum, qui a Maximino inter privatos relictus fuerat, timore violentæ mortis, ut alii dicunt, invitum vero et a militibus coactum, ut plerique asserunt, imperasse, atque hunc intra paucos dies post vindicatam defectionem, quam consularis vir Magnus Maximino paraverat, a suis militibus interemptum. Imperasse autem mensibus sex.*

16.

Syncellus p. 376, A : Σκύθαι περαιωθέντες οἱ λεγόμενοι Γότθοι τὸν Ἴστρον ποταμὸν ἐπὶ Δεκίου πλεῖστοι τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν κατενέμοντο. Οὗτοι τοὺς Μυσοὺς φεύγοντας εἰς Νικόπολιν περιέσχον· Δέκιος δὲ ἐπελθὼν αὐτοῖς, ὡς Δέξιππος ἱστορεῖ, καὶ τρισμυρίους κτείνας ἐλαττοῦται κατὰ τὴν μάχην, ὡς καὶ τὴν Φιλιππούπολιν ἀπολέσαι ληφθεῖσαν ὑπ' αὐτῶν καὶ Θρᾳκας πολλοὺς ἀναιρεθῆναι. Ἐπανιοῦσι δὲ Σκύθαις ἐπὶ τὰ σφέτερα ὁ αὐτὸς Δέκιος ἐπιθέμενος ἀναιρεῖται ἐν Ἀβρύτῳ, τῷ λεγομένῳ φόρῳ Θεμβρωνίῳ, σὺν τῷ παιδὶ διὰ νυκτὸς ὁ θεομάχος. Οἵ τε Σκύθαι μετὰ πλείστων αἰχμαλώτων καὶ λαφύρων ἐπανέρχονται. Καὶ τὰ στρατόπεδα βασιλέα πάλαι τινὰ γενόμενον ὕπατον Γάλλον ἀναγορεύουσιν ἅμα Βολουσιανῷ τῷ Δεκίου παιδί· οἳ καὶ βασιλεύουσι, κατὰ Δέξιππον, μῆνας ιη' πράξαντες οὐδὲν ἀξιολογον· κατὰ δὲ ἄλλους τινὰς ἔτη γ' καὶ καθ' ἑτέρους ἔτη β'. — Syncellus hæc, sicuti reliqua, procul dubio e Chronicis Dexippi, non vero ex Scythicis historiis, petivit.

16 a.

Cram. Anecd. Paris. II, p. 153, 20 : Μέχρι τούτου (i. e. usque ad Praxidamantem (Πρασιδάμας cod.) Alexandrinum, Olymp. 249 stadio victorem) τὴν τῶν Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴν εὕρομεν. Καὶ ὁ μὲν Εὐσέβιος ταῦτα. Ἄλλοι δὲ χρονογράφοι καὶ Δέξιππος ὁ Ἀθηναῖος καὶ τῶν ἑφεξῆς Ὀλυμπιάδων τῶν τε ἐν αὐταῖς νικησάντων μέμνηται. Ἀμέλει τὴν χρονικὴν ἱστορίαν ὁ Δέξιππος μέχρι τῆς διακοσιοστῆς ἑξηκοστῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος (269 p. C.) συγγράψας, Διονύσιον Ἀλεξανδρέα φησὶν ἐπὶ ταύτης νικῆσαι.

ΣΚΥΘΙΚΑ.

17.

Exc. De sentent. p. 323 ed. Mai., p. 21 ed. Niebuhr. : *** τύχας ἀνδρῶν καὶ καταστάσεις πόλεων καὶ ἐθνῶν νεωτερίζουσαι ἐλάττους τε ὁμοίως καὶ διαφερόντως περὶ εἰρήνην πόλεμον συμβαίνουσιν ἄγοντος τοῦ χρόνου μηδεμιᾶς· ἀλλὰ μετατρέποντος ἄλλη ἄλλους πρός τε τὸ ἄμεινον· καὶ μὴν τὰ γιγνόμενα ἐν τοῖς ἀνθρωπείοις ἄριστοι γνώμην (γνῶναι? B.) οἱ μὴ χαλεποὶ δέξασθαι τὰς ἐξαλλαγὰς τῶν ἡμερῶν καὶ χρόνων· μηδὲ ἐτῶν τούτους ὅσοι πολέμου τε καὶ στρατοπέδων ἐξηγοῦνται μνήμῃ προγενομένων ἔχειν ἐπὶ τὰ συμφορώτατα ἑκάστους καὶ τοῖς προσπίπτουσιν κακου.. της τῶν ἱστορηθέντων νεωτέρων τε καὶ παλαιοτέρων.. πρὸς δὲ τοὺς κατα..

κατ' ἀνθρώπους ἧς ἀπορῇ λύσις.. ἡ γὰρ ἰσχύοντας κατὰ τῶν τι.. τῷ συνενέχοντι ἐν.. η αποκνήμη.. ὡς ἁλίσκεσθαι δέον.

Corruptissima hæc ex præfatione operis petita esse videntur.

16.

Scythæ qui Gothi appellantur, Istro trajecto, Romanum imperium sub Decio multitudine sua depopulabantur. Hi Mœsos, qui Nicopolim confugerant, obsidione cinxerunt : sed Decius, ut ait Dexippus, impressione in eos facta, etsi triginta millia occidit, nihilominus prœlio inferior discessit, ita ut Philippopolim quoque ab iis captam amiserit, et magna Thracum multitudo perierit. Scythas autem qui in patriam se referebant persequens impius Decius circa Abrytum in loco quod Forum Thembronium dicitur, cum filio noctu trucidatur : quamobrem Scythæ cum magno captivorum atque exuviarum numero discesserunt. Exin exercitus Gallum exconsulem et Volusianum Decii filium imperatores crearunt : qui regnaverunt, ut ait Dexippus, menses octodecim, nullo insigni facinore edito; secundum alios regnarunt annis tribus, secundum nonnullos annis duobus.

16 a.

Usque ad Olymp. 249, qua Praxidamas vicit, Olympiades recensitas invenimus apud Eusebium. Alii chronographi inter eosque Dexippus sequentes quoque Olympiades nominaque eorum qui iis vicerunt, consignarunt. Et Dexippus quidem Chronica sua deduxit usque ad Olympiadem ducentesimam sexagesimam secundam, qua Dionysium Alexandrinum vicisse refert.

18.

Exc. De strategem. c. IV Ἐκ τῶν Δεξίππου. Πολιορκία Μαρκιανουπόλεως.

Μαρκιανούπολιν, τὸ δὲ ὄνομα Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως τὴν ἀδελφὴν ἐνδεδωκέναι τῇ πόλει λέγουσιν οἱ ἐγχώριοι· ταύτην δὴ οὖν τὴν πόλιν οἱ Σκύθαι ὡς δὴ κατὰ κράτος ἁλώσιμον εἶναι νομίσαντες, ἀπεῖχον μὲν τῆς εὐθὺ προσβολῆς, λίθους δὲ ὅτι πλείστους παρεφόρουν πρὸ τοῦ τειχίσματος, ὡς χύδην καὶ σωρηδὸν κατανενημένοις ἀφθόνως ὑπάρχειν χρῆσθαι· (2) ᾤοντο γὰρ χρόνον τε πολὺν ἐπὶ τοῦ τείχους οὕτω συμβήσεσθαι, καὶ τῶν πολεμίων ἐν τῷ φυλάσσεσθαι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ ἐπιχειρεῖν ὄντων, ῥᾳστώνῃ τὴν πόλιν αἱρήσειν. (3) Τοῖς δὲ ἐν τῷ ἄστει πάλαι τε παρεσκεύαστο ὅσα εἰς πολιορκίαν ἐπιτήδεια, καὶ Μάξιμος, ἀνὴρ γένος μὲν τῶν ἀπόρων μεταδου * φιλοσοφίᾳ δὲ ἄρα συζῶν, οὐ μόνον στρατηγοῦ, ἀλλὰ καὶ στρατιώτου ἀγαθοῦ ἔργα ἐν τῷ τότε ἕτοιμος ὢν ἐπιδείκνυσθαι, ἐπεθάρρυνέ τε ἑκάστους καὶ παρῄνει, (4) ὅτε δὴ ἐκ χειρὸς ἀκροβολίζοιντο οἱ πολέμιοι, τοῦ ἀμύνεσθαι ἀπεχομένους ὑπὸ ταῖς ἐπάλξεσιν ἱσταμένους ἔχειν σφῶν αὐτῶν φυλακὴν, τάς τε ἀσπίδας προϊσχομένους καὶ ὅσα δύναται στέγειν καὶ ἀποκρούεσθαι τὰς τῶν ἐναντίων βολάς. (5) Ὡς δὲ ἱκανῶς ἔχειν ἐδόκει τοῖς βαρβάροις τῆς τῶν λίθων παρασκευῆς, ἀθρόοι περιχυθέντες ἐν κύκλῳ τὸ τεῖχος, οἱ μὲν ἀκόντια μεθίεσαν, οἱ δὲ λίθοις ἠκροβολίζοντο τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων, καὶ συνεχείᾳ [ἐχρῶντο] τῶν μεθιεμένων, ὡς χαλάζῃ τῇ πυκνοτάτῃ προσεοικέναι κατὰ τὸ ἐπάλληλον τῆς φορᾶς. (6) Οἱ δέ γε εἴσω τοῦ ἄστεως, σφᾶς τε αὐτοὺς κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ τὸ τεῖχος ἐφύλασσον· ἀπεῖχον δὲ τοῦ ἀμύνεσθαι, ἥπερ αὐτοῖς προσετέτακτο. (7) Ὡς δὲ ἐπ' οὐδενὶ ἔργῳ λαμπρῷ ἥ τε τῶν λίθων ἐκενώθη τοῖς βαρβάροις παρασκευὴ, καὶ ὅσα ἐκ χειρὸς ἢ ἀπὸ τόξου ἀκόντια, ἥ τε ἐλπὶς αὐτοῖς τοῦ σὺν οὐδενὶ πόνῳ τὴν πόλιν αἱρήσειν ἀνάλωτο, ἀθυμίᾳ δὴ εἶχοντο, καὶ τῶν στρατηγῶν ἀνακαλεσάντων ἀπῆεσαν, οὐ πόρρω τῆς πόλεως τὴν στρατοπεδείαν ποιούμενοι· καὶ γὰρ ἦν τῆς ὥρας ἀμφὶ ἡλίου δυσμάς. (8) Διαλιπόντες δὲ ἡμέρας οὐ μάλα συχνὰς καὶ ἐπελθόντες αὖθις καὶ περιστάντες ἐν κύκλῳ τὸ τεῖχος ἠκροβολίζοντο· ὅτε δὴ Μάξιμος τοῖς ἐν τῷ ἄστει καιρὸν εἶναι τῆς ἐπιθέσεως ἐπηγγέλλετο. (9) Γίνεται δὴ οὕτω· καὶ ἀναθαρρήσαντες διὰ τὴν ἐν τῇ προτέρᾳ τῶν βαρβάρων ἄπρακτον ἀναχώρησιν, βοήν τε ἦραν καὶ λίθους καὶ ἀκόντια, ὡς εἶχον, μεθίεσαν· (10) οἱαδηοῦν πυκνῶν ἀλλήλοις ἐφεστηκότων τῶν βαρβάρων καὶ διὰ τὸ ἀπροσδόκητον τοῦ ἀντίπαλον ἂν σφίσιν ἄνωθέν τι ἀπαντῆσαι οὐκ ἐς τὸ ἀκριβὲς πεφραγμένων, [πρὸς δὲ καὶ ἀθρόαις ταῖς βολαῖς, καὶ ταῦτα ἐκ μετεώρου βαλλομένων,] καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, οὐδὲ ἐθέλοντας ἦν ἁμαρτεῖν τοὺς ἀπὸ ἄστεως. (11) Διαζόμενοι δὴ οὖν οἱ Σκύθαι καὶ μὴ ἀντιδρᾶν ἔχοντες τοὺς Μυσοὺς, διά τε τὰς ἐπάλξεις καὶ τὴν ἐκ τῶν θυρῶν καιροφυλακὴν, ἀπαγορεύοντες πρὸς τὰς πληγὰς, καὶ ὡς οὐκ ἦν αὐτοῖς περαιτέρω καρτερεῖν, ἀνεχώρησαν ἄπρακτοι.

DE BELLO SCYTHICO.

18.

Ex Dexippi Historiis. Obsidio Marcianopolis.

Marcianopoli urbi a Trajani imperatoris sorore *Marcia* nomen inditum esse indigenæ dicunt. Hanc igitur urbem quum vi capi posse Scythæ (*i. e. Gothi*) putarent, non continuo tamen in muros impetum fecerunt, verum lapides quamplurimos ante mœnia contulerunt, qui passim acervatimque cumulati largam usibus copiam suppeditarent. (2) Etenim opinabantur et cædem in mœnibus collocatorum ingentem eo modo futuram, et hostibus ad tuendum se ipsos magis quam ad aggrediendum obsessores intentis, urbem se facili negotio expugnaturos esse. (3) Oppidani vero jam antea quæcumque ad obsidionem sustinendam necessaria essent apparaverant, atque Maximus, vir genere quidem e pauperum (?) familia oriundus, studiis vero philosophiæ innutritus, non solum ducis munere, sed etiam militis egregii officio fungi tunc paratus, animos singulorum erigebat et confirmabat, eosque hortabatur, (4) ut, dum eminus hostes jacularentur, ipsi a propugnando abstinerent, sed tuerentur se pinnis murorum scutisque prætentis, et si quibus aliis muniri corpora ac retundi hostium missilia possent. (5) Jam ubi lapidum copiam sufficientem coacervasse sibi Scythæ videbantur, confertim circa mœnia circumfusi partim jaculis partim lapidibus collocatos in propugnaculis petebant, tantaque missilium creberitas erat et continuitas, ut grandini densissimæ foret æquiparanda. (6) Oppidani vero et murum et se ipsos, quantum ejus fieri poterat, salvos præstabant, a propugnando autem, prout jussum erat, abstinebant se. (7) Itaque quum absque ullo emolumento lapidum apparatus et reliquorum copia telorum, quæ manu vel arcu emittuntur, exhausta Scythis essent, atque spes urbis nullo labore capiendæ evanuisset, despondere animos cœperunt. Quare a ducibus revocati abierunt, nec procul ab urbe castra metati sunt: jam enim ad finem dies vergebat, sole occidente. (8) Intermissis deinde diebus haud ita multis, de novo aggressi ac murum undique circumsistentes, velitationem instaurarunt. Tum vero Maximus adesse oppidanis nuntiat propugnandi hostis opportunitatem. (9) Igitur impetum faciunt, ac fiduciam assumentes ex eo, quod in priori aggressione barbari re infecta recesserant, sublato clamore bellico, lapides et jacula prout quisque poterat temere in hostem intorquent. (10) Videlicet quum conferti et conglobati inter se barbari adstarent, et propterea, quod desuper hostile quiddam iis venturum minime exspectabant, non satis corpora muniissent, [præterea etiam crebris ictibus et quidem desuper peterentur,] denique ingens esset hostium multitudo: fieri omnino non potuit, ut vel volentes oppidani irritum telum aliquod emitterent. (11) Ita quum Scythæ opprimerentur et par pari Mysis referre nequirent propter pinnarum tutamina scutorumque præsidia opportuna, fatentes se diutius non posse ictus sustinere, re infecta abscesserunt.

Excerpta hæc De strateg. ex codice Sanctæ Lauræ, in Atho monte monasterii, descripsit Minoydes Minas, primumque edidimus ad calcem Josephi tom. II. — 1. Cf. quæ leguntur apud Jornandem De reb. Get. c. 16 : *Qui* (Gothi) *ductu Ostrogothæ regis mox Danubium vadati et secundo Mœsiam populati, Marcianopolim ejusdem patriæ urbem famosam metropolim aggrediuntur diuque obsessam accepta pecunia ab his qui inerant, reliquere* (sec. Dexippum Gothi ἀπαγορεύοντες ἀνεχώρησαν ἄπρακτοι). *Et quia Marcianopolim nominavimus, libet aliquot de ejus situ breviter intimare. Nam hanc urbem Trajanus imp. hac re ædificavit, ut fertur, eo quod Marciæ sororis suæ puella, dum lavat in flumine illo, quod nimiæ limpiditatis saporisque in media urbe oritur, Potami cognomento, exindeque vellet aquam haurire, casu vas æneum, quod ferebatur, in profundum cecidit, metalli pondere gravatum, et longe post emersit : quod certe non erat usitatum, aut vacuum sorberi aut certe semel voratum undis respuentibus renatare. His Trajanus sub admiratione compertis, fontique numinis quiddam inesse credens, conditam civitatem germanæ suæ nomine Marcianopolim nominavit.* ἀπεῖχον μὲν] Dübner.; ἐπεῖχον μὲν cod. — κατανενημένοις] Dübner.; κατανεμειμένων (sic) apographum — 2. μᾶλλον ἢ ἐν τῷ ἐπιχ. κτλ.] μᾶλλον πάντες (πάντας vel πάντ' conj. Minas) ἐπιχειρεῖν ὄντων ῥᾳστων ἢ τὴν πολ. αἱρ. codex. — 3. μεταβου] sic cod.; num τῶν ἀπόρων μετοίκων? τῶν εὐπόρων καὶ μεγάλων? — 4. ὅτε δὴ] ὅτε δὲ cod. — αὐτῶν φυλαχήν. Hic in margine apographi (incertum an etiam codicis) adscriptum : ἐκ τῶν ἀκροβολιστῶν. Incipit cod. fol. 75. — 5. τῆς τῶν λίθ.] fortasse excidit τὰ ante τῆς; quamquam ferri vulgata potest. — μεθίεσαν] μετίεσαν cod. — ἠκροβολίζοντο] in margine notatur : ἐκ τῶν ἀκροβολιστῶν. — ἐχρῶντο supplevi. — 6. ἤπερ] Minas; εἴπερ codex. — 7. εἶχοντο, ut infra V, § 9. codex ἔσχοντο; — 9. προτέρᾳ] προτεραίᾳ conj. Minas. — μεθίεσαν] μεθης αν codex. — 10. τοῦ ἀντίπαλον] Dübner.; τοῦ ἀντιπάλου cod. — πρὸς δὲ καὶ.. ἐκ μετεώρου βαλλομένων.] Hæc uncis inclusi, utpote quæ sententiam interturbent. Ab epitomatore male inculcata. — 11. δὴ οὖν] δηλοῦν codex.

19.

Exc. De sentent. p. 324 ed. Mai., p. 22 ed. Nieb : Ὅτι Δέκιος, βασιλεὺς Ῥωμαίων.. εἶχεν τὴν Θρᾴκιον δύναμιν.. ὀρρωδῶν [μή τι νεώ]τερον γένηται περὶ τῆς ἀρχῆς τὴν κατάστασιν.. ἐπιστολῆς.. εἰς αὐτοὺς ἐπεξιέναι τοῖς πολεμίοις.. βουλόμενον τῆς δι' ἀνθρώπους οὐκ ἐμφαιν..ους ἄγειν· μὴ περαιτέρω πράσσοντες ἄνθρωποι ἀπο.. οὐκ εὐκαίρου προθυμίας τὴν πεῖραν λάβωσι.. πρὸς τὴν.. ἐπικουρίαν παραγίνεσθαι. Καὶ ὁ μέν.. βασιλέως ἡμεροδρόμου φέρων τὴν..

Ηρίσκω, ὃς δὴ τῆς τῶν.. ων.. ἐπί τε εἰρήνης τὰ πολλὰ ἐχρημάτισε.. τὰ τοῦ πολέμου· τὸ δὲ.. ὃς δὲ τότε πόλεμος... ἐμήνυσαν. Καὶ ἐπεὶ ἠθροίσθησαν.. ἐδήλου γὰρ ἡ γραφὴ τάδε.

« Ὅτι ποθοῦμεν.. ὦ ἄνδρες.. ἀσφαλὲς ὄφει τῶν ὁρώντων.. μενον. Ἐπεὶ δὲ.. μὲν.. πορευόμενοι.. δὲ κατὰ πολλὰ σκεδασθέντες.. ἀναγκαῖον διδαχῇ· ἅμα τῇ.... πράττοντες ἂν ὑμεῖς... ἐμοί· εἴ γε.. διὰ τί.. εἴ τις ὑμῶν διαμέλλοιτο· ἐξαγγέλλεται γὰρ.. νεότητι οὐ κατὰ καιρὸν θαρροῦντας, καὶ τούτῳ ἔκπληξιν ἐς τοὺς ἐναντίους ἕξειν νομίζοντας, οἷα δὴ πολέμων ἀπειράτους, εὐτολμότερον αὐτοῖς μᾶλλον ἢ προμηθέστερον παρὰ τὴν ἀπουσίαν τῶν προαγωνισμάτων συνίεσθαι. Καὶ ἔστι μὲν ἁπάντῃ (οὐ πάντῃ? B.) ὑπαίτιος ὑμῶν ἡ ἐπιχείρησις διότι καὶ ὑπὲρ καλῶν ἔργων· συνευξαίμην δ' ἂν καὶ πεῖρα δύνασθαι συμφορωτάτους γενέσθαι. Ἐπέσκεμμαι δὲ ὡς ἐν τοῖς πολέμοις τὸ ἀνδρεῖον μετὰ μὲν ἐμπειρίας ἰσχυρὸν, ἄνευ δὲ τούτου ἀσθενές· καὶ θρασύτης λογισμῶν ἄμοιρος ἡ δὲ (ἤδη?) σὺν τῷ μὴ κατὰ καιρὸν εὐτόλμῳ ἔσφηλε. Κράτιστοι δὲ οἱ συνίσει τὸ διάφορον τῶν ἐκθησομένων εἰδότες μᾶλλον ἢ θυμῷ ἐς τὰς μάχας καθιστάμενοι. Παραινῶ μὴ δὴ ἐς τὸ ἕτοιμον τῆς γνώμης καὶ τοῦ πλήθους τὸ ἀβέβαιον ἰδόντας, τοῦ κοινοῦ τῆς ἀσφαλείας ὑφέσθαι· ἀποκινδυνεύσεται γὰρ ὑμῖν σωτηρία οὕτως ἐς μηδὲν δέον, καὶ θράττεσθαι ἡ διάνοια ὑμῶν δόξει μᾶλλον ἢ ἐπιβούλιος περὶ τῇ πάσῃ πόλει τοῦ ἐκθησομένου ἔχουσα τὴν πεῖραν. Ὑπαίτιος δὲ ὁμοίως ὅ τε ἀνανδρίᾳ τὸν ἐφεστηκότα ἀγῶνα ἐξιστάμενος, καὶ ὁ θρασύτητι ἐς τοὺς [μὴ] προσήκοντας κινδύνους ἰὼν, [παρὸν] βίον σὺν ἀσφαλείᾳ σώζεσθαι.

19.

Nuntiatur enim, eos juventuti intempestive confidentes atque hinc terrorem hosti tanquam belli imperito se incussuros existimantes, audacius quam prudentius sine prævia exercitatione depugnare paratos. Non est quidem quaquaversus molitio vestra culpabilis, quoniam in rebus gloriosis versatur; optamus autem ipso etiam experimento vos fieri apprime utiles. Nimirum vigor animi in bellis cum disciplina conjunctus validum scutum est, infirmum autem, si illa careat; tum et audacia sine recto consilio præterque idoneum tempus ferociens, in perniciem ruit. Porro fortissimi evadunt non tam ii qui impetu cæco feruntur, quam qui futurorum eventuum momenta ponderare queunt. Auctor autem vobis sum, ne, dum mentis vestræ alacritatem, multitudinis autem inconstantiam respicitis, tutelam reip. negligatis. Sic enim vestra salus nullo cum emolumento periclitaretur fractusque magis vester animus videretur, quam sollers in urbis universæ cura vel conjiciendorum eventuum peritus. Æque culpabilis est, qui meticuloso animo oblatum sibi certamen respuit, atque ille, qui insana audacia in aliena pericula semet conjicit, ubi tuto vivere licebat.

Λογισμῷ δὲ πιστεύων ἀνὴρ βεβαιότερος ἢ ἀμαθίας σχήματι (λήματι B.) πρὸς τὰς ἀδήλους φορὰς τῶν πραγμάτων ἐξορμώμενος. Αἵ τε ἐν τοῖς πολέμοις συντυγίαι ἢ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον τὴν τόλμαν διδόασιν ἐξιοῦσιν ἐς τοὺς κινδύνους, ἢ ἀδείας περιουσία τὴν μετὰ τοῦ ἀσφαλοῦς σύνεσιν παρέχονται, ὡς μὴ σὺν δέει τι μᾶλλον ἠπειγμένως ἢ προμηθείᾳ πρᾶξαι.

« Λογιζόμενοι δὲ τάδε μὴ ἴτε πρὸς ἄνδρας ἐς ἀγῶνα κατ' ἐρημίαν τῶν συλληψομένων ἐχυρᾷ δυνάμει ἐξιόντας (ἐπιόντας? B.) καὶ πολλῇ μὲν ἵππῳ, πολλοῖς δὲ ὁπλίταις καὶ ψιλοῖς παρεσκευασμένους, ἔτι δὲ πεῖραν πολεμικὴν φοβεροὺς καὶ σωμάτων ὄψει δεινοὺς, καὶ ὅπλων ἀνασείσει, ἀπειλαῖς τε καὶ βοῆς μεγέθει ἱκανωτάτους προεκφοβῆσαι τοὺς πρῶτον ἐς αὐτοὺς ἰόντας. Μὴ δὴ πρὸς τούσδε ἀποκινδυνεύσητε, ἐξὸν ἀπὸ τῶν τειχῶν σὺν ἀσφαλείᾳ ἀμύνεσθαι. Καὶ γὰρ ἡ ἐλπὶς τοῖς πρῶτον ἐς μάχην ἰοῦσιν ἰσχυρόν τι ἔδοξεν εἶναι καὶ προσαγωγότατον εἰς κατόρθωσιν· ἀλλ' ἐν τοῖς περιφανεστάτοις ὤφθη *, ὅταν τῷ ἀληδ.. (ἀληθεῖ N.) μάχηται. Εὔδηλον δὲ δήπου, οἶμαι, ὡς καὶ τοῖς ἐξ ἴσου οὖσιν ἄνευ στρατηγοῦ κατὰ μόνας ἀποκινδυνεύειν σφαλερώτατον· τὸ δὲ ὑπὸ ἡγεμόνι τε ἄγεσθαι καὶ ἐς κοινωνίαν ἥκειν ἑτέροις τοῦ κινδύνου ἔν τε ἐνθυμήσεσι καὶ τοῖς ἔργοις ἀσφαλέστατον, ῥᾳδίαν ἔχον τὴν παρὰ τοῦ πέλας ἐπανόρθωσιν. Κρεῖττόν τε σὺν ἑτέρῳ κατορθοῦντας δόξης ἔλαττον ἔχειν, ἢ δίχα τοῦ προμηθοῦς κατὰ μόνας ἐπιχειρήσαντας σφαλῆναι. Καὶ ἀπόντος μὲν πολὺ ἀπὸ σφῶν τοῦ ἐπιβοηθήσοντος, οἷα δὴ μονωθέντας, ὀρᾶσαί τι σὺν εὐχερείᾳ σύγγνωμον· ἀνδρῶν δὲ οὐκ ἄπωθεν ὄντων ἄριστα πολέμῳ ὡμιληκότων καὶ πεῖραν παρασχομένων τοῦ νικᾶν, καὶ ταῦτα τὸ ἀδεὲς ἐς τοὺς κινδύνους ἐν τῷ διὰ μέσου ἐκ τῆς τῶν τειχῶν ὀχυρότητος ἔχοντας, πρᾶξαί τι παρὰ τὴν τοῦ ἄρχοντος καταίνεσιν, κἂν τῳ ἄμεινον ἐκβῇ, οὐκ ἀνεπίκλητον ἐράνῃ διά τε τὸ δυσπειθὲς τὸ περὶ τὸν προστάξαντα, καὶ ὅτι σὺν τῷ ἀμφιβόλῳ τοῦ κινδυνεύματος ἐπεχειρήθη.

« Εἰ δέ τις προαστείων τε καὶ ἐνδιαιτημάτων τέρψεως ἀποστερούμενος ἄχθεται, καὶ ὅσα πλούτου ἐγκαλλωπίσματα, γνώτω τὸ μὲν ἀλγεινὸν εἰς ὀλίγον τε καὶ ἐν ὀλίγῳ τὴν αἴσθησιν οἷσον, οἷα δὴ ἐν οἰκοδομαῖς κείμενον, καὶ ἡμῶν οὐ διὰ μακροῦ ἐπιστησομένων, ὡς (τῶν? B.) κωλῦσαί τε τὸν παντελῆ τούτων ἀφανισμὸν καὶ ἀναλαβεῖν αὐτὰ ῥᾳδίαν τῆς ἐκ τούτου χορηγίας οὐκ ἀδυνάτων, τὸ δὲ τῆς σφετέρας σωτηρίας ἐπικίνδυνον οὐκ ἰσάμενος. Ὅθεν τῇ παραυτίκα ἀχθηδόνι τὸ εἰς ἅπαν ἀσφαλὲς ἀντιτιθεὶς οὕτω λογιζέσθω, διότι μηδὲ ἐς πάντας, ἀλλ' ὅσοι δυνατοὶ τὸ λυπηρὸν τὴν ἀναφορὰν ἔχει, παρ' οἷς πλούτῳ ἰσχύουσι καὶ ἄνευ τοῦ ἡμετέρου ταχεῖα τῶν ἀφαιρεθέντων ἡ διόρθωσις. Παυστέον δὴ οὖν ὑμῖν τῆσδε τῆς ὁρμῆς, εἰ μήτε ἑαυτοῖς ἐπιβούλως καὶ ἐς τὸν ἄρχοντα ἐναντίως πράσσετε, καὶ εἴσω τειχῶν μενετέον. Ἡμᾶς δὲ οὔτε τῇ παρασκευῇ οὔτε ταῖς γνώμαις τῆς τῶν κοινῶν σωτηρίας ἀφεστηκότας ὀλίγων ἡμερῶν ἐπιστησομένους ἅμα τῇ δυνάμει ἐλπίζετε, καὶ εἴσω τειχῶν τὰ ἐς τὴν τοῦ ἔξωθεν ἀγῶνος κατόρθωσιν ἡμῖν μελήσει. Προαποδείκνυται δὲ οὐ πόρρω τοῦ ἀληθοῦς εἶναι τὸ ἐπάγγελμα ἐκ τῶν πρὸς Νικοπόλει πραχθέντων, εἴ γε μὴ μεγαληγορεῖσθαι δεήσει. Χρὴ δὲ ἐν τοῖς μεγίστοις τῶν

Vir qui mentis nixus consilio est, constantiam magis servat, quam is qui imperitorum ritu incerto rerum cursui se committit. Casus bellici vel coactam audaciam iis suppeditant, qui pericula adeunt, vel oblata immunitate prudentiam cum securitate exhibent; ita ut jam necesse non sit subitaneo potius opere quam proviso consilio agere.

« Hæc igitur reputantes, ne certamen ineatis ipsi auxiliis destituti adversus homines qui fortibus copiis prævalent, quique multo equitatu multoque gravis levisque armaturæ milite instructi sunt : contra homines, inquam, peritia quoque bellica formidabiles et corporum aspectu terrificos, tum et armorum sonitu et minis et profunditate clamoris valde idoneos ad eos territandos, qui primo cum iis prœliantur. Adversus hos, inquam, ne acie periclitari velitis, quandoquidem mœnibus tuto vosmet potestis protegere. Etenim spes magnum habere efficaxque momentum videtur in iis qui primum in prœlium prodituri sunt ad rem gerendam feliciter; verum ea in clarissimis viris decepta est, quum veræ rerum rationi repugnat. Sed enim exploratum mihi videtur, cum paribus quoque sine duce singillatim tentare belli aleam periculosissimum fore : secus autem duce regi, periculique socios adsciscere tum in deliberando tum in agendo tutissimum est, quoniam de proximo suppetiæ adsunt. Et quidem præstat, re bene cum socio gesta, paulo minorem gloriam consequi, quam imprudenter et solitarie agentes a proposito aberrare. Sane si longe absit is, a quo magnopere juvari possimus, tunc a nobis solitarijs procliviter fieri aliquid, ignoscibile est : verum enimvero si prope adsint viri bello egregie exerciti et victoriis adsueti; et si præsertim a periculo, objecta mœnium firmitate, interim tuti simus; tunc qui aliquid præter ducis dictamen facit, etiamsi id forte evenerit, culpabilis est, tum propter inobedientiam, tum quia se in ambiguum discrimen conjecit.

« Quodsi quis suburbanis suis hortorumque amœnitatibus atque ejusmodi divitiarum ornamentis spoliatus mœret, is velim sciat, molestiam quidem brevem exiguique sensus fore : tum quia in ædificiis vertitur, tum quia brevi nos aderimus ad prohibendam horum omnimodam vastitatem, fructusque eorum affluentes aliquando recuperare possumus, neque vestræ salutis discrimen semper manebit. Quare unusquisque cum præsenti molestia perbrevi perpetuam securitatem contendens, secum reputet, incommodum hoc non ad omnes pertinere, sed ad eos qui divitiis affluunt, et qui sine nostra etiam ope detrimenta sua facile instaurabunt. Ergo a præcipiti hoc consilio desistite; nisi forte in vosmet ipsi conjuratis, et nisi a duce aperte deficitis; atque intra mœnia consistite. Nos autem neque armis neque voluntate publicam salutem deserturos, paucosque post dies adfuturos cum exercitu speratote; vobisque intra mœnia manentibus, curæ nobis fore pugnam fortiter in aperto campo cernendi. Porro constat sponsionem nostram haud procul veritate consistere, ex iis quæ apud Nicopolim gesta fuerunt; quin opus ulla jactantia sit. Oportet autem, quum de summa re agitur, iis uti consiliariis et adjutoribus, qui

ἀγώνων τούτοις συμβούλοις τε ἅμα καὶ βοηθοῖς χρῆσθαι, οἳ ἂν ἐν τοῖς φθάνουσιν ἔργοις σαφῆ τοῦ συμφέροντος ἐπιδείξωνται τὴν δήλωσιν, ἐμπειρίαν ἔργων καὶ πρὸς....

Prima hujus fragmenti pars tam lacera est, ut de singulorum sensu verborum certius aliquid asseverari nequeat. In universum tamen satis patet narrari, quomodo Decius ad Priscum, Philippopolitanorum a Scythis obsessorum ducem (v. Jornandes De rebus Get. c. 18), epistolam miserit, qua hortabatur imperator, ne contra hostem exirent prœlio periclitaturi, antequam ipse cum exercitu advenisset (250 p. C.). Hanc epistolam deinde in concione, ut videtur, Priscus recitavit. De obsidione Philippopolis vide fr. 20.

20.

Exc. De strategem. c. V: Ἐκ τῶν Δεξίππου. Πολιορκία Φιλιππουπόλεως.

Τὴν Φιλιππούπολιν, ἔστι δὲ ἡ πόλις αὕτη μεθόριος μὲν τῆς Θρᾳκῶν καὶ Μακεδόνων γῆς, κεῖται δὲ ἐπὶ τῷ Ἕβρῳ ποταμῷ, οἰκιστὴν δὲ αὐτῆ γενέσθαι λέγουσι Φίλιππον τὸν Ἀμύντου, Μακεδόνων ἄρχοντα, ἀφ' οὗ δὴ καὶ τὸ ὄνομα τῇ πόλει ἐγένετο· (2) ταύτῃ δὴ οἱ Σκύθαι ὡς ἀρχαιοτάτῃ καὶ μεγίστῃ προσέβαλλον ἐς πολιορκίαν. Ἐπολεμεῖτο δὲ αὐτοῖς ὁ πόλεμος ὧδε. (3) Ὑπερφέροντες τῶν κεφαλῶν τὰς ἀσπίδας τῶν μεθιεμένων ἐν σκέπῃ εἶναι, κύκλῳ τῆς πόλεως περιήεσαν, καταθεώμενοι ὅπῃ εὐαποτείχιστον ἢ καὶ ἐπίβατον ἐν τῇ προσαγωγῇ τῶν χλιμάκων ὑπάρχοι διὰ στενότητα ἢ καὶ χθαμαλότητα τῶν τειχῶν. (4) Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐποιοῦντο προσβολὰς ἐπ' ἀκροβολισμοῖς καὶ τοξείαις· οἱ δὲ ἄνωθεν ἠμύνοντο καρτερῶς, ὅπῃ πελάζοιεν οἱ πολέμιοι. (5) Αὖθις δὲ αὖ τῆς πόλεως ἐπείραζον, κλίμακας πηξάμενοι καὶ μηχανάς· τὰ δὲ μηχανήματα ἦν ξύλα πεπηγότα τετράγωνα, ἐπιτεχνήματα οἰκίσκοις ἐμφερῆ· καὶ αὐτῶν βύρσας ὑπερτείνοντες, ὡς παντὸς τοῦ μεθιεμένου ἀβλαβῶς ἔχειν προσπίπτοντες ταῖς πύλαις, σφῶν δὲ τὰς ἀσπίδας προβεβλημένοι, καὶ μετακινοῦντες αὐτὰ τροχοῖς καὶ μοχλίαις. (6) Οἱ δέ τινες ξύλα προμήκη, σιδήρῳ καταπεφραγμένα, ὡς μὴ ἀποθραύεσθαι ἐν τῇ προσβολῇ, μετεωρίζοντες ἐπείρων ἀναράσσειν τῷ τείχει· ἕτεροι δὲ κλίμακας προσερείδοντες τὰς μὲν ἐπ' εὐθὺ πεπηγυίας, τὰς δὲ ὑποτρόχους, κινουμένας ἐπὶ θάτερα· αἳ δὴ ὅτε προσάγοιντο, καλοῖς ἀπ' ἄκρων τῶν κλιμάκων ἠρτημένοις ἀνέπτυσσον ὡς ὀρθουμένας ἐπιβάλλειν τοῖς τείχεσιν. (7) Ἦσαν δὲ οἳ καὶ πύργους ξυλίνους τῷ τείχει ὑποτρόχους ἐπῆγον, ὡς ὅτε πελάσαιεν, ἐπιβολῇ γεφυρῶν τὴν διάβασιν ἀπὸ τούτων ἐξ ἰσοπέδου ποιήσοντες. Καὶ ἦδε μὲν αὐτοῖς ἀφθονία μηχανημάτων. (8) Ἀντήρκουν δὲ πρὸς ἕκαστα οἱ Θρᾷκες, τὰ μέν τινα τῶν μηχανῶν λίθοις μεγάλοις ἁμαξιαίοις συναράσσοντες αὐτοῖς ἀνδράσι, τὰ δὲ καὶ καταπιμπράντες δᾳσὶ καὶ θείῳ καὶ πίσσῃ· τῶν δὲ κλιμάκων κατεκυλίνδουν δοκοὺς ἐγκαρσίας καὶ λίθους, ὡς ὑπὸ τῇ βιαίᾳ φορᾷ τάς τε ἀσπίδας τῶν ἐπαγόντων καὶ τὰς κλίμακας ἐν τῇ ἐμβολῇ ἀποθραύεσθαι. (9) Ὡς δὲ οὐδὲν ἐπλεονέκτουν ταῖς μηχαναῖς οἱ πολέμιοι, ἀθυμίᾳ δὴ εἶχοντο, καὶ βουλὴν τιθεμένοις ἦ δεῖ πολεμεῖν, ἐδόκει χώματα χοῦν μετέωρα πρὸς τὴν πόλιν, ὡς εἶναι σφίσιν ἐπίσου πρὸς τοὺς ἐναντίους μάχεσθαι. (10) Ἔχουν δὲ ὧδε· ξύλα ἐκ τῶν πέριξ οἰκοδομημάτων συνεφόρουν, καὶ προβαλλόμενοι πρὸ σφῶν τὰς ἀσπίδας, ἐνέβαλλον αὐτὰ εἰς τὴν τάφρον κατ' εὐθὺ καὶ παράλληλα, ὅπῃ συμβαίνει. (11) Ποιήσαντες δὲ ταῦτα, χοῦν καὶ ὕλην παντοίαν ἐπέφορουν μεταξὺ τοῦ χείλους ἑκατέρου τῆς

---

præcelente opera manifestam ediderint utilitatis suæ demonstrationem; agendi peritiam et...

20.

E Dexippi Historiis. Obsidio Philippopolis.

Philippopolis in confiniis Thraciæ et Macedoniæ ad Hebrum fluvium sita est; condidisse urbem traditur Philippus Amyntæ filius, Macedonum rex, a quo etiam nomen adepta est. (2) Hanc igitur urbem Scythæ adorti obsidione cinxerunt. Gestum vero bellum est hunc in modum. (3) Clypeos supra capita sustinentes, ut tuti essent ab iis quæ desuper in ipsos conjicerentur, urbem circumibant, spectantes ubi circumvallari facile ob angustiam, vel scalis admotis conscendi murus ob humilitatem posset. (4) Ac primum quidem jaculatorum et sagittariorum velitatione oppidanos lacessebant. Hi vero fortiter hostem, ubicumque appropinquaret, propulsabant. (5) Altera deinde aggressione Scythæ ipsam urbem tentarunt scalis atque machinis. Quæ quidem machinamenta erant ligna quadrata, ita inter se compacta, ut domuncularum speciem præ se ferrent. His pelles superinduxerant, ne damnum afferrent quæ in portas aggredientes dejicerentur. Scuta autem prætendentes, rotis atque vectibus machinas promovebant. (6) Nonnulli ligna prælonga et, ne confringerentur in oppugnatione, ferro munita in altum attollentes muro illidere tentabant. Alii scalas applicabant partim rectas, partim rotis instructas et plicatas bifariam, quas ubi advexissent, funibus ex summis scalis dependentibus explicabant, adeo ut in rectarum modum muris apponerentur. (7) Erant etiam qui ligneas turres rotis item impositas adducebant, ut, ubi muro appropinquassent, jactis pontibus de plano transire ex iis in murum possent. Atque hæc quidem Scythis erat copia machinarum. (8) Quibus singulis Thraces suam opponebant industriam. Etenim partem machinarum magnis lapidibus plaustralibus una cum viris pessumdabant, partem etiam facibus, sulphure ac pice incendebant. In scalas autem devolvebant trabes transversas atque lapides, qui impetus vi et scuta admoventium et scalas ipsas confringebant. (9) Quum itaque machinis hostes nihil proficerent, dejectis erant animis. Tum deliberantibus quid faciendum esset, visum est aggeres jacere contra urbem sublimes, quorum opera pede plano cum hoste congrederentur. (10) Jaciebant vero hunc in modum: nimirum trabes ex vicinis ædificiis congestas, prætentis scutis sese tuentes, in fossam injiciebant rectas et alteras juxta alteras, uti fieri solet. (11) Quo peracto, aggerem

τάφρου. Καὶ οὕτω ταχεῖαν εἰργάσαντο τοῦ χώματος τὴν αὔξησιν. (12) Ὁρῶντες δὲ τὸ πραττόμενον οἱ Θρᾷκες, καὶ ὅτι πρὸς σφᾶς τὸ χῶμα ἀντετειχίζετο, ξύλα πηξάμενοι καὶ τούτοις σανίδας προσαρτήσαντες, πρόβλημα μετέωρον ἐπὶ τῷ τειχίσματι ἤγειρον. (13) Καὶ ἐπὶ τῷδε ἐμηχανήσαντο τοιόνδε· καθῆκαν ἀπὸ τοῦ τείχους νύκτωρ ἀπὸ κάλων, ὑπ' αὐτό που τὸ ἡσυχάζον, ἄνδρα εὐτολμόν τε καὶ γενναῖον, δόντες αὐτῷ φέρειν ἐπὶ τὸ χῶμα δᾷδα ἡμμένην καὶ σκεῦος, ἵνα πίττα τε ἦν καὶ θεῖον καὶ τὰ τοιαῦτα. (14) Ἐμβάλλει δὴ οὖν τὸ πῦρ τοῖς ἀνέχουσι τὸ χῶμα ξύλοις, καὶ ἀθρόα γίνεται καέντων τοῦ χώματος ἡ κατάπτωσις. (15) Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν τούτοις μεῖον εἶχον οἱ Σκύθαι, ἐδόκει αὐτοῖς κτείνειν τὰ ἀχρεῖα τῶν ὑποζυγίων καὶ τῶν αἰχμαλώτων ὅσοι νόσῳ ἢ χρόνῳ διὰ γῆρας ἐκακοπάθουν· κτείναντες [δ'] ἐνέβαλον εἰς τὴν τάφρον, καὶ ὕλην παντοίαν ἐπεφόρουν. Τὰ δὲ σώματα ἄρτι τριταῖα γινόμενα ὕψος οὐ μέτριον παρεῖχον ἐξοιδοῦντα τῷ χώματι. (16) Οἱ δὲ Θρᾷκες μέρος τι τοῦ τείχους διακόψαντες, ὅσον ἐς μέγεθος πυλίδος στενῆς, εἰσεφόρουν κατὰ τοῦτο παρὰ σφᾶς ὅσαι νύκτες τὸν χοῦν· ὡς δὲ πάντῃ ἄποροι τῇ γνώμῃ ἐγίνοντο οἱ βάρβαροι, ἐδόκει ἀναχωρεῖν. Καὶ τοῦτο τῇ πολιορκίᾳ τέλος τοῖς Σκύθαις ἐγένετο.

Quæ hoc fragmento narrantur de Gothis ab obsidione Philippopoleos re infecta discedentibus, aliunde, quantum scio, comperta non habebamus. Statuendum igitur est Gothos primo quidem impetu nihil proficientes, relicta Philippopoli, in alias Mœsiæ urbes arma vertisse, deinde vero, victo denique et interfecto Decio, iterum Philippopolitanos aggressos atque urbe potitos esse. Nam captam a Gothis Philippopolim præter alios ipse etiam narrat Dexippus apud Syncellum p. 376 (v. fr. 16). Cf. Ammianus XXXI, 5: *Ceciderunt... imperatores Decii pater et filius. Anchialus capta et tempore eodem Nicopolis. Post clades acceptas excisa est Philippopolis.* Quo loco quæ de Anchialo et Nicopoli eodem fere tempore sub Decio a Scythis appetitis leguntur, quæri potest num recte dicta sint. Nam secundum Trebellium in Claudio c. 12 eæ urbes Claudii et Quintilli temporibus (270 p. C.) vastatæ sunt. Trebellius vero ducem in his secutus esse videtur optimum harum rerum testem, Dexippum nostrum, cujus ipso illo loco mentionem injicit. Ceterum quum etiam Decii temporibus Nicopolim Scythæ aggressi, sed ab imperatore repulsi sint, uti colligitur ex Dexippi fragm. 19 extr. (collato Jornande l. l.: *Cnica*, rex Gothorum, *Nicopolim accedit, quæ juxta Iatrum fluvium est constituta... ubi Decio superveniente imperatore, tandem Cnica in Hæmoniæ partes recessit*), facile fieri potuit ut Ammianus hoc cum altero Scytharum in Nicopolim impetu, quem eodem anno fecerunt, quo Anchialus sub Claudio vastata est, confunderet. — 2. πόλεμος ὧδε] πολ. ὡς δὲ ὑπερφ. codex. — 3. μεθιεμένων] μεθειμένων codex. — Verba sequentia ita delineavit Minas ut in codice exarata spectantur. Ductus litterarum simillimi iis, quos exhibent codicis Valesiani sive Peiresciani excerpta Περὶ ἀρετῶν et codicis Vaticani excerpta Περὶ γνωμῶν (cf. L. Dindorf. in præfat. ad Diodor. vol. II). Ductus autem vocabuli ab ipso librario non intellecti (quod indicat accentuum omissio) sonant ενοχεπιειναι, quod esse ἐν σπέπῃ εἶναι vidit Dübnerus. — 5. αὖ τῆς] Dübner. αὐτῆς codex; αὐτοὶ voluit Minas; fortasse leg. αὐτῆς τῆς πόλεως. — καὶ μετακινοῦντες] Participia in hac descriptione pro temporibus finitis ponuntur. — 6. προσερείδοντες τὰς] προσηρίδοντας codex. — ὑποτρόχους] ὑπὸ τροχοῖς codex et h. l. et mox iterum. — ἀπ' ἄκρων τῶν] ἀπαιρόντων codex. — 7. πελάσαιεν] πελάσοιεν codex. — ποιήσοντες] Minas. ποιήσοντας codex. — 8. ἀνδράσι] Circa hæc incipit cod. fol. 76. — 9. ᾗ δεῖ] εἴδει codex; ᾗδη Minas; ceterum malim τί δεῖ ποιεῖν, etsi hoc paullo longius ab acceptis recedit. — χοῦν] γοῦν codex. — 10. πρὸ σφῶν] Minas. πρὸς σφῶν cod. — κατ' εὐθὺ] καὶ εὐθὺ codex. — 12. σανίδας] Minas. σανίδα codex. — ἤγειρον] ἔγειρον codex. — 13. ἐπὶ τῷδε] Minas; ἐπεὶ τόδε codex. — 15. μεῖον] σημεῖον codex. — κτείνειν] καὶ codex. Sin retines καὶ, neque ab ipso Epitomatore oratio turbata est, pro ἐνέβαλλον et ἐπεφόρουν infinitivus modus reponendus. Post κτείναντες addidi particulam δέ.

---

silvamque variam inter utrumque fossæ labium ingerebant. Atque sic celeriter moles excrescebat. (12) Verum Thraces ubi aggerem istum contra ipsos strui conspexerant, trabes impingentes tabulasque iis applicantes propugnaculum sublime in muro excitabant. (13) Præterea vero etiam hoc machinati sunt. Etenim sub ipsam fere noctem concubiam funibus demittunt virum audacem et generosum, quem incensa face aggeri admovenda atque vase picis, sulphuris, aliarum hoc genus rerum pleno instruxerant. (14) Is igitur ignem injicit trabibus, quæ aggerem sustinebant. Incensis, confestim tota moles corruit. (15) Postquam igitur etiam hæc minus successerant Scythis, placuit mactare jumenta inutilia et captivos morbo vel senio confectos. Mactatos deinde in fossam jecerunt, silvamque variam ingesserunt. Quæ quidem cadavera quum inde a die tertio extumescere cœpissent, altitudinem aggeris haud mediocriter augebant. (16) At Thraces, perrupta muri parte tantæ magnitudinis, quanta portæ est angustæ, per eam quaque nocte aggerem in urbem inferebant. Tum vero barbari summa consilii inopia laborantes recedendum esse decreverunt. Atque ita obsidionem Scythæ solverunt.

21.

Exc. De sentent. p. 328 ed. Mai., p. 26 ed. Nieb.:

« .. καὶ καρτερίᾳ οἱ πόλεμοι μᾶλλον ἢ πλήθει κρίνονται. Ἡμῖν δύναμίς τε οὐ φαύλη (δισχίλιοι γὰρ οἱ σύμπαντες ἠθροίσθημεν), καὶ τὸ χωρίον ἐρυμνότατον, ὅθεν ὁρμωμένους χρὴ τοὺς πολεμίους κακοῦν σποράσι τε ἐπιτιθεμένους καὶ τὰς παρόδους αὐτῶν ἐνεδρεύοντας· ἐξ ὧν κρατοῦσι μὲν ἡμῖν τῷ τρόπῳ τούτῳ ῥᾴμη ἔσται, καὶ δέος οὐ μέτριον παρέξομεν τοῖς ἐναντίοις· συνισταμένων δὲ ἀντιστησόμεθα, προ... ὅπλων οὐ φαῦλον τὸ ἐρυμνὸν τοῦ χωρίου καὶ τήνδε τὴν ὕλην ἔχοντες. Οἵ τε ἐναντίοι ἐκ διαφόρων προσβάλλοντες οἷα οὐ πάντῃ καταφανέσι ταράξονται, οὐκ ἐν τῷ ἴσῳ τρόπῳ τοῖς πρόσθεν πολεμήσουσι, τάξιν τε αὐτῶν λύοντες καὶ οὔθ' ὅπου τὰ τοξεύματα καὶ ἀκόντια μετιέναι χρὴ εἰδότες, καὶ τῶν τε ἀφιεμένων ἀτυχήσουσι, καὶ ὑφ' ὑμῶν ἔτι μᾶλλον κακώσονται. Ἡμεῖς τε τῇ ὕλῃ πεφραγμένοι ἐπίσκοπα καὶ ἐξ ὑπερδεξίων μεθήσομεν, καὶ ἀσφαλέστεροι μὲν εἰς τὸ ὁρᾶν ἐσόμεθα, οὐ ῥᾷστοι δὲ βλάπτεσθαι. Περὶ δὲ αὖ τῆς ὁμόθεν μάχης, εἰ δὴ καὶ αὐτῆς δεήσαι, ἐκεῖνο χρὴ λογίζεσθαι, ὡς οἱ μέγιστοι κίνδυνοι μεγίστας καὶ προθυμίας παρέχονται, καὶ ἐν τῷ ἀπόρῳ τῆς σωτηρίας ἡ ἀντίτασις ἑτοιμοτέρα, καὶ πολὺ τὸ ἀνέλπιστον ἐξέβη, βιαζομένων τε ὑπὲρ τοῦ ἀμηχάνου καὶ ἀμυνομένων ὑπὲρ τῶν σπουδῆς ἀξίων τιμωρίας ἐλπίδι. Οὐδὲ γὰρ ἔστιν ὅτῳ ἂν πρὸ ἡμῶν μείζους γένοιντο ὑποθέσεις τῆς ἀγαναχτήσεως, οἷα δὴ γενῶν τῶν ἡμετέρων καὶ πόλεως ὑπὸ τῶν ἐναντίων κατεσχημένης. Συνεπίθοιντο δὲ ἂν αὐτοῖς καὶ ὅσοι ἀνάγκῃ ἄκοντες συστρατεύουσιν, ὅτε τὴν ἡμετέραν ἔροδον αἴσθοιντο, ἐλευθερίας τῆς σφετέρας ἐλπίδι.

« Πυνθάνομαι δὲ καὶ τὴν βασιλέως δύναμιν τὴν ναυτικὴν οὐχ ἑκὰς εἶναι ἀρήξουσαν ἡμῖν, ἢ συνταχθέντας συνεισβαλεῖν κράτιστα. Καὶ ἐπὶ τῷδε ἡγοῦμαι ὡς καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐς τὸ αὐτὸ τοῦτο πρόθυμον ἐπάξομεν. Αὐτὸς δὲ δὴ ὢν οὐκ ἔξω κινδύνου οὐδὲ εὐτυχέστερον πράττων ἐπὶ ταῦτα ἴεμαι, ἀρετῆς ἐπιθυμῶν καὶ διακινδυνεύων, τὰ τιμιώτατα δὲ θέλων περιποιήσασθαι καὶ ἐς ἐμαυτὸν μὴ καταλῦσαι τῆς πόλεως τὴν ἀξίωσιν. Καὶ παραινῶ ὧδε γινώσκειν. Ἔπεισι μὲν ἡ τελευτὴ πάντας ἀνθρώπους καταλῦσαι τὸν βίον, ἐν τοῖς περὶ τῆς πατρίδος ἀγῶσιν ἆθλον κάλλιστον καὶ δόξαν ἀΐδιον φέρων. Εἰ δέ τινα καὶ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις τὸ τῆς πόλεως πταῖσμα ἐκπλήσσει, καὶ δι' αὐτὸ ἄθυμός ἐστιν, ἴστω τάς τε πλείστας τῶν πόλεων ἐξ ἑνέδρας ὑπὸ τῶν πολεμίων ἡρημένας..... καὶ τῶν ἀντιστάντων αὐτοὺς τὸ ἀντίπαλον ἐρημωθέντας.. ον δὲ τοῦ βαρβαρικοῦ ἐπιτίθεσθαι. Καὶ τῷ... ἀνθισταμένῳ συνοισόμεθα... ον τῇ παρόδῳ χρήσονται ἀθρόον.... ἱκανοὶ εἴημεν· ἀναχωρήσομεν ἐς τὸ μετέωρον σὺν ἀσφαλείᾳ.... μένων ἐπιθησόμεθα, κἂν τούτῳ τῶν ἐναντίων αἱ ἀπορίαι πρὸς ἡμῶν ἔσονται.

« Συστήσεσθαι δὲ ἡμῖν καὶ ἐκ τῆς τύχης τὸ εἰκὸς ἄγει· ἥ τε γὰρ ὑπόθεσις δικαιοτάτη, καθ' ἣν ἀμυνούμεθα τοὺς προαδικήσαντας, καὶ τὸ δαιμόνιον ταύτῃ ὡς ἐπὶ πολὺ βραβεύει τὰ ἀνθρώπεια, προθυμότατον δὲν συμφορὰς ἐλαττῶσαι καὶ ἐς τὰ ἀμείνω συνάρασθαι. Καλὸν δὴ γνωρίσαι τὸ πάτριον ἡμῶν σχῆμα, καὶ αὐτοὺς τοῖς Ἕλλησιν ἀρετῆς καὶ ἐλευθερίας γενέσθαι παράδειγμα, καὶ παρά τε τοῖς οὖσι καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις εὐκλείας

21.

« .. et fortitudine magis bella quam numero militum cernuntur. Nobis non pœnitendæ copiæ sunt; bis enim mille cunctim censemur: locus vero munitissimus, unde discurrentibus licet nobis hostes male mulcare, dum palantes aggredimur, eorumque itineribus insidiamur. Quibus artibus facti superiores, et vires augebimus, et non modico adversariis terrori erimus: qui si in aciem processerint, resistemus, quia præter arma non est inutilis hæc loci munitio silva: siquidem hostes diversis partibus incurrentes, nos haud satis sibi exploratos pertimescent; neque pari jam conditione pugnabunt; et solvent ordines; ac dum neque sagittas neque jacula ad certum scopum emittent, et vanos ictus edent, et a nobis potius lædentur, qui nemore protecti certissima tela ex opportunissimis locis jaculabimur, tuti ad feriendum, alienis vero ictibus minime expositi. Jam ad ipsum prœlium quod attinet, si forte id patrare opus fuerit, reputandum est, a maximis periculis maximum animi vigorem suppeditari: et quanto salus incertior est, tanto contentionem acriorem fieri. Multa etiam insperata eveniunt, dum pro rebus arduis contendimus et cara quæque protegimus spe ultionis. Age vero neque ante nos quisquam majoris iræ materiam habuit, qui videlicet genus nostrum et urbem in potestate hostium videmus. Tum et alii, qui coacti cum hostibus militant, in hos arma convertent, simulac incursionem nostram cognoverint, de sua quoque libertate sperantes.

« Audio regis quoque navales copias haud procul esse, opem nobis ferentes; quibuscum nos consociati præclarissime prœlium inibimus. Insuper existimo Græcos quoque ad eandem animorum alacritatem a nobis excitatum iri. Ego vero ipse haud me periculo submovens, neque beatiore sorte utens, in hanc belli aleam descendo virtutis ergo, tuendique res carissimas, et ne urbis dignitatem in me ipso dedecorem: vobisque auctor sum, ut cum animis vestris sic reputetis: mortem scilicet omnes homines vita spoliare; verumtamen in certaminibus pro patria obeundis pulcherrimum præmium gloriamque immortalem secum ferre. Quodsi quem, propter ea quæ diximus, captivitas urbis territat atque idcirco prostrato animo est, is cogitet, plerasque urbes hostium insidiis esse captas... ad altiora loca incolumes recedemus. Atque ista hostium difficultates e re nostra erunt.

« Jam et ipsa fortuna in nostris jure meritoque partibus esse debet, quia justissima est belli causa, dum aggredientes repellimus. Tum et Deus sic plerumque humana gubernat, ut calamitosos libentissime sublevet ac meliore sorte donet. Interest etiam nostræ meminisse patriæ dignitatis, nosque ipsos Græciæ virtutis ac libertatis exemplar proponere, sempiternamque laudem a præsentibus posterisque consequi, dum reapse demonstramus, vigorem Atheniensium nullis

ἀειμνήστου μετασχεῖν, ἔργῳ δεικνύντας, ὡς καὶ ἐν ταῖς συμφοραῖς τὸ φρόνημα τῶν Ἀθηναίων οὐχ ἥττηται. Σύνθημα δὲ τοῦ πολέμου παῖδας καὶ τὰ φίλτατα ποιησάμενοι καὶ τὸ ταῦτα διασώσασθαι, ἐς τὴν ἀντίστασιν συνταττώμεθα, θεοὺς ἐφόρους ἀρωγοὺς ἐπικαλεσάμενοι. » Καὶ ὁ μὲν τοιαῦτα εἶπεν· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τοῖς τε λεχθεῖσι πολὺ ἐπερρώσθησαν (δυνατὰ ἐς τὴν ἀντίστασιν τὰ εἰρημένα), καὶ ἐπὶ τούτῳ ἐξηγεῖσθαι σφῶν αὐτῶν ἠξίουν.

Ὅτι τῶν τὰ ἄριστα προελομένων ἡ προθυμία, κἂν τὸ ἔργον μὴ συνακολουθήσῃ, ἐπαινεῖται.

Ὅτι ἀλγεινοτέρα ἀνδρὶ ἀρχὴν ἔχοντι τοῦ παντὸς ἡ ἀποτυχία μᾶλλον ἢ ἑκάστῳ ἡ καθ' αὑτὸν κάκωσις· τῷ γὰρ ἰδίῳ περιγραφὴ ἡ τύχη τοῦ συμβάντος, εἰς δὲ τὸν ἄρχοντα προσχωρεῖ τοῦ συνενεχθέντος ἡ αἴσθησις. Ῥοπὴ δὲ οὐκ ἐλαχίστη πεπειθὼς τῇ (sic) γνώμῃ παραπλησίως ἔχειν· καὶ τὸ εἰκὸς τούτου οὐκ ἀπε.. γεῖν ἐπ' εὐνοίᾳ. Καὶ παρίσταταί δ' ἐμοὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν θαρρεῖν, ἀφ' ὧν καὶ τὸ δυσχερὲς ὡρμήθη.

Ὅτι φησὶν ὁ Δέξιππος πρὸς τοὺς Ἕλληνας δημηγορῶν· « Καὶ μή τῳ παραστῇ ὡς.. τῆς σωτηρίας ὑμῶν με.. ὀψὲ περι.. τὴν.. ην. Ἔγνων τε γὰρ τὰ κοινῇ λυσιτελῆ.. ἄλλος καὶ πρᾶξαι .... ἐπαίτιος ὅτου ἐστὶν ἐπισκέψασθαι τὰ συνοίσοντα καὶ .... ἀνὴρ ἐκ τοῦ δικαίου τὴν ἀρχὴν ἔχων καὶ πολιτεύων ἄριστα πειθοι * * *

De re, ad quam hoc fragmentum (Dexippi oratio ad Athenienses, qui, urbe capta, cum illo profugerant) pertinet, præter Zosimum (I, 39, 1) cf. Trebellius in Gallieno c. 13 : *Inter hæc Scythæ per Euxinum navigantes, Istrum ingressi, multa gravia in solo Rom. fecerunt. Quibus compertis, Gallienus Cleodamum et Athenæum Byzantios instaurandis urbibus muniendisque præfecit. Pugnatum est circa Pontum, et a Byzantiis ducibus victi sunt Barbari. Veneriano item duce, navali bello Gotthi superati sunt, tum ipse Venerianus militari periit morte. Atque inde Cyzicum et Asiam, deinceps Achaiam omnem vastarunt, et ab Atheniensibus duce Dexippo, scriptore horum temporum, victi sunt. Unde pulsi per Epirum, Acarnaniam, Bœotiam, pervagati sunt* (an. 267 p. C.).

22.

Trebellius in Claudio c. 12 : *Quo* (Claudio) *ad deos atque ad sidera demigrante, Quintillus frater ejusdem... suscepit imperium. Sub hoc barbari qui superfuerant, Anchialo vastata, conati sunt Nicopolim etiam obtinere. Sed illi provincialium virtute obtriti sunt. Quintillus autem ob brevitatem temporis nihil dignum imperio gerere potuit. Nam septimadecima die, quod se gravem et serium contra milites ostenderat ac verum principem pollicebatur, eo genere quo Galba, quo Pertinax, interemptus est. Et Dexippus quidem Quintillum* (Claudium ego) *non dicit occisum, sed tantum mortuum : nec tamen addidit morbo, ut dubium sentire videatur.*

23.

Exc. De strateg. c. VI, p. 15 : Ἐκ τῶν Δεξίππου. Σίδης πολιορκία.

Ἐπολιόρκουν οἱ Σκύθαι τὴν Σίδην· πολις δὲ αὕτη τῶν ἐν Λυκίᾳ. Ὡς παρασκευή τε πᾶσα ἦν ἄφθονος εἴσω τείχους καὶ πλῆθος ἀνδρῶν οὐ νωθρῶς ἁπτομένων τοῦ ἔργου, μηχανὰς ἐποιοῦντο, καὶ προσῆγον τῷ τείχει. (2) Οἱ δὲ καὶ πρὸς ταύτας ἀντήρκουν, καθιέντες ὅσα κωλύματα. Πύργους δ' ἐπὶ τούτῳ ξύλου ἰσομετρήτους τῷ τείχει κατεσκεύαζον καὶ ἐκείνουν ὑποτρόχους ὡς ἐγγὺς ἵστασθαι. (3) Προεβέβληντο δὲ τῶν πύργων οἱ μὲν σίδηρον ἐπὶ λεπτὸν ἐληλασμένον καὶ ἐπὶ πολὺ τῶν ξύλων καταπεπηγότα, οἱ δὲ δέρριν καὶ ὅσα πυρὶ οὐχ ἁλώσιμα. (4) Ἀντεμηχανήσαντο δὲ καὶ οἱ ἐκ τοῦ

1. De Sides Pamphyliæ urbis obsidione aliunde non constat; res in idem, opinor, tempus cadit, quo Anchialus Thraciæ urbs capta est. Jornandes c. 20 Gothos refert regnante *Gallieno* in Asiam involantes devastasse Ephesum, Trojam, Anchialum (quod de Anchiale Ciliciæ urbe intelligendum esse videtur), Dexippum secutus Trebellius in Claudio c. 12 : *Sub hoc* (Quintillo) *barbari Anchialo vastata conati sunt*, etc. (fr. 22). — 1. εἴσω τείχους] Dübner. εἴσω ψύχους codex. — 2. καὶ ἐκείνουν] Minas. κλείνουν ὑπὸ τροχοὺς cod. — 3. δέρριν] δέρρεις?

---

cladibus exstingui. Tesseram vero pugnæ liberos nostros et carissima quæque atque horum salutem nobis proponentes, in aciem prodeamus, custodum deorum ope implorata. » Sic ille concionatus est. Athenienses autem, dictis magnopere confirmati (nam pugnæ stimulos concio subjecerat), ut se in aciem duceret, ipsum rogabant.

Studium exsequendi rem optime deliberatam, etiamsi opere interdum cassum fiat, nihilominus commendatur.

Homini magistratum gerenti publica calamitas magis molesta est, quam suum cuique infortunium. Nam privatum hominem rei publicæ fortuna leviter tangit; verumtamen ad magistratum sensus quoque ejus pertinet.. Jam licet mihi ex eadem re lætitiam capere, unde olim molestia orta est...

Dexippus in concione ad Græcos sic ait.... vir justum imperium consecutus atque optime remp. gerens ***.

22.

E Dexippi Historiis. Sidæ obsidio.

Scythæ Siden, quæ Lyciæ urbs est, obsidentes, quum largus omnis generis apparatus intra muros esset, atque multitudo virorum ad defendendam urbem paratissimorum, machinas fabricarunt easque ad mœnia adduxerunt. (2) Verum his quoque oppidani restiterunt demittentes quæcunque impedimento esse possent. Tum Scythæ turres ligneas ejusdem cujus murus erat altitudinis construxerunt, quas rotis impositas quam proxime admovere. (3) Munierunt vero turres alii ferri tabulis tenuibus, quas ad ligna locis plurimis affixerunt, alii pellibus ceterisque rebus, quæ igne vastari haud facile possunt. (4) Contra oppidani tale quid excogitarunt. Ligna permagna erigebant ubi impetum fa-

ἄστεως τοιόνδε· σανίδας μεγάλας ὀρθίας προστησάμενοι καθ' ὅ τι ἔμελλον οἱ ἐναντίοι ποιήσασθαι τὴν προσαγωγὴν τῶν μηχανῶν, (5) καὶ αὖ ἐγκάρσια ξύλα καὶ ἰκρία ταύταις παραπήξαντες, μέσαις αὐταῖς ἐτεκταίνυντο θυρίδας, ὅσον εἰς ὑποδοχὴν ἀνδρὸς τὴν ἄχρι στέρνου, ὡς ὑπερέχοντας αὐτῶν κατὰ ὕψος ἐκ μετεώρου ἔχειν ἀμύνασθαι. (6) Ποιήσαντες δὲ ταῦτα ἐκ μετεώρου καθίεσαν ἀρτῶντες κύκλῳ ἐφεστρίδας τε καὶ νάκη, ὡς ἂν τὰ τοιαῦτα προβλήματα μήτε εὔφλεκτα εἴη καὶ τῇ ἀπαλότητι αὐτῶν κατέχοι τὰ προσπηγνύμενα, οὐκ ἀντικόπτοντα τῇ βίᾳ πληγῆς. Γενομένης δὲ πείρας ἐπὶ τούτοις ἑκατέρωθεν καὶ μάχης κρατερᾶς, ὡς ἄπρακτος ἦν τοῖς Σκύθαις ἡ διατριβὴ καὶ οὐδὲ ἓν προὐχώρει εἰς ἐλπίδας, ἀνεχώρουν.

24.

Exc. De legat. p. 11. ed Niebuhr. Bonn. : Ὅτι Αὐρηλιανὸς κατὰ κράτος νικήσας τοὺς Ἰουθούγγους (*) Σκύθας, καὶ κατὰ τὴν τοῦ Ἴστρου περαίωσιν ἐς τὴν ἀποφυγὴν πολλοὺς τούτων ἀνελών, οἱ λειπόμενοι ἐς σπονδὰς ἦκον καὶ πρεσβείαν ἐστείλαντο. Τὴν δὲ αἴτησιν τῆς εἰρήνης ἐδόκει μὴ σὺν τῷ ἄγαν περιδεεῖ καὶ καταπεπληγότι ἐκ τῆς ἥττης ποιεῖσθαι, ὡς ἂν ὑπάρχοι σφίσι καὶ τῶν πρόσθεν φοιτώντων χρημάτων παρὰ Ῥωμαίων ἡ ἀποδοχὴ, μὴ ἐς τὸ ἀδεὲς πάντῃ τῶν ἐναντίων καθισταμένων. Ὁ δὲ Ῥωμαίων βασιλεὺς Αὐρηλιανὸς ὡς ἐπύθετο ἀφιγμένην τὴν Ἰουθούγγων πρεσβείαν, ἐς τὴν ὑστεραίαν φήσας χρηματιεῖν περὶ ὧν ἥκουσι, διέταττε τοὺς στρατιώτας ὡς ἐς μάχην, ἐκπλήξεως εἵνεκα τῶν ἐναντίων. Ἐπεὶ δὲ καλῶς εἶχεν αὐτῷ ἡ διακόσμησις, ἐπὶ ὑψηλοῦ βήματος μετέωρος βέβηκε, καὶ ἁλουργίδα ἀμπέχων, τὴν πᾶσαν τάξιν ἐποίει ἀμφ' αὐτὸν μονοειδῆ. Παρεστήσαντο δὲ καὶ τῶν ἐν τέλει ὅσοι ἀρχάς τινας ἐπιτετραμμένοι, σύμπαντες ἀφ' ἵππων. Κατόπιν δὲ βασιλέως τὰ σήματα ἦν τῆς ἐπιλέκτου στρατιᾶς· τὰ δέ εἰσιν ἀετοὶ χρυσοῖ καὶ εἰκόνες βασίλειοι καὶ στρατοπέδων κατάλογοι γράμμασι χρυσοῖς δηλούμενοι· ἃ δὴ σύμπαντα ἀνατεταμένα προὔφαίνετο ἐπὶ ξυστῶν ἠργυρωμένων. Ἐπὶ δὲ τούτοις ὧδε διακοσμηθεῖσιν Ἰουθούγγους ἠξίου [παρελθεῖν]. Τοὺς δὲ συνέβη θαμβήσασθαι ἰδόντας καὶ ἐπὶ πολὺ σιγῇ ἔχειν. Ἐπεὶ δέ σφισιν ἐκ τοῦ βασιλέως ἀπεδόθη λέγειν, διά τινος ἑρμηνέως ἔλεξαν τοιάδε· « Οὔτε τῇ ἐπὶ καιροῦ συμβάσῃ κακοπραγίᾳ ἡμῶν παρὰ τὸ εἰκὸς καταπεπληγότες, οὔτε δυνάμεως ἐνδεῶς ἔχοντες ἢ καὶ πολέμων ἄπειροι καθεστηκότες, ἀσθενείας εὐπρεπείᾳ κατὰ τὸ ἡμῖν αὐτοῖς μόνοις συμφέρον ἐς τὴν εἰρήνην σπεύδομεν· ἀλλὰ περίεστι μὲν ἡμῖν τοσοῦτον τῆς ἐν τοῖς πολέμοις περιουσίας πλήθους εἵνεκα καὶ ἰσχύος, ὥστε μέρει ἐλαχίστῳ τὰς πρὸς Ἴστρῳ πόλεις ἐπελθόντες Ἰταλίαν μικροῦ πᾶσαν κατειλήφαμεν, ἱππικῷ μὲν στρατεύσαντες ἐς μυριάδας δ', καὶ τούτων οὐ μιγάδων οὐδὲ ἀσθενῶν, ἀλλὰ Ἰουθούγγων καθαρῶς, ὧν πολὺς ἐφ' ἱππομαχίᾳ λόγος. Ἀσπίδα δὲ ἄγομεν διπλασίαν δυνάμεως τῆς ἱππικῆς, οὐδ' ἐν τούτοις ταῖς ἑτέρων ἐπιμιξίαις ἐπισκιάζοντες τοῦ σφετέρου στρατοῦ τὸ ἀνταγώνιστον. Ἔχοντες δὲ καὶ οὕτω παρασκευῆς διακρίνε-

6. Verba ἀρτῶντες... εὔφλεκτα εἴη, non nominato auctore exhibet Suidas v. ἐφεστρίδες. Pro μήτε Suidas præbet μή.

(*) E Dexippo hauserit Suidas : Ἰουθοῦγγοι, ὄνομα ἔθνους. « Οἱ δὲ ἐπεραιώσαντο τὸν Ἴστρον, δόντων ἑκόντων εἶναι τὴν δίοδον Ἰουθούγγων ἔχθει τῷ πρὸς Ῥωμαίους. »

---

cturi hostes essent. (5) His deinceps transversas trabes et tabulas applicarunt, in mediis autem fecerunt ostiola, ejus magnitudinis, ut virum usque ad pectus excipere possent. Hoc igitur modo altius quam hostes positis e sublimi propugnare licebat. (6) Præterea ex alto demisere et circumcirca alligarunt cilicia atque vellera, quippe cujusmodi munimenta et inflammatu difficilia essent et mollitie sua vim illisorum infringerent neque ea reperecuterent. Post hæc quum utrimque rei periculum facientes pugnassent strenue, Scythæ vero operam et tempus frustra impenderent nec quidquam ex voto iis procederet, soluta obsidione hostes abierunt.

24.

Imperator Aurelianus (an. 270 p. C.) quum Juthungos Scythas acie devicisset, et multos eorum in ipso Istri trajectu fugientes interemisset, reliqui bellum fœdere finire voluerunt, et legatos miserunt. Neque tamen cum nimio timore nimiaque perturbatione, quasi clade sua perculsis pacem sibi petendam esse ducebant, ne tributo, quod antea Romani penderant, hostibus ab omni metu solutis, in posterum privarentur. Sed Romanorum imperator Aurelianus, ut Juthungorum legatos advenisse intellexit, quum dixisset, se cum his postridie acturum de his, quorum causa legati venerant, hujusmodi hostibus terróris injiciendi gratia militum aciem condicta die tanquam ad pugnam instruxit. Ut illi recte se habere visa est exercitus dispositiò, altum suggestum sublimis, purpura indutus, ascendit, et omnem exercitum, qui ipsum circumstabat, in formam lunæ disposuit. Aderant et ex his, qui in exercitu imperia habuerant, omnes ab equis. A tergo imperatoris erant signa coadunati exercitus. Hæc vero erant aquilæ aureæ et imagines imperatorum, et eorum qui militiæ nomina dederant, catalogi et enumerationes, aureis litteris perscriptæ. Quæ omnia explicata et illustri loco posita in hastis argentatis conspicua erant. His ita præparatis Juthungos jussit adesse. Ut hæc viderunt, obstupefacti longo tempore silentium tenuerunt. Postquam ab imperatore illis dicendi facultas data est, ita per interpretem locuti sunt : « Neque quia adversa fortuna, quæ nobis hoc tempore contigit, ultra modum animos nostros abjecit et perculit, aut quia destituti copiis et viribus sumus, aut rei militaris imperiti, infirmitatem nostram honesto prætextu tegentes, neque quidquam nisi utilitatem nostram spectantes, ad pacem festinamus. Sed multæ nobis adhuc suppetunt ad bellum gerendum facultates, sive multitudine militum, sive viribus opus est. Nam et minima nostri parte urbes ad Istrum sitas invadentes, parum abfuit quin omnem Italiam ceperimus. Quadraginta equitum millia in pugnam educimus, quæ non ex convenis aut imbecillibus, sed ex Juthungis pure constant, quorum in equestri prælio magna fama est. Peditum autem

σθαι, οὐ διαγινώσκομεν ἐς ἀντιλογίαν ἥκειν τῆς συμφορᾶς πέρι. Οὐ διὰ τὸ μὴ κατὰ κράτος νενικῆσθαι, κατὰ δὲ τὸ ἄδηλον τοῦ ἐκβησομένου εἰρήνην πολέμου προτιμῶμεν, εἰκάζοντες καὶ ὑμῖν ὡς γένοιτ' ἂν διὰ γνώμης πρὸς Ἰουθούγγους εὖ παρασχὸν τῆς πρόσθεν διαφορᾶς συμβῆναι, οἷα δὴ ὑπούσης καὶ παλαιᾶς ἀμφοῖν τοῖν γενοῖν πρὸς ἄλληλα πίστεως ἐς τὸ ἡσυχάζειν, δι' ἣν χρὴ τὴν ἐπὶ καιροῦ διαφορὰν ἀπερίσκεπτον ἐν τῷ παρόντι καταλύσαντας πρὸς τὸ παλαίτερον καὶ λυσιτελοῦν μετατίθεσθαι ἑκατέροις. Ἔν τε τῷ πολέμῳ οὐκ ἐπὶ πλεῖστον ταῖς καταδρομαῖς λῃζόμενοι, ἀλλ' ὅσον ἐς ἀφορμὴν τῶν ἐπιτηδείων ἀγαπῶντες τὴν ἄθροισιν, μέχρι τῆς γενομένης μάχης ἡσυχίᾳ τὸν καιρὸν διετρίβομεν, ὡς τοῖς ἐπιοῦσιν ὑμῖν σὺν τῇ ὑμετέρᾳ δυνάμει τὸ καθ' αὑτοὺς ἀντιτάξαντες. Ὅ δὴ καὶ νῦν ποιεῖν παρεσκευάσμεθα· καὶ τό τε ὑμέτερον πρὸς πάντα κίνδυνον ἐκ τούτου ἀδεέστερον ἕξει, καὶ τῶν μεγίστων στρατοπέδων συνελθόντων οὐδ' ἡτισοῦν ἑτέρα χεὶρ ἀξιόμαχος ἡμῖν νομισθήσεται. Εἰ δέ τις τῇ εὐτυχίᾳ τοῦ πολέμου ἐπαιρόμενος ὀλίγωρός ἐστι πρὸς τὴν σύμβασιν, γνώτω οὐ βεβαίῳ πράγματι θρασυνόμενος, καὶ ὅτι ἐπὶ παντὶ φέρον (σφαλερὸν? N.) τῆς δοκούσης εὐπραγίας ἡττηθέντας καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν τῆς τύχης ἀκμὴν ἀποκλίναντας τῶν ἀμεινόνων ἐξηρτῆσθαι μόνων ἐλπίδων, καὶ ὑπὸ τοιαύταις ἀνομίαις (ἀνοίαις? B.) τῆς τε πρὸς θάτερον μεταβολῆς ὑπεριδεῖν καὶ συμμαχίαν εὔκαιρον διδομένην παραιτήσασθαι. Πεφύκασί τε αἱ μείζους στρατιαὶ, παρὰ μὲν τὴν πρώτην θάρσει οἰκείας δυνάμεως ἐπαιρόμεναι καὶ ἐλαχίστῃ προμηθείᾳ χρώμεναι, σὺν καταφρονήσει τῶν ἀντιπολεμούντων ἐπὶ τὰς μάχας πορεύεσθαι καὶ κατὰ τὸ ἀφύλακτον ὡς ἐπὶ πολὺ τὸ ἧττον ἔχειν, αἱ δὲ τῷ αἰφνιδίῳ καὶ παρ' ἐλπίδα χωρήσαντι λογισμῷ τε ἀσφαλεῖ καὶ περιουσίᾳ δυνάμεως βεβαίως χρησάμεναι δυσμαχώτατοι τοῖς ἀντιπάλοις γίνεσθαι. Σὺν δὴ τοιαύτῃ ἐλπίδι καὶ ἡμεῖς, διχῇ τὴν δύναμιν διελόντες τὸ πρῶτον, καὶ ἐν τῷ ποταμῷ τὰ πολλὰ τύχῃ μᾶλλον ἢ ἀρετῇ ὑμετέρᾳ σφαλέντες, οὐκ ἀπροσδόκητοί ἐσμεν ἀλλὰ νῦν, ἅμα τῷ τοῦ μέλλοντος προμηθεῖ, οὐχ ὑπόστατοι ὑμῖν γενέσθαι. Κράτιστον δὴ τούτων εἵνεκα δι' εἰρήνης αἱρεῖσθαι ὑμᾶς τὰς ἐκ τῆς ὁμονοίας ὠφελείας, καὶ τὰ τοῦ πολέμου πράγματα σὺν ἡμῖν τίθεσθαι, τῇ τε παρ' ἡμῖν συμμαχίᾳ ῥωσθέντας πλέον ἔχειν πρὸς τοὺς ἐπιόντας. Εἰ δὲ ταῦτα ποιεῖν ὧδε κρίνοιτε, ὑπάρχειν ἡμῖν δίκαιον καὶ ὅσα ἐν χρυσοῦ ἀσήμου τε καὶ ἐπισήμου ὁσέσει καὶ ἀργύρου παρ' ὑμῶν ἐφοίτα ἐπὶ φιλίας βεβαιότητι. Ἀπειπαμένων γὰρ, ὅσα ἐχθροὺς ἀμυνόμενοι, καθότι δυνατὸν πολεμήσομεν. » Πρὸς ταῦτα ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἔλεξεν ὧδε· « Εἰ μὲν [μὴ] ἐς ἀφανὲς καθέντες τὴν γνώμην ὑμῶν, περὶ ὧν πρεσβεύεσθε, ἐδιδάσκετε, οὔθ' ἡμῖν τοῖς ἐκδεξαμένοις τὸν λόγον χαλεπὴν παρείχετ' ἂν τὴν ἀπόκρισιν. Ἐπεὶ δὲ τὰ εἰρημένα ἐς μὲν εὐπρέπειαν σύγκειται, ἔργῳ δὲ ἐναντίως ἔχει, πῇ μὲν εἰρήνης μνημονευόντων, ὅτε δ' αὖθις πόλεμον ἐπανατεινομένων ὑμῶν, ὧν συγχεῖν ἐοίκατε ἑκάτερον ἐκ θατέρου, ἀμφίβολον καὶ ἡμῖν καθίσταται πρὸς ὅ τι χρὴ πρῶτον ἀποχριναμένους μὴ ἁμαρτάνειν. Λέλειπται

duplicem equitatus numerum producimus; in his quoque nulla peregrinorum admixtione invictum agminis eorum robur deminuentes. Itaque quanquam hujusmodi apparatu ad dimicandum instructi, minime tamen de eventu decertandum esse ducimus. Non autem quia victi sumus, sed propter eventuum incertitudinem, pacem bello præponimus, præsertim quum vos quoque, data occasione, ad componendas simultates cum Juthungis propensos esse suspicemur, quoniam aliqua inter utramque gentem antiqua et inveterata ad quietem mutuo colendam fides exstat. Quamobrem oportet inconsiderate susceptum hoc tempore dissidium deponere, et ad antiquam concordiam, quæ est utrisque utilior, redire. Et in ipso bello quidem non admodum crebras incursiones facientes prædas egimus, necessarias res comparare qua occasio tulit studentes, ceteroquin usque ad hanc proximam pugnam in otio et quiete tempus contrivimus, et quando hostes vestri in vos irruerunt, contra ipsos una cum vestro exercitu in acie stetimus. Quod et adhuc nunc facere parati sumus, ut vestrum periculum levemus nostro, et tutius vobis sit. Nam conjunctis maximis nostris exercitibus, nulla alia manus par nobis in conserenda pugna censebitur. Sin autem quis prospero rerum in bello successu elatus contemnit et alienus est a pace: sciat, se haud satis firma et stabili re inniti, sed in summum discrimen adduci, quicunque, secundæ fortunæ specie victus et præsenti felicitati confisus, sola meliorum successuum spe nitatur, quique in ea animi immoderata elatione ad mutationem rerum non advertat et suppetias opportune sibi oblatas respuat. Ex quo fere ita comparatum est, ut propriarum virium fiducia præcipue majores copiæ fretæ, minima providentia in rebus suis utentes, ad pugnandum accedant et hostes contemptui habeant, a quibus minime sibi caventes superantur. Quæ vero in repentinis et insperatis casibus consilio tuto et virium præstantia cum firmitudine utuntur, magna cum difficultate ab hostibus expugnari possunt. Hujus rei fiducia, quamvis, acie bipartita ad fluvium, fortuna potius quam vestra virtute nobis cladem intuleritis, haud spe destituti sumus, diligentiore posthac nostris rebus cautione adhibita, fore ut nos sustinere minime valeatis. Itaque potius est, ut vos commoda, quæ ex pace proveniunt, percipiatis, et junctis nobiscum bellicis viribus, nostris auxiliis confirmati, superiores vestris hostibus, si qui vos adoriantur, evadatis. Quod si ita fieri debere judicaveritis, quod auri facti vel infecti vel etiam argenti a vobis antea nobis redibat, ad amicitiæ confirmationem vos præstare æquum est. Si id denegaveritis, vos qua hostes ulciscemur, et quantum in nobis erit, bello persequemur. « Ad hæc Romanorum imperator hæc dixit: » Siquidem aperte et dilucide vestram sententiam exponentes, ea, de quibus legati estis, nos docuissetis, nobis, qui vestrum sermonem excepimus, ad eum minime dubia aut difficilis præbita esset responsio: sed quoniam ea quæ dicta sunt, decorum quid et honestum præ se ferunt, re ipsa vero secus se habent, quum modo pacis mentionem faciatis, modo rursus bellum minemini et intendatis, quorum utrumque in utroque confundere et involvere videmini, dubitationem nobis attulistis, cui primum debeamus respondere, ne in aliquo offendamus. Sed aliquid tamen etiam

δέ τι καὶ ἐκ τῶν παρόντων βουλεύσασθαι· χρὴ γὰρ τὼ διττὼ τούτω λόγω διελόντας ἀπαντᾶν πρὸς ἄμφω· εἰ μὲν γὰρ καθαρῶς εἰρήνην ἐπαγγέλλεσθε, τί δεῖ μεμνῆσθαι χρημάτων αἰτήσεως; καίτοι κἂν τούτῳ οὐ σὺν τῷ προχείρῳ ἡ βουλὴ τοῖς νενικηκόσιν πρὸς τὴν ἄρνησιν ἢ τὴν καταίνεσιν. Εἰ δὲ ἔτι σκοπεῖν ὑμῖν πρὸς τὸ συμφέρον καὶ τὰς ἐκ τοῦ πολέμου πλεονεξίας ἡγεῖσθε τὴν σύμβασιν, καὶ ἡττηθέντες ὥσπερ ὀασμοὺς παρ' ἡμῶν ἀπαιτήσοντες ἥκετε, τῆς ῥαστώνης τὸ τερπνὸν, ὅσον εἰρήνη δίδωσιν, ἐκ παντὸς μεταδιώκειν ἡμᾶς νομίζοντες, ἔχεσθε τῆς ὁμοίας τῇ πρόσθεν ἐπιχειρήσεως, μηδ' εἰς εὐεργεσίας λόγον προϊσχόμενοι τοῦ πολέμου τὴν κατάλυσιν αἰτεῖτε μισθὸν τῆς συγχωρήσεως, ὠνητὴν καὶ οὐκ ἐθελούσιον ποιούμενοι τὴν παροῦσαν ἐς τὴν φιλίαν πρόκλησιν. Οὐ γὰρ δὴ πολέμων ἀπείρους ὄντας ἡμᾶς τῷ πλήθει τῆς πολλὰ δὴ κομπασθείσης ὑφ' ὑμῶν δυνάμεως ἐκπλήξετε· οὐδὲ πλούτῳ λαφύρων Ἰταλικῶν ἐπικομιζόμενοι (1), ἀδεῶς ἐπ' οἴκου πορεύσεσθε· ἀλλὰ δῆλαι μὲν ὑμῶν αἱ πεζαὶ παρασκευαὶ, οὐκ ἄδηλοι δὲ αἱ τῶν ἱππέων, πρὸς ἃς ἐς τρόπον τὸν δυνατὸν ἀντιστησόμεθα. Τολμῶμέν τε γὰρ μετ' ἀσφαλείας, καὶ ἀναχωροῦμεν σὺν προμηθείᾳ, οἷα δὴ λογισμῷ ἡγεμόνι ἐς πάντα χρώμενοι, οἷς ἡ ἰσχὺς βεβαιοτάτη, καὶ ἐμπειρίαν πολεμικῶν ἔργων διαφερόντως ἔχοντες. Ὑμεῖς δὲ μετά τε τοῦ προχείρου ἔπιτε, καὶ διαμαρτάνοντες τῶν ἔργων διὰ τὸ μὴ προσκέψασθαι ἐφ' ἃ δεῖ ἐλθεῖν, πείρᾳ τὴν βλάβην τοῦ προπετοῦς φερόμενοι μεταγιγνώσκετε. Τοῖς γὰρ ζέσει ἐς τὰς πράξεις, μὴ [συνέσει], συμφερομένοις ἀνάγκη τοῦ βελτίστου ἁμαρτάνειν. Καὶ ταχεῖαι μὲν ὑμῶν αἱ ἐπιχειρήσεις, δι' ὀλίγου δὲ αἱ μεταμέλειαι. Καὶ τὸ σύμπαν κατὰ τὸ εἰκὸς θαύματος ἀπήλλακται, ἀντιπάλους ἡμῖν τυχόντας καὶ ἠθῶν ἀνομοίων καὶ ἐς τὰς γνώμας πραττομένων διεστάναι οὐκ ἀποπεποιηκὼς (2), καὶ ὑμᾶς μὲν ἀμαθία, ἡμᾶς δὲ λόγῳ συνεῖναι, σὺν ᾧ μάλιστα καὶ τὸ κρατεῖν τοὺς ἥσσους τῶν πλειόνων περιγίνεται, συνέσει πρὸ δυνάμεως πιστεύοντας. Τούς τε πλείονας σὺν τῷ ἀλογίστῳ διὰ μάχης ἰόντας κάκιον ἀμανᾶσθαι (3), ἔργου πεῖρα μᾶλλον ἢ λόγου κομπωδεστέρα προσποιήσει διδάσκεσθε, βλέψαντες ἐς τὰ Σκυθῶν πάθη· μετὰ σαφεστάτων γὰρ τεκμηρίων καὶ οὐκ ἀμάρτυρα λέξομεν. Οὗτοι δὴ τριάκοντα μυριάσι στρατοῦ ἐφ' ἑκατέρας τὰς ἠπείρους σκεδασθέντες πάσῃ τῇ δυνάμει ἡττήθησαν πρὸς ἡμῶν, καὶ λαμπρὰ τοῖς νενικηκόσιν ὑπελείποντο τῆς οἰκείας ἀρετῆς ὑπομνήματα, ὧν τὴν εὔκλειαν ἐς τὸ παντελὲς ἔξομεν νῦν τε καὶ ἔπειτα, τῷ χρόνῳ συμπαραθέουσαν. Τάς τε Ἀλαμανῶν (4) συμφορὰς ἄγειν * σφᾶς τοῦ προχείρου τῷ ἀναρριφθέντι τῆς ἐπιχειρήσεως ταχυτέραν καὶ δι' ὀλίγου ἔθεντο τὴν μετάγνωσιν. Ἡμεῖς τε ἐπὶ ταῖς πλημμελείαις ὑμῶν, αἷς εἰς ἡμᾶς ἐπλημμελήσατε, οὐκ ἀποχρῆν ἡγούμεθα ἣν ἐπάθετε τιμωρίαν, εἰ μὴ καθ' τὸν Ἴστρον ὑπερβάντες ἐν ὅροις τοῖς ὑμετέροις τὴν ὀργὴν ὡς προαδικήσαντας ὑμᾶς (5) ἀποπλήσαιμεν. Πόλεμον γὰρ ἐπὶ σπονδαῖς ἀκήρυκτον ἐφ' ἡμᾶς ἠγείρατε, ἐγκλήματα μὲν ὡς εἰς προαδικήσαντας εἰπεῖν οὐκ ἔχοντες, ἐπιθυμίαις δέ τισι καὶ ἐλπίσι κουφισθέντες, σὺν αἷς ὅμιλος ἀλόγιστος ἐπαίρεται, στρατιᾶς καὶ πο-

(1) πλοῦτον ἐπικομιζ. H.; πλούτῳ ἐπικομπαζόμενοι N.

2. ἀπεικότως? — 3. ἀμύνασθαι? Hœsch., ἀπαλλάττεσθαι? B. δαμνᾶσθαι? Mai. — 4. Sic Nieb. pro γαλιόνων. Locus mutilus. — 5. ὧν προηδικήσατε ἡμᾶς? B.

in præsentia considerare licet. Oportet enim, divisa duplici vestra oratione, in utramque partem occurrere. Si enim pure et sincere pacem denuntiaretis, quid attinuit pecuniarum exactionis meminisse? etiamsi victoribus non satis constaret, an denegarent aut concederent, quod ab illis petitur. Si vero ex pace etiam commodis vestris et exspectatis belli lucris consulere censetis, et quanquam victi quasi tributa a nobis petitis, nihil magis nos amplecti et persequi quam voluptatem ex otio, quod pax tribuit, existimantes : eandem vos quam antea superbiam ostenditis, tantumque abestis ut beneficii loco belli cessationem habeatis, ut etiam mercedem pacis postuletis, et venalem, non spontaneam adhortationem ad amicitiam, quam nunc proponitis, faciatis. Non enim nos tanquam bellorum rudes et imperitos magnitudine tantarum, quas vos jactatis, virium perterrefacietis. Neque vero spoliis Italicarum opum onusti impune domum revertetis : vestræ pedestres copiæ nobis sunt notæ, neque equestres ignotæ, quibus quantum in nobis erit quacunque via resistemus. Audemus enim cum securitate, recedimus cum providentia, et in omnibus rebus prudentia duce utentes, quæ plurimum valet, usu et rei militaris peritia præstamus. Vos cum ardore et promptitudine aggredimini, deinde rerum adeptione frustrati, quia qua progredi oportebat, non ante providistis, damnum experientia ipsa ex vestra temeritate reportantes pœnitentia ducimini. Qui enim fervidius quam prudentius ad res gerendas feruntur, hos optato rerum successu destitui necesse est. Conatus et aggressiones vestræ sunt subitæ et repentinæ et brevi post pœnitentia. In universum non est quod miremur, vos quum adversarii nobis sitis et diversorum morum, etiam rerum gerendarum consiliis a nobis distare * * et vos temeritate, nos consilio congredi, quo paucioribus quoque non raro plures vincere contigit, dum prudentia potius quam viribus nitebantur. Plures autem temere et imprudenter prælium ineuntes malo affici, re ipsa potius quam verborum elegantiore ornatu docemini Scytharum mala intuentes. Manifestissimis enim indiciis et testimoniis nota testataque dicemus. Illi exercitu trecentorum millium hominum ab utraque parte ripæ expositorum pugnantes, omnibus viribus sunt a nobis deleti et superati. Cujus nostræ virtutis clara victoribus relicta sunt monumenta, ex quibus immortalem nobis gloriam et nunc et sequenti tempore duraturam peperimus. Alemanorumque (?) calamitatis (meminisse decet), quorum temerariam et inconsultam ad aggrediendum irruptionem celerior brevi post pœnitentia est consecuta. Et vero pro his, quæ in nos admisistis et commeruistis, eas quas luistis pœnas minime sufficere judicavimus, nisi quoque, trajecto Istro, in vestris ipsorum finibus iram nostram in vos, qui nos priores injuria affecistis, explevissemus. Bellum enim, dum adhuc foedus erat, ultro et non indictum adversum nos excitastis. Et quum, quod nobis objiceretis, non haberetis, quia vobis

λέμου ἀντιλαμβάνεσθε. Ὅθεν οὐκ ἔξω προσδοκίας ἄγομεν καὶ παρὰ τοῦ θείου ἔσεσθαι ἡμῖν ἀρωγά, οἷα δὴ ἡμῶν μὲν θεσμὸν τὸν ἐπὶ σπονδαῖς οὐκ ἀτιμασάντων, Ἰουθούγγων δὲ ἄδικον ὁδόν τε ἐφ' ἡμᾶς ἐλθόντων, καὶ ὅρκους καὶ πᾶσαν πίστεως βεβαιότητα παρὰ φαῦλον τιθεμένων. Τοῖς τε αὖ φθάνουσι κατορθώμασιν τὸ μέλλον λαμβάνοντες, καὶ περὶ τῶν ἐσομένων οὐκ ἀπεικότως πρὸς τοῖς εἰρημένοις χρηστὰ δοξάζομεν. Ἡ μὲν γὰρ ἐπ' εὐπραγίᾳ ἐλπὶς θάρσος φέρει, φόβον δὲ ἡ ἐπὶ τῷ ἐναντίῳ. Λογισμῷ τε ἡγεμόνι πρὸς τὰς πράξεις χρώμενοι, τάς τε δόξας τῶν συμβησομένων οὐκ ἀβασανίστως προσιέμεθα, κἀν τοῖς παροῦσιν, οἷα ἄνδρες ἀθληταὶ κινδύνων τῶν ἀρίστων, οὐκ ἐκπληττόμεθα ταῖς τοῦ πολέμου χαλεπότησιν, ἐξ ὧν τὸ ἐλπιζόμενον κέρδος οὐκ ἀσθενὲς καὶ περιττότερον τῆς ἀχθηδόνος. Τὸ γὰρ πλῆθος ὑμῶν σώμασί τε ἥκιστα ἰσχύει καὶ φρονήμασιν. Ἀπείληπται γὰρ Ῥοδανοῦ (Ἠριδανοῦ? Val.) μὲν εἴσω καὶ τῶν ἡμετέρων ὁρίων· σπανίῳ δὲ ἀγορᾷ συνεχόμενον καὶ τῇ ἄλλῃ ταλαιπωρήσει, τοῖς ἀλγεινοῖς τοῖς μὲν ἤδη σύνεστι, τοῖς δὲ μέλλει. Καὶ προχαμὸν ἐν τῷ ἀεὶ μοχθεῖν ἀτολμότερον ἔσται καὶ χρῆσθαι αὐτῷ παρέξει ἀμαχεὶ ὅ τι ἂν βουλώμεθα, ὡς ἂν πρὸς τὴν χρόνιον διατριβὴν ἀπειρηκότι. Ὅθεν ὑμῖν τε τὸ πᾶν περιφανῶς κινδυνεύεται, καὶ ἡ τῆς εἰρήνης ὑμῶν αἴτησις ἐπ' εὐπρεπείᾳ τοῦ φόβου σύγκειται, ὅπως ἂν τὸ σφέτερον δέος ἐπηλυγάζησθε. Ἤν τί δεῖ προσίεσθαι, καλῶς ὑπάρχον πανταχόθεν ἀποκλεισθεῖσιν ὑμῖν τῆς οἰκαδε πορείας καὶ οἷον εἴσω πυλῶν ἀπειλημμένοις χρῆσθαι εὖ τε καὶ μὴ, ὅπως ἂν ἔχωμεν πρὸς ὑμᾶς διανοίας; » Ἐπὶ τούτοις λεχθεῖσιν ἐκ τοῦ βασιλέως κατεπλάγησάν τε Ἰουθοῦγγοι, καὶ ὡς οὐδὲν αὐτοῖς κατὰ τὰς ἐλπίδας ἐπράττετο, παντελῶς τῶν σπονδῶν ἀπογνώσει ἐχόμενοι παρὰ τοὺς σφετέρους ἀπεχώρησαν.

Ὅτι ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ οἱ Βανδῆλοι κατὰ κράτος ἡττηθέντες παρὰ Ῥωμαίων πρεσβείαν ἐποιήσαντο πρὸς Ῥωμαίους περὶ διαλύσεως πολέμου καὶ συμβάσεως. Καὶ πολλὰ ἀναμεταξὺ εἰπόντων ἀλλήλων, τοῦ τε βασιλέως καὶ τῶν βαρβάρων, διελύθη μὲν ὁ σύλλογος, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τό τε πλῆθος τῶν Ῥωμαίων στρατιωτῶν αὖθις ἠθροίσθη, καὶ ἐρομένου βασιλέως, ὅ τι σφίσι περὶ τῶν παρόντων λῷον εἶναι δοκεῖ, κρίνοντες τὴν εὐτυχίαν τὴν ὑπάρχουσαν προμηθείᾳ τῆς ὑπὲρ τῶν ὄντων ἀσφαλείας διασώσασθαι, καὶ βοῇ τὸ βουλόμενον σημαίνοντες, σύμπαντες ἐς τὴν κατάλυσιν τοῦ πολέμου ἐχώρησαν. Καὶ εἴδε μὲν ὧδε συνενέχθησαν γνώμῃ· οἱ δὲ τῶν βαρβάρων βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες, ἥκοντες καθότι σφισὶ προειρημένον, ἔδοσαν ὁμήρους σφῶν αὐτῶν, οὐ τὰ δεύτερα ἀξιώσεως καὶ τύχης. Οἵ τε γὰρ βασιλεῖς τοὺς παῖδας ἑκάτεροι διδόασιν ἐς τὴν ὁμηρείαν, ἐνδοιάσαντες οὐδὲν, καὶ ἕτεροι ἅμα αὐτοῖς οὐ μάλα πόρρω ἀξιώσεως. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐχώρησάν τε πρὸς σύμβασιν, καὶ αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο. Συνεμάχουν δὲ ἀπὸ τῆσδε Ῥωμαίοις Βανδήλων ἱππεῖς εἰς δισχιλίους (*), οἱ μέν τινες

(*) « Hinc oritur mihi suspicio Dexippi esse fragmentum, quod anonymum v. διοσημεία citat Suidas : « Ἦρξαν δὲ οἱ δισχίλιοι (χίλιοι codd. AVC.) Σκύθαι, πάσης ὀξύτεροι διοσημείας (ἤτοι ἀστραπῆς ἢ πρηστῆρος ἢ κεραυνοῦ ἢ σκηπτοῦ ἢ διάττοντος ἀστέρος.) » Mai.

---

nullam injuriam feceramus, in spes et cupiditates quasdam erecti, quibus vulgus imperitum effertur, exercitu comparato, nos aggredimini. Quare speramus, deum nobis auxilio futurum. Sanctitatem enim fœderum minime derisui et ludibrio habemus. Juthungi contra iniqua ratione nos adoriuntur, et jusjurandum et cetera quantumvis firma fidei vincula pro nihilo ducunt. Equidem ex rebus ad voluntatem nostram fluentibus, quid consecuturum sit conjicientes, eventus rerum non absque veri similitudine, ex his quæ ante dicta sunt, lætos fore, exspectamus. Etenim ex secundis rebus spes fiduciam affert, contraria autem timorem. Prudentia duce in rebus administrandis utentes, quæ accidere possunt, non nisi re bene perpensa, opinione præcipimus, et in præsentia tanquam viri gravibus quibusque periculis exercitati, belli difficultatibus non terremur, quibus non levia commoda, sed laboribus longe majora comparantur. Nam vulgus vestrum neque corporis neque animi viribus pollet. Inclusum enim inter Rhodanum et nostros fines, alimentorum penuria aliisque incommodis laborans, multis malis hoc ipso tempore premitur, aliis mox premetur. Fractum et debilitatum, quia sine intermissione laborat, minus audet et timidius est. Itaque diuturnioris tum studii tum operæ nescium sese nobis sine prœlio præbebit paratum subire, quicquid de eo statuere voluerimus : ex quo omnes vestræ res in apertum discrimen adducuntur. Tota autem vestra pacis petitio nihil est nisi decorum timoris prætextum, quo metum vestrum tegere cupitis. Quam cur accipiamus, data nobis occasione vos undique ab reditu exclusos et quasi intra claustra coercitos bene aut male habendi, utcumque nobis pro animi nostri erga vos affectu videbitur? » His ab imperatore dictis, Juthungi valde sunt consternati, quumque minime negotium, ut speraverant, confecissent, pace prorsus desperata, ad sua redierunt.

Sub Aureliano (an. 271 p. C.; Aureliani an. 2) Vandali a Romanis acie superati sunt. Itaque legationem ad Romanos decreverunt, quæ de bello pacificatione finiendo ageret. Et quum multa inter se imperator et barbari disseruissent, solutum est colloquium. Postridie multitudo militum Romanorum rursus convenit, et quum eos imperator interrogasset, quid illis optimum esse videretur, quum statuerent præsentem prosperitatem tueri et rerum, quibus potiebantur, fruitioni prospici oportere, suam de ea re voluntatem voce significaverunt et universi in sententiam finiendi belli iverunt. Sic igitur inter illos convenit. Itaque barbarorum reges et principes venerunt, et ut illis erat præceptum, ex suis obsides qui non in secundis partibus fortunæ et dignitatis hærebant, dederunt; uterque enim rex et proximi dignitate una cum ipsis sine mora filios suos pro obsidibus tradiderunt. His legibus ad pacta et conventiones ventum est, et fœdera sunt inita : Vandali Romanis duo mille equites auxiliarios ex fœdere suppeditabant, quorum nonnulli ex tota exercitus multitudine delecti et in belli societatem adscripti, alii spontaneam militiam subeuntes nomina dederunt. Reliquus Vandalorum exercitus, salvus et incolu-

αἱρετοὶ ἐκ τοῦ πλήθους ἐς τὴν συμμαχίαν καταλεχθέντες, οἱ δὲ καὶ ἐθέλοντες ἑκούσιον στρατιὰν ὑποδυόμενοι. Ὁ δὲ λοιπὸς Βανδήλων ὅμιλος ἐπ' οἴκου ἐκομίζετο, παρέχοντος τοῦ Ῥωμαίων ἄρχοντος ἀγορὰν ἕστε ἐπὶ τὸν Ἴστρον. Καὶ τὸ μὲν πλεῖστον αὐτοῦ ἀπαθὲς διεσώθη· ὅσοι δὲ παραβάσει τῶν σπονδῶν ἐπὶ λείας συλλογὴν ἀφθόνως ἀπεσκεδάσθησαν, ἀνῃρέθησαν σύμπαντες ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος τῶν ξενικῶν στρατοπέδων, οὐ μείους γενόμενοι πεντακοσίων. Οἷα γὰρ δὴ διὰ φιλίας τῆς χώρας πορευόμενοι, καὶ θάρσει τῆς γενομένης πρὸς Ῥωμαίους εἰρήνης ἐπαρθέντες, τῆς πάσης τάξεως προεξαίροντες κατά τινας αἰφνιδίους ἐπιδρομὰς προσέβαλλον γνώμῃ τοῦ ἄρχοντος, καὶ οὐκ ὀλίγα τῆς χώρας ἐκακούργουν. Καὶ τὸ ἔργον τοῦτο τὸν ἐργασάμενον παρὰ τῷ βασιλεῖ κατατοξευθῆναι *. Οἱ δὲ λοιποὶ Βανδήλων διεσκεδάσθησαν καὶ ἀπενόστησαν ἐπ' οἴκου. Βασιλεὺς δὲ Ῥωμαίων τὴν πλείστην δυνάμεως τῆς πεζικῆς καὶ ἱππικῆς ἐκπέμπει ἐπ' Ἰταλίας. Καὶ διαλιπὼν οὐ μάλα συχνῶν ἡμερῶν, τήν τε ἀμφ' αὐτὸν τάξιν ἑταιρικὴν, καὶ ὅση δορυφορία τοῦ ἄρχοντος, τῶν τε συμμάχων ὅσοι ἦσαν Βανδήλων, καὶ τοὺς ὁμηρεύειν αὐτῷ δοθέντας παῖδας ἐπαγόμενος, καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ἰταλίας ἐξήλαυνε σπουδῇ διὰ τὴν τῶν Ἰουθούγγων αὖθις παρουσίαν.

25.

Jornandes De rebus Get. c. 22 : *Geberichus primitias regni sui in Vandalica gente extendere cupiens contra Visumar eorum regem, (Asdingorum e stirpe, quæ inter eos eminet, genusque indicat bellicosissimum, Dexippo historico referente, qui eos ab Oceano ad nostrum limitem vix in anni spatio pervenisse testatur præ nimia terrarum immensitate*) etc.

SEDIS INCERTÆ.

26.

Suidas v. Ἵππος : Δέξιππος· « Ὁ δὲ ἵππος αὐτῷ ἤσκητο ἄρα καὶ ἄνευ ἡνίας ἐλαυνόμενός τε ὠκύτατα φέρεσθαι, καὶ βάδην προϊόντος πραότατα ἵστασθαι, καὶ ἐκκλίνοντος, ὅπως περιοίσεται καὶ κυκλώσεται, εὐκαμπέστατα ἐπιστρέφειν. » Hæc ex Parthicis fluxisse suspicor. Cf. equus egregie doctus, quem Angarus Osroenus Trajano donum misit, ap. Dio Cass. LXVIII, 18.

27.

Idem : Παραπολύ, ἀντὶ τοῦ πάνυ, παντελῶς. Δέξιππος· « Παραπολὺ ἀπελείποντο τοῦ πείσεσθαι τοῖς εἰσηγουμένοις ἡσυχίαν αἱρεῖσθαι. »

28.

Idem : Πατασσούσῃ, ὑπὸ δειλίας κλονουμένῃ. Δέξιππος· « Ἦν δὲ τοῦ καθηγουμένου πρὸς πᾶν τὸ ἀπαγγελλόμενον ἔκπληξις· ὑπὸ γὰρ ἐμφύτου δειλίας καὶ ἀπειρίας τῶν πολεμικῶν ἀναπεπταμένοις μὲν τοῖς ὠσὶ, τεθορυβημένοις δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς, πατασσούσῃ δὲ τῇ καρδίᾳ, ἀεί τι ἀκούσεσθαι ἐλπίζων, τοῖς ἀρχομένοις κατάδηλος ἦν ὡς φυγῇ χρήσεται. »

29.

Idem v. Ἀπὸ δὴ et εὐθαρσῶς : Δέξιππος· « Ἀπὸ δὴ τούτων πάντων ἀναπειθόμενος τῶν πλεονεκτημάτων, πάντα τὸν ἀνθιστάμενον τιθεὶς ἐν δευτέρῳ, εὐθαρσῶς ἐπῄει· συνηνεχθήτην δὴ ἄμφω ἀλλήλοιν. »

30.

Idem v. Παραχρῆμα : « Καὶ ὡς ἐν τῷ παραχρῆμα ὥρμηντό τε (τότε? Bernh.) ἐξιέναι καὶ ψηφί-

---

mis conservatus, Romanorum imperatore vitæ necessaria usque ad Istrum iis præbente, domum rediit. Sed quicumque ab exercitu violatis fœderibus, ad prædandum et rapinas faciendas longius excesserunt, omnes a duce exterarum copiarum (erant autem non minus quam quingenti) sunt cæsi et perempti. Hi enim specie amicitiæ, fiducia pacis cum Romanis factæ elati, nullo servato ordine, venia a suo duce impetrata in repentinas quasdam incursiones eruperant et non pauca regionum loca, qua iter habuerant, vastaverant et damnis affecerant. At ille, qui tantum facinus admisit, est ab eorum rege jaculis confectus. Reliqui Vandalorum separati domos suas repetierunt. Romanorum vero imperator, præmissa majore parte suarum copiarum, sive pedestrium sive equestrium, non longo post est eas subsecutus intervallo, et secum cohortem auxiliariorum retinens, omnes hastatos, qui ejus custodiam agebant, una cum Vandalis, quotquot illi auxiliarii aderant, et pueris, qui illi obsides dati erant, magna celeritate in Italiam contendit, in quam Juthungi denuo irruperant.

26.

Dexippus : « Equus ejus ita institutus erat, ut et sine habenis velocissime ferretur, et illo pedetentim incedente, placidissime staret, et declinante ut locum aliquem circumiret, agilissime se converteret. »

27.

Dexippus : « Multum aberat ut iis qui pacem suadebant, obtemperarent. »

28.

Dexippus : « Dux vero ad quemvis nuntium, qui afferebatur, animo expavescebat. Quum enim ob insitam timiditatem et rerum bellicarum imperitiam arrectis esset auribus oculisque attonitis et corde palpitante, quasi identidem novi aliquid auditurus, milites, quibus præerat, manifeste inde conjiciebant, eum fugam animo meditari. »

29.

Dexippus : « His igitur rebus omnibus, quibus inter ceteros præstare se sentiebat, adductus, omnesque adversarios impares sibi judicans, fidenti animo eum adortus est. Ambo igitur in mutuum certamen ruerunt. »

30.

Dexippus : « Quum autem subito impetum cepissent ad bel-

σματι τὴν στρατείαν ἐκύρωσαν, ὥρμητό τε (τε del. censet Bernh.) πᾶς ἐς τὴν ἐπιχείρησιν. » Δέξιππός φησι.

31.

Idem v. Ῥωμαίων ἀρχή. « Αὕτη τῆς Ἀσσυρίων καὶ Περσῶν καὶ Μακεδόνων τῶν πρὶν μακρῷ ὑπερῆρεν ὁρισαμένη πέρατα ἑαυτῆς πρὸς μὲν ἕω Ἰνδοὺς καὶ Ἐρυθρὰν θάλατταν καὶ Νεῖλον καὶ Καταρράκτας καὶ λίμνην Μαιῶτιν· ὅσα δὲ πρὸς δυσμὰς* Ὠκεανόν τε αὐτὸν, ὃν δὴ μῦθον εἶναι τοῖς ἔργοις ἐδηλώθη, μηδὲ ἄλλως ἢ πρὸς ψυχαγωγίαν τοὔνομα αὐτοῦ παρὰ τοῖς ποιηταῖς ᾄδεσθαι· εἴγε καὶ ἡ Βρεττανῶν χώρα, ἣν περιῤῥέων νῆσον ἐργάζεται, νῦν εὑρεθεῖσα ἐν πέρασι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἀριθμεῖται. Λεγέτω μὲν οὖν, ὅτῳ δοκεῖ, ὡς ἀναμφίλογοι τῶνδε πρὸς τὰ παλαιὰ αἱ ὑπερβολαὶ, πλήθει τε χειρὸς τῶν ἐπελθόντων εἰκάζοντι καὶ τόλμαις ἑκατέρων καὶ στρατηγήσεσι καὶ μηχανήσεων ἐπινοίαις καὶ τῶν ἀντιπολεμησάντων ἀρετῇ. » Δέξιππος.

« Ὅτι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν αἴτιον αὐξηθῆναι τὸ φιλόμαχον ἐθνῶν (τοῦ ἔθνους conj. Niebuhr.) καὶ τὸ εὐσύνταχτον τῆς δυνάμεως. Πάντες γὰρ οἱ πρὸς ἑσπέραν θυμικώτεροί εἰσι τῶν ἐπὶ θάτερα κατοικούντων. Περιτεύει δὲ Ῥωμαίοις τὸ τεταγμένον ἐν τῷ ἔργῳ καὶ τεχνικὸν, ᾧ καὶ Γαλατῶν ἐπεκράτουν, καὶ ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ὁμόρους πολέμοις τριβέντες καὶ περιόντες (l. τριβέντες, περιῆσαν) τῶν [μὲν] βαρβάρων τῇ συντάξει, τῶν δὲ Ἑλλήνων φύσει καὶ ἀνδρείᾳ. »

Utrumque locum exscripsi. Uter ad Dexippum pertineat dubitari potest. Etenim vulgo legitur Δέξιππός δὲ (pro quibus Niebuhrius dedit : Δέξιππός φησιν ὅτι κτλ.), adeo ut posterior locus ad Nostrum referendus sit. At particula δὲ deest in codd. AV ap. Gaisford. Quare Dexippi mentionem ad priorem locum retulit Bernhardyus. Plerumque Suidas præponit, non postponit nomen auctoris. Ceterum nescio an fuerit : Δέξιππος δ' i. e. Χρονικῶν βιβλίῳ δ'.

32.

Idem v. Σεμνόν. Δέξιππος· « Σεμνὸν γὰρ αὐτὸν ἀπέφαινε τά τε ἄλλα καὶ ὅτι οἱ ὁ πατὴρ εὖ στρατηγήσειε.

ARRIANUS.

Vide Dexippi fragm. 11 et 12.

---

lum proficiscendi, et expeditionem illam publice decrevissent, et quilibet ad rem aggrediendam cupide se compararet... »

31.

« Romanorum imperium regna tam Assyriorum et Persarum quam Macedonum veterum longo intervallo superavit, limitibus constitutis versus orientem Indis, mari Rubro, Nilo, Catarractis et palude Mæotide; ad occidentem vero (*Rheno et Danubio et*) Oceano ipso, quem fabulam esse, neque nisi ad delectationem a poetis nomen ejus decantari rebus ipsis declaratum est : siquidem etiam Britannorum regio, quam circumfluens insulam effecit, nunc inventa in finibus imperii Romani numeratur. Concedat igitur, ab hoc imperio citra controversiam res veterum superari, si cui libeat et ingentes copias adversariorum contendere et audaciam utrorumque disciplinamque militarem, postremo machinarum inventa et hostium virtutes. » *Dexippus.*

« Causam, quare imperium Romanorum adeo fuerit auctum, fuisse bellicam fortitudinem gentis et disciplinam militarem. Omnes enim occidentales sunt animosiores iis qui ex altera parte habitant. Sed Romani et ordine et arte in bellis excellunt, qua etiam Gallos vicerunt; et in bellis contra finitimos exercitati, barbaros quidem sollertia, Græcos vero natura et fortitudine superarunt. »

32.

Dexippus : « Auctoritatem ei conciliabant quum alia, tum etiam illud, quod pater ejus laudabiliter exercitum duxisset. »

PORPHYRIUS TYRIUS.

Eusebius (Chron. p. 195 Mai.) primum Chronicorum librum excerpsisse se dicit tum ex aliis auctoribus, quos nominatim recenset, tum *e Cassii Longini octodecim libris, quibus Olympiades CCXXVIII complexus est, ... e Porphyrii denique nostræ ætatis philosopho, ab Ilio capto usque ad Claudii dominationem* (i. e. usque ad Ol. 262, 1; 269 p. C.).

Horum alter, si Niebuhrium audias (*Kleine Schriften* I, p. 188) non diversus fuerit a Dionysio Cassio Longino, multifariæ viro eruditionis (πολυμαθὴς καὶ κριτικὸς appellatur ap. Suid. v. Λογγῖνος, et περιπατοῦν μουσεῖον ap. Eunap. Vit. Porphyr. p. 7 Boisson.), Porphyrii nostri magistro, quem supplicio Aurelianus imperator affecit (an. 273 p. C. Zosimus I, 56. Cf. P. J. Schardam Diss. De vit. et script. Longini in Ruhnken. Opusc. p. 306 ed. Friedem.). Suidas quidem inter opera Longini Chronica non recenset, neque aliud quidpiam ad historiam propius pertinens affert præter scriptum, cui titulus erat : Τίνα παρὰ τὰς ἱστορίας οἱ γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἐξηγοῦνται. Sed non id egit grammaticus, ut omnia Longini opera recenseret, idque ipse fatetur titulis recensitis clausulam subjiciens : καὶ ἄλλα πολλά. Sic v. c. omisit peramplum opus, supra viginti complectens volumina, quod inscribebatur Φιλολόγοι, et cujus compendium fuisse videntur Φιλολόγου ἱστορίας libri quinque, quos Suidas inter scripta Porphyrii recenset. (*)

Quodsi vero ex hac parte nihil est quod Niebuhrii conjecturæ refragetur, illud tamen ipsum etiam Niebuhrium offendit, quod Cassius Chronicis suis nonnisi 228 Olympiades (**) complexus sit. Exspectabas eum ad suam ipsius ætatem Annales perduxisse. Porro quæ hinc oritur dubitatio nescio an augeatur loco Gellii in N. A. XVII, 21, ubi hæc : *Vixisse* (Homerum statuunt) *annis post bellum Trojanum, ut Cassius in primo Annalium de Homero atque Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta annis.* Quod nisi fortasse ex Cassii Heminæ Historia Romana fluxisse putaveris (cui opinioni res tradita parum favet), non novi equidem Cassium aliquem, ad quem illud referri apte possit, præter illum, cujus Chronica Eusebius adhibuit. Quare pronior sum in eam sententiam, ut Auli Gellii supparem fuisse, Annalesque ejus usque ad ipsius auctoris tempora pertinuisse censeam. (†)

Porphyrii Chronica ex uno Eusebio accuratius novimus. Excerpsisse ex iis testatur quæ habet de temporibus Lagidarum regumque Macedonicorum. Præterea vero etiam Seleucidarum laterculum ex eodem fonte petitum esse luce clarius est. Utinam Eusebius in excerpendo minus parcum paulloque diligentiorem se præstitisset. Sæpius enim accidit ut personas, res annosque pessime misceat, ne dicam quod in delectu rerum enotandarum subactum judicium desideratur. Vel sic tamen hæc Porphyrii fragmenta inter sui generis reliquias locum longe principem absque controversia obtinent (*).

Chronologica nonnulla e libro XII (**) operis, quod Κατὰ Χριστιανῶν Porphyrium scripsisse constat, Hieronymus affert in Commentar. ad Daniel., ubi in præfatione ita habet : *Ad intelligendas autem*

(*) Idem opus laudat Eusebius, qui in Præp. Ev. p. 464-463 e Porphyrii libro primo τῆς Φιλολόγου ἀκριβείας peramplum locum adjecit de furtis ac plagiis scriptorum. Ex eodem fonte Clemens Alex. in sexto Stromatum libro, ubi idem argumentum prolixe admodum tractat, hausisse putandus est.

(**) Progressus auctor fuerit usque ad Ol. 229, 2. 138 p. C., sive usque ad mortem Hadriani.

(†) Eundem puto Tertullianus in Apolog. c. 19 *Cassium Severum* dicit, et cum Cornelio Nepote, Diodoro, Thallo componit. V. Thalli fr. 1.

(*) Letronnius *Inscr. de l'Eg.* p. 72 de fragmento, quod est de Lagidarum temporibus : « Le fragment de cet auteur, que nous a conservé Eusèbe, donne, comme on sait, de la dynastie des Lagides, un tableau chronologique d'une exactitude qui n'a été bien reconnue et sentie que depuis la découverte de certains papyrus grecs-égyptiens. Tous les détails de ce fragment, tels que la succession et la durée des regnes, l'usage des doubles dates pour ceux de Philométor, d'Evergète II, de Soter II, d'Alexandre I, de Cléopatre, concordent merveilleusement avec les dates de ces papyrus; et l'on ne peut douter que l'auteur de ce tableau n'ait eu sous les yeux, en les composant, une suite de documents originaux et contemporains. » — Similiter regum Macedonicorum laterculum Niebuhrius (*Kl. Schrift.* p. 221) appellat *eine unvergleichliche Urkunde.*

(**) Hieronymus in Daniel. init. tom. III, p. 1073 : *Contra Prophetam Danielem duodecimum librum* (sc. operis Contra Christianos) *scripsit Porphyrius, nolens eum ab ipso, cujus inscriptus est nomine, esse compositum : sed a quodam qui temporibus Antiochi, qui appellatus est Epiphanes, fuerit in Judæa : et non tam Danielem ventura dixisse, quam illum narrasse præterita. Denique quidquid usque ad Antiochum dixerit, veram historiam continere : si quid autem ultra opinatus sit, quia futura nescierit, esse mentitum. Cui solertissime responderunt Eusebius Cæsariensis episcopus tribus voluminibus* (*i. e. libris XVIII-XX,*) *Apollinarius quoque uno grandi libro, hoc est vicesimo sexto, et ante hos ex parte Methodius.*

extremas partes Danielis multiplex Græcorum historia necessaria est, Suctorii Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybii, Posidonii, Claudii Theonis, et Andronici cognomenti Alypii, quos et Porphyrius esse secutum se dicit. Ex Callinici Suctorii libris decem De Alexandria fluxerint, quæ de Lagidarum temporibus Porphyrius in Chronicis suis exposuit (vid. fragm. 7, § 2, not. 2).

Quod attinet Porphyrii Φιλόσοφον ἱστορίαν ἐν βιβλ. δ' (Suidas), fragmenta ejus conjungenda sunt cum Vita Pythagoræ, quam fausta fortuna etsi mutilam nobis servavit. De opere isto ita Eunapius Proœm. p. 2 ed. Boiss. : Τὴν φιλόσοφον ἱστορίαν καὶ τοὺς τῶν φιλοσόφων ἀνδρῶν βίους Πορφύριος καὶ Σωτίων ἀνελέξαντο· ἀλλ' ὁ μὲν Πορφύριος (οὕτω συμβὰν) εἰς Πλάτωνα ἐτελεύτα καὶ τοὺς ἐκείνου χρόνους, Σωτίων δὲ καὶ καταβὰς φαίνεται, καίτοι γε ὁ Πορφύριος ἦν νεώτερος. « Non enim distinguendum esse inter τοὺς βίους φιλοσόφων et τὴν Φιλόσοφον ἱστορίαν patet ex Cyrillo C. Jul., qui e libro τῆς Φιλ. ἱστορίας locos affert qui in Vita Pythagoræ, quam habemus, adhuc leguntur. (Vide Holstenii Dissert. De scriptis Porphyrii cap. VIII, et Vitam Pythag. p. 32. 18. 21. 12. 27 ed. Holst.). Comparare licet etiam Damascii Ἱστορίαν φιλόσοφον (Suidas v. Δαμάσκιος et Δῶρος), de qua Küsterus ad Suid. : « Hujus operis partem fuisse Vitam Isidori philosophi, ex qua prolixa apud Photium excerpta leguntur, recte viri docti conjecerunt. Supra enim v. Γρηγόριος ἀδελφ. Suidas fragmentum ex Damascii Historia philosophica adducit, quod αὐτολεξεὶ quoque legitur apud Photium in Excerptis e Vita Isidori. » — Ceterum etiam in Historia philosophica ad tempora rerum et virorum accurate definienda attendisse Porphyrium, colligitur vel ex iis quæ habet Eusebius Chron. p. 139 : Ὁ Πορφύριος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Φιλοσόφου ἱστορίας ὧδέ πως ἐπιτέμνεται πρὸς λέξιν· « Ἀπὸ τῆς ἁλώσεως Ἰλίου ἐπὶ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἔτη π' φησὶν εἶναι ὁ Ἀπολλόδωρος· ἀπὸ δὲ τῆς καθόδου εἰς τὴν Ἰωνίας κτίσιν ἔτη ἑξήκοντα, ἐντεῦθεν εἰς Λυκοῦργον ἔτη ἐννέα καὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, ἀπὸ δὲ Λυκούργου εἰς τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα ὀκτὼ καὶ ἑκατόν· τὰ δὲ πάντα ἀπὸ τῆς ἁλώσεως Ἰλίου ἐπὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα ἔτη ἑπτὰ καὶ υ'. » Similiter Aristoxenus (fr. 23) in Vita Pythagoræ, ubi de παλιγγενεσίας epochis sermo est, tempora inde a Troja usque ad Pythagoram supputat. Ad eundem locum pertinuerint quæ apud Suidam leguntur v. Ὅμηρος : Πορφύριος δὲ ἐν τῇ Φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ πρὸ ρλθ' (annis ante Olymp. 1 Homerum floruisse dicit). Ἐτέθη δὲ αὕτη μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν ἐνιαυτοῖς ὕστερον υζ'. — Librum secundum nemo excitat. In libro tertio De vita Socratis exponebatur. V. Theodoret. Therap. lib. I; Socrat. H. Eccl. III, 23; Nicephor. Call. X, 36; Cyrill. C. Julian. VI, p. 208 (Aristox. fr. 28). Stephan. Byz. v. Γάδρα. — Libro quarto De Platone sermo erat. Cyrill. lib. VIII. Eodem pertinent quæ blaterat Tzetzes Chil. XI, 533. VII, 495. 540. 576. — Librum nescio quem ejusdem operis indicat Malala p. 56 Bonn. : Τὸν δὲ Πλούταρχον τὸν Χερονήσιον (i. e. τὸν Χαιρωνέα), sc. de vetere Græcorum barbarorumque philosophia disserentem, Πορφύριος ἐν τῇ Φιλοσόφῳ αὐτοῦ χρονολογίᾳ ἐδόξασεν. (Malala, ut Sallustium et Ciceronem τοὺς σοφωτάτους Ῥωμαίων ποιητὰς fuisse dicit, sic alios scriptores diversissimos appellat χρονογράφους.)

« *Gregor. Abulpharagius* in Hist. dynast. p. 84 Porphyrium nominat Syrum et inter alia ejus scripta librum Historiæ philosophorum laudat, cujus tractatus quartus exstet syriace. » Reinesius, laudante Bernhardyo ad Suid. v. Πορφύριος.

ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ.

1.

Syncell. p. 261, D : Ὁ περὶ τῆς βασιλείας Μακεδόνων λόγος διὰ τὴν ἀρετὴν Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῖς φιλομαθέσι περὶ ταῦτα σπουδάζουσιν ἀναγκαῖος πέφυκε. Προκείσθω γοῦν κεφαλαιωδῶς ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἀρχόμενος ἀπὸ Καράνου τοῦ πρώτου βασιλέως Μακεδόνων ἕως Ἀλεξάνδρου. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον γένος τοῖς βασιλεῦσι τῶν Μακεδόνων εἰς Ἡρακλέα ἀναφέρεται. Μετὰ γὰρ τὴν ἅλωσιν Τροίας ἔτεσιν π' Ἡρακλεῖδαι κατέσχον τὴν Πελοπόννησον, ἐξ ὧν αἱ τῶν Κορινθίων καὶ Λακεδαιμονίων βασιλεῖαι

REGES MACEDONUM.

1.

De regno Macedonum propter Alexandri et Philippi patris virtutem in harum literarum studiosorum gratiam sermo nobis instituendus est. Igitur regum eorum recensum compendioso modo sub unum oculorum subjiciemus conspectum, et a Carano ordientes usque ad Alexandrum M. progrediemur. In Herculem itaque generis originem primam Macedonum principes referunt. Annis etenim a Trojana clade octoginta Peloponnesum occupaverunt Heraclidæ, a quibus Corinthiorum et Lacedæmoniorum regna primitus instituta; postera vero ætate paucis Heraclidarum adhuc

πρῶται συνέστησαν. Χρόνοις δὲ ὕστερον περὶ τὰ τέλη τούτων ἡ τῶν Μακεδόνων ἦρξατο βασιλεία οὕτως.

Κάρανος (1) ὁ Ἀργεῖος ἀδελφὸς ὢν Φείδωνος, ἑνὸς τῶν ἀφ' Ἡρακλέους καταγόντων τὸ γένος καὶ τῆς Ἀργείας βασιλεύοντος, σπουδάζων ἑαυτῷ χώραν καταστήσασθαι δύναμιν ἤθροισε παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ ἐκ τῆς ὅλης Πελοποννήσου, μεθ' ὧν τοῖς ὑπὲρ Μακεδονίαν τόποις ἐπιστρατεύσας, συμμαχήσας ἅμα καί τινι τῶν Ὀρεστῶν λεγομένων δυνάστῃ περὶ τὴν χώραν κατὰ τῶν πλησιοχώρων βαρβάρων, τὴν ἡμίσειαν ἔλαβε χώραν καὶ πόλιν ἤγειρε κατὰ χρησμὸν καὶ βασιλείαν ἐν αὐτῇ συνεστήσατο, ἣν οἱ κατὰ γένος ἐξ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν διεδέχοντο. Οὗτος ὁ Κάρανος ἀπὸ μὲν Ἡρακλέους ια' ἦν, ἀπὸ δὲ Τημένου τοῦ μετὰ τῶν ἄλλων Ἡρακλειδῶν κατελθόντος εἰς Πελοπόννησον ἕβδομος. Γενεαλογοῦσι δ' αὐτὸν οὕτως, ὥς φησιν ὁ Διόδωρος, [καὶ add. Scalig. perperam] οἱ πολλοὶ τῶν συγγραφέων, ὧν εἷς καὶ Θεόπομπος· Κάρανος Φείδωνος τοῦ Ἀριστοδαμίδα τοῦ Μέροπος τοῦ Θεστίου (Θεοστίου codd.) τοῦ Κισσίου (Κισοῦ B.) τοῦ Τημένου τοῦ Ἀριστομάχου τοῦ Κλεοδαίου (Κλεοδάτου A. Κλεοδίου B.) τοῦ Ὕλλου τοῦ Ἡρακλέους. Ἔνιοι δὲ ἄλλως, φησί, γενεαλογοῦσι, φάσκοντες εἶναι Κάρανον Ποίαντος τοῦ Κροίσου τοῦ Κλεοδαίου τοῦ Εὐρυβιάδα τοῦ Δεβάλλου (Δαιβάλλου cod. B.) τοῦ Λαχάρους τοῦ Τημένου, ὃς καὶ κατῆλθεν εἰς Πελοπόννησον. Οὗτος ὁ Κάρανος λ' ἔτη ἐβασίλευσε· μεθ' ὃν Κοῖνος παῖς ἔτη κη'. Μετὰ δὲ τοῦτον ὁ υἱὸς Τυριμμᾶς ἔτη με', καὶ τὴν λοιπὴν τῆς Μακεδονίας προσελάβετο χώραν, καὶ καθ' ὅλου τὴν βασιλείαν ηὔξησεν. [Εἶτα Περδίκκας ἔτη μη'. m.] Εἶτα Ἀργεῖος παῖς (Τυριμμᾶ h. v. delet m.) ἔτη λδ', μεθ' ὃν Φίλιππος υἱὸς Ἀργείου ἔτη λε'. Πρὸς οἷς Ἀλκέτας ὁ Φιλίππου υἱὸς ἔτη.... [Pro his Scaliger : Πρὸς οἷς Ἀερόπας ὁ Φιλίππου υἱὸς ἔτη κγ'. Ἀλκέτας ἔτη κη']. Εἶτ' Ἀμύντας υἱὸς Ἀλκέτου ἔτη [μβ' suppl. Scal.]. Ἐξῆς

superstitibus, Macedonum regnum hoc ordine principium habuit.

Caranus Argivus, Phidonis Argivorum regis, eorum unius, qui ab Hercule genus ducunt, frater, provinciæ sibi comparandæ cupidus ex fratris viribus et tota Peloponneso acie conflata et in superiorem Macedoniæ provinciam expeditione suscepta, Orestarum ita dictorum principi cuidam loco illo cum vicinis bello decertanti operam locat et auxiliaribus armis sub eo meretur; acquisitæ deinde regionis partem dimidiam sibi victor vindicat et oraculi monitu civitate constructa regnum instaurat, quod ordine deinceps posteri tenuerunt. Caranus iste ab Hercule undecimus, a Temene vero et Heraclidis in Peloponnesum olim irrumpentibus septimus numeratur. Generis ejus seriem, teste Diodoro, scriptorum plerique, quorum unus est Theopompus, ita describunt. Caranus, Phidonis frater, filius Aristodamidæ, filii Meropis, filii Theostii, filii Cissii, filii Temenis, filii Aristomachi, filii Cleodæi, filii Hylli, filii Herculis. Aliter, inquit iterum, generis laterculum disponunt alii, Caranum Pœantis filium asserentes ex Cræso nati, cujus pater Cleodæus, Cleodæi Eurybiadas, tum hujus Deballus, hujus iterum Lachares ac hujus Temenus, qui in Peloponnesum descendit. Caranus iste annis triginta regnum tenuit; quem Cœnus filius annis viginti octo excepit; post hunc Tyrimmas annis 45, qui reliquam Macedoniam imperio adjunxit et quaqua versus auxit. [*Deinde Perdiccas annis* 48;] tum Argeus filius annis 34; successit Philippus Argeo natus annis 35, [*deinde Aeropas annis* 23, *Alcetas Philippi annis* 28], tum filius Alcetæ Amyntas annis [42], tum Alexander

---

Fragm. 1. Quæ de regibus Macedonum apud Eusebium et Syncellum leguntur, ex eodem promanarunt fonte. Nam rationes chronologicæ eædem in re summa sunt apud utrumque; et in eo capite quod est de Alexandri in Macedonia successoribus, ambo in singulis verbis sæpenumero consentiunt. In Syncello nulla est auctoris, ex quo hæc petita sint, facta mentio; Eusebius vero in ea parte, ubi Alexandri sucressores recenset, Porphyrium tanquam fontem suum profitetur. Consentaneum igitur est quæ de antiquioribus Macedonum regibus antecedunt, item ex Porphyrio esse deprompta. — 1. In margine codicum h. l. legitur regum laterculus hicce : Κάρανος ἀπὸ Πελοποννήσου ἐκτὸς Ἄργους βασιλεύει Μακεδόνων (hæc om. B.). Κάρανος ἔτη λ'. Κοῖνος (κοινὸς B. κυνὸς A.) ἔτη κη'. ὁμοῦ νη'. Τυρίμμας μγ' (με' Goarus). αργ'. Περδίκκας μη'. ρνα'' Ἀργαῖος λδ'. (λα' A.) ρπε'. Φίλιππος λε'. (τε'. m.) ρζ'. (σ'. G.). Ἀερόπας κγ'. (τγ' m.) σιγ'. Ἀλκέτας κη'. σμα'. Ἀμύντας μβ'. σπγ. Ἀλέξανδρος μβ'. (μγ'. m.) τκς'. Περδίκκας κγ'. τμδ'. Ἀρχέλαος ιδ'. τξγ'. Ὀρέστης γ'. τξς'. Ἀρχέλαος δ'. το'. Ἀμύντας δ' (α' B.) τοδ'. Παυσανίας α'. τοε'. Ἀμύντας ε'. (β'. m.) τοζ'. Ἀργαῖος β'. (Ἀργαῖος β'. om. A.) τοθ'. Ἀμύντας ια'. τζ'. (ιζ'. τζβ' B.) Ἀλέξανδρος α'. (δύο m.) τζβ'. Πτολεμαῖος ἔτη γ' τζε'. (Hæc de Ptolemæo om. A. In B est πτολομαῖος.) Περδίκκας ς'. υα'. Φίλιππος κγ'. υκδ'. Ἀλέξανδρος (ὁ Φιλίππου add. B) ιϐ'. υλς' Φίλιππος Ἀριδαῖος ζ'. (ἀριδαῖος ιζ' B. .... δας ζ' G.) υμγ'· Κάσανδρος (κάσσανδρος A.) ιθ'. υξϐ'. Παῖδες Κασάνδρου (κασσάνδρου A.) γ'. (δ' m.) υξε'. Δημήτριος Ἀντιγόνου ε. υοα'. Πύρρος μῆνας ζ'. (υοϐ' addit m.) Λυσίμαχος ε'. (ε', μῆνας ε' B.) υοζ'. Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς β'. υοθ'. Μελέαγρος μῆνας β'. Ἀντίπατρος ἡμέρας με'. Σωσθένης β'. υπά. (υπα' om. A.) Ἀντίγονος ὁ Γονατᾶς μϐ'. (μϐ' om. A.) φκε'. Καὶ ἀναρχίας ἔτη β'. (φκζ'. m.) Δημήτριος υἱὸς Ἀντιγόνου ι' (ι'. καὶ B.). σκζ'. (φλζ' m.) Ἀντίγονος ιϐ'. (ιϐ' om. A.) φλζ'. (φμϐ' m.) Φοῦσκος (Φίλιππος m.) μϐ'. φζα'. (φ... A.) Φίλιππος (Περσεὺς m.) ι'. χα'. Περσεὺς (Ψευδοφίλιππος m.) μῆνας γ'. (γ'. om. A.) Reliquos regum laterculos, qui sunt apud Eusebium in Canone et pag. 255 et in Excerptis Barbaris in subjecta tabella composuimus. — Et Syncelli et Eusebii locus mutilus est, ita tamen ut in plerisque alter ex altero possit redintegrari. Supplementa uncis inclusimus. Nihil Eusebius tradit de majoribus Carani; sed sermonem de iis fuisse in libro, quem ob oculos habebat, testantur verba : *Et Macedonum quidem genus hac ratione a probatæ fidei scriptoribus ad Herculem usque refertur.* Syncellus de his laudat Diodorum et Theopompum. Utriusque scriptoris mentionem ex Porphyrio fluxisse puta. Jam quod ipsam chronologiam attinet, quanquam uterque laterculus

Ἀλέξανδρος Ἀμύντου [ἔτη μδ' Scal.]. Οὗτος κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν Πέρσαις ἔδωκεν ὕδωρ καὶ γῆν. Οὗτος ἔσχε δύο υἱοὺς, Περδίκκαν καὶ Ἀμύνταν, ὧν Περδίκκας μὲν ἐβασίλευσεν ἔτη [κγ' Scal.]. Ἀμύντας δὲ πάντα τὸν βίον ἰδιωτικῶς ζήσας κατέλιπεν υἱὸν Ἀριδαῖον, οὗ παῖς γέγονεν Ἀμύντας ἕτερος ὁμώνυμος τῷ πάππῳ, περὶ οὗ ἐξῆς λεχθήσεται, πῶς ἐπὶ τὴν βασιλείαν παρῆλθε. Μετὰ γὰρ Περδίκκαν Ἀρχέλαος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐβασίλευσεν ἔτη ιδ', πρὸς ὃν καὶ Εὐριπίδης ὁ τραγῳδοποιὸς παραγενηθεὶς πάντα τὸν χρόνον διῆξε τιμώμενος παρ' αὐτῷ. Ἀρχελάου δ' ἀναιρεθέντος διεδέξατο τὴν βασιλείαν Ὀρέστης υἱὸς αὐτοῦ ἔτη δ'. Ὃν ἀνεῖλεν Ἀερόπας (Ἀρχέλαος m.) ἐπίτροπος καὶ ἐβασίλευσε μετ' αὐτὸν ἔτη δ'. Μεθ' ὃν Ἀμύντας ἔτος α' βασιλεύσας ὑπὸ Μακεδόνων ἐξεβλήθη. ** Καὶ Ἀμύντας ὁ προρρηθεὶς καθείρχθη (l. κατήχθη) υἱὸς μὲν Ἀριδαίου τοῦ υἱοῦ Ἀμύντου τοῦ Ἀλεξάνδρου, καθ' ὃν, ὡς προείρηται, γέγονεν ἡ Ξέρξου διάβασις ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. [supplet m. : Διεδέξατο Παυσανίας ἔτος α', εἶτα Ἀμύντας ἔτη ε', εἶτα ἄλλος Ἀργεῖος β', εἶτα ἄλλος Ἀμύντας ιβ'.] Ἀμύντου τοίνυν τούτου βασιλεύσαντος ἔτη ιβ' διεδέξατο τὴν ἀρχὴν Ἀλέξανδρος, υἱὸς αὐτοῦ πρῶτος, ἔτος α'. Μετὰ δὲ τοῦτον Πτολεμαῖος ἦρξεν ὁ λεγόμενος Ἀλωρίτης, ἀλλότριος τοῦ γένους, ἔτη [γ']. Τοῦτον ἀνελὼν Περδίκκας υἱὸς καὶ αὐτὸς Ἀμύντου [κατέσχεν τὴν βασιλείαν ἔτη ς'. Εἶτα Φίλιππος m.] ἔτη κγ' κρατήσας τῆς βασιλείας Μακεδόνων, δεόντως τε ἅπαντα πράξας καὶ κατὰ τάξιν μεγίστην πασῶν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ἀναδείξας τὴν Μακεδόνων ἀρχήν. Οὗτος τοὺς περὶ τὴν χώραν ἅπαντας ἐδουλώσατο πολεμίους, βουληθεὶς καὶ αὐτοὺς Ἕλληνας ὑπὸ χεῖρα ποιήσασθαι, μεγάλην κτησάμενος δύναμιν, καὶ Τριβάλλους

Amyntæ filius [*annis* 44], qui circa Xerxis expeditionem Persis aquam et terram dedit. Hic filios duos habuit Perdiccam et Amyntam, quorum prior annis [23] regnavit; Amyntas vitam agens privatam filium reliquit Aridæum, ex quo natus Amyntas alter ejusdem cum avo nominis, de quo in sequentibus disseretur, qua ratione ad regnum evectus fuerit. Perdiccæ etenim regni successor exstitit filius Archelaus annis 14, ad quem Euripides tragœdiarum scriptor profectus vitam omnem apud eum exegit summis honoribus felicem. Archelao sublato, regnum suscepit Orestes annis quattuor; quem procurator Archelaus occidit et solium annis 4 occupavit; post quem Amyntas anno unico regno potitus a Macedonibus ejectus est. [*Post hunc regnat Pausanias anno uno.*] Deinde in regnum restitutus est quem diximus Amyntas, Aridæi filius, Amyntæ nepos, pronepos Alexandri ejus, sub quo in Græciam Xerxes suscepit expeditionem. [*Redux Amyntas regnavit annis* 5, *deinde Argeus annis* 2, *tum Amyntas iterum* 12.] Amynta isto annis 12 sceptris potito filius ejus major Alexander imperium tenuit anno uno; post quem imperavit Ptolemæus ab ejus genere alienus, Alorites dictus, annis [3]; quo perempto Perdiccas alter Amyntæ filius [*annis sex. Philippus demum*] regnum Macedonum annis 23 assecutus est. Regnum cum virtute et ordine administravit et Macedonicam potestatem omnium per Europam maximam effecit. Hostes circa se positos omnes imperio subjecit, Græcosque ipsos sub jugum mittere aggressus est, magnamque nactus potestatem, Triballos quo-

---

mancus est, neque in singulis numeris Eusebii et Syncelli libri consentiant, patet tamen majora temporum spatia ab utroque eodem modo definita esse. Etenim Eusebius ait reges 24 usque ad mortem Alexandri regnasse per annos 453. Unde sequitur Carani annum primum referendum esse ad Olymp. 1,1 = 776 a. C. Idem vero initium posuit Syncellus : μέχρι τοῦ νῦν, ἤτις ἀρχῆς Ἀλεξάνδρου, ait, γίνεται χρόνος ἀπὸ μὲν πρώτης Ὀλυμπιάδος καὶ αὐτῆς ἀρχομένης, καθ' ἣν Ῥωμύλος Ῥώμην κτίζει ἔτη υκ', ἀπὸ δὲ Τροίας ἁλώσεως ἔτη ω'. Verba καθ' ἣν... κτίζει ejecit Scaligerus ut inepta. At fuisse scriptores, antiquiores potissimum, qui Romam conditam esse statuerint Olymp. 1, ex iis colligitur quæ attuli in Fragm. Chron. p. 177. Quibus addere nunc licet vetus schol. Vatican. et Neapol. ad Eurip. Troad. 330 : Τινές φασι καὶ τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Καρχηδόνα ἐπὶ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος κτισθῆναι. (Cf. Timæus ap. Dion. Hal. I, 74, et Ephori computum in Fragm. Chron. p. 127.) Apud Syncellum numeri υκ' et ω' aperte corrupti sunt. In margine quidam emendavit υλγ' c. ωκη'. Hinc nanciscemur :

4331	an. mundi Syncell.		1171	a. Chr.		Trojæ excidium,
4726	»	»	776	»	»	Olympias prima,
5159	»	»	343	»	»	Alexandri an. primus.

Nihil inde lucramur. Nam patet emendatorem illum numeros accommodasse ad perversam istam Chronologiam quam ipse Syncellus in Canone suo adoptavit, antiquo autem scriptori nemo velit obtrudere. Pro υκ' patet lenissima mutatione corrigendum esse υμ' (440+336=776). Pro ω' scribendum foret ωμη', si ad æram Trojanam anni 1184 numerus adoptari debet. Sed quoniam ea quæ de Romæ conditæ anno traduntur, antiquiorem scriptorem (Theopompum) produnt, verisimilius sane est, Trojanam quoque æram esse antiquiorem illam an. 1208 (quam cum Ephoro etiam Theopompus secutus sit); adeo ut pro ω' scribendum esset ωοδ'. Porphyrius sane vulgarem æram an. 1184 sequitur; at monendum est Porphyrium sæpius diversorum auctorum calculos attulisse, quos Syncellus et Eusebius interdum confuderunt, uti ex pluribus locis colligitur. — Singula regna in priore laterculi parte ad veram historiam revocari nequeunt ob testimoniorum penuriam et laterculorum discrepantiam. Primus rex, cujus tempora definiri quodammodo possunt, Archelaus est. Hunc Diodorus (XIV, 37, 5) diem obiisse dicit Lachete archonte, an. 399 a. C. Igitur si Carani annus primus est an. 776 a. C., usque ad mortem Archelai (399) numerantur anni 378. Ex Eusebio p. 169 colliguntur anni 377. Deest annus. At liquet, ubi supplendus sit. Perdiccæ pro annis 22 dandi sunt 23, uti fit in laterc. IV, V, VIII, et ex Marsya et Philochoro testatur Athenæus V, p. 217, E. Igitur Diodorus cum Eusebio de summa annorum, qui sunt usque ad mortem Archelai, optime concinit. Probabiliter etiam emendandus ex Eusebio Diodorus. Etenim Archelaum regnasse Diodorus dicit *septem* annis usque ad an. 399. Idem vero (XIII, 49) regem hunc memoravit in re, quæ pertinet ad an. 410. Quare jam Palmerius pro ἔτη

ὑποτάξας. Ἐπ' αὐτοῦ Πλάτων μὲν τελευτᾷ καταγηράσας, Ἀριστοτέλης δ' ὁ Σταγειρίτης Νικομάχου παῖς ἤνθει, οὗ καὶ ἀκροατὴς γέγονεν Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου τούτου παῖς ἐξ Ὀλυμπιάδος γαμετῆς, ἣν Ἕλληνές φασιν ἐξ Ἀχιλλέως τοῦ Θέτιδος φέρειν τὸ γένος. Φίλιππος οὗτος πρὸ μικροῦ χρόνου τῆς τελευτῆς τὸ Βυζάντιον ἐπολιόρκησε· συμμαχούντων δὲ Βυζαντίοις Ἀθηναίων διὰ Χάρητος στρατηγοῦ ἀποτυχὼν ὁ Φίλιππος ἐπὶ Χερρόνησον χωρεῖ, καὶ ταύτην λαβὼν ἐπανῆλθε. Τότε καὶ Ἀθηναίοις σπένδεται βασιλεύσας, ὡς προλέλεκται, ἔτη κγ', καὶ ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Παυσανίου κατὰ τὴν ρι' [leg. ρια'. mgo : ρθ' e Sync. computo] ὀλυμπιάδα ἀρχομένην, καθ' ἣν Ἀλέξανδρος παῖς ἐβασίλευε Μακεδόνων. Μετὰ γὰρ τὸν πατέρα Φίλιππον ἀναδέδεικται κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος Δαρείου Ἀρσάμου Περσῶν βασιλέως, μετὰ Κῦρον γεγονότος.

Μέχρι τοῦ νῦν, τῆς ἀρχῆς Ἀλεξάνδρου, γίνεται χρόνος ἀπὸ μὲν πρώτης ὀλυμπιάδος καὶ αὐτῆς ἀρχομένης, καθ' ἣν Ῥωμύλος Ῥώμην κτίζει, ἔτη υκ' [υλγ' m.], ἀπὸ δὲ Τροίας ἁλώσεως ἔτη ω' [ωκη' m.].

que subjecit. Ejus ætate Plato senio confectus moritur, Aristoteles autem Stagirites, patre Nicomacho natus, florebat, cujus auditor fuit Alexander Philippi ex conjuge Olympiade filius, quam proprium genus in Achillem Thetide natum Græci narrant retulisse. Philippus iste brevi ante obitum intervallo Byzantium obsedit. Atheniensibus vero armis et opibus Byzantios Charete duce juvantibus, spe frustratus, ad Chersonesum applicat, eaque capta remeavit in patriam; quo tempore etiam fœdus ac pacem cum Atheniensibus iniit; demumque regnum, ut supra diximus, annis 23 moderatus a Pausania occisus est Olympiade 111 ineunte, qua filius Alexander Macedonum imperium suscepit; mortuo quippe patre rex declaratus est circa Darii filii Arsamis post Cyrum principem Persarum regis annum primum.

Ab Olympiadis primæ exordiis et a Roma ab Romulo condita ad præsens usque Alexandri imperium annorum 420 [440] medium spatium interjectum est; a Trojæ vero excidio annorum 800 [872?].

2.

Eusebius Chron. lib. I, p. 169 ed. Mai : Macedonum reges. *Postquam Assyriorum opes corruerunt exstincto Sardanapallo rege ultimo Assyriæ, Macedonum se tempora sistunt.*

Ante primam Olympiadem Caranus rei acquirendæ cupidus copias ex Argivis aliisque partibus Peloponnesi contraxit, atque in Macedonum fines expeditionem suscepit. Eadem tempestate bellum gerens Orestarum rex cum finitimis suis, nomine Eordensibus, Carani opem imploravit ea conditione ut ei mediam (l. dimidiam; ἡμίσειαν Sync.) regni sui partem concederet, rebus Orestarum compositis. Jam vero quum rex promissa fecisset, regionem illam obtinuit, ibique annis triginta dominatus est. Huic grandi ætate confecto successit filius nomine Cœnus, regnavitque annis duobus de triginta. Deinde Tyrimmas annis tribus cum quadraginta. Postea Perdiccas annis quadraginta duobus. Hic proferendi regni cupidus, legationem Delphos misit. Tum paucis verbis interpositis, subdit (quis? Diodorus?) *regnavisse Perdiccam annis octo et quadraginta* (an. 42 supra), *ab eoque dignitatem ad Argæum devenisse : quem regno annis triginta unoque perfunctum excepit Philippus, cujus regnantis habentur anni triginta tres. Huic successit Aeropas annis viginti. Mox Alcetas annis octodecim sceptro potitus est. Postea Amyntas annis novem cum quadraginta. Exin Alexander annis quattuor et quadraginta. Hinc regnavit Perdiccas annis viginti duobus* (l. *tribus*), *Archelaus annis septendecim, Aeropas annis sex, ** Pausanias anno uno, ****, Ptolemæus annis tribus, Perdiccas annis quinque, Philippus annis viginti quattuor, Alexander plus duodecim annis cum Persis certavit.*

Et Macedonum quidem regum genus hac ratione a probatæ fidei scriptoribus ad Herculem usque refertur. Jam a Carano, qui primus Macedonicum regnum conflavit ac tenuit, ad Alexandrum qui Asiam subegit, censentur reges XXIV, anni vero CCCCLIII. Hique singillatim ita se habent.

ζ' legi voluit ς'; id quod Eusebii loco nunc confirmari dixeris. Quamquam sunt quæ suadeant rectius Archelao tribui annos *quattuordecim* (vid. laterc. V. VII. VIII. Clinton. tom. II, Appendix). De his et de reliquorum numeribus in lateculis IV. V. VI. VII. VIII fluctuatione non disputo. Quam infirma semper hæc chronologia fuisse vel apud antiquiores scriptores videtur, ex Athenæo intelligitur, qui (V, p. 217, D) Perdiccam II regnasse tradit secundum Nicomedem (addo : et sec. Marm. Par.) annis 41; sec. Theopompum annis 35; sec. Anaximenem an. 40; sec. Hieronymum annis 28 (ut in laterc. I. II. III), secundum Marsyam et Philochorum annis 23 (ut ap. Euseb. l. l.). Nimirum antiquissimam Macedonum historiam eodem modo constituisse videntur quo mythica adornare solent. Ceterum quisque intelligit laterculos IV-VIII ex eodem computo esse profectos. Contra vero diversos calculos exhibet Eusebius in Canone et Auctor Excerpt. Barbar. (v. lat. l. II. III). Secundum hos Carani annus primus Olympiadem primam superat annis 36, ita ut usque ad mortem Alexandri non 453, sed 489 anni computentur. Res ita explicanda. Initium regni Macedonici in ἀναγραφαῖς pendebant ex chronologia regum Argivorum, ita ut epochæ reditus Heraclidarum et Carani Heraclidæ certo quodam cyclorum numero distinerentur. Quodsi igitur Heraclidarum reditus ponebatur annis 126 post æram Trojanam anni 1217 (i. e. anno 1191), atque ab reditu II. quinque cycli (5×63=315) numerabantur, initium Carani incidit in an. 776. Sin vero a Trojana epocha ad reditum II. ex altero computo pro 126 annis nonnisi 90 anni putabantur, et ab hac epocha usque ad Caranum quinque cycli numerabantur : sequitur ut pro anno 776 obtineas annum 812, ideoque regum tempora augenda essent annis triginta sex. De singulis regnis ad Clintonem (F. H. II, p. 220 sqq.) relegasse satis habeo.

Sequitur p. 170 regum laterculus., cujus numeros exhibet columna IV in tabula quam subjicimus.

	I. EUSEBII Canon.	II. EUSEBII Laterculus Lat. p. 253.	III. EXC. BARB. p. 77.	IV. EUSEBII Laterculus p. 170.	V. EUSEBII Laterculus Gr. p. 253.	VI. EUSEBIUS p. 169.	VII. SYNCELLUS.	VIII. MARGO codd. Syncell.
1. Caranus.	28	28	28	30	30	30	30	30
2. Cœnus.	12	12	12	28	29 (l. 28)	28	28	28
3. Tyrimmas.	38	38	38	43 (l. 45)	45	43	45	45 s. 43
4. Perdiccas I.	51	51	51	48	48	42 et 48	*	48
5. Argæus.	38	38	38	38 (l. 31)	32 (l. 31)	31	34 (l. 31)	31 s. 34
6. Philippus I.	38	38	26	33 (l. 35)	35	33	35	35
7. Aeropus.	26	26	38	20	23 (l. 20)	20	**	23 [deb. 20]
8. Alcetas.	29	29	29	18	28 (l. 18)	18	**	28 (18)
9. Amyntas I.	50	50	50	42	42	49	**	42
10. Alexander I.	43	43	43	44	44	44	**	44
11. Perdiccas II.	28	28	28	23	23	22 (l. 23)	**	23
12. Archelaus.	24	23	24	24 (l. 14)	14	17	14	14
	405	404	405	391. (378)	(378)	377. (378)		(381) [378]
13. Orestes.	3	3	3	3	3	6	4	3
14. Aeropus (sive Archelaus).	4	6	1 ½	4	4		4	4
15. Amyntas II.	1	1	3	1	1	**	1	1
16. Pausanias.	1	1	1 ½	1	1	1	**	1
17. Amyntas II, iterum.	6	6	**	6	5 (l. 6)	**	**	5
18. Argæus.	2	2	3	2	2	**	**	2
19. Amyntas II, tertium.	18	18	18	18 (l. 12)	12	**	12	11
20. Alexander II.	1	1	2	1	1	**	1	1
21. Ptolemæus Alorites.	4	3	3	3	3	3	**	3
22. Perdiccas III.	6	6	6	6	6	5	**	6
23. Philippus II.	26	26	26	26 (l. 23)	23	24	23	23
24 Alexander III. M.	12	12 ½	13	12 [13]	12 [13]	12 ½	12	12
	489	489 ½		(453)	(453)	« *Summa* : an. 453. »		(453)

3.

Syncell. p. 264, B : (*) Θάπτεται οὖν τὸ σῶμα (Ἀλεξάνδρου) σταλὲν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὑπὸ Ἀριδαίου ἀδελφοῦ αὐτοῦ πρὸς πατρὸς, ὃς μετὰ Ἀλέξανδρον ἦρξε Μακεδόνων, μετονομασθεὶς ὑπ' αὐτῶν Φίλιππος, σὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐκ Ῥωξάνης τῆς Δαρείου (deb. Ὀξυάρτου) παιδὸς τοῦ μεγάλου Ἀλεξάνδρου, ἐγγὺς ἔτη ζ'.

Ὅσα μὲν οὖν ἐχρῆν πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας περὶ τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς παραθέσθαι, συνοπτικῶς ἤδη προτέταχται μέχρις αὐτοῦ. Λοιπὸν δὲ καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν διαδεξαμένους τὴν ἡγεμονίαν ἐπισημοτέρους ἄξιον

3.

Sepelitur igitur corpus Alexandri Alexandriam delatum ab Aridæo fratre, qui ex eodem patre natus erat, et post Alexandrum imperavit Macedonibus (a quibus Philippi nomen ei inditum est) una cum Alexandro, Roxanes Dario (*Oxyarte*) natæ et Alexandri Magni filio, annis ferme septem.

Quæ Alexandri regnum antecedentia de Macedonum imperio apponenda videbantur brevi compendio usque ad regnum ejus jam præmisimus. Nunc insigniores viros, qui post eum imperium exceperunt, brevi narratione recen-

εἰπεῖν καὶ αὐτοὺς ἐν κεφαλαίῳ. Μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν διαιροῦνται τὴν ἡγεμονίαν Μακεδόνων μέν, ὡς ἤδη λέλεκται, Ἀριδαῖος ἀδελφὸς αὐτοῦ πρὸς πατρὸς ἐκ Φιλίννης τῆς Θετταλῆς, ὁ ἐπικληθεὶς Φίλιππος, πόθῳ τῶν Μακεδόνων τῷ πρὸς πατέρα Φίλιππον, καὶ Ἀλέξανδρος, παῖς Ἀλεξάνδρου ἐκ Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου. Εἶτα καὶ οἱ λοιποὶ καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστος, ὧν οἱ προὔχοντες ἦσαν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου κληρωσάμενος τὴν Αἰγύπτου βασιλείαν, Σέλευκος ὁ Νικάτωρ [ἐπὶ] Συρίας καὶ Κιλικίας μέχρι Βαβυλῶνος, Περδίκκας ὁ λαβὼν παρὰ Ἀλεξάνδρου τὸν δακτύλιον (τὸ δακτυλίδιον G.) ἐπὶ τῆς μεγάλης τάττεται Φρυγίας, Λυσίμαχος τὴν εἰς δεξιὰ τοῖς πλέουσι τὸν Πόντον ἡγεμονίαν παραλαμβάνει, Ἀντίγονος Φρυγίας τῆς μικρᾶς καὶ Παμφυλίας καὶ Λυκίας ἄρχει, Εὐμένης Παφλαγονίας καὶ Καππαδοκίας κληροῦται, Κάσανδρος ὁ Ἀντιπάτρου σὺν τῷ πατρὶ τὴν Ἀριδαίου καὶ Ἀλεξάνδρου διοικεῖ βασιλείαν ἐν Μακεδόσι, καὶ τῆς Ἑλλάδος κρατεῖ. Ταῦτα πάντα συντρέχει κατὰ τὴν ριϛ' (1) Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἀρχομένην ἢ πρὶν ἄρξασθαι τὸν Ἀριδαῖον Ὀλυμπιὰς κτείνει ἡ Ἀλεξάνδρου μήτηρ ἡ παρὰ Αἰακοῦ σταλεῖσα τοῦ βασιλέως Ἠπείρου, ἢ τοῦτον φυγοῦσα καὶ πρὸς Μακεδόνας ἐλθοῦσα· διττῶς γὰρ ἱστορεῖται.

2. Τοῦτον μὲν οὖν ἀνελοῦσα σὺν τῇ γαμετῇ ἑβδόμῳ ἔτει (2) τῆς μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλείας αὐτοῦ, καὶ αὐτὴ μετὰ βραχὺν χρόνον ἀναιρεῖται ὑπὸ Κασάνδρου τοῦ Ἀντιπάτρου· βασιλεύει δὲ Μακεδόνων ἀρξαμένη σὺν δύο παισὶν Ἀλεξάνδρου, τῷ τε ἐκ Φαρσίνης (Βαρσίνης m.) τῆς Φαρναβάζου Ἡρακλεῖ καλουμένῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ προρρηθέντι ἐκ Ῥωξάνης τῆς θυγατρὸς Ὀξυάρτου Βακτρῶν βασιλέως, οὓς καὶ αὐτοὺς ὁ Κάσανδρος ἀνελών, τὴν δὲ Ὀλυμπιάδα καὶ ἄταφον ἐκρίψας, ἑαυτὸν Μακεδόσι βασιλέα ἀνηγόρευσε, γήμας τὴν Φιλίππου τοῦ βασιλέως (γαμετὴν) Θεσσαλονίκην, καὶ βασιλεύσας ἔτη ιθ', φθινάδι τε νόσῳ διαλυθεὶς [ἔθανεν] ἐπὶ τρισὶν υἱοῖς, Φιλίππῳ, Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ἀντιπάτρῳ.

3. Ὧν Φίλιππος πρῶτος ἦρξε μετὰ Κάσανδρον τὸν

sere operæ pretium existimamus. Igitur post obitum Alexandri, imperium Macedonum dividunt, uti diximus, Aridæus ejus frater, a Philippo patre e Philinna Thessala susceptus, cui Philippi cognomentum Macedones Philippi patris desiderio indiderunt, et Alexander, Alexandro Magno et Roxane Oxyartæ filia oriundus. Tum etiam reliqui pro se quisque partem regni accipiunt. Quorum insigniores erant Ptolemæus, Lagi filius, Ægypti regnum sortitus; Seleucus Nicator Syriæ et Ciliciæ usque ad Babylonem; Perdiccas vero, cui annulum Alexander tradiderat, Phrygiæ Magnæ præfectus; Lysimachus regionem quæ a dextra Pontum innavigantibus sita est, obtinuit; Antigonus Phrygiæ minori, Pamphyliæ et Lyciæ imperavit; Eumenes Paphlagoniam et Cappadociam in sortem accepit; Cassander, Antipatri filius, una cum patre regnum Aridæi et Alexandri in Macedonia administrat, atque Græciæ præest. Hæc omnia incurrunt in Olympiadem 114, cujus sub exordio vel paullo ante exordium Aridæum interficit Olympias, mater Alexandri Magni, quæ ab Æaco Epiri rege missa vel fugiens eum (utrumque scilicet traditur) in Macedoniam venerat.

2. Hunc igitur postquam una cum conjuge interfecerat regni post Alexandri M. obitum ab eo suscepti anno septimo, paullo post ipsa quoque a Cassandro Antipatri filio occiditur. Regnavit vero per tempus illud cum duobus Alexandri M. filiis, quorum alter erat Hercules e Barsine Pharnabazi filia natus, alter Alexander, quem diximus, e Roxane Oxyartis Bactrorum regis filia susceptus. Quos et ipsos Cassander e medio tollens, Olympiadem vero etiam insepultam projiciens Macedonum se regem proclamavit; ac Philippi regis *filia* Thessalonice in matrimonium ducta regnoque potitus per annos undeviginti, tandem morbo tabido consumptus moritur, tribus relictis filiis, Philippo, Alexandro et Antipatro.

3. Quorum primus post Cassandrum patrem Philippus

Fragm. 3. — § 1. ριϑ'] ρια' dedit Scaliger. Ad hæc Goarus : « Character Ms. inter ρια' et ριϑ', ob characterum affinitatem et similitudinem obscurus Scaligero legitur ριε'. » At Dindorfius quoque exhibet ριε'. Quanquam patet debere esse ριϑ'. In seqq. codex : ἀρχομένη ἡ πρὶν ; quod Dindorf. correxit in ἀρχομένην ἢ πριν. Vel sic tamen, si historiam spectes, inepta proferuntur. Ut ad verum locus accedat, refingi possit :... κατὰ τὴν ἀρχομένην, καὶ πρὶν ἄρξασθαι τὸν Ἀριδαῖον. [Τὸν δὲ Ἀριδαῖον] Ὀλυμπιὰς κτείνει κτλ., adeo ut diceret auctor provinciarum distributionem factam esse Olymp. 114, 1 (i.e. in illud tempus cadere quod inter mortem Alexandri et initium Olymp. 114,2, sive inter d. 11 Junii et d. 13 Julii anni 323, interjectum est), et ante initium regni Aridæi, quippe quod computetur ab initio Olymp. 124, 2. At vereor ne operam perdamus. Ni fallor, locus Syncelli recte se habet, et ineptiæ admirabili auctoris ἀκρισίᾳ debentur. Etenim ex temerario Syncelli computo (p. 270, A), anni 19 Olympiadis et Cassandri numerantur ab anno mundi 5178, i.e. ab Ol. 114, 1; adeo ut cædes Aridæi vel eidem anno vel exeunti anno 113, 4 auctor assignasse debeat. Jam igitur quum apud Porphyrium provincias distributas legeret Ol. 114, 1 exeunte, absurde his admiscuit suas hariolationes de Aridæo Ol. 114, 1 ab Olympiade occiso. — 2. ἑβδόμῳ ἔτει] Sec. Justin. XIV, 5 : *Eurydice et rex occiditur sex annis post Alexandrum potitus regno.* Accuratius Diodorus XIX, 11, 5 Aridæum interfectum esse dicit βασιλέα γεγενημένον ἓξ ἔτη καὶ μῆνας τέσσαρας, archonte Demogene, Olymp. 115, 4. $\frac{323}{322}$. Igitur si ab Ol. 114, 2. 323 (Jul.) proficiscimur, pertinebit regnum Aridæi usque ad octobrem an. 317. Ceterum apud Porphyrium Aridæo λογίζεται ἔτη ζ', uti ait Euseb. fragm. 3. Olympias vero in Pydna urbe capta a Cassandro est τοῦ ἔαρος ἀρχομένου (*Diodor.* XIX, 50, 1) anni 315 (non vero an. 316, ut Droysen. *Hell.* I, p. 252 statuit). Olympias igitur regnavit per septemdecim fere menses; quorum priores octo explent annum septimum Aridæi, reliqui in Cassandri annis novemdecim comprehenduntur, v. Euseb. Arm. in fr. 3.

πατέρα Μακεδόνων, ἐν Ἐλατείᾳ θανών, Ἀντίπατρος δὲ Θεσσαλονίκην ἀνελών, τὴν ἰδίαν μητέρα, συμπράττουσαν Ἀλεξάνδρῳ τἀδελφῷ περὶ τῆς βασιλείας, εἰς Πόντον φεύγει πρὸς Λυσίμαχον καὶ ἀναιρεῖται ὑπ' αὐτοῦ, καίπερ γήμας θυγατέρα αὐτοῦ. Ἀλέξανδρος δὲ Λυσάνδραν τὴν Πτολεμαίου γαμεῖ, παρὰ Δημητρίου δὲ ἀναιρεῖται τοῦ Πολιορκητοῦ, συμμαχήσειν κατὰ Ἀντιπάτρου τοῦ νεωτέρου ἀδελφοῦ τοῦτον προσκαλεσάμενος, καὶ ἄρχει Μακεδόνων Δημήτριος. Ὁ Ἀντιγόνου μὲν παῖς οὗτος, τοῦ τὴν μικρὰν κληρωσαμένου Φρυγίαν, ὡς ἀνωτέρω προείρηται, φοβερωτάτου δὲ τῶν τότε κατὰ τὴν Ἀσίαν βασιλέων, ὃς καὶ ἐν Φρυγίᾳ θνήσκει πάντων αὐτῷ διὰ φόβον (3) ἐπιτεθέντων [τῶν] δυναστῶν, ἔτη ιη' τῆς βασιλείας κρατήσας, Πολιορκητὴς δὲ ἐπικληθεὶς, διὰ τὸ μετὰ θάνατον Ἀντιγόνου τοῦ πατρὸς ἐν Ἐφέσῳ διασωθῆναι φυγάς, ἡνίκα τῆς ὅλης Ἀσίας ἀποσφαλεὶς ὤφθη δεινότατος ἐν τῇ πολιορκίᾳ, βασιλεύσας ἁπάντων τῶν τηνικαῦτα· οὗτος τῆς μὲν Ἀσίας τῆς μικρᾶς ἔτη ιζ', Μακεδόνων δὲ ς' ἐβασίλευσεν ἔτη μόνα, μετὰ τὸ ἀνελεῖν Ἀλέξανδρον τὸν Κασάνδρου.

4. Καὶ ἐκβάλλεται τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Πύρρου βασιλέως Ἠπείρου, υἱοῦ μὲν Αἰακοῦ τοῦ Ἠπειρώτου δυνάστου, διαδεξαμένου τὴν Ἠπειρωτικὴν ἀρχὴν ἀπ' αὐτοῦ, εἰκοστοῦ δὲ καὶ τρίτου ἀπὸ Ἀχιλλέως τοῦ Θέτιδος καὶ Πηλέως, ἀνδρὸς καὶ χειρὶ δυνατοῦ καὶ εὐβουλίας (εὐβουλίᾳ G.) στρατηγικοῦ· ὃς Πύρρος ἐκβαλὼν Δημήτριον, ὡς προσηκούσης αὐτῷ τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς μετὰ τὸ γένος Φιλίππου διὰ Ὀλυμπιάδα τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου μητέρα φέρουσαν ἐκ Πύρρου τοῦ καὶ Νεοπτολέμου παιδὸς Ἀχιλλέως τὸ γένος, ἐκράτησε Μακεδόνων μῆνας ζ'. Λυσίμαχος δὲ ὁ Θετταλὸς, Ἀγαθοκλέους παῖς, εἷς τῶν Ἀλεξάνδρου δορυφόρων, Θρᾴκης τε καὶ Χερρονήσου τῆς λοιπῆς τε βασιλεύων ὁμόρου χώρας, τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Μακεδονίᾳ ταύτῃ ἐπιδραμὼν ὡς γείτονι (4), Πύρρον μὲν διεδέξατο, αὐτὸς δὲ ἐβασίλευσε Μακεδόνων ἔτη ε' (β' m. male) καὶ μῆνας ς'. Οὗτος ἡττηθεὶς ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον τὸν Νικάτορα μάχῃ, βασιλέα Συρίας καὶ Ἀσίας, τὸν αἰχμάλωτον ἑλόντα καὶ τὸν Πολιορκητὴν Δημήτριον, ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς.

Φανεροῦ δὴ ὄντος τοῦ τρόπου, καθ' ὃν Ἀντίγονός τε ὁ τῆς μικρᾶς Φρυγίας καὶ Παμφυλίας καὶ Λυκίας ἄρξας εὐθὺς μετὰ Ἀλέξανδρον τέθνηκε, καὶ ὅπως ὁ τούτου παῖς Δημήτριος δόλῳ κρατήσας Μακεδόνων ὑπὸ Πύρρου ἐξεβλήθη, αἰχμάλωτός τε ἁλοὺς ὑπὸ Σελεύκου ἐν Κιλικίᾳ τηρούμενος βασιλικῶς θνήσκει, καὶ αὖθις ὁ Λυσίμαχος Πύρρον ἐκβαλὼν Μακεδόνων ἐβασίλευσεν

Macedonibus imperavit. Hoc Elateæ defuncto, Antipater matrem suam Thessalonicen, quod Alexandrum fratrem in regno arripiendo adjuvaret, interfecit, et post cædem in Pontum fugit ad Lysimachum, a quo occiditur, quamvis filiam ejus haberet uxorem. Alexander vero Lysandram, Ptolemæi filiam, ducit; mox interficitur a Demetrio Poliorcete, quem contra Antipatrum fratrem minorem (*majorem*) auxilio advocaverat. Sic Demetrius Macedonum regno potitur. Erat is filius Antigoni illius Phrygiam minorem, uti supra diximus, sortiti, regumque omnium tunc summe tremendi, qui in Phrygia cecidit, quum omnes dynastiæ timentes sibi in eum irruissent, postquam annis octodecim regno præfuisset. [*Reperit Syncellus hæc :* Demetrius vero filius post mortem Antigoni patris fuga Ephesum incolumis elapsus est, qui, etsi Asia universa excidisset, omnium tunc regum maxime timendus esse videbatur propter ejus in urbibus obsidendis peritiam, unde etiam Poliorcetes erat cognominatus.] Hic Asiæ minori imperavit annis septemdecim, Macedonibus vero sex tantum annis post cæsum Cassandri filium Alexandrum.

4. Atque ejicitur regno Demetrius a Pyrrho, Epiri rege, Æaci filio principis Epirotæ, cui in Epiri regno successerat vicesimus tertius inde ab Achille Pelei et Thetidis filio, vir manu strenuus et consilio pollens imperator. Is igitur Pyrrhus Demetrium ejecit, quoniam scilicet post exstinctum Philippi genus ad ipsum regnum pertineret propter Olympiadem, Alexandri M. conditoris matrem, quæ a Pyrrho sive Neoptolemo Achillis filio genus duceret. Imperavit Macedonibus per menses septem. Successit ei Lysimachus Thessalus, Agathoclis filius, qui olim inter satellites Alexandri fuerat, tunc vero Thraciam et Chersonesum ac regionem finitimam tenens, in Ponticas regiones et in ipsam Macedoniam utpote vicinam invaserat. Regnavit apud Macedones annis quinque mensibusque sex. Tandem victus prælio contra Seleucum Asiæ et Syriæ regem commisso, qui Demetrium quoque Poliorcetem captivum tenebat, regno excidit.

Jam igitur exposita ratione, qua Antigonus, Phrygiæ minoris et Pamphyliæ et Lyciæ rex, proxime post Alexandrum diem obierit, et quomodo filius ejus Demetrius Macedonum imperio dolis potitus a Pyrrho sit ejectus, idemque a Seleuco captus in Cilicia libera sub custodia vitam finiverit, et rursus Lysimachus, ejecto Pyrrho, Macedonum

3. διὰ φόβον] sic pro διαφόρων correxi ex Porphyrio Eusebii, qui in Excerptis de regg. Syriæ ita habet : φοβερώτατος δὲ τῶν τότε βασιλέων γέγονε, καὶ θνήσκει περὶ τὴν Φρυγίαν, πάντων αὐτῷ διὰ *φόβον* τῶν δυναστῶν ἐπιτιθεμένων, τετάρτῳ ἔτει τῆς ριη' Ὀλυμπ. Eusebius de his in capite de regg. Macedonum nihil habet, neque Porphyrius habuerit. Syncellus vero, quum de primis Syriæ regibus separatim sermonem instituere nollet, hoc loco ista infarsit. Idem valet de seqq., quæ, quum mirum in modum Syncellus detorserit, adscribam. Scilicet Porphyrius ap. Euseb. pergit : Ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Δημήτριος φυγὰς εἰς τὴν Ἔφεσον διεσώθη, καὶ τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἀποσφαλεὶς πάντων δεινότατος βασιλεὺς ἔδοξεν εἶναι ἐν τῇ πολιορκίᾳ, ἀφ' οὗ δὴ καὶ Πολιορκητὴς ἐπεκλήθη. Βασιλεύει δὲ καὶ αὐτὸς ἔτη ιζ'. — 4. Eusebius (fr. 4, § 4) ita : Ἀλεξάνδρου γεγονὼς δορυφόρος, Θρᾴκης δὲ τότε καὶ Χερρονήσου βασιλεύων, εἰς γείτονα καὶ ὅμορον τὴν Μακεδονίαν ἐπιδραμὼν κτλ. — Quod inde a

ὑπὸ Σελεύκου τε τοῦ Νικάτορος καταπολεμηθεὶς ἐκπέπτωκε τῆς ἀρχῆς· ὑπολείπεται δεῖξαι καὶ Σέλευκον ὅπως τῆς βασιλείας ἔτυχε. Πτολεμαῖος ὁ Λάγου πρῶτος τῆς Αἰγύπτου μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλεύσας ἔτη μ', ἐλθὼν εἰς Παλαίγαζαν συνάπτει μάχην Δημητρίῳ τῷ Ἀντιγόνου, καὶ νικήσας ἀναδείκνυσι Σέλευκον βασιλέα Συρίας καὶ τῶν ἄνω τόπων. Σέλευκος δ' ἀναβὰς μέχρι Βαβυλωνίας καὶ κρατήσας τῶν βαρβάρων βασιλεύει ἔτη λϐ' (λγ' m.)· διὸ καὶ Νικάτωρ ἐπεκλήθη.

5. Τῷ γοῦν λϐ' (λγ' m.) ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, οε' (ε) τῆς ὅλης ζωῆς, Λυσίμαχον ἐκβαλὼν τῆς Μακεδονικῆς ἀρχῆς, ἐπαρθεὶς δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ (εὐθὺς ἐπὶ τῇ νίκῃ Euseb.) καὶ αὐτὸς ἀναιρεῖται πρὸς (ὑπὸ Scal.) Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, τοῦ Κεραυνοῦ λεγομένου, μέλλων καὶ Μακεδόνων ἄρχειν, καὶ κρατεῖ Μακεδόνων Πτολεμαῖος.

6. Οὗτος ὁ Λάγου καὶ Εὐρυδίκης παῖς τῆς Ἀντιπάτρου Σέλευκον ἀνελὼν εὐεργέτην τε ὄντα ἑαυτοῦ καὶ ἐκ φυγῆς ὑποδεξάμενον, [μετ'] ἔτος ἓν καὶ μῆνας ε' ἀναιρεῖται καὶ αὐτὸς, Γαλάταις πολεμῶν, κατακοπεὶς μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ τῶν ἐλεφάντων.

7. Κατὰ δὲ τοὺς χρόνους τούτους τῶν Γαλατῶν ἐπικειμένων τῇ Μακεδονίᾳ καὶ λεηλατούντων αὐτὴν, (suppl. ex Euseb.: γίνεται ἀναρχία,) διὰ τὸ πολλοὺς ἐπεμβαίνοντας τῇ βασιλείᾳ πρὸς βραχὺ κρατεῖν καὶ ἐκπίπτειν αὐτῆς. ὧν εἷς καὶ Μελέαγρος, ἀδελφὸς Πτολεμαίου Λάγου, πρὸς ὀλίγας ἡμέρας δυναστεύσας καὶ ἐκπεσών· ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ἡμέρας τεσσαράκοντα πέντε· μεθ' οὓς Σωσθένης· ἔτι δὲ Πτολεμαῖος· πρὸς δὲ τούτοις Ἀλέξανδρος καὶ Πύρρος ὁ Ἠπειρώτης. Οἳ πάντες ἔτη τρία κατὰ Διόδωρον.

8. Ἀντίγονος ὁ Γονατᾶς ἐπικληθεὶς διὰ τὸ ἐν Γόνοις τῆς Θετταλίας τραφῆναι, υἱὸς Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ, βασιλεύει Μακεδόνων ἔτη μϐ', προβασιλεύσας ἔτη δώδεκα (l. δέκα) τῆς Ἑλλάδος, καὶ μετὰ ταῦτα τῆς Μακεδονικῆς ἀρχῆς σὺν τῇ Ἑλλαδικῇ ἀντιποιησάμενος ἓν κράτος (l. εἰς ἓν κρ. vel ἐγκρατῶς).

9. Μετὰ τοῦτον ὁ υἱὸς Δημήτριος ἔτη ι' βασιλεύσας τελευτᾷ καταλιπὼν Φίλιππον υἱὸν νήπιον.

10. Τούτου ἐπίτροπος Ἀντίγονος κατασταθεὶς ὁ Δημητρίου κρατεῖ Μακεδόνων ἔτη ιϐ', κατὰ δὲ τὸν Διόδωρον ἔτη θ'. Μεθ' ὃν ὁ Φίλιππος αὐξηθεὶς ἀπέλαβε τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, καὶ ἦρξεν ἔτη μϐ'.

11. Τούτου τελευτήσαντος διεδέξατο τὴν ἀρχὴν Περσεὺς ἔτη ι' ἢ θ' (l. μῆνας θ', uti est p. 282, B), κατά τινας ὕστατος βασιλεὺς Μακεδόνων γεγονὼς ὑποχείριός τε Ῥωμαίοις καὶ τὸν βίον οἰκτρῶς καταστρέψας κατὰ τοὺς χρόνους τῶν Μακκαβαίων.

rex evaserit, deinde vero a Seleuco Nicatore debellatus imperio exutus sit: reliquum est ut ostendamus qua ratione Seleuco regnum obvenerit. Ptolemæus Lagi filius primus in Ægypto dominatus est annis quadraginta. Is Gazam veterem profectus contra Demetrium Antigoni filium pugnam committit, victorque Seleucum Syriæ et superiorum locorum regem declarat. Seleucus autem usque in Babyloniam progressus, devictis barbaris, unde Nicatoris cognomen tulit, per annos regnat triginta duos.

5. Anno igitur regni tricesimo secundo (*tertio*), ætatis vero septuagesimo quinto, Lysimachum regno Macedonico ejecit. Verum elatus victoria (*vel*: statim post victoriam) quum jam regnum ipse suscepturus esset, a Ptolemæo Lagi filio, quem Ceraunum vocant, interficitur, ac dominationem apud Macedones Ptolemæus sibi vindicat.

6. Lagi ille et Eurydices Antipatro natæ filius postquam Seleucum, qui beneficiis ipsum affecerat, fugientem olim excipiens, sustulerat, per annum unum mensesque quinque regno potitus occiditur et ipse in prœlio contra Gallos, quo una cum copiis suis elephantisque trucidatur.

7. Per hæc tempora Gallis in Macedoniam irrumpentibus ac prædando infestantibus eam, anarchia regnum laborat. Accidit enim ut complures regiam potestatem aucupantes, vix comparatam rursus amitterent: quorum unus erat Meleager, frater Ptolemæi Lagi, post paucos dies regno exutus. Simili modo Antipater diebus quadraginta quinque potitus imperio excidit; post hos Sosthenes; porro Ptolemæus, nec non Alexander et Pyrrhus Epirota. Qui cuncti per tres annos regnarunt, uti Diodorus auctor est.

8. Deinde Antigonus, Gonatas dictus, quod Gonis in Thessalia educatus esset, Demetrii Poliorcetæ filius, Macedonibus imperavit. *Is in universum regnavit* annis quadraginta quattuor, quorum per priores decem Græciæ regnum obtinuerat, antequam cum Græca dominatione Macedonicam strenue sibi vindicaret.

9. Post hunc Demetrius filius regnat annis decem, moriensque filium teneræ ætatis reliquit Philippum.

10. Hujus tutor Antigonus constitutus, Demetrii (Pulchri) filius, Macedoniam administrat per annos 12, vel potius, Diodoro (XXII, 4) auctore, per annos 9. Post hunc Philippus adultus paternum regnum suscipiens regnat annis 42.

11. Huic vita defuncto Perseus successit per annos decem *mensesque novem*. Is secundum nonnullos Macedonum principum postremus exstitit, et a Romanis bello captus Maccabæorum ætate vitam misere finivit.

---

verbis φανερὸν δὲ ὄντος usque ad verba βασιλείας ἔτυχε legitur antecedentium summarium, non habet Eusebius. Sequentia (Πτολ. ὁ Λάγου κτλ.) exstant ap. Euseb. in capite de regibus Syriæ (§ 4), unde huc traduxit Syncellus. — 5. οε'] *septuaginta*, sec. Arrian. Syr. c. 63; *septuaginta quattuor*, sec. Justin. XVII, 1. — § 11. Sequitur ap. Sync. locus pearamplus de Romanorum in victos clementia deque Paulli Æmilii triumpho. Quem Syncellus vel auctor ejus ex Diodoro adduxit, uti patet ex Diodor. Exc. De virt. lib. XXX, 8. Ibidem c. 9 Syncelli hunc locum exscriptum habes.

4.

Exc. Euseb. p. 62 Scalig.; tom. II, p. 129 in Crameri Anecd. Paris.

Ἡ Μακεδονικὴ βασιλεία ἀπὸ τῶν Πορφυρίου τοῦ καθ' ἡμῶν φιλοσόφου.

Μετὰ δὲ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου Μακεδόνων ἐβασίλευσαν οἵδε, τῆς Μακεδονίας καὶ Ἑλλάδος. — Ἡ τῶν Μακεδόνων ἀρχὴ ἄχρι τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων καταλύσεως τοῦτον διήρκησε τὸν τρόπον. Ἀριδαῖος ὁ Φιλίππου καὶ Φιλίννης τῆς Θετταλῆς, ὃν οἱ Μακεδόνες πόθῳ τοῦ Φιλίππου γένους Φίλιππον προσαγορεύσαντες βασιλέα ἀνέδειξαν μετὰ Ἀλέξανδρον, καίπερ ἐξ ἑταίρας γεγονότα, καὶ ἄρρονα συνειδότες εἶναι, διαδέχεται τὴν ἀρχήν, ὥσπερ ἔφαμεν, Ὀλυμπιάδος τῆς ριδ' ἔτει δευτέρῳ (1). Λογίζεται δὲ αὐτῷ ἔτη ζ'. Ἐπέζησε γὰρ ἄχρι ἑκατοστῆς πεντεκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος ἔτους τετάρτου. Κατέλιπε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος παῖδα Ἡρακλέα τε ἐκ Βαρσίνης τῆς Φαρναβάζου, Ἀλέξανδρόν τε ἐκ Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου τοῦ Βάκτρων βασιλέως.

2. Ἀριδαῖον μὲν οὖν Ὀλυμπιὰς ἔκτεινεν ἡ μήτηρ Ἀλεξάνδρου· αὐτὴν δὲ καὶ τοὺς δύο παῖδας Ἀλεξάνδρου Κάσανδρος ὁ Ἀντιπάτρου ἀναιρεῖ, τὸν μὲν αὐτὸς φονεύσας, τὸν δὲ Βαρσίνης Πολυσπέρχοντα πείσας· Ὀλυμπιάδα δὲ καὶ ἄταφον ἐκρίψας, ἀνεῖπεν ἑαυτὸν Μακεδόνων βασιλέα. Καὶ ἀπὸ τοῦδε καὶ τῶν ἄλλων σατραπῶν ἕκαστος ἐβασίλευσε, τῆς Ἀλεξάνδρου γενεᾶς διεφθαρμένης. Γήμας δὲ Θεσσαλονίκην τὴν Φιλίππου, βασιλεύων ἐπεδίω ἔτη ιθ', καὶ φθινάδι νόσῳ ἐπιπόνῳ διελύθη.

3. Τοῦτον διαδέχονται οἱ παῖδες, Φίλιππος [καὶ Ἀλέξανδρος] καὶ Ἀντίπατρος, οἵτινες ἔτη τρία καὶ μῆνας ς' (1) ἐβασίλευσαν μετὰ τὸν πατέρα· πρῶ-

4.

Eusebii Chron. Armen. ex versione A. Maii, p. 171 sqq.:

Macedonum post Alexandrum reges. — Porphyrii æqualis nostri qui adversus nos philosophus erat.

Post Alexandrum Philippi Macedonibus dominati sunt hi, Macedoniæ nimirum et Helladi. Macedonici regni, antequam id Romani exstinguerent, hæc ratio fuit. Aridæus Philippi et Philinnæ Thessalæ: quem Macedones ob Philippicæ familiæ studium Philippum nuncupaverunt, regemque post Alexandrum constituerunt, licet is ex alia (ἑτέρας pro ἑταίρας) natus esset, ejusdemque dementiam exploratam haberent: hic, ut diximus, in imperium succedit Olympiadis 114 anno altero. Numerantur ejus anni septem (codex h. l. octo): regnatum enim ab eo est usque ad Olympiadis 115 annum quartum. Jam Alexander superstes filium suscepit Herculem e Pharsine (mgo: Barsine) Pharnabazi filia, tum Alexandrum e Roxane Oxyartæ Bactrianorum regis filia, qui obeunte Alexandro Philippi, statim in regno [Aridæi] lucem aspexit.

2. *Aridæum Olympias occidit mater Alexandri: hanc autem, quæ Macedonibus imperabat, nec non utrumque Alexandri filium sustulit Casander Antipatri: et alterum quidem ipse per se confecit, alterum vero, qui erat e Pharsine, a Polysperchonte occidendum curavit: Olympiadem vero insepultam projecit, seque in Macedoniæ regno magnopere confirmavit. Ex eo tempore ceteri quoque præfecti, sublato jam Alexandri genere, regna sibi adseruerunt. [Casander] uxorem sibi copulavit Thessalonicam Philippi: exegitque regnans annos 19, donec tabido morbo consumptus obiit. Hujus tempora protenduntur (computato illo item anno quo post Aridæum Olympias regnavit) ab Olympiadis anno primo usque ad Olymp. 120 annum tertium.*

3. *Huic succedunt liberi sui Philippus, Alexander atque Antipater, qui annis tribus mensibusque sex post parentem regnaverunt. Et primus quidem Philippus,*

Fragm. 4. § 1. *not.* 1. Ὀλ. ριδ' ἔτει δευτέρῳ] Si ipsum anni hujus initium etiam chronologiæ suæ initium Porphyrius posuit, proficiscendum nobis est a die 13 mens. Julii an. 323. Hinc usque ad pugnam ad Pydnam, quæ pugnata est die 22 mensis Junii an. 168 a. Chr., spatium est annorum 154, mensium 11, dierum 9. Apud Porphyrium, ubi Sostheni pro duobus annis nonnisi unum, uti debet, assignaveris, summa colligitur annorum 154, mensiumque 11 $^{1}/_{2}$. Hæc igitur quadrant optime, ut de initio a quo profecta sit computatio, liquere mihi videatur. Eosdem reges Macedonum usque ad Philippum V, denuo Eusebius ex alio auctore recenset in capite De regibus Thessalorum. In hoc laterculo (quem Porphyrii fragmento subjunximus) usque ad finem Philippi V numerantur anni 144, menses quinque; accuratius apud Porphyrium ad eundem terminum sunt anni 144, menses 3 $^{1}/_{2}$. Verum quantumvis laterculi de summa annorum consentiant, de singulis regnis persæpe haud levis est discrepantia, quæ augebatur eo ipso, quod eandem summam annorum efficere studebant. Scilicet si scribarum culpa numerus aliquis corruptus erat, nec summa quæ postulabatur erui posset, corrupta hæc corrumpendis aliis curabant, obviisque regnis temere tot annos vel addebant vel demebant, quod computus flagitare videbatur. — Tale quid etiam in primis regnis nostri laterculi factum esse debet. Nimirum ab Aridæo usque ad mortem Lysimachi apud Porphyrium exputantur anni 41, mensesque octo (eadem summa conflatur in Regg. Thess.). Jam vero quum Lysimachi cædem in mensem Junium an. 280 incidere accurate Porphyrius indicaverit, idque aliunde etiam confirmare liceat: sequitur initium Aridæi cadere in mensem Octobrem anni 323. Ratio vero flagitat, ut calculi procedant a mense Julio; ideoque h. l. tres desiderantur menses; qui quo translati fuerint, non latet. Etenim Philippo V ap. Porphyrium dantur anni 42, quum esse debeant anni 41, mensesque novem. In Regg. Thessal. transducti videntur in tempus anarchiæ et Demetrii Gonatæ. Exciderunt autem in regnis filiorum Cassandri vel Demetrii; his enim Porphyrius tribuit 9 annos, 6 menses; dum Olympiadum anni ita ponuntur, quasi decem annis integris regnassent. Quare in subjecta tabula, ut computi ratio intelligatur, regno filiorum tres menses addidi.

§ 3. *not.* 1. ἔτη τρία καὶ μῆνας ἓξ] In laterc. Regg. Thess. regnasse dicuntur 2 annis, 10 mensibus. Ibidem Demetrio dantur 6 anni et 6 menses, dum Porphyrius ei nonnisi sex annos tribuit. At veriorem computum de Pyrrhi regno præbere laterculum regum Thess. ex Plutarcho (Demetr. c. 44), ubi Demetrius ἑπταετίαν regnasse traditur, censemus cum Clintono et Droysenio. Igitur sex istos menses filiorum Cassandri ad regnum Demetrii transtulimus; Cassandri vero filiis præter 3 annos, qui relinquuntur iis, dedimus menses tres ob causas in not. antec. expositas. —

τος μὲν Φίλιππος, καὶ ἐν Ἐλατείᾳ ἀποθνήσκει (2)· Ἀντίπατρος δὲ Ἀλεξάνδρῳ τῷ παιδὶ συμπράττουσαν ἀνελὼν τὴν μητέρα Θεσσαλονίκην εἰς Λυσίμαχον ἔφυγε, καὶ τῶν ἐκείνου θυγατέρων γήμας τινὰ (3) ὁμοίως ἀνῃρέθη πρὸς αὐτοῦ Λυσιμάχου. Ἀλέξανδρος δὲ γαμεῖ μὲν Λυσάνδραν (4) τὴν τοῦ Πτολεμαίου, πρός τε τὸν νεώτερον (5) πολεμῶν ἀδελφὸν εἰς συμμαχίαν ἐπικαλεῖται Δημήτριον τὸν Ἀντιγόνου, ὅτῳ Πολιορκητὴς ἦν ἐπώνυμον, ἀναιρεῖταί τε ὑπ' αὐτοῦ, καὶ Μακεδόσιν αὐτὸς ἄρχει Δημήτριος. Τῶν οὖν παίδων Κασάνδρου τῆς ἀρχῆς ἔτη λογίζονται ἀπὸ τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς ἑκατοστῆς [εἰκοστῆς ἄχρι] τοῦ τρίτου ἑκατοστῆς εἰκοστῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος.

4. Δημήτριον δὲ ἓξ ἔτη βασιλεύσαντα Μακεδονίας Πύρρος ἐκβάλλει τῆς Ἠπείρου βασιλεὺς, τρίτος καὶ εἰκοστὸς (1) ἀπ' Ἀχιλλέως τοῦ Θέτιδος ὢν, ὡς ἂν αὐτῷ προσηκούσης τῆς ἀρχῆς μετὰ τὸ Φιλίππου γένος δι' Ὀλυμπιάδα τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα κἀκείνην ἐκ Πύρρου τοῦ [καὶ] Νεοπτολέμου γενομένην. Ἑπτὰ δὲ μῆνας (2) ἄρχει Μακεδόνων. Τῷ δὲ ὀγδόῳ τοῦτον Λυσίμαχος διαδέχεται ὁ Ἀγαθοκλέους Θετταλὸς ὢν ἐκ Κρανῶνος, καὶ Ἀλεξάνδρου γεγονὼς δορυφόρος, Θρᾴκης δὲ τότε καὶ Χερρονήσου βασιλεύων, εἰς γείτονα καὶ ὅμορον τὴν Μακεδονίαν ἐπιδραμὼν, διεδέξατο. Οὗτος Ἀρσινόῃ πεισθεὶς τῇ γυναικὶ, Ἀγαθοκλέα τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ ζῆν ᾖρε. Βασιλεύει δὲ Μακεδονίας ἔτη ε', καὶ μῆνας ς'. Ἡττᾶται δὲ ἐν τῇ περὶ Κόρου πεδίον μάχῃ τῇ πρὸς Σέλευκον τὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα, ὅτῳ Νικάτωρ ἐπίκλησις ἦν, ὅτε καὶ τοῦ ζῆν ἀπαλλάττεται.

qui Elateæ mortem cum vita commutavit. Tum Antipater faventem Alexandro puero Thessalonicam matrem suam interemit, confugitque ad Lysimachum, a quo etsi unam e filiabus in matrimonium acceperat; nihilominus pari neci traditus est. Alexander autem uxore ducta Lysandra Ptolemæi, coorto sibi bello cum minore fratre, auxiliatorem invocavit Demetrium Antigoni, cognomento Obsessorem, a quo etiam occisus est : regnavitque apud Macedones Demetrius. Igitur anni, quibus a Casandri liberis regnatum est, numerantur ab Olympiadis 120 quarto anno usque ad Olymp. 121 an. tertium.

4. *Jam Demetrius postquam regnasset annis sex ab Olympiadis 121 anno quarto usque ad Olympiadis 123 annum primum, Pyrrhi Epirotarum regis viribus dejectus est. Regnabat hic vigesimus tertius post Achillem Thetidis filium, censebatque a Philippi genere ad se imperium [Macedoniæ] recidere, propter Olympiadem Alexandri matrem, Pyrrhi amitam, filiam Neoptolemi* (v. Græca). *Is septem mensibus Macedonia potitus est Olympiadis 123 anno secundo: octavo autem [mense] successit Lysimachus Agathoclis filius, ex Cranone Thessalus, atque [olim] Alexandri satelles. Hic autem quum Thraciæ et Chersonesi regno jam potiretur, proximæ finitimæque regionis Macedonicæ tyrannidem vi subita invasit. [Is et] Arsinoæ uxoris instinctu Agathoclem filium suum vita exuit, regnavitque ab Olymp. 123 anni alterius mense quinto* (3) *usque ad Olymp. 124 annum tertium : nempe annis quinque, mensibus sex, donec in Cori planitie prælio cæsus est a Seleuco Asiæ rege, cognomento Nicanore.*

---

2. ἐν Ἐλατείᾳ ἀποθνήσκει] Cf. Pausanias IX, 7, 3 : Τῶν δὲ οἱ (sc. Κασάνδρῳ) παίδων Φίλιππον μὲν τὸν πρεσβύτατον, ὡς μετ' οὐ πολὺ παρέλαβε τὴν ἀρχὴν, ἀπήγαγεν ὑπολαβοῦσα νόσος φθινώδης. Id Elateæ (quo contra Demetrium rex profectus esse videtur) accidisse e nostro loco discimus. Ad hunc Philippum Demochares legationem obiit. V. Seneca De ira III, 26 (Demochar. fr. in tom. II, p. 446, not. 3); Droysen. *Hellen.* I, p. 565. — 3. τινὰ] sc. Eurydicen. V. Justin. XVI, 2. Droysen. l. l. p. 566. 577 sq. 613. — 4. Λυσάνδραν] Hæc esse debet Ptolemæi Soteris ex Eurydice, secunda uxore, filia, quam novimus postea (post an. 292) nupsisse Agathocli Lysimachi filio. V. Pausan. I, 9, 6. I, 10, 3; Plutarch. Demetr. c. 31. Droysen. I, p. 555. not. 3. — 5. τὸν νεώτερον ἀδελφόν] Exspectabas τὸν πρεσβύτερον ἀδελφόν; nam Alexandrum Cassandri filium natu minimum fuisse testatur Pausanias IX, 7, 3, idque ex ipsa etiam historia ejus colligitur. V. Droysen. I, p. 577 not. Pro πολεμῶν Scaliger habet Πτολεμαῖον.

§ 4. *not.* 1. τρίτος καὶ εἰκοστὸς] Pausanias I, 11 narrat a Pyrrho Achillis filio usque ad Tharypum Pyrrhi regis proavum decem esse generis. Cum nostro loco componendum fragmentum Alexandriadis ap. Jul. Valer. sive Pseudocallisth. I, 43, ubi series hæc est : 1 Æacus; 2 Peleus; 3 Achilles; 4 Pyrrhus; 5 Pielus; 6 Eubius; 7 Nessus; 8 Argus; 9 Xanthus; 10 Arete; 11 Priamus; 12 Tryinus (?); 13. Erimachus; 14 Lycus; 15 Castor; 16 Dromon; 17 Phocus; 18 Arymbas (sic leg. pro *Metrias*); 19 Neoptolemus; 20 Tharypus (sic l. pro *Charopus*). Hactenus fragmentum. Addenda sunt nota nomina : 21 Alcetas; 22 Arymbas; 23 Æacides; 24 Pyrrhus. Ceterum semel notasse sufficiat eum cui græca Eusebii excerpta debemus, plerumque omisisse notationem Olympiadum. — 2. ἑπτὰ δὲ μῆνας] In capite De regg. Thess. Pyrrho assignantur 4 anni et 4 menses; in subjecto autem laterculo 3 anni 4 menses. Posterior lectio vera est. At nonnisi quattuor hos menses primus laterculi auctor Pyrrho tribuerat; hoc inde colligitur, quod resectis istis annis tribus, summa annorum usque ad mortem Lysimachi plane concinit cum numeris Porphyrii. Anni vero tres propterea superadditi sunt, quod Antigono Gonatæ pro 37 annis nonnisi 34 annos dederat. Contra Porphyrii laterculus quum in regno Ant. Gonatæ eundem errorem habeat, deficientes illos tres annos addidit regno Antigoni Dosonis, ut infra videbimus. — 3. *mense quinto*] Quodsi Lysimachi regnum incipit *mense quinto Olymp.* 123, 2, ejus successor vero Ptolemæus regnavit usque *ad mensem quintum Olymp.* 125, 1, uti in § 5 auctor dicit : sequitur duobus his regnis expleri annos septem. At Lysimacho tribuuntur anni 5, menses 6, Ptolemæo annus unus, menses quinque. Hinc nonnisi 6 anni, 11 menses conflantur. Error inest in annis regnorum, non vero in notatione Olympiadum, quæ tum h. loco tum infra in Antigoni Gonatæ et Dosonis temporibus genuinos Porphyrii calculos indicat. Lysimacho pro annis 5, mens. 6 dandi sunt an. 5, mens. 7, uti recte habet Chronicon Samuelis Aniensis. Numeris hunc in modum correctis, Porphyrius, uti auctor laterc. regg. Thessalorum, ab Aridæo usque ad mortem Ptolemæi exputat annos 43 mensemque unum. Quodsi deinde Samuelis Ptolemæo tribuit annum 1, mens. 9, pro an. 1, mens. 5, dissensus ille inde ortus est, quod auctor in græcis literam ε' crebro errore confudit cum litera θ'. Syncellus in Canone p. 270 de superioribus regnis cum Por-

5. Εὐθὺς δ' ἐπὶ τῇ νίκῃ (1) Σέλευκον Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Λάγου καὶ Εὐρυδίκης παῖς τῆς Ἀντιπάτρου, ᾧ Κεραυνὸς ἐπίκλησις ἦν, εὐεργέτην τε ὄντα ἑαυτοῦ, καὶ ἐκ φυγῆς ὑποδεξάμενον, ἀνελὼν, ἦρχεν αὐτὸς Μακεδόσιν. Ὅσπερ Γαλάταις πολεμῶν ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ε'.

6. Τὸν δὲ Πτολεμαῖον Μελέαγρος (1) ὁ ἀδελφὸς διεδέξατο. Μακεδόνες δ' αὐτὸν τῆς ἀρχῆς εὐθὺς ἐκβάλλουσιν ἄρξαντα δύο μῆνας ὡς ἀνάξιον φανέντα. Καὶ ἀντ' αὐτοῦ ποιοῦνται βασιλέα Ἀντίπατρον, ἀδελφιδοῦν μὲν ὄντα Κασάνδρου, υἱὸν δὲ Φιλίππου (2), κατὰ ἀπορίαν γένους βασιλικοῦ. Πέντε δ' αὐτὸν καὶ τεσσαράκοντα ἡμέραις ἄρχοντα Σωθένης τις τῶν δημοτικῶν ἐξελαύνει ὡς ἀδύνατον στρατηγεῖν, Βρέννου τοῦ Γαλάτου ἐπιόντος τοσούτου πολέμου. Καὶ αὐτὸν οἱ Μακεδόνες Ἐτησίαν ἐκάλεσαν, ὅτι χρόνῳ τοσῷδε οἱ ἐτησίαι πνέουσι. Σωσθένης δὲ Βρέννον ἐξελάσας, καὶ ὅλων δύο ἐτῶν προστὰς τῶν πραγμάτων ἀποθνήσκει.

7. Καὶ γίνεται ἀναρχία Μακεδόσι, διὰ τὸ τοὺς περὶ Ἀντίπατρον καὶ Πτολεμαῖον καὶ Ἀριδαῖον (1) ἀντιποιεῖσθαι μὲν τῶν πραγμάτων, ὁλοσχερῶς δὲ μηδένα προστῆναι, ἀπὸ δὴ τοῦ Πτολεμαίου ἐπὶ τὸ τέλος τῆς ἀναρχίας, τοῦτ' ἔστιν, ἀπὸ ρκδ' Ὀλυμπιάδος ἔτους τετάρτου, ἄχρι τῆς ρκς', Πτολεμαίου μὲν τοῦ Κεραυνοῦ β', ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ε' ἄρξαντος, Μελεάγρου δὲ μῆνας

5. *Sed enim illico post eam victoriam Ptolemæus e Lago et Eurydice filia Antipatri natus, cognomento Ceraunus, Seleucum, cujus beneficiis usus erat et ad quem extorris confugerat, de medio tollit, et Macedoniam sibi vindicat. Idem tamen in prælio adversus Gallos obit, postquam anno uno et mensibus quinque regnaverat. Ejus ergo regnantis tempora a quarto anno Olympiadis* 124 *pertinent usque ad mensem quintum anni primi Olympiadis* 125.

6. *Ptolemæo successit frater ejusdem Meleager, cui tamen Macedones binis mensibus exactis potestatem, qua indignus visus est, abrogaverunt, adscito rege Antipatro nato ex Casandri fratre, filio nempe Philippi: neque enim alius e regia stirpe repertus est. Is rerum potitur diebus quadraginta quinque, donec a Sosthene quodam pulsus est, quia ductando exercitui impar videretur, Brenno Gallo adventante cum ingentibus copiis. Illum Macedones Etesiam vocitaverunt, quia nempe etesiæ tanto temporis spatio flant. Jam Sosthenes Brennum quoque profligavit, rerumque summa duobus omnino annis administrata, obiit.*

7. *Exin Macedonia rege carebat, propterea quod Antipater et Ptolemæus et Aridæus rerum curam gerebant, ita tamen ut nemo supremam potestatem obtineret: scilicet a Ptolemæo usque ad interregni finem, nempe ab Olympiadis* 124 *anno quarto usque ad Olymp.* 126; *hinc cognoscimus regnavisse Ptolemæum Iracundum anno uno cum mensibus quinque, Meleagrum mensibus duobus, Antipatrum quinque et quadra-*

---

phyrio consentit; Lysimacho annos sex, Ptolemæo annum unum tribuit, vitans fractiones annorum. Codices quidem pro annis sex præbent ἔτη γ'; sed hoc corrigendum esse in ἔτη ς' ex additis annis mundi intelligitur.

§ 5. *not.* 1. εὐθὺς] Syncellus in fragm. 3 habet: ἐπαρθεὶς δ' ἐπὶ τῇ νίκῃ καὶ αὐτὸς (Σέλευκος) ἀναιρεῖται πρὸς Πτολεμαίου. Similiter Memnon apud Photium cod. 224: Σέλευκος δὲ τοῖς κατὰ Λυσιμάχου ἐπαρθεὶς εἰς τὴν Μακεδονίαν διαβαίνειν ὥρμητο « Mallem tamen apud Syncellum εὐθὺς δὲ ἐπὶ ex Porphyrio. » Clinton. II, p. 237 not. Inter Seleuci et Ptolemæi cædem *septem admodum menses* intercedunt, teste Justino XVII, 2. Seleucus vero periit Ol. 124, 4, mense Januario, regni anno tricesimo secundo (v. Clinton. II, p. 238 sq.). Septem ejus menses apud Porphyrium comprehenduntur in anno uno quinque mensibus, qui Ptolemæo Cerauno ascribuntur, pertinentque a mense Junio 281 usque ad initium Januarii an. 280; Ptolemæi sunt reliqui menses decem qui currunt usque ad finem mens. Octobris anni ejusdem. Tempus quod ad solum Ptolemæum pertinet, ex Clintoni sententia indicari voluit auctor in Eusebio Scaligeri, ubi hæc: Μακεδόνων ἐβασίλευσε Πτολεμαῖος ὁ καὶ Κεραυνὸς μῆνας θ', μεθ' ὃν ἐβασίλευσε Μελέαγρος μῆνας γ'. Idem Clintonus laudat Eusebium Pontaci in quo *unus annus* adscribitur Ptolemæo. Sed nihil his tribuendum, præsertim quum nulla ibi fiat Seleuci mentio. In utraque editione truncatos habes numeros. Legebatur olim ἔτος α', μῆνας θ', uti apud Samuelem Anicensem; quod ipsum, uti supra monuimus, corruptum est ex ἔτος α', μῆνας ε'.

§ 6. *not.* 1. De seqq. pauca Syncellus habet in fragm. 3. Iterum hæc exponit in Canone suo p. 270, ubi sæpius ad verbum Eusebium nostrum exprimit. Totum locum adscribo: Τὴν Μακεδονίας ἀρχὴν Μελέαγρος παραλαμβάνει μετὰ τὴν ἀναίρεσιν Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὃν εὐθὺς ἐκβάλλουσι Μακεδόνες μετὰ μῆνας δύο, ὡς ἀνάξιον φανέντα, καὶ ἀντ' αὐτοῦ βασιλεύουσιν (sic pro βασιλέα ποιοῦσι) Ἀντίπατρον ἀδελφιδοῦν μὲν Κασάνδρου, υἱὸν δὲ Φιλίππου, δι' ἀπορίαν γένους βασιλικοῦ. Ὃν μετὰ πέντε (supple: καὶ τεσσαράκοντα) ἡμέρας Σωσθένης δημοτικὸς ἐξήλασεν ὡς ἀδυνατοῦντα στρατηγεῖν, Βέρνου (l. Βρέννου) τοῦ Γαλάτου ἐπιόντος αὐτοῖς, ὃν Σωσθένης ἐκδιώξας κρατεῖ καὶ αὐτὸς ἔτη δύο τῶν Μακεδόνων. Τούτου θανόντος ἀναρχία γέγονε. Τῶν δὲ πραγμάτων προίσταντο οἱ ἐξ Ἀντιπάτρου καὶ Πτολεμαίου καὶ Ἀριδαίου (deb.: οἱ περὶ Ἀντίπατρον κτλ.). Τοῦ δὲ Ἀντιπάτρου ζῶντος (?) καὶ τοῖς πράγμασιν ἐπιβουλεύοντος Ἀντίγονος, υἱὸς Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ καὶ Κερίλλας (l. Φίλας) τῆς θυγατρὸς Ἀντιπάτρου, μεταποιεῖται τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς ἔτη μδ', ὃς ἐν Γόνασι (l. Γόνοις) τραφεὶς τῆς Θετταλίας Γονατᾶς ἐπεκλήθη. Ἦν δὲ καὶ πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι Μακεδόνων ἔτη δώδεκα (sic Sync. etiam supra; leg. ex Euseb. δέκα) βασιλεύσας. Οὗτος τῆς πάσης Ἑλλάδος ἐγκρατὼς ἐκυρίευσε ζήσας ἔτη πγ'. — 2. υἱὸν δὲ Φιλίππου] De hoc Philippo (pro quo infra Lysimachus nominatur), Cassandri fratre, aliunde non constat, quantum equidem sciam.

§ 7. *not.* 1. τοὺς περὶ Ἀντίπατρον καὶ Πτολεμαῖον καὶ Ἀριδαῖον] De his fere nihil compertum habemus, nisi quod Polyænus IV, 6, 17 memorat pugnam Antipatri cum Antigono Gonata commissam. Antipater ille idem est, qui ante Sosthenem per dies aliquot regnaverat. Apud Syncellum (fr. 3) recensentur: Μελέαγρος... Ἀντίπατρος... μεθ' οὓς Σωσθένης· ἔτι δὲ Πτολεμαῖος· πρὸς δὲ τούτοις Ἀλέξανδρος καὶ Πύρρος ὁ Ἠπειρώτης· οἱ πάντες ἔτη τρία κατὰ Διόδωρον. At Pyrrhus cum Alexandro filio inde a vere anni 280 in Italia erat. Aut igitur auctori obversabantur ea quæ post reditum ex Italia Pyrrhus contra Antigonum Gonatam gessit, aut Pyrrhi mentio ad illud tempus pertinet, quo Ptolemæus Ceraunus regno politus est. Nam tunc quoque Pyrrhum armis Macedonicum imperium recuperare studuisse colligitur ex Trogi Prolog. lib. XVII: *Ptolemæus cognomine Ceraunus, creatus ab exercitu rex, Macedoniam occupavit; bella cum Antiocho et Pyrrho composuit, datis Pyrrho auxiliis, quibus iret contra Romanos.* — 2. τοῦ λοιποῦ χρόνου εἰς

Ἀντιπάτρου δὲ ἡμέρας μϵ', Σωσθένους δὲ ἔτη β', καὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου εἰς ἀναρχίαν λογισθέντος (2).

8. Τοῦ δ' Ἀντιπάτρου τοῖς πράγμασιν ἐπιβουλεύοντος, Ἀντίγονος, ὁ Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ καὶ Φίλας τῆς Ἀντιπάτρου θυγατρὸς υἱὸς, μεταποιεῖται τῆς ἀρχῆς, ὃς ἐν Γόνοις τῆς Θετταλίας γενόμενός τε καὶ τραφεὶς Γονατᾶς ἐπεκαλεῖτο (1). Λογίζεται δὲ αὐτῷ τὰ πάντα ἔτη τῆς βασιλείας τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα. Ἦν γὰρ βασιλεὺς καὶ πρὶν τῆς Μακεδονίας κρατῆσαι, ὅλοις ἔτεσι δέκα πρότερον. Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν Ἑλλάδα ἐγκρατῶς χειρωσάμενος. Καὶ βιοῖ μὲν τὰ πάντα ἔτη τρία καὶ ὀγδοήκοντα, τελευτᾷ δὲ τῆς ρλϵ' Ὀλυμπιάδος ἔτει πρώτῳ (2).

ginta diebus, Sostheneni duobus annis, reliquum vero tempus interregno esse occupatum.

8. *Quum autem Antipater reipublicæ insidias moliretur, Antigonus natus e Demetrio Obsessore Philaque Antipatri filia, imperii cepit habenas. Huic, Gonis Thessalis educato, ideoque Gonatæ dicto, adscribuntur regni anni omnino tres* [*quattuor* Aucher.] *supra quadraginta. Is enim Macedonia nondum sibi adserta, decimo jam anno regnabat, rex nimirum appellatus anno altero Olympiadis* 123 : *tum Macedoniam primo anno Olympiadis* 126 [*obtinuit*]. *Hic est qui Helladem valida manu sibi subdidit. Idem vitam prorsus ad tertium supra octogesimum annum produxit, exstinctusque est Olympiadis* 135 *anno primo.*

ἀναρχίαν λογισθέντος.] Anarchiæ tempus sec. summarium Euseb. Arm. est annorum duorum. Igitur a Ptolemæo Cerauno usque ad finem anarchiæ numerantur an. 5, mens. 8½, qui pertinent a mens. Junio anni 281 usque ad Jan. an. 275, sive ab Olymp. 124, 3 mense undecimo usque ad Ol. 136, 1 mensem septimum (Januar.), quo regnum suscipit Antigonus Gonatas. Hæc igitur bene inter se concinunt. Verum si a Perseo retro numeros supputaveris, initium Gonatæ cadit in Januar. an. 276. Idque rectius habere omnia clamant. Igitur unus annus abundat. Quodsi Porphyrium corrigere licet (nam ipse Porphyr. erravit, non vero excerptor, ut ex not. seq. colligitur), Sostheni pro duobus annis nonnisi unus assignandus esse videtur Clintono et Droysenio, uti fit in Regg. Thess. Sin Sostheni annos duos tribui malis, interregnum anni unius fuisse statuendum foret. Idque eo commendatur, quod in summario græco notatur ἀναρχίας ἔτος α' μῆνας β'. Fuisse puto : ἔτος α' ἢ 6' (sicuti vice versa in fragm. 3 aperto errore legebatur ἔτη ι' ἢ θ' pro ἔτη ι' μῆνας θ'.). Noli duobus illis mensibus patrocinari allato Thess. Regg. laterculo, in quo anarchiæ sunt anni 2 mensesque 2. Illi, sicuti menses duo qui Antigoni annis 34 ibidem adduntur, minime sunt documentum ἀκριβείας chronologicæ. Nam quum in superioribus regnis menses nonnullos omissos esse, nihilominus vero summam annorum totius laterculi bene habere viderimus, omissa illa alicubi supplenda erant, suppleta vero hoc sunt loco. In Canone Eusebii et apud Samuelem auctoremque Exc. Barb. tempus anarchiæ annis Antigoni Gonatæ comprehenditur, cui pro 34 annis Porphyrii tribuuntur anni 36, unde liquet duos subesse anarchiæ annos, quos Eusebius plane uti Eusebianus Porphyrii textus tribuit annis 125, 3 et 125, 4. Contra in Exc. Barb. quum nonnisi 35 anni Gonatæ tribuantur, anarchiæ annus unus proditur. Non debebat Droysenius l. l. Eusebii Canoni fidere eoque duce Antigoni Gonatæ initium ad Ol. 125, 3 referre. Denique addo Diodorum ap. Sync. inde a Meleagri regno usque ad finem anarchiæ nonnisi *tres annos*, rotundius, puto, numerasse. Sec. Porphyrium emend. sunt 3 anni, 3 menses.

§ 8. 1. ὃς... Γονατᾶς (Γονάτας cod.) ἐπεκαλεῖτο] « Sed eam explicationem e ratione temporum redarguit Niebuhr. (*Kl. Schrift.* 1, p. 227), patrem Antigoni ostendens, quando filium genuit, nondum Thessaliam neque adiisse neque in potestate habuisse. Quare γονατὰς ipse habet pro voc. Macedonico confertque novi græcismi vocem γονατὰς, quæ laminam ferream significat circa genu positam. Sed ab eo vocabulo quum non videatur formari potuisse γονατᾶς, ita ut significet ejusmodi genuali cinctum, dicere malim Antigonum a vitio genuum, sicut Antiochum Grypum a naso, cognomen adeptum. Ceterum in eadem qua Porphyrius sententia versatus est Stephanus Byz., quum gentile urbis Thessalicæ formari etiam Γονατὰς scripsit : Τὸ ἐθνικὸν καὶ Γονατὰς, ὃ καὶ παράλογον διὰ τὸν τόνον, non aliud ejus, satis scio, exemplum in promptu habens præter cognomen Antigoni, cujus ipse quem miratur accentus cavillandi vocabulum prodere ei debebat. Vera enim prosodia est non γονατὰς, neque, ut est ap. Eus. l. l., γονάτας, et ap. Steph. B. v. Ἀντιγόνεια, Γονάτου, sed Γονατᾶς. » L. Dindorf. in Steph. Thes. II, p. 709, A. — 2. In notandis Antiochi Gonatæ et Antiochi Dosonis temporibus mira est apud Eus. calculorum confusio. Nimirum annos sexaginta sex, quibus regnarunt Ant. Gonatas, Demetrius II et Antigonus Doson, ita distribuit ut Gonatas regnasse dicatur annis 34, Demetrius an. 10, Ant. Doson an. 12.; Olympiades autem ita notavit, ut Antigono Gonatæ dentur anni 37; Demetrio et Ant. Dosoni anni 19, id est Demetrio anni 10, Dosoni anni 9. Vera ratio est ea, quæ Olympiadum annis indicatur, altera falsa est. Primus error latet in temporibus Antigoni Gonatæ, cujus regnum decurtavit annis tribus, quos deinde, ut summa annorum, quæ desiderabatur, erueretur, addidit regno Dosonis. Originem erroris paucis exponam. Scilicet Demetrius Macedonia ejectus (287 April.) et in Asiam transgressus in manus Seleuci venit hieme sequente, sive circa Jannuar. vel Februar. an. 286. Ol. 123, 2. Sic ex collatis inter se locis Plutarchi in Demetr. c. 48 et Pyrrho c. 12 recte tempus rei constituit Clinton. II, p. 234. Eundemque annum (123, 2) etiam Porphyrius notat in latin. Mortuus vero Demetrius est nondum expleto captivitatis anno tertio (Plutarch. Dem. 52). Nos ex more chronologorum plenos annos tres numeremus, mortemque assignemus initio an. 283. Patre libertate orbato, Antigonus in Græcia regnum administravit; titulum vero regium filium piissimum a morte demum patris assumpsisse consentaneum est. Igitur regnavit a captivitate Demetrii per annos 47, a morte ejus cum regis titulo per annos 44. Posteriorem numerum notat Medius ap. Lucian. Macrob. c. XI : Ἀντίγονος... μϑ' Μακεδόνων (hoc minus accurate) ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ π'. Regnum Macedoniæ recuperavit *decem annis* post patris captivitatem (286), idque tenuit per ann. 37. Jam vero alii decennium istud, quod Macedonicam dominationem antecedit, computarunt a morte Demetrii (283) : quo commisso, anni Macedonici 37 reducti sunt ad an. 34. Deinde error errorem traxit. Nonnulli ab eodem anno 283 in calculis profecti sunt, ita tamen ut eum non pro anno fatali Demetrii, sed pro captivitatis anno primo haberent : unde sequebatur, mortem Demetrii ab anno 283 descendere ad an. 280. Ita enim Porphyrius in Regg. Syr. § 2 Demetrium obiisse dicit Ol. 124, 4 ($\frac{280}{279}$), annos natum 54. Eodem modo jam Plutarchi auctor computaverat, nec non Appianus in Syr. c. 54. Namque Plutarchus in Dem. c. 5 ait anno 312. Ol. 117, 1, Demetrium, ad Gazam prælio victum, natum fuisse annos 22 (sic etiam Appian.); vixisse eum annis 54 refert loco supra laudato.

9. Ὃν διαδέχεται υἱὸς Δημήτριος, ὃς καὶ πᾶσαν τὴν Λιβύην ἔλαβε, Κυρήνης τε ἐκράτησε, καὶ κατέσχεν ἐτῶν δέκα (1). Γήμας δέ τινα τῶν αἰχμαλώτων, καὶ Χρυσηΐδα προσειπών, Φίλιππον ἐξ αὐτῆς ἔσχε τὸν πρῶτον πολεμήσαντα Ῥωμαίοις καὶ κακῶν αἴτιον Μακεδόσι γενόμενον.

10. Φίλιππον μὲν οὖν ὀρφανευόμενον ἐπετρόπευεν Ἀντίγονος ἕτερος ἐκ τοῦ βασιλείου γένους, ᾧ Φοῦσκος ἐπώνυμον ἦν. Δίκαιον δὲ τὸν Φοῦσκον εἰς τὴν ἐπιτροπὴν ὁρῶντες οἱ Μακεδόνες ἐστήσαντο βασιλεύειν, καὶ τὴν Χρυσηΐδα (1) αὐτῷ ἥρμοσαν. Ὁ δὲ παίδων γενομένων ἐκ τῆς Χρυσηΐδος, οὐκ ἀνεθρέψατο, τὴν ἀρχὴν τῷ Φιλίππῳ περισώζων (παρασ. Scal.), ᾧ δὴ καὶ παρέδωκεν ἀποθνήσκων, ἐπιτροπεύσας μὲν ἐπ' ἔτη ιϛ' (2), ζήσας δὲ πάντα ἔτη μϐ'. Ἦν δὲ (3) τοῦ Δημητρίου υἱὸς, ὃν οἱ Μακεδόνες Καλὸν ἐπωνόμαζον. [Ὁ δὲ Φίλιππος]

9. *Huic successit filius Demetrius, qui Libyam universam subegit, Cyrenen item occupavit; hisque patriæ ditioni additis, monarchiæ novam rationem fundavit, atque annis decem dominatus est, ducta uxore captiva quadam, cui nomen fecit Aureolæ, de qua filium suscepit Philippum, illum scilicet qui primus cum Romanis bello certavit, et Macedonicæ calamitatis causa fuit.*

10. *Jam vero Philippi patre orbati solertem tutelam gessit quidam ex regio genere, cognomine Phuscus, qui mox propter tutelam æquo jure administratam rex constitutus est, Aureola quoque collocata eidem in matrimonium. Is tamen filios, quos ex Aureola suscepit, haud aluit, ut imperium Philippo fraude procul adservaret, quod vita excedens in eum transtulit. Demetrius (Demetrii filius* em. mgo*) cognomento Pulcher, mortuus est anno altero Olympiadis* 130 [132?]. *Regnum deinde recidebat in Philippum, cujus curator et custos prædictus Antigonus erat, qui quidem Olympiadis* 139 *anno quarto diem supremum obiit, postquam annis duodecim curatorem egerat, et duobus vixerat cum quadraginta. Jam Philippus custode*

---

igitur vixit Demetrius ab an. $\frac{319}{318}$—$\frac{281}{280}$: quod est falsissimum, uti vel ex natalibus Antigoni filii (319 a. C.) intelligis. Contra Diodorus XIX, 69, 1 (ex Hieronymo?) de Demetrio 22 annos nato loquitur in re quæ pertinet ad Ol. 116, 3. Itaque vitæ anni 54 recte se habeant, sed numerandi sunt ab an. 337—283 Jun. Denique quod Porphyrius in Regg. Syr. § 2 Demetrium captum esse dicit Ol. 123, 4. $\frac{283}{280}$ (pro 123, 2), id falsum esse vel ex iis quæ præcedunt ap. Porphyr. colligitur. Idem etiam nostro loco, ubi recte dicit Antigonum regem appellatum esse Olymp. 123, 2 (287-286), indicat in eundem annum cadere captivitatem Demetrii. Nihilominus alter numerus, sc. Ol. 123, 4, non est librarii error, sed ipse Porphyrius eum in auctore aliquo invenisse debet, quum satis quadret cum altero, in Regg. Mac., ubi Antigonus Gon. regnum suscepisse dicitur 126, 1. 275 Jan. (pro 125, 4), sive *decem annis* post patris captivitatem. Videmus itaque in Regg. Mac. et Syr. tres misceri computos e diversis fontibus profectos: primus (ex quo Demetrius mortuus est Ol. 124, 1, et Antigonus nonnisi 34 annos regnat) tribus annis aberrat; alter (ex quo Demetrius captus est Ol. 123, 4, Antigonus regnum suscepit Ol. 126, 1) ad verum propius accedit, quamquam etiam ipse adulteratus est; de origine hujus computi dicemus in not. ad Regg. Syriæ; tertius denique sincerus computus est, ex quo Demetrius captus dicitur Ol. 123, 2, et initium Antigoni, si retro numeros Porphyrii supputaveris, incidit in Ol. 125, 4. Fieri potest ut Porphyrius diversos hos calculos notaverit quidem, non vero miscuerit. Diversorum enim auctorum sententias in medium prolatas esse colligas e fragm. 3, ubi Syncellus ait Antigonum Dosonem regnasse annis *duodecim*, secundum Diodorum vero annis *novem*. Quem utrumque calculum apud Eusebium ita confusum habes, ut regno Antigoni adscribantur quidem anni *duodecim*, Olympiades vero ita notentur, quasi *novem* tantum annis regnarit. Hoc igitur procul dubio excerptoris culpa factum est. — Restat ut de initio regni Antigoni Gonatæ apponam testimonium in Vita IV Arati p. 60 in Biogr. Westerm.: Παρέλαβε τὴν ἀρχὴν περὶ τὴν ρκε' Ὀλυμπιάδα (i. e. inter 481 Jul. — 476 Jul.). Cf. Vit. I Arati p. 54: Γέγονε δ' Ἀντίγονος κατὰ τὴν ρκε' Ὀλυμπιάδα. Quomodo fiat ut in Canone Eusebii 36 anni Antigono tribuantur, dixi in antecedentibus.

§ 9 *not.* 1. ἐτῶν δέκα] Cf. Polyb. II, 44 : Δημητρίου βασιλεύσαντος δέκα μόνον ἔτη καὶ μεταλλάξαντος τὸν βίον περὶ τὴν πρώτην διάβασιν εἰς Ἰλλυρίδα Ῥωμαίων (an. 229. Postumio Albino, Cn. Fabio coss.). Quod Eusebius dicit : ὃς καὶ πᾶσαν Λιβύην (i. e. omnem regionem quæ est inter Cyrenen et Ægyptum) ἔλαβε, Κυρήνης τε ἐκράτησε, idem sic habet Syncell. p. 271, B : Μακεδόνων τῷ ἐβασίλευσε Δημήτριος υἱὸς Ἀντιγόνου ἔτη ι'. Οὗτος Λιβύης πάσης καὶ Κυρήνης ἐκράτησε, τὴν πατρῴαν τε ἀρχὴν ἀνεκτήσατο. His diversa plane confunduntur. Nam Demetrius, qui Cyrenen abiit, non est noster rex, sed D. ὁ Καλὸς, Demetrii Poliorcetæ et Ptolemaidis filius, frater Antigoni Gonatæ, et ex Olympiade Larissæa pater Antigoni Dosonis. Vide Regg. Thess. fr. 5. Justin. XXVI, 3; Niebuhr. l. l. p. 231. Droysen. l. l. p. 215. 293. sqq.

§ 10. *not.* 1. Χρυσηΐδα] Cf. Etym. M.: Δώσων· οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ εἷς τῶν Ἀντιγόνων, ὁ υἱὸς Δημητρίου, ὃς ἔγημε Χρυσηΐδα τὴν μητέρα Φιλίππου τοῦ ὑπὸ Ῥωμαίων γενομένου... εἴρηται δὲ διὰ τὸ φιλότιμον καὶ διὰ τὸ πολλὰ διδόναι καὶ χαρίζεσθαι. Cognomen Φοῦσκος probabiliter est Macedonica vox, quæ quid significet, nescio. — οὐκ ἀνεθρέψατο] non ita educavit, ut Philippo eos opponeret, quasi regnum sibi vindicaturos. Nescio an hoc sensu auctor dixerit : οὐκ ἀντεθρέψατο. — 2. ιϛ'] Quomodo factum sit ut 12 anni pro *novem* Antigono tribuantur diximus supra. Laterculus Regg. Thess. h. l. recte habet annos *novem*; sed quod Porphyrius in Antigoni temporibus peccavit, idem auctor laterculi Regg. Thess. in Pyrrhi regno commisit. *Novem* annos etiam Diodorus ap. Sync. notavit (v. fr. 3). Antigonus post pugnam ad Sellasiam commissam citato itinere in Macedoniam reversus ibique cum Illyriis prœlio congressus τῇ μὲν μάχῃ κατώρθωσε, τῇ δὲ παρακλήσει καὶ κραυγῇ... ἐκθύμως χρησάμενος, εἰς αἵματος ἀναγωγὴν ἐμπεσὼν μετ' οὐ πολὺ νόσῳ τὸν βίον μετήλλαξε, Polyb. II, 70. Cf. Plutarch. Cleom. c. 27. 30. Pugna ad Sellasiam pugnata est circa mensem Junium an. 221. Olymp. 139, 3 exeunte. V. Droysen. II, p. 549. Ex Porphyrii numeris retro supputatis Philippus regnum suscepit initio anni 220. Idemque initium ex Polybio et Livio computari docet Clinton. II, p. 243. — 3. ἦν δὲ] sic correx. Niebuhr. pro vulgata ὁ δὲ. Deinde inseruí : ὁ δὲ Φίλιππος. Ceterum mentionem patris Antigoni non in fine, sed initio hujus segminis exspectabas. Turbatum aliquid esse, et Demetrii Pulchri mentionem ex alio loco huc translatam, ac primum nonnisi ad marginem adscriptam fuisse, inde colligis, quod alio modo hæc in græcis nostris, alio in latinis adornata sunt. Secundum latina in græcis post verba παρέδωκεν ἀποθνήσκων, pergendum fuisset hunc in modum : Ἦν δὲ τοῦ Δημητρίου υἱὸς, ὃν οἱ Μακεδόνες Καλὸν ἐπωνόμαζον, ὃς ἐτελεύτησε τῷ β' ἔτει τῆς ρλ' (ρλϐ'?) Ὀλυμπιάδος. Ἡ δὲ βασιλεία εἰς Φίλιππον μετῆλθεν, οὗ ἐπίτροπος καὶ ἐπιμελητὴς ὁ προειρημένος Ἀντίγονος ἦν, ὃς τελευτᾷ ἔτει δ' τῆς ρλϐ' Ὀλυμπιάδος, ἐπιτροπεύσας μὲν ἐπ' ἔτη θ', ζήσας δὲ πάντα

χωρὶς τοῦ ἐπιτρόπου ἀπὸ τῆς ρμ' Ὀλυμπιάδος ἄρχειν ἤρξατο· καὶ ἐβασίλευσεν ἔτεσιν ὅλοις δύο καὶ μ'· τελευτᾷ δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς ρνθ' (l. ρν') Ὀλυμπιάδος, νη' τὰ ὅλα βιοὺς ἔτη.

11. Περσεὺς δὲ υἱὸς τοῦ Φιλίππου Δημήτριον τὸν ἀδελφὸν ταῖς πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ διαβολαῖς ἀποκτείνας βασιλεύει ἔτεσι δέκα καὶ μησὶν ὀκτώ. Ἐπὶ γὰρ τῆς ρνθ' Ὀλυμπιάδος τοῦ τετάρτου ἔτους Λεύκιος Αἰμίλιος πρὸς (στρατηγὸς s. ὕπατος? :) τοὺς Μακεδόνας περὶ τὴν Πύδναν εἶλε κατὰ κράτος. Περσεὺς δὲ εἰς τὴν Σαμοθρᾴκην ἔφυγεν. Εἶτα ἑκουσίως παρέδωκεν ἑαυτὸν δέσμιον τοῖς πολεμίοις, κἀκεῖθεν εἰς Ἄλβην μετατεθεὶς καὶ τηρούμενος μετὰ πέντε ἔτη ἐτελεύτα.

12. Τὰ δὴ τῶν Μακεδόνων ἐπὶ τούτου κατελύθη. Καὶ αὐτοὺς Ῥωμαῖοι τότε μὲν αὐτονόμους ἀφῆκαν, αἰδούμενοι δόξαν ἀγαθὴν καὶ μέγεθος ἀρχῆς τῆς Μακεδόνων.

13. Ἔτει δὲ ἐννεακαιδεκάτῳ, ἐπὶ τῆς ρνζ' Ὀλυμπιάδος, εἰς ἔτος τρίτον, Ἀνδρίσκος τις υἱὸν ἑαυτὸν ψευσάμενος εἶναι Περσέως, καὶ Φίλιππον ἑαυτὸν μετονομάσας, καθ' (καὶ cod. παρ' Scal.) ὃ καὶ Ψευδοφίλιππος ἐκαλεῖτο, κρατεῖ Μακεδονίας, Θρᾳκας λαβὼν συμμάχους. Ἐνιαυτὸν δὲ κρατήσας, ἐκ παρατάξεως μὲν [ἡττηθεὶς] φεύγει εἰς τοὺς Θρᾳκας, ἔκδοτος δὲ παρ' ἐκείνων δοθεὶς ἀναπέμπεται δέσμιος εἰς τὴν Ῥώμην.

14. Ῥωμαῖοι δὲ Μακεδόνας ἀχαρίστους γενομένους, διὰ τὸ συλλαβέσθαι τῷ Ψευδοφιλίππῳ, ὑποφόρους ἐποίησαν, ἔτει τετάρτῳ τῆς ρνζ' Ὀλυμπιάδος. Γίνονται οὖν μετ' Ἀλέξανδρον τὸν μέγαν ἀπὸ τῆς ριδ' Ὀλυμπιάδος ἔτους δευτέρου, ἄχρι τῆς ρνζ' τετάρτου ἔτους, ἐν ᾧ κατεδουλώθησαν Μακεδόνες, τὰ πάντα ἔτη ροδ', ἔτους τῆς Μακεδονικῆς βασιλείας ροδ'.

15. α' Ἀριδαῖος ὁ καὶ Φίλιππος ἔτη ζ'.
β' Κάσσανδρος ἔτη ιθ'.
γ' Κασσάνδρου παῖδες ἔτη γ', μῆνας ς'.
δ' Δημήτριος ὁ Πολιορκητὴς ἔτη ς'.
ε' Πύρρος μῆνας ς' (l. ζ')
ς' Λυσίμαχος ἔτη ε', μῆνας ε' (supra ς').
ζ' Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς ἔτος α', μῆνας ε'.
η' Μελέαγρος (ἔτος α', quod dele), μῆνας β'.
θ' Ἀντίπατρος Λυσιμάχου (supra Φιλίππου) ἔτος α' (l. ὁ Ἐτησίας), ἡμέρας με'.
ι' Σωσθένης ἔτη β'.
ια' Ἀναρχίας ἔτος α' μῆνες β'. (aliter latin.)
ιβ' Ἀντίγονος ὁ Γονατᾶς ἔτη λδ'.
ιγ' Δημήτριος ὁ Καλὸς ἔτη ι'.
ιδ' Ἀντίγονος ὁ Φοῦσκος ἔτη ιϐ'.
ιε' Φίλιππος ἔτη μϐ'.
ις' Περσεὺς ἔτη ι', μῆνας η'.
ιζ' Αὐτονομίας ἔτη ιθ'.
ιη' Ψευδοφίλιππος ἔτος α'.

remoto regnum auspicatus est Olympiade 140, *tenuitque annis quadraginta duobus. Obiit denique secundo anno Olympiadis* 139 (l. 150), *annos octo et quinquaginta natus.*

11. *Philippi filius Perseus, Demetrio fratre interfecto, annis decem cum mensibus octo regnavit. Namque centesimæ et quinquagesimæ secundæ Olympiadis quarto anno Lucius Æmilius Macedonicas vires ad Pydnam fregit* (codex: *Leucippus et Acilius Macedonum Pydnæ oras vi occupaverunt*); *Perseus autem primum in Samothraciam confugit, mox se hostibus sponte dedidit, translatusque Albam sub custodia vitam agebat, donec post quinquennium decessit.*

12. *Macedonum res sub eo finem acceperunt: quamquam adhuc Romani liberis illis suique juris esse permiserunt, honoris ergo dignitatisque propter famam eximiam gloriosi victoriosique imperii Macedonum.*

13. *Sed enim post decimum nonum annum, qui fuit centesimæ et quinquagesimæ septimæ Olympiadis tertius, Andriscus quidam lepide se Persei filium dictitavit, adscito etiam Philippi nomine, unde et Falsus Philippus vocatus est. Is ope Thracum fretus Macedoniæ dominatum occupavit tenuitque anno uno, donec prælio superatus ad Thraces confugit, a quibus proditus, Romam vinctus traducitur.*

14. *Tunc demum Romani spretos Macedones, qui Philippo studuissent, stipendiarios eos fecerunt Olympiadis* 157 *anno quarto. Itaque post Alexandrum, regni quidem Macedonici, usque ad tempus quo id tributo subjectum est, atque ad Romanorum dominatum, ab Olympiadis* 114 *anno altero ad Olympiadis* 157 *annum quartum, numerantur omnino Olympiades quadraginta tres cum duobus annis; summa autem annorum est CLXXIV.*

15. *Reges vero Macedonum post Alexandrum Philippi fuerunt hi.*
1. *Aridæus idemque Philippus annis VII.*
2. *Cassander annis XIX.*
3. *Cassandri filii annis III, mensibusque VI.*
4. *Demetrius Obsessor annis VI.*
5. *Pyrrhus mensibus VII.*
6. *Lysimachus annis V, mensibusque V.*
7. *Ptolemæus Ceraunus anno I mensibusque V.*
8. *Meleager mensibus II.*
9. *Antipater Lysimachi* (supra *Philippi*), *diebus XLV.*
10. *Sosthenes annis II.*
11. *Interregni anni II.*
12. *Antigonus Gonatas annis XXXIV.* (cod. XXXIII.)
13. *Demetrius annis X.*
14. *Antigonus Physcus annis XII.*
15. *Philippus annis XLII.*
16. *Perseus annis X, mensibusque VIII.*
17. *Libertatis cum legibus propriis anni XIX.*
18. *Falsus Philippus anno I. Post quos Romani.*

ἔτη μϐ'. Vertit hæc Niebuhrius, monetque fieri non potuisse ut Demetrius Pulcher diem obierit Ol. 130, 2. Scribendum esse censet Ol. 132, 2, suffragante Droysenio l. l. II, p. 248. 314.

(5.)

Eusebii Chron. Armen. p. 180 sqq. ed. Mai :

THESSALORUM REGES.

1. *Thessali et Epirotæ diu paruerunt iisdem qui Macedonibus præsidebant; a Romanis autem libertatem cum jure utendi suis legibus adepti sunt post Philippum in Thessalia armis Titi Romanorum ducis profligatum. Sed et ipsi demum stipendiarii Romanorum facti sunt eadem qua Macedones causa.*

Jam vero post obitum Alexandri his quoque Aridæus, qui et Philippus, imperavit annis septem. Huic successit Casander Epirotarum et Thessalorum rex annis novemdecim. Tum Philippus ejus filius mensibus (cod. h. l. *annis*) *quattuor. Deinde et hujus fratres Antipater et Alexander annis duobus mensibusque sex. Item Demetrius Antigoni* (cod. *Antipatri*) *annis sex totidemque mensibus. Postea Pyrrhus annis quattuor totidemque mensibus* (infra : *tribus annis quattuor mensibus*). *Deinde Lysimachus Agathoclis annis sex. Mox et Ptolemæus cognomento Ceraunus anno uno mensibusque quinque. Quem excepit Meleager mensibus duobus. Post quem Antipater Lysimachi quinque et quadraginta diebus. Post quem Sosthenes anno uno. Consecutum est interregnum duobus annis et mensibus totidem. Exin dominatus est Antigonus Demetrii annis triginta quattuor, mensibusque duobus. Circa hos annos Pyrrhus receptis in deditionem Antigoni copiis, paucisque locis potitus, prælio deinde Derdii a Demetrio filio Antigoni debellatus est* (1) *rebusque exutus. Brevi tempore post, exstincto Antigono, regnavit ejus filius Demetrius annis decem. Post hunc Antigonus Demetrii ejus, qui Cyrenen profectus est, et Olympiadis, filiæ Polycleti Larissæi, annis novem. Hic Achæis suppetias validas ferens Cleomenem Lacedæmoniorum tyrannum prælio superavit, Spartanosque libertate donavit, ac divinos prope honores apud Achæorum gentem promeritus est. Post hunc Philippus Demetrii regnavit annis XXIII cum mensibus novem* (2) : *tum prælio in Thessalia a Tito duce Romani exercitus debellatus est. A Romanis autem libertatem potestatemque utendi suis legibus acceperunt Thessali itemque reliqui Græci qui vectigal Philippo pendebant.*

2. *Et primo quidem anno* (3) *nulli principes in Thessalia fuerunt; deinceps vero principes annui suffragiis publicis legi cœperunt. Primus autem creatus est Pausanias Echecrati Pheræus* (4). *Deinde Amyntas Cratis Pierius* (5), *quo imperante Titus Romam reversus est. Deinde Æacides Calliæ Metropolitanus. Deinde Epidromus Andromachi Larissæus, mensibus octo; reliqua autem ejus anni parte Eunomus Polycleti Larissæus, mensibus quattuor. Rursus* (6) *Eunomus anno uno. Deinde Æaci-*

Fragm. 5. Locum hunc adscripsimus, etsi non est Porphyrii. Cujusnam sit, nescio. Fortasse et Thallo fluxit, quem inter fontes suos Eusebius recenset — 1. *Prælio deinde Derdii* (*Derdiæ* Aucher.) *a Demetrio filio Antigoni debellatus est.*] Justinus XXVI, 2 : *Antigonus... bellum Atheniensibus infert. In quo quum occupatus esset, interim Alexander, rex Epiri, ulcisci mortem patris Pyrrhi cupiens, fines Macedoniæ depopulatur. Adversus quem quum reversus a Græcia Antigonus esset, transitione militum destitutus, regnum Macedoniæ amittit. Hujus filius Demetrius puer admodum, absente patre, reparato exercitu, non solum amissam Macedoniam recipit, verum etiam Epiri regno Alexandrum spoliat.* Eusebius pro Alexandro Pyrrhum nominans male excerpsisse auctorem suum videtur. Quod deinde Justinus et Eusebius dicunt Demetrium illum fuisse filium Antigoni Gonatæ, id negat Droysenius II, 179, 214. Nam matrem Demetrii Philam, Seleuci I filiam, non nupsisse Antigono antequam bellum inter Antigonum et Antiochum fuisset compositum (an. 278), adeo ut Demetrius victor (circ. an. 266) vix duodecimum ætatis annum egisset. Itaque intelligendum esse censet Demetrium fratrem Antig. Gonatæ, vel potius Demetrium τὸν Καλόν. Ceterum nihil video cur Antigonus Philam ducere non potuerit antequam controversiæ cum Antiocho conflarentur. *Derdium* vel *Derdia*, Macedoniæ locus aliunde non notus. *Derdas*, virorum Macedonum nomen, sæpius obvium. V. Steph. Thes. s. v. et Droysen. II, p. 215. — 2. *annis XXIII cum mensibus novem*] codex h. l. *annis III c. m. novem.* Sed infra recte annis XXIII etc. Pertinent hi ab anno 220 Jan. usque ad 197 Sept. sive ad Olymp. 145, 4 mens. tertium. Pugna ad Cynoscephalas ex Livii narratione pugnata esse debet circa mens. Junium anni 197, sive exeunte Olymp. 145, 3. Noster auctor illos annos 23 novemque menses usque ad pacem constitutam numerasse videtur. — 3. *Primo quidem anno*] i. e. Olymp. 146, 1, non vero 145, 4, ut Niebuhrius p. 243 computat; nam infra Philippus diem obiisse dicitur Ol. 152, 2, anno Phyrini, qui decimus septimus erat Thessalorum præfectus : unde sequitur primum præfectum creatum esse Ol. 146, 2. 195. Quanquam initium anni Olympici non idem fuerit cum initio anni Thessalici. — 4. *Pausanias Pheræus*] Pausaniam Pheræum, principem civitatis, Livius XXXVI, 9 in rebus anni 191 memorat; hunc eundem esse cum nostro censet Niebuhr. p. 243. — 5. *Pierius*] *Pierensis* Aucher. Monet Niebuhrius Pierios Philippo paruisse. Probabiliter indicari urbem Thessalicam; fortasse eam, quam Stephanus memorat : Πηρεία, Θεσσαλίας χωρίον, τὸ ἐθνικὸν Πηρεύς. Titus *veris initio* anni 194 Elatea Corinthum profectus est, ubi conventum edixerat. Deinde Elateam rediit. Post hæc in Chalcidem profectus est, ibique conventum Euboicarum civitatium habuit. Quibus peractis, Demetriadem se contulit, *ubi non liberandæ modo civitates erant, sed ex omni colluvione et confusione in aliquam tolerabilem formam redigendæ.* Dehinc in Epirum abiit, unde in Italiam trajecit. Sic Livius XXXIV, 48 sqq. Hinc facile colligitur, e Thessalia Titum proficisci non potuisse ante mens. Julium an. 194, sive ante init. Ol. 146, 3, qui annus est Æacidæ præfecti (non vero 146, 3, ut Niebuhr. putavit). — 6. *Rursus*] i. e. primum suffectus est in quattuor menses anni, Ol. 147, 1, cujus eponymus Epidromus erat. Deinde in annum sequentem creatus, Ol. 147, 2. 192, cujus ipse erat eponymus.

des Calliæ Metropolitanus anno altero (7). *Deinde Pravilus* (infra *Praviles*) *Phaxiæ Scotussæus. Deinde Eunomus Polycleti Larissæus anno altero. Deinde Androsthenes Idalii Gyrtonius. Deinde Thrasymachus Alexandri Atracius* (*Artacius* cod.). *Deinde Leontomenes Damothonis* (8) *Pheræus. Deinde Pausanias Damothonis Pheræus* (9). *Deinde Theodorus Alexandri Argivus* (10). *Deinde Nicocrates Phaxini Gortynensis* (11). *Deinde Hippolochus* (12) *Alexippi Larissæus. Deinde Phyrinus Aristomenis Gomphensis.*

3. *Eo anno Philippus rex obiit in Macedonia, potestate in filium Perseum translata. Is Thessalis imperaverat, uti dictum est, annis* [*viginti*] *tribus cum mensibus novem, Macedonibus autem annis omnino quadraginta duobus et mensibus novem* (13). *Jam vero a centesimæ et quartæ decimæ Olympiadis anno altero, quo tempore rebus præpositus est Philippus* (*Aridæus*), *usque ad Philippum Demetrii exstinctum, cujus obitus incidit in centesimæ et quinquagesimæ Olympiadis annum alterum, cum quinque mensibus, conflantur anni CXLIV, mensesque quinque* (i. e. 323 Juli — 179 Dec.).

Thessalorum regum summa.

1. *Aridæus idemque Philippus, annis VII.*
2. *Cassander annis XIX.*
3. *Philippus mensibus IV.*
4. *Antipater et* (codex : *Antipater qui et*) *Alexander annis II et mensibus VI.*
5. *Demetrius annis VI et mensibus VI.*
6. *Pyrrhus annis III et mensibus IV.*
7. *Lysimachus annis VI.*
8. *Ptolemæus idemque Ceraunus anno I et mensibus VII* (supra : *mss. V*).
9. *Meleager mensibus II.*
10. *Antipater diebus XLV.*
11. *Sosthenes anno I.*
12. *Interregnum annis II et mensibus II.*
13. *Antigonus annis XXXVIII* (leg. XXXIV ut supra) *et mensibus II.*
14. *Demetrius annis X.*
15. *Antigonus annis IX.*
16. *Philippus annis XXIII et mensibus IX.*

Deinde copiarum duces hi :

1. *Pausanias.* (Ol. 146, 2. 195.)
2. *Amyntas.* (Ol. 146, 3. 194.)
3. *Æacides.* (Ol. 146, 4. 193.)
4. *Epidromus.* (Ol. 147, 1. 192.)
5. *Eunomus.* (Ol. 147, 2. 191.)
6. *Æacides alter.* (Ol. 147, 3. 190.)
7. *Praviles.* (Ol. 147, 4. 189.)
8. *Eunomus alter.* (Ol. 148, 1. 188.)
9. *Androsthenes.* (Ol. 148, 2. 187.)
10. *Thrasymachus.* (Ol. 148, 3. 186.)
11. *Leontomenes.* (Ol. 148, 4. 185.)
12. *Pausanias.* (Ol. 149, 1. 184.)
13. *Theodorus.* (Ol. 149, 2. 183.)
14. *Nicocrates.* (Ol. 149, 3. 182.)
15. *Hippolochus.* (Ol. 149, 4. 181.)
16. *Cleomachides.* (Ol. 150, 1. 180.)
17. *Phyrinus.* (Ol. 150, 2. 179.)

Philippus. (Ol. 150, 2. 179 exeunt.)

Hujus *Epidromi prætoris Thessalorum* in rebus an. 192, meminit Livius XXXV, 39. — 7. *anno altero*] infra : *Æacides alter*. Dicere voluit : *Æacides* iterum, δεύτερον vel αὖθις. — 8. *Laontomenes* codex. Alterum nomen *Damothonis*, fuerit Δαμοθόου. Nomen Δαμοθοΐδας occurrit ap. Pausan. IV, 24, 1. — 9. *Pheræus*] Ex Aucheri vers. additum — 10. *Argivus*] Maius Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν prætoris hujus patriam fuisse censet. Niebuhr. mavult intelligere Ἄργος τὸ Ὀρεστικόν; addens tamen apud Stephanum etiam Argos Thessalicum memorari; fortasse etiam pro *Argivus* fuisse *Atracius*. — 11. *Gortynensis*] *Cortunensis* ed. Ven. *Colunensis* ed. Mediol. Hoc si verius est, Niebuhrius proponit *Cytinensis*. (St. B. : Κύτινα, πόλις Θεσσαλίας. Ὁ πολίτης Κυτιναῖος). — 12. *Hippolochus*] Idem, ut videtur, cum eo, cujus Livius meminit XXXVI, 9 (ad an. 191). In seqq. nomen *Phyrinus* vix genuinum est. — 13. *quadraginta duobus et mensibus novem*] Chronologia postulabat ut scriberetur *quadraginta et uno* etc. Nam post Philippi annos 23, menses 9, recensentur 18 anni libertatis, quorum postremo moritur Philippus; unde summa efficitur an. 41, m. 9; qui pertinent ab an. 220 Jan. usque ad 179 exeunt. sive Ol. 152, 2, ut ipse auctor dicit rectissime. — Ceterum huc usque Eusebius prætores Thessalicos recensuit, quod Macedonicorum regum chronologiæ illustrandæ essent. Nam postea quoque Thessalorum prætores creatos esse, exemplis demonstrat Niebuhrius p. 246.

	EXC. BARB.	SAMUELIS.	EUSEBIUS, p. 256.	EUSEBII CANON.		REGG. THESS.	PORPHYRIUS.		NUMERI CORRECTI.		
	Anni.	Anni.	Anni.	Olymp.	Anni.	Anni.	Olymp.	Anni.	Olymp.	A. Chr.	Anni.
Philippus III Aridæus	7 »	7 »	7 »	144,2	7 »	7 »	114,2 — 115,4	7 »	114,2 — 115,4	323 Juli. 13.	7 »
Olympias et Cassander	19 »	19 »	19 »	116,1	19 »	19 »	116,1 — 120,3	19 »	116,1 — 120,4	316 Juli.	19 »
Philippus IV	4 »	4 »	4 (gr. 3.)	120,4	4 »	» 4	120,4 — 121,3	3 6	120,4 — 121,3	297 Juli.	3 [3]
Antipater et Alexander						2 6					
Demetrius I	5 »	5 »	6 »	121,4	5 »	6 6	121,4 — 123,1	6 »	121,3 — 123,1	294 Oct.	6 6
Pyrrhus	6	» 7	» 7	123,1	» 7	[3] 4	123,1 »	» 7	123,1 »	287 April.	» 7
Lysimachus	5 »	5 7	5 »	123,2	5 »	6 »	123,2 — 124,3 m. quinto.	5 7	123,2 — 124,3	287 Nov.	5 7
Ptolemæus Ceraunus	2 »	1 9 (l. 5).	1 »	124,3	2 »	1 5	124,4 — 125,1 m. quintam.	1 5	124,3 — 125,1	281 Juni.	1 5
Meleager	» 7	» 2	» 2	»	» 2	» 2		» 2	125,1 »	280 Nov.	» 2
Antipater	» 2	» 1 ½	» 1 ½	»	» 1 ¼	» 1 ½		» 1 ½	125,1 »	279 Jan.	» 1 ½
Sosthenes	2 »	2 »	2 »	125,1	2 »	1 »	124,4 — 126,1	2 »	125,1 »	279 Feb.	1 »
Interregnum	» »	» »	» »	»	» »	2 2		2 »	125,2 »	278 »	2 »
Antigonus Gonatas	35 »	36 »	36 (gr. 44)	125,3	36 »	34 2	126,1 — 135,1	34 »	125,4 — 135,1	276 Jan.	37 »
Demetrius II	10 »	10 »	10 »	134,2	10 »	10 »	» »	10 »	135,1 — 137,4	239 Jan.	10 »
Antigonus Doson	15 »	15 »	15 (gr. 12.)	137,1	15 »	9 »	» 139,4	12 »	137,4 — 139,4	229 Jan.	9 »
Philippus V	5* »	42 »	42 »	140,4	42 »	41 9	» »	42 »	139,4 — 150,2	220 Jan.	41 9
						144 5 ½					
Perseus	10 »	10 »	10 (gr. 9.)	151,2	10 »	» »	» »	10 8	150,2 — 152,4	179 Oct.	10 8
Prœlium ad Pydnam	» »	» »	» »	»	» »	» »	152,4 »	» »	152,4 »	168 Jun. 22.	
Libertatis anni	» »	» »	» »	»	19 »	» »	» »	19 »	152,4 — 157,3	168 — 149	19 »
Pseudophilippus	» »	» »	» »	158,3	1 »	» »	» 157,4	1 »	157,4 »	149 — 148	1 »
							« *Summa* :	174 »			174 ½
							i. e. $\frac{323}{322} - \frac{149}{148}$				

6.

Scaliger Exc. Eus. p. 61. Cramer. An. Par. II, p. 125 :

Ἀσίας καὶ Συρίας βασιλεῖς οἱ μετὰ τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον.

1. Φιλίππου τοῦ [καὶ] Ἀριδαίου ἕκτον ἔτος κατέχοντος (ἄγοντος Scal.) τῆς βασιλείας ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς πεντεκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος ἔτει τρίτῳ Ἀντίγονος ὁ πρῶτος ἐβασίλευσε τῆς Ἀσίας καὶ ἦρξε μὲν ἔτεσιν ἐκτωκαίδεκα, τὰ πάντα βιώσας ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα (1). Φοβερώτατος δὲ τῶν τότε βασιλέων γέγονε· καὶ θνήσκει περὶ τὴν Φρυγίαν, πάντων αὐτῷ διὰ φόβου τῶν δυνατῶν ἐπὶ αὐτὸν ἰόντων, τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑκατοστῆς ἐνδεκάτης Ὀλυμπιάδος (2).

2. Ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Δημήτριος φυγὰς εἰς τὴν Ἔφεσον διεσώθη· καὶ τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἀποστάλεις, πάντων δεινότατος βασιλεὺς ἔδοξεν εἶναι ἐν τῇ πολιορκίᾳ· ἀφ' οὗ δὴ καὶ Πολιορκητὴς ἐπικλήθη. Βασιλεύει δὲ καὶ αὐτὸς ἔτη ιζ'. (Excidit folium.)

[Syncell. p. 273, D : Δημήτριον τὸν Πολιορκητὴν ὁ Σέλευκος λαβὼν ἐν Κιλικίᾳ βασιλικῶς τηρεῖσθαι προσέταξεν, ἕως θανάτου ὑπὸ χεῖρα τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν κτησάμενος.]

6.

Eusebii Chronicon Armenicum ex versione Ang. Maji, p. 183 :

Asianorum et Syrorum reges.

1. *Quum Philippus Aridæus sextum jam regni annum exigeret, centesimæ et quintæ decimæ Olympiadis tertio anno, Antigonus primus imperavit Asiaticis, regnavitque annis XVIII, donec octogesimo ætatis anno consumptus est. Hic omnium regum per id tempus multo horrendissimus fuit, perilitque in Phrygia, exercitibus (δυνάμεων pro δυνατῶν) undique, qui ab eo sibi timebant, in eundem irruentibus, centesimæ et decimæ nonæ Olympiadis quarto anno.*

2. *Ejus vero filius Demetrius, fuga se propripiens Ephesum, saluti consuluit, Asia cuncta alveo deficiente. Hic quidem omnium regum acerrimus in obsidendis urbibus visus est, ideoque Obsessoris cognomen retulit. Regnavit annis septemdecim, vixit omnino quattuor supra quinquaginta. Centesimæ vigesimæ Olympiadis primo anno cum patre regnaverat [jam] biennio (1), quod item tempus ad annos ejus imperatos septemdecim pertinet. Captus a Seleuco ductus est in Ciliciam centesimæ et vigesimæ [tertiæ] Olympiadis (2) quarto anno, al-*

Fragm. 6 § 1, *not.* 1. ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα] *octoginta* in lat. mss. Sec. Hieronymum Cardianum (fr. 3, tom. II, p. 453) ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα. Fortasse legitur apud Porphyrium legendum ἓξ καὶ ὀγδ. Sev. Appian. Syr. c. 55 moritur ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη γεγονώς. Quæ sequuntur, φοβερώτατος κτλ., ea in caput de regibus Macedonum transtulit ineptque detorsit Syncellus (vide fr. 3). — 2. τετάρτῳ ἔτει Ὀλ. ρθ'] Pugna ad Ipsum inciderit in initium Olymp. 119, 4 (an. 301 ærat.). V. Diodor. XX, 113. Clinton. ad an. 301. Chronologus noster totum hunc annum numerat Antigono; nam si usque ad pugnam ad Ipsum octodecim regni anni complevisset, initium caderet in Olymp. 115, 2. 319, sive in quintum, non vero in sextum annum Aridæi. Igitur regnum Antigoni pertinet ab initio Olymp. 115, 3 usque ad finem Olymp. 119, 4 (318 Jul. — 301 Jul.). Cetcrum cur τῆς βασιλείας initium referatur ad an. 318, mirari licet. Droysenius *Hellen.* I, p. 697 causam rei in eo invenit, quod an. 318 Eumenes Asia occidentali Antigono cesserit. Accuratius, puto, tempus, a quo tanquam Asiæ regem Antigonus se gesserit, indicat Diodorus XVIII, 73, ubi narrato prælio navali, quo Clitum Antigonus oppressit (an. 318 ærat. vel auct.), subjicit hæc : Ἀντίγονος μὲν οὖν τηλικαύτῃ συμφορᾷ περιβαλὼν τοὺς πολεμίους μεγάλην ἐπὶ στρατηγίᾳ καὶ συνέσει δόξαν ἀπηνέγκατο. Θαλαττοκρατήσας δὲ ἐπεύδε καὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἡγεμονίαν ἀδήριτον περιποιήσασθαι.

§ 2. *not.* 1. *cum patre jam regnaverat biennio*] Regis nomine Demetrium salutaverat anno 306 post victoriam ad Salaminem, uti constat (Plutarch. Dem. 18, 1). Sed hoc nihil ad nos. Secundum Plutarchum (Dem. c. 28) Antigonus, quum hostes jam in propinquo essent, fatum præsentiens, τὸν υἱὸν ἀπέδειξε τῷ πλήθει καὶ συνίστησε διάδοχον. Hoc sec. Plutarchum paucis diebus ante pugnam ad Ipsum Ol. 119, 4 factum est. Droysenius I, p. 697 statuit hoc factum esse postremis diebus Olymp. 119, 3, atque chronologum totum hunc annum tanquam primum Demetrii annum numerasse; secundum vero annum quod cum patre regnaverit, intelligit paucos illos dies qui labuntur usque ad proelium commissum Ol. 119, 4; nam totum hunc annum a Porphyrio tribui adhuc Antigono. Sed vereor ne sic argutius quam verius pauci dies in biennium chronologicum extrahantur. Loco fuisse debent qui Demetrium cum patre *vivente* per duos fere annos regnasse tradiderint; quamquam de hoc altitudo non magis constat, quam de βασιλείας annis ab Olymp. 115, 3 numerandis. Nam sic demum quæ de septemdecim annis Demetrii traduntur cum vera chronologia conciliari possunt. Nimirum supra vidimus captum esse Demetrium Ol. 123, 2. 286 Jan.; hinc si septemdecim annos numeraveris, initium cadit in Ol. 119, 1. 303 Jan. Jam vero facillime accidit, ut aliquis Demetrii annos illos septemdecim inde ab morte Antigoni numeraret, ideoque Demetrium captum diceret Ol. 123, 4. 285 Jun. Ejusmodi errorem in fontibus suis Porphyrius invenit atque enotavit. Atque hinc pendet alter error in regibus Macedonum (fr. 4), ubi decem annos quos inter Demetrii captivitatem et Antigoni Gonatæ regnum, ita ponitur ut exeat in Ol. 126, 1. 275 Jan. Ex iis quæ in antecedentibus Porphyrius dicit, illud quod de anno quo captus sit legitur, explicationem non admittit. Nam etiamsi *biennium* illud ex Droysenii ratione accipere velis, tamen Ol. 124, 4 non esset decimus septimus, sed duodevicesimus Demetrii annus. — De tertio errore, ex quo Demetrius mortuus esse dicitur Ol. 125, 4, quemque etiam apud Plutarchi auctorem et Appianum deprehendimus, dixi supra. Niebuhrius *Kl. Schrift.* p. 223 posteriorem numerum mutari voluit in Ol. 124, 2, totumque hunc locum in Græcis Porphyrii ita fere habuisse statuit : Καὶ βιοῦ μὲν ἔτη νδ', βασιλεύει δὲ ἔτη ιζ', μόνος μὲν ἀπὸ τῆς Ὀλ. ρα', ἔτους α', συναριθμεῖται δὲ αὐτῷ ὁ χρόνος δυοῖν ἐτῶν, ἃ σὺν τῷ πατρὶ ἐβασίλευσε. Καὶ ἥλω ὑπὸ Σελεύκου ἐν Κιλικίᾳ Ὀλ. ρκγ' ἔτει δ', βασιλικῶς τε φυλαχθεὶς τῷ β' ἔτει τῆς ρκδ' Ὀλ. ἀπέθανεν.

4. [Syncell. p. 263, C : Πτολεμαῖος ὁ Λάγου πρῶτος τῆς Αἰγύπτου μετὰ Ἀλεξανδρον βασιλεύσας ἔτη μ΄, ἐλθὼν εἰς Παλαίγαζαν συνάπτει μάχην Δημητρίῳ τῷ Ἀντιγόνου, καὶ νικήσας ἀναδείκνυσι Σέλευκον βασιλέα Συρίας καὶ τῶν ἄνω τόπων. Σέλευκος δ' ἀναβὰς μέχρι Βαβυλωνίας καὶ κρατήσας τῶν βαρβάρων βασιλεύει ἔτη λδ΄· διὸ καὶ Νικάνωρ ἐπικλήθη.]

que apud illum regio more in liberali custodia habebatur, donec quarto anno Olympiadis vigesimæ quartæ supra centesimam obiit. Hunc exitum Antigoni et Demetrii res habuerunt.

3 *Jam vero Lydorum regionibus qua ad Thraciam pertinent imperavit Lysimachus, superioribus autem partibus Syriæque Seleucus : quorum uterque jam inde a primo anno Olympiadis centesimæ et quartæ decimæ eas dominationes obtinuit. Sed enim Lysimachi res prætermittere satius est ; a Seleuco autem quid quave ratione actum sit narrabimus.*

4. *Ægypti primus rex Ptolemæus Veterem Gazam delatus Demetrium Antigoni filium superavit : quo facto regem Syriæ et superioribus partibus Seleucum imposuit. Tum vero Seleucus inter Barbaros ulterius processus, victoria regnum confirmavit, ex eaque dictus est Nicanor (seu Victor), sceptroque potitus est annis triginta duobus, orsus videlicet a centesimæ et decimæ septimæ Olympiadis anno primo, deinceps usque in centesimæ et vigesimæ quartæ annum quartum, vita ad annum usque septuagesimum quintum producta, quo insidias a familiari suo Ptolemæo, cognomento Ceraunno, passus interiit.*

---

5. *Successit filius Antiochus ex Apame (1) Perside, superius appellatus Soter (nempe Servator), qui centesimæ et vigesimæ nonæ Olympiadis anno primo obiit, postquam annis LXIV vixerat ; regnaverat autem annis XIX a centesimæ et vigesimæ quintæ Olympiadis primo anno, usque ad tertium vigesimæ nonæ supra centesimum. Nati sunt ei e Stratonice Demetrii masculus Antiochus et feminæ Stratonice atque Apame, quorum Apamen Magas (2) duxit uxorem, Stratonicen autem rex Macedoniæ Demetrius.*

6 *Prædicto Antiocho Soteri vita functo successit in imperium Antiochus cognomento Deus, orsus a centesimæ et vigesimæ nonæ Olympiadis quarto anno, vitamque annis adhuc XV (cod. XIX) propagans : is implicitus in morbum decessit Ephesi (1) centesimæ et trigesimæ quintæ (l. tertiæ) Olympiadis tertio anno, postquam annis omnino quadraginta vixisset. Filios suscepit duos Seleucum, cognomento Callinicum, et Antiochum (2), filiasque duas e Laodice Achæi (3), quarum alteram Mithridates, alteram Ariarathes (4) duxerunt uxores.*

---

§ 5. *not.* 1. *Apame*] Apamen hanc *Artabazi* filiam dicit Strabo XII, p. 578 ; *Spitamenis* filiam Arrianus Exp. VII, 4, et Malala p. 198 (ubi codd. Ὑθαμένην). Cf. Droysen. I, p. 606. — 2. *Magas*] Nomen hoc in cod. Arm. abiit in *Darao*. Pausanias I, 7, 3 : Μάγας ἤδη γυναῖκα ἔχων Ἀπάμην Ἀντιόχου τοῦ Σελεύκου θυγατέρα ἔπεισεν Ἀντίοχον παραβάντα ἃς οἱ ὁ πατὴρ Σέλευκος ἐποιήσατο συνθήκας πρὸς Πτολεμαῖον ἰλαύνειν εἰς Αἴγυπτον. Hanc *Apamen* Justinus XXVI, 3 *Arsinoen* vocat. Errat Hyginus Poem. astron. II, 24, ubi de hujus Arsinoes et Magæ filia, Berenice, Ptolemæi III uxore, legantur hæc : *Ptolemæus Berenicen, Ptolemæi et Arsinoes filiam, sororem suam, duxit uxorem.* V. Droysen. II, p. 214.

§ 6. *not.* 1. *Ephesi*] Non Ephesi, sed in propinqua aliqua urbe Antiochum obiisse Droysenius (II, p. 339) censet, quod Ephesum tunc Ægyptii tenuerint. — 2. *Antiochum*] *Antigonum* codex et h. l. et in seqq. Est Antiochus Hierax. — 3. *Laodice Achæi*] Aliter, sed falso, Polyæn. VIII, 50 : Ἀντίοχος ἔγημε Λαοδίκην ὁμοπάτριον ἀδελφήν. Cf. Appian. Syr. 65. Hieronym. in Daniel. c. XII, 5. Achæum tanquam ducem copiarum Seleuci Nicatoris commemorat Polyæn. IV, 17, una cum Andromacho, qui ejus filius fuisse putandus est, ipsoque filium Achæum habuit. Achæi senioris filia altera erat Antiochis, mater Attali I. Vid. Strabo XIII, p. 624, A. Niebuhr. l. l. p. 228 ; Droysen. l. l. II, p. 317. 321. 339 sqq., et de juniore Achæo idem p. 56. 61. 428. 521. 532. Quod ad Laodicen attinet, haud semel cum aliis ejusdem nominis feminis confusa est. Distinguendæ sunt, ut Niebuhrius p. 363 docet, hæ : *Laodice I*, uxor Antiochi Θεοῦ, filia Achæi. — *Laodice II*, uxor Seleuci II, filia Andromachi, neptis Laodices I. — *Laodice III*, uxor Mithridatis, filia Laodices I. — *Laodice IV*, uxor Antiochi III, filia Laodices III. — *Laodice V*, soror Laodices IV, quam Mithridates primum Hierac[i] destinasse videtur, post cladem ejus Achæo II dedit. — 4. *Ariarathes*] *Arathes* codex. Quod mutavi, quanquam formam Ἀράθης præbent etiam libri Maccab. I, 15, 22. Filia Ariarathæ desponsa est Stratonice, teste Diodoro XXXI, 19, 6. De nomine filiæ alterius, quæ Mithridati IV nupsit (an. 242 sec. Droys. p. 353), non constat. Matrimonium commemorat Justinus XXXVIII, 5, ubi Mithridates Eupator dicit : *Phrygiam... quam et proavo suo Mithridati Seleucus Callinicus in dotem dedisset.*

7. Post eum major natu Seleucus, cognomento ut diximus Callinicus, regnum tertio anno Olympiadis centesimæ et trigesimæ tertiæ auspicatus est, tenuitque ad alterum usque annum centesimæ et trigesimæ

§ 7. *not.* 1. XXI] Sic etiam Sulpicius Severus II, 28 : *Post hunc Seleucus filius cognomine Callinicus annis unum et viginti.* Malala (ex Pausania chronographo) p. 229 Bonn. Callinico tribuit annos 24. Verum is quum a Callinici regno statim transeat ad annos 36 Antiochi Magni, intelligitur annis 24 Seleuci II comprehendi annos tres Seleuci Cerauni : adeo ut Callinico item 21 anni relinquantur. Contra Canon astron. et Euseb. in Can. nonnisi 20 annos ei assignant. Neque plures ipse Porphyrius exputat Olympiadum annis 133, 3—138, 2. Statuendum igitur complevisse Seleucum annos 20, currente vicesimo primo diem obiisse. Ceterum quæ de Seleuci temporibus ex ubere fonte pauca Eusebius deprompsit, et quæ Justinus ex Trogo miscellus breviator contraxit, cum prologo Trogi ad lib. XXVII aliisque nonnullis hic illic sparsis testimoniis, fere omnia sunt quæ de gravissima hac Seleuci et Antiochi Hieracis historia comperta habemus. Data opera eam refingere studuit Niebuhrius l. l. p. 267 sqq. Ita tamen hoc fecit, ut ordinem rerum et apud Justinum et apud Porphyrium vel ejus Excerptorem perturbatum esse censeret. Deinde idem argumentum retractans Droysenius (II, p. 349 sqq.), adornationem historiæ qualem Niebuhrius dederat, prorsus reliquit; idque sane jure merito; nam chronologicam rerum seriem haud recte a viro ἱστοριχωτάτῳ constitutam esse, ex iis quæ Droysenius p. 356 affert, nemo non intelligit. Ipse tamen etiam Droysenius non Justinum solum sed Porphyrium quoque et Trogum tempora rerum miscuisse putat. At fefellit, opinor, virum doctissimum speciosa Niebuhrianæ conjecturæ probabilitas. Qua remota, nihil est cur Porphyrium et Trogum, nec non, si unum vel alterum exceperis, Justinum, seriem rerum pervertisse censeamus. Igitur historiam Seleuci paucis delineabo, ita ut ordinem, quem ipsi testes suppeditant, nusquam relinquam — [Ol. 134, 3—134, 4. 246—244] Ptolemæi III contra Seleucum bellum, ex quo revocatur *domestica seditione.* — [243] *Post discessum Ptolemæi adversus civitates quæ defecerant ingentem classem comparat... Classem naufragio amittit...* Plurimæ Asiæ *civitates imperio ejus se restituunt.* Justin. XXVII, 2. — [242] Antiochum duobus prœliis in Lydia vincit. *Porphyr.* — 242. Callinicopolin condit. Chron. Alex. ad Olymp. 134, 1 (244 a. C.) : Ἐπὶ Κατούλλου καὶ Ἀλβίνου (qui coss. erant a. 242) Σέλευκος Καλλίνικος Καλλινικόπολιν κτίζει (Consulum nomina, non vero Olympiadis annos verum rei tempus indicare ex aliis Chronici locis colligitur. Cf. fragm. 7, § 2 not. 5.) — Mithridates Antiochi partibus accedit. Eo socio et Gallorum operâ utens Antiochus fratrem clade afficit ad Ancyram. *Porphyr.* Cf. Trogus Prolog. XXVI : *Seleucus Ancyræ victus est a Gallis.* Phylarch. (fr. 29) ap. Athen. XIII, p. 593, E : Μόλις ἐκ τῆς φυγῆς διεσώθη. Polyæn. IV, 10, 6 narrat Seleucum mutata veste fugisse usque in Ciliciam. Ἐπεὶ δὲ πολὺ πλῆθος συνῆλθεν ἱππέων καὶ πεζῶν, τότε τὴν βασιλικὴν στολὴν ἀναλαβών, ἑαυτὸν τοῖς στρατιώταις ἔδειξεν. Antiochus aliquantisper credebat Seleucum cecidisse, testante Plutarch. Moral. p. 489, A. Fugam istam Porphyrius significat verbis : *profligatus evanuit.* De Myste amica prælio capta, deinde per Rhodios, qui captivam emerant, Seleuco restituta, v. Polyæn. VIII, 61. Ceterum hujus pugnæ memoriam cum alio prælio confudit Justinus. V. infra. — Ol. 134, 4. 241. Asia minore ejectus Seleucus, recollectis viribus, Syriam tutari studet, novosque reprimere conatus Ptolemæi, qui (Seleuco in Asia occupato) Damascum occupaverat atque Orthosiam obsidione cingebat. Urbem obsessam Seleucus liberavit. *Porphyr.* Deinde vero clades ab Ægyptiis passus esse videtur. Nam Justinus XXVII, 2 : *Victus prælio... trepidus Antiochiam confugit. Inde ad Antiochum fratrem literas facit, quibus auxilium ejus implorat, oblata ei Asia inter fines Tauri montis in præmium latæ operæ... Interea Ptolemæus Evergetes quum Antiochum in auxilium Seleuco venire cognovisset, ne cum duobus uno tempore dimicaret, in annos decem cum Seleuco pacem facit* (a. 241). — Rebus sic cum Ptolemæo et Antiocho compositis, mox contra defectores εἰς τὴν ἄνω Ἀσίαν expeditionem paravit. Nimirum in Parthia *Arsaci defectionis impunitatem Seleuci et Antiochi discordia dedit...* (Arsaces) *accepta opinione Seleucum a Gallis victum esse, solutus regis metu, imperium gentis invasit... Non magno deinde post tempore Hyrcanorum quoque regnum occupavit, atque... grandem exercitum parat, metu Seleuci et Theodoti Bactrianorum regis. Sed cito morte Theodoti metu liberatus,... cum filio ejus et ipso Theodoto fœdus ac pacem facit. Nec multo post cum Seleuco ad defectores persequendos veniente congressus victor fuit.* Hæc Justinus XLI, 5. Ad tempus expeditionis definiendum facit locus Agatharchidis (fr. 19, p. 196) : Ἦλθε μὲν εἰς Συρίαν (Stratonice, Seleuci Θεοῦ soror) ἐκ Μακεδονίας, καταλιποῦσα τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα Δημήτριον. Σελεύκου δὲ γαμεῖν αὐτὴν οὐ θελήσαντος, ὅπερ ἐκείνη προσεδόκησε, ποιουμένου δὲ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος στρατείαν αὐτοῦ, τὰ περὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἐνεωτέρισεν. Cf. Justin. XXVIII, 1 : *Velut matrimonio pulsa, spoute sua ad fratrem Antiochum* (sic) *discedit, eumque in mariti bellum impellit.* Jam quum Demetrius ex superinducta uxore Philippum susceperit an. 238, repudiare alteram non potuit post annum 239. Itaque in Syriam Stratonicen venerit circa an. 240, pace inter fratres et Ptolemæum jam composita. Non ita multo post (an. 239 vel 238) Babylone contra Arsacem Seleucus profectus fuerit. Nec infeliciter initio rem gessisse videtur, quandoquidem Strabo (XI, p. 513) ait : Ἀρσάκης τὸν Καλλίνικον φεύγων Σέλευκον εἰς τοὺς Ἀσπιανὰς ἐχώρησε. Deinde vero prœlio victus, ulterius belli fortunam non tentavit; *novis motibus in Asiam revocatur.* Justin. XLI, 5. Motus illos Stratonice in Syria movebat, juvante, ut videtur, Antiocho et Ptolemæo. Reversus Seleucus Antiochiam capit, et Stratonicen in Seleucia urbe occidit (Agatharchid. l. l.). Hæc circa an. 236 accidisse videntur. Interea Antiochus, ut Gallis suis mercedes suppeditaret, Phrygiam tributis oneravit; nec non, rupta pace, contra fratrem duces militum emittebat (ut rebellibus auxilio essent?). Seleucus vero, seditione in Syria coercita, adversus fratrem in Asiam tendit. Ibi Antiochus jamjam prœlium, ut videtur, commissurus a Gallis suis rebellantibus desertus ægre Magnesiam evadit; postero tamen die, assumpto Ægyptio præsidio, quod erat Magnesiæ (et placata Gallorum seditione), pugna vincit. Sic *Porphyrius.* Justinus XXVII, 2 Parthicam expeditionem et turbas Syriæ ne verbo quidem memorat, sed post ea, quæ supra adscripsimus, pergit : *Sed pax ab hoste data interpellatur a fratre, qui conducto Gallorum mercenario exercitu pro auxilio bellum, pro fratre hostem imploratus exhibuit. In eo prælio virtute Gallorum victor quidem fuit : sed Galli, arbitrantes Seleucum in prælio cecidisse, in ipsum Antiochum arma vertere, liberius depopulaturi Asiam, si omnem stirpem regiam exstinxissent. Quod ubi sensit Antiochus, velut a prædonibus auro se redimit, societatemque cum mercenariis suis jungit.* Videlicet cum Gallorum defectione, quæ sola ad hæc tempora pertinet, Justinus miscet ea quæ in pugna ad Ancyram commissa accidisse narrantur. — Post victoriam illam Antiochus uxorem duxit Zielæ filiam regis Bithynorum. *Porphyr.* — *Deinde Antiochum victorem Gallosque aggreditur* Attalus (*rex Bithyniæ Eumenes*, iterum

octavæ Olympiadis, atque ita annis XXI dominatus est. Ei mortuo succedit filius Seleucus cognomento Ceraunus. Atque hæc quidem ita se habuerunt.

---

hariolans Justinus). *Nec difficile saucios adhuc ex superiore congressione .. superat.* Justin. XXVII, 3. Eandem Attali victoriam Niebuhrio (non item Droysenio p. 416) intellexisse videntur Polybius XVIII, 24, 7; Strabo XIII, p. 62; Livius XXXVIII, 16; Polyæn. IV, 19; Front. I, 11, 15. — *Victo Antiocho, quum Eumenes majorem partem Asiæ occupasset, ne tunc quidem fratres perdito præmio propter quod bellum gerebant, concordare potuerunt, sed... in mutuum exitium bellum reparant.* Justin. XXVII, 3. Nimirum Antiochus, quum Asia minore jam ab Attalo excluderetur, per Cappadociam in Mesopotamiam atque ultra, Syriam versus penetravit (circa an. 230). Nam tale quid præcessisse debet iis quæ leguntur apud Polyæn. IV, 17 : Ἀντίοχος ἔφυγεν... εἰς τὴν Μέσην τῶν ποταμῶν. Ὅτε καὶ αὐτὸν (sc. ex Mesopotamia porro fugientem) τὰ τῶν Ἀρμενίων ὄρη διελθόντα φίλος ὢν Ἀρσάβης ὑπεδέξατο Στρατηγοῦ Σελεύκου Ἀχαιὸς καὶ Ἀνδρόμαχος μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐδίωκον. Πολλὴ αὐτῶν ἐγένετο ἡ παράταξις Τέλος τρωθεὶς Ἀντίοχος ὑποτεύγει εἰς τὴν ὑπερκειμένην ὑπώρειαν Sequitur ap. Polyæn. strategema, quo usus Antiochus quater mille ex Seleuci militibus trucidavit. Neque tamen is successus bellum diremit. Denuo in fugam conversus Antiochus in Cappadociam retrocessit. Etenim pergit Justinus : *In eo* (bello) *Antiochus denuo victus multorum dierum fuga fatigatus, tandem ad socerum* (in Trogi fonte, Phylarcho, fuerit κηδεστήν, *affinem*, id est h. l. *sororis suæ maritum.* Nomen) *suum, Ariamnem, regem Cappadociæ provehitur. A quo quum primum benigne exceptus esset, interfectis ducibus, cognito quod insidiæ sibi pararentur, salutem fuga quæsivit.* Cf. Trogi Prolog. XXVII : *A Callinico fusus in Mesopotamia, Antiochus insidiantem sibi effugit Ariamnem.* Vestigiis ejus institisse Seleuci copias consentaneum est usque in Asiam minorem. Ibi *in Lydia bis armis motis debellatus est Olymp.* 137, 4. 229. *Tunc etiam circa Choloen* (Lydiæ lacum prope Sardes) *certavit cum Attalo* (Seleuci tum socio). *Denique Olymp.* 138, 1 328 *Attalum in Thraciam usque fugiens post pugnam in Caria* (in Caria Thracica ad Pontum) *patratam vita excessit.* Hæc Porphyrius. Thracica Ponti ora tunc in Ptolemæi potestate erat (Monum. Adulitan.). Quæ Justinus l. l. : *Igitur quum profugo nusquam tutus locus esset, ad Ptolemæum hostem... decurrit. Sed Ptolemæus... servari eum arctissima custodia jubet. Hinc quoque Antiochus... deceptis custodibus, elabitur, fugiensque a latronibus occiditur.* Cf. Trogus Prolog. : *Ut postea custodes Tryphonis* (i. e. Ptolemæi III) sc. *effugit. Quo a Gallis occiso, Seleucus quoque frater ejus decessit.* Polyb. V, 74 : Ἀντίοχος ὁ μεταλλάξας τὸν βίον περὶ Θράκην. De mortis ratione v. Phylarch. ap. Plin. H. N. VIII, 42, Ælian. VI, 41. Niebuhr. p. 285. Droysen. p. 425. — Hæc series est rerum, quam Porphyrius, Trogus et Justinus suppeditant. Droysenius in primo fratrum bello Orthosiam urbem obsidione liberatam esse statuit antequam Seleucus ad Ancyram cladem accepisset. Niebuhrius sane falsis suis temporum calculis coactus erat ut ita statueret; Droysenius vero cur Porphyrium errasse putaret, causam non video. Deinde in altero fratrum bello ut alio ordine res Droysenius disponeret, causa erat Niebuhrii conjectura, qua locum corruptum in Trogi prologo XXVII emendare studuit. Verba ita habent : *Septimo et vicesimo volumine continentur hæc : Seleuci bellum in Syria adversus Ptolemæum. Item in Asia adversus fratrem suum Hieracem : quo bello Ancyræ victus est a Gallis. Ulque Galli, Pergamo victi ab Attalo, Zielam Bithynum occiderint. — Ut Ptolemæus* EUM DENUO *captum interfecit : et Antigonum Andro prælio navali* OPPOSSA *vicerit. — Ut a Callinico fusus in Mesopotamia Antiochus insidiantem sibi effugit Ariamnem, dein postea custodes Tryphonis. Quo a Gallis occisus Seleucus quoque frater ejus decesserit, majoremque filiorum ejus Apaturius occiderit.* In his pro *Ptolemæus eum* Gronovii codices quinque præbent *Ptolemæus adeum.* Inde Niebuhrius p. 260 eliciendum esse censuit *Achæum* (Laodices patrem et Seleuci ducem). In v. *denuo* latere loci nomen suspicatur. Magnam hæc, si palæographicas rationes spectas, veri ferunt speciem. At fugit Niebuhrium cladem in Mesopotamia, quæ deinceps a Trogo memoratur, Antiocho illatam esse ab ipso illo Achæo, ut e Polyæno l. l. docemur. Itaque captus antea Achæus esse non poterat. Animadvertit hoc Droysenius; nihilominus tamen et Niebuhrii conjecturam et Polyæni testimonium retinuit, utrumque ita concilians, ut temporum rationes a Trogo perversas esse statuat. Conjecit igitur Achæum tum esse captum, quum ad Magnesiam Antiochus Seleuci exercitum vicit, atque his anteriorem fuisse fugam qua Antiochus ex Mesopotamia per Armeniam in Asiam M. se receperit. Quod quomodo in singulis adornaverit, apud ipsum legas velim Droysenium. Ego non video cur in gratiam conjecturæ, quæ ex ipsa historia confirmari nequit, tantas excitemus turbas, et negligentiæ Trogum incusemus; præsertim quum minime constet, an omnino verba : *Ut Ptolemæus... interfecerit*, ad Seleuci historiam pertineant. Mihi ita potius de prologo Trogi statuendum esse videtur. Tres erant libri vicesimi septimi partes. In *prima* Trogus narravit *Seleuci* bellum contra Ptolemæum et Antiochum usque ad tempus quo Antiochus Gallique ab Attalo victi, et Zielas, socer Antiochi, a Gallis occisus est (cf. Phylarch. fr. 31). Zielas quo anno perierit non constat; hoc tantum serie chronologica docemur, accidisse rem non ita multum ante expeditionem quam in Mesopotamiam Ant. suscepit, sive ante 230. — In *secunda parte* auctor narravit res, quas *Ptolemæus* post pacem cum Seleuco factam (n. 241) contra Cyrenæos et contra Antigonum Gonatam gesserit. Cyrene post necem Demetrii Macedonis τοῦ Καλοῦ (circa an. 250), Berenices et Ptolemæi III nuptiis in Ægyptiorum potestatem venerat. At jugi novi mox impatientes Cyrenæi rebellarunt. Nec improbabilis est Niebuhrii p. 232 et Droysenii p. 361 sententia, Cyrenaicam fuisse *domesticam* illam *seditionem*, quæ Ptolemæum (an. 244) ex Asia revocaverit. Ceterum Cyrenæi non statim a rege reduce subacti sunt, imo libertatem recuperarunt, et post turbas intestinas tandem optime ordinata civitas florere cœpit. Hujus autem rei auctores fuerunt Megalopolitani duumviri, *Ecdemus* et *Demophanes*, Philopœmenis pueri magistri, deinde exules Arcesilai philosophi Academici familiares, καὶ φιλοσοφίαν μάλιστα τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἐπὶ πολιτείαν καὶ πράξεις προσάγοντες. Οὗτοι καὶ τὴν ἑαυτῶν πατρίδα τυραννίδος ἀπήλλαξαν τοὺς ἀποκτενοῦντας Ἀριστόδημον κρύφα παρασκευάζοντες, καὶ Νικοκλέα τὸν Σικυωνίων τύραννον Ἄρατῳ συνεξέβαλον (an. 252), καὶ Κυρηναίοις δεηθεῖσιν, τεταραγμένων τῶν κατὰ τὴν πόλιν καὶ νοσούντων, πλεύσαντες εὐνομίαν ἔθεντο καὶ διεκόσμησαν ἄριστα τὴν πόλιν. Hæc Plutarch. Philop. c. 1. Cf. Arat. c. 5. Eadem Polybius X, 25 (25), 3, ex quo hæc apponam : Ἐπὶ δὲ Κυρηναίων αὐτοὺς μεταπεμψαμένων, ἐπιφανῶς προύστησαν καὶ διεφύλαξαν αὐτοῖς τὴν ἐλευθερίαν. Cf. Niebuhr. p. 231; Droysen. p. 362 sq. Jam vero quum in Monum. Adulitano Libya inter possessiones Ptolemæi recenseatur, subactam denique Cyrenen esse intelligitur. Et ad exitum hujus contra Cyrenæos belli refero verba Trogi Pompeji, quæ hunc in modum refingo : *Ut Ptolemæus Eudemum* (*adeum denuo* codd.) *captum interfecerit.* Verum ducis nomen est *Ecdemus*, quod

8. *Verumtamen vivente adhuc Callinico Seleuco, Antiochus* (1), *minor natu frater, quietis sortisque suæ impatiens, adjutorem faventemque nactus est Alexandrum* (2), *qui et urbem Sardes tenebat et Laodices matris suæ frater erat : denique et Gallis auxiliaribus usus est. Duobus prœliis Seleucus in Lydia victoriam nactus est, ita tamen ut neque Sardes caperet neque Ephesum, quam urbem Ptolemæus* (3) *præsidio insidebat. Deinde in Cappadocia atque adversus Mithridatem, novo prœlio coorto, tum militum ejus viginti millia cæsa a barbaris sunt, tum ipse profligatus evanuit.*

9. *Ptolemæus vero, qui et Tryphon* (1), *Syriæ regiones cum Damasco occupavit, Orthosiamque* (2) *obsidione cinxit, quæ quidem soluta est centesimæ et trigesimæ quartæ Olympiadis anno tertio, Seleuco illuc appulso.*

10. *Frater autem Callinici Antiochus Magnam Phrygiam peragrans, tributis incolas onerabat. Quin et contra Seleucum copiarum duces mittebat, quo tempore quum a barbaris suis satellitibus se prodi sensisset* (1), *horum manibus elapsus parvo comitatu Magnesiam evasit : crastinaque die Ptolemæi auxiliis fretus prœlium felici Marte conseruit : tum et Zivlæ filiam nuptiis sibi copulavit. Deinde anno quarto Olympiadis centesimæ et trigesimæ septimæ in Lydia bis armis motis debellatus est. Tum etiam circa Choloen certavit cum Attalo. Denique primo anno Olympiadis trigesimæ octavæ supra centesimam, Attalum in Thraciam usque fugiens, post pugnam in Caria* (2) *patratam, vita excessit. Jam et Seleucus cognomento Callinicus frater Antiochi postero anno extinctus est.*

11. *Huic successit filius Alexander, qui maluit dici Seleucus* (1), *ab exercitu autem Ceraunus* (2) *vocitatus est. Is habuit etiam fratrem nomine Antiochum*

---

in libris mss abiit in *Ecdelum*, *Eudemum*, *Eudamum*, notante Droysen'o p. 306. Hæc accidisse debent aut eodem anno quo Ptolemæus pacem cum Seleuco iniit (241), aut anno sequente. Nam sequitur ap. Trogum prœlium cum Antigono Gonata commissum; Gonatas vero mortuus est anno 239 init. Ceterum pro corrupto illo : *Ut* (ναῦ *et*) *Antigonum Andro* (i. e. ad Andrum) *prælio navali* ernexa (v. l. *pronia*) *vicerit*, Droysenius scribendum putat *prælio navali perricerit*. Quod non est probabile. In *oprona* latet ducis nomen proprium. Nec dubito quin dux iste fuerit *Sophron*, quem Ephesо, nobilissimæ Asiæ urbi, quæ tum in Ægyptiorum potestate erat, a Ptolemæo III præfectum fuisse scimus ex Phylarcho (fr. 23) ap. Athen. XIII, p. 593. B. Jam quæritur num scribendum sit : *Ut Antigonus .. Sophrona vicerit*, an : *Ut Antigonum. . Sophron vicerit*. Antigonum vicisse puto. Nam accusativus *Sophrona* nihil offendit, imo placet sibi auctor in hoc graecismo (cf. v. c. *Conona* Pol. 8, 9; *Sidona*, 10; *Area*, 25; *Ptolemaeona*, 36; *Eupatora*, 27), adeo ut in ipsa forma hujus insolentiæ genuinam Trogi manum agnoscamus. Conspicitur pro *Antigonum* reponendum esse *Antigonus*. Unicus testis, qui præter Trogum pugnæ mentionem faciat, Plutarchus est in Pelop. c. 2 : Βέλτιον δ' Ἀντίγονος ὁ γέρων, ὅτε ναυμαχεῖν περὶ Ἄνδρον ἔμελλεν, εἰπόντος τινός, ὅτι πολὺ πλείους αἱ τῶν πολεμίων νῆες εἶεν, « Ἔμε δ' αὐτόν, ἔφη, πόσας ἀντιστήσεις; » In his optime quadrat illud ὁ γέρων, nam a. 240 Antigonus natus erat annos septuaginta octo vel novem. Deinde vero ex dicto hoc colligitur seniam esse pugnam, in qua non cladem tulerit Antigonus, sed numerum copiarum arte superiores imperatoria vicerit. Repetit historiam Plutarchus in Apophthegm. Imp. p. 183, D (Μέλλων δὲ ναυμαχεῖν πρὸς τοὺς Πτολεμαίου στρατηγούς etc.), et in libro *De ratione qua quis se ipsum absque invidia laudet*, c. 16 p. 545, A, nisi quod posteriore loco legitur : Ἀντίγονος : ἐν τῇ περὶ Κῶν ναυμαχίᾳ etc. Et ad Coum insulam pugnam commissam esse etiam Moschion testatur apud Athen. V, p. 206, E, ubi commemorat Ἀντιγόνου ἱερὰν τριήρη, ᾗ ἐνίκησε τοὺς Πτολεμαίου στρατηγοὺς περὶ Λευκόλλαν τῆς Κῴας. Quamquam de Leucolla promontorio Coi insulae non constat. Videntur igitur duæ pugnæ, altera ad Cón, altera ad Andrum, distinguendæ esse. Plutarchi parum interest hanc an illam nominaret, modo in utraque Antigonus victor abierit. Continuidi vero tanto poterant facilius, si utraque eodem fere tempore pugnata est. Neque hoc veri specie caret. Certe cum Victoria ad Cón insulam reportata paullo antequam Demetrius in regno succederet, optime quadrat quod in sequente libro Trogus narrat, Demetrium in Asia Cariam sibi subjecisse (nam recte Niebuhrium aji. Trogum pro *in Asiam Cariam* emendasse *in Asia Cariam*, non est dubium). Droysenius II, p. 248 victoriam ad Cón pertinere putat ad an. 261, dubitans tamen. — Hæc igitur Trogus in secunda parte libri XXVII exposuit. Deinde in Syriam Asiamque minorem reversus, Seleuci et Antiochi bellum secundum usque ad mortem fratrum narravit. Hæc paullo fusius annotanda erant, ut fidem Porphyrii nostri tueremur.

§ 8 *not.* 1. *Antiochus*] codex et hoc loco et in seqq. semper *Antigonus*. — 2. *Alexandrum*] sic Aucher; *Alexandrae* Majus. Ceterum hunc Alexandrum alibi nondum novimus. — 3. *Ephesum. Ptolemæus. Ipse debat*] Ptolemæus, Ptolemæi Philadelphi filius nothus, juvante Timarcho Milesiorum tyranno, a patre deficiens Ephesum occupaverat quo tempore in Syria regnavit Antiochus Deus. V. Trog. Pomp. Prolog. XXVI. Ptolemæo isto occiso, Ephesus in Ægyptiorum potestatem rediit, eique præfectus est Sophron. V. Phylarch. ap. Athen. XIII, p. 593, B.

§ 9 *not.* 1. *Tryphon*] Vulgo hoc nomine notatur Ptolemæus Euergetes II. Non subesse excerptoris errorem, patet ex Trogo Pomp. in Prolog. XXVII. — 2. Igitur neque Damasco neque Orthosia Ptolemæus in priore expeditione contra Seleucum suscepta potitus erat.

§ 10 *not.* 1. Apud Auctorem legitur : *rerum a suis voluptariis ministris barbaris traditus est.* — 2. *in Cariа*] Non de Asiae Caria cum Niebuhrio cogitandum, sed de Thracica, super Odessam ad Pontum sita. Arrian. Peripl. Pont. Eux. § 24, 3 : Καρῶν λιμήν, καὶ ἡ γῆ ἐν κόλπῳ τοῦ λιμένος Καρία καλεῖται. Eadem Anonymus B in Peripl. Pont. § 18 in Geil. Geogr. min. tom. III, p. 226. Cf. Steph. Byz. Καρὸς κῆποι, χωρίον Θρᾴκης, ὡς Θεόπομπος ν'. Quibus idem locus indicari videtur. Antiochus in Bithyniam, terram amicam, se recepisse, hinc in Thraciam trajecisse videtur. Aliter Droysen. II, p. 426, Arriani et Anonymi immemor.

§ 11. *not.* 1. *maluit dici Seleucus*] Regno potitus *Seleuci* nomen assumpsisse videtur. Nomen *Alexandri* habet etiam Malalas p. 299, ubi post Callinicum recensetur Ἀλέξανδρος ὁ Νικάτωρ, ἔτη ις'. Anni 36 pertinent ad Antiochum Magnum. Cf. supra § 7 not. 1. — 2. *Ceraunus*] Ceraunus a vulgo vocabatur, sicut Seleucus Callinicus Ἠώγων cognomina-

Quam tribus annis Seleucus patrium imperium rexisset, a quodam Nicanore Gallo (3) *in Phrygia ex insidiis interimitur circa Olympiadis centesimæ trigesimæ nonæ annum primum.*

12. *Successorem habuit Antiochum fratrem, quem Babylone accitum creavit regem exercitus, quique Magni cognomentum sortitus est, atque annis XXXVI* (1) *imperavit, a centesimæ scilicet et trigesimæ nonæ Olympiadis anno altero usque ad centesimæ et quadragesimæ octavæ item alterum. Is Susa profectus atque in superiores satrapias, manu cum Elymæis conserta, internecione cæsus est, relictis duobus liberis Seleuco et Antiocho* (2).

13. *Ex his Seleucus in patris locum suffectus est anno tertio Olympiadis centesimæ et quadragesimæ octavæ, annisque duodecim* (1) *in imperio superfuit, usque ad Olympiadis* [*centesimæ*] *quinquagesimæ primæ annum primum, vitaque omnino annis sexaginta* (2).

14. *Extincti locum Antiochus frater insedit, cognomento Epiphanes, rebusque præfuit annis undecim* (1), *a tertio nimirum anno centesimæ et quinquagesimæ primæ Olympiadis ad primum usque quinquagesimæ quartæ supra centesimum. Epiphane Antiocho adhuc superstite, regnum adibat filius duodennis* (2) *Antiochus cognomento Eupator, qui anno uno mensibusque sex* (3) *cum patre vivebat.*

---

15. [Syncell. p. 290, D : Οὗτος ὁ Δημήτριος ὑπὸ Σελεύκου τοῦ πατρὸς δούσης ὅμηρος εἰς Ῥώμην, φυγὼν εἰς Τρίπολιν Φοινίκης ἐν ἡμέραις* παρεγένετο, καὶ ἐπελθὼν Λυσίαν τε ἐπίτροπον Ἀντιόχου τοῦ παιδὸς ἀναιρεῖ καὶ αὐτὸν Ἀντίοχον, παραδόξως ἐν ταῖς ὅλαις (ἐν ὀλίγαις?) ἡμέραις τοσαύτην καταστησάμενος ἀρχήν. Κατὰ τούτου Πτολεμαῖός τε συμμαχεῖ Ἀλεξάνδρῳ διὰ μισθοφόρων ξένων καὶ Ἄτταλος ὁ Περγάμου βασιλεὺς ὃ καὶ κατάγων αὐτόν· πρὸς ὃν ἀντιταττόμενος ὁ Δημήτριος τελευτᾷ ιθ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ κρατεῖ τῆς Συρίας Ἀλέξανδρος ὁ ὑποτεταγμένος ἔτη ε', καὶ ἀναιρεῖται πολεμῶν τῷ Πτολεμαίῳ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν κατάγοντι τὸν Δημήτριον ἐπὶ τὴν βασιλείαν Συρίας· συμπίπτει δὲ καὶ ὁ Πολεμαῖος καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον θνήσκει.]

15. *Mox Demetrius, quem Seleucus pater Romanis obsidem tradiderat, fuga se Roma subducens ad Phœniciæ urbem Tripolim appulit, Lysiam pueri tutorem cum ipso Antiocho peremit, regnumque invasit Olympiadis centesimæ et quinquagesimæ quartæ anno quarto, idque retinuit usque ad centesimæ quinquagesimæ septimæ Olympiadis annum quartum* (l. *tertium*) *Huic Soter cognomentum fuit, mansitque imperium annis duodecim* (1) : *tandemque coorto sibi regni causa prælio adversus Alexandrum, quem mercenarii milites præterreaque Ptolemæi regisque Attali copiæ firmabant, vita orbatus est.*

---

latur (Polyb. II, 78). In actis publicis Seleucus III appellatur Σωτήρ. V. Pareток. Inscript. ant. c. I, p. 4 18. Droysen. II. p. 520. — 3. *a quodam Nicanore Gallo*] Brevitor Nicanorem cum Apaturio, quem habuit, confun. Pl. Polyb. IV, 48, 8 : Ὑπερβολὴν δὲ μεγάλη δυνάμει τὸν Ἀχαιὸν καὶ δολοφονήσεις ὑπό τε Ἀπατουρίου τοῦ Γαλάτου καὶ Νικάνορος μετήλλαξε τὸν βίον. Hieronymus in Dan. c. 11 (e Porphyrio) : *Quum Seleucus* (Ceraunus) *major frater tertio anno imperii esset occisus in Phrygia per dolum Nicanoris et Apaturii, exercitus qui erat in Syria Antiochum fratrem ejus cognomento Magnum de Babylone vocavit ad regnum.* Appian. Syr. 66 : Σελεύκῳ μὲν δὴ ἀσθενεῖ τε ὄντι καὶ πενομένῳ καὶ δυσπειθῆ τὸν στρατὸν ἔχοντι, ἐπεβούλευσαν οἱ φίλοι διὰ φαρμάκων, καὶ ἐς ἔτος δύο μόνα ἐβασίλευσεν. Sulpicius Sever. l. l. : *Seleucus filius annos tres.* Chronicorum scriptores, ut annorum fractiones vitent, computant ita : Sel. II regnat an. 20 ; Sel. III regnat an. 3 ; aut (sicut Exc. Barb.) Sel. II regnat an. 21 ; Sel. III regnat an. 5, pro an. 20 ⅓ et 2 ⅓. = 23. Cf. etiam Polyb. IV, 48.

§ 12. 1. XXXVI] XXXVII, sec. Appian. Syr. 66 et Sulpic. l. l. Mortuus est ineunte anno trigesimo septimo. V. Clinton. III, p. 314 sq. — 2. *Antiocho*] Alius Antiochus, filiorum natu maximus, quem natum esse ca. 221 Clintonus expetat, jam mortuus erat an. 193. Vid. Liv. XXXV, 13. 15. Alios duos filios, Ardyn et Mithridatem, qui item ante patrem obiisse debent, commemorat Livius XXXIII, 9.

§ 13. 1. *duodecim*] Sic etiam Appianus l. l. Sulpicius II, 24 : *Seleuco mortuo anno imperii duodecimo, regnum frater Antiochus, qui obses Romæ fuerat, accepit.* — 2. *sexaginta*] Error subest, siquidem Antiochus frater natu major natus demum est an. 221. Unde sequitur Seleucum Ol. 131, 2 non ultra 40 annos posse exciisse. V. Clinton. l. l.

§ 14. 1. *undecim*] Sic Hieronymus quoque in Dan. c. 11. (Hieronym. Opp. tom. III, p. 1071) et Sulpicius l. l. In Exc. Barb. sunt *novem* (ἐννέα confusum cum ἕνδεκα) Apud Malalam p. 205 anni *duodecim*. Accuratius Appian. Syr. 66 cum regnasse dicit ἔτεσι δώδεκα οὐ πλήρεσιν — 2. *duodennis*] *novennis* sec. Appian. Syr. 46. 66. — 3. *anno uno mensibus sex*] Duo anni ei numerantur ap. Joseph. A. J. XII, 10, 1, itemque in canone Eusebii. Porphyrius Olympiadum annos ita adornat, ut Antiochi Epiphanis annus postremus sit Ol. 151, 1, Demetrii annus primus Ol. 151, 4, adeo ut Olymp. 154, 3, $\frac{443}{444}$, quo currente mortuus est Antiochus Eupator, totus ei assignetur. Diem vero Ant. Eupator obiit autumno an. 162 ; nam Demetrius statim post mortem Cn. Octavii Roma aufugit (Polyb. XXXI, 19) ; Cn. Octavius autem mortuus est an. 163 (Obsequens c. 74)

§ 15. 1. *duodecim*] Eodem modo Polybius III, 5. Undecim annos ei tribuit Josephus A. J. XIII, 2, 4.

17. [Cf. Syncell. p. 292, C : Τοῦ Ἀλεξάνδρου τούτου τοῦ προρηθέντος υἱοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφάνους στεφθέντος ἐν τῇ πρὸς Πτολεμαῖον μάχῃ μερίζεται ἡ τῆς Συρίας ἀρχὴ εἴς τε Δημήτριον τὸν τοῦ Δημητρίου υἱὸν ὁρμώμενον ἐκ τῆς Σελευκίας καὶ εἰς τὸν υἱὸν Ἀλεξάνδρου ὁρμώμενον ἐκ Συρίας καὶ Ἀντιοχείας Ἀντίοχον. Ἀλλὰ τοῦτον ὁ Δημητρίου Δημήτριος τάχιστα νικήσας χειροῦται τὴν ἀρχὴν ἔτη γ'· ὅθεν καὶ Νικάνωρ ἐκλήθη. Στρατεύσας δὲ ἐπ' Ἀρσάκην εἰς Βαβυλῶνα αἰχμάλωτος γίνεται ὑπὸ Ἀρσάκου καὶ εἰς τὴν Παρθικὴν ἀναχθεὶς ἐφρουρεῖτο σιδηρωθείς· ὅθεν καὶ Σιδήρτης ἐλέγετο ὕστερον.]

16. *Itaque Alexander Syria potitur anno tertio Olympiadis centesimæ quinquagesimæ septimæ, regnatque annis quinque* (1), *donec quarto* (l. *tertio*) *centesimæ et quinquagesimæ octavæ morte occumbit belligerans cum Ptolemæo, qui Demetrio Demetrii filio opem ferebat prope urbem*] *Antiochiam : quippe ibi pugna pugnata est, quo in tumultu Ptolemæus ipse desideratus est.*

17. *Exinde bellum sustentavit* (1) *Demetrius, quem diximus Demetrii filium. Quum igitur manus conseruissent Demetrius qui Seleucia, et Antiochus Alexandri filius qui a Syria Antiochiaque urbe adventabat, superior discessit Demetrius, primoque anno Olympiadis centesimæ et sexagesimæ regni habenas capessivit. Mox altero anno* (2) *copias contra Arsacen Babylonem atque in superiores provincias educebat; tum sequente anno, qui tertius erat centesimæ et sexagesimæ Olympiadis, eundem captum Arsaces transferri ad Parthos atque in custodia haberi jubebat. Is Nicanor (nempe Victor) dictus est ob Antiochum Alexandri filium victum: tum etiam Siripides* (3), *quia ferrea vinctus compede abductus est atque in custodia adservatus.*

18. *Demetrii vero frater natu minor nomine Antiochus, in urbe Sida educatus, ex qua cognomentum quoque Sidetis* (1) *reportavit, fratris cladem et vincula edoctus, Sida relicta, ad occupandam Syriam profectus est centesimæ et sexagesimæ Olympiadis quarto anno* (2), *idque regnum tenuit annis novem. Hic Judæos vi subdidit, obsessæque urbis mœnia evertit, et gentis optimates occidit centesimæ et sexagesimæ secundæ Olympiadis anno secundo* (3). *Tum quarto* (4) *Olym-*

---

§ 16. 1. *quinque*] Consentit Joseph. XIII, 4, 8. Deinde pro *donec quarto* leg. *donec tertio*. Mortuum esse Balam Ol. 158, 3. 146 exeunte, colligitur etiam e Ptolemæi Philometoris temporibus, atque inde, quod in Maccab. I, 10, 21 res refertur ad an. 167 ær. Seleucid. V. Clinton p. 325. Eusebius in Canone (et Exc. Barb.) Alexandro Balæ tribuit annos decem (Ol. 157, 4-160, 1); idem in regum laterc. pag. 260, annos 9, mens. 9; Samuelis Aniensis annos 9, menses 10. Comprehenduntur his numeris tempora Alex. Balæ et filii ejus Antiochi et Tryphonis sive Diodoti usque ad an. 140 a. C.

§ 17. 1. Historiam annorum quinque, quibus post necem Alexandri Demetrius et Antiochus et Typhon de Syriæ regno contendebant, Eusebius pessime omisit. De Demetrii rebus quæ ex Porphyrio traduntur, apte componi possunt cum iis quæ tradunt Josephus, Diodorus et Livius (uterque ex Posidonio Syrio), et Justinus. Vide quæ notavimus ad Diodori De insid. fr. 25 in tom. II, p. XX. Diversam, neque vero, opinor, præferendam chronologiam sequitur auctor lib. Maccab. Hanc Clintonus adoptavit p. 326 sqq. — 2. *altero anno*] Ol. 159, 2. $\frac{144}{143}$. Sec. Maccab. I, 14, 1 expeditio Parthica incidit in an. 172 aer. Seleuc. = 140 a. C. sive Ol. 159, 4 $\frac{144}{143}$. — 3. *Siripides*] Σιδήρτης Syncellus; at non Græcum, sed Syrum esse vocabulum (sicuti *Bala* et *Zabina*) monet Niebuhrius p. 298. Deducendum nomen a voce Chaldaica *sêr* (hebraice *serdh*), i. e. catena, ut *Siripides* sit *catena vinctus*.

§ 18. 1. *Sidetis*] Steph. B. : Σίδη, πόλις Παμφυλίας... Ὁ πολίτης Σιδήτης. Prideaux vol. III, p. 391, Vaillant Imp. Seleucid. p. 168, alii, nomen hoc a Syriaca voce, quæ *venatorem* significat, deducere voluerunt. V. Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. p. 184, D. — 2. *Olymp.* 160, 4] Incipit ejus regnum exeunte Ol. 160, 3, quem annum pro more suo Porphyrius totum assignat decessori. Computum ex Josepho XIII, 8, 2 et Maccab. I, 16, 14-16 instituit Clinton. III, p. 340, ubi vide. — 3. *Ol.* 162, ?] Is est septimus annus Antiochi Sidetis. Josephus vero XIII, 8, 2 ait : Ἀντίοχος τὴν Ἰουδαίαν ἐνέβαλε τετάρτῳ μὲν ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, πρώτῳ δὲ τῆς Ὑρκανοῦ ἀρχῆς. Addit : Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ καὶ ἑξηκοστῇ καὶ δευτέρῳ (ἑκατ. καὶ ἑξ. δευτέρᾳ in edit. Dindorfii. Quod non minus corruptum foret). Leg. cum Hudsono : Ὀλυμπιάδος ρξα' ἔτει δευτέρῳ. Eusebius in Canone Hierosolymorum obsessionem notat ad annum quintum Antiochi, Ol. 162, 1. Bellum illud supra anni tempus durasse ex Josephi narratione colligitur (an. 134 Febr. — 133 Octobr. s. Ol. 161, 4 sec. Clinton). Quodsi igitur Porphyrius Olymp. 162, 2 *finem* belli adsignavit, restat duorum annorum differentia. Antiochum muros urbis diruisse etiam Diodorus (e Posidonio) tradit lib. XXXIV, 1, 5 (τὰ τείχη περιελών). Josephus l. l. : καθεῖλε δὲ καὶ τὴν στεφάνην τῆς πόλεως. Quod vero addit Porphyrius : *et gentis optimates occidit*, discrepat a narratione Diodori et Josephi (cum quibus comparandus Plutarch. Moral. p. 184, F), qui benignissimum victis se regem præbuisse narrant. Niebuhrius l. l. p. 299 Porphyrii testimonium præferendum censet, in Josephi narratione vanitatem scriptoris agnoscit, qui gentis suæ infortunia celare studeat. Sed num simile quid etiam de Posidonio, Judæorum adversario potius quam amico (v. Posid. fr. 14, p. 256), statuere licebit? — 4. *Olymp.* 162, 4] $\frac{133}{132}$ a. C. Consentit Livius Epit.

(Cod. fol. 193) ** κῆσαι αἰχμάλωτον βασιλικῶς ἐφύλαττεν.

19. Ἦν Ἀντιόχῳ ** καὶ τοῦ Σελεύκου τούτου νεώτερος υἱὸς ὁ Ἀντίοχος ὁ ἐν Κυζίκῳ παρὰ Κρατερῷ τῷ εὐνούχῳ τρεφόμενος διὰ δέος τοῦ Δημητρίου, ὃς διὰ τούτου Κυζικηνὸς ἐπεκλήθη.

20. Ὁ τοίνυν Δημήτριος ἀπολυθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἀρσάκου, ὡς εἴρηται, καὶ κατελθών, βασιλεύει. Πτολεμαῖος δὲ ἀγαναχτήσας, ὅτι τῷ Ηηλουσίῳ προσέβαλεν ὁ Δημήτριος, ἅτε τῶν κατ' Αἴγυπτον πραγμάτων ἐχόμενος, πέμπει βασιλέα τῆς Ἀσίας Ἀλέξανδρον, ὡς υἱὸν Ἀλεξάνδρου, ὃς διὰ τὸ ὡς ἀγοραστὸς εἶναι νενομίσθαι τοῦ Πτολεμαίου, Ζαβινᾶς ἐπεκλήθη πρὸς τῶν Σύρων. Συμβολῆς δὲ περὶ Δαμασκὸν γενομένης, ἡττηθεὶς ὁ Δημήτριος φεύγει εἰς Τύρον, κἀκεῖ κωλυόμενος εἰσελθεῖν, πλοίῳ ἐπιβὰς κατεκόπη, βασιλεύσας πρὸ μὲν τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη τρία, μετὰ δὲ τὴν κάθοδον ἔτη δ'.

piadis centesimæ et sexagesimæ secundæ centum viginti millibus (5) militum irruebat in eum Arsaces, qui strategemate etiam usus fratrem ejus Demetrium captivitate solutum emittebat in Syriam. Antiochus autem dum ingruente hieme (6) barbaros angusto loco persequitur, in pugnæ æstu vulneratur et obit anno ætatis quinto supra trigesimum. At ejus filium tenera ætate Seleucum (7), qui erat in patris comitatu, Arsaces captivum abduxit regioque more custodiendum curavit.

19. *Ceterum Antiocho quinque liberi nati sunt, tres nempe mares et feminæ duæ. Prior itemque altera filia Laodice audiverunt, uno nomine duabus communi. Tertius Antiochus, quem itemque sorores morbus exstinxit. Quartus Seleucus, quem cepit Arsaces. Quintus tandem Antiochus idemque Cyzicenus, qui quum apud Craterum eunuchum aleretur, terrore Demetrii Cyzicum se fuga contulit cum Cratero aliisque Antiochi famulis.*

20. *Itaque quum alter quidem [frater] cum sororibus diem supremum obiisset, solus autem natu minimus superesset Antiochus, qui et ejus [fugæ] causa Cyzicenus appellatus est; denuo Demetrius, ab Arsace expeditus, anno altero (l. quarto) (1) centesimæ et sexagesimæ secundæ Olympiadis regno præesse cœpit, post annos decem in captivitate transactos. Statimque a postliminio Ægypto mentem intendens Pelusium profectus est: sed mox resistente sibi Ptolemæo Physcone pedem retulit: namque et exercitu, cui erat invisus, parum alacri ad bella utebatur. At vero Ptolemæus ira flagrans, misit regem Asianis Alexandrum filium Alexandri, seu dictitatum Alexandri filium, qui quum emptus a Ptolemæo putaretur, Zabinæ cognomen apud Syros nactus est (2). Prælio prope Damascum inito victus Demetrius Tyrum confugit: verum illuc prohibitus ingredi, dum fugam navi molitur, cæsus interiit (3) centesimæ et sexagesimæ quartæ Olympiadis anno primo: adeo ut regnaverit ante captivitatem annis tribus, post reditum autem annis quattuor (4).*

59, ubi *bella inter Antiochum Syriæ et Phraatem Parthorum regem gesta* memorantur in anno M. Perpennæ consulis, i. e. an. 129. Cf. de hoc bello Appian. Syr. 68; Josephus XIII, 8, 4; Justin. XXXVIII, 10; Diodor. XXXIV, 15-17; Posidonii fr. 19-21. — 5. *centum viginti millibus*] Fortasse non exaggeratum numerum esse monet Niebuhrius. — 6. *hieme*] Dec. an. 129 vel Jan. an. 128. Justin. l. l: *Propter multitudinem hominum exercitum suum Antiochus per civitates in hiberna diviserat; quæ res exitii causa fuit* etc. Sed *vere* demum (τῆς ἐαρινῆς ὥρας τῇ χλιᾷ τηκούσης τὸν χιόνα Diod. 34, 15) prælium, quo cecidit Antiochus, commissum est. — 7. *Seleucus*] Athenæus IV, p. 153, A e Posidonii (fr. 19) libro XVI (in quo de Antiochi Sidetis expeditione sermonem fuisse scimus), de Seleuco *rege* ab Arsace capto narrat. Putabam Athenæum Seleucum regem cum Demetrio Nicatore rege, qui eodem fere tempore e captivitate dimissus est, confudisse. Meliora nostro loco docemur. Seleucus ille est Antiochi Sidetis filius, quem perperam Athenæus βασιλέα dixit.

§ 20. 1. *quarto*] sic pro vulgata *altero* scribendum esse ex antecc. numeris patet. — 2. Nummi Alexandri Zabinæ supersunt cum notis annorum 184. 185. 186. 187 ær. Sel. (Ol. 162, 4—163, 3), ut eodem adhuc anno, quo reversus Demetrius regnum suscepit, Alexander ei oppositus sit. — 3. *cæsus interiit*] Cf. Justin. XXXIX, 1; Josephus XIII, 9, 3; Livius Epit. 60; Appian. Syr. 68. — 4. *annis quattuor*] In antecedd. auctor dixit Demetrium regnum suscepisse Olymp. 162, 4. ($\frac{127}{126}$ a. C.; 184 ær. Sel.). Itaque anni quattuor pertinent usque ad Ol. 163, 3 ($\frac{123}{122}$ a. C.; 187 ær Sel.). Ex hunc annum ne explevit quidem Demetrius. Nam supersunt nummi tum Demetrii tum Antiochi Grypi cum nota anni 187 (Vaillant. p. 188. Frœlich. p. 89). Igitur paullo post initium anni 187 diem obierit Demetrius; deinde Seleucus regnaverit per menses aliquot (annum ei tribuit Porphyrius); exeunte anno 187 (circa m. Aug. an. 135 a. C.; Ol. 163,

21. Διαδέχεται δὲ τὸν Δημήτριον Σέλευκος ὁ υἱός, καὶ εὐθὺς ἐκ διαβολῆς τῆς μητρὸς ἀποθνήσκει. Ἀντίοχος δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος παραλαμβάνει τὰ πράγματα τῆς εἰκοστῆς ἑξηκοστῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδος ἔτει δευτέρῳ, καὶ τρίτῳ ἔτει νικᾷ τὸν Ζαβινᾶν. Ὁ δὲ τὴν ἧτταν μὴ ἐνέγκας φαρμάκῳ ἑαυτὸν διεχρήσατο. Βασιλεύει δὲ ἔτη ια', ἄχρι τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς ἑκατοστῆς ἑξηκοστῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος. Συναριθμεῖται γὰρ ὁ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Σελεύκου ἐνιαυτὸς τῆς ἀρχῆς εἰς τοῦτον. Ἐκαλεῖτο δὲ Γρυπὸς καὶ Φιλομήτωρ. Κατιόντι δὲ τῷ ὁμομητρίῳ ἀδελφῷ Ἀντιόχῳ (ἀγιτράχω cod.) καὶ ἀνεψιῷ τὰ ἐκ πατρὸς, τῷ ἐπικληθέντι Κυζικηνῷ, περὶ οὗ πρὸ ὀλίγου εἰρήκαμεν, ἐχωρεῖ τῆς ἀρχῆς ἀπελθὼν εἰς τὴν Ἄσπινδον, ὅθεν καὶ Ἀσπένδιος ἐκλήθη ὁ αὐτὸς καὶ Γρυπὸς καὶ Φιλομήτωρ ἐπικαλούμενος.

22. Τοῦ τοίνυν Ἀντιόχου εἰς τὴν Ἄσπενδον ἐκχωρήσαντος, ἄρχει ἀπὸ τῆς ρξζ' Ὀλυμπιάδος ἔτους τοῦ πρώτου ὁ Κυζικηνὸς Ἀντίοχος. Τῷ δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς αὐτῆς Ὀλυμπιάδος κάτεισι πάλιν ἀπὸ τῆς Ἀσπένδου ὁ Ἀντίοχος· καὶ κρατεῖ μὲν αὐτὸς τῆς Συρίας, ὁ δὲ Κυζικηνὸς τῆς Κοίλης. Διαιρεθείσης δὲ τῆς ἀρχῆς, ὁ μὲν Γρυπὸς παρατείνει ἄχρι τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος τοῦ τετάρτου ἔτους, ἔτη μετὰ τὴν κάθοδον ἐπιζήσας δεκαπέντε, ὡς ἄρξαι τὰ πάντα εἴκοσι ἓξ, ἔνδεκα μὲν καθ' ἑαυτόν, πεντεκαίδεκα δὲ τῆς ἀρχῆς διηρτημένης.

23. Ὁ δὲ Κυζικηνὸς κρατήσας ἀπὸ τῆς ρξζ' ἔτους πρώτου τελευτᾷ ἔτει πρώτῳ τῆς ροα' Ὀλυμπιάδος, βασιλεύσας μὲν ἔτη ιη', βιοὺς δὲ τὰ πάντα ἔτη ν'. Τελευτᾷ δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. Ἀποθανόντος γὰρ τοῦ Γρυποῦ

21. *Demetrium consecutus est filius ejusdem Seleucus, qui statim matris calumniis interemptus est* (1). *Res ergo ad Antiochum minorem natu fratrem recidebant centesimæ et sexagesimæ quartæ Olympiadis anno altero. Is anno tertio Zabinam fregit, qui ne cladi superesset, veneno mortem hausit* (2). *Regnavit autem* [*Antiochus*] *annis undecim usque ad centesimæ sexagesimæ sextæ Olympiadis quartum annum* (3): *eoque numero unicus etiam annus concluditur, quo frater ejus Seleucus potestatem retinuit. Idem vocitatus est Grypus* (*id est aduncus*) *itemque Philometor. Huc adventante Antiocho, qui materno genere frater erat, paterno autem patruelis, et cognomento, ut paullo ante diximus, Cyzicenus, potestate abdicata pergebat Aspendum; quamobrem etiam Aspendius appellatus est idem cui Grypo et Philometori agnomen erat.*

22. *Postquam Antiochus Aspendum secesserat, rerum potiebatur centesimæ sexagesimæ septimæ Olympiadis anno primo Cyzicenus Antiochus. Sed enim mox secundo anno ejusdem Olympiadis redibat Aspendo Antiochus, Syriamque occupabat, præter quandam partem Cyzicено adhuc obnoxiam. Ergo imperium bifariam divisum est: quod Grypus usque ad centesimæ septuagesimæ Olympiadis quartum annum insedit, annis post reditum quindecim in regia potestate versatus: ita ut annis omnino sex supra viginti* (1) *regnaverit, nempe undecim imperio integro, quindecim bifarium diviso.*

23. *Jam ipse Cyzicenus a centesimæ sexagesimæ septimæ Olympiadis primo annis dominatus est, primo autem centesimæ septuagesimæ prime defunctus, postquam annis octodecim* (1) *regnaverat, et quinqua-*

---

4 init.) Antiochus Grypus successerit. Hinc liquet et historiæ et sibi ipsi repugnare Porphyrium, qui Demetrium mortuum esse dicat Olymp. 164, 1. Non subesse librarii errorem ex sequ. numeris patet, nec non ex comparato Livio colligo, qui eadem modo rem adornasse videtur. Nam quæ leguntur in Epit. 60: *Motus Syriæ referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum suum et Seleucum filium, indignata quod arcano patre ejus a se injussu soceri bellum sumpsisset, interemit*: ea collocantur in anno Q. Metelli consulis, i. e. 124 a. C., Olymp. 165, 1. Celerum Porphyrius finem Demetrii ad Olymp. 164, 1 detulit propterea, quod initium Antiochi Grypi assignavit Olymp. 161, 2. In posteriore hoc numero causa erroris quærenda est. Etenim ex genuina chronologia ita statuendum, ut Ol. 161, 4 sit Demetrii annus primus; Ol. 165, 1, regni anno secundo, Alexandrum Zabinam debellaverit; Olymp. 164, 2 denique primus sit annus, quo, *recuperato patrio regno* (Justin. 39, 2), solus absque æmulo imperaverit. Hunc primum recuperati regni annum Porphyrius sumpsit pro anno quo Seleuco successerit, ideoque Zabinæ cladem anno sequenti, Ol. 164, 3, attribuit. Celerum recte Porphyrius ab Ol. 161, 2, neque ad discessum Demetrii undecim expletæ annos; inde ab initio regni forent anni tredecim; id quod infra etiam Josephi testimonio confirmabimus. V. § 22, not. 1. — 4. Post v. ὑπὸ τοῦ in codice vacuum spatium vocum duarum trimave.

§ 21. *not.* 1. *interemptus est*] V. Justin. XXXIX, 1; Appian. Syr. 69; Livius Epit. 60. — 2. Aliter de his narrat Justinus XXXIX, 2. Cf. Josephus XIII, 9, 3. — 3. *Olymp.* 166, 4] i. e. 113 a. C., 200 ær. Sel. Secundum Justinum l. l. Antiochus Grypus, postquam Cleopatram matrem suam vel potius furiam sustulerat, *octo annis quietem habuit. Natus deinde illi est æmulus regni frater ipsius Cyzicenus.* Cleopatræ mumus ultimus notam habet anni 191 Sel. (122 a. C., Ol. 164, 3); in primo nam notato Ant. Cyzeni notatur annus 199 (114 a. C., Ol. 166, 3). Ex his fit, ut colligi Cleopatram obiisse currente anno 191, et octo annis post (190 Sel.) jam regis Filium sibi vindicasse æmulum Ant. Grypi, qui anno sequente (200 Sel.) regno cesserit Aspendium abiit. De re cf. etiam Appian. Syr. 69.

§ 22. *not.* 1. *sex supra viginti*] Constat sibi Porphyrius. Sed duobus annis eum errasse supra (§ 20) vidimus. Consequitur Grypum non 26 annis, sed 28 regnasse, adeo ut omne temporis spatium ab initio regni usque ad mortem sit annorum viginti novem. Atque sic Josephus XIII, 13, 4: Ἀντίοχος ὁ Γρυπὸς ἐπικληθεὶς ἀποθνήσκει ὑπὸ Ἡρακλίωνος ἐπιβουλευθείς· βιώσας μὲν ἔτη τεσσαράκοντα καὶ πέντε, βασιλεύσας δ' ἐννέα καὶ εἴκοσι. Itaque natus est Demetrius Ol. 159, 3, 141.

§ 23. *not.* 1. *octodecim*] In subjecto latercule latino nonnisi *septemdecim* numerantur, idque ex Porphyrii calculis rectius habet. Nam ab Ol. 167, 1-171, 1 inclusive, sunt anni 17. Quamquam accesserit fortasse pars Olympiadis 166, 4, adeo ut currente anno duodevicesimo defunctus sit.

Ἀντιόχου κατὰ τὸν εἰρημένον χρόνον, Σέλευκος ὁ τούτου παῖς ἐπελθὼν μετὰ δυνάμεως πολλὰς πόλεις προσηγάγετο. Ἀντίοχος δὲ ὁ Κυζικηνὸς προσαγαγὼν ἐκ τῆς Ἀντιοχείας τὴν δύναμιν, καὶ παραταξάμενος, ἐνικήθη· ἐξενεχθεὶς δ' ὑπὸ τοῦ ἵππου αὐτοῦ πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ μέλλων συλλαμβάνεσθαι, ἑαυτὸν ἀπέσφαξε. Τῆς δὲ βασιλείας ὁ Σέλευκος ἐγκρατὴς γενόμενος παρέλαβε τὴν Ἀντιόχειαν.

21. Πρὸς δὲ τοῦτον ἐπολέμει τοῦ Κυζικηνοῦ υἱὸς γενόμενος Ἀντίοχος. Γενομένης δὲ μάχης ἐν τῇ Κιλικίᾳ περὶ πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Μοψουεστίαν, ἐνίκησεν ὁ Ἀντίοχος. Σέλευκος δὲ φυγὼν εἰς τὴν πόλιν, καὶ πυθόμενος τοὺς ἐγχωρίους, ὅτι διεγνώκασιν αὐτὸν ζῶντα κατακαῦσαι, ῥᾳθάσας ἑαυτὸν ἀπέσφαξε.

22. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ αὐτοῦ οἱ κληθέντες Δίδυμοι, Ἀντίοχός τε καὶ Φίλιππος, ἐπιφανέντες μετὰ δυνάμεως καὶ τὴν πόλιν βίᾳ χειρωσάμενοι μετῆλθον τὴν ἀπώλειαν τοῦ ἀδελφοῦ, κατασκάψαντες τὴν πόλιν. Ἐπελθὼν δὲ ὁ τοῦ Κυζικηνοῦ υἱὸς μάχῃ αὐτοὺς νικᾷ. Καὶ τούτων Ἀντίοχος μὲν ὁ τοῦ Σελεύκου ἀδελφὸς ἀπὸ τῆς μάχης ἐλαύνων τὸν ἵππον καὶ καταφυγὼν εἰς τὸν Ὀρόντην, ὑπὸ τοῦ ῥεύθρου κατεῤῥάφη.

23. Λοιπῶν δὲ ὄντων τῶν ἀμφισβητούντων περὶ τῆς βασιλείας Φιλίππου, τοῦ Σελεύκου μὲν ἀδελφοῦ, υἱοῦ δὲ τοῦ Γρυποῦ Ἀντιόχου, Ἀντιόχου δὲ τοῦ παιδὸς τοῦ Κυζικηνοῦ, ἀπὸ τρίτου ἔτους τῆς ρογ' Ὀλυμπιάδος ἀρξάμενοι καὶ δυνάμεις ἀξιολόγους ἔχοντες καὶ μέρους τῆς Συρίας ἐπικρατοῦντες, διεπολέμουν πρὸς ἀλλήλους

ginta (2) *vitam produxerat. Porro necis ejus ratio ejusmodi fuit. Grypo Antiocho eo quod diximus tempore fatis functo, Seleucus hujus filius adducto exercitu urbes plurimas subigebat. At vero Cyzicenus Antiochus contractis Antiochiæ copiis manus infelici Marte conseruit : tum equo inter hostes elatus, quum jam capiendus esset, educto gladio ipse sibi vitam exhausit* (3). *Quo facto regnum universum cum ipsa Antiochia in Seleuci potestatem redactum est.*

24. *Contra eum tamen bellum aluit residuus Cyziceni filius Antiochus* (1). *Reapse prælio in Cilicia prope urbem Mopsuestiam patrato victoriam Antiochus adeptus est. Seleucus autem in urbem fuga elapsus, scisciabatur a civibus num se agnoscerent* (2). *Quumque se agnitum audissel, ne vivus comburerelur, manus illico sibi attulit.*

25. *Tum fratres ejus, qui Gemini dicebantur, Antiochus et Philippus* (1), *cum exercitu adventantes vi urbem ceperunt, fratrisque ulciscendi causa eandem subverterunt. Hos tamen Cyziceni filius armis petiit ac debellavit : atque ex his quidem Antiochus Seleuci frater pugna equo admisso excedens temere in Orontem amnem delapsus vortice haustus periit* (2).

26. *Reliqui erant, qui de regno inter se decertarent, Philippus Seleuci frater, Grypo Antiocho natus, et Antiochus Cyziceni filius. Hi orsi ab anno tertio* (1) *Olympiadis centesimæ septuagesimæ primæ, non sine delectis exercitibus Syriæ partem singuli tenebant, bellum-*

— 2 *quinquaginta*] Si mortuus est Ol. 171, 1 exeunte, 95 a. C., natus erat an. 141 a. C., septem annis antequam pater ejus Antiochus Sidetes regnum susceperit. Chronicus pro *quinquaginta* (ν') scribi vult *quadraginta* (μ'), ut a *rege* demum patre gestus sit. — 3. De morte Cyziceni cf. Josephus XIII, 13, 4 et Appianus Syr. 69.

§ 24. *Antiochus*] i. e. Antiochus Eusebes. Rem ita narrat Josephus XII, 13, 4 : Μετ' οὐ πολὺ δὲ τοῦ Κυζικηνοῦ παῖς Ἀντίοχος ὁ Εὐσεβὴς καλούμενος παραγενηθεὶς εἰς Ἀραβον καὶ περιθέμενος διάδημα πολεμεῖ τῷ Σελεύκῳ, καὶ κρατήσας ἐξήλασεν αὐὸν ἐξ ἁπάσης τῆς Συρίας. Ὁ δὲ φυγὼν εἰς Κιλικίαν καὶ γενόμενος ἐν τῇ Μόψου ἕστίᾳ, πάλιν αὐτοὺς εἰσέπραττε χρήματα. Ὁ δὲ τοῦ Μοψουεστίων δῆμος ἀγανακτήσας, ὑφῆψεν αὐτοῦ τα βασίλεια καὶ διεφθειρεν αὐτὸν μετὰ τῶν φίλων. Appian. Syr. 69 : Βίαιος καὶ τυραννικώτατος ὢν ἐν Ἑστίᾳ Μόψου τῆς Κιλικίας κατεφρήσθη κατὰ το γυμνάσιον. — 2. Græci h. l. non satis intellexisse videtur interpres Armeniacus.

§ 25. *not.* 1. *gemini. Antiochus et Philippus*] Hos e Tryphæna Ptolemæi VIII filia Grypus susceperat. Quinque ei fuerunt filii : 1. *Seleucus*, de quo vidimus in § 24. Is in numis sine anni nota nominatur βασιλεὺς Σελ. Ἐπιφανὴς Νικάτωρ (Vaillant. p. 211 sqq.). 2. 3. *Philippus*, in numo : βασ. Φιλ. Ἐπιφανὴς Φιλάδελφος (Vaillant. p. 228), et *Antiochus major*, qui item βασ. Ἀντ. Ἐπιφανὴς Φιλάδελφος. 4. *Demetrius*, ὁ Εὐκαιρος λεγόμενος (Joseph. XIII, 13, 4); in numo : βασ. Δημ. Φιλομήτωρ Εὐεργέτης Καλλίνικος (Vaill. p. 230). 5. *Antiochus minor*, ὁ κληθεὶς Δίανσος (Joseph. XIII, 15, 1); in numo : βασ. Ἀντ. θεὸς Ἐπιφανὴς Νικηφορος (Froelich. p. 114). Demetrii et Antiochi minoris mentio ap. Eusebium desideratur. — 2. Josephus XIII, 13, 4 hæc ita narrat : Ἀντιόχου δὲ τοῦ Κυζικηνοῦ παιδὸς βασιλεύοντος τῆς Συρίας, Ἀντίοχος ὁ τοῦ Σελεύκου ἀδελφὸς ἐκστρατεύει πόλεμον πρὸς αὐτόν, καὶ νικηθεὶς ἀπόλλυται μετὰ τῆς στρατιᾶς. Μετὰ δ' αὐτον ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Φίλιππος ἐπιθέμενος διάδημα μέρους τινὸς τῆς Συρίας ἐβασίλευσε. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάθουρος τὸν τέταρτον αὐτοῦ ἀδελφὸν, ὃν Δημήτριον τὸν Εὐκαιρον λεγόμενον ἐκ Κύπρου μεταπεμψάμενος κατέστησεν ἐν Δαμασκῷ βασιλέα. Τούτοις δὲ τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς καρτερῶς ἀνθιστάμενος Ἀντίοχος ταχέως ἀπῆλθε· Ἀκούσας γὰρ εἶδον σύμμαχος τῇ τῶν Γαλατῶν βασιλίσσῃ Πάρθους πολεμούσῃ μαχόμενος ἀνδρείως ἔπεσε, τὴν δὲ Συρίαν κατεῖχον οἱ δυο ἀδελφοὶ Δημήτριος καὶ Φίλιππος. Deinde Demetrius hic contra Philippum arma movit; at a suis Philippi, Stratone Berœæ tyranno, Azizo Arabum duce et Mithridate Sinace (num *Acinace?*), Parthorum præfecto, victus et in Parthiam a Mithridate abductus est (Joseph. XIII, 14, 3). Post hæc quartus Philippi frater, Antiochus minor, cognomine Dionysus, τῆς ἀρχῆς ἀντιποιούμενος, εἰς Δαμασκὸν παραγίνεται, καὶ τῶν ἐκεῖ πραγμάτων ἐγκρατὴς γενόμενος ἐβασίλευσεν. Hic quum in Arabiam expeditionem suscepisset, per absentiam ejus Philippus Damasco urbe proditione potitur, sed ipsis proditoribus suspectus rursus ejicitur. Antiochus autem paulo post prælio contra Arabes commisso occidit. Joseph. XIII, 15, 1.

§ 26 *not.* 1. *anno tertio Olymp.* 171.] Sic e græcis reposui pro *anno primo*. Ol. 171, 1 mortuus est Ant. Cyzicenus, ut supra vidimus. Igitur quæ de Seleuco et Antiocho fratribus narrantur, pertinent ad Ol. 171, 2. 95 a. C. Reliqua quæ Grypus contra Demetrium et Antiochum minorem et contra Antiochum Eusebem bella gessit, ad sequentes annos pertinent. Fieri tamen vix potest ut biennio hæc omnia gesta sint, quanquam Eusebius Philippo nonnisi duos annos tribuit

περὶ τῆς Συρίας. Καὶ ἡττηθεὶς ὁ Ἀντίοχος εἰς Πάρθους ἀπέφυγε; καὶ ὕστερον Πομπηίῳ ἑαυτὸν ἐνεχείρισεν, ὡς ὑπ' αὐτοῦ καταχθησόμενος εἰς τὴν Συρίαν. Ὁ δὲ λαβὼν παρὰ τῶν Ἀντιοχέων χρήματα, τοῦ μὲν οὐκ ἐφρόντισεν, αὐτόνομον δὲ τὴν πόλιν εἴασε. Πεμψάντων δὲ ἐπ' αὐτὸν (Scal., αὐτοὺς cod.) Μενέλαον καὶ Λάμπωνα καὶ Καλλίμανδρον Ἀλεξανδρέων, ὅπως, Πτολεμαίου τοῦ Διονύσου τῆς Ἀλεξανδρείας ἐκστάντος, αὐτὸς ἐλθὼν τῆς Αἰγύπτου βασιλεύσῃ μετὰ τῶν θυγατέρων τοῦ Πτολεμαίου, νόσῳ συσχεθεὶς ἐτελεύτησε.

27. Καταλύεται δὲ καὶ Φίλιππος ὁ τοῦ Γρυποῦ καὶ Τρυφαίνης τῆς Πτολεμαίου τοῦ ὀγδόου υἱὸς ὁ προειρημένος· καὶ κατιέναι θέλοντα αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον (μετεπέμψαντο γὰρ καὶ τοῦτον τότε οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἐπὶ τὴν ἀρχήν) Γαβίνιος ὁ τῆς Συρίας ἄρχων Ῥωμαῖος, ἔπαρχος ὢν τοῦ Πομπηίου, ἐπέσχε. Καὶ οὕτως ἡ βασιλικὴ διαδοχὴ ἡ κατὰ Συρίαν ἄχρι τούτων φθάσασα κατελύθη.

28. Εἰσὶν οὖν ἐφεξῆς Ἀσίας καὶ τῆς Συρίας βασιλεῖς οἵδε·

α'. Ἀντίγονος ἐβασίλευσε τῆς Ἀσίας ἔτη ιη'.

β'. Δημήτριος ὁ Πολιορκητὴς τῶν τε ἄνω τόπων καὶ Συρίας ἔτη ιζ'.

γ'. Σέλευκος ὁ Νικάτωρ ἔτη λβ'.

δ'. Ἀντίοχος ὁ Σωτὴρ ἔτη ι϶'.

ε'. Ἀντίοχος ὁ Θεὸς ἔτη ιε'.

ς'. Σέλευκος ὁ Καλλίνικος ἔτη κα'.

ζ'. Σέλευκος ὁ Κεραυνὸς ἔτη γ'.

η'. Ἀντίοχος ὁ Μέγας ἔτη λς'.

θ'. Σέλευκος ὁ Φιλοπάτωρ ἔτη ιϐ'.

ι'. Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς ἔτη ια'.

que pro Syriæ [universitate] gerebant, donec superatus Antiochus ad Parthos se fuga recepit (2). *Idem postea* (3) *per Pompeium intercessorem agebat, ut in Syriam reduceretur; verum hic, pecunia ab Antiochenis accepta, nullam illius curam gessit, urbique libertate frui concessit. Interim et Alexandrini missis legatis Menelao, Lampone et Callimandro rogabant illum* (4), *ut, digresso* (58 *a. C.*) *Alexandria Ptolemæo Dionyso, Ægypti regnum una cum Ptolemæi filiabus capesseret. Verum ipse morbo gravatus interiit.*

27. *Imperio excidit etiam Philippus, de quo antea diximus, Grypi filius ac Tryphænæ Ptolemæo octavo genitæ. Idem quum averet Ægyptum adire, propterea quod ipsum quoque per id tempus Alexandrini cives ad imperium accersebant, Romanus Syriæ proconsul* (57 *a. C.*) *Gabinius, Pompeii legatus, negotium disturbavit. Igitur Syriaticorum regum successio hactenus deducta finem nacta est.*

28. *Sunt autem Asianorum et Syrorum reges singillatim hi:*

1. *Asianis imperavit Antigonus annis XVIII.*

2. *Demetrius Obsessor superioribus regionibus et Syriæ annis XVII.*

3. *Seleucus Nicanor annis XXXII.*

4. *Antiochus Soter annis XIX.*

5. *Antiochus Deus annis XV.*

6. *Seleucus Callinicus annis XXI.*

7. *Seleucus Ceraunus annis III.*

8. *Antiochus Magnus annis XXXVI.*

9. *Seleucus* [*Philopator*] *annis XII.*

10. *Antiochus Epiphanes annis XI.*

---

in laterculo latino (in græco numerus excidit); quod deinde ex Eusebio transiit in Samuelem Aniensem et Excerpta Barbara; adeo ut statuendum foret Tigranem Syriam non anno 83, sed 92 a. Chr. occupasse. Ejusmodi errorem si in Eusebio non miramur, a Porphyrio certe alienum fuisse persuasum est. Neque ego erraverim, pro ἔτη β' corrigendum esse jubens ἔτη ιϐ', qui pertinent ab an. 94 usque ad exeuntem annum 83 a. C., quo Tigranes Syriam, vel saltem majorem ejus partem occupavit. — 2. Aliter Josephus l. l., qui Antiochum Eusebem in pugna contra Parthos cecidisse refert. Appianus c. 69 de morte ejus nihil tradit; hoc tantum de eo habet: αὐτὸν ἐξήλασε τῆς ἀρχῆς Τιγράνης. Hæc ita videntur conjungenda esse, ut contra Antiochum Syri Tigranem advocaverint; Antiochus vero Syria pulsus ad Laodicen se contulerit, eique contra Parthos auxilians prœlio sit occisus. — 3. *Idem postea* etc.] Hæc sicuti reliqua fere omnia excerptorem produnt negligentissimum. Sic h. l. ne verbo quidem de Tigrane monuit multos per annos Syria potito. Ceterum Antiochus qui regnum a Pompeio poposcit, non fuit Eusebes Cyziceni filius, quem prœlio cecidisse Josephus testatur, sed Eusebis e Selene filius, Antiochus Asiaticus, ut diserte ait Appianus c. 69. Is puer adhuc erat an. 75, quo cum fratre Romam venerat. Cicero in Verr. II, 4, 27: *Reges Syriæ, regis Antiochi filios, pueros scitis Romæ nuper fuisse, qui venerant non propter Syriæ regnum, nam id sine controversia obtinebant, ut a patre et majoribus acceperant*, etc. Patrem et filium Justinus quoque confundit lib. XL, 2: *Pompeius* (Antiocho Cyziceni filio) *poscenti regnum respondit, ne volenti quidem Syriæ, nedum recusanti daturum se regem, qui octodecim annos, quibus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Ciliciæ latuerit.* Eosdem annos *octodecim* habet lib. XL, 1: *Accitus* (Tigranes) *in regnum Syriæ per octodecim annos tranquillissimo regno potitus est.* Rectius Appianus Syr. c. 48: ὁ Τιγράνης ἦρχε Συρίας... ἐπὶ ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα, i. e. ab an. 83 usque ad an. 69, quo a Lucullo victus est. Justini anni octodecim, monente Clintono p. 340, minus accurate numerantur ab an. 83 usque ad annum 66 exeunt., quo Pompeius pacem Tigrani concessit. Eodem modo etiam Porphyrius statuit. Quod etsi disertis verbis non traditur, facile tamen colligi potest. Etenim in subjecto laterculo græco Eusebius ait, annos regni Syriaci inde ab Antigono (318 a. C.) esse 274, inde a Seleuco autem (312 a. C.) computari annos 239. Numeri illi inepti sunt, neque vero corrupti. Nimirum ad annos illos 239 addidit Antigoni annos 18 et Demetrii Poliorcetis annos 17, atque sic obtinuit summam an. 274. A Seleuco autem usque ad finem Philippi sec. Eusebium nonnisi 221 anni colliguntur (Cf. Exc. Barb.: *Sub Philippo novissimo Syrorum regnum dissipatum est... permanens per annos CCXXI*): supersunt anni *octodecim;* hi sunt anni Tigranis, quos recensuisse Porphyrium liquet ex laterculo latino, ubi, omisso illo summario in græcis servato, in fine leguntur: *Post quos Romani.* — 4. In his sicuti in seqq. diversæ personæ confunduntur; quod demonstrare studui in not. ad Diodor. Exc. Escorial. p. XXV.

ια'. Ἀντίοχος ὁ Εὐπάτωρ ἔτος α', μῆνας ς'.
ιβ'. Ἀντίοχος ὁ Σωτὴρ ἔτη ιϐ'.
ιγ'. Ἀλέξανδρος ἔτη ιε' (leg. ε').
ιδ'. Δημήτριος Δημητρίου ἔτη γ'.
ιε'. Ἀντίοχος ὁ Σιδήτης ἔτη θ'.
ις'. Δημήτριος αὖθις ἔτη δ'.
ιζ'. Ἀντίοχος ὁ Γρυπὸς ἔτη κϛ'.
ιη'. Ἀντίοχος ὁ Κυζικηνὸς ἔτη ιη'.
ιθ'. Φίλιππος ὁ τοῦ Γρυποῦ ἔτη β' [leg. ιϐ'], ἐφ' οὗ ἡ κατὰ Συρίαν ἀρχὴ κατελύθη.

Συνάγεται οὖν ὁ τῆς βασιλείας τῆς ὑπὸ Μακεδόνων χρόνος ἀπὸ μὲν τοῦ Ἀντιγόνου εἰς ἔτη σοδ', ἀπὸ δὲ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος ἔτη σλθ'.

11. *Antiochus hujus filius anno I et mensibus VI.*
12. *Demetrius Soter annis XII.*
13. *Alexander annis XV (leg. V).*
14. *Demetrius Demetrii annis III.*
15. *Antiochus Sidetes annis IX.*
16. *Demetrius iterum annis IV.*
17. *Antiochus Grypus annis XXVI.*
18. *Antiochus Cyzicenus annis XVII (supra XVIII, ut in gr.).*
19. *Philippus Grypi annis **, sub quo Syriaticæ dominationi finis est impositus. Post quos Romani.*

REGUM SYRIÆ LATERCULUS.

	EUSEBII ARM. CANON		PORPHYRIUS.		NUMERI CORRECTI.			
	Anni.	Olymp.	Anni.	Olymp.	Anni.	Olymp.	A. Sel.	A. C.
Antigonus.			18	113,3 — 119,4	17	115,3		(Aug.) 318
Demetrius Poliorc. post patris obitum regnat.			15	(120,1) — 123,4	14½	119,4		Aug.) 301
Idem moritur.				124,4	32	124,1		(Jan.) 283
Seleucus Nicator.	32	117,2	32	117,1 — 124,4	29	117,1	32	Oct. 312
Antiochus Soter.	19	125,2	9	125,1 — 129,3	15	124,4	51	Jan. 280
Antiochus Theus.	15	130,1	15	129,4 — (133,2)	20	129,3	66	(Jan.) 261
Seleucus Callinicus.	20	133,4	21 (20)	133,3 — 138,2		133,2		(Jan.) 246
Orthosiam obsidione liberat.				134,3.		134,3		242
In Lydia duobus prœliis fratrem vincit.				137,4		137,4		239
Antiochus Hierax in Thracia moritur				138,1		138,1		228
Seleucus Ceraunus.	3	138,4	3	(138,3) — 139,1	3	138,3	86	(Aug.) 226
Antiochus Magnus.	36	139,3	36	139,2 — 148,2	36	139,2	89	(Aug.) 223
Seleucus Philopator.	12	148,3	12	148,3 — (151,2)	12	148,2	126	(Oct.) 187
Antiochus Epiphanes.	11	151,3	11	151,3 — 154,1	11	151,2	137	(Aug.) 175
Antiochus Eupator.	2	154,2	1½ (2)	(154,2 — 154,3)	2	154,1	149	(Dec.) 164
Demetrius Soter.	12	154,4	12	154,4 — (157,3)	12	154,3	151	(Nov.) 162
Alexander Bala.	10	157,4	5	157,3 — (158,3)	5	157,3	162	(Aug.) 150
[*Demetrius Nicator. Antiochus Trypho*].			*	* *				
Demetrius Nicator.	3	160,2	3	160,1 — (160,3)	3		172	140
Demetrii expeditio Parthica.				160,2		160,2	173	139
Demetrius a Parthis capitur.				160,3		160,3	175	(Nov.) 138
Antiochus Sidetes.	9	161,1	9	160,4 — 162,4	9	160,3	175	(Feb.) 138
Hierosolyma capit.				162,2		161,4	180	(Oct.) 133
Mors Sidetis.				162,4		162,4	184	Feb. 128
Demetrius Nicator iterum.	4	163,2	4	162,4 — 164,1	3	162,4	184	Feb. 128
Seleucus.					(½)	163,3	187	Feb. 125
Antiochus Grypus.	12	164,2	11	164,2 — 166,4	13	163,4	187	(Aug.) 125
Zabinam vincit.				164,3		164,1	189	124
Aspendum abit.				166,4		164,4	200	Juli. 112
Antiochus Cyzicenus solus.	(18)	167,2	1	167,1		167,1	200	Juli. 112
Ant. Grypus et Ant. Cyzicenus.			15	167,2 — 170,4	15	167,2	201	111
Mors Ant. Grypi.				170,4		170,4	216	96
Antiochus Cyzicenus, iterum solus Moritur.			1	171,1	1	170,4	216	96
				171,1		171,1		95
Antiochus Eusebes. Seleucus. Antiochus Grypi filius.				(171,2)		172,2		95
Antiochus Eusebes. Philippus. . . .	2	171,4-172,1	12	171,3				94
Tigranes.			(18)		14	174,2	229	83

7.

Scaligeri Exc. Euseb. p. 59. Cramer. Anecd. Paris. II, p. 120:

Οἱ μετὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας βασιλεύσαντες. Ἀπὸ τῆς Πορφυρίου γραφῆς.

Τελευτᾷ μὲν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος, ἄρξας ἔτη τὰ σύμπαντα δώδεκα. Διαδέχεται δὲ τὴν βασιλείαν Ἀριδαῖος ὁ μετονομασθεὶς Φίλιππος, ἀδελφὸς ὢν Ἀλεξάνδρου οὐχ ὁμομήτριος· γέγονε γὰρ ἐκ Φιλίννης τῆς Λαρισσαίας τῷ Φιλίππῳ. Βασιλεύει δὲ ἐπὶ ἔτεσιν ζ', καὶ ἀναιρεῖται ἐν τῇ Μακεδονίᾳ διὰ Πολυσπέρχοντος τοῦ Ἀντιπάτρου (1) υἱοῦ.

Πτολεμαῖος δὲ ὁ Ἀρσινόης καὶ Λάγου υἱὸς μετ' ἐνιαυτὸν (2) [καὶ διὰ] τῆς εἰς Φίλιππον ἀναγεγραμμένης ἡγεμονίας σατράπης εἰς Αἴγυπτον πέμπεται. Καὶ σατραπεύει μὲν τὰ πρῶτα ἔτη ζ' καὶ δέκα, βασιλεύει δὲ ἔτη τρια καὶ εἴκοσιν, ὥστε τὰ πάντα μ' λογίζεσθαι αὐτῷ ἄχρι τῆς τελευτῆς. Ἐπεὶ δὲ ζῶν ἔτι τῆς ἀρχῆς παρεχώρησε τῷ υἱῷ Πτολεμαίῳ τῷ ἐπικληθέντι Φιλαδέλφῳ, δύο ἔτη ἐπέζησε τῷ παιδὶ τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένῳ· οὐκέτι δὴ τεσσαράκοντα, τριάκοντα δὲ καὶ ὀκτὼ τὰ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου, ὃν Σωτῆρα ἐπικάλουν, λογίζονται.

Τοῦτον διαδέχεται Πτολεμαῖος ὁ υἱὸς ὁ ἐπικληθεὶς, ὡς ἔφαμεν, Φιλάδελφος. Καὶ ζῶντος μὲν ἔτι τοῦ πατρὸς, δύο πλῆρεῖ τῆς βασιλείας ἔτη, ἀποθανόντος δὲ, [ἐ] (vox deest in cod.; ὀκτὼ dedit Scal.) καὶ τριάκοντα. Ὡς καὶ τούτῳ ὀκτὼ καὶ τριάκοντα τοὺς τῆς βασιλείας ἐνιαυτοὺς ἴσους τοῖς τοῦ πατρὸς ἀποδίδοσθαι.

Τοῦτον διαδέχεται τρίτος Πτολεμαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Εὐεργέτης, καὶ βασιλεύει ἔτη πέντε καὶ εἴκοσι (3).

Ὃν ὁ τέταρτος διαδέχεται Πτολεμαῖος ὁ κληθεὶς Φιλοπάτωρ, καὶ βασιλεύει ἔτεσιν ὅλοις ἑπταικαίδεκα (4).

Ὁ δὲ μετ' αὐτὸν πέμπτος Πτολεμαῖος, Ἐπιφανὴς μὲν ἐπεκλήθη, βασιλεύει δὲ τέσσαρσι καὶ εἴκοσι ἔτεσιν (5).

7.

Eusebius Chron. Armeaicum ex versione Ang. Mail p. 114:

Quinam post Alexandrum Macedonem Ægypti Alexandrinæque urbis regnum tenuerint. E Porphyrii libris.

Hunc Alexandrum Macedonem centesimæ et quartæ decimæ Olympiadis anno secundo regni successor excepit Aridæus, qui Philipous dictus est, frater quidem Alexandri, haud ex eadem tamen matre: nam de Philinna Larissæa susceperat cum Philippus. Is regnavit annis VII, donec a Polysperchonte Antipatri filio in Macedonia interemptus est.

Ptolemæus Arsinoes et Lagi filius post annum ex quo Philippus imperium obtinuerat, ad præfecturam Ægypti mittitur, eaque primum potestate fungitur annis XVIII: deinde supremam regis dignitatem invadit annis XXVIII, ita ut ante ejus obitum anni omnino efflaxerint XL. Hic tamen adhuc superstes in filium suum Ptolemæum, cognomento Philadelphum, translatit imperium, biennioque vitam produxit cum filio regnante: quare jam haud quadraginta, sed octo supra triginta putabantur anni Ptolemæi primi cognomento Soteris.

Hunc successor consecutus est Ptolemæus filius, cognomento, ut diximus, Philadelphus, qui parente superstite regnum biennio administravit, eoque mortuo, annis XXXVI: prorsus ut ipse, non secus atque parens, octo ac triginta annis regnasse dicendus sit.

Tertius ei successit Ptolemæus cognomento Euergetes, qui mansit in potestate annis XXV.

Hunc quartus Ptolemæus excepit, cognomento Philopator, qui regnavit annis XVII.

Mox quintus Ptolemæus, cognomento Epiphanes, regnum tenuit annis XXIII (leg. XXIV).

Fragm. 7. § 1. Ἀντιπάτρου] Non Antipatri filius Polysperchon, sed Simmiæ fuit, ut ait Arrian. Exp. II, 12, 2. III, 11, 9. — 2. μετ' ἐνιαυτὸν κτλ.] Rectius in lat. *anno ex Phil.*, etc.; quod quidem, si historiam spectes, parum accurate se habet; sed statuendum est Alexandrinum auctorem, ex quo sua Porphyrius hausit, regnorum annos more Ægyptio ita computasse ut mortem Alexandri sive initium regni Aridæi componat cum initio anni Æ gyptiaci, quo regnum Aridæus suscepit, i. e. cum die XII mensis Nov. (d. I. m. Thoth.) an. 324; quemadmodum fit in Canone Astronomico. Primus annus Ptolemæi eadem ratione computatur a primo die mensis Thoth anni 324. Itaque recte se habent latina: *post annum ex quo Philippus*, etc. In græcis verba καὶ διὰ correctorem produnt, qui computum hunc non intellexit. — Ceterum errat Eusebius in Canone Ptolemæo 1 annos 40, ejus filio 38 annos assignans. V. Clinton. III, p. 379; Droysen. *Hell.* I, p. 691. — 3. πέντε καὶ εἴκοσι] Sic etiam Can. Astron. In subjuncto latercnlo male: XXIV. Male etiam Eusebius in Canone annos XXVI notat. Quodsi in monumento Adulitano notatur Ptolemæi III annus 27, id ita explicandum, ut Ptolemæum II per postremos regni annos filium sibi associasse statuamus. Mortuus est Euergetes ineunte Olymp. 139, 3, exeunte anno 222 a. C., uti Clintonus expulat, adhibito Polybio (V, 34. XV, 25) et Plutarcho (Cleom. 32 34). — 4. ἑπταικαίδεκα] Sic etiam Canon. Astron. et Eusebius in Canone. Infra male: XXI. — 5. τεσσ. καὶ εἴκ.] Sic etiam Can. Astron. et Euseb. in Can. In latinis corrupte: XXIII, et in latercnlo: XXII. Hieronymus ad Danielem c. XI: *Ptolemæo Philopatore mortuo adversum filium ejus, qui tunc quattuor annorum erat et vocabatur Ptolemæus* Ἐπιφανὴς, *rupto fœdere movit exercitum* (Antiochus). Hæc adscripsi, quod Hieronymus l. l. chronologica sua e Porphyrio potissimum depromere solet. Secundum Justin. XXX, 2 Philopator moritur *relicto quinquenni ex Eurydice* (Arsinoe) *sorore filio*. Igitur quattuor annos tum exegerat, agebat vero quintum, uti monent Clinton. III, p. 384 et Letronn. *Insc. de l'Egypte*, I, p. 265. Idem Hieronymus, l. l. c. XI: *Antiochus... filiam suam Cleopatram per Euclem*

2. Τούτου παῖδες δύο Πτολεμαῖοι μετ' αὐτὸν τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενοι, ὅ τε πρεσβύτερος ὁ κατ' ἐπίκλησιν Φιλομήτωρ, καὶ ὁ νεώτερος ὁ ἐπικαλούμενος Εὐεργέτης δεύτερος. Ἀμφοῖν δὲ ἔτη τέσσαρα καὶ ἑξήκοντα (ι) λογίζονται. Ὑφ' ἓν γὰρ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν ἐτάξαμεν, ὅτι διαστασιαζόντων πρὸς ἀλλήλους καὶ ἐναλλὰξ βασιλευόντων, σύγχυσις περὶ τοὺς χρόνους γέγονεν. Ἄρχει μὲν γὰρ ὁ Φιλομήτωρ πρότερος ἔτεσιν ἕνδεκα μόνος. Ἀντιόχου (2) δ' ἐπιστρατεύσαντος Αἰγύπτῳ, καὶ περιελόντος αὐτοῦ τὸ διάδημα, οἱ Ἀλεξανδρεῖς τῷ νεωτέρῳ ἐπέτρεψαν τὰ πράγματα, καὶ διώξαντες Ἀντίοχον ἐρρύσαντο τὸν Φιλομήτορα, καὶ ἐχρημάτισεν αὐτοῖς [ἔτος] Φιλομήτορος [μὲν] ιϐ' (ις' Scal.), Εὐεργέτου δὲ α' (3). Ὁμονοοῦσι δὲ ἄχρι τοῦ ἑπταικαιδεκάτου. Ἀπὸ δὲ τοῦ ὀκτωκαιδεκάτου μόνου χρηματίζει τοῦ Φιλομήτορος.

2. *Hujus duo filii Ptolemæi in imperium deinde succedunt, quorum major natu Philometor, minor autem Euergetes secundus dicebatur. Utriusque simul anni numerantur LXI (l. LXIV). Nos enim horum annos in unam seriem contulimus, propterea quod ipsis bello inter se decertantibus seque regno vicissim pellentibus temporum permixtio secuta est. Primus regnat Philometor annis XI. Mox Antiochus, oppressa armis Ægypto, eundem diademate spoliabat. Tum Alexandrini regiam potestatem ad minorem (fratrem) deferebant, pulsoque Antiocho, ipsum Philometorem expediebant: dicebatur autem iis Philometoris annus duodecimus (XVI mgo) Euergetis primus. Hinc potestate æquata usque ad decimum septimumque annum perrectum est. Mox ab octavo decimo unius Philometoris nomen scribeba-*

Rhodium septimo anno (sc. regni) *adolescenti despondit Ptolemæo, et tertio decimo anno tradidit, data ei dotis nomine omni Cœlesyria et Judæa* (cf. Appian. Syr. c. 5. Polyb. XVIII, 34. Livius XXXIII, 40). Cum Porphyrii vel Hieronymi calculo componendus Chron. Alexandrin. p. 255 ad Ol. 145, 2 (*Ptolem. Epiphan. an.* 7): Ὑπὸ Πορφυρίου καὶ Μαρκέλλου. Ἀντίοχος βασιλεὺς Συρίας φιλωθεὶς Πτολεμαίῳ τῷ Ἐπιφανεῖ σπονδὰς πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο καὶ Κλεοπάτραν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἐκδίδωσι (despondet) τῷ Πτολεμαίῳ εἰς γυναῖκα, παραχωρήσας αὐτῷ φερνῆς ὀνόματι Συρίαν καὶ Φοινίκην καὶ Σαμάρειαν καὶ Ἰουδαίαν. Purpurio et Marcellus consules sunt Ol. 146, 1. 196. a. C. Hunc annum ponere debebat; isque est annus septimus Epiphanis in Canone Eusebii, cujus computum etiam Chron. Alex. reddere puto. Falsos vero esse Eusebii numeros inde patet quod in regnis Ptolemæi II et III annis Eusebius erravit. — Ceterum de Ptol. Epiphane cf. Porphyrius (in interpretat. Danielis) ap. Hieronymum in Dan. c. XI: *Porphyrius dicit... Ptolemæum Epiphanem, qui Seleuco sit molitus insidias et adversus eum exercitum præparaverit et veneno sit interfectus.*

§ 2. *not.* 1. De summa annorum 64 consentiunt Canon. Astron. et Euseb. Can. Uterque Philometori 35, Euergetæ II 29 annos tribuit. — 2. Ἀντιόχου] Cf. Hieronym. ad Daniel c. XI: *Quum ipse obtulisset pacem Ptolemæo et fuisset dux fœderis, post est ei molitus insidias. Ptolemæum autem hic non Epiphanem significat, qui quintus regnavit in Ægypto, sed Ptolemæum Philometorem, filium Cleopatræ sororis Antiochi, cujus hic avunculus fuit. Et quum post mortem Cleopatræ Eulæus Eunuchus, nutricius Philometoris, et Lenæus Ægyptum regerent, et repeterent Syriam, quam Antiochus fraude occupaverat, ortum est inter avunculum et puerum Ptolemæum prælium. Quumque inter Pelusium et montem Casium prælium commisissent, victi sunt duces Ptolemæi. Porro Antiochus parcens puero et amicitias simulans adscendit Memphim, et ibi ex more Ægypti regnum accipiens, puerique rebus se providere dicens, cum modico populo omnem Ægyptum subjugavit sibi, et abundantes atque uberrimas ingressus est civitates. Fecitque quæ non fecerunt patres ejus et patres patrum illius. Nullus enim regum Syriæ ita vastavit Ægyptum, et omnes eorum divitias dissipavit, et tam callidus fuit, ut prudentes cogitationes eorum, qui duces pueri erant, sua fraude subverteret. Hæc Porphyrius sequens Suctorium* (Callinicum sc.) *sermone laciniosissimo prosecutus est, quæ nos brevi compendio diximus.* — 3. α'] (i. e. πρῶτον.) Sic scripsi pro ἓν. Deinde post v. αὐτοῖς addidi ἔτος, et post v. Φιλομ. particulam μὲν. Pro ιϐ' quod recte codex præbet; Scaliger habet ις'. Etiam in cod. Arm. ad marginem notatur numerus ις'. Ceterum locus noster paullo plenius exhibetur apud Syncellum p. 284, unde eum in Eusebium suum p. 68 Scaliger transtulit. Verba sunt: Πτολεμαίου τοῦ Ἐπιφανοῦς ἀποθανόντος κδ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, δύο παῖδες αὐτοῦ Πτολεμαῖοι τὴν ἀρχὴν μετ' αὐτὸν διεδέξαντο, ὧν ὁ πρεσβύτερος Φιλομήτωρ ἐπεκέκλητο, ὁ δὲ νεώτερος Εὐεργέτης. Πρὸς ἀλλήλους δὲ στασιάζοντες ἐναλλὰξ (ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Scal.) ἐβασίλευσαν. Διὸ καὶ σύγχυσις γέγονε περὶ τοὺς χρόνους αὐτῶν. Πρῶτος γὰρ ὁ Φιλομήτωρ μόνος ια' ἔτη ἐβασίλευσεν, εἶτα ὑπὸ Ἀντιόχου ἐξεβλήθη. [Inser. Οὗ] ἐπιστρατεύσαντος κατ' αὐτοῦ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἀφελόντος αὐτοῦ τὸ διάδημα, κρατεῖ τῶν πραγμάτων Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης, ὁ νεώτερος ἀδελφὸς τοῦ Φιλομήτορος, γνώμῃ τῶν Ἀλεξανδρέων. Διώκηται δὲ (καὶ) Ἀντίοχος, λυτρωθέντος καὶ τοῦ Φιλομήτορος καὶ (καὶ λυτρωθέντος τοῦ Φιλομήτορος, ὁμοῦ?) βασιλεύουσιν οἱ δύο ἀπὸ τοῦ ιϐ' ἔτους ἕως τοῦ ις'. Ἐχρημάτισεν οὖν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι τὸ ιϐ' τοῦ Φιλομήτορος ἔτος πρῶτον ἔτος τοῦ Εὐεργέτου. Καὶ ἐβασίλευσαν οἱ δύο ἐν ὁμονοίᾳ ἀπὸ τούτου τοῦ ιϐ ἔτους τοῦ Φιλομήτορος ἕως τοῦ ις' ἔτους αὐτοῦ, ἕκτου δὲ τοῦ Εὐεργέτου. Καὶ πάλιν στασιάζουσι κατ' ἀλλήλων, καὶ χρηματίζει ἀπὸ τοῦ ιη' ἔτους μόνου τοῦ Φιλομήτορος ἡ κατ' Αἴγυπτον ἀρχή, παραχωρήσαντος τῷ ἀδελφῷ τὴν Λιβύης καὶ Κυρήνης ἀρχὴν μετὰ τὴν ἐν Κύπρῳ μάχην, καθ' ἣν ἐλαττωθεὶς ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος ἀβλαβὴς ἔμεινε, φιλανθρώπως αὐτῷ χρησαμένου τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ μὴ μόνον τὴν εἰρημένην αὐτῷ ἐγχωρήσαντος (συγχ. Scal.) χώραν ἀλλὰ καὶ σίτου πλῆθος λαμβάνειν κατ' ἐνιαυτόν, τοῦτο μὲν διὰ χρηστότητα καὶ εὐγένειαν φυσικήν, τοῦτο δὲ, ὡς φασι, διὰ τὸν ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων φόβον ὑπερασπιζομένων αὐτοῦ. Κρατεῖ γοῦν ὁ αὐτὸς Φιλομήτωρ μετὰ τὸ ις' ἔτος ἄλλα ἔτη ιη'. Οὗ κατὰ τὴν Συρίαν ἀποθανόντος (ἐγκρατὴς γὰρ καὶ τῶν ἐκεῖσε γέγονε τόπων), μεταλήθεις ἐκ Κυρήνης ὁ Εὐεργέτης λεγόμενος δεύτερον κρατεῖ τῆς Αἰγύπτου λοιπὰ ἔτη κϑ' μόνος μετὰ (τὸν add. Scal.) θάνατον τοῦ πρεσβυτέρου ἀδελφοῦ, ὡς γίνεσθαι τὸν ἅπαντα χρόνον τῶν ἑκατέρων ἀδελφῶν λε' καὶ κϑ' ἤτοι ἔτη ξδ'. Διόδωρος δέ φησιν ὅτι ιε' ἔτη ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος ἐβασίλευσε μετὰ τὸν πρεσβύτερον ἀδελφόν, πολλάς τε παρανομίας διεπράξατο, τήν τε ἰδίαν ἀδελφὴν Κλεοπάτραν γήμας καὶ πολλοὺς περιβαλὼν ψευδῶς, ὡς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρῶν, τοὺς δὲ συκοφαντίαις φυγαδεύων καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀφαιρούμενος. Quod e Diodoro additur (v. fragm. Diod. tom. II, p. 582 Didot; qui locus jungendus cum lib. XXXIII, cap. 6, ubi eadem fere ex Exc. De virt. leguntur), id non ita intelligendum, quasi Siculus pro 29 annis nonnisi 15 posuisset, sed indicantur anni 146. Nov — 132 Nov., post quos regno ejectus Cyprum Ptolemæus aufugit; mox tamen inde rediit.

Ἀφαιρεθέντα γὰρ τῆς ἀρχῆς τὸν πρεσβύτερον ὑπὸ τοῦ νεωτέρου κατάγουσι Ῥωμαῖοι. Καὶ ἄρχει μὲν αὐτὸς τῆς Αἰγύπτου, τῷ δὲ ἀδελφῷ τῆς Λιβύης τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζει, καὶ μόνος ἄρχει δεκαοκτώ. Ἀποθανόντος δὲ ἐν Συρίᾳ (καὶ γὰρ καὶ ἐκείνων ἐγκρατὴς ἦν τῶν τόπων) μετακληθεὶς ἐκ Κυρήνης ὁ Εὐεργέτης, καὶ βασιλεὺς ἀναγορευθείς, τὰ ἔτη αὐτοῦ ἀναγράφει ἀφ' οὗ πρῶτον βασιλεὺς ἐνομίσθη, ὡς δοκεῖν μετὰ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ τελευτὴν ἄρξαντα αὐτὸν ἔτεσιν εἴκοσι πέντε ἀνατιθέναι ἑαυτῷ τέσσαρα καὶ πεντήκοντα. Τὸ γὰρ τριακοστὸν ἕκτον τοῦ Φιλομήτορος, δέον προσαγορεύεσθαι τῆς τούτου βασιλείας πρῶτον, αὐτὸς εἰκοστὸν πέμπτον προσέταξε γράφεσθαι. Καὶ οὕτως ἀμφοτέρων μὲν ἑξήκοντα τέσσαρα, τοῦ μὲν Φιλομήτορος λε', τὰ δ' ὑπολειπόμενα τοῦ Εὐεργέτου. Ἡ δ' ὑποδιαίρεσις ἐν τοῖς κατὰ μέρος ποιεῖ πλάνην.

3. Πτολεμαίου δὲ τοῦ δευτέρου Εὐεργέτου ἐκ Κλεοπάτρας γίνονται υἱοὶ δύο Πτολεμαῖοι καλούμενοι. Ὧν ὁ μὲν πρεσβύτερος Σωτὴρ ἐπεκαλεῖτο, ὁ δὲ νεώτερος Ἀλέξανδρος. Βασιλεύει δὲ πρότερος (1) ὁ πρεσβύτερος ὑπὸ τῆς μητρὸς ἀναδειχθείς. Δοκῶν δὲ αὐτῇ εἶναι πειθήνιος, ἄχρι μέν τινος ἠγαπᾶτο. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ δέκατον ἔτος τῆς ἀρχῆς τοὺς φίλους τῶν γονέων ἀπέσφαξεν, ὑπὸ τῆς μητρὸς διὰ τὴν ὠμότητα τῆς ἀρχῆς καθῃρέθη, καὶ εἰς Κύπρον ἐφυγαδεύθη. Τὸν δὲ νεώτερον ἡ μήτηρ ἐκ Πηλουσίου (2) μεταπεμψαμένη βασιλέα ἀπέδειξε σὺν ἑαυτῇ. Συνεβασίλευεν οὖν ὁ νεώτερος τῇ μητρὶ, τῶν χρηματισμῶν ἀναφερομένων εἰς ἀμφοτέρους. Καὶ ἐνδέκατον μὲν Κλεοπάτρας ἀνηγορεύθη, ὄγδοον δὲ Πτολεμαίου Ἀλεξάνδρου. Συνανέλαβε γὰρ ἀπὸ τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς τοῦ ἀδελφοῦ βασιλείας εἰς ἑαυτὸν τοὺς χρόνους ἀφ' οὗ τῆς Κύπρου ἐβασίλευσε. Καὶ τοῦτο ζώσης τῆς Κλεοπάτρας τὸ ἔθος (ἔτος cod.) περιῆν· εἰς μόνον δὲ ἤρξατο μετατίθεσθαι τὸν Ἀλέξανδρον μετὰ τὸν ἐκείνης θάνατον τὰ συμβόλαια (3). Ὀκτωκαίδεκα τοὺς πάντας ἀντιλαβόμενος τῶν σκήπτρων ἐνιαυτούς, ἀφ' οὗ κατῆλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἓξ καὶ

tur. Quum enim minor natu frater majorem imperio deduxisset, hic a Romanis reductus est: qui Ægypti quidem dominationem capessit, fratri autem Libyam regendam concedit. Solus igitur regnum obtinet, in eoque manet annis XVIII. Post hunc denique in Syria exstinctum (is enim eam quoque regionem ditione tenuit) Cyrene arcessitus Euergetes rexque appellatus annos suos inde putare incipit ex quo rex habitus fuerat: ita ut fratre moriente, videretur ipse regnavisse jam annis XXV ejusdemque anni censeantur LIV. Namque annum Philometoris trigesimum sextum, qui dicendus erat sui regnantis primus, ipse vigesimum quintum scribi jussit. Ita fiunt utriusque simul anni LXI (l. LXIV); Philometoris quidem XXXV, reliqui Euergetis. Quod si hi segregentur separatimque putentur, error in rationes incurret.

3. *Ptolemæo Euergeti secundo nati sunt filii duo ex Cleopatra, uterque nomine Ptolemæus, sed major natu cognomento Soter, minor Alexander. Major natu primus imperat, matris præsidio regnum adeptus: cui quum obsequens esse videretur, aliquamdiu certe matre benevolente usus est. Decimo sexto* (ita mgo; *XV* text; lege: *decimo*) *tamen regni anno, exstimulante animi crudelitate, patris matrisque suæ familiares occidit: quo facto, matris jussu dejectus imperio est, fugaque in Cyprum evasit. Minorem nam accivit mater Pelusio urbe, secumque regem constituit. Regnavit ergo cum matre minor, communicato utrique imperii nomine: et Cleopatræ quidem dictus est annus XI, Ptolemæi vero Alexandri octavus: namque et hic fratris quoque tempora sibi sumpsit, a quarto illius regnantis anno, quo tempore ipse in Cyprios dominari cœperat. Atque hæc consuetudo viguit vivente Cleopatra: qua exstincta, ad unum Alexandrum signa honoris deferri cœperunt. Hic annos omnino octodecim, postquam Alexandriam venerat, imperium retinuit: dicebatur tamen annum jam sextum supra vigesimum imperare.*

§ 3. *not.* 1. Verba Ἀλέξανδρος... πρότερος omisit Scaliger. Aucherus vertit: *Regnat ergo primum major a matre in regnum admotus: existimabat enim eum subjectiorem sibi fore; ad tempus itaque diligebatur a matre.* Cleopatra pronior erat in minorem filium, Alexandrum; quare hunc sibi regni socium adjungere voluit; sed a populo coacta est, ut filium majorem Soterem, matri invisum, eligeret (v. Pausan. I, 91; Justin. XXXIX, 3). Antequam populo cederet, Cleopatram per tempus aliquod solam regnasse Letronnius (*Inscr.* I, p. 58 sq.) colligit ex Posidonii fragm. (68) ap. Strabon. II, p. 99, ubi de Eudoxo Cyziceno agens Posidonius ait: Τελευτήσαντος δ' ἐκείνου (Ptolemæo Euergete II) τὸν βίον, Κλεοπάτραν τὴν γυναῖκα διαδέξασθαι τὴν ἀρχήν· πάλιν οὖν καὶ ὑπὸ ταύτης πεμφθῆναι (ut Africam circumnavigaret) τὸν Εὔδοξον μετὰ μείζονος παρασκευῆς. Vides unam Cleopatram nominari, non vero Cleopatram ejusque filium, uti debebat auctor, si junctim tum regnassent. Quamquam statuere possis, narratorem nonnisi Cleopatram, missa filii mentione, commemorasse, quod penes eam paullo post mortem mariti omnis fere regia potestas esset. Idem Posidonius Eudoxum ex navigatione rediisse dicit οὐκέτι Κλεοπάτρας ἡγουμένης, ἀλλὰ τοῦ παιδός. Quæ similiter intelligenda sunt de eo tempore quo Ptolemæus, matri inimicissimus, potestatem regiam ad se unum pertrahens matrem ab imperii negotiis removerat. Confirmatur res papyro Musei Parisini, in quo sextus Ptolemæi annus ita notatur, ut nomini Ptolemæi jungatur non *matris*, sed uxoris nomen (v. Letronn. l. l. p. 60). Chronologi harum rerum, quum nonnisi inimicitiarum et usurpationis documenta sint, rationem non habuerunt. — 2. ἐκ Πηλουσίου] Pausanias I, 9, 2: Ἀλέξανδρον ἥκοντα ἐκ Κύπρου (qui e Cypro aderat in Ægypto) ποιοῦνται βασιλέα. Letronnius p. 61: « Cleopatre meditant le coup qui devait la délivrer de Soter II et lui ramener son autre fils, sentit qu'il lui importait de l'avoir près d'elle, afin qu'il pût profiter sur le champ des dispositions favorables des Alexandrins: elle le fit donc venir de Chypre à Peluse pour y attendre l'effet de ses machinations et se trouver prêt à l'événement. De ces deux circonstances, sans nul doute mentionées par Porphyre, Eusèbe n'en a conservé qu'une. » — 3. τὰ συμβόλαια] *signa honoris* in latinis, adeo ut Armenius inter-

εἴκοσι βεβασιλευκὼς ἐχρημάτισε· τῷ δὲ ἐννεακαιδεκάτῳ τοῖς στρατεύμασιν (4) ὀργισθεὶς ἐξῆλθε συλλέξων ἐπ' αὐτοὺς δύναμιν εἰς Αἴγυπτον. Οἱ δ' ἐπιδιώξαντες, ἡγουμένου Πύρρου (Τύρρου Scal.) συγγενοῦς τῶν βασιλέων, κατεναυμάχησαν αὐτὸν, καὶ φεύγειν ἠνάγκασαν μετὰ γυναικὸς καὶ θυγατρὸς τῆς Λυκίας εἰς πόλιν Μύραν· ὅθεν εἰς Κύπρον μεταπηδήσας, καὶ καταπολεμηθεὶς ὑπὸ ναυάρχου Χαιρέου, θνήσκει.

4. Μετὰ δὲ τὴν τούτου φυγὴν, πρὸς τὸν πρεσβύτερον Πτολεμαῖον τὸν Σωτῆρα οἱ Ἀλεξανδρεῖς πρεσβευσάμενοι παραδιδόασι πάλιν τὴν βασιλείαν αὐτῷ ἐκ Κύπρου καταπλεύσαντι (1). Διαγενομένων δὲ ἄλλων ἐτῶν ἑπτὰ πρὸς μησὶν ἓξ (τοσαῦτα γὰρ ἐπέζησε μετὰ τὴν κάθοδον), ὁ πᾶς χρόνος ὁ μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἀμφοτέρων θάνατον εἰς τοῦτον ἀναφέρεται, τὸν μὲν ἀριθμὸν σώζων λε' ἐνιαυτῶν πρὸς μησὶν ἓξ, διωκηκὼς δὲ κατὰ τὴν ἀλήθειαν εἰς μὲν τὸν Σωτῆρα Πτολεμαῖον κατὰ διαφόρους χρόνους δεκαεπτὰ ἔτη καὶ μῆνας ἓξ, εἰς δὲ τὸν δεύτερον, τὸν καὶ Ἀλέξανδρον, τοὺς μέσους, ὧν ἦρξεν ὁ πρεσβύτερος, ἐνιαυτοὺς δεκαοκτὼ, οὓς καίτοι μὴ συνηθέντες ἐκ τῆς ἀναγραφῆς ἀφανίσαι, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς ἀπαλείφουσι. Προσέκρουσε γὰρ αὐτοῖς διά τινας Ἰουδαϊκὰς ἐπικουρίας. Οὐ γὰρ ἀριθμοῦσι τούτους τοὺς χρόνους, τοὺς δὲ πάντας τὰ ἓξ καὶ τριάκοντα ἔτη (2) τῷ πρεσβυτέρῳ προσνέμουσι. (5) Πάλιν τοὺς ἓξ μῆνας τοὺς μετὰ τὸν θάνατον τοῦ πρεσβυτέρου, οἷ συνεπεπλήρουν τὰ τριάκοντα ἓξ ἔτη, μὴ ἀποδόντες Κλεοπάτρᾳ τῇ θυγατρὶ μὲν τοῦ πρεσβυτέρου, γυναικὶ δὲ τοῦ νεωτέρου, ἥτις μετὰ τὸν θάνατον τοῦ πατρὸς ἀντελάβετο τῶν πραγμάτων· οὐδὲ γὰρ Ἀλεξάνδρῳ τῷ μετ' αὐτῆς ἡμέρας ἄρξαντι ιθ', τὰς ι0' ἡμέρας ἀποδιδόασιν. Οὗτος δὲ υἱὸς μὲν ἦν τοῦ νεωτέρου Πτολεμαίου τοῦ καὶ Ἀλεξάνδρου, προγονὸς δὲ Κλεοπάτρας· καταμένων δὲ ἐν Ῥώμῃ, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δυναστείας ἀνδρῶν ἐρήμου γενομένης, μετάκλητος ἦλθεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ γήμας τὴν προειρημένην Κλεοπάτραν, παραλαβὼν

Decimo nono anno in copiarum præfectos ira concepta, viros adversus eos contrahebat in Ægypto. Hi vero eum insecuti sunt, duce Tyrro regum consanguineo. Mox navali quoque prælio conserto, ipse summo discrimine elapsus cum uxore et filia in Lyciorum urbem Myram fuga se proripuit. Inde etiam quum Cyprum aufugeret, bello appetitus a Chærea navarcho periit.

4. *Interim post hujus fugam Alexandrini, missis oratoribus, seniori ejusdem fratri Ptolemæo Soteri denuo regnum offerebant, qui Cypro reversus est. Hinc septem anni sexque menses labuntur : totidem enim is superfuit post reditum. Tempus autem universum post patris obitum in ipsum confertur, adscripto integro numero annorum XXXV mensiumque VI. Sane Ptolemæo Soteri tribuendi essent ex intervallo anni XVII mensesque VI, alteri autem, scilicet Alexandro, anni octodecim, iis videlicet interjecti quibus major natu regnavit (neque enim hi octodecim de albo tolli potuerunt, licet pro viribus delerentur : cui rei Judæorum quoque studia obfuerunt) : verum, ut dixi, temporum (Alexandri) rationem non habent, universosque annos XXXVI de majore fratre recitant.* (5) *Sex præterea menses ab obitu senioris fratris reliquos, quibus annus trigesimus sextus absolvitur, haud conferunt in senioris filiam Cleopatram, uxorem minoris, quæ patre exstincto regia negotia procuravit : neque item Alexandro, qui regnavit cum ea diebus XIX, hos ipsos dies XIX tribuunt. Porro hic Alexander filius erat minoris Ptolemæi sive Alexandri, privignus autem Cleopatræ, atque in urbe Roma habitabat : quumque ea tempestate stirps regia virilis in Ægypto deficeret, accitus venit Alexandriam sibique uxorem copulavit quam antea dixi Cleopatram, invitaque muliere*

---

